BEATI

PETRI CANISII,

SOCIETATIS IESU.

EPISTULAE ET ACTA.

VOL. V.

BEATI

PETRI CANISII,

SOCIETATIS IESU,

EPISTULAE ET ACTA.

COLLEGIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

OTTO BRAUNSBERGER,

EIUSDEM SOCIETATIS SACERDOS.

VOLUMEN QUINTUM.

1565—1567.

CUM APPROBATIONE REVMI ARCHIEP. FRIBURG. ET SUPER. ORDINIS.

FRIBURGI BRISGOVIAE.

S U M P T I B U S H E R D E R,

TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.

MCMX.

ARGENTORATI, BEROLINI, CAROLSRUHAE, MONACHII, VINDOBONAE, S. LUDOVICI AMERICAE.

Cum opus, cui titulus est: *Beati Petri Canisii S. J. Epistulae et Acta, Volumen quintum,* ab *Ottone Braunsberger,* sacerdote Societatis Iesu, compositum, aliqui eiusdem Societatis revisores, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo muneris nostri munitas dedimus.

Exaten, die 27. Iulii 1908.
(L. S.)

Ern. Thill S. J.
Praep. Prov. Germ.

Imprimatur.

Friburgi Brisgoviae, die 5. Martii 1910.

✠ **Thomas,** Archiepps.

Protestatio editoris.

Ut legibus ab Urbano VIII. summo pontifice 13. Martii 1625, 5. Iunii 1631 etc. latis ac decretis Sacrae Rituum Congregationis satisfiat, editor profitetur, quaecumque in hoc volumine narrantur de hominum illustrium virtutibus, miraculis, revelationibus, et si quae alia referuntur, quae naturae vim et condicionem excedere videantur, ita se velle intellegi, ut a privata tantum auctoritate profecta et humana tantum fide digna esse censeantur, nisi a sancta ecclesia approbata sint.

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae.

PRAEFATIO.

Opus diu desideratum et ad huius voluminis epistulas intellegendas illustrandasque utilissimum anno 1907 edidit P. Bernardus Duhr S. J.; librum dico, qui inscribitur: „Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge im XVI. Jahrhundert". Usus sum insigni hoc opere, quantum fieri poterat; multo autem copiosius eodem usus essem, nisi, cum illud in lucem emitteretur, volumen hoc maximam iam partem prelo paratum fuisset nec longiorem moram tulisset. Plurimum utilitatis cepi etiam ex tomis III. et IV. „Epistolarum P. Hieronymi Nadal S. J." Matriti annis 1898—1905 ab hispanis Societatis Iesu sacerdotibus editarum. Haud pauca, quae ab illis ex archetypis vel eiusdem temporis apographis primum vulgata sunt, ego quoque ex iisdem fontibus mihi transcribenda esse censui, cum ea primum quidem ad Natalem, deinde autem ad Canisium quoque spectare animadvertissem; accedit, quod operis mei institutum nonnunquam exigit, ut epistulis illis monumentisque explicationes aliquae et illustrationes adiungantur, quae in „Epistolis P. Hieronymi Nadal" praetermitti poterant vel etiam debebant. Eadem de causa aliqua, ad quorum fontes me pervenire haud facile erat, iis, quorum intererat, liberaliter concedentibus, ex ipsis illis tomis matritensibus exscripsi; suis locis haec singillatim notabuntur. Plurimis quoque aliis huius voluminis locis praeclarum illud Epistolarum opus, quod etiam in Germania ab historicis vehementer laudatum est, commemorabo.

Dicturus in „Prooemio" de huius voluminis ratione et rebus, hoc loco quod dicam non habeo, nisi ut omnibus, qui me adiuverunt, gratias maximas agam. Inter eos, qui codices, libros, consilia humanissime mihi suppeditaverunt, grati animi significandi causa nomino R. P. Franciscum Ehrle S. J., praefectum bibliothecae vaticanae, et clar. D. Doctorem Martinum d'Huart, gymnasii epternacensis directorem, qui superioribus annis publicae bibliothecae luxemburgensis praefectus erat. Multum debeo etiam Reverendissimo D. Doctori

Nicolao Paulus. Ex Societate nostra non pauci fraternae caritatis officia mihi hoc volumen paranti praestiterunt; inprimis Reverendi Patres hagiographi Bollandiani Bruxellis degentes, RR. PP. Petrus Tacchi Venturi, Ludovicus Schmitt, Bernardus Duhr, Hermannus Hafner, Ioannes Hungerford Pollen, Marianus Lecina, maxime autem P. Ioannes Baptista van Meurs (iam vita functus), quem amantissimum semper adiutorem experiebar.

Luxemburgo, 11. Maii 1908.

Editor.

I.

CONSPECTUS

totius voluminis et index chronologicus epistularum eius.

II.

PROOEMIUM VOLUMINIS QUINTI.

I. Epistularum et monumentorum numerus. II. Editionis ratio. Magnus epistularum originalium numerus. Quid valeant Registra praepositorum generalium. III. Epistularum et monumentorum genera. Relationes legatorum. IV. Epistulas qui a Canisio acceperint vel ad eum dederint. V. Summa rerum: 1. Misera ecclesiarum Germaniae condicio. 2. Restauratio catholica: a) Facta eventusque fausti. b) Homines de ecclesiis germanicis bene meriti. c) Societatis Iesu historia domestica. 3. Fabulae canisianae veteres, recentes. 4. Canisii indoles. 5. Canisii laudes.

Numeri arabici uncis inclusi, qui a capite V. singulis fere sententiis addentur, ostendent, quibus libri paginis singula facta potissimum narrentur.

I. In hoc volumine continentur epistulae epistularumque summae 274 (n. 1196—1469); ex quibus sunt epistulae 149, epistularum, quae vel perierunt vel minoris momenti sunt, summae sive „regesta" 125. His accedunt acta sive monumenta canisiana 285 (n. 626—910).

Epistularum (additis epistularum summis) aliquanto plus quam media pars a Canisio vel ipsius nomine mandatuque, reliquae autem ad Canisium datae sunt.

Ex 149 epistulis hisce (de summis hic nihil dico) erant, quod equidem norim,

nondum excusae fere	87,
ex parte editae	34,
integre vulgatae	28.

Ex iisdem epistulis scriptae sunt

latine	77,
italice	68,
germanice	3,
catalaunice	1.

Ex actis sive monumentis erant, quod sciam,

nondum typis vulgata fere	120,
vulgata ex parte	33;

reliquorum complura ex libris antiquis rarisque exscripta sunt.

Praeterea ad epistulas et monumenta explicanda atque illustranda adhibitae sunt paene 500 adnotationes et additiones ex fontibus, quod equidem noverim, nondum vulgatis depromptae.

II. Epistulas et monumenta edendi rationem in hoc volumine secutus sum eandem atque in volumine quarto (vide *Canisii* Epistulas IV XXII—XXIII); nisi quod, quia in epistulis a S. Francisco Borgia Societatis primum vicario, deinde praeposito generali et a P. Ioanne Polanco Societatis secretario datis tum salutandi tum litteras terminandi ratio semper eadem est, ea in singulis epistulis ponenda supersedebam.

Hoc notatu dignum est: Mihi hoc volumen paranti longe plures, quam cum superiora volumina pararem, epistulae originales, quas vocamus, suppetebant, sive eas meis oculis inspiciebam, sive imagines earum habebam photographice expressas; ita praesto erant epistulae paene omnes, quas Canisius a d. 27. Ianuarii 1566 ad 26. Iulii 1567 ad Sanctum Franciscum Borgiam dedit; harum certe et numerus magnus, et argumenta sunt gravia; ita etiam epistulae sive commentarii, quibus PP. Natalis, Canisius, Ledesma cardinali Commendono de pace religionis augustana quaerenti communiter responderunt; ita denique epistulae complures a Canisio ad cardinales Hosium et Truchsess vel ab his ad Canisium et Borgiam datae. Plurimum et numero et rerum momento valent epistulae a S. Francisco Borgia vel huius mandatu a Polanco ad Canisium datae; has mea manu exscripsi ex Borgiae Registris; summi enim Societatis moderatores id diligenter curabant, ut, cum ab ipsis vel ad Socios vel ad externos epistulae darentur, ilico harum vel commentaria vel apographa vel saltem, si quando tempus eos deficeret, summae breves ordine temporum servato referrentur in codices, qui apud ipsos praepositos generales asservabantur. Scribebant autem haec „Registra" plerumque fratres laici Societatis (hispani, itali), iique haud multum quidem litterati, diligentes tamen et religiosi; qui vocabula quidem nonnulla, inprimis nomina propria, ex ignorantia vel festinatione mendose transcribebant, ab omni vero fraude et dolo alieni erant. Ceterum ipsorum praepositorum generalium et secretariorum Societatis plurimum intererat, ut epistulae tam accurate transcriberentur, ut ipsi, qua ratione, quando de variis negotiis constitutum et responsum esset, ex Registris quovis tempore certo cognoscere possent; praeterea aliquae ex epistulis originalibus, quarum apographa in Registris cernuntur, adhuc exstant; ut complures ex epistulis a Borgia ad P. Hieronymum Natalem datis; quas si cum Registris contuleris, librarios in iis transcribendis diligentes fidosque se praebuisse videbis; hoc unum interdum accidebat, ut epistulae alicui per secretarium vel unum ex eius adiutoribus scriptae Borgias non solum nomen subscriberet, sed etiam sua manu versus aliquot adderet, neque tamen postea versus illi in Registrum referrentur; quae tamen „Postscripta" neque ita multa sunt, neque momenti adeo magni[1].

---

[1] Vide, quae de praepositorum generalium epistulis earumque Registris sapienter notat P. *Bern. Duhr* S. J., Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge I, Freiburg i. Br. 1907, VII 34[3].

Ipsius Canisii epistulas, quantum ad hoc volumen pertinent, pono omnes, quotquot nactus sum, easque integras, paucis tantum verbis, quorum locus infra p. 469 punctis interpositis designatur, exceptis; haec enim de iis rebus sunt, quae ex una parte ad historicam cognitionem haud admodum valent, ex altera parte interna ac domestica spectant neque forensem lucem habere debent. Plerasque quoque ex epistulis Canisio missis integras edo; aliquas, sicut in superioribus voluminibus feci, in regesta contraho, vel non pono nisi aliquas earum partes.

III. Epistulae et monumenta huius voluminis eiusdem fere generis sunt, atque epistulae et monumenta voluminis quarti; distinguitur tamen hoc volumen a superioribus eo, quod maiorem habet numerum litterarum illarum, quibus legationes renuntiantur („Gesandtschaftsberichte“); relationes enim habet, quas de pontificiis legationibus cardinalis Ioannes Franciscus Commendonus et Canisius ipse Romam, de caesarea apud pontificem legatione Prosper ab Arcu Vindobonam miserunt.

IV. Quibus de rebus in huius voluminis epistulis actisque agatur, aliqua ratione ex ipsis eorum, qui epistulas dederunt vel ad quos illae datae sunt, nominibus colligi potest; praecipua pono nomina: Sanctus Franciscus de Borgia Societatis Iesu primum vicarius, deinde praepositus generalis; venerabilis Magdalena Ferdinandi I. imperatoris filia; cardinales Marcus Antonius Amulius episcopus reatinus, Ioannes Franciscus Commendonus, S. Pii V. in comitiis imperii augustanis legatus, Stanislaus Hosius episcopus varmiensis, Otto Truchsess de Waldburg episcopus albanensis et augustanus; cardinales inquisitores generales cuncti; archiepiscopi et episcopi bremensis, herbipolensis, monasteriensis, paderbornensis, salisburgensis, surrentinus; Coloniensis reipublicae senatus; P. Hieronymus Natalis Societatis per Germaniam et Galliam visitator, PP. Oliverius Manareus et Antonius Vinck provinciarum francicae et rhenanae praepositi provinciales; P. Theodoricus Canisius Germaniae superioris viceprovincialis; rectores collegiorum Societatis coloniensis, dilingani, ingolstadiensis, moguntini, monacensis, oenipontani, pragensis; Georgius Fugger patricius augustanus; Ioannes Rethius S. J. regens gymnasii trium coronarum coloniensis.

Volumen hoc ab ineunte m. Februario a. 1565 usque ad exeuntem m. Iulium a. 1567 procedit, sive a tempore, quo, Iacobo Lainio praeposito generali mortuo, Sanctus Franciscus Borgias cum vicarii generalis potestate universam Societatem Iesu regere coepit, usque ad tempus, quo Canisius Societatis per Germaniam superiorem praepositus provincialis, legatione argentoratensi perfunctus et fere per hebdomadem Dilingae Augustaeque moratus, Oenipontem petiit, ut collegium visitaret et gravia negotia cum Ferdinando II. archiduce eiusque sororibus tractaret.

V. Quo propius faciliusque ad res, quae scriptis huius voluminis comprehenduntur, accedas, earum hic pono summam.

1. Quonam loco erant in Germania annis 1565—1567 res ecclesiae catholicae? Respondet Canisius, religionem misere iacere. Desunt sacerdotes, inprimis contionatores (80 188 320 518 528). In Franconia orientali, cui episcopi herbipolenses et in sacris et in civilibus rebus imperant, plurimi sunt nobiles; sed „paucissimi" inter eos „Catholici reperiuntur" (128); ibidem parochi multi „apostatare videntur" (129); urbs herbipolensis est „haereticis opinionibus multum imbuta" (128); clerus „suis abundat vitiis" (128); episcopus non audet sine militibus vel ex arce exire vel in ecclesiam cathedralem venire (129). Protestantes autem iam episcopatus Germaniae fere octo „devorant" (169 174); archiepiscopus magdeburgensis novissime ab ecclesia ipse defecit (169). Osnaburgi non is, qui est urbis episcopus simul et princeps, sed Lutherani dominantur (157). In dioecesibus bremensi, mindensi, verdensi vix paucae Catholicorum reliquiae cernebantur (153). Treveris Ioannes von der Leyen salutatus erat archiepiscopus anno 1556; neque vero consecrationem episcopalem ne anno quidem 1565 habebat (135); eadem consecratione hoc anno carebat etiam Ioannes ab Hoia, qui 12 annis ante electus erat episcopus osnaburgensis (154); eodem tempore in amplissima illa archidioecesi coloniensi non erat, qui sacros ordines conferre posset: nam episcopus suffraganeus duobus annis ante mortuus erat; et qui iam inde ab anno 1562 archiepiscopi nomen gerebat, neque sacerdotio initiatus, neque a pontifice confirmatus erat (142). Episcopi multi „dormiunt" potius, quam ut „gregi suo pascendo advigilent"; rerum sacrarum ignari sunt; „vix unus et alter Theologus vel Canonista multis etiam Episcopis adiungi solet" (518). Iidem antistites „rem ecclesiasticam fere in Germania desperatam putant" (519); timent enim principes protestantes; timent etiam suum clerum; „alius alium exspectat, qui primus glaciem frangat". Ita „ordinandi non rite examinantur"; multis annis nullae visitationes, nullae synodi habentur (411—412).

In cathedralibus ecclesiis argentoratensi, coloniensi, herbipolensi, moguntina canonicos „non deesse" queritur Canisius, qui palam haeresim profiteantur; horum numerus augeri videtur (516); canonici nobiles, cum „depravatam fere habeant educationem" et in ecclesiis cathedralibus „nimia libertate gaudeant", „non ecclesiastici, sed militares plane homines et prae caeteris saeculari licentiae prorsus dediti videntur" (128 516—517). Ecclesiarum cathedralium clerici multi moribus sunt „foedissimis", quibus totum ordinem ecclesiasticum „in maius odium et probrum adducunt" (517). Cathedrale capitulum augustanum, cum cardinali Truchsess primum, ut scholam dilinganam Societati traderet, suasisset, deinde pactionibus, quas ille de eadem schola cum Societate fecerat, assentiri nolebat (112 538); urbis augustanae, protestantibus plenae, proceres catholici atque etiam cardinalis Augustanus vehementer optabant, ut Societas Augustae puerorum scholam haberet (525 545); at capitulum iis obnitebatur; canonico, qui templi cathedralis parochiam administrabat, displicebat, quod fideles sacramentorum causa ad Societatis sacerdotes accurrebant (68); timebat eiusdem templi ludimagister, ne per Socios ludo submoveretur (68); dictitabant canonici, capitulum nolle per Flandros, Italos, Hispanos reformari (534). Ex huius igitur generis canonicis episcopi eligebantur; ex his capitulis germanicae ecclesiae prosperitas maximam partem pendebat! (516—517.)

Sacerdotium per totam Germaniam magis magisque in contemptum veniebat, quia a multis episcopis praelatisque non suscipiebatur, perinde, inquit Canisius, ac si ipsos „puderet" sacerdotum muneribus fungi (175). Respublica coloniensis „clerum non valde purgatum habebat" (172). In amplis illis terris, quae duci iuliacensi et clivensi parebant, clerus nec litteris nec pietate instructus erat (667 677). In Brevi ad episcopos monasteriensem, spirensem, alios misso S. Pius V. vehementer conquestus est de ecclesiasticis concubinas etiam „secum circumducere, et in ecclesiis ac conviviis ostendere solitis" (156). „Excommunicationum", conclamat Canisius, „omnia fere plena sunt, et in sacris res agitur negligentissime indignissimeque" (518). Con-

fessarii multi reservationem peccatorum fere neglegebant (361 414). Herbipoli Canisius a. 1567 „audivit, vix adesse Herbipoli confessarium, qui norit formam absolutionis probe recitare“ (402). „Clerus nec suos morbos nec ulla propemodum remedia ferre posse videtur. . . . Mavult quasi perire funditus rem ecclesiasticam, atque ut sinat se ad sacerdotale officium et observationem canonum revocari“ (411). Interim tamen sua iura, privilegia, libertates mordicus retinent (411 517 637).

Religiosi quoque ordines male habebant. Mendicantium, quos vocamus, numerum valde exiguum esse testatur Felicianus Ninguarda dominicanus (597). Archiepiscopus moguntinus Canisio semel atque iterum dixit, „fieri vix posse, ut monasteriorum status in sua quidem ecclesia ultra decennium duraret; tam paucos in illis religiosos superesse, et eosdem irreligiose vivere, ut se illis novitius nullus velit adiungere“ (517). In Franconiae monasteriis potationes saltationesque fiebant et personae suspectae comparebant (417). Canisius de universa ecclesia germanica scribens, notat bona ecclesiastica ab ipsis etiam monachis dissipari; „qui praesunt, illic hospitia et tabernas publicas fovere magis, quam monasteriis praeesse et prodesse videntur“; monachi multi, religiosis vestibus abiectis, per Germaniam vagantur, et, cum alii sacerdotes non suppetant, parochiale officium adepti, „ecclesias dedecorant“ (517).

Iuventus catholica multis locis haud ita probe instituebatur. Atque in ipsa urbe coloniensi protestantes scholas privatas habebant, quibus ad errores pueris clam instillandos utebantur (326 681); ibidem beneficia ecclesiastica professoribus universitatis sustentandis destinata haud raro in homines conferebantur, qui docere vel nequibant vel nolebant (682). In universitate ingolstadiensi satis „confusa“ erat ratio docendi studendique (715 723).

„Nutat“, inquit Canisius, catholicus „populus vehementer in fide magnaque vi praeceps fertur ad eam religionem, quae specioso libertatis et Evangelii titulo doctis etiam et catholicis frequenter imponit“ (411).

2. Attamen faustiores dies iam illucescebant. Multa hoc volumen habet monumenta restaurationis catholicae. Agam primum de factis eventibusque aliquot, ex quibus ad catholicos germanos magna emolumenta venerunt; deinde de hominibus, qui hisce annis de ecclesiis Germaniae bene meriti sunt.

a) Canisius, cum aestate anni 1565 Romam venisset, Pium IV. pontificem religionis in Germania instaurandae valde studiosum expertus est. Roma 17. Septembris 1565 cardinali Hosio episcopo varmiensi scripsit: „Illud in pontifice maximo non potui non admirari, quod ingratam et magna ex parte rebellem Germaniam tam benignis oculis tamque paterno semper affectu prosequatur. Multis mihi verbis declaravit ingentem qua nostrates complectitur, benevolentiam, curam, sollicitudinem: quaerit remedia, tentat media varia, quibus consulatur inclytae nationi“ (96). Hoc amore motus pontifex paulo post concilium tridentinum absolutum et ab ipso confirmatum ad episcopos principesque Germaniae concilii decreta una cum litteris, quibus eos ad illorum executionem urgebat, destinaverat. Sed haec per viam intercepta erant, neque iis, quibus destinata erant, tradi potuerant (149—152); quare pontifex litteras iterum scribi iussit et Canisio mandavit, ut eas ipse una cum decretorum tridentinorum exemplis authenticis secum in Germaniam perferret et proceribus afferret (150); occultam tamen hanc legationem Pius esse volebat; quare S. Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis Canisium, qui iam inde ab a. 1556 Societatis per Germaniam superiorem erat praepositus provincialis, simul provinciae rhenanae visitatorem nominavit; quod tamen munus eum tantum Socios consolando et ad pietatem excitando exercere iussit (103). Canisius igitur exeunte a. 1565 per Suebiam, Franconiam, Hassiam, Rheni inferioris regiones in Westphaliam usque profectus est (639—691), cum aliis coram, cum aliis per litteras agendo. „Conciliavit“, ut ipse Romam rettulit, „apostolicae sedi animos praelatorum, praesertim duorum archiepiscoporum moguntini et trevirensis necnon episcoporum herbipolensis et osnaburgensis . . . Commendavit illis publicationem et executionem concilii tridentini; proposuit consilia, quae ad catholicam religionem conservandam et promovendam non parum habebant momenti“ (181). Quorum consiliorum hoc

erat praecipuum, ut in proximis imperii comitiis et adessent ipsi, et omnibus iurium bonorumque ecclesiasticorum violandorum conatibus coniunctis viribus resisterent (136 156 214). Pontificis mandata ab episcopis „non modo humaniter, sed etiam reverenter" excepta esse Canisius testatur (181). Cum Pius IV. in collegiis Societatis magnum religionis praesidium constitutum esse censeret, eius iussu et auctoritate Canisius ad ea sive instituenda sive amplificanda complurium episcoporum animos excitavit (128 154). Senatus quoque et universitas coloniensis promiserunt atque etiam magnam partem statim praestiterunt, quae Canisius pontificis nomine petierat: Ut probatae tantum fidei magistri et contionatores admitterentur; ut „tolleretur abusus" excudendi libros impuros, maledicos, catholicae fidei non consentaneos; ut maior haberetur ratio studiorum academicorum et disputationum, maxime in theologica facultate etc. (171 678—686). Usus est etiam Canisius opportunitate sibi oblata adeundi ad Noviomagum civitatem patriam; ubi propinquorum, quos multos et divites habebat, bibliothecas pervestigavit et libros omnes, quos a religione catholica alienos invenit, flammis tradidit (664); cives in fide nonnihil vacillantes publicis privatisque colloquiis tantum confirmavit (656—664), quantum paulo post, orta Noviomagi tempestate quadam calviniana, eorum constantia probavit (335[1]). Guilielmum ducem iuliacensem et clivensem, virum ingenii parum acuti et rerum novarum nimis cupidi, diu quaesivit (157); cum tandem pontificis mandata ad eum detulisset, responsum tulit frigidum et anceps (170); prorsus tamen incerta sunt, quae de hac tractatione Hermannus Hamelmannus olim scripsit (673). Canisius omnino frustra apud ducem laborasse non videtur; ipsis illis diebus Dusseldorpii munere contionatoris aulici amotus est sacerdos ille, qui nec legem caelibatus servabat, nec missae sacrificium offerebat; semina quoque aliqua, nisi fallor, per Canisium iacta sunt mutationis illius, qua tandem ducis et familia et populus ad catholicae fidei puritatem redierunt (676). Necdum Canisius aliis compluribus, ut episcopis argentoratensi, spirensi, vormatiensi, litteras pontificias attulerat (649), cum cognita morte Pii IV. a legatione sibi desistendum esse ratus est (173). Molesta haec fuerat peregrinatio; nam in mediis hiemis frigoribus et uno fere comite Canisius peregrinatus erat, nec sine vitae discrimine (647—648); necesse enim erat per multa loca transiret protestantium (157); quibus Canisii nomen exosissimum erat. Pecunia tamen — id quod biographos latuit — per Pium IV. et amicos aliquot tam large instructus erat, ut post eius reditum nummi haud pauci superessent (689). Dolendum sane, relationes, quas pontificis iussu ex legatione ad cardinalem Amulium misit, nondum repertas esse (106 119 130 134 142 156); exstant vero epistulae, quas eodem tempore Romam ad cardinalem Truchsess et ad Borgiam praepositum generalem eo consilio misit, ut per hos ad Amulium et ad pontificem ipsum de rebus Germaniae referretur. Canisius hoc potissimum commendat, ut episcopis Germaniae coadiutores probi mature adiungantur, ne post illorum mortem haeretici eligantur episcopi (169 174); addit, a curia non esse confirmandos episcopos, nisi qui sacerdotio iam initiati sint; his autem graviter praecipiendum esse, ne praelatos minores ultra annum susceptionem sacerdotii differre patiantur (175); ad comitia imperii legatum mittendum esse valde idoneum (175); huius opera inter pontificem et imperatorem consilia coniungi oportere ad episcopatus Germaniae ab adversariorum avaritia protegendos (169); per eundem providendum esse, ut inter catholicos de decretis tridentinis ad effectum adducendis conveniat (176). Ad S. Pium V., qui initio a. 1566 pontifex electus erat, tum Amulius, tum Borgias, quae ex Canisio acceperant, rettulerunt; pontifex consilia haec probavit et in ecclesiis germanicis curandis sequi statuit (205). Idem vix ecclesiam regendam susceperat, cum mandavit, ut non solum Canisius, postquam comitia absoluta essent, legatione pontificia fungi pergeret (200), sed etiam alii de Societate iique multi per Styriam, Austriam, varias Germaniae partes ad contionandum, doctrinam christianam tradendam, sacramenta paenitentiae et eucharistiae atque etiam baptismi ministranda circummitterentur (167). Canisius, ubi haec per Borgiam intellexit, paene contremuit; respondit praeposito generali, et Natali visitatori et sibi eiusmodi missiones odiosas et periculis plenas videri (690—691); ipsi etiam catholici, ait, exploratores romanos

nos habebunt (690) et homines esse iudicabunt, qui res politicas tractent et praeesse malint, quam humilia officia praestare, ad quae praestanda a Deo vocati simus (209); indignabitur imperator (691): et disciplina religiosa et res scholasticae detrimentum capient (227—228); pontifex quod vult non consequetur (202—203). Ceterum. inquit, „quod ad me spectat, in utrumque casum me paratum sentio, Domini gratia“ (209). S. Franciscus Borgias Canisio promisit, curaturum se, ut pontifex moneretur; „quae ille, rebus intellectis, constituerit, nos quoque optima iudicabimus“ (227). Prudentissimo pontifici facile persuasum est; praestare ait, ut Socii in collegiis et locis vicinis, unde facile in collegia reverti possent, sacra ministeria exercerent (264); Canisius legatione liberatus est (270).

Redeo ad comitia imperii Augustae Vindelicorum a. 1566 habita. De horum exitu multum timebatur; periculum enim erat, ne Maximilianus II. imperator, ambigui et claudicantis ingenii homo, cum ordinibus protestantibus novum quoddam „Interim“ componeret, vel saltem constitueret, ut religionis conciliandae gratia concilium nationale vel colloquium haberetur (170 176 248—249). Protestantes hoc quoque sibi proposuerant, ut ex „pace religionis“ augustana expungerent „reservatum ecclesiasticum“ sive legem illam, qua episcopi, abbates, ecclesiastici reliqui, ubi ad Lutheranos transissent, et officio et reditibus ecclesiasticis cedere iubebantur (249). At comitia faustius evenerunt. Multa de iis in hoc volumine ponuntur, quae nec Canisii biographis nec iis qui de comitiis scripserunt, nota erant. Pius V. a Francisco Borgia sex Iesuitas petierat, qui cardinalem Commendonum ad comitia a se legatum iuvarent; cum tamen sine maxima religionis iactura tam multos dari non posse audisset, satis sibi fore significaverat, si Patres Natalis et Ledesma Roma Augustam mitterentur (574); simul cardinalis Amulius Commendonum per litteras hortatus erat, ut Canisii quoque opera uteretur (575); Borgiam cardinalis Truchsess monuerat, Canisium comitiis quam maxime necessarium esse; eum enim apud principes catholicos, maxime apud archiepiscopos electores moguntinum et treverensem et apud episcopum herbipolensem, „incredibili“ auctoritate florere (728). Primum actum est de ope imperatori adversus Turcas ferenda, quorum exercitus Austriae horrendum exitium minabatur. Natalis non suo solum, sed etiam Canisii nomine per litteras Romam missas praepositum generalem obsecravit, ut pontificem adiret et hoc ei declararet: Imperatorem, si iis in angustiis pecuniarum subsidia ab ipso accepisset, in rebus religionis ei esse obsecuturum. Adiit Sanctus Franciscus Sanctum Pium, neque hic dubitavit, larga nummorum solutione Maximiliani in ecclesiam catholicam aequitatem et favorem comparare (218). Imperator, quod ad externam speciem attinet, in comitiis plane catholicum se praestabat (196 215 582); Matthias Cythardus dominicanus coram eo eiusque aulicis „admodum catholice“, ut Canisius ait, contionabatur (215); cum Canisio in ecclesia cathedrali contiones quadragesimales habente protestantes aliqui ad ecclesiae portas astantes carnes vorassent et in ipsa ecclesia aquam sacram inquinassent, imperator auctoritatem suam serio interposuit (561). Veniebant ad Canisium audiendum multi (215 225) atque etiam nonnulli ex adversariis (561); is quater singulis Quadragesimae hebdomadis dicens, doctrinae catholicae capita, quae protestantes in controversiam vocaverant, defendebat; ut quae spectant verbum Dei, traditiones, iustitiam christianam, opera bona, indulgentias (562—572). Praeterea rogatu Mariae imperatricis semel singulis hebdomadis in templo S. Catharinae ad feminas nobiles germanicae nationis cum ipsa versantes orationem habebat (559). Cardinalis Commendonus Canisio in ecclesia cathedrali peccata confessus est (578); idem in sacello Sociorum saepe sacrum faciebat (542). Per hebdomadem maiorem tanta erat Italorum, Hispanorum, Germanorum peccata confitentium multitudo, ut sex Societatis sacerdotes occupatissimi essent (224): in cathedrali templo sacrae caerimoniae admodum pulchre et pie, plurimis astantibus, agebantur (542). Canisius aliam quoque rem ageret necesse fuit: Fridericus III. Palatinus princeps elector idemque Calvinianismi praecipuus patronus libellum disseminaverat, quo imperium tranquillum fore nisi exstincto penitus papatu negabatur, et Iesuitas omnium malorum auctores esse affirmabatur; cardinalis Truchsess

mandatu per Canisium commentarius, quo libellus refutabatur, conscriptus est; quamquam hic, ut cardinali Commendono pacis studiosissimo satisfieret, aut nunquam, aut certe post comitia demum et sine auctoris nomine typis exscriptus est (812). Maxima difficultas Commendono eiusque theologis orta est sub finem comitiorum: Catholici aliquid magnum se assecuturos esse existimabant, si efficere possent, ut denuo, nulla condicione adiuncta, confirmaretur „pax religionis“ illa, quae Augustae in comitiis inter Catholicos et Lutheranos inita erat anno 1555, quo catholicorum potentia nondum ita erat imminuta, ut anno 1566 (243). Verum afferuntur Roma litterae pontificis, quibus legatus, ubi aliquid a doctrina concilii tridentini alienum decernatur, „protestationem“ interponere et Augusta abire iubetur (252). Quaerebatur igitur, quid de confirmatione pacis augustanae esset statuendum. Per 14 dies cardinalis Commendonus Patres Natalem, Canisium, Ledesmam tantis laboribus onerabat, ut vix edendi et dormiendi tempus iis suppeteret (584 590—591). Non consentiebant inter se omnes cardinalis theologi; Lancellotus (qui postea cardinalis fuit) pacem cum dogmatis tridentinis pugnare asseverabat (586 589); Sanderus (585) et tres illi de Societate theologi negabant; certe id non esse manifestum; ideo legatum neque palam, neque privatim coram testibus „protestationem“ facere debere, antequam pontifex denuo scripsisset; protestationem, si forte opus esset, etiam post comitia fieri posse; si in comitiis fieret, rem catholicam in summum discrimen adductum iri; tantum curandum esse, ut catholici in comitiis concilium tridentinum admitterent idque aliqua ratione testatum facerent (230—247 585 589). Neque satis erat Sociis legato ipsi compluribus scriptis id persuadere; scriptorum exempla suis nominibus signata Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis praepositum generalem miserunt eumque vehementer rogarunt, ut quam primum ad summum pontificem accederet eiusque animum a protestatione illa averteret. S. Pius V. diu anceps haerebat; tandem protestatione abstinendum esse censuit (232 252—255). Ita res tranquille transactae sunt; catholici ordines congregati decreta concilii, quae ad doctrinam fidei pertinebant, admiserunt; decreta disciplinam spectantia, quantum fieri posset, exsequi statuerunt; de aliquibus tamen, quod in Germania maiorem difficultatem haberent, se pontifici supplicaturos esse Commendono significaverunt (592—594). De ordinibus religiosis apud Germanos instaurandis consilia inter Felicianum Ninguardam dominicanum, Natalem, Canisium collata sunt; quae postea Ninguarda pontifici proposuit (597). Stetit reservatum ecclesiasticum. Colloquii similisve conatus nulla in „recessu“ comitiorum facta est mentio (248). Tunc primum post multos annos catholici in comitiis non solum nihil perdiderunt, sed etiam novos animos sumpserunt et viribus aucti sunt (587 591). Pii V exspectationem omnem hic exitus superavit (270). Cardinalis Commendonus Canisium eiusque de Societate collegas multum laudavit (591 594).

Inter Natalem, Canisium, Ledesmam nullam in comitiis diversitatem opinionum fuisse Natalis testatus est (591). Exstant adhuc commentarii ab iis compositi; quos diligentissime et in hoc volumen transcribere et adnotationibus illustrare studui. Notatu singulariter dignum est scriptum illud, quo singula pacis capita explicantur (241); scripti auctorem praecipuum Canisium fuisse dixeris; nam is solus linguam germanicam (qua pax scripta est) callebat; is anno 1555 comitiorum tempore aliquamdiu Augustae fuerat; is complures ex principibus et consiliariis, qui tractationi illi interfuerant, bene noverat. Canisii autem interpretatio nonnihil ab ea differt, quam saeculo XVII. aliquot theologi catholici, iique et ipsi viri graves, proposuerunt (247); aliqua enim, quae hi plene et sine ulla fere condicione a catholicis concessa esse dicebant, Canisius ad tempus tantum et cum condicionibus concedi affirmat; ita caput illud, quod de bonis ecclesiasticis per Lutheranos ablatis est, Canisius sic interpretatur: Catholici haec bona neque armis neque aliis rationibus recuperare studebunt, sed, ut Lutheranis maneant, permittent tamdiu, donec vires recuperaverint ad ius suum vindicandum. Ceterum in pace augustana venenum discordiae latuisse nunc omnes fatentur (231[3] 247); quod tamen quominus ipso iam saeculo XVI. in bellum civile erumperet, per cardinalem Commendonum eiusque theologos impeditum est.

Alio quoque incommodo his annis ecclesia germanica magnam partem levata est; studium illud dico calicis sacri populo praebendi. Salisburgensibus eam libertatem detrimentum attulisse archiepiscopus cardinali Truchsess dixit (75). Canisio cardinalis Hosius ex Varmia scripsit: Concessionem illam nihil prodesse; sibi molestias ex ea parari (138). Quare mirum non est electores ecclesiasticos calicis permittendi potestate a Pio IV. sibi facta uti noluisse (75). In epistulis, quae de rebus Bavariae sunt, calix vix uno verbo commemoratur.

Synodorum institutum eodem tempore coeptum est ex concilii tridentini praescripto in usum reduci. Cardinalem Truchsess in synodo augustana, quae Dilingam congregata est, tum praeparanda, tum celebranda Canisius multo labore adiuvit (8 492 497); de catechismo tradendo, verbo Dei explicando, sacramentis administrandis multa salubriter sancita sunt; morum reformatio ex decretis tridentinis instituta; inprimis concubinatus vitium proscriptum; parochi reliquique confessarii Bullam Coenae, qua censurae ecclesiasticae et peccatorum reservationes comprehendebantur, legere et expendere, parochi etiam eandem singulis annis populo explanare iussi sunt; cardinalis excommunicationis poena proposita interdixit, ne quis libros prohibitos legeret vel secum retineret, nisi praepositi sui licentiam impetrasset (635). Idem cardinalis S. Francisco Borgiae scripsit, prosperum synodi successum potissimum, quantum ad humana subsidia attineret, Petri Canisii et Alphonsi Pisani sacerdotum Societatis prudentiae ac diligentiae attribuendum esse (638). Constantiensis quoque cardinalis synodum praeparabat (451 528).

Pius IV. fidei professionem a concilio tridentino praescriptam et a se certa formula expressam ab omnibus emitti iusserat, qui in universitatibus vel docerent vel rectores decanive eligerentur vel ad gradus academicos promoverentur. Haec fidei professio tridentina in universitatem dilinganam facili negotio a. 1565 inducta est; Dilinga enim cardinali Truchsess et in sacris et in civilibus rebus subiecta erat; universitatem Societas regebat (37). Ab universitate coloniensi Pius IV. eandem professionem a. 1566 ineunte tum per Breve apostolicum (645), tum per Canisium nuntium petiit (682); Canisius ad curiam referre potuit, facultates theologiae et artium statim illam suis iniunxisse; reliquas facultates eiusdem iniungendae spem fecisse (171). Diu vero in universitate ingolstadiensi ea de re instandum erat (37 493); duo illi Socii, qui philosophiam docebant, discipulos ad professionem fidei privatim ante promotionem faciendam adduxerunt (524); S. Franciscus Borgias praepositus generalis per litteras Pfistero canonico frisingensi, Alberti ducis gratia florenti, negotium illud commendavit (483); neque tamen ante a. 1568 conatui prospere successit.

Romam in collegium germanicum Sociis, inprimis Canisio, iuvantibus venerunt complures iuvenes, qui postea in Germania de religione insigniter sunt meriti: Andreas Ierinus in episcopali sede vratislaviensi positus plurimum pro Silesia ad fidei catholicae puritatem reducenda praestitit. Petrus Damiani in dioecesi treverensi, maxime in terra limburgensi, egregiam operam ecclesiae navavit (328). Eandem libris editis defenderunt Philippus Doberainer (2) et Iacobus Rabus ulmensis, Ludovici Rabi ministri lutherani filius, Dilingae per Societatis homines in ecclesiam receptus (829). His „alumnis“ accedebant praeclari aliqui „convictores“, qui suis expensis in collegio vivebant neque ad ecclesiasticum vitae genus suscipiendum adigebantur; ut Philippus Eduardus Fugger augustanus, qui postea litteratorum maecenas fuit et mathematicarum artium magnam sibi comparavit peritiam (5). Iam aliquot annis ante in collegium missus erat Octavianus Philippi frater; atque hic — id quod novum est — ipsis hisce annis, cum litteras et pietatem haud segniter coluisset (3 42 535), Societatem ingrediendi spem Ursulae matri praebuit (274); exspectandum adulescentisque animum diutius tentandum esse Socii censuerunt (292), idque recte; nam post aliquod tempus is animum mutavit (386); attamen Augustae postea supremam rei publicae dignitatem adeptus est et Societati una cum Philippo fratre gratiam largiter rettulit, amplo collegio Augustae fundato.

Haud prorsus ignota, neque tamen plane perspecta usque adhuc erant, quae in hoc volumine de Udalrico comite ab Helfenstein proferuntur. Is sub a. 1555 una cum fratre (paulo post mortuo) non solum ab ecclesia defecerat, sed etiam, potestate usus, quam principes ex pace illa augustana repetebant, terram suam effecerat lutheranam, sacerdotibus pulsis, parte bonorum ecclesiasticorum haud exigua ablata (321). Sed veteres patres legenti (782), novos illos ministros lutheranos propter intuenti, varia audienti (318 786) viro prudentissimo ortum est desiderium religionis catholicae accuratius cognoscendae (780). Canisius rogatus Wisensteigam ad comitem venit, 12 circiter dies cum eo mansit (317), tam dilucide, quantum in rebus fidei protestantes „catholicis inferiores" essent, demonstravit (784), ut ille paulo post palam sollemniterque ad ecclesiam reverteretur; Udalricus filios in Societatis disciplinam tradidit; Dilinga multos libros catholicos, complures sacerdotes secum abduxit; comitatus sui iuvenes, qui in universitate basileensi litteris studebant, inde Dilingam transmigrare iussit; redierunt Wisensteigam canonici et comitis hortatu curaque recentibus pietatis exemplis superiorem morum pravitatem compensarunt; populo plaudente in templis altaria et imagines sacrae sunt restituta et religio tam solidis fundamentis stabilita, ut etiam nunc terra haec velut insula catholica in medio mari protestantium stet, gratam servans et Udalrici comitis et Canisii memoriam (779—790). Udalricus ob ingenii acumen et morum gravitatem apud principes Germaniae auctoritate vigebat (782 788); quare ipsius factis late divulgatis multorum animi commoti sunt (785 789), praesertim cum Societatis homines totam historiam una cum rationum, quibus fidei catholicae veritas comiti comprobata esset, indiculo latine Antverpiae, gallice Lugduni excudendam curassent (532 781).

b) Quam fauste Wisensteigae res catholicae instauratae essent, per Socios nuntiatum est sanctissimo viro (196) Pio V. (482); cui Germaniae salus vehementer cordi erat. Complura huius rei testimonia in hoc volumine afferuntur nova: Durius agere sibi videbantur Societatis per Germaniam confessarii, si omnes, qui 5% sumerent, absolutionis beneficio donare abnuerent. Res ad S. Pium V. relata est; is „ut theologus" hoc theologorum romanorum approbavit responsum: 5% sumi posse, si duplex fieret pactum, unum societatis, alterum assecurationis; pupillis igitur et hominibus sua industria non viventibus 5% permitti posse; ne tamen pecuniae cupiditate homines incenderentur, Pius interdixit, ne vulgo aperiretur. pontificem eam sententiam approbasse (486 497). S. Franciscus Borgias haec cum sodalibus germanis communicavit; idem haud multo post (consulto, puto, iterum pontifice) iisdem scripsit: Si, qui 5% sumpsissent, pauperes essent, eos ad pecuniam restituendam non esse obligandos; divites admonendos quidem esse, ut, quae lucrati essent, restituerent, neque tamen se id ita dicere, ut certo definire vellet, eos, si restituere nollent, absolvi non posse (530). Alia dubitatio ex haereticorum absolutione nata est. Pius V., qua erat in Societatem Iesu benevolentia (197), ipso pontificatus initio omnes ei gratias et facultates, quas vel superiores pontifices, vel ipse, cum inquisitor generalis esset, concesserant, confirmavit (166); in harum numero potestas erat hominum in regionibus septentrionalibus ab iis etiam casibus, qui in Bulla Coenae summo pontifici reservabantur, absolvendorum; ac quod ad haereticos attinet, Iulius III. eorum absolvendorum facultatem dederat nulla apposita condicione. ne illa quidem (multum tunc usitata), ut haeretici in foro externo sive extra confessionem haeresim abiurarent (*Can.* IV 14). Quare P. Natalis visitator PP. Canisio et Ledesma probantibus a. 1566 constituit, ut confessarii haereticos coram 2 Sociis haeresim abiurare iuberent; quod si impetrare non possent, contenti essent abiuratione in ipsa confessione facienda (343). Postea vero in Canisii animum scrupulus invasit: num etiam illi, qui in haeresim relapsi essent, absolvi possent; quare Franciscum Borgiam praepositum generalem consuluit (295); qui per unum ex cardinalibus inquisitoribus pontificem interpellavit; is facultatem quidem concessit absolvendi eos, qui libros haereticos denuo legissent vel pravum cum haereticis commercium denuo habuissent; de iis vero, qui in ipsam haeresim relapsi essent, Romam referri iussit (340). Dolore magno affectus est Canisius: „Per Christum rogo", inquit, „ne linum

fumigans hic cogamur exstinguere! Laudamus pontificis maximi zelum ardentem, sed rogamus etiam supplices, ne claudantur nobis manus ad Germanis pereuntibus opitulandum!" (361.) Ipsis confessariis eo rigore multum angustiarum, pericula haud exigua parari (361). Denuo igitur pontifex a sodalibus romanis appellatus est. Hic in posterum praepositis provincialibus et collegiorum rectoribus facultatem esse voluit homines in haeresim relapsos absolvendi, ita tamen, ut illi coram testibus errores retractarent et retractationis litteras aut ipsi, aut, si non possent ipsi, per alios subscriberent (375). Ne ita quidem Germanorum necessitati satisfieri posse respondit Canisius (435); si enim illi de testibus arcessendis et de litteris conscribendis monerentur, eorum animos perturbatum iri (400); accedere, quod collegiorum rectores ad relapsorum confessiones excipiendas minus essent idonei. „Verum haec salva semper obedientia et reverentia Sanctae Sedi Apostolicae debita dixerim" (400). Aliquot hebdomadis post Canisius denuo Borgiae instat: „Ne impediantur nostri Germanos Deo et ecclesiae lucrifacere et errantibus quacunque ratione auxiliari pro huius calamitosi temporis et loci ratione, quae non sinit frequenter apud aegrotos asperiora illa remedia, quae alibi valent, experiri. Atque haec omnia salvo meliore iudicio et cum debita Sanctae Sedi Apostolicae reverentia dicta velim" (453). Ita Borgias novam orsus est causae tractationem (384 463 482); cardinalis quoque Truchsess procuratori suo romano negotium serio commendavit (397). Tandem Borgias Canisio renuntiare potuit: Iam Socios in haereticos omnes, etiam in relapsos, absolutionem eadem ratione conferre posse, qua antea eam contulissent; eos tantum, qui haeresim palam profiterentur, ad episcopos remitti debere (486).

Longe tamen, ut iam satis ostendi, aberat, ut Pius V. pontifex leges ecclesiasticas temere relaxaret; exemplo esse potest Index quoque librorum prohibitorum. Romae etiam praelatis librorum haereticorum legendorum facultas nonnunquam denegabatur (315). Cum vir quidam nobilis, doctus, vere catholicus, Monachii degens eandem facultatem petisset, Pius respondit, se ob id ipsum, quod sciret eum probe catholicum esse, facultatem non dare, sed hortari, ut catholicos libros emeret legeretque (222).

In oblivionem paene venit mandatum, quod S. Pius V. fidei catholicae studio motus a. 1566 in Germaniam misit. Fridericus III elector Palatinus, ut Calvinismum suum in tuto collocaret, principes lutheranos ad comitia quaedam Erfordiae habenda invitaverat, in quibus effectum iri sperabat, ut illi ipsum quoque augustanae confessionis esse profiterentur; id quod fuisset idem atque tutelae, quae per pacem religionis augustanam solis Catholicis et Lutheranis asserebatur, Calvinianos quoque participes reddere; fuisset etiam idem ac Calvinianis, qui ab ecclesia catholica multo magis quam Lutherani erant alieni, animos viresque addere. Cardinalis Granvellanus, re cognita, pontificem de periculo certiorem effecit eique suasit, ut impediret, quominus Lutherani cum Calvinianis se coniungerent. Placuit consilium Pio; neque tamen alia eiusdem ad effectum adducendi ratio ei se offerebat, quam ut Iesuitis in Germania versantibus negotium committeret. Quare Franciscus Borgias praepositus generalis Canisio aliisque Sociis scripsit, ut id curarent vel ipsi vel per amicos; ut si Bavariae dux vel cardinalis Augustanus vel archiepiscopus moguntinus Lutheranos aliquos sibi nonnihil familiares monerent; posse etiam Lutheranis, quantum Calviniani ab ipsorum doctrina aberrarent, scripto aliquo vel epistula ostendi, quae vel sine nomine auctoris vel nomine catholici alicuius Lutheranis minus ingrati apposito vulgaretur (311). Erfordiae tamen conatus calviniani adeo non successerunt fauste, ut catholici omni metu facile liberarentur (350).

Aliud Pii V. factum breviter indico, quia saepe narratum est. Anno 1567 pontifex cardinalis Commendoni suasu Canisio mandavit, ut in Alsatiam iret et episcopo argentoratensi persuaderet, ut coadiutorem probum sibi adiungendo provideret, ne post ipsius mortem canonici haereticum eligerent episcopum; suo tamen Canisius nomine, non pontificis id commendaret, spem simul praebendo opis per pontificem liberalissime ferendae (421).

Ex hac re intelligi potest, non S. Pii V., sed aliorum vitio Romae id accidisse, quod a. 1567 Danieli Brendel archiepiscopo moguntino et imperii principi electori

accidit. Hic a curia romana petierat aliqua ad ecclesiae germanicae utilitatem commodumque spectantia; nihil impetravit; immo renuntiatum est, ipsum Romae male audire. Optimus praesul dolorem vehementem ea ex re captum per litteras in sinum cardinalis Truchsess effudit; cardinalis rogatu Canisius S. Franciscum Borgiam obtestatus est, ut Romae, quandocunque posset, archiepiscopum excusaret, laudaret, adiuvaret; omnino hoc sedi apostolicae commendandum esse notavit, ut archiepiscopos Germaniae valde „molliter" tractaret atque etiam honoribus prosequeretur; dignos enim eos esse eiusmodi officiis, cum diu in maximis periculis adversus haereticos constitissent (301).

Ne mireris, Canisium tam saepe suas admonitiones Romam misisse. Borgias praepositus generalis planis verbis ei praeceperat, ut, quotiescunque aliquid, quod Germaniae prodesse posset, ipsi in mentem venisset, id secum communicaret neve dubitaret, quin pontifex rem intellecturus esset (205).

Cardinalem Ottonem Truchsess de Waldburg episcopum augustanum religionis studiosissimum fuisse satis iam significatum est. Idem Dilingae universitatem, adulescentum studiosorum contubernium, Societatis collegium a se condita amplificare et exornare, obnitente haud raro capitulo cathedrali, diligenter studebat (603—623); sacris magna cum sollemnitate operabatur (87 601); disputationibus aliisque sollemnibus academicis intererat (8 113 602 603); Sociis novam domum exstruebat (190). Desiderabantur certe aliqua in eo; collegio Societatis dotando parum operae navabat (180 757); aere alieno obrutus (194 386) parcius vivere debebat (15 46). Sociorum tamen monitu 80 homines ex aula dimisit; in quorum numero erant cantores, quibus alendis tria milia aureorum quotannis expenderat (8 67). Societatem Iesu maximi aestimabat et tenerrime diligebat (74 112 605).

Regia in Societatem munificentia Ottonem aequabat vel etiam superabat Daniel Brendel archiepiscopus moguntinus et collegii moguntini fundator; quamquam ne ipse quidem clerum his studiis habebat valde faventem (124). Canisius eum „plus minus 20 000 florenorum", pecuniam ea aetate ingentem, Sociis dedisse scribit (301).

Ioannes quoque von der Leyen archiepiscopus treverensis et cardinalis Stanislaus Hosius episcopus varmiensis collegia Treveris et Braunsbergae a se instituta sollerter fovebant (97 644). Cathedralis ecclesiae spirensis canonici Spirae, civium protestantium odium nihil timentes, collegium Societatis incohaverunt (188 461). Collegium deinde, quod paulo post in iustam universitatem evasurum et Franconiae per duo saecula ingentem utilitatem allaturum erat, a. 1567 Herbipoli condidit Fridericus a Wirsberg episcopus princeps herbipolensis; instanter petierat (125 128 699), diu exspectaverat Societatis homines (365); multum quoque aedificaverat (277 504) et in fundatione rite conficienda (id quod infra magis singillatim enarrabitur) vehementer desudaverat (505). Collegium Canisii rogatu (367) non provinciae Germaniae superioris, cui ipse praeerat, sed rhenanae a praeposito generali adiunctum est (474 502); nam haec sodalibus abundabat, illa egebat (225 498), atque Herbipolis rhenanis Societatis domibus vicinior erat, quam reliquis (474). Ceterum Canisius de collegii herbipolensis initiis praeclare meritus est; cum ipso episcopus iam inde a multis annis consilia communicaverat; ipse ea per multas epistulas moderatoribus romanis commendabat (47 128 288 293 365); $2^1/_2$ hisce annis (ut de superioribus nihil dicam) ipse quater Herbipolim profectus est (127 693 702—707 709—711). Canisii opera Fridericus episcopus aliis quoque in rebus utebatur. Anno 1567 ille per tempus sacrae Quadragesimae in ecclesia cathedrali tres singulis hebdomadis contiones habuit (401), audientibus etiam templi canonicis et vicariis (701); eadem Quadragesima episcopi iussu bis singulis hebdomadis omnes civitatis pueri famulique in ecclesiam Franciscanorum congregati sunt, ut ex Canisii ore doctrinae christianae explicationem acciperent (702). Praeterea Canisius episcopo ipsi, quo melius gregem pasceret et suae ipsius saluti consuleret, saluberrima consilia non verbis solum, sed etiam scriptis dedit (413—417). Exhortatur eum, ut caveat, ne ex Lutheranis Calviniani evadant; ut, quinam libri novi per episco-

patum vulgentur, accurate cognoscat; cum clerus acerrima quaeque medicamenta ferre nequeat, „moderata" tamen ei adhibeat (410); consultatio quaedam sive consilium ecclesiasticum coram episcopo habitum est, cui Canisius interfuit: decreverunt, ut visitationes haberentur; ut in confessariorum gratiam institutio quaedam cum casuum reservatorum catalogo excuderetur et „summus poenitentiarius", a quo consilia peti possent, constitueretur etc. (705).

Si haec et alia, quae in hoc volumine occurrunt, consideraveris, videbis, in illius aetatis episcopis multa, ex parte saltem, excusari posse atque etiam debere ipsa temporum malitia (135 410). Idem de reliquo clero dixeris: quamquam ne huic quidem viri doctrina et pietate conspicui prorsus deerant; nomino tantum Martinum Eisengrein parochum theologiaeque professorem ingolstadiensem (312 722), Ioannem Latomum ecclesiae S. Bartholomaei francofurtensis decanum (803), Thomam Busaeum ecclesiae S. Stephani noviomagensis decanum (656), Theodorum Lindanum canonicum vratislaviensem (7 204), Laurentium Surium cartusianum coloniensem, Canisio amicissimum (532), qui his annis cum aliis libris editis, tum grandi conciliorum corpore in lucem emisso catholicis magno emolimento fuit (444).

His clericis ad religionem sustentandam multum auxilii praebebant aliqui ex Germaniae principibus, inprimis Albertus V. Bavariae dux (19 56) et Ferdinandus II. Austriae superioris princeps (19); Albertus comitatum hagensem ad ecclesiam reducebat (493). Ferdinandus archidux Tirolim ab anabaptismo aliisque haeresibus diligenter ac severe purgabat: qua in re Lanoii rectoris oenipontani atque etiam Canisii consiliis iuvabatur (777). Ferdinandi sorores Oeniponte habitantes luculenta virtutis exempla populo praebebant; Societatis collegio romano, ex quo plurimi in germanicam messem prodibant, quotannis 400 fere aureos pro stipe mittebant (24 484); Societatis collegia in Germania superiore constituta templorum ornamentis instruebant (224 718); collegio oenipontano cotidie cibos mittebant (374); Societati Iesu universae „matres optimas" se praestabant (223). Ac quoniam de Alberto V. duce dixi, hoc addo: Tanti S. Pius V. eius merita faciebat, ut ipsius gratia nonnihil de sacrorum canonum rigore remittens, Ernesto eius filio, undecim annorum puero, episcopatus frisingensis administrationem, quod ad reditus ceteraque bona attineret, permitteret, reliquis officii episcopalis muniis in alios, donec Ernestus maturus esset, reiectis (264). Canisius rogatus Ernestum pontifici, gravate tamen, commendaverat (263).

Ad laicos catholicos redeo. Rempublicam coloniensem Canisius magnis effert laudibus (325 685), maxime in litteris, quibus novam „Summae" suae editionem ei dedicat; eam vere „supra petram fundatam" et nomine dignam esse, quo olim ornata sit, „fidelis filiae" sanctae romanae ecclesiae (159). In republica augustana complures familiae patriciae fidem sedulo tuebantur. Inter quos excellebat Ursula de Lichtenstein, Georgii II. Fuggeri uxor, Societatis patrona liberalissima (9 300[1] 535 547), „mariti Christo lucrifaciendi" studiosa (44), „in spiritualibus studiis et pietatis operibus insignis ac admirabilis" (293).

In iuris peritorum quoque ordine erant, qui ecclesiam strenue defenderent: Christophorus Welsinger cancellarius argentoratensis (421 514), Balthasar ab Hellu cancellarius herbipolensis (128 694), Simon Thaddaeus Eck cancellarius bavarus (19 766) consiliis et legationibus, Guilielmus Eisengrein (90 831) librorum scriptione id praestabant. Oeniponte „Domini de regimine" Austriae superioris sive principis consiliarii supremi „lectionem" theologicam, quam unus ex Sociis diebus dominicis habebat, frequentabant (45).

Erant etiam typographi, qui operam ecclesiae dicarent; ut Christophorus Plantinus antverpiensis (814), Maternus Cholinus et Gervinus Calenius colonienses (281 444 804), Sebaldus Mayer dilinganus (791—792).

Ad Societatis Iesu homines transeo. Hi eo tempore multas experiebantur difficultates. Sicut Romae (24) et Parisiis (403 477), ita plerisque Germaniae locis Societatis collegia inopia rei familiaris laborabant (37 107 225 280): Canisius aliquando paene desperavit de provinciae suae domibus aere alieno liberan-

dis (498). Molestius erat, quod a. 1565 fama spargebatur, pueros per Socios castrari, ut „sanctam castitatem amplecterentur"; producebatur puer, qui ea iniuria per certum quendam collegii monacensis fratrem laicum se affectum esse asseverabat; at tandem fraus coram iudicibus per chirurgos cognita, ipsius pueri confessione confirmata, publicis Alberti V. litteris patefacta est (90). Eodem a. 1565 Iacobus Andreae Lutheranorum wurttembergensium minister adversus theses aliquot theologicas a Sociis ingolstadiensibus vulgatas libellum „De maiestate hominis Christi" edidit, in quo „hos Iesuitas cum fide Christiana etiam cerebrum amisisse" asserebat et universam Christi ecclesiam adhortabatur, „ut sibi ab his Zwinglianis Iesuitis caveret" (132). Anno deinde 1566 Guilielmus Bidenbach et Lucas Osiander ministri stugartienses „Piam responsionem" ad P. Hieronymi Torrensis S. J. theses dilinganas Tubingae vulgaverunt, in qua Iesuitas „novum hypocritarum genus", „falsarios", „praedones" appellabant, et in concilio tridentino „Antichristum et Antichristi satellites" „praesedisse" et homines „reos atrocissimorum criminum, idololatriae, blasphemiae, magiae" etc. iudices fuisse dicebant (304). „Placet nobis", inquit Canisius, „idcirco liber, quod ostendat adversarios a Iesuitis vicinis magnopere sibi formidare... Benedictus Deus, qui nos pro causa religionis ad istorum calumnias ferendas dignos reddit!" (302.)

Socii in mediis hisce vexationibus bonis animis erant et impigre laborabant. Collegia coloniense, moguntinum, treverense florere Canisius, cum regiones illas peragrasset, ad praepositum generalem rettulit (170 180). Dilingae quoque et Oeniponte ex scholis fructus multi colligebantur (15 381 382 841). Ipse etiam Ioannes Sturm gymnasiarcha argentoratensis apud protestantes laudatissimus Societatis in docendo sollertiam industriamque et privatim et palam laudabat (543). Episcopus herbipolensis iuvenum studiosorum contubernium herbipolense Societati tradere volebat (366); Bavariae dux optabat, ut Socii Monachii contubernium adulescentium nobilium susciperent regendum (437); sed Borgias praepositus generalis eam curam, quantum poterat, defugiebat; cum defugere non posset, rei saltem domesticae procurationem in externos reici iubebat (406 768).

Sacra quoque ministeria Socii exercebant. Augustae ad PP. Elderensem et Völckium nobilissimi quique peccatorum expiandorum causa accedebant (225 540). Ibidem Sociorum opera denuo piae peregrinationes ex urbe ad sacra quaedam loca institui coeptae sunt; quae pietas diu intermissa erat (542). Mense Aprili a. 1567 Romam relatum est, superiore Quadragesima in collegiis Germaniae superioris confessionum per sacerdotes exceptarum numerum singulariter magnum fuisse (437).

Eadem Quadragesima Monachii per Socios plurimi haeretici ad catholicam fidem reducti sunt (439). In collegio dilingano Venerandus Gabler, medicinae in universitate tubingana professor, ad ecclesiam rediit, motus, ut ferunt, non solum exemplo comitis Helfensteinii, sed etiam tristi morte Petri Pauli Vergerii, qui ex episcopo et nuntio apostolico minister lutheranus evaserat (786—790). Herbipoli autem Canisii contiones quadragesimales a. 1567 audivisse eisque, ut ad ecclesiam magis magisque accederet, permotus esse videtur Laurentius Albertus sive Albrecht, ex parentibus protestantibus ortus, qui postea germanicae linguae praecepta omnium primus libro tradidit; exeunte a. 1567 vel ineunte 1568 Herbipoli in ecclesiam catholicam receptus est (702). Canisius ipse narrat, se a. 1565 in peregrinatione rhenana et westphalica etiam ab adversariis „non gravatim" auditum esse, cum rationem fidei catholicae redderet (181). In ipsa urbe romana Canisium cum protestantibus congredi necesse fuit; quae res omnes eius biographos latuit. Versabatur Canisius in Societatis comitiis generalibus, cum in aedes sacrae Inquisitionis inducti et custodiae, levissimae tamen, traditi sunt duo iuvenes germani, iuris studiosi, protestantes, alter obscuri nominis, alter satis clari; erat hic Philippus, filius Ioachimi Camerarii, litterarum latinarum et graecarum in universitate lipsiensi professoris, qui ex praecipuis Germaniae praeceptoribus hominibusque litteratis erat (743). Id agebatur, ut duo illi ad errores abiurandos permoverentur. Huius rei gratia cardinales inquisitores Canisium arcessiverunt (751). Egit ille primum cum Philippo Camerario

atque id assecutus est, ut Philippus spem aliquam abiurationis praeberet. Cum autem complures atque inprimis Prosper ab Arcu orator caesareus iuvenibus illis e vinculis liberandis multam operam navassent et Camerarius aegrotare coepisset, tandem, nulla abiuratione facta, liberati sunt (747 752). Fama loquebatur, Camerarium infirmiorem se simulasse, quam fuisset (752). Haec ex epistulis ab Arcu ad Maximilianum II. imperatorem datis, quae nunc primum typis exscribuntur, intelleguntur (751—752). Suspecta igitur sunt, quae Philippus Camerarius ipse de Iesuitis aegre tantum in aedes inquisitionis per Dominicanos admissis, de fabula „Amadis" per Canisium sibi missa, de variis inquisitorum et Iesuitarum artibus multis post annis in commentario quodam suo narrasse traditur, qui saeculis XVIII. et XIX. editus est, mutilate tamen et castigate, deinde vero perisse videtur (741).

Contionandi officio Societatis sacerdotes Monachii in duobus tribusve templis (324—325), Dilingae (8) et Oeniponte (278 473) in ecclesia parochiali, Augustae (559 573), Herbipoli (430), Spirae (181 356) in aedibus cathedralibus aut semper aut per aliquod tempus functi sunt. Monachii ad P. Martinum Stevordianum audiendum complura milia hominum in templum Beatae Mariae Virginis confluebant (324 439). Canisius Noviomagi bis in ecclesia maxima ad aliquot milia hominum dixit (659), Furstenaviae, quae episcoporum osnaburgensium sedes erat, 10 fere contionibus cum alia, tum catholicae fidei capita a protestantibus in controversiam vocata tractavit (157 168). Ad iuventutem litterarum studiosam Noviomagi in „schola apostolica" (656 659), Coloniae in gymnasio trium coronarum orationem latinam habuit (678). Eum contiones quadragesimales a. 1566 Augustae, 1567 Herbipoli habuisse iam est narratum. Etiam a. 1565 quater per singulas Quadragesimae hebdomadas ex ecclesiae cathedralis et templi S. Ioannis eidem contigui sacris suggestibus dixit (549); morem orandi coram sacris imaginibus et sanctos invocandi propugnavit (550); caelibatum et virginitatem laudavit (551); auditores, ut a pravis libris sibi caverent, sedulo adhortatus est (557); sextum quoque Decalogi praeceptum tractavit; de polygamia, adulterio, divortio copiose dixit (550—556); aliqui ex auditoribus de rebus sexti praecepti ex sacro suggestu „indiscrete" dici censebant; „non opus de his rebus praedicare" dicebant. „Miseros contionatores", exclamabat Canisius; „nil difficilius quam omnibus satisfacere" (557).

Socii germani non solum lingua, sed etiam c a l a m o ecclesiae famulabantur. Canisius a. 1565 epistulas S. Hieronymi in usum scholarum a se selectas Dilingae iterum edidit (791). Valde etiam verisimile est, ipsius opera factum esse, ut eodem a. 1565 Dilingae vulgaretur „Admonitio Catholica" adversus Centuriatores Magdeburgenses, Conradi Bruni opus posthumum; commentarii de Bruni vita librisque conscripti, qui Admonitioni praepositus est, Canisius auctor esse videtur (792). Denuo edita sunt a. 1566 Lovanii opera S. Leonis Magni a Canisio primum Coloniae collecta et illustrata (803). Iam diu Ferdinandus I. imperator Materno Cholino coloniensi mandaverat, ut Canisii „Summam doctrinae christianae" ab auctore recognoscendam typis denuo exscriberet; Canisius negotiis diu distentus, tandem ineunte a. 1566 ultimam manum operi apposuit; atque ita praeclarum illum librum ecclesiae dedit ita politum et absolutum, ut deinceps vix aliquid vel parvum, assiduus ceteroquin librorum suorum emendator, haberet immutandum (804). Idem Canisius „Lectiones et Precationes" suas latinas Romae emendatas cum suo „Parvo Catechismo Catholicorum" in unum librum confudit; quem ipse „Institutiones et Exercitamenta christianae pietatis" inscriptum primum a. 1566 Antverpiae ex typographia plantiniana in lucem edendum curavit (815). Praeterea, ut tres illos catechismos canisianos uno „catechismi" nomine complectar, annis 1565—1567 Canisii catechismus latine minimum sedecies (Antverpiae, Coloniae, Cracoviae, Ingolstadii, Novariae, Parisiis, Parmae, Venetiis), gallice semel (Parisiis), germanice semel (Coloniae), italice semel (Romae), vlamice semel (Antverpiae) editus est (798—825). Natalis visitator de Germaniae collegiis constituit, ut Canisii catechismus diebus Veneris in scholis traderetur, Dominicis in ecclesiis explicaretur, et ut singuli litterarum studiosi saltem medium illum sive „Parvum Catechismum Catholicorum" memoriae mandarent (791).

Synodus dioecesana Dilingae habita cum aliorum catechismis canisianum quoque commendavit (825). Adversarii librum illum formidabant. Flacius Illyricus in libro „De sectis pontificiorum“ a. 1565 edito asserebat, in Canisii catechismo iustitiam christianam ita proponi, ut „ipsissimus ethnicismus“ traderetur; de vera autem iustitia christiana catechismum non habere plus, quam quilibet Turca, Iudaeus, paganus nosset (795): „Ab Ecclesiae Catholicae hostibus, multarumque haeresum patronis reprehendi, quid est aliud, quaeso, quam commendari“, inquit Canisius in Summae recognitae praefatione (160). Ita catholici omnes sentiebant; ut Christophorus Plantinus antverpiensis ille typographorum princeps; qui primam, quam ipse curaverat, Summae per Canisium recognitae editionem Philippo II Hispaniae regi dedicavit et catechismos canisianos semel atque iterum Gabrieli de Çayas regis secretario misit (814 825). Et cardinalis Serbellonius constituit, ut omnes episcopatus sui novariensis parochi explicationem „Summae“ audirent (799). Socii romani catechismum canisianum discipulis exponebant; iidem Parvi Catechismi Catholicorum 3000 excudenda curarunt (802). Versionis gallicae a. 1565 Parisiis excusae exempla omnia quattuor mensibus distracta sunt (476). Eodem anno facultas theologica Sorbonnae, quae Societati Iesu adversabatur potius quam favebat, Canisii catechismum per publicas litteras non solum approbavit, sed etiam magnifice laudavit (801).

Canisio auctore et adiutore a. 1567 P. Hieronymus Torrensis S. J. theologiae professor dilinganus „Confessioni Augustanae“ protestantium opposuit „Confessionem Augustinianam“, qua omnia doctrinae catholicae capita a protestantibus reiecta ex ipso Sancto Augustino eiusque verbis proferebantur; libri exempla 1000 excusa et aliquot mensium tempore divendita sunt; opus multum placuit et compluries editum est (216 817). Anno 1566 S. Pius V., ut concilii tridentini decreto satisfaceret, Catechismum Romanum in usum parochorum Romae latine ediderat; germanice quoque eundem vulgare volebat; quae editio quo ab erroribus immunior esset, constituit, ut liber in Germania per Socios verteretur, versio autem Romam mitteretur, vel ibi vel alibi typis exscribenda (307). Franciscus Borgias igitur praepositus generalis pontifici proposuit, ut P. Paulus Hoffaeus, qui germanici sermonis elegantia pollere traderetur, versionem facere iuberetur, Canisio eam recognoscente; Canisius ipse rogavit, permitteret pontifex, ut versio in Germania typis exscriberetur (316 341 362). Pius permisit (522). Haec dum ita aguntur, novus labor litterarius Canisio nihil tale opinanti supervenit. Borgias 31. Maii 1567 ei scripsit: Cardinalem Commendonum ad se venisse et pontificis nomine mandasse, ut Canisius adversus Lutheranorum Historiam illam ecclesiasticam per centurias digestam et Magdeburgi editam, dum plenior operis refutatio pararetur, cito, Sociis ceteris iuvantibus, componeret librum haud ita magnum, quo historicis illis credi non posse demonstraret, exemplis aliquot patefaciendo, quantopere res narrando depravarent, inter se ipsi pugnarent, ad absurda deflecterent (480). Canisius id sibi reliquisque Societatis theologis in Germania versantibus difficillimum fore respondit; omnes valde occupatos esse; „nullus fere nostrum in historiis ecclesiasticis vel mediocriter versatus est“; deesse libros; animum suum sodalium et externorum curis distractum a „studiis hisce gravioribus abhorrere“ (522). „Quod a nobis desideratur, P. Onofrius“ Panvinius Augustinianus „effectum fere reddidit, quia conscriptos habet tres libros contra authores historiae ecclesiasticae Magdeburgensium, in quibus est cognitio distincta et authentica omnium fere rerum ad historiam ecclesiasticam pertinentium.“ Hic „solus ad hanc rem bene transigendam aptissimus maximeque promovendus videri potest, cum nullum hodie sibi fere parem habeat in cognitione historiarum, quae vel totum hominem vendicat sibi, si rite debeat aliis explicari, praesertim adversus doctos et contentiosos disputando“ (523). Haec verba notatu dignissima sunt; parum enim notum est, quanti Canisius Panvinium, lumen illud historiae criticae, fecerit, et quantum momenti in accurata historiae ecclesiasticae cognitione positum esse existimaverit. Ceterum Canisius, qua erat oboediendi promptitudine, in litteris, quas modo dixi, haec addidit: „Nec recuso tamen laborem,

quem obedientiae sanctae scio deberi" (523). Pius V. in decreto perstitit. Itaque factum est, ut Canisius aliquot annis post libros de Ioanne Baptista et de Beata Maria Virgine sive „Commentariorum de Verbi Dei corruptelis Tomus duos . . . adversus Centuriatores Magdeburgicos", opus grande et spectatum, ederet.

Externos quoque Socii ad scribendum incitabant et in scribendo adiuvabant. Graecae S. Ignatii epistulae ab iis Romam mittuntur, ut in usum docti cuiusdam viri belgae (Hieronymi Vairnelii, puto) cum codice vaticano conferantur (123—125). Canisius conciliorum acta aliqua ex bibliothecis romanis exscripta Coloniam mittit, ut proximae conciliorum editioni adhibeantur (215 444). Novis quoque „Confessionis" a cardinali Hosio compositae editionibus curandis Canisius operam suam interponebat; et cum de loco quodam obscuriore S. Gregorii Nysseni inter Hosium et theologos romanos, qui romanae Confessionis editioni invigilabant, dissensio orta esset, Hosius Canisium controversiae paene arbitrum quendam constituit (94—95 138—141).

Neque tamen Canisius quidquam in vulgus prodire volebat nisi castigatum. P. Alphonsus Pisanus S. J. theologiae professor ingolstadiensis „Examinis" tridentini a Martino Chemnitio lutherano conscripti refutationem composuerat; Canisius, librum prelo committere a Natale visitatore iussus, Borgiam praepositum generalem monuit, se id praestare non posse prius, quam scriptum illud Romae esset correctum (820). Multum etiam tum Natali tum Canisio displicebant „Epistolae Indicae" a. 1566 Lovanii a Ioanne Rutilio iuvenum praeceptore latine editae, quae in Germania avide a plurimis emebantur et legebantur. Sociorum in Indiis versantium epistulas italicas sive potius ex hispanico et lusitanico sermone in italicum versas Rutilius latine reddiderat ita, ut eas verbis multis et supervacaneis amplificaret atque etiam epistulas ipsas inter se permisceret, dicendi genere parum eleganti. Natalis et Canisius id et veritati et Societatis honori officere rati, non solum impedire satagebant, quominus Rutilius in ea scriptione pergeret, sed etiam apud Borgiam praepositum generalem effecerunt, ut eaedem epistulae verius pulchriusque a praeclaro illo Ioanne Petro Maffaeo, qui ex litterarum professore publico et reipublicae genuensis scriba primario Societatis sodalis effectus erat, verterentur (807).

Typographi quoque Sociis curae erant. Iulius Pavesius, ordinis Praedicatorum, archiepiscopus surrentinus, ex legatione belgica S. Pii V. iussu administrata Romam rediens Dilingae substitit; ubi cum PP. Natale et Canisio familiaritatem contraxit et ipsis vel potius catholicis germanis operam suam, si quid in Germaniae utilitatem Romae conferre ipse posset, obtulit (618). Nuper, epistularum Natalis editione matritensi iam paene absoluta, ex tenebris emersit commentarius, qui ea in opportunitate a Natale et Canisio Pavesio traditus est; en praecipua eius capita: a) Quia in Germania ob scriptorum et typographorum catholicorum paupertatem multi libri boni non excuduntur, apostolicus apud imperatorem nuntius singulis annis certam pecuniam inter typographos catholicos distribuat. b) Multos ex libris, qui Romae per Manutium excuduntur, in Germania quoque excudi oportebat; sed catholici typographi ob excommunicationem privilegio Manutii additam eos excudere non audent; typographi vero protestantes excommunicationem nihili ducunt; ita necesse est, catholici libros illos aut ex Italia magnis impensis sibi curent advehendos, aut in Germania a protestantibus emant, qui eos nonnunquam de industria adulterant; selectis igitur typographis catholicis facultas libros manutianos typis exscribendi tribuatur. c) Permittatur doctis Germaniae viris, ut unum alterumve codicem ex bibliotheca cardinalis Sirleti vel ex vaticana exscriptum in Germania vulgent; certum est, fore, ut libri illi diligenter et „pure" excudantur (280).

3. Haec sunt fere capita rerum, quae de Germaniae restauratione catholica ac simul de Societatis Iesu historia externa in hoc volumine proferuntur. Alia potissimum ad Societatis Iesu historiam internam sive domesticam pertinent; potissimum, inquam; nam altera ab altera separari vix potest.

Volumen superius litteris terminatum est, quibus, Iacobo Lainio praeposito generali vita functo, Franciscus Borgias vicarius generalis secundam congregationem generalem Societati indicebat. Ex Germania superiore PP. Canisius et Hoffaeus

Romam venerunt. Praepositus generalis electus est ipse Sanctus Franciscus de Borgia. Meliorem eligi non potuisse Pius IV. dixit (738). Cardinalis Truchsess nuntio accepto Dilingae Te Deum cantavit (87). Praecipua huius congregationis decreta aliquotiens typis exscripta sunt. Hoc tantum commemoro: Cardinalis Truchsess et per litteras et per Canisium Societatis sacerdotem petiit, qui sibi theologum et confessarium ageret, domi suae habitaret, se iter facientem comitaretur; statutum est contra, ut Socii in collegiis Societatis habitarent neve aulas principum sequerentur nisi ad 1—2 menses (93—94 759). Novissime autem commentarius Canisii gravissimus repertus est, quem congregationi huic traditum esse valde probabile est. Canisius in Germaniam Societatis homines mitti non debere ait nisi sanos et in virtute probatos (78—79); valde optat, ut mittantur magistri litteris graecis et arti oratoriae tradendis quam aptissimi; neque enim quisquam in Germania plus valet quam vir eloquens (79). Sociis romanis curae sit, ut pontificis et cardinalium in Germanos benevolentiam alant ac foveant (79—80). Praepositi provincialis officium ne conferatur nisi in eos qui aliis negotiis non impediuntur (80). Praepositi modeste et amanter cum Germanis et ipsi agant et contionatores reliquosque Socios agere iubeant (80). Neve palam neve privatim haereticos „nominatim odioseque perstringant“; Societas enim Germanorum „ingeniis se accommodare“ debet et multum cavere, ne clericis vel religiosis videamur esse „censores“; ne de malis quidem praelatis „sive monachis iudicemus“ vel contumeliose quidquam dicamus; „immo potius illorum authoritatem et honorem, quoad eius fieri potest, accurate defendamus, ut nostros esse potius amicos et fautores, quam reformatores ac aemulos, arbitrentur“ (81).

Congregatione soluta Franciscus Borgias Societatis universae curam sustinebat. Vides eum saepe epistulis soli Canisio destinatis litteras pluribus vel etiam omnibus provincialibus vel superioribus „communes“ adiungentem. Societatis „scholastici approbati“ conscribi (511), in singulis collegiis „Historiae domus“ in unum codicem referri, asservari, continuari (376) iubentur; monumenta rerum ab Ignatio Societatis fundatore gestarum undique colliguntur; huius enim vita a Petro Ribadeneira scribitur (510); regulae „communes“, provincialis, rectoris, ministri, a Borgia iussu congregationis generalis recognitae et contractae, mittuntur (285 342 455[4]); statuitur, ut ad „procuratorem generalem“ et ad „advocatum“ Romae sustentandos ex tota Societate pecuniae contribuantur (397), et ut provinciae singulae sibi prospiciant de aliquo, qui Sociis Roma ad ipsas mittendis ibidem ipsarum fide viaticum solvat (409). Socii monentur, ne litteras scribant supervacaneas (371); Borgias potestate per congregationem generalem sibi facta (754) Sociis ad usitatum orationis cotidianae tempus ternos quadrantes addit (296 503); unde, quarto addito quadrante, brevi post hora illa meditationis cotidianae orta est, in consuetudinem venit, vim legis est assecuta; mittuntur exempla typis exscripta Bullae Coenae in singulis domibus loco patenti affigenda, ut ab omnibus confessariis legantur (488); pro imperatore in Hungaria adversus Turcas bellante Socii in Germania, Gallia, Italia degentes cotidie litanias omnium Sanctorum recitare, singulis hebdomadis certa paenitentiae opera et missarum sacrificia offerre iubentur (279 320); identidem per Societatem „litterae aedificantes“, quas vocant, circummittuntur, quibus Sancti Pii V. res praeclare gestae narrantur (168 184 221 260 270 310 349 512); praecipitur, ut pro eodem pontifice singuli Societatis sacerdotes singulis hebdomadis sacrum faciant (503); nuntiatur, Pium omnium ordinum mendicantium indulgentias cum Societate communicasse (510). Minus grata Sociis alia quaedam pontificis constitutio erat. Societatis instituto per superiores pontifices sollemniter approbato sancitum erat, ne sollemnia quattuor vota in ea emitterentur nisi ab iis qui sacerdotio iam essent ornati; ac Societatis clerici nuncupatis paupertatis, castitatis, oboedientiae votis simplicibus, quae vota scholasticorum dici solent, sacris ordinibus titulo paupertatis voluntariae initiari consueverant, cum Pius V. interdixit, ne in posterum religiosus quisquam ad eosdem ordines admitteretur, nisi vota sollemnia professus esset. Erat id paene „coadiutorum spiritualium“ ordinem ex Societate auferre et professionis sollemnis rationem usque ad

id tempus in ea usitatam immutare (487). Videbantur tamen portae superesse, per quas Societas pontificis mandatum effugere posset; cum enim ex ipsius constitutionibus Sociis ante ultima vota bona sua possidere (eorum administratione aliis permissa) atque etiam beneficia ecclesiastica retinere liceret, „titulo patrimonii" vel „titulo beneficii" ad ordines sacros promoveri posse videbantur; praeterea cardinalis Augustanus paratum se esse significaverat ad „titulum mensae" Sociis concedendum: poterat etiam Societas ipsa se astringere in suos, etiam postquam dimissi essent, sustentandos; Borgias igitur gravium Societatis virorum sententiam exquisivit. Canisius respondit: „Simpliciter pareamus" pontifici „in promovendis duntaxat clericis nostris post factam ipsorum professionem. . . . Non desunt incommoda quaedam. Perpauci ordinabuntur, tamen hunc fructum inde colligendum speramus, ut suo tempore vel huius praesentis, vel alterius sequentis pontificis animus, postquam haec incommoda certo deprehenderit, facilius nobis concilietur et ad id concedendum permoveatur, quod hactenus ab aliis pontificibus concessum et in Societate nostra usitatum fuit" (529). Spem non fefellit eventus [1]. „Pontifex", inquit Polancus Canisio scribens, „diligit vos et fidit vobis" (183).

Haec de universa Societate. Ad sodales in Germania degentes descendo. Frequentissima in his litteris mentio fit P. Hieronymi Natalis. Hic enim a. 1566 et 1567 omnes Germaniae provincias Sancti Francisci Borgiae praepositi generalis auctoritate visitavit. Eum Germaniae superioris Sociis hortando, consulendo, consolando, scribendo plurimum utilitatis attulisse Canisius praepositus provincialis planis verbis non semel testatur (276 300 345—346). Natalis, praeter alia, cognitis collegiorum reditibus, quot Socii in singulis domibus alendi essent, definivit; idem, tirocinio in collegio monacensi instituto, quid singula collegia ad novicios alendos contribuere deberent, edixit (842); apud S. Franciscum Borgiam Natalis hanc quoque movit quaestionem, utrum consultum esset Socios germanos etiam in posterum, ut usque ad id tempus fecissent, vestem illam longam sacerdotum italorum, quam sottanam vocant, cum pileo quadrato etc. gestare, an praestaret eos (id quod Societatis institutum habet) in vestitu morem sacerdotum honestorum suae regionis sequi (422). Hunc morem ut Socii sequerentur, Natalis suadebat (423); ita Socios catholicis gratiores fore et minus difficultatis experturos esse Canisius censebat (441): postea autem Borgias etiam singulos collegiorum germanicorum rectores rectorumque consultores sententiam dicere iussit (463); atque horum nonnulli, id quod nondum notum est, contra sentiebant; aliquorum, ut rectoris spirensis, verba suo loco ponam (499). Borgias nihil censuit esse immutandum.

Singulares difficultates Borgiae, Natali, Canisio in litteris fundationis collegiorum dilingani et herbipolensis concinnandis superandae fuere. Cardinali Truchsess vehementer instanti et multa promittenti (15 46) a. 1563 Socii Roma missi erant, qui Dilingae et in ipsius universitate docerent, et iuvenum contubernium ab ipso conditum regerent. Verum anno 1565 Romae secunda Societatis congregatio generalis sic, secreto tamen, decrevit: Praeposito generali potestas esto collegium dilinganum, nisi cardinalis certo tempore promissis steterit, dissolvendi et Socios Dilinga avocandi (757). Attamen a. 1566 res eo deducta est, ut Dilingae de litteris fundationis agi posset (276). P. P. Natali et Canisio per dies aliquot cum cardinali acriter disputandum et contendendum fuit (287 620), ut Societati sua in universitate et contubernio administrandis libertas constaret; ille etiam nimios professores exigebat (622) et plus sacrarum caerimoniarum, quam reliquae occupationes ferrent (65 349): statutum denique est, ut Societas universitatem totam curaret, sed curae illi integrae non obligaretur antequam dotatio esset absoluta; interim autem magistros dare

[1] *Everardus Gothein* (Ignatius von Loyola und die Gegenreformation, Halle 1895, 469) S. Pium V. a Societate Iesu alienum fuisse denuntiat: „Der Inquisitor Michele Ghislieri war kein Freund der Gesellschaft — dafür war er schon ein allzu einseitiger Dominikaner — und ist es auch als Papst Pius V. nicht geworden." Haec haud ita recte dici patet ex iis, quae modo posui.

deberet eo tantum numero, cui alendo reditus satis essent: sin autem plus praestaret, libere praestaret (621). Unum, quod Societas urgebat (64 66), cardinalis ne multis quidem conatibus impetrare poterat; consensum dico capituli cathedralis (112). Ita collegium dilinganum diu fundamento infirmo haerebat. Herbipoli quoque, quia episcopus et capitulum inter se dissidebant (432), consensus illius impetrandi spes exigua vel nulla erat; neque tamen illic magni intererat, ut canonici consentirent: nam collegii reditus maximam partem bonis monasterii Clarissarum deserti constabat; consuetudo autem herbipolensis ferebat, ut de monasteriis desertis episcopus, maxime cum pontifex consensisset, libere constituere posset (432). Natalis tamen et Canisius primum contenderent et laborarent necesse erat, ne episcopus Sociis ea iniungeret, quae praestare Societatis non erat, ut visitationes canonicas ecclesiarum et decantationes officiorum divinorum (695). Deinde episcopus exigebat, ut Societas in ipsis litteris fundationis reciperet fore ut sodales aliqui theologiam docerent et contionandi officium administrarent (365—367); Natalis et Canisius probe noverant, Societatem instituto suo prohiberi, ne in professores theologiae vel contionatores suppeditandos ita se astringeret, ut eos episcopo ex iustitia commutativa, quam vocant, deberet; existimabant autem, Societatem iis dandis ita se obligare posse, ut sibi ipsi eam fidem praestare deberet; ita igitur communi consensu litterae fundationis conscriptae, ab episcopo sollemniter signatae, Romam missae sunt (366 440). At Borgiae praeposito generali illa Natalis et Canisii subtilitas displicuit (466); litteras confirmare, antequam obligatio illa omnino sublata esset, recusavit (466). Canisius, cum id accepisset, ingemuit; Borgiae, quanta incommoda ex eius recusatione secutura essent, exposuit (419 430); „verum“, inquit, „his omnibus non ita moveor, ut mihi discedendum putem a sententia Tuae Paternitatis, ut quae potest et debet ea, quae a filiis committuntur improvide, pro autoritate sua corrigere atque supplere. Vindicanda est instituti huius libertas, inhaerendum praescriptis legibus, praevertenda pericula et incommoda, quae pacta illa secum adferre videntur, si simpliciter admittantur atque confirmentur“ (431). Nova postea difficultas accessit; Borgias 1500 florenorum, quibus collegium dotandum erat, tertiam partem salario contionatoribus ecclesiae cathedralis obvenienti constitui intellexit; hanc pecuniam admitti posse negavit; dotationem eiusmodi onere liberam esse debere (466). Natalis igitur et Canisius, Herbipolim denuo profecti, episcopum, Canisio „ducem verbi“ agente, de praepositi generalis voluntate certiorem reddiderunt; obstupuit ille et indignatus ex conclavi abiit; sed tandem, Canisii eloquentia victus, omnia concessit (709). Messem herbipolensem pulcherrimam fore praedixit Canisius (366—367).

Aliud molestiarum genus Canisio praeposito provinciali parabant contionatores aliqui. P. Georgio Schorichio, Monachii contionanti, nimium erat commercii cum ducis familia et aulicis (89 322); quod ne tunc quidem intermissum est, cum Schorichius studiorum theologicorum causa a Canisio in collegium romanum amandatus esset; multa ex Urbe scribebat eaque imprudenter (387 474); Albertus V., ut in Socios multum sibi sumebat (527), ita Schorichium mox Roma a se revocatum iri, (promissa, ut videtur, eius opera comiti Helfensteinio) pronuntiavit (496); Societatis vero moderatores apud ducem efficiendum sibi esse censuerunt, ut Schorichio Romae manere liceret, donec ad doctrinam et pietatem plenius institutus esset (509); id quod sapientissime factum esse Schorichius postea praeclaris factis confirmaturus erat. P. Martini Stevordiani contionibus tum Augustani (73) tum Monacenses (324) delectabantur; archiepiscopus salisburgensis (323) et episcopus herbipolensis (179) eum sibi petierunt contionatorem. Minus mores hominis placebant (290 439); habebatur ille per civitatem conviva hilaris, poculorum amator (89 112 158); saepe monitus, saepe meliora pollicitus (324 767), interdum in veterem morbum recidebat (438). Non erat ipse solus in culpa; a. 1566 Canisio auctore a Bavariae duce petierat, ut se virium animi instaurandarum gratia Coloniam migrare sineret (193); ibi enim P. Leonardus Kessel collegii rector et animarum medicus peritus eius sanandi curam in se susceperat (178); verum dux abeundi veniam dare renuit (290); ex ducis autem aulicis aliqui nummos Stevordiano mittebant, quos ille clam collegii

rectore in usum suum convertebat (324). Quare mirum non est, Societatis praepositos hisce iam annis ei id comminatos esse, quod paucis annis post evenit: fore ut ex aedibus extruderetur (193 767). Oeniponte in parochia P. Ioannes Merquitius saxo dicebat; singulas contiones, antequam in suggestum ascenderet, coram Sociis delectis, ut iussus erat, recitabat, ut hi eas corrigerent (404); placebat auditoribus; sed vulgi favore et principis gratia ipse quoque superbior et vitae liberioris cupidior efficiebatur; rector verebatur, ne quando in suam Saxoniam aufugeret (473); postea vero (id quod huius voluminis tempus excedit) bonam operam ecclesiae et Societati navavit.

Multum negotii hisce annis Canisio facessebant confessarii quidam principum. Quinque illis Ferdinandi I. filiabus Oeniponte degentibus, Magdalenae, Margaritae, Helenae, Ioannae, Barbarae, Canisius ipse a. 1563, ut et eis et patri gratificaretur, P. Hermetem Halbpaur dederat confessarium. Proximo anno pestilentia Oenipontem urente „reginae" Meranam secum abduxerunt non solum Hermetem, sed etiam P. Ioannem Dyrsium, collegii rectorem: quem Merana avocare Canisius multum, sed frustra conatus est (25). A. 1565 Barbara et Ioanna ducibus ferrariensi et florentino nupserunt; utraque Societatis sacerdotem germanum sibi aulicisque germanis contionatorem et confessarium impetravit (118); primum quidem ad annum tantum; cum autem anno exacto Canisius semel atque iterum a praeposito generali petisset, ut duo illi sacerdotes in Germaniam remitterentur, id haud facile fieri posse responsum est (356). Tres reliquae reginae a. 1566 Oenipontem reverterunt; cum autem inter Dyrsium et Halbpaurium non bene conveniret, hic Augustam primum (223), deinde Spiram (354) missus est, Margarita regina frustra reclamante (229). Magdalena P. Dyrsio, reliquae P. Hetzcovaeo peccata confiteri coeperunt (337). Ac Canisius quidem aestate a. 1566, itinere historicis usque adhuc plene ignoto, Oenipontem venit reginasque adduxit, ut se uno confessario eoque per Societatem deligendo contentas fore affirmarent (772); cuius muneris obeundi gratia S. Franciscus Borgias P. Nicolaum Lanoium Austriae praepositum provincialem ex Austria avocatum collegio oenipontano rectorem praefecit (265 337). At reginae haud multo post, consilio mutato, Lanoium confessarium recusaverunt (775); vir is erat et moribus et rerum sacrarum peritia duobus illis multum praestans; attamen in senectutem declinabat (472), et quamquam germanice noverat, haud optime tamen linguam callebat (262). Ita nihil profectum est. Exeunte m. Novembri a. 1566 ipsum etiam Lanoium rectorem Canisius reprehendit, quod provinciali non consulto, Hetzcovaeum cum Margarita archiducissa in montem sanctum Andechs peregrinari passus esset (372). Anno proximo, Margarita cum summae puritatis et ditissimae in pauperes misericordiae laude mortua (434), duo illi Magdalenae et Helenae confessarii magis magisque singularia sibi arrogabant et collegio oneri erant (353 372 502); reginae quoque pro sua in Societatem veneratione et liberalitate aliqua praestabant atque etiam exigebant, quae, quantumvis bona essent, cum Societatis tamen disciplina religiosa discrepabant et externorum quoque animos offendere poterant (372 374). Ita, ut unum ponam exemplum, solebant illae non nova noscendi, sed pietatem colendi studio Societatis collegium et hortum intrare, perinde ac Monachii collegium intrabant Anna Alberti V. ducis uxor reginarumque oenipontanarum soror atque Iacoba Guilielmi IV. ducis vidua (441). Verum a. 1566 pontifex Breve apostolicum in lucem emisit, quo feminae omnes, etiamsi nobiles essent, in virorum religiosorum domicilia ingredi graviter vetabantur (356). Dubitabant quidem aliqui ex Societatis theologis, num iis litteris etiam reginarum ducissarumque in Societatis domus ingressus prohiberetur (470); Franciscus tamen Borgias praepositus generalis securiorem sententiam amplexus eas, ne in posterum ingrederentur, moneri iussit (463 501).

Verum iam alia consilia agitari coepta erant. Ferdinando II. Austriae archiduce et Tirolis principe a. 1566 cum uxore, liberis, aulicis Oenipontem ingresso, reginis ipsius sororibus minor erat facilitas in arce habitandi. Hae igitur, ut erant sacris studiis deditissimae, primum quidem Oeniponte monasterium Franciscanorum

ex facultate pontificia in monasterium feminarum mutare ibique sacro velamine Christo desponderi cogitabant (229 265). Quod cum Canisius iis dissuasisset (773), Halam, in oppidum vicinum, migrare ibique feminarum pietatem certo ordine, non plane monastico tamen, colentium collegium quoddam instituere in animum induxerunt (484); a Societate autem sacerdotes aliquot petierunt, qui Halae suas suarumque feminarum confessiones exciperent et in templo, quod exstruebant, sacris ministeriis fungerentur (434 473); quod quo facilius assequerentur, Halae Societatis collegium vel tirocinium condere volebant (484). Borgias praepositus generalis Lanoio rectori oenipontano scripsit non expedire, ut Societatis sacerdotes Halae sedem haberent (502); Oeniponte autem eos interdum Halam ire posse (484). Lanoius haec cum reginis communicare non audebat. Canisius vero re cognita Lanoium statim reginas adire iussit; non esse ea in re dissimulandum nec vanam spem nutriendam; Borgiae sententiam sibi prorsus probari (484). Paulo tamen post tum Canisius tum Lanoius reginarum lacrimis et Ferdinandi archiducis precibus commoti Borgiam rogaverunt, ut rationem aliquam eas solacio afficiendi quaereret; atque is et tirocinium illud admisit, et collegio virginum confessarios concessit; qui tamen post reginarum mortem ei adimendi essent; haec vero ad sextum huius operis volumen, non ad hoc quintum, spectant.

Patientia opus erat Canisio praeposito provinciali etiam in multis aliis rebus. Qui Societatem in Germania superiore ingrediebantur, fere omnes „adolescentuli“ erant (497). Deerat magister noviciorum muneri aptus (266 279 457); deerant collegiis fere omnibus, qui „ministros“ sive rectorum adiutores et domesticae disciplinae custodes agere possent (80 278 529). P. Martinus Leubenstain Ingolstadii simul rector, minister, subminister, coquus erat (457). Theodoricus Canisius, Petri frater ex patre et collegii universitatisque dilinganae rector, multum aegrotabat (440 450) et laboribus paene conficiebatur (402 525). Hoffaeus rector monacensis Theodoricum Canisium apud Petrum fratrem auctoritate plus posse quam reliquos omnes rectores existimabat (832); idem duobus illis Canisiis difficilem se praebebat atque vehementer nitebatur, ut rectoris officio liberaretur (145 764). Lanoius quoque rector oenipontanus muneris onus aegerrime sustinebat (382); querebatur, sibi missos esse eos qui alibi ferri non potuissent (418). Lanoius ipse vero, ut Canisius testatur, vir erat „bonus“ quidem, sed indolis vehementis et tum sibi tum caeteris nimis rigidus et parcus (457 472); notabant in eo sodales, quod sibi diffideret, quod anxie id moliretur, ne cibi nimis boni pararentur, idque, ait Canisius, eo loco, quo propter caeli mores solique ingenia illi nec salubri aëre, nec carnibus, nec piscibus instructi sunt (472).

Omnium maxime daemonio exosum esse videbatur collegium dilinganum. Erasmum Völcker rhetorices magistrum, quod „sine sponsa vivere non vellet“ (13), solutis votis (49) dimitti oportuit (54). P. Conradus Swagerius theologiae professor se a Canisiis durius tractari laboribusque opprimi affirmabat (109 611); in patriam abiit, a Societate discessit (725 766); ad amicas Petri Canisii litteras „scripto exulcerato“ respondit (493); ne praepositi quidem generalis epistula suavitate plena placatus est (631). P. Thomas quoque Gallus, in Swagerii locum substitutus, rectori collegii molestias parabat (495). In ipsis etiam Societatis iuvenibus scholasticis erat, qui de conceptione Beatae Mariae Virginis et de igne tartari sinistre sentiret, de sacramento Eucharistiae alteri dubia iniceret, libros obscaenos legeret et amatorios ex iis versus nonnunquam recitaret (456 469).

Nolui haec, etsi magnam partem adhuc incomperta vel ignota erant, silentio tegere: neve tamen, quaeso, obliviscaris, cum paucis illis hominibus parum bonis vel etiam vere improbis longe plures fuisse, qui diligenter constanterque officiis fungerentur. Hi raro tantum et breviter, cum occasio fert, memorantur; ut cum narratur, Dilinga in Hungariam praepositorum iussu discessisse P. Petrum Hernath, hungarum, philosophiae professorem, „magno desiderio sui“ multis relicto (286), Oeniponte fratrem Bartholomaeum Mellitum „sancte“ mortuum esse (297). Haec sane est communis veterum tabulariorum ratio: De uno homine turbulento, impio plus in iis invenias

scriptum, quam de quinquaginta quietis et virtute praeditis; ita accidit in visitationibus monasteriorum et parochiarum; ita, nisi fallor, etiam in reipublicae administratione. Praeterea P. Hieronymus Natalis, qui germanicas Societatis provincias compluries visitavit, hoc aliquando notavit: Cum de rebus hominibusque Societatis ad praepositum generalem referendum esset, Patres Canisium et Lanoium P. Leonardo Kessel rectori coloniensi contrarios esse. Hunc „laeta omnia scribere; illos fere tristia"; curandum igitur fore, ne in „alterutram partem essent nimii"[1].

Unde fiebat, ut in Germania superiore pauciores, quam in reliquis tribus Germaniae provinciis, sodales idonei maturescerent, plures praepositis graves molestique essent vel etiam a Societate desciscerent? Proceres Societatis libertatem imminuebant (65 349 724); collegiorum rectores officio parum erant apti (329); et rectores et praeceptores saepe mutabantur (329 497); mittebantur in provinciam homines, qui ad pietatem in tirocinio satis instituti non erant (279); a Sociis parum temporis orationi dabatur (357); una denique ex causis praecipuis haec erat, quod Canisius praepositus provincialis congregatione generali Societatis, legationibus pontificiis, comitiis imperii, contionatoris munere impediebatur, quominus collegia saepe inviseret reliquamque curam suis debitam impenderet (572 839). Hanc calamitatem Canisius ipse pectore persentiebat (276). Ut superioribus annis saepe fecerat, ita m. Iulio a. 1566 praepositum generalem obsecravit, ut se provinciae onere levaret: se ex multorum annorum experimentis scire, quam ad id officium esset ineptus (276). Borgias P. Natalis visitatoris arbitrio rem permiserat; huius animus multum inclinabat in Theodoricum Canisium rectorem dilinganum, qui Petro fratre Romae et in Westphalia et in comitiis augustanis versante viceprovincialem egerat (108 189), provincialem constituendum, quo facilius Petrus contionari, scribere, extra provinciam peregrinari posset (220 837); cum vero neminem haberet, quem pro Theodorico Dilinganis rectorem daret, et duo illa munera ab uno administrari vix vel ne vix quidem posse vidisset, Petrum Canisium in provincialis officio confirmavit (572 839), sed contionum Augustae in templo cathedrali habendarum munere liberavit (288).

3. Hoc volumen ad Canisii historiam cognoscendam haud inutile esse, satis, puto, iam patet; idem etiam ad f a b u l a s c a n i s i a n a s cognoscendas nonnihil valet. Complura annis 1565—1567 de Canisio fabulose narrabantur. Romae tempore congregationis generalis, a qua S. Franciscus Borgias electus est Societatis praepositus generalis, ferebant, in suffragiorum latione duo suffragia in Canisium convenisse (741). Paulo post in Germania rumor erat, Canisium Roma a Pio IV. in Germaniam mitti, ut archiepiscopum coloniensem et episcopum frisingensem loco moveret (648). Anno 1565 Flacius Illyricus lutheranus iterum, et crassius quam antea, typis vulgavit narratiunculam illam, cui ne tunc quidem fides adhibebatur nisi a perpaucis: Canisium a. 1557 Moguntiae cum abbatissa quadam stuprum fecisse (796).

Aliis fabulis canisianis tres hos vitae Canisii annos historici aliqui, maxime biographi quidam, asperserunt. Nolo sane omnes Canisii biographos incusare; complures cum recentes tum antiqui in paucis tantum rebus, in quibus errare facile erat, erraverunt; ut cum Canisium in legatione illa pontificia Treveris fuisse primum narravit Franciscus Sacchinus, deinde scripserunt Riess, Garcia, Alet, Ennen, Drews, Ranke, Hansen, alii; quos omnes, si rem accuratius indagaveris, per Sacchinum in errorem inductos esse comperies (689). Idem non solum biographis multis, sed etiam omnibus urbis et episcopatus osnaburgensis historicis, catholicis, protestantibus, accidit, cum Canisium in eadem legatione Osnaburgi contiones habuisse affirmarent; ad unius Sacchini erratum reliqua omnia reducuntur (668—671). Sacchinus, ut erat italus rerumque germanicarum haud ita singillatim gnarus, fontes bonos haud bene est interpretatus: sumebat, ea aetate archiepiscopos treverenses Treveris (non Confluentibus), episcopos osnaburgenses Osnaburgi (non Furstenaviae) sedem habuisse. Complures ex biographis recentibus hoc quoque addunt: Canisius Osnaburgi protestantium contionatores, palam cum iis disputando, conturbavit et confudit.

[1] Epistolae P. *Hieronymi Nadal* IV, Matriti 1905, 623.

Commenta sunt haec (671—672). Ita in eadem legatione nec cum episcopo paderbornensi ipse praesens egit (152), nec ducem iuliacensem Iuliaci adiit (675), nec Coloniae sive in aede metropolitana sive in ulla alia ecclesia contionem habuit (651); ficta sunt haec omnia. Item P. Natalis testimonio constat, Canisium a. 1566 Augustae in templo cathedrali feria V. in Coena Domini et die sacro Parasceves tres contiones habuisse, sive die Coenae bis, die Parasceves semel dixit, sive hoc die bis, illo semel; eodem testimonio constat, trium harum contionum tempus universum fuisse 7—8 horarum; hoc magnum est, nec tamen biographis quibusdam sufficit; sunt, qui eum uno illo Parasceves die 3 contionibus 8 horas explevisse narrent; sunt, qui eum exeunte tempore illo quadragesimali interdum quaternas quinasve contiones eodem die habuisse scribant; verum exstant adhuc contionum illarum quadragesimalium codices ab ipso Canisio recogniti et ex parte etiam ipsius manu scripti; ne hoc quidem his codicibus testatum dicere audeo: Canisium uno aliquo illius Quadragesimae die plus quam duas contiones habuisse (561). Ita alia quoque res, quae in fontibus saeculorum XVI. et XVII. frustra quaeritur atque etiam cum rebus aliquibus bene testatis pugnat, ineunte saeculo XVIII. prolata est: Canisium m. Decembri a. 1566 sacris S. Ignatii exercitiis vacasse affirmatum; medio dein saeculo XVIII. ab alio scriptore additum est, eum exercitiorum illorum tempore minutissimam totius conscientiae rationem S. Francisco Borgiae praeposito reddidisse; utraque fabula saeculo XIX. repetita est (631). Narratur etiam, Canisium a. 1567 Romam ad omnes ordinum religiosorum praepositos generales sive moderatores supremos litteras dedisse, quibus eos obsecrabat, ut Germaniae monasteria visitarent; reapse in epistula uni Societatis praeposito generali inscripta, qua remedia germanicae ecclesiae adhibenda enumerabat, eiusmodi visitationem memoravit (518). Mirum, quam multis verbis iisque parum veris res Herbipoli a Canisio gestae ab aliquibus auctae sint. Ex fontibus historicis hoc cognoscitur: Canisius 15 illis diebus, per quos exeunte a. 1566 ibi morabatur, bis contionatus est, semel in ecclesia cathedrali, semel in arce episcopi; reliquum tempus gravissimis cum episcopo et cum P. Natale deliberationibus impenderet necesse erat; sed Longarus degli Oddi eum non solum in templo cathedrali, sed etiam in valetudinariis, in custodiis publicis, in castris militum contionantem facit (696)! Ita etiam recentes aliquot Canisium tempore quadragesimali anni 1567 Herbipoli aliqua praestitisse affirmant, quae non solum in monumentis saeculi XVI. non commemorantur, sed, quae eo tempore erant Canisii occupationes, quae cleri herbipolensis condicio, ne commemorari quidem poterant: Dicunt, a Canisio sacerdotes selectos primum sacris Sancti Ignatii exercitiis excultos, deinde episcopi auctoritate per dioecesim missos esse ad parochias omnes invisendas, clerum populumque reformandos, pravas consuetudines abolendas etc. (707). Canisium aestate eiusdem anni 1567 S. Pii V. iussu Herbipoli Wirsbergio episcopo, ut coadiutorem sibi adiungere statueret, commendasse et persuasisse, iam inde a Sacchino biographi paene omnes scripserunt; Canisius neque persuadere iussus est, neque Pii iniussu persuasit; de collegio Societatis praepositi generalis iussu cum episcopo egit; hoc ex fontibus liquet (714). Alia omitto, immoraturus aliquantisper in septimana, qua Canisius a. 1565 m. Novembri exeunte et Decembri ineunte Noviomagi, in urbe patria, versatus est. Qua ratione fabulae nascantur, qua crescant, ex hoc exemplo intelleges.

P. Matthaeus Raderus S. J., biographorum Canisii primus, cum Augustae et Monachii Canisii vitam pararet, litteris Embricam missis P. Ioannem Hasium S. J., qui Canisium olim ipse noverat et Societatis provinciam rhenanam aliquamdiu rexerat, rogavit, ut si quid de Canisio haberet, secum communicaret. Mittit Hasius relationem, quam de rebus septimana illa Noviomagi a Canisio gestis sibi a. 1613 quasi „dictatam esse“ scribit a pia vidua, quae Wendelinam Canisii sororem matrem habuerit et ipsa illa septimana, puella novem annorum, Noviomagi in domo patria una cum Canisio vixerit (661). Sic igitur vidua illa Hasio narravit: Canisius Noviomagum adveniens „hospitio excipitur amanter et honorifice a Wendelina sorore nupta Godefrido a Trist“ consuli. „Magistratus obtulit P. Canisio honoris ergo

vinum; soror autem cum marito, lauto convivio magistratum excepit; sub finem mensae, insignem habuit Canisius ad magistratum exhortationem. Alio die invitati fuerunt omnes superiores cum sociis cleri tam regulares quam seculares. . . . Invitati etiam aliquoties a sorore fuerunt omnes amici, quos postremo die, quo vocati erant ad prandium, iussit P. Canisius moneri, ut tempestive venirent; habere enim se, quod cum illis tractaret; qui et paruerunt; itaque singulos maritos cum suis uxoribus seorsim binos ac binos in conclave inducit, efficaciter eos hortatur ad constantiam in retinenda fide catholica, . . . singulique porrectis dexteris spoponderunt se cum suis fidem maiorum constanter retenturos"; deinde „idem eodem modo cum ipsorum liberis, binis solum seorsim vocatis, egit. . . . Quandoquidem autem primo etiam adventu suo monuerat se post nonum diem necessario discessurum, essentque aliquot sorores ac sororii, qui contenderent singuli, ut apud ipsos quoque pranderet, et quilibet eorum in eo se reliquis praeferri vellet, Canisius hac ratione contentionem componit: iubet singulos, quae sibi vellent apponere, deferre omnia ad pauperum hospitale, ibique quam vellent splendidissimum epulum instruerent, simulque omnes sese praepararent, ut ibidem divinum epulum ipsi perciperent et ab ipso benedictionem acciperent; dictum, factum; magno bono spirituali amicorum, et pauperum etiam corporali, quibus omnia esculenta et poculenta cesserunt, quae peracto prandio supererant" (663). Haec Hasius rettulit ad Raderum. Hic in Canisii vita a. 1614 Monachii edita convivium in valetudinario comparatum amplis verbis commemoravit: quae vero acceperat de Canisio a Triestio sororis coniuge hospitio excepto et de senatu, clero, propinquis in Triestii domo honoris Canisii causa ad convivia invitatis, silentio texit (664). Hasii autem litterae, quibus haec narrabantur, nescio quibus latebris conditae sunt; ineunte saeculo XX. demum comparuerunt. Ita igitur Raderus. Franciscus Sacchinus, biographus secundus, anno 1616 suam relationem ex libro Raderi hausisse videtur, adhibita etiam epistula, quam de noviomagensi illa peregrinatione P. Henricus Dionysius, Canisii comes, 11. Decembris 1565 ad S. Franciscum Borgiam miserat; haec, ante paucos annos et ipsa ex tenebris eruta, complura quidem non habet, quae in Hasii litteris dicuntur; nulla tamen ratione cum his litteris pugnat; immo complura, quae Hasius posuit, Dionysii testimonio plane confirmantur (658—660): „Senatus quoque", inquit Dionysius, „etsi non usquequaque in catholica fide sincerus, honorifica tamen salutatione et munere honorare (quo praeclaros alioqui viros excipere solet) Reverendum Patrem non est dedignatus. Deinde ad fidei catholicae integritatem exhortantem nec moleste tulit, nec iniquo animo audivit. . . . In xenodochio habuit concionem ad pauperum consolationem, quos amicorum munificentia, ad multorum aedificationem, non mediocriter confovit recreavitque" (659). Praeterea novissime Noviomagi in archivo urbis inspectus est antiquus codex rationum urbanarum; ex quo clare patet, Canisium illis diebus vinum honorarium a senatu accepisse (663[3]). Haec testes et monumenta eorundem vel proximorum temporum habent.

Quid biographi posteriores? Saeculo XVII., aliquanto tamen post Raderum et Sacchinum, Nieremberg et Fuligatti scripserunt; et hi in hac quidem re sobrie. Anno 1707 primum Parisiis vulgata est vita Canisii a Ioanne Dorigny gallice scripta. Hic sponsionem de fide catholica retinenda in domo Triestii et conclavi Canisii a propinquis „binis et binis" ante prandium „stipulata manu" factam transfigurat in iusiurandum, quod in valetudinario sub convivii finem propinqui omnes simul, audita gravi Canisii exhortatione, elevatis manibus dederint; praeterea Dorigny Canisium, ne quem ex propinquis offenderet, apud neminem eorum divertisse affirmat; addit, eum in valetudinario habitasse; hoc tamen addit hac cum condicione et moderatione: „Si relationibus quibusdam credere volumus"; terminat ita: „Hoc saltem certum est: Canisius animum inclinare, ut in valetudinario habitaret, significabat" (664). Anno 1710 Monachii Petrus Python helvetius Dorignii librum latine versum et „multarum rerum accessione donatum" vulgavit; haec res praeter alias „accessit", quod Python, neglecta illa Dorignii moderatione, iam absque ulla dubitatione asserit, Canisium „publica hospitali domo pro diversorio usum" esse (665). A biographis

quibusdam saeculi XIX. haec repetuntur; neque vero iis sufficiunt. Cum apud Hasium, Raderum, Dorignium, Pythonem in valetudinario ex mensa lautissimis epulis exstructa familia canisiana vel sola vel una cum pauperibus vescatur, apud illos soli pauperes vescuntur, Canisio et omnibus eius propinquis ministrantibus; astant multi ex primoribus civitatis, spectant, lacrimas profundunt. Iidem biographi recentes exhortationem a Canisio ad senatum habitam ex domo Triestii maioris sollemnitatis gratia in curiam reipublicae transferunt; vinum honorarium tollunt; pretiosum donum ponunt, quod a senatu oblatum Canisius recusat (661 665). Verumtamen, ne nimius sim in reprehendendo, facile concedo, eiusmodi ornamentis figuram Canisii obscurari quidem. sed non deleri. Demus aliquid consuetudini superioris aetatis! Hanc statim prorsus oblitterari difficile erat; vitae Sanctorum potissimum pietatis excitandae causa scribebantur; etiamsi quid veritati historicae detrahebatur, manebat et fortasse etiam amplificabatur veritas quaedam moralis et aesthetica sive utilitas vitae et elegantia dictionis.

Hoc porro alii videant: Num in fabularum canisianarum numerum id quoque ascribendum sit, quod chronica quaedam ordinis birgittani saeculo XVII. scripta habent: Canisio Colonia Noviomagum eunti Mariaearbore (Marienbaum) plurimos visos esse daemones tecto monasterii, quod ordo Sanctae Birgittae ibidem habebat, insidentes, atque ex ea specie Canisium monasterii sanctitatem cognovisse (651). Argumenta, quae nihil dubii relinquant, usque adhuc non suppetunt.

Singularia et mira, vera tamen sunt, quae Bartholomaeus Vallonus Societatis frater scholasticus in mari hadriatico a piratis captus, ad Societatis moderatores rettulit duabus epistulis, quarum unam, vinculis onustus, in turcica servitute, alteram, Alexandriae liberatus, in mari scripsit (58 271).

4. Anno 1566 Basileae in lignum incisa et in lucem emissa est prima et antiquissima, quae quidem adhuc exstet, Canisii figura; sed haec quoque fabulosa est (852). Veram indolis suae imaginem Canisius ipse in epistulis pinxit. Hanc, puto, iam satis ostendi. Pauca addo lineamenta. Canisius orationem magni facit et in ea spem suam reponit. Instat, ut Socii romani comitia imperii Augustae habenda Deo commendent (190). Socios colonienses per Kesselium rectorem hortatur, ut pro imperatoris exercitu in Hungaria belligerante Deum precentur (327). Herbipoli per Quadragesimam contionaturus a Sancto Francisco Borgia praeposito generali petit, ut ipsius et universae Societatis orationibus adiuvetur (385). Wendelinam sororem monet, Claram ipsius sororem, ordinem Sanctae Clarae ingressam, orando multum apud Deum valere (334). Fulget etiam in Canisio summa in auctoritatem ecclesiasticam reverentia et oboedientia. Petierat ille, ut in Germanorum gratiam regula illa Indicis tridentini, quae de sacra Scriptura in vernaculam linguam versa et de controversiis vernaculo sermone conscriptis est, mitigaretur (23); Roma renuit (51); Canisius prorsus conticuit. Grave erat Canisio, pontificis per Germaniam nuntium agere; sed „in his germanicis peregrinationibus", inquit, „nihil aeque me consolatur atque sancta oboedientia" (157); ex eodem itinere Moguntia m. Ianuario a. 1566 Francisco Borgiae praeposito generali scripsit, iam „debilitatas sibi esse vires et solitum abesse vigorem"; addidit tamen: Dominus „nos obedientiae sanctae filios in vita et morte esse concedat!" (181) Pari animi promptitudine Societatis moderatoribus obsequebatur. Mense Iulio a. 1566 cum Borgia conquestus est, quod collegio monacensi magistri, collegiis paene omnibus ministri deessent; se tamen in omnibus rebus iudicium maiorum esse secuturum affirmavit (278—279). Proximo mense ad eundem praepositum generalem rettulit, per cardinalem Augustanum suam operam et ad synodum dioecesanam et ad concilium provinciale expeti: „mihi", inquit, „gratius nihil erit quam superiorum meorum audire ac sequi sententiam" (294). Verumtamen si quando excusationem afferendam esse censebat, eam afferre non verebatur. Ita litteris Augusta Vindelicorum 14. Februarii 1566 datis Borgiam rogavit, ne de rebus comitiorum imperii Romam singillatim referre iuberetur: Societatis enim adversarios eandem vituperandi et calumniandi causas captare (190). Sancta quadam libertate ex sacro suggestu dicebat; ut cum in contione Augustae eorundem comitiorum tempore de indulgentiis habita: „Nos Catholici", inquit, „nequaquam negamus,

sed ultro confitemur, quod superioribus annis multi et magni homines fuerunt in ecclesia qui" in indulgentiis „quaesiverunt commodum et turpem avaritiam promoverunt et propterea peccarunt graviter in Deum, cuius dona vendiderunt, obscurarunt et contemptibilia reddiderunt apud vulgus" (572). Eodem tempore quadragesimali in templo monialium Dominicanarum ad feminas nobiles, quae ad aulam imperatricis pertinebant, dicens, primum quidem reprehendit protestantes sola fide fretos; deinde autem horum similes esse dixit catholicos „externam speciem ostendentes, haerentes tantum in caeremoniis et consuetudine frigida", et religiosos non studentes „servare vota et Christo vivere ac servire toto corde, sed confidentes interim in suo ordine, habitu, privilegiis, statutis" (571). Propinquos Canisius sacra quoque caritate prosequebatur. Scire avebat, quantum Iacobus nepos in litterarum studiis profecisset (334); ac cum ille in universitatem parisiensem migraturus esset, Canisius eius matrem accurate docuit, qua ratione effici posset, ut Parisiis nummis ad victum necessariis instructus esset neque tamen pecuniam profundere posset (447). Wendelinam sororem mariti et filiae morte afflictam per epistulas solatur (331); suadet ei, ut alteris nuptiis abstineat (333), et ut singulis hebdomadis — pietate illo tempore parum usitata — sacram eucharistiam sumat (446); non esse medicinam meliorem nec certius solatium quam sacram communionem (446). Hoc quoque Canisius fratribus, sororibus, sororum maritis diligenter commendabat, ut pauperibus stipem suppeditarent (334). Cum Wisensteigae esset, accepit, in oppidi custodia publica duas servari strigas (Hexen) lutheranas, easque capitis vel iam damnatas vel proxime damnandas; Lutheranorum autem ministros nullam eis iuvandis operam dare, sed miserrimas mulieres desertas esse pati; accessit ipse, eas ad fidem catholicam instituit, in ecclesiam recepit, omnium peccatorum absolutione donavit (317). Apud sedem apostolicam Canisius semper Germanorum suorum fidum se praestabat patronum; hoc multis iam probavi factis; ita etiam cardinalem Amulium urget, ut confirmato archiepiscopo treverensi facultatem provideat, qua is quolibet loco per quosvis episcopos consecrari possit episcopus (134); confirmato episcopo osnaburgensi per eundem cardinalem hoc impetrare studet, ut ob episcoporum paucitatem unus episcopus duobus abbatibus astantibus ipsum consecrare possit (581); curiam romanam rogat, ut in „taxa pallii", quam vocant, a novo archiepiscopo coloniensi exigenda memores sint magni aeris alieni, quo archidioecesis illa prematur (174); Socios romanos identidem rogat, ut opem ferant reipublicae coloniensi „indultum tertiae gratiae" in universitatis suae gratiam ad 12 annos a sede apostolica petenti (172 222 257). Quanta caritate Canisius Sociorum non solum animos, sed etiam corpora curabat! Cum duo illi sacerdotes germani, quos supra dixi, in Italiam arcessiti essent, ut in aulis ferrariensi et florentina sacris operarentur, Canisius S. Franciscum Borgiam praepositum generalem monuit, Germanos oleum, quo Itali cibos condire solerent, ferre non posse (120). Societatis congregationen generalem rogavit, videret, ne Societatis iuvenes studiorum causa Romam missi in scribendo nimii essent; ita enim eorum valetudinem detrimentum passuram esse (79); petiit etiam, ut qui Roma in Germaniam mittendi essent, honestius vestirentur (79). Cum per Spiram transiens P. Lambertum Auer binas eodem die contiones habere audivisset, hortabatur eum, ut in posterum semel tantum diceret; neque enim plus eius vires ferre (188).

5. Anno 1566 Henricus Pantaleon theologus zwinglianus et medicus basileensis in „Prosopographia Heroum totius Germaniae" Basileae edita Canisium in virorum illustrium Germaniae numero recensuit eiusque ingenium, facundiam, auctoritatem laudibus extulit (850). Maius est, quod (ut ex hoc prooemio satis patet) hisce annis studiosissimi fidei catholicae propugnatores, ut Sanctus Franciscus Borgias, Amulius, Commendonus, Hosius, Truchsess cardinales, Ferdinandus II. archidux et venerabilis Magdalena eius soror, Eckius cancellarius Canisium magni aestimabant, atque ipsi etiam huius temporis pontifices, Pius IV et fortissimus ille ecclesiae defensor Sanctus Pius V, eius consilia exquirebant et gravibus in rebus eius opera utebantur.

III.

TABULAE CHRONOLOGICAE VITAE CANISII

ab 1. Februarii 1565 ad 29. Iulii 1567.

Quae ad libros Canisii et ad similes res litterarias spectant, cursivis litteris descripta sunt.

Numeri uncis inclusi, qui singulis sententiis adduntur, ostendunt, quibus potissimum libri paginis singula facta copiosius narrentur.

C. = Canisius, Canisii etc.

1565	—	*Canisii „Summa" latine evulgatur Antverpiae, Novariae, Parisiis, Parmae, Venetiis* (798—799).
1565	—	*C. „Summa", per Nic. Zegerum O. Min. vlamice versa, Antverpiae denuo excuditur* (800).
1565	—	*C. „Parvus Catechismus Catholicorum" Romae, Sociis curantibus, italice evulgatur. Idem Catechismus Romae in scholis collegii Societatis usurpatur* (802).
1565	—	*C. „Parvus Catechismus Catholicorum" latine denuo evulgatur Cracoviae* (801).
1565	—	*Flacius Illyricus, libro „De sectis Pontificiorum" Basileae edito, asserit, in C. catechismo „ipsissimum Ethnicismum" doceri et Mahometismo viam parari* (795).
1565	—	*Canisius, ut videtur, Conradi Bruni adversus Centurias Magdeburgenses „Admonitionem catholicam" Dilingae in lucem emittendam curat et libro commentarium praeponit de vita et scriptis Bruni a se conscriptum* (792).
1565	sub Febr. 1.	C. Germaniae superioris praepositus provincialis **Dilingae** collegium Societatis visitat; Sociorum confessiones generales et rationes conscientiae excipit (8 12—16 599).
1565	Febr. 2.	Die Purificationis B. M. V. Sociis vota religiosa renovantibus sacram eucharistiam porrigit (8 599).
1565	inter 2. et 9. Febr.	Disputationibus, quae per tres dies in universitate habentur, interest (8).
1565	Febr.	Ottonem Truchsess cardinalem Augustanum in synodo dioecesana praeparanda adiuvat (8).
1565	inter Ian. et Apr.	*Epistularum S. Hieronymi a C. selectarum editio altera eaque emendatior Dilingae paratur* (9 30).
1565	Febr. ineunte	C. 2 Societatis fratres scholasticos Dilinga Romam mittit (4).
1565	Febr. 10.	Gervicum de Schwarzenberg Romam in collegium germanicum mittit (2—6).
1565	Febr. 10.	*Libelli „Societatis Iesu Defensio" etc. 100 exempla Romam ad S. Franciscum Borgiam mittit* (6).
1565	Febr. 16. et 17.	Sollemnibus exsequiis, quae Lainio praeposito generali per cardinalem Augustanum fiunt, interest (16 600).

1565	sub Febr. 18.	**Ingolstadium** cum P. Hieronymo Torrensi proficiscitur (19 31).
1565	inter 19. et 28. Febr.	Provincialem quandam congregationem ad eligendos, qui Romam ad praepositi generalis electionem proficiscantur, habet. In qua P. Theodoricus Canisius „viceprovincialis" eligitur (26 31—32 53 716).
1565	Febr. 23.	Duos Societatis fratres scholasticos Ingolstadio Romam mittit (33 714).
1565	Febr. exeunte	**Dilingam** redit, ut videtur (31).
1565	sub 1. Mart.	**Augustam** revertitur (33).
1565	Mart. 4.	Dom. Quinquag. in ecclesia cathedrali de evangelio diei et de recto usu Bacchanalium contionatur (550 553).
1565	Mart. 7.	F. IV. Die cinerum (in templo S. Ioannis, ut videtur) morum emendationem et paenitentiae opera commendat (550).
1565	Mart. 9.	F. VI. (ibidem, ut videtur) de VI. praecepto Decalogi dicere incipit (550).
1565	Mart. 11.	Dom. I. Quadr. in eccl. cathedrali ex ev. diei leges ieiunii et abstinentiae defendit et commendat (550).
1565	Mart. 12.	F. II. (in eccl. S. Ioannis, ut videtur) de extremo iudicio (ex ev. diei) et de adulterio dicit (550).
1565	Mart. 14.	F. IV. (ibidem, ut videtur) de quattuor temporibus (ex ev. diei) et de adulterio ac polygamia dicit (550).
1565	Mart. 16.	F. VI. (ibidem, ut videtur) de vita emendanda (ex ev. diei) et de malitia adulterii dicit (550).
1565	Mart. 18.	Dom. II. Quadr. in eccl. cathedrali ex evangelio diei orationem commendat (550).
1565	Mart. 19.	F. II. (in eccl. S. Ioannis, ut videtur) de recta orandi ratione et de polygamia veteris testamenti dicit (550).
1565	Mart. 21.	F. IV. (ibidem, ut videtur) de rebus a Deo in oratione petendis et de impudicitia dicit (551).
1565	Mart. 23.	F. VI. (ibidem, ut videtur) regnum Dei a Germanis auferri monet et divortium reprehendit (551 554—555).
1565	Mart. 25.	Dom. III Quadr. et die Annuntiationis B. M. V. in eccl. cathedrali salutationem angelicam defendit et ex ev. Domin. instat, ut hominum mores emendentur (551).
1565	Mart. 26.	F. II. (in eccl. S. Ioannis, ut videtur) de ev. diei et de divortio contionatur (551).
1565	Mart. 26.	Cum P. Theodorico Canisio **Dilingam** venit (46 602).
1565	a 27. ad 29. Mart.	Cum Ottone cardinali Augustano de collegio dilingano dotando et de canonicorum augustanorum animis eidem collegio conciliandis agit (46—47 603).
1565	Mart. 29.	P. Theodoricum Canisium sollemniter rectorem universitatis dilinganae instituit (46 602/603).
1565	Mart. 30.	F. VI. **Augustae** (in templo S. Ioannis, ut videtur) de adulterii malitia et de virginitatis praestantia orationem habet (551).
1565	Apr. 1.	Dom. IV. Quadr. mane in ecclesia cathedrali mandatum Ottonis cardinalis et episcopi promulgat ac de ratione Dominicae et de adulterio dicit. [Post prandium in templo S. Ioannis de catechismo contionatur?] (47 551 557.)

1565	Apr. 2.	F. II. (ad S. Ioannis, ut videtur) de vita emendanda et de omni impuritate fugienda dicit (551 557).
1565	Apr. 3.	F. III. ad S. Ioannis contionem catecheticam habet (47).
1565	Apr. 4.	F. IV. ibidem de evangelio diei (et de fornicatione?) dicit (551).
1565	Apr. 5.	F. V. ibidem contionem catecheticam habet (47).
1565	Apr. 6.	F. VI. ibidem de passione Christi dicit et, cur omnes fornicationem vitare debeant, ostendit (551).
1565	Apr. 8.	Dom. Passionis mane in ecclesia cathedrali de passionis Christi praecipuis capitibus (ex evangelio diei) atque de eiusdem vi et utilitate contionatur. [Post prandium in templo S. Ioannis catechismum exponit?] (47 552.)
1565	Apr. 9.	F. II. (in templo S. Ioannis, ut videtur) de „remediis contra luxuriam" dicit et, qui eucharistia digni non sint, explicat (552).
1565	Apr. 10.	F. III. ibidem contionem catecheticam habet (47).
1565	Apr. 11.	F. IV. (ibidem, ut videtur) evangelium diei exponit et, quinam eucharistiam sumere non debeant, docet (552).
1565	Apr. 12.	F. V. ibidem contionem catecheticam habet (47).
1565	Apr. 13.	F. VI. (ibidem, ut videtur) catholicam de eucharistia doctrinam adversus protestantes proponit et confirmat (552).
1565	sub med. Apr.	Operam praestat, ut Dionysius de Nicotaro medicus italus ecclesiae reconcilietur (55).
1565	Apr. 15.	Dom. Palmarum mane in ecclesia cathedrali de sacri diei ratione dicit et, „quomodo communicantes dispositi esse debeant", tradit. [Post prandium ad S. Ioannis contionem catecheticam habet?] (47 552.)
1565	Apr. 16.	F. II (in templo S. Ioannis, ut videtur) contionatur (ut videtur) (552).
1565	inter 15. et 20. Apr. (16. et 17.?)	Nicotarum medicum **Dilingam** secum adducit et cardinali Augustano commendat (604).
1565	Apr. 18.	F. IV. **Augustae** in templo cathedrali contionatur (?) (552).
1565	Apr. 19.	F. V. in Coena Domini in templo cathedrali sermonem latinum ad clerum habet (?) et germanice ad populum dicit (?) (552).
1565	Apr. 20.	F. VI. Parasceves in templo cathedrali vel ad S. Ioannis contionatur (552).
1565	post m. Mart.	*„Lectiones et Precationes Ecclesiasticas" suas, Romae emendatas, cum suo „Parvo Catechismo Catholicorum" in unum librum confundit* (815).
1565	Apr. 22.	Dom. Paschatis in templo cathedrali contionatur (552).
1565	Apr. 23.	F. II. Pasch. ibidem contionatur (552).
1565	Apr. 24.	F. III. Pasch. ibidem contionatur (552).
1565	inter 25. et 27. Apr.	Romam, Theodorico fratre „viceprovinciali" constituto, ad Societatis congregationem generalem discedit, Fr. Iacobo Seclero socio sibi adiuncto. Nicotarum quoque medicum, Venetias petentem, secum abducit (533 604 732).

1565	inter 25. et 28. Apr.	**Monachii** cum Sociis agit. P. Hoffaeus collegii rector ei in profectione romana comitem se addit (763).
1565	inter Ian. et Apr. (?)	*Epistularum S. Hieronymi a C. selectarum altera emendataque Dilingae prodit editio* (791).
1565	Exeunte m. Apr.	C. cum sociis **Oenipontem** venit. Ibi Sociorum collegii confessiones excipit, de Magdalenae archiducissae et sororum eius confessario agit etc. (769).
1565	Maii 1.	Socii oenipontani coram C. praeposito provinciali vota religiosa renovant (769).
1565	Maii 7.	*Facultas theologica universitatis parisiensis C. „Parvum Catechismum Catholicorum" gallice versum probat et laudat* (801).
1565	Maio	*C. „Parvus Catechismus Catholicorum" gallice versus Parisiis evulgatur* (801).
1565	Maii 8.	C. cum comitibus per **Mantuam** transit (732).
1565	Maii 12.	**Bononiam** advenit. Ibi 2—3 dies in collegio S. J. manet, filios Ernesti Bavariae ducis secum Romam ducturus. A Ranutio cardinali Farnesio humanissime habetur (68 732—733).
1565	Maii 16. et 17.	**Forum Livii** advenit ibique in collegio S. J. pernoctat (733).
1565	inter 17. et 19. Maii	**Pisauri** ad Fridericum Petronium devertit (?) (68—69).
1565	Maii 18. vel 19.	P. Paulum Hoffaeum ad tempus relinquit **Fani** (733).
1565	Maii 19.	Vesperi **Lauretum** in Societatis collegium advenit (733).
1565	sub 23. Maii	Cum Hoffaeo, ut videtur, Laureto proficiscitur (733).
1565	Maii 28.	**Romam** advenit (734).
1565	Maii 31.	Philippum Eduardum Fugger in collegio germanico invisit (734).
1565	Maio (Iunio?)	Iacobus Rabus, Ulmensium lutheranorum superintendentis filius, Ulma Augustam venit, ut per C. ad catholicam fidem plene instituatur (829).
1565	Iun. 1.	C. cardinalem Augustanum per litteras de adventu suo certiorem reddit (68).
1565	inter m. Mai. et Sept.	Sebastianum, iuvenem lutheranum, consiliarii wurtembergensis filium, ad fidem catholicam instituit (735).
1565	ab ineunte Iun. ad exeunt. Sept.	Romae cum Pio IV. et cum cardinalibus Amulio, Borromaeo, Dolera, Gislerio, Sirleto de Germania iuvanda aliisque rebus ecclesiasticis agit (96—97 115 736).
1565	inter ineunt. Iun. et exeunt. Sept.	Cum Iulio Mancinello, collegii romani scholastico, aliquotiens sermonem confert (118).
1565	sub med. m. Iun.	C. iussu Inquisitorum Philippum, Ioachimi Camerarii filium, et Petrum Rieterum iuvenes iuris studiosos, in aedibus Inquisitionis inclusos, adit et a doctrinis protestantium abstrahere studet; eosdem libris instruit (741—751).
1565	ab 21. Iun. ad 3. Sept.	C. secundae congregationi generali Societatis interest (76—82 93 737—761).
1565	Iun. medio vel exeunte	C. et Hoffaeus cum cardinali Gislerio (S. Pio V.) de Germanis in Inquisitione inclusis conferunt (736).

1565	Iun. 21.	Congregatio generalis incohatur (737).
1565	Iun. 21.—27.	De rebus ad electionem praepositi generalis spectantibus agitur et inprimis primae congregationis „decreta ante electionem" excutiuntur et maximam partem approbantur (737).
1565	Iun. 28.	Incohatur „quatriduum" ante electionem agendum: S. Franciscus Borgias vicarius generalis patres congregatos alloquitur (737).
1565	Iul. 2.	Die Visitationis B. M. V. mane Borgias singulis electoribus eucharistiam praebet. P. Benedictus Palmius ad eos contionem habet (737).
1565	Iul. 2.	In domo professa Societatis eligitur praepositus generalis Sanctus Franciscus de Borgia (737—740).
1565	Iul. 2.	Post prandium Borgias praepositus generalis cum electoribus Pium IV. ad Arae Coeli versantem adit ab eoque laudibus et benedictione munitur; singuli pontificis pedes osculantur (738 741).
1565	inter exeunt. Iun. et ineunt. Aug.	C. Philippum Camerarium eiusque socium per Societatis homines germanos identidem in aedibus Inquisitionis invisendos curat (746—751).
1565	Iul. 3.	Borgia auctore „congregatio post electionem" incohatur: de „assistentibus" deliberatur (739).
1565	Iul. 4.	In congregatione de assistentibus agitur ac de procuratoribus ad congregationes mittendis multum disputatur (753).
1565	Iul. 5.	De procuratoribus constituitur et de „assistentibus" agitur (753).
1565	sub 6. Iul.	Deliguntur 5 provinciales, atque inter hos C., qui, quae congregationi proponenda sint, quae non sint, discernant (755).
1565	inter 5. et 9. Iul. (ut videtur)	Quattuor „deputationes" ad varia negotia curanda instituuntur (753—755).
1565	inter 5. et 9. Iul. (ut videtur)	C. et 6 alii a praeposito generali designantur, ut, quibus in rebus Societatis constitutiones cum concilii tridentini decretis pugnare videantur, cognoscant et ad congregationem referant (756).
1565	Iul. 9.	In congregatione, quot suffragia ad res definiendas requirantur, statuitur (753).
1565	Iul. 12.	Congregatio, re per 3 dies excussa, Borgiam serio rogat, ut collegia iam facta roboret, nova vero ea tantum lege admittat, ut reditus et Socii idonei praesto sint (753).
1565	Iul. 13. et 14.	In singulis Societatis provinciis saltem unum „seminarium" scholasticis instituendis condi iubetur (753—754).
1565	Iul. 14.	De praepositorum provincialium et commissariorum potestate aliqua sanciuntur (754).
1565	Iul. 18.	Congregatio, utroque negotio aliquot diebus tractato. 1. personarum mutationes probat et de iis aliqua constituit; 2. in singulis provinciis „domus probationis" instituendas esse affirmat; alia quoque decernit (754).

1565	Iul. 20.	Nova „formula scribendi", Constitutionibus in eo capite immutatis, componi iubetur (754).
1565	Iul. 23.	De cantu missae et vesperarum, de seminariorum episcopalium admissione, de tempore congregationum generalium, rebus multum agitatis, aliqua decernuntur (754).
1565	Iul. 24	Incohatur quatriduum „informationum" ad novos assistentes spectantium (754).
1565	Iul. 24., 26., 27.	Aliqua de „assistentium" et „admonitoris" electione ac de universitate valentina expenduntur et decernuntur (754).
1565	Iul. 28.	Quattuor „assistentes" et „admonitor" praepositi generalis eliguntur (754).
1565	ineunt. m. Aug.	C. aliique provinciales instant, ut sibi quam primum domum redire liceat (757).
1565	Aug. 3.	De bonorum distributione constituitur, et collegii herbipolensis admissio praepositi generalis arbitrio permittitur (754 757).
1565	Aug. 6.	De variis collegiis agitur; praeposito generali facultas datur collegii dilingani, nisi melius dotetur, dimittendi (754 757).
1565	Aug. 8.	„Definitores" eliguntur et singulares aliquot causae definiuntur (754).
1565	Aug. 11.	De sodalium in collegiis numero statuitur et varia definitoribus committuntur (754).
1565	Aug. 13.	Facultas amplificandi Sociis tempus orationis praeposito generali (re per aliquot dies discussa) datur; aliqua definitoribus committuntur; aliquibus de congregatione permittitur, ut in patriam redeant (754).
1565	Aug. 16.	Complura negotia tractantur et definitorum curae committuntur (754).
1565	Aug. 19.	Urgetur, ut congregatio finiatur, et cavetur, ne eadem ante finem mensis terminetur; alia quaedam decernuntur (754).
1565	Aug. 21.	Congregatio iure bonorum immobilium possidendorum quocumque cedendum esse censet et alia constituit (754).
1565	Aug. 22.	Alia quaedam tractat nec tamen absolvit (754).
1565	Aug. 28.	De definitoribus, assistentibus, aliis rebus aliqua decernuntur (755).
1565	Aug. 30.	Litterae quadrimestres in „annuas" convertuntur; alia statuuntur. Canisio et suo et aliorum provincialium nomine instante, ut congregatio m. Augusto finiatur, placet, ut 3. Septembris absolvatur, reliquis rebus ad definitores reiectis (755 758).
1565	Sept. 1.	Petitione quadam cardinalis Augustani (quam Canisius ad Borgiam detulerat) proposita congregatio Sociis interdicit, ne „aulas sequantur", nisi ad breve tempus (759).
1565	Sept. 2.	De bonis, P. Natalis scholiis, aliis rebus aliqua decernuntur (755).
1565	Sept. 3.	Congregatio constituit, ut Socii „lites forenses fugiant" et in doctrina christiana explicanda diligentes sint. Regulas contrahi, congregationes provinciales haberi,

		catalogos mitti etc. iubet; de collegio ingolstadiensi et multis aliis rebus constituit (755 761).
1565	Sept. 3.	Congregatio generalis absolvitur. S. Franciscus Borgias ad patres exhortationem habet, singulos amplectitur eorumque pedes osculatur (761).
1565	Sept. 3.—29.	Congregatione absoluta C. iussu Pii IV. Romae haeret (639 762).
1565	sub med. m. Sept.	Cardinalis Amulius Canisio epistulam legit a cardinali Hosio de calice, Centuriis etc. ad se datam (97).
1565	Sept. 18.	C. auctore Theodoricus eius frater a Borgia praeposito generali, quod Petrus C. collegia rhenana visitare et alia praestare debeat, viceprovincialis munus in Germania superiore retinere iubetur (639).
1565	Sept. 19.	Pius IV. ad Ottonem cardinalem Augustanum litteras dat, quibus C. suo nomine et ad ipsum et ad alios Germaniae episcopos quaedam relaturum esse affirmat (640).
1565	Sept. 19.	Pius IV. ad Ioannem von der Leyen archiepiscopum et electorem treverensem Breve dat, quo eum certiorem facit, C. pontificis nomine cum ipso acturum esse (641).
1565	Sept. 19.	Pius IV. ad universitatem et senatum coloniensem Breve dat, quo eos laudat, de indulto a se concesso certiores eos facit, professionem fidei tridentinam universitati praescribit, C. totamque Societatem commendat (644).
1565	Sept. 20.	Pius IV. ad Fridericum a Wirsberg episcopum herbipolensem Franciaeque ducem Breve dat, quo eum monet, C. suo nomine cum ipso acturum esse; simul eidem collegium S. J. herbipolense, cui monasterium quoddam dari permittit, commendat (646).
1565	Sept. 23.	S. Franciscus Borgias praepositus generalis C. Societatis visitatorem pro provinciis Germaniae superioris et inferioris ac Rheni constituit (99 103).
1565	ante 30. Sept.	C., antequam Roma abeat, a Iulio Mancinello impetrat, ut is sibi pias aliquas meditationes per iter instituendas proponat (118).
1565	Sept. 29. vel 30.	Canisius Roma discedit (762).
1565	m. Oct. ineunte	**Narniae** versatur (106).
1565	autumno	Guilielmus Eisengrein in „Catalogo testium veritatis“ Canisium laudat (831).
1565	sub 10. Oct.	Canisius **Patavium** venit (106).
1565	Oct. 11.	**Venetias** advenit (106).
1565	Oct. 13. vel 14.	Cum P. Francisco Sunier S. J. **Patavium** proficiscitur (106 114).
1565	medio fere Oct.	Cum eodem Oenipontem petit (762).
1565	Oct. 21.	**Oenipontem** advenit (770).
1565	Oct. 21.—29.	Febri correptus, per octo dies Oeniponte detinetur. De rebus collegii aliqua confert cum P. Dyrsio rectore (117 133 770).

1565	Oct. 31.	**Augustam** venit (770).
1565	Nov. 2.	**Dilingam** venit (770).
1565	Nov. 2.—4.	Per biduum cum cardinali Truchsessio et cum Theodorico fratre agit. Cardinali litteras Pii IV. et authenticum decretorum tridentinorum exemplum Romae excusum tradit (127 606).
1565	Nov. 4.	Dilinga discedit (647 770).
1565	Nov. 5.	Canisii iussu P. Guilielmus Elderen Augusta Florentiam proficiscitur, ut Ioannae, Ferdinandi I. caesaris filiae et Francisci Tusciae ducis uxori, a sacris confessionibus sit (118 540).
1565	sub 8. Nov.	C. **Herbipolim** advenit. Per diem apud Fridericum de Wirsberg episcopum manet; litteras Pii IV. et authenticum decretorum tridentinorum exemplum Romae excusum ei tradit pontificisque mandatu de rebus religionis cum eo agit (127—129 181).
1565	Nov. 9.	Herbipoli Dilingam scribit (125).
1565	inter 9. et 14. Nov.	Per triduum **Aschaffenburgi** apud Danielem Brendel archiepiscopum moguntinum manet; authenticum decretorum tridentinorum exemplum Romae excusum et Pii IV. litteras ei tradit huiusque nomine de religionis rebus cum eo agit (127 181).
1565	Nov. 14.	**Moguntiam** advenit; Societatis collegium invisit; cum praeposito provinciali Rheni agit (127 649).
1565	Nov. 16.	Moguntia proficiscitur **Confluentes** (127 649).
1565	inter 17. et 20. Nov.	Ioanni von der Leyen, archiepiscopo et electori treverensi, litteras pontificias et authenticum decretorum tridentinorum exemplum Romae excusum tradit et cum eodem Pii IV. nomine de rebus religionis, ut de Societatis collegio treverensi etc., agit (134—135 181).
1565	Nov. 21.	**Coloniam** advenit (650).
1565	Nov. 22.	Cum P. Henrico Dionysio et Fr. Thoma Busaeo Colonia discedit (650 658).
1565	Nov. 24. (?)	**Mariaearbore (Marienbaum)** plurimos daemones tecto monasterii birgittani insidentes videns, ex ea specie religiosarum illarum sanctitatem cognoscit (?) (651).
1565	Nov. 25.	Ult. Dom. post. Pent. et die festo S. Catharinae Alex. **Noviomagum** advenit; apud Godefridum vom Triest Wendelinae sororis maritum devertitur (662).
1565	Nov. 25. — Dec. 4.	Confessiones excipit; propinquos inter se conciliat (659).

1565	Nov. 25. (26.?)	In schola „apostolica“ ad iuventutem litterarum studiosam, clericis civibusque multis astantibus, latinam orationem habet (656 659 663).
1565	Nov., inter 25. et 27.	A senatu urbis „vino honorario“ donatur (659 663).
1565	sub 27. Nov.	In aedibus Triestii senatum urbis convivio accipit et ferventi oratione ad catholicae religionis constantiam hortatur (659 663).
1565	sub 28. Nov.	Ibidem clerum urbis et saecularem et regularem convivio accipit (663).
1565	Nov. exeunte et Dec. ineunte	Singulas propinquorum bibliothecas lustrat; pravos libros concremat. Aliquotiens in domo Triestii propinquos convivio accipit (663—664).
1565	Nov. 30. (ut videtur)	Die S. Andreae Ap. in ecclesia collegiali S. Stephani coram frequentissimo auditorio germanice contionatur (656 659).
1565	Ineunte m. Dec.	In domo Triestii Canisio propinqui, data singuli dextra, fidei catholicae constantiam promittunt (663).
1565	Dec. 2. (ut videtur)	C. Dom. I. Adventus in templo S. Stephani contionatur (656 659).
1565	Dec. 3. vel 4.	In valetudinario (valetudinarii S. Nicolai ecclesia S. Nicolao sacra?) contionem habet; propinquis sacram eucharistiam ministrat et cum iis prandet ac pauperibus copiosa vitae subsidia a propinquis collata relinquit (659 664).
1565	Dec. (4., ut videtur)	Cum P. Dionysio Noviomago discedit (664 666).
1565	Dec. 4.	**Grosbecae** a Segero de Grosbeca episcopi leodiensis fratre hospitio excipitur (666).
1565	Dec. 4. (?)	Gerardum Lapidanum Societatis desertorem **Clivia** secum abducit (?) (836).
1565	Dec. 5.	**Xanti** sacrum facit in ecclesia S. Victoris et in convivium adhibetur a canonicis (666).
1565	Dec. 6.	In parochia aliqua **inter Xantum et Coloniam** sita contionatur (666).
1565	Dec. 7.	**Coloniam** redit; in Societatis collegium devertit (650 666).
1565	Dec. 8.	Die Conceptionis B. M. V. ad Cliviae ducem et Westphaliae episcopos proficiscitur (651 667).
1565	sub Dec. 9.	**Dusseldorpii** ducem Cliviae frustra quaerit (675).
1565	sub Dec. 13.	**Monasterium Westphalorum** venit, ut cum Bernardo de Raesfeld episcopo pontificis nomine agat (149).
1565	Dec. 13.	Monasterio, episcopum urbe abesse edoctus, ad eundem mittit exemplum concilii tridentini authenticum, breve pontificium, litteras, quibus eum ad dioecesim reformandam hortatur (149).
1565	Dec. (sub 14., ut videtur)	**Osnaburgum** venit; monasteria quaedam „semidiruta“ videt (157).

1565	sub Dec. 15.	**Furstenaviam** ad Ioannem ab Hoya episcopum principem osnaburgensem venit; cui litteras apostolicas et concilii tridentini exemplum authenticum Pii IV. mandatu tradit (155).
1565	Dec. 16.	Dom. III. Adv. in ecclesia parochiali ad populum dicit (155).
1565	Dec. 17.	F. II. contionatur (?) (155).
1565	Dec. 17.	Remberto a Kerssenbroich episcopo paderbornensi exemplum authenticum concilii tridentini et breve pontificium mittit, eum exhortans, ut concilii decreta exsequatur (152).
1565	fere ab 15. ad 30. Dec.	Furstenaviae in arce episcopali cum Ioanne de Hoya episcopo de religione catholica in dioecesi osnaburgensi restituenda multa consilia confert; ibidem in ecclesia parochiali saepe contionatur (154—158 168 181).
1565	inter Dec. 14. et 29.	Praecipui parochi osnaburgensis confessionem excipit (154).
1565	Dec. 19.	Contionatur (?) (155 668).
1565	Dec. 21.	Die festo S. Thomae Ap. contionatur (155).
1565	Dec. 23.	Dom. IV. Adv. contionatur (155).
1565	Dec. 24.	Vigilia Nativitatis contionatur (?) (155).
1565	Dec. 25.	Die sacro Nativitatis Domini Ioanni ab Hoya episcopo principi osnaburgensi sacram eucharistiam praebet (154 169).
1565	Dec. 26.	Die festo S. Stephani de fidei capitibus in controversiam vocatis contionatur (157).
1565	Dec. 27.	Die festo S. Ioannis Ev. de eodem argumento contionatur (157).
1565	Dec. 28.	Die festo SS. Innocentium de eodem argumento dicit (157)
1565	Dec. 29.	De iisdem rebus contionatur (157).
1565	Dec. 30.	Dominica contionatur (?) (155).
1565	Dec. 31.	Die S. Sylvestri contionatur (?) (155).
1565	exeunte m. Dec.	Furstenavia ad ducem Cliviae proficiscitur (157).
1566	—	*Operum S. Leonis Magni editio, a C. Coloniae curata, Lovanii denuo vulgatur* (803).
1566	—	*C. Parvus Catechismus Catholicorum latine denuo editur Antverpiae, Coloniae, Parisiis* (806).
1566	sub 4. Ian.	C. **Dusseldorpium** advectus, de Pii IV. morte certior efficitur. Guilielmum Iuliaci et Cliviae ducem hortatur, ut catholicam religionem et in terris suis et in proximis imperii comitiis tueatur. Pii IV. Breve et decretorum tridentinorum exemplum authenticum Romae excusum (?) duci tradit (170 673).
1566	sub 6. Ian.	**Coloniam** redit; in Societatis collegio 15 dies versatur (678).
1566	sub 6. Ian.	Senatus urbis C. vinum honorarium praebet (173 678)

1566	Ian. 6. vel proximis diebus	*C., „Summae doctrinae christianae" recognitae et amplificatae extremam manum imponit eamque senatui populoque coloniensi dedicat* (159 803—804).
1566	Ian. 7.	Ad studiosos gymnasii trium coronarum, externis quoque audientibus, orationem habet (678).
1566	Ian. 11.	Ad collegii S. J. coloniensis convictores exhortationem habet (678).
1566	inter 6. et 21. Ian.	Universitatis facultas theologica C. vinum honorarium praebet (678).
1566	Ian. 14.	C. delectis ex universitate et urbis senatu viris Breve Pii IV. tradit; huius nomine Colonienses laudat, „Indultum tertiae gratiae" concedi affirmat, capita septem proponit ad religionem catholicam conservandam et universitatem reformandam spectantia. Illi omnem oboedientiam promittunt (214 678/686).
1566	Ian. 14.	In reipublicae coloniensis senatu Breve Pii IV. a C. allatum recitatur (171—173 685).
1566	Ian. 14.	Senatus urbis C. denuo vinum honorarium praebet (173 686).
1566	sub Ian. 19.	Pius V. novus pontifex C. Augustam ad imperii comitia adire et his absolutis legationem pontificiam, per Pii IV. mortem abruptam, prosequi iubet (163).
1566	Ian. 20.	C. collegio S. J. coloniensi authenticum decretorum tridentinorum exemplum dat (686).
1566	sub Ian. 21.	Colonia discedit (686).
1566	Ian. 27. et 28.	**Moguntiae** in collegio Societatis versatur (173 176 180).
1566	sub 31. Ian.	**Spirae** P. Lambertum Auer S. J., in ecclesia cathedrali contionantem, invisit, et de Societatis collegio in urbe per capitulum condendo consilia confert (188).
1566	initio m. Febr.	**Dilingae** in Societatis collegio ex legationis laboribus per octo dies se reficit (189).
1566	ante Febr. 15.	**Augustam Vindelicorum** revertitur (191).
1566	circa med. Febr.	Cardinalis Commendonus legatus pontificius (17. Febr. Augustam advectus) C. familiariter uti incipit (196 198).
1566	inter Ian. et Apr.	*C. „Summa" ab ipso multum locupletata latine in lucem emittitur Coloniae* (804).
1566	inter Ian. et Iun.	*P. Oliverius Manareus Franciae provincialis C. „Summam" gallice versam excudendam (Parisiis) curat* (476).
1566	Febr. 24	C. Dom. Quinquagesimae contionem habet (ut videtur) in ecclesia cathedrali (559).
1566	Febr. 27.	F. IV. die cinerum (in templo S. Ioannis) de Davide paenitentiam agente et de impositione cinerum contionem habet (562).
1566	Febr. exeunte vel Mart. ineunte	Ex C. sententia cardinalis Commendonus a S. Pio V. facultates sacras easque amplas petit (576).
1566	Mart. 1.	F. VI. C. de praestantia epistolae S. Iacobi in templo S. Ioannis contionatur (562).

1566	Mart. 3.	Dom. I. Quadr. in ecclesia cathedrali de ratione temporis sacri dicit atque ieiunii praeceptum defendit (563).
1566	Mart. 4.	F. II. in templo S. Ioannis de exordio epistolae S. Iacobi dicit (563).
1566	Mart. 6.	F. IV. ibidem ex Iac 1, 2—6 gaudendum esse in calamitatibus, et sapientiam a Deo petendam esse demonstrat (563).
1566	Mart. 6.	PP. Natalem et Ledesmam, Roma ad cardinalem Commendonum missos, tecto recipit; cardinalem adit et de illorum adventu certiorem facit (577).
1566	Mart. 7.	PP. Natalis, Ledesma, C. apud cardinalem Commendonum prandent ab eoque familiariter habentur (577).
1566	Mart. 8.	F. VI. C. in templo S. Ioannis de Iac 1, 8—12 contionatur (563).
1566	Mart. 8.	PP. Natalis, Ledesma, C. apud Biliam nuntium apostolicam prandent ab eoque familiariter tractantur (577).
1566	Mart. 9.	PP. Natalis, Ledesma, C. apud Perrenotium regis Hispaniae oratorem prandent (577—578).
1566	Mart. 10.	Dom. II. Quadr. C. in ecclesia cathedrali de oratione contionatur (563).
1566	Mart. 11.	F. II. in templo S. Ioannis ex Iac 1, 12 de corona vitae patientibus promissa dicit (564).
1566	Martio ineunte vel medio.	Cardinalis Amulius, quae C. ex legatione germanica ad ipsum rettulit, communicat cum Pio V.; qui Canisii consilia probat et sequi statuit (205).
1566	inter 8. et 17. Mart.	PP. Natalis et C. Danielem Brendel archiepiscopum moguntinum invisunt (578).
1566	Mart. 13.	F. IV. in templo S. Ioannis Can. (ex Iac 1, 13—15 de „tentationibus interioribus" et de peccatis gravibus levibusque, ut videtur) dicit (564).
1566	Mart. 15.	F. VI. in templo S. Ioannis (ex Iac 1, 15 de tentationibus superandis) dicit (564).
1566	Mart. 15.	PP. Natalis et C. apud Georgium Fuggerum prandent (578).
1566	Febr. — ?	Cardinalis Commendonus in ecclesia cathedrali Canisio palam peccata confitetur (578).
1566	Mart. 17.	Dom. III. Quadr. C. in ecclesia cathedrali de „peccatis in Spiritum Sanctum" contionatur (564).
1566	Mart. 18.	F. II. in templo S. Ioannis ex Iac 1, 17 de Dei bonitate contionatur (564).
1566	inter 16. et 23. Mart.	PP. Natalis et C. Eckium, Bavariae ducis cancellarium, invisunt (579 717).
1566	Mart. 20.	F. IV. C. in templo S. Ioannis de „traditionibus" (ut videtur) dicit et Iac 1, 18—20 explicat (564—565).
1566	Mart. 21.	F. V. in ecclesia S. Catharinae (monialium Dominicanarum) ad feminas nobiles cum imperatrice versantes dicit de vita emendanda (559 565 570).
1566	Mart. 22.	F. VI. in templo S. Ioannis ex Iac 1, 19—21 emendationem vitae commendat et, quos de verbo Dei errores „neochristiani" disseminent, ostendit (565).
1566	Mart. 24.	Dom. IV. Quadr. in ecclesia cathedrali, quid sit paenitentia, et cur semper agenda sit, dicit (565 570).

1566	Mart. 25.	F. II., die Annuntiationis B. M. V., in ecclesia cathedrali ostendit, cur catholici Mariam valde honorent, et cur paenitentiam plurimi neglegant (565 595).
1566	Mart. 27.	PP. Natalis, C., Ledesma, a Commendono legato moniti. „propositionem“ caesaream, „pacem religionis“ augustanam, scriptum protestantium Romam mittunt (210).
1566	Mart. 27.	F. IV. C. in templo S. Ioannis „errores de verbo Dei communes“ recenset et refellit (566).
1566	Mart. 28.	F. V. in ecclesia S. Catharinae feminis nobilibus cum imperatrice versantibus ex evangelio diei timorem Dei et paenitentiam commendat (559 566).
1566	Mart. 29.	F. VI. contionatur (ut videtur) in templo S. Ioannis (566).
1566	Mart. 29.	Senatus urbis coloniensis Canisium rogat, Societatis moderatoribus romanis commendet, ut „Indulti tertiae gratiae“ ad 12 annos prorogationem apud Pium V. urgeant (219).
1566	Mart. 30.	PP. Natalis et C. S. Franciscum Borgiam rogant, pontifici vehementer suadeat, ut imperatorem in bello turcico diligenter adiuvet (218).
1566	Mart. 31.	Dom. Pass. C. in templo cathedrali de passione Christi et de confessione peccatorum facienda contionatur (566).
1566	Mart. et Apr.	*PP. Natalis et C. „Epistolas Indicas“ a Rutilio Lovanii latine editas, quod „valde corruptae“ sint, supprimere student, et a S. Francisco Borgia praeposito generali impetrant, ut Io. Petr. Maffeius S. J. eas ad archetypa latine exprimere iubeatur* (266 807).
1566	Apr. 1.	F. II. C. in templo S. Ioannis ex Iac 1, 25 ostendit, quid Catholici de bonis operibus credant (566).
1566	Apr. 3.	F. IV. in templo S. Ioannis de bonis operibus fidelium et de triplici iustitia ad salutem necessaria dicit (567).
1566	Apr. 4.	F. V. in templo S. Catharinae ad feminas nobiles imperatricis dicens, ex evangelio diei Magdalenam confitentibus et communicantibus in exemplum proponit (567).
1566	Apr. 5.	F. VI. in templo S. Ioannis protestantium de operibus bonis errores recenset et refutat (567).
1566	Apr. 6.—14.	Multorum confessiones excipit (224 541).
1566	Apr. 7.	Dom. Palmarum in ecclesia cathedrali iubilaeum a S. Pio V. indictum promulgat et commendat (542 561 567).
1566	Apr. 8.	F. II. in templo cathedrali vel ad S. Ioannis indulgentiarum usum defendit et commendat (568 571).
1566	Apr. 11.	F. V. in Coena Domini in templo cathedrali vel ad S. Ioannis de passionis Christi parte prima dicit (per 2—3 horas) (561 568).
1566	Apr. 12.	F. VI. in Parasceve in templo cathedrali (ut videtur) de reliqua Christi passione duas contiones (per 5 horas) habet (561 568).
1566	Apr. 14.	Dom. Paschatis in ecclesia cathedrali de Paschate cum gaudio, spe, caritate agendo contionatur (568).

1566	Apr. 15.	F. II. Pasch. ibidem de Christi et fidelium resurrectione ac de evangelio diei dicit (568).
1566	Apr. 16.	F. III. Pasch. ibidem ex evangelio diei de „festis paschalibus recte concludendis", „notis verae ecclesiae", resurrectione bonorum et malorum dicit (569).
1566	inter 15. Apr. et 20. Maii	Cardinalis Commendonus PP. Natalis, C., Ledesmae opera tantopere utitur, ut multis diebus vix cibo sumendo ac somno capiendo iis tempus sit (256 590—594).
1566	paulo post med. Apr.	*C. rogatu cardinalis Augustani libellum „Christlich Bedencken" a Friderico electore Palatino adversus catholicos disseminatum refutare incipit* (812).
1566	Apr. 20.	Pecuniam Romam mittit ad Fr. Vallonum a Turcis redimendum (225).
1566	Apr. 21.	Dom. in Albis in ecclesia cathedrali ex evangelio diei de iis, qui in fide errent, de vere fidelibus, de comparanda pace Christi dicit (569).
1566	sub Apr. 25.	P. Swagerium sibi iratum placare eique, ne Societatem deserat, persuadere frustra conatur (616).
1566	inter Apr. 22. et Maii 9.	Cardinalis Commendonus cum PP. Natale, C., Ledesma, theologis aliis multas congregationes habet et multas iis quaestiones de pace religionis etc. proponit; in respondendo Socii per 15 dies plurimum laborant (230—240 583—591).
1566	Apr. 28.	Dom. II. post Pascha P. Hermes Halbpaur S. J. loco Canisii in ecclesia cathedrali contionari incipit (569).
1566	Maii 2.	*Bruxellis auctoritate Philippi II. Hispaniae regis Christophoro Plantino typographo antverpiensi privilegium 4 annorum datur ad C. „Summam" excudendam et vendendam* (814).
1566	Maii 3.	Cardinalis Augustanus, nuntius Bilia, Lancellottus, Sanderus, Caligarius, PP. Natalis, C., Ledesma, Mendoza a cardinali Commendono congregati et interrogati negant (praeter Lancellottum) ipsum contra pacis augustanae confirmationem protestari debere; certe nequaquam id faciendum esse palam (585/589).
1566	sub 4. Maii	Natalis, C., Ledesma cardinali Commendono scripta suis nominibus signata tradunt, quibus pacem religionis augustanam cum dogmatis tridentinis plane pugnare negant et cardinali, ut catholici se concilium tridentinum admittere profiteantur, curandum esse affirmant etc. (236—240 588).
1566	Maii 4.	Iidem per litteras Romam missas S. Franciscum Borgiam rogant, ut statim S. Pium V. adeat eique, ne cardinalem Commendonum in

		comitiis imperii adversus pacem religionis protestari iubeat, vehementer commendet (251—253).
1566	Maii 4.	C. cardinalem Commendonum ipsius vel amicorum rogatu per litteras Romam missas vehementer commendat (248—249 257).
1566	inter 27. Apr. et 11. Maii	Natalis et C. Ioannem Iacobum a Khuen archiepiscopum salisburgensem adeunt ab eoque honorifice excepti multa cum eo conferunt eiusque animum erratis quibusdam P. Victoriae offensum placare student (584).
1566	inter 4. et 11. Maii	Maximiliano II. imperatori opinanti, Socios cardinali Commendono, ut contra „pacem religionis" protestationem faceret, suasisse, Melchior Bilia nuntius apostolicus demonstrat, eos protestationem dissuasisse (586).
1566	Maii 12. vel 13.	Io. Andr. Caligarius Romae S. Pio V. tradit pacis a. 1555 inter catholicos et protestantes compositae tabulas a C. latine versas (233).
1566	Maii 13.	S. Franciscus Borgia Romae PP. Natalis, C., Ledesmae rogatu S. Pium V. adit eique, eorundem Sociorum scriptis traditis, diligenter dissuadet, ne cardinalem Commendonum in comitiis imperii augustanis adversus pacem religionis protestari iubeat (254 589).
1566	Maii 19.	Dom. V. post Pascha C. in ecclesia cathedrali evang. diei explicat ac cur et quomodo Deus orandus sit, docet (569).
1566	Maii 20.	F. II. Rogationum in templo S. Ioannis evang. diei explicat ac de processionibus, abstinentia etc. tempore Rogationum usitatis, neglectu orationis dicit (569).
1566	inter 20. et 25. Maii	Commendoni iussu scriptum, quo catholici scriptum protestantium refutant et decreta tridentina profitentur, latine vertit (597).
1566	Maii 21. et 22.	F. III et IV. Rogationum ad S. Ioannis contionatur (?) (570).
1566	Maii 25. (ut videtur)	Scriptum catholicorum a C. latine redditum per Commendonum Pio V. mittitur (597).
1566	ineunte vel medio anno	C. 500 florenos, qui ex legationis pontificiae viatico ipsi supersunt, apud Ursulam Fuggeram deponit, collegio Augustae condendo pro initio dotationis futuros (546).
1566	Maii 29.	C. **Oenipontem** iussu P. Natalis visitatoris proficiscitur (770).
1566	ab ineunte ad medium Iun.	Cum Magdalena, Margarita, Helena archiducissis et cum „regimine" Austriae superioris agit de rectore collegii, contionatore, monasterio S. Crucis; archiducissis persuadet, ut contentae sint uno confessario per Societatem ipsis assignando (274 771—773).
1566	Iun. 12.	*Christophorus Plantinus typographus antverpiensis C. „Summam" latinam a se excusam Philippo II. Hispaniae regi dedicat* (814).
1566	sub 15. Iun.	C. cardinali Amulio per litteras Oeniponte datas exponit, cur non expediat se denuo apud episcopos Germaniae legatione pontificia fungi (267).
1566	paulo post med. Iun.	Revertitur **Augustam** (617).
1566	Iun. 28.	Cum P. Natale visitatore et P. Mart. Leubenstain rectore ingolstadiensi **Dilingam** proficiscitur (617 772).

1566	Iunio exeunte et Iulio ineunte	Cum rectoribus dilingano et ingolstadiensi et P. Hoffaeo ea, quae Natalis de collegiis ingolstadiensi et monacensi constituit, ipsius iussu recognoscit (617—618).
1566	inter Mai. et Aug.	Canisii opera sacello Sociorum ingolstadiensi pretiosa munera a Magdalena, Margarita, Helena archiducissis donantur (815).
1566	Iul. 7. et 23.	*Bruxellis auctoritate Philippi II. Hispaniae regis Christophoro Plantino typographo antverpiensi privilegium 6 annorum conceditur ad Canisii „Institutiones et Exercitamenta christianae pietatis" excudenda et vendenda* (815).
1566	paulo ante med. m. Iulium	Iulium Pavesium O. Pr. archiepiscopum surrentinum per Dilingam transeuntem PP. Natalis et C., „memoriali" etiam tradito, ad Germaniam et maxime ad eius res litterarias et typographicas apud pontificem iuvandas incitant; eundem rogant, ut operam praestet, ne Canisius denuo per Germaniam mittatur (280 618).
1566	medio fere vel exeunte Iulio	C. cum Theodorico fratre et P. Rabenstein aliquot dies P. Natalem adiuvat in litteris fundationis collegii et universitatis dilinganae Roma missis cum cardinali Truchsess recognoscendis et, ut Societatis incolumitas exigit, immutandis (287 619—623).
1566	medio vel exeunte Iulio	P. Natalis visitator Canisium in officio praepositi provincialis Germaniae superioris, sublato viceprovincialis officio, confirmat (288 572).
1566	medio vel exeunte Iulio	C. officio contionum in cathedrali ecclesia augustana habendarum omnino levatur (288 572).
1566	post m. Iul.	*C. „Institutiones et Exercitamenta christianae pietatis" primum in lucem prodeunt, a Christophoro Plantino Antverpiae excusa* (815).
1566	Iulio exeunte et initio Aug.	C. cardinalem Augustanum synodum dioecesanam praeparantem adiuvat (623).
1566	Aug. 9.	**Ingolstadium** advenit (295).
1566	sub med. et exeuntem Aug.	In collegio compiura a P. Natale visitatore constituta exsequitur; eiusdem mandatu cubicula, scrinia, libros inspicit et de cursu philosophiae instituendo agit (300 718—721).
1566	ab 18. ad 26. Aug.	C. iubilaeum a S. Pio V. indictum Sociis promulgat eiusque gratia cum iisdem supplicationes, ieiunia, flagellationes, alia pia opera instituit (722).
1566	Aug. 26.	Rogatu cardinalis Augustani Ingolstadio proficiscitur **Dilingam** (721—722).
1566	Aug. 27.—29.	Cum cardinali de synodo dioecesana Dilingae habenda deliberat (300).
1566	Aug. 30. vel 31.?	Revertitur **Augustam** (?) (302).
1566	Sept. 3.	*C. a S. Franc. Borgia praeposito generali iubetur censorem agere versionis germanicae Catechismi Romani, quam P. Hoffaeus facere a S. Pio V. iussus est* (307 816).

1566	sub 9. Sept.	Dilinga **Wisensteigam** ad Udalricum comitem de Helfenstein proficiscitur (317).
1566	a 10. ad 21. Sept.	Comitis Udalrici ex lutheranismo ad fidem catholicam reducendi initium facit; complurium nobilium confessiones excipit; duas strigas lutheranas, quas ministri lutherani destituerunt, ad ecclesiam catholicam reducit et a peccatis absolvit (317 780).
1566	Sept. 12.	PP. Natalis, C., Vinck a S. Pio V. iubentur curare, ut in conventu Erfordiae habendo Lutherani et Calviniani inter se disiungantur (311).
1566	sub 21. Sept.	Canisius **Dilingam** redit (320).
1566	Sept. 26.	**Monachium** advenit (322).
1566	inter 26. Sept. et 3. Oct.	Quae a P. Natale visitatore de collegio constituta sunt, exsequitur. Cum ducissis de ministeriis sacris apud moniales exercendis agit (764).
1566	Oct. 2.	Gebhardum a Truchsess Coloniae inter canonicos moraturum Sociis coloniensibus, Petrum Damianum et Andream Ierinum in collegium germanicum euntes Sociis romanis commendat (325 328).
1566	Oct. 4.	**Oenipontem** advenit (773).
1566	Oct. 5.	Cum P. Natale 10 Socios Roma in Germaniam superiorem missos et paulo ante Oenipontem advectos per provinciae domos distribuit (774).
1566	Oct. 5.—20.	P. Natalem visitatorem in collapsa collegii disciplina instauranda adiuvat (345 774).
1566	Oct 22.	Cum P. Natale proficiscitur **Monachium** (345).
1566	inter 24. et 29. Oct.	Natalis et C. Simonem Thaddaeum Eckium ducis cancellarium adeunt et, ne in posterum vel P. Stevordianus, homo oboedientiae et disciplinae religiosae impatiens, vel P. Swagerius Societatis desertor ab officialibus foveantur, serio monent; simul de theologiae professore in universitate ingolstadiensi mutando tractant (351 725).
1566	inter 24. et 29. Oct.	Natalis mandatu C. bis terve cum Eckio de eodem Stevordiani negotio agit (766).
1566	Oct. (29. ut videtur)	Natalis et C. **Ingolstadium** proficiscuntur (330).
1566	a 30. Oct. ad initium Nov. (3.—5.?)	De scholis philosophicis per Socios in universitate habendis ac de theologiae professoribus complura constituunt. Episcopi passaviensis cancellarius de theologo eidem episcopo providendo cum iis agit (723).
1566	Nov., ante d. 6.	C. cum P. Natale venit **Augustam** (330).
1566	paulo post 6. Nov.	Natalis et C. **Dilingam** veniunt (330 352—354).
1566	medio m. Nov.	Aliquot dies cum cardinali Truchsess de litteris fundationis collegii dilingani agendo efficiunt, ut in earum commentario per cardinalem proposito capita aliqua, quae Borgiae praeposito generali displicent, emendentur (625).
1566	Nov. 19.	PP. Natalis, C., Ximenius cum equite a cardinali ipsis dato Dilinga Herbipolim versus equis vehuntur (364 625 693).

1566	Nov. 24.	**Herbipolim** adveniunt; a Friderico de Wirsberg episcopo benigne excipiuntur (365 693).
1566	Nov. 24. et 25.	Natalis et C. cum Balthasare ab Hellu episcopi cancellario de Societatis collegio Herbipoli incohando et dotando agunt (365 693—697).
1566	Nov. 26.	P. Natalis visitator Canisio Germaniae superioris provinciali plurima praecepta dat totam provinciam vel aliquas eius domus spectantia (548 628 698 727 768 844).
1566	inter 26. Nov. et 2. Dec. (30. Nov. et 1. Dec.?)	C. (dum Natalis et Ximenius Aschaffenburgum excurrunt) semel coram episcopo in arce Montis Mariani, semel in ecclesia cathedrali contionatur (365 695).
1566	inter 26. Nov. et 2. Dec.	A Richardo de Khere capituli cathedralis praeposito invitatur (695).
1566	Dec. (2. vel 3., ut videtur)	Natalis et C. litteras publicas, quas de collegio dotando et incohando ab episcopo scribendas et Romam ad praepositum generalem Societatis mittendas esse censent, adumbrant et episcopo tradunt (365 693—697).
1566	Dec. (3. vel 4., ut videtur)	Episcopus litteras sibi placere Natali et C. significat, rem tamen certe definire ob cancellarii absentiam abnuit. Natalis Canisium, qua ratione eum negotium persequi oporteat, docet (695—699).
1566	Dec. 4.	Natalis et Ximenius, Spiram petentes, a C. discedunt (360 694).
1566	Dec. 14.	C. **Augustae** versatur (364).
1566	sub 17. Dec. (ut videtur)	**Monachium** proficiscitur ad res collegii iuvandas (360 378).
1566	Dec. 20.	Duos Sociorum ingolstadiensium convictores in Societatem admittit (378).
1567	—	*C. „Parvus Catechismus Catholicorum" latine denuo editur Antverpiae (tum a Plantino, tum a Bellero) ac Cracoviae* (822—823).
1567	—	*Idem liber germanice versus cum precationibus et sacramentorum paenitentiae et eucharistiae pie suscipiendorum ratione Coloniae a Cholino excuditur* (824).
1567	ineunte anno	C. **Augustae** res ad domum Societatis spectantes constituit (377).
1567	Ian. 7.	**Dilingam** advenit (377).
1567	sub exitum Ian.	C. Borgiae iussu cum cardinali Truchsess de disciplina domestica contubernii S. Hieronymi ac de capitibus aliquot litterarum, quae de collegii fundatione dandae sint, confert (389—390).
1567	Febr. 20.	Herbipoli cathedrale capitulum, ab episcopo monitum, contiones a C. per Quadragesimam in templo cathedrali habendas et diligenter audire et scripto excipiendas curare statuit (701).
1567	Febr. 22. vel paulo ante	C. **Herbipolim** advenit et cum Friderico a Wirsberg episcopo de contionibus habendis agit (701).
1567	Febr. 22.	Episcopo monente capitulum statuit contionatori ecclesiae cathedralis, si quem C. providerit, 300 florenos annuos dare, et iubet aedilem videre, ut in C. gratiam suggestui ecclesiae cathedralis commodius aliquod sit operculum, et ut vulgaris quidem suggestus, qui facile moveri possit, conficiatur (704).

1567	Febr. 23.	Dom. II. Quadr. Iussu Friderici episcopi fideles per parochos et contionatores monentur, ut per Quadragesimam singulis diebus Lunae et Mercurii in ecclesiam Franciscanorum, ubi C. catechismum explicaturus sit, pueros famulosque mittant et, si possint, ipsi quoque veniant. Eodem die, ut videtur, C. in ecclesia cathedrali contionari incipit (702).
1567	Febr. 24.	Die S. Matthiae Ap. in templo Franciscanorum sermonem catecheticum (et in ecclesia cathedrali contionem?) habet (402 701 703).
1567	Febr. 25. (24.?)	F. III. (II.?) in ecclesia cathedrali contionatur (401 701).
1567	Febr. 26.	F. IV. in templo Franciscanorum sermonem catecheticum habet (703).
1567	Febr. 28.	F. VI. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Febr. vel Mart.	*Canisio auctore et adiutore P. Hier. Torrensis S. J. universitatis dilinganae professor evulgat „Confessionem Augustinianam"* (817).
1567	Mart. 2.	Dom. III. Quadr. C. Herbipoli in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 3.	F. II. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 4.	F. III. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 5.	F. IV. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 7.	F. VI. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 9.	Dom. IV. Quadr. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 10.	F. II. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 11.	F. III. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 12.	F. IV. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 14.	F. VI. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 16.	Dom. Pass. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 17.	F. II. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 18.	F. III. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 19.	F. IV. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 21.	F. VI. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	M. Martio (et initio Apr.?)	Adversa valetudine affligitur (430).
1567	Mart. 23.	Dom. Palm. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 24.	F. II. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 25.	F. III. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 26.	F. IV. in templo franciscano sermonem catecheticum habet (703).
1567	Mart. 28. (et 27.?)	Die Parasceves (et die Coenae Domini?) in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Mart. 29. (30.?)	Sabbato sancto (Dom. Pasch.?) virginem iudaeam baptizat, et contionatur (430 701).

1567	Mart. 30.	Dom. Paschatis in templo cathedrali contionatur (et virginem iudaeam baptizat?) (430 701).
1567	Mart. 31.	F. II. Pasch. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	Apr. 1.	F. III. Pasch. in ecclesia cathedrali contionatur (701).
1567	inter 31. Mart. et 2. Apr.	Friderico episcopo herbipolensi scripto varia tradit consilia ad episcopatum, inprimis clerum, reformandum spectantia (410—417 430).
1567	Apr. 2.	Conventui consiliariorum ecclesiasticorum interest, in quo coram episcopo de sacerdotibus ad confessiones audiendas melius instituendis, de clero reformando, de dioecesi visitanda agitur (705).
1567	Apr. 5.	C. a S. Francisco Borgia praeposito generali iubetur Constantiae, ubi primum a cardinali Altaemps arcessitus sit, de collegio condendo agere; simul iubetur episcopum argentoratensem adire eique, ut coadiutorem cum iure successionis sibi provideat, persuadere (421).
1567	inter 7. et 9. Apr.	**Dilingam** venit. Febri corripitur (424 430 635).
1567	M. Aprili	Cardinalem Truchsess in praeparanda synodo dioecesana et vicerectorem in regendo collegio adiuvat (451).
1567	m. Aprili	*Sociorum parisiensium cura C. „Summa" latina ex nova editione coloniensi Parisiis excusa in lucem emittitur* (824).
1567	paulo post 1. Maii	C. **Augustam** proficiscitur (451).
1567	Maii 12.	**Oenipontem** advenit (775).
1567	inter 12. et 15. Maii	Ioannem Lucium et Ioannem Viennensem ex Societate dimittit. „Colloquio spirituali" in collegio instituto moderationem aliquam adhibendam esse significat (460 775—779).
1567	inter 13. et 15. Maii	Ferdinando II. archiduci et Tirolis principi persuadet, ut Oeniponte seminarium puerorum litteris studentium condere statuat (778).
1567	Maii 16.	Oeniponte proficiscitur **Monachium**, Fr. Ioannem Vicum secum abducens (459 469).
1567	post 21. Maii (Maio exeunte vel initio Iun.)	**Augustae** per aliquot dies moratur (493).
1567	Maii 30.	*S. Pius V. mandat, ut C., dum plenior Centuriatorum magdeburgensium paratur refutatio, libello aliquo ostendat, eis credi non posse* (480).
1567	Iun. 2.	*C. „Summa doctrinae christianae" Antverpiae a Plantino denuo (latine) excusa prelum relinquit* (825).
1567	m. Iunio (ineunte, ut videtur)	C. paucos dies **Ingolstadii** versatur, iuvenem in Societatem admittit (727).
1567	ante 12. Iun.	Canisius **Dilingam** advenit; cardinalem Truchsess in synodo dioecesana praeparanda adiuvat (492).
1567	Iun. 15.	Synodus sollemniter incohatur (636).
1567	a die 15. ad 20. Iun.	C. synodo dioecesanae interest et cardinalem in ea regenda consiliis et opera diligenter iuvat (497 635—638).

1567	inter 15. et 20. Iun.	*In synodo dioecesana C. catechismi (cum aliis) clero commendantur* (825).
1567	Iun. 20.	Synodo finis imponitur (638).
1567	Iun. 22.	C. Dilinga discedit (497 709).
1567	Iun. 25.	**Herbipolim** advenit (504).
1567	a 25. ad 30. Iun.	Borgiae praepositi generalis mandatu C. et P. Antonius Vinck provincialis Rheni cum Friderico a Wirsberg episcopo de collegio Societatis Herbipoli instituendo agunt (504—508 709—712).
1567	Iun. 27.	C. et Vinckio auctoribus Fridericus episcopus in arce montis B. M. V. collegio herbipolensi novas dat fundationis litteras easque ad Societatis institutum accommodatas (505 711).
1567	Iun. 29.	Die SS. Petri et Pauli (et Dom. VI. post Pent.) C. contionatur (507).
1567	Iun. 30.	PP. C. et Ant. Vinck (cum P. Lud. Bacrelio) Herbipoli abeunt (508 853).
1567	Iun. 30.	C. Herbipoli discedens Hermannum Fabrum scriptorem suum in aula episcopi relinquit (712).
1567	Iul. 2.	**Francofurti ad Moenum** integrum paene diem manet (521 853).
1567	Iul. 3.	C. et Vinck **Moguntiam** adveniunt (521 853).
1567	inter 3. et 5. Iul.	C. Danielem Brendel archiepiscopum adit (517 853/855).
1567	Iul. 5.	C. et Vinck Moguntia discedunt, comitante nuntio quodam archiepiscopi moguntini. Transeunt per **Wormatiam** (854).
1567	Iul. 6. mane	**Spiram** adveniunt (854).
1567	Iul. 7.	Obersteinium ecclesiae cathedralis scholasticum nomine praepositi generalis monent, litteras fundationis collegii spirensis mutari debere; qui negotium ad capitulum generale differendum esse respondet (711 854).
1567	Iul. 7.	C. post meridiem cum nuntio archiepiscopi moguntini Argentoratum versus proficiscitur (855).
1567	sub 9. Iul.	**Tabernas Alsatiae** advenit (513).
1567	sub med. m. Iulium	Erasmo a Limburg episcopo argentoratensi frustra conatur persuadere, ut coadiutorem sibi adiungendum curet; eundem de clero urbis argentoratensis officia divina neglegente monet (513).
1567	post med. Iulium	**Argentoratum** venit (?) (521—522).
1567	paulo ante 23. Iul.	**Dilingam** advenit (513).
1567	post 23. Iul. (25., ut videtur)	C. Dilinga venit **Augustam** (526 529).
1567	Iul. 29.	Augusta Coloniam litteras mittit (531).

IV.

CATALOGUS LIBRORUM,

ex quibus saepius in hoc volumine testimonia proferuntur.

Propter spatii angustias non poterat fieri, ut omnium, quotquot huic volumini componendo adhibiti sunt, librorum tituli hic ponerentur; adhibiti enim sunt plus quam 800 libri; quare ii soli hic ponuntur, qui minimum quinquies memorabuntur; reliqui autem in ipso volumine suis locis ponentur.

Libri, qui operum manu scriptorum instar sunt neque apud bibliopolas veneunt, praeposito signo † notantur.

Numeris maioribus in ipso hoc opere titulo libri vel nomini auctoris adiciendis nec capita nec paragraphi significabuntur, sed paginae vel columnae; cum autem primum numerus latinus, deinde numeri arabici ponentur, primo volumen sive pars operis, ceteris significabuntur paginae vel columnae. Minoribus numeris et litteris adnotationes indicabuntur.

Agricola, Ignatius, S. J., Historia Provinciae Societatis Iesu Germaniae Superioris quinque primas annorum complexa decades. Augustae Vindelicorum 1727.

Alet, V., S. J., Le bienheureux Canisius. Paris 1865.

Analecta Bollandiana. Tomus I—XXVII. Paris, Bruxelles, Genève 1882—1908.

Astrain, Antonio, S. J., Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España. Tomo I. San Ignacio de Loyola 1540—1556. Madrid 1902. Tomo II. Laínez-Borja 1556—1572. Madrid 1905.

Baronius v. „Laderchius".

Bianco, Franz Joseph von, Die alte Universitaet Koeln und die spaetern Gelehrten-Schulen dieser Stadt. 1. Theil. Koeln 1855.

Biographie, Allgemeine deutsche, herausgegeben durch die historische Commission bei der königl. [bayer.] Akademie der Wissenschaften. Bd. 1—54. Leipzig 1875—1908.

Boero, Giuseppe, S. J., Vita del Beato Pietro Canisio della Compagnia di Gesù detto l'Apostolo della Germania. Roma 1864.

[Borgia] Sanctus Franciscus Borgia quartus Gandiae dux et Societatis Jesu praepositus generalis tertius. Tom I—III. Matriti 1894 1903 1908. (In „Monumentis historicis Societatis Iesu a Patribus eiusdem Societatis editis".)

Braun, Dr C., Geschichte der Heranbildung des Klerus in der Diöcese Wirzburg seit ihrer Gründung bis zur Gegenwart. 2 Bde. Mainz 1889 1897.

Braunsberger, Otto, S. J., Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu. (57. Ergänzungsheft zu den „Stimmen aus Maria-Laach"). Freiburg i. Br. 1893.

Brognòli, Vinzenzo di, Studi storici sul Regno di S. Pio V. Volume I. Roma 1879. Volume II. Roma 1882. [Estratto dal periodico Gli Studi in Italia.]

Bullarium Romanum. Bullarum, Diplomatum et Privilegiorium Sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis editio locupletior facta. Tomi 24. Augustae Taurinorum 1857. — Augustae Taurinorum 1872.

[Ciaconius-Oldoinus] Vitae, et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium, Alphonsi Ciaconii O. Pr. et aliorum opera descriptae, ab Augustino Oldoino S. J. recognitae. Tomus tertius. Romae 1677.

† [Constitutiones Societatis Iesu] Examen et Constitutiones Societatis Iesu cum declarationibus. In „Institutum Societatis Iesu. Volumen secundum". Florentiae 1893 [p. 1—146].

[Cyprianus, Ernest. Sal.] Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti, in quo monumenta, restituti calicis Eucharistici, totiusque concilii Tridentini historiam mirifice illustrantia, continentur. Omnia ad fidem autographorum bibliothecae Gothanae diligenter exacta nunc primum cum annotationibus suis publicavit Ernestus Salomon Cyprianus, Theologiae Doctor, et protosynedrii Gothani praeses vicarius. Francofurti et Lipsiae, 1743.

Daurignac, J. M. S., Histoire du Bienheureux Pierre Canisius de la Compagnie de Jésus, Apôtre de l'Allemagne. Paris 1866.

[Donawer] Herrn M. Christophori Donawers, seligen, gewesenen Evangelischen Predigers Augspurgischer Confession, in der löblichen dess H. Reichsstatt Regenspurg Erhebliche Vrsachen, Warumb er auff offentlicher Cantzel, in verketzerung vnd verdammung der genannten Cavinisten, sich nicht einlassen könne . . . jetzo abermal von wort zu wort trewlich nachgedruckt. . . . Sampt Einer warhafften vnd blossen erzehlung, was auff dem Reichstag zu Augspurg, im Jahr 1566. der Religion halben, von tag zu tag verhandelt, vnd endlich geschlossen vnd verabschiedet worden. Auss eines fürnehmen Fürsten dess Reichs Archivo genommen, vnd jetzo zum ersten mahl, dem gemeinen Evangelischen wesen, vnd dessen liebhabern vnd beförderern zu gutem, publiciret. Gedruckt im Jahr Christi, MDCXXXIII. Sine loco.

[Dorigny, Jean, S. J.] La vie du Reverend Pere Pierre Canisius, de la Compagnie de Jesus. A Paris 1707.

Drews, Paul, Petrus Canisius, der erste deutsche Jesuit. (Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte, Nr. 38.) Halle 1892.

Duhr, Bernhard, S. J., Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge im XVI. Jahrhundert. Freiburg im Breisgau 1907. (Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge. Von Bernhard Duhr S. J. Erster Band.)

Eichhorn, Ant., Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius. 2 Bde. Mainz 1854 1855.

Examen vide „Constitutiones Societatis Iesu".

Franciscus v. Borgia.

Fuligatti, Giacomo, S. J., Vita del P. Pietro Canisio della Compagnia di Giesù. In Roma 1649.

Garcia, Ramon, S. J., Vida del Beato Pedro Canisio, sacerdote profeso de la Compañía de Jesus. Madrid 1865.

Goetz, Walter, Beiträge zur Geschichte Herzog Albrechts V. und des Landsberger Bundes 1556—1598. München 1898. (Briefe und Akten zur Geschichte des sechzehnten Jahrhunderts mit besonderer Rücksicht auf Baierns Fürstenhaus. 5. Bd.)

[Gomez Rodeles, Caecilius] Monumenta paedagogica Societatis Iesu quae primam Rationem studiorum anno 1586 editam praecessere. Ediderunt Caecilius Gomez Rodeles, Marianus Lecina, Vincentius Agusti, Fridericus Cervos, Aloisius Ortiz e Societate Iesu presbyteri. Matriti 1901. (In „Monumentis historicis Societatis Iesu a Patribus eiusdem Societatis editis".)

Häberlin, Franz Dominicus, Neueste Teutsche Reichs-Geschichte. 6. und 7. Bd. Halle 1778 1779.

Hansen, Joseph, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582. Bonn 1896. (Publikationen der Gesellschaft für rheinische Geschichtskunde XIV.)

[Hartzheim, Iosephus] Concilia Germaniae. Coll. Ioannes Fridericus Schannat. Contin. et edd. P. Iosephus Hartzheim S. J., P. Hermannus Scholl S. J., Aegidius Neissen, Amandus Antonius Iosephus Hesselmann. Tomi 11. Coloniae Augustae Agrippinensium 1759—1790.

Hopfen, Otto Helmut, Kaiser Maximilian II. und der Kompromisskatholizismus. München 1895.

[Jahrbuch] Historisches Jahrbuch. Im Auftrage der Görres-Gesellschaft. I.—XXX. Bd. Münster 1880. — München 1909.

Janssen, Johannes, Geschichte des deutschen Volkes seit dem Ausgang des Mittelalters. Freiburg im Breisgau. III. Bd., 17. u. 18. Aufl., bes. von L. Pastor 1899; IV. Bd., 15. u. 16. Aufl., bes. von L. Pastor 1896; V. Bd., 15. u. 16. Aufl., bes. von L. Pastor 1902; VII. Bd, 13.—14. Aufl., ergänzt und herausg. von L. Pastor 1904; VIII. Bd., 13.—14. Aufl., ergänzt und herausg. von L. Pastor 1903.

[S. Ignatius,] Constitutiones v. „Constitutiones Societatis Iesu".

[S. Ignatius,] Examen v. „Constitutiones Societatis Iesu".

† Institutum Societatis Iesu. 3 voll. Florentiae 1892 1893 1893.

Kampschulte, H., Geschichte der Einführung des Protestantismus im Bereiche der jetzigen Provinz Westfalen. Paderborn 1866.

Kanne, Johann Arnold, Zwei Beiträge zur Geschichte der Finsterniss in der Reformationszeit oder Ph. Camerarius Schicksale in Italien, nach dessen eigener Handschrift und Adolph Clarenbachs Martyrthum nach einer sehr selten gewordenen Druckschrift. Frankfurt am Main 1822.

Keller, Ludwig, Die Gegenreformation in Westfalen und am Niederrhein. Erster Theil (1555—1585). Leipzig 1881. (Publicationen aus den K. Preussischen Staatsarchiven. IX.)

Kerler, Dr H. F., Geschichte der Grafen von Helfenstein. Ulm 1840.

Kröss, Alois, S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich. Wien 1898.

[Laderchius, Jacobus] Caesaris S. R. E. Cardinalis Baronii, Od. Raynaldi et Iac. Laderchii Congregationis Oratorii Presbyterorum Annales Ecclesiastici denuo et accurate excusi. Tomus XXXV. 1566—1567. Tomus XXXVI. 1568—1569. Barri-Ducis, Parisiis, Friburgi Helv. 1880 1882.

Lagomarsinius v. „Pogianus".

Litterae Apostolicae, quibus institutio, confirmatio, et varia Privilegia continentur Societatis Iesu. Antverpiae 1635.

Lossen, Max, Der Kölnische Krieg. Vorgeschichte 1565—1581. Gotha 1882.

Meijer, G. A., Ord. Praed., Katholiek Nijmegen. Historische Bijdrage voor de Vereeniging „Oppidum Batavorum" te Nijmegen. Nijmegen 1904.

Michel, L., S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius, Apôtre de l'Allemagne et de Fribourg, d'après le P. J. Boero et des documents inédits, illustrée de nombreuses gravures. Société de Saint-Augustin 1897.

Migne, J.-P., Patrologiae Cursus completus. Series Latina, tomi 221, Parisiis 1844—1864. Series Graeca, tomi 161, Parisiis 1857—1866.

Missale secundum ritum Augustensis ecclesie diligenter emendatum et locupletatum... Mandato et impensis ... Othonis ... Cardinalis ... Episcopi Augustani [Dilingae] 1555.

Monumenta historica Societatis Iesu a Patribus eiusdem Societatis edita. Matriti 1894—1910. Cf. „Borgia“, „Gomez Rodeles“, „Nadal“, „Polanco“.
Monumenta paedagogica v. „Gomez Rodeles“.

[Nadal] Epistolae P. Hieronymi Nadal Societatis Iesu ab anno 1546 ad 1577 nunc primum editae et illustratae a Patribus eiusdem Societatis. Tomus I. II. III. IV. Matriti 1898 1899 1902 1905. (In „Monumentis historicis Societatis Iesu“.)

[Oddi, Longaro degli] Vita del Venerabil Servo di Dio il Padre Pietro Canisio della Compagnia di Gesù, scritta da Longaro degli Oddi della medesima Compagnia. In Napoli 1755.

[Pogianus, Iul.] Iulii Pogiani Sunensis Epistolae et Orationes olim collectae ab Antonio Maria Gratiano, nunc ab Hieronymo Lagomarsinio e Societate Iesu adnotationibus illustratae ac primum editae. Voll. II. III. Romae 1756 1757.
Polanco, Ioannes Alphonsus de, S. J., Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Iesu historia. Chronicon Societatis Iesu. Tom. I.—VI. Matriti 1894 1894 1895 1896 1897 1898. („In Monumentis historicis Societatis Iesu“).
[Python, Petrus] Vita R. P. Petri Canisii S. J. Gallico Idiomate scripta a R. P. Ioanne Dorigny, nunc Latinitate donata, et multarum rerum accessione aucta, opera P. Petri Python ex eadem Societate. Monachii 1710.

Raderus, Matthaeus, S. J., De vita Petri Canisii de Societate Iesu, Sociorum e Germania primi, religiosissimi et doctissimi viri, bono rei Catholicae nati, libri tres. Monachii 1614.
Räß, Dr. Andreas, Bischof von Straßburg. Die Convertiten seit der Reformation nach ihrem Leben und aus ihren Schriften dargestellt. 13 Bände. Freiburg im Breisgau 1866—1880.
Reiffenbergius, Fridericus, S. J., Historia Societatis Iesu ad Rhenum inferiorem. Tomus I. Coloniae Agrippinae 1764.
Remling, Franz Xaver, Geschichte der Bischöfe zu Speyer. 2 Bände. Mainz 1852 1854.
Riess, Florian, S. J., Der selige Petrus Canisius aus der Gesellschaft Jesu. Aus den Quellen dargestellt. Freiburg im Breisgau 1865.

Sacchinus, Franciscus, S. J., De Vita et rebus gestis P. Petri Canisii, de Societate Iesu, Commentarii. Ingolstadii 1616.
Sacchinus, Franciscus, S. J., Historiae Societatis Iesu pars secunda, sive Lainius. Antverpiae 1620.
Sacchinus, Franciscus, S. J., Historiae Societatis Iesu Pars tertia, sive Borgia. Romae 1649.
[Schelhornius] Io. Georgii Schelhornii De Vita, fatis ac meritis Philippi Camerarii Icti, Historici ac Philologi pereximii et primi Academiae Altorfinae Procancellarii, Commentarius. Accedit praeter selecta ex epistolis virorum cel. ad ipsum scriptis eius Relatio de Captivitate sua Romana et liberatione fere miraculosa nunc primum e MS. edita. Noribergae, 1740.
Schwarz, W. E., Der Briefwechsel des Kaisers Maximilian II. mit Papst Pius V., Paderborn 1889. (Briefe und Akten zur Geschichte Maximilians II. 1. Theil.)
Séguin, Eugène, S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius. Paris 1864.
Sommervogel, Carlos, S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Nouvelle édition. Bibliographie. T. I.—IX. Bruxelles-Paris 1890 1891 1892 1893 1894 1895 1896 1898 1900.
Specht, Thomas, Geschichte der ehemaligen Universität Dillingen (1549—1804) und der mit ihr verbundenen Lehr- und Erziehungsanstalten. Freiburg i. Br. 1902.
Steiner, I. A., Synodi dioecesis Augustanae. II. Mindelhemii 1766.

Steinhuber, Andreas, Cardinal, S. J., Geschichte des Kollegium Germanikum Hungarikum in Rom. 2. Auflage. 2 Bände. Freiburg im Breisgau 1906.

Stimmen aus Maria-Laach. Katholische Blätter. 71. Band. Freiburg im Breisgau 1906.

Studien op godsdienstig, wetenschappelijk en letterkundig Gebied (postea: Studiën. Tijdschrift voor Godsdienst, Wetenschap en Letteren) Nieuwe Reeks. 26. Jaargang. 41. Deel. Utrecht 1894. — 41. Jaargang. 72. Deel. Amsterdam 1909.

Theiner, Augustin, Schweden und seine Stellung zum heiligen Stuhl unter Johann III., Sigismund III. und Karl IX. 2 Theile. Augsburg 1838 1839.

Turba, Gustav, Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe (Dispacci di Germania), herausgegeben von der historischen Commission der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften. Dritter Band. Wien 1895.

Veesenmeyer, M. Georg, Sammlung von Aufsätzen zur Erläuterung der Kirchen-, Litteratur- Münz- und Sittengeschichte besonders des 16. Jahrhunderts. Ulm 1827.

Wegele, Franz X. von, Geschichte der Universität Wirzburg. 2 Teile. Wirzburg 1882.

V.

DESCRIPTIO CODICUM MANU SCRIPTORUM IN HOC VOLUMINE ADHIBITORUM.

Ad huius voluminis epistulas actaque colligenda et illustranda adhibiti sunt 132 codices fasciculique manu scripti, qui in variarum terrarum archivis bibliothecisque 45 asservantur:

Antverpiae in museo plantiniano (1);
Augustae Vindelicorum (Augsburg) in archivis curiae episcopalis (2) et fuggerico (1);
Coloniae Agrippinae (Köln) in archivis ecclesiae parochialis B. M. V. in caelum assumptae (2), historico urbis (5), studiorum fundatorum (4);
Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae (1) et in museo principis Czartoryski (3);
Dilingae in bibliotheca regia (2);
Frauenburgi in archivo episcopali (2);
Friburgi Brisgoviae in archivo curiae archiepiscopalis (1);
Friburgi Helvetiorum in bibliotheca reipublicae (1);
Gothae in bibliotheca ducali (1);
Guelpherbyti (Wolfenbüttel) in bibliotheca ducali (1);
Herbipoli (Würzburg) in archivis curiae episcopalis (1) et regio sive Franconiae inferioris (4) et in „registratura" universitatis (1);
Ingolstadii in archivo ecclesiae parochialis B. M. V. (1);
Londini in museo britannico (3);
Luxemburgi in bibliotheca publica (1);
Maihingae in bibliotheca principum de Oettingen-Wallerstein (1);
Mariae-Arbore (Marienbaum in Borussia rhenana) in archivo ecclesiae parochialis (2);
Moguntiae in bibliotheca urbana (2);
Monachii in archivo regni bavarici sive „Reichsarchiv" (5) et in bibliothecis regia sive „Hof- und Staatsbibliothek" (2) et universitatis (2);
Monasterii Westphalorum in archivo regio (1);
Noviomagi in archivo urbis (2);
Osnaburgi in archivo regio (1);
Ottingae veteris (Altötting) in monasterio superiore RR. PP. Capucinorum (1);

Paderbornae in bibliotheca theodoriana (1);
Parisiis in bibliotheca nationali (1);
Romae in archivis vaticano (7) et collegii germanici (1) et in bibliothecis vaticana (2) et nationali sive „Vittorio Emmanuele“ (1);
Tongerloae (Tongerloo in Belgio) in bibliotheca canoniae praemonstratensis (1):
Vindobonae (Wien) in archivo aulae caesareae sive „k. u. k. Haus-, Hof- und Staats-Archiv“ (3) et in bibliotheca palatina sive „Hofbibliothek“ (1);
in privata quadam bibliotheca prope Coloniam sita (1);
in variis Societatis Iesu archivis et bibliothecis (57).

Praeterea perscrutanti mihi Societatis nostrae domos occurrerunt epistulae aliquot aliave scripta, quae certo fasciculo vel codici nondum erant inserta; ideo separatis hisce foliis locum ascribere nequeo; haec tamen valde pauca sunt.

Codices describere omnes longum est; quare hoc quidem loco eos fere nominatim recensebo, qui saepius in hoc volumine adhibiti sunt; reliqui vero, ubi adhibebuntur, nominabuntur, et quantum opus fuerit, describentur. Ceterum vide „Indicem alphabeticum nominum et rerum“ in postrema huius voluminis parte positum; ibi enim nominibus urbium, ubi codices illi (exceptis codicibus Societatis Iesu) exstant, ultimo loco additur e. g. „archivum regium“, „bibliotheca universitatis“ etc., et ascribuntur paginae, quibus archivi vel bibliothecae illius codex (vel liber aliquis antiquus) memoratur.

Codices omnes chartacei sunt et, exceptis codicibus Societatis Iesu, ab urbibus denominantur, in quibus nunc asservantur. In descriptione singulorum codicum verba prima, signis „ “ inclusa, nomen sive notam significant illam, quae in hoc ipso volumine, post nomen urbanum, codici designando adhibetur.

Ubi autem cuiuscunque codicis nomini vel notae nullum praeponitur nomen urbanum (ut „colon.“, „monac.“), eo ipso significatur, codicem in archivo aliquo vel bibliotheca Societatis Iesu exstare.

1. Codices colonienses.

a) Coloniae Agrippinae in archivo ecclesiae Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae (quae ecclesia usque ad a. 1773 collegii Societatis Iesu fuit):

„L. Qu.“ Descriptus in *Canisii* Epistulis IV, p. LXX.

b) Coloniae in archivo studiorum fundatorum („Archiv des Verwaltungsraths der Studienstiftungen“, „Archiv des Gymnasial- und Studienstiftungsfonds“); codices nunc in archivo historico urbis asservantur:

„Epp. ad Kess. I.“ („Epistt. ad Kessel. I.“) Descriptus in vol. I, p. LIII—LIV.

„Epp. ad Reth.“ Descriptus in vol. III, p. LVIII—LIX.

2. Codex dilinganus.

Dilingae in bibliotheca regia („Kreis- und Studienbibliothek“):

„Acta ac. Dil.“ Descriptus in vol. IV, p. LXXI—LXXII.

3. Codex londinensis.

Londini in museo britannico („British Museum"):

„Eg. 1078." Codex in 4° maiore. Signatura recens: „Eg. 1078." Inscriptio in dorso: „Negoziazioni del Commendone 1566—1571 vol. II. Mus. Brit. Bibl. Egerton. Ex Legato Caroli, Baronis Farnborough 1078" Titulus in ipso codice positus: „Negoziazioni del Commendone dal 1566. a tutto il 1571." Paginae codicis duplici serie numerorum signatae sunt, antiqua et recenti; hac numerantur pp. 680, illa pp. 1480. Pag. 1470 sqq.: „Indice delle lettere negoziazioni del Cardinal Commendone Legato a latere alla Maestà dell' Imperatore et in Polonia: et varie lettere dell abb. Graziani suo Segretario" 1566—1571. Codex continet apographa saeculo XVII. vel XVIII. (Romae, puto) scripta epistularum, quas a. 1566—1571 ad varios, maxime ad curiam romanam, dedit cardinalis Ioannes Franciscus Commendonus, a S. Pio V. a. 1556 Augustam ad comitia imperii, a. 1568 in Austriam ad Maximilianum II. imperatorem, a. 1571 in Poloniam ad Sigismundum Augustum Poloniae regem legatus.

Codice usus est *Io. Hungerford Pollen* S. J., Papal Negotiations with Mary Queen of Scots during her reign in Scotland 1561—1567, Edinburgh 1901, 63 etc.; usus sum ego quoque in „Stimmen aus Maria-Laach" LXXI, Freiburg i. Br. 1906, 182.

4. Codex monacensis.

Monachii in archivo regni bavarici („Reichsarchiv"):

„Resp." Descriptus in vol. II, p. LIII—LIV.

5. Codex ottinganus.

Ottingae Veteris (Altötting) in Bavaria superiore, in bibliotheca monasterii superioris („Oberes Kloster") ordinis Capucinorum:

„L. C." Descriptus in vol. IV, p. LXXIII—LXXIV.

6. Codices romani.

a) Romae in archivo collegii germanici:

„All. coll. Germ." Descriptus in vol. I, p. LVII—LVIII.

b) Romae in bibliotheca vaticana:

„Lat. 3376." Inscriptio antiqua in pagina priore involucri adversi: „Copia di Lettere di S. Carlo Borromeo | Legatione del Cardinal Commendone | alla Dieta d' Augusta; et altre | Scritture appartenenti alla prosecu | tione degl' Annali Ecclesiastici". Signatura recentior (barberiniana): „XLII. 61"; signatura novissima: „Lat. 3376; 4° mai. (formae rom.); ff. 216; quibus accedunt aliquot folia vacua. Continet epistulas, relationes, commentaria summorum pontificum, cardinalium, nuntiorum apostolicorum (inprimis S. Caroli Borromaei et Ioannis Francisci Commendoni cardinalium) ad historiam ecclesiasticam saeculi XVI. spectantia, eaque saeculo XVIII. ineunte (puto) exscripta ex archetypis vel apographis antiquioribus, quae maximam partem asservabantur in mediolanensi illa „bibliotheca ambrosiana" et in bibliotheca cardinalis Fabricii Spadae († 1717). Codex asservabatur Romae in bibliotheca barberiniana, donec proximis hisce annis cum tota illa bibliotheca in bibliothecam vaticanam translatus est.

Codice iam olim usus est Iacobus Laderchius, ex congregatione Oratorii, ad Caesaris Baronii „Annales Ecclesiasticos" Romae a. 1728—1737 tribus tomis (XXII.—XXIV.) ab a. 1566 ad 1571 continuandos. Eodem usi sunt, praeter alios: *Vincentius de Brognòli,* Studi storici sul Regno di S. Pio V., voll. 2, Roma 1879 1882 (v. g. II 192—197); editores „Epistolarum P. *Hieronymi Nadal* S. J." III, Matriti 1902, 700—701; ego in „Stimmen aus Maria-Laach" LXXI 166.

7. Codices Societatis Iesu.

Notandum est, codices infra describendos, et ceteros, quorum per hunc librum mentio fiet, Societatis Iesu codices, fasciculos, folia singularia etc. nequaquam uno loco collecta esse, sed in diversis variarum terrarum bibliothecis etc. asservari. Codices, quos describam, eius generis sunt, ex quo facile intellegatur, eos iam a veteribus Societatis historicis adhibitos esse illorum temporum historiae scribendae; id quod per ipsum hoc epistularum canisianarum volumen quintum pulchre illustratur exemplo P. Francisci Sacchini S. J.; hunc enim tum in vita Canisii (Ingolstadii 1616), tum in „Historiae Societatis Iesu Parte tertia" (Romae 1649) scribenda epistulis relationibusque in codicem „E. C. II" (infra nr. 8) congestis, etsi eas haud ita multum commemorat, saepissime uti patebit ex prooemiis brevibus, quae singulis Canisii epistulis praeponere soleo; vide infra p. 168 173 187 208 224 etc.

Ceterum ego (excepto ipso Canisio) recentium tantum scriptorum, quos his codicibus usos esse comperi, nomina ponam; ne hos quidem mihi in notitiam venisse omnes, libere fateor.

1. **„Antiqu. Ingolst."** Descriptus in vol. I, p. LVIII.

2. (= 19.) **„Ass. Germ. Fund. I."** Inscriptio recens in dorso: „Hist. Fundation. | Germ. Sup. Rheni Infer. | Super. Flandrob. | Et Gallobelg. | Ass. Germ. Fundat. | I." Incipit f. 2 non signato: „Germaniae Superioris Fundationes. 1. Catalogus" etc.; terminatur f. 403^b: „Traiectense. breuis Historia Coll."; 2^0; ff. sign. 403, et praeterea in initio 3 et in fine 1 ff. non sign. Continet relationes latinas de plurimorum Societatis Iesu collegiorum et domuum saeculis XVI. et XVII. in Germania, Austria, Helvetia, Gallia, Belgio, Hollandia conditarum fundatione et progressu scriptas, easque fere in ipsis illis domibus compositas et inde Romam ad Societatis supremos moderatores missas; accedunt apographa bullarum pontificiarum, epistulae Sociorum, „elogia" fundatorum, monumenta alia. Probe distinguas oportet hunc codicem a codice „Germ. Sup. Fund. I", qui et ipse in hoc volumine memorabitur.

Codice copiose usus est P. *Bernardus Duhr* S. J. in libro „Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge im XVI. Jahrhundert", Freiburg i. Br. 1907; cf. e. g. p. 55 121 128 132 134 etc. Codex antea signatus erat „Germ. Fund. I"; atque ita nominatus est tum a *Duhr* l. c., tum a me, *Canisii* Epistulae II 870 875 etc.

3. (= 5.) **„Can. X. Sa."** Vide infra „Can. 42" (n. 5.).

4. **„Can. 27."** Codex in 4^0, in fusco corio ligatus. Signaturae recentes in dorso: „Scripta | P. Canisii | X. C, a." et (in infimo dorso): „Prov. Germ. | Arch. | Canisiana. | 27." Signatura (postea ex parte, lineis transmissis, deleta) in summa pagina adversa folii primi (non signati) posita: „Scripta V. P. Canisii 7. Gorheim 22. Sept. 1860." Incipit in eadem pag.: „Concionum Index. 1 In die Cinerum"; terminatur f. 188^b: „Psal. 40. Beatus"; ff. numeris signata 188; praeterea in initio 1 f. non sign.; aliquot ex his foliis paene vacua sunt. Continet: 1. contiones quadragesimales a Canisio Augustae Vindelicorum in cathedrali ecclesia augustana et in templo S. Ioannis eidem contiguo a. 1566 a die Cinerum sive 27. Februarii ad feriam VI. in Parasceve sive d. 12. Aprilis habitas; 2. contiones aliquot ab eodem ibidem a die Paschatis sive 14. Aprilis 1566 usque ad feriam II. Rogationum sive 20. Maii 1566 habitas; 3. contiones varias a Canisio postea habitas; quarum annos et loca certo definire nondum potui; nisi quod inter eas exstat contio „In die Paschatis 1589" Friburgi Helvetiorum (ut omnino videtur) habita (f. 160^b—165^a); atque ibidem inter annos 1580 et 1597 fortasse omnes tertii huius ordinis contiones sunt habitae; accedunt 4. duae „exhortationes", quas vocamus, ad Societatis homines (Friburgi Helvetiorum inter a. 1581 et 1597, puto) habitae (f. 132^a—133^a 159^a—160^a); 5. pars litterarum sive iudicii cuiusdam a Canisio praeposito generali S. J. destinati (f. 158^b).

Contiones a Canisio dictatae et postea ipsius manu multis modis emendatae, amplificatae, adnotationibus illustratae sunt. Comparent manus librariorum fere sex,

atque inter has manus P. Didaci sive Iacobi Ximenez (Jimenez) S. J., de quo cf. *Can.* IV 802[4], (f. 22a—27b) et, nisi fallor, P. Sigismundi Ilsung S. J., de quo *Can.* I 1[7], (f. 160b—165a); praeterea Canisius ipse variis codicis locis paginas dimidias vel etiam integras scripsit. Aliqua ex commentariis contionum germanice composita sunt, reliqua latine, intermixtis tamen verbis sententiisque germanicis.

Antecedit has contiones (in p. 1 folii 1 non sign.) indiculus Canisii manu Friburgi Helvetiorum post a. 1588 scriptus, in quo tum ad quos dies sacros singulae contiones spectent, tum quae sint earum argumenta, notatur.

Codex olim collegii S. J., quod erat Friburgi Helvetiorum, fuit ibique (ut videtur) a Canisio ad librum „Notae" etc. adhibitus est; cf. Can. II LVI. Duas „exhortationes", quas dixi, ex eo typis exscripsit *Georg. Schlosser* S. J., Beati Petri Canisii S. J. Exhortationes domesticae, Ruraemundae 1876, 1—6 129—133. Eodem codice usus est et particulam contionis germanice versam ex eo protulit *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius, Freiburg i. Br. 1865, 354[2].

5. (= 3.) „**Can. 42.**" Ita novissime signatus est codex, qui antea signatus erat „Scripta B. P. Can. X. Sa." vel etiam „Can. X. Sa". Descriptus in vol. II. p. LVII—LVIII. Cf. etiam vol. IV, p. LXXV.

6. „**Def.**" Descriptus in vol. IV, p. LXXVI.

7. „**EB.**" Codex in 2°, charta densa conglutinatus. Titulus satis recens, typis aureis in dorso scriptus: „EPISTOLÆ | S.FRANCISCI | BORGIÆ | AB AN. 1545 | AD 1572." Incipit n. 1 (f. 1a): „† | muy Reuerendo Señor y mi padre | Con el doctor Torres recebi gran consolacion, porque cierto | sus" etc.; terminatur in folio, quod est ultimum ex foliis antiquis: „Lettera del Visitator' dell' Jndia." Ex foliis alia numeris sunt signata; alia signata non sunt; neque ullus fere ordo in numeris servatur; hi enim ad alios codices pertinent, ex quibus epistulae excerptae atque in hunc codicem congestae sunt; id quod Romae curante P. Iosepho Boero S. J. sub medium saeculum XIX. factum esse videtur. Suis autem numeris suoque ordine signatae nunc cernuntur singulae epistulae (n. 1—303; tres autem numeri bis positi sunt). Continet codex fere 300 epistulas, quas inter annos 1545 et 1572 Sanctus Franciscus Borgias Gandiae dux, Societatis primum professus, deinde commissarius et vicarius, tandem praepositus generalis ex Hispania, Portugallia, Italia, Gallia dedit ad Sanctum Ignatium, PP. Iacobum Lainium Societatis vicarium et praepositum generalem, PP. Hieronymum Natalem et Everardum Mercurianum praepositi generalis „assistentes" Societatisque visitatores, P. Ioannem de Polanco Societatis secretarium, P. Christophorum Rodericium, alios. Accedunt epistulae aliquot ad ipsum Borgiam datae et nonnulla alia scripta. Epistulae aliquot ex archetypis exscriptae sunt: ex reliquis plerasque Sanctus Franciscus sua manu vel integras vel magnam partem scripsit vel saltem subscripsit. Aliquas P. Ioannes de Polanco Borgiae mandatu scripsit. Plura de hoc codice v. in Epp. *Nadal* I LXV.

Codice usi sunt editores „Monumentorum historicorum Societatis Iesu", quae Matriti ex a. 1894 vulgantur; inprimis editores illius Monumentorum partis, qua „Epistolae P. *Hieronymi Nadal* S. J." (T. I.—IV., Matriti 1898 1899 1902 1905) comprehenduntur; ii in tertio operis tomo plurimas ex epistulis a Borgia ad Natalem datis ex ipso hoc codice typis exscripserunt. Eodem usus est *Ant. Astrain* S. J., Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España I—III, Madrid 1902 ad 1909; e. g. I 273 274 428.

8. „**E. C. II.**" 2°. Titulus recens in pagina 1. fasciculi recentis in 8°, corpori epistularum praepositi: „Epistolae | B. P. Canisii ab anno 1566 ad 1584. | Volum. II." Ipsum corpus epistularum incipit in pag. prima (quae primum „460", deinde „562" signata est): „Copia literarum Illustrissimi Cardinalis Warmiensis | ad Cardinalem Augustanum"; terminatur relatione de oenipontana quadam Canisii profectione latine scripta („Anno 1566 sive 67 P. Petrus Canisius" etc.). Recens autem ille fasciculus 10 paginarum est; in quibus epistulae codicis temporum ordine, additis nonnunquam brevissimis summis, recensentur. Ex foliis alia numeris signata sunt, alia non sunt: neque in numeris ordo servatur; hi enim ad alios codices spectant, ex quibus

epistulae excerptae et in hunc codicem congestae sunt; id quod Romae sub medium saeculum XIX. per P. Iosephum Boero S. J. effectum esse videtur. Suis autem numeris signatae et temporum ordine dispositae nunc cernuntur singulae epistulae canisianae, incipiendo ab epistula n. „160“ et perveniendo usque ad n. 308.

Continet epistulas, quas B. Petrus Canisius a 27. Ianuarii 1566 usque ad 7. Ianuarii 1591 dedit ad supremos Societatis Iesu moderatores: Sanctum Franciscum Borgiam, Everardum Mercurianum, Claudium Aquavivam praepositos generales, Ioannem de Polanco et Oliverium Manareum vicarios generales; accedunt epistulae aliquot a Canisio ad alios, ut ad cardinalem Ottonem Truchsess episcopum augustanum, datae et nonnulla alia monumenta. Canisii epistulae paene omnes aut autographae sunt, aut a Canisio dictatae, recognitae, subscriptae.

Epistulis huius codicis usi sunt: *Gius. Boero* S. J., Vita del Beato Pietro Canisio, Roma 1864, 291—292 294 310—314 etc.; *Ioannes Ianssen*, Geschichte des deutschen Volkes seit dem Ausgang des Mittelalters IV$^{15-16}$, Freiburg i. Br. 1896, 459—460; V$^{15-16}$, Freiburg i. Br. 1902, 445; VII$^{13-14}$, Freiburg i. Br. 1904, 169—170 621[3] etc.; *editores* Epistolarum P. Hieronymi Nadal III 55[3] 128[3 4] 180[2] 248[2] etc.; *Bern. Duhr* S. J. in „Zeitschrift für katholische Theologie“ XXIX, Innsbruck 1905, 184, et saepe in „Geschichte der Jesuiten“ etc., ut 34 123 202 491 etc.; ego in „Stimmen aus Maria-Laach“ LXXI 60 166 167 etc.

9. „EN.“ Codex in folio; is charta densa erat conglutinatus; eius tamen folia postea dissoluta sunt. Titulus satis recens isque typis aureis in dorso positus: „EPISTOLÆ | P. HIERON. NATALIS | AB AN. 1546 AD 1577.“ Incipit f. 2[a] (f. 1 vacuum est): „† | .S. | M. | como toda potestad sea de dios“ etc.; terminatur in pagina altera folii postremi: „potra aiutare molto con la sua presenza si come gia s' intende“. Folia numeris quidem signata sunt, sed nullo ordine; nam numeri illi ad alios codices spectant, in quibus hae Natalis epistulae olim aliis epistulis permixtae continebantur. Ordine autem et ratione signata sunt singula codicis scripta (n. 44—216). Continet codex epistulas catalaunicas, hispanicas, italicas, latinas, quas P. Hieronymus Natalis (1507—1580), notissimus ille Societatis visitator et vicarius, a. 1546—1577 ex Gallia, Germania, Hispania, Italia, Lusitania ad varios Societatis homines, maxime autem ad S. Ignatium, Iacobum Lainium, S. Franciscum Borgiam, Everardum Mercurianum praepositos generales dedit; quibus pauca scripta similis generis accedunt. Inter epistulas paucissimae cernuntur, quae ex archetypis exscriptae sint; ceterarum magnam partem Natalis ipse scripsit; reliquas subscripsit; ad multas scribendas usus est opera P. Didaci Jimenez S. J.

Plura de hoc codice vide in „Epistolis P. *Hieronymi Nadal*“ I xxvii. Epistulis P. Natalis in lucem edendis hic codex quam plurimum adhibitus est. Cf. etiam *Astrain* l. c. I xxiv.

10. „Epp. Card. I.“ Descriptus in vol. IV, p. lxxvi—lxxvii.

11. „G. C. 67.“ Descriptus in vol. III, p. lxv.

12. „G. Ep. V.“ Descriptus in vol. IV, p. lxxvii—lxxviii.

13. „G. Ep. VI.“ Descriptus in vol. IV, p. lxxviii.

14. „G. Ep. VII.“ Signatura recens in dorso: „G. | Ep. VII | 1566“; 2°; non conglutinatus; ff. sign. 1—388; praeterea in initio 2 ff. non sign.; quae indiculum epistularum codicis recentem continent. Incipit f. 1[a] (sign.): „† Admodum Reuerende in Christo pater. Pax Christi etc. Vt de ijs rebus, quas in hoc Viennensi Collegio“ etc. Terminatur f. 388[b]: „confessino et communichino spesso“.

Continet domuum et collegiorum Societatis Iesu augustani, braunsbergensis, cameracensis, coloniensis, dilingani, dionantensis, ingolstadiensis, moguntini, monacensis, oenipontani, pragensis, pultoviensis, tornacensis, treverensis, tyrnaviensis, vindobonensis „litteras annuas“ et similes, ac praeterea epistulas datas ex Austria, Belgio, Germania, Polonia a Stanislao cardinali Hosio, Adamo Konarski episcopo posnaniensi, Theodoro Lindano canonico vratislaviensi, Guilielmo Ursino de Rosenberg, multis Societatis hominibus, et maxime provinciarum Austriae, Germaniae inferioris, Rheni praepositis provincialibus ac collegiorum illorum rectoribus, ut

Adriano Adriani, Ioanne Ascherman, Lamberto Auer, Henrico Blyssemio, Theodorico Canisio, Roberto Clayssonio, Francisco Costero, Ioanne Dyrsio, Balthasare Hostovino, Leonardo Kessel, Nicolao Lanoio, Laurentio Magio, Dominico Mengino, Petro Michael, Ioanne Mortaigne, Hieronymo Natale, Stanislao Rosdracevio, Iacobo Scipmano, Francisco Sunyer, Hermanno Thyraeo, Hieronymo Torrensi, Dionysio Vasquez, Antonio Vinck, Didaco Ximenez, Ioanne Zantheno, aliis.

Quae epistulae paene omnes a. 1566 ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis Iesu praepositum generalem, datae ac maximam partem vel autographae vel saltem archetypae (cf. *Can.* Epp. I xxviii) sunt; reliquae fere eodem tempore ex ipsis archetypis exscriptae sunt.

Codice usi sunt: P. *Aloisius Kröss* S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich, Wien 1898, 176; *editores* Epistolarum P. Hieron. Nadal III 20[2] 151[1] 205[1] etc.; P. *Bernh. Duhr* S. J., Die Jesuiten an den deutschen Fürstenhöfen des 16. Jahrhunderts, Freiburg i. Br. 1901, 11 73 etc., et Geschichte der Jesuiten etc. 105 326 330 etc.

15. **„G. Ep. VIII.“** Signatura recens in dorso: „G. | Ep. VIII | 1567“. Incipit f. 1[a]: „† Admodum Reuerende in Christo Pater. Pax christi: Ciues Posonienses“ etc.; terminatur f. 360[b]: „1567. Cambray P. Eleutherio Pontano. 4. di Agosto“. Non est conglutinatus; 2°; ff. sign. 1—360; praeterea in initio ff. 2 non sign., eaque recentia sunt et epistularum, quae in codice exstant, indiculum habent.

Continet epistulas ex Austria, Belgio, Bohemia, Germania, Polonia a Societatis Iesu hominibus, maxime a praepositis provincialibus et a rectoribus collegiorum, Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia Societatis praepositum generalem datas; aliquot epistulae ad alios sunt datae, ut ad B. Petrum Canisium, P. Ioannem de Polanco, P. Everardum Mercurianum etc.; accedunt collegiorum coloniensis, dilingani, ingolstadiensis, olomucensis, pragensis, spirensis, treverensis, vindobonensis etc. „litterae annuae“ et earum similes. Inter eos, qui epistulas dederunt, comparent PP. Franciscus Antonio, Lambertus Auer, Henricus Blyssemius, Petrus Busaeus, Theodoricus Canisius, Franciscus Costerus, Richardus Flemingus, Gasparus Haivodus, Hermes Halbpaur, Paulus Hoffaeus, Leonardus Kessel, Nicolaus Lanoius, Laurentius Magius, Theodorus Peltanus, Alphonsus Pisanus, Ioannes Rethius, Gregorius Roseffius, Franciscus Sunyer, Hieronymus Torres (Torrensis), Antonius Vinck. Adiuncta sunt aliquot alia monumenta, ut litterae Ioannis Pfister canonici frisingensis et Materni Cholini typographi coloniensis. Paene omnia scripta sunt anno 1567.

Codice usi sunt: *Kröss* l. c. 177 178 etc.; *editores* Epistolarum P. Nadal III 275[5] 367 785 etc.; *Duhr* in „Zeitschrift für katholische Theologie“ XXIII 611 612; Jesuiten an Fürstenhöfen 11 12 13 etc.; Geschichte der deutschen Jesuiten I 116 326 327 etc.

16. **„Germ. 61.“** Ita, brevitatis gratia, in posterum designabitur codex ille, qui in superioribus voluminibus designatus est **„Germ. 1561“**. Descriptus est in vol. III, p. lvi—lvii.

17. **„Germ. 65.“** Inscriptio recens in dorso: „Germania | Gallia: | Polonia. | 1 Septembr: 1565 | 8. Martii 1567.“ Olim inscriptus erat: „Alemagna | Fiandra | Francia | 1565 | 1566. 1567 | M.“ Incipit f. 1[a]: „Pax Christi etc. | Quantunque ci trouamo con grande carestia di soggetti, per poterne supplire“; terminatur f. 238[a]: „allaquale insieme con tutti li nostri humilmente mi raccomando. Di Roma li 8. di Marzo 1567“; 2° min.; ligno conglutinatus; ff. sign. 238; praeterea in initio 2, in fine 1 ff. non sign. (et vacua).

Continet exempla iisdem temporibus scripta epistularum, quas a d. 1. Septembris 1565 ad 8. Martii 1567 Sanctus Franciscus Borgias praepositus generalis Societatis Iesu et P. Ioannes de Polanco secretarius eiusdem Societatis miserunt in Belgium, Galliam, Germaniam, Poloniam, Scotiam; ex quibus epistulis aliae datae sunt ad Societatis praepositos aliosque Socios, aliae ad externos, ut ad Mariam uxorem Maximiliani II. imperatoris, Carolum IX. Galliae regem et Elisabetham eius uxorem, Albertum V. Bavariae ducem, cardinales Armaniacum (d'Armagnac),

Augustanum, Borbonium, Commendonum, Hosium, Lotharingum, ad archiepiscopos et episcopos armachanum, cameracensem, carpentoractensem (Carpentras), lugdunensem, moguntinum, Montis Regalis (Mondovi), olomucensem, plocensem, treverensem, virodunensem, ad Michaelem Baium, ad Ursulam Fuggeram etc. Exempla a variis librariis scripta sunt; aliqua Polancus ipse vel scripsit vel emendavit.

Codice usi sunt: *Kröss* l. c. 175 etc.; *J. H. Pollen*, Negotiations (v. supra p. LXIX) 487—492 496 etc.; *editores* Epistolarum P. H. Nadal III 45[5] 156 202[3] etc.; *Duhr* in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXIII 610 etc.; Jesuiten an Fürstenhöfen 74; Geschichte der deutschen Jesuiten I 714 etc.; ego in „Stimmen aus Maria-Laach" LXXI 65 66 70 etc.

18. „**Germ. 67.**" Inscriptio antiqua in dorso: „Epist: | Germ. | Galliae | 1567 | 1568 | 1569." Titulus antiquus in fol. 2 non signato: „Germaniae | Galliae | 1567. 68 69." FF. sign. 291, et tum in initio, tum in fine bina non sign. Incipit f. 1[a] (sign.): „Commune per il Padre Natale et Padre Canisio"; terminatur f. 291[b]: „Di Frascati li 5. di Agosto 1569." Continet registrum archetypum epistularum a d. 22. Martii 1567 ad 5. Augusti 1569 a Sancto Francisco Borgia Societatis Iesu praeposito generali et a P. Ioanne de Polanco eiusdem Societatis secretario missarum in Austriam, Galliam, Germaniam, Poloniam tum ad Socios ibidem versantes, maxime ad eorum praepositos provinciales, rectores, superiores, tum ad alios, velut ad Mariam imperatricem uxorem Maximiliani II., ad venerabilem Magdalenam archiducissam Ferdinandi I. imperatoris filiam et ad Helenam ipsius sororem, ad Ferdinandum II. archiducem et principem Austriae superioris, ad Albertum V. ducem Bavariae, ad cardinales Armaniacencem (d' Armagnac), Commendonum, Lotharingum (Guise), Truchsess, ad archiepiscopos et episcopos atrebatensem, avenionensem, cameracensem, gnesnensem, herbipolensem, strigoniensem, ad Fuggeros, ad Maternum Cholinum etc. Aliquot apographa ab ipso P. Polanco scripta vel correcta, reliqua a variis Societatis fratribus laicis (puto) scripta sunt.

Codice usi sunt: *Kröss* l. c. 178 180 etc.; *editores* Epistolarum P. H. Nadal III 509 511 601 etc.; *Duhr* in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXIII 611 etc.: XXIV 212 etc.; Jesuiten an Fürstenhöfen 14 75—81 103 etc.; Geschichte der Jesuiten I 191 192 320 379 etc.

19. (= 2.) „**Germ. Fund. I.**" Codex, qui olim ita signatus erat, novissime signatus est „Ass. Germ. Fund. I"; de quo vide supra p. LXX n. 2.

20. „**GSC 66**" („Germ. Sup. Cat. 1566. 1599"). Descriptus in vol. I, p. LIX.

21. „**N I G.**" Codex in 4°, conglutinatus charta densa. Inscriptio recens, typis aureis in dorso posita: „HIER. NATALIS | INSTRUCT. ET MONITA | PRO COLL. | GERMAN. POLON. | BELGII ET GALLIÆ. | MSS AUTOGR." Titulus aliquanto antiquior in f. sign. 1[a]: „† Germania, Polonia, Fiandra; Francia | Instructiones, monita, commendata | variis Provinciis et collegiis | Germaniae, Poloniae, Belgii, et Galliae. | a P. Hieronymo Natale." Incipit f. 2[a]: „† Quae dixit R. P. Natalis Rectori Dilingensi exequenda statim"; terminatur f. 318[b]: „Ratio accepti et expensi per Prouincialem Aquit."; ff. sign. 318 (ex quibus complura vacua sunt); praeterea in initio et in fine 1 non sign.

Continet plurima praecepta et monita a P. Hieronymo Natale S. J. (de quo supra p. LXXII) variis, maxime provinciis Societatis Austriae, Galliae, Germaniae, Poloniae et singularibus earundem collegiis temporibus variis, potissimum autem annis 1562—1567 data; quibus annis Natalis cum visitatoris potestate provincias illas obibat. Magnam partem a P. Didaco Ximenez (Jimenez) S. J., qui eo tempore Natalis scriptorem agebat, scripta sunt; comparent etiam manus P P. Petri Canisii (f. 20[a]—21[a]), Theodorici Canisii (f. 6[a] 7[a] 9[a] 10 39[a] 40 41), Nicolai Lanoii (f. 164), Martini Leubenstain (f. 31[a]—33[b] 47[a]—48[a]), Dominici Mengini (f. 35[a]—36[b]), Alphonsi Pisani (f. 49[a]), aliorum. Natalis sua manu multa emendavit; commentarios aliquos ipse solus scripsit. In scriptorum marginibus saepe cernuntur breves adnotationes sive responsa Romae manu P. Ioannis de Polanco secretarii Societatis (mandante S. Francisco Borgia praeposito generali) posita: haec enim scripta omnia ex

Germania reliquisque partibus, quas dixi, Romam ad praepositum generalem perlata sunt. (Epistolae P. *Hieronymi Nadal* IV x—xi.) Accedunt varia scripta similis generis, ut „statuta“ seminarii olomucensis et contubernii S. Hieronymi dilingani, antiquae „regulae communes“ Societatis, „Quomodo Principes Catholici possint iuuari in Germania“, „instructiones“ et responsa a PP. Laurentio Magio et Francisco Sunerio provinciarum Austriae et Poloniae praepositis a 1568—1570 data.

Scripta Natalis, quae hoc codice (de quo vide etiam Epistolas P. *Hieronymi Nadal* I xxix—xxx) comprehenduntur, vel maximam partem, vel omnia in „Monumentis historicis Societatis Iesu“ typis sunt exscripta; ex quibus aliqua exstant in libro „Monumenta paedagogica Societatis Iesu quae primam Rationem Studiorum Societatis Iesu anno 1586 editam praecessere, edd. *Caecilius Gomez Rodeles, Marianus Lecina*“ etc. S. J., Matriti 1901, 762—857; reliqua sunt in „Epistolarum P. *Hieronymi Nadal*“ Tomo IV. Matriti a. 1905 excuso (210—364). Codex etiam adhibitus est illustrando eiusdem operis Tomo III (331 [5 6] 782 etc.).

22. „II 42.“ Titulus antiquus, manu P. Pauli Hoffaei S. J. a. 1572 scriptus (in f. 2. non sign., pagina priore): „Liber Professionum & | Votorum Patrum & | Fratrum Collegij Di- | linganj etc. | Jtem Catalogus Scholasticorum | approbatorum eiusdem Collegij: | Anno 1572.“ Signatura recens in dorso: „II. | 42“. 2°; conglutinatus corio albo; ff. sign. 118; praeterea multa non sign. quorum pleraque omnino vacua sunt.

In hoc libro collegii dilingani Patres, Scholastici, Coadiutores temporales fere ab a. 1572 ad 1772 sua vota religiosa (tum sollemnia tum simplicia) suis manibus scripserunt. Deinde provincia germanica Societatis Iesu a. 1821 restituta, multi eiusdem Socii vota religiosa Paderbornae, Portici (Portico in Anglia), alibi a se nuncupata similiter in eo notarunt (fere a. 1855—1895). Comparent in codice autographa multorum virorum praeclarorum, ut Theodorici Canisii, Iacobi Gretser, Philippi Ieningen, Viti Pichler, Iacobi Pontani, Iacobi Rem, Gregorii a Valentia, Conradi Vetter, Henrici Wangnereckh, Iacobi Zallinger etc. Votis novissime praepositus est index nominum alphabeticus.

Codex usque ad a. 1773 fuit collegii Societatis Iesu dilingani.

VI.

EXPLICATIO

signorum et notarum („abbreviationum") saepius occurrentium.

Quoniam in hoc opere multi loci Sacrae Scripturae — in hoc volumine quinto fere 620 — commemorantur, iique notis significantur brevissimis (v. g. „Dt" = liber Deuteronomii), in posterum hae quoque notae in hoc capite VI. explicabuntur.

Sicubi signum * in adnotationibus et explicationibus comparebit, indicabit, editorem fonte uti (quod ipse quidem norit) nondum edito. Si quae autem ex ipsis litteris monumentisque canisianis nunc primum in lucem erunt emissa, id ex hoc ipso intellegi poterit, quod post exempla manu scripta, ex quibus sunt typis transscripta, liber non erit indicatus, quo iam vel integra vel ex parte vulgata sint.

Notabitur: Signo — —, aliquid in ipso fonte deesse; punctis appositis (. . .), aliquid ab editore omitti; uncis quadratis [ ], aliquid ab editore suppletum vel additum esse; typis l a t i u s d i s p o s i t i s, Canisium aliosve non suis, sed ipsius Sacrae Scripturae verbis loqui.

„Autographum" = quod auctor sua manu scripsit.
„Archetypum" = quod auctore dictante vel mandante scriptum est.
Commentarium = scriptum, quo epistula vel contio etc. primum est praeparata vel adumbrata (Koncept, brouillon, minuta).
Librarius = qui epistulam etc. vel auctoris mandatu eodemve dictante scripsit, vel ex autographo, archetypo etc. transcripsit (secretarius, scriptor, scriba, copista).
2^0 = in folio.

Notae quaedam a Canisio aliisque ad complura et satis diversa vocabula significanda adhibentur; attamen quid singulis locis significent, ex ipsa oratione et maxime ex iis, quae notas illas proxime tum antecedent tum sequentur, dignosci poterit. Similiter intellegetur, utrum v. g. „P." significet „Pater" an „Patris" etc. Hic verba fere solo casu recto, quem vocamus, ponuntur.

a. = annus.
A. = Altezza, Annus.
Abt. = Abtheilung.
Act = Actus Apostolorum.
Act. = Actio.
adn., adnot. = adnotatio.
ap. = apographum.
Apc = Apocalypsis B. Ioannis Apostoli.
apogr. = apographum.
Apost. = Apostolicus.
arch. = archetypus.
art. = article, articulus.
aug. = augustanus.
aut., autogr. = autographus.

B., b. = Beatus.
B. M. V. = Beata Maria Virgo.
Bar = Prophetia Baruch.
Bd = Band.
Br. = Breisgau.

c. = capo, caput.
C. = Canisius, Caput.
C. T. = Celsitudo Tua.
C. V. = Celsitudo Vestra.
Caes. = Caesareus.
can. = canon.
Can. = Canisius.
Can. I, II etc. = Beati Petri Canisii S. J. Epistulae et Acta, Volumen primum, secundum etc.
cap. = caput.
Car. = Cardinalis.
Card. = Cardinale, Cardinalis.
Cart. = Cartusianus.
Cels. = Celsitudo.
chap. = chapitre.
cf. = confer.
clar. = clarus.
Cod. = Codex.
Col = Epistola B. Pauli Ap. ad Colossenses.
col. = coloniensis.
coll. = collegium.
colon. = coloniensis.
comm. = commentarium.
Cong. Or. = Congregatio Oratorii.
1 Cor, 2 Cor = Epistola B. Pauli Ap. ad Corinthios prima, secunda.
corr. = correctum.
crac. = cracoviensis.
Ct = Canticum canticorum Salomonis.

D. = Divus, Doctor, Dominatio, Dominus, Dottor, Dottore.
d. = dies, divus etc. (ut D.).
D.D. = Doctores, Dominus Doctor, Dominus Dominus, Dottori.
D. N. = Dominus Noster.
D. T. = Dominatio Tua.
D. V. = Dominatio Vestra.
D. V. I. = Dominatio Vestra Illustrissima.
D. V. P. = Di Vostra Paternità.
DD. = Doctores, Domini, Dottori.
Dec. = Decas, December.
decr. = decretum.
dil., diling. = dilinganus.
dist. = distinctio.
Div. = Diversi, Divus.
Dn = Prophetia Daniel.
Dom. = Dominatio, Dominica, Dominus.
Dr = Doctor.
Dt = Liber Deuteronomii.

E. = Ewer.
e. g. = exempli gratia.
E. W. = Ewere Wurden.
ead. = eadem.
Eccl = Ecclesiastes.
Eccli = Ecclesiasticus.
ed. = edited, editio, editus.
ed. nov. = editio nova, novissima.
edd. = ediderunt.
ehr: dhomb: = ehrwirdiges dhombkapitel.
eiusd. = eiusdem.
el. = electio.
eod. = eodem.
ep. = epistula.
Eph = Epistola B. Pauli Ap. ad Ephesios.
Epp. = Epistolae.
Epp. *Nadal* = Epistolae P. Hieronymi Nadal.
Ex. = Examen, Liber Exodus.
excl. = exclusive.
Ez = Prophetia Ezechielis.

F. = Filius, Frater.
f. = folium.
Fasc. = Fasciculus.
fe: me: = felicis memoriae.
fer. = feria.
FF. = Fratres.
ff. = folia.
flor. = florenus.
foel. mem. = foelicis memoriae.
Fr. = Frater.
frib. = friburgensis.

Gal = Epistola B. Pauli Ap. ad Galatas.
germ. leg. = germanicae legationis.
Gio. = Gioanne, Giovanni.
Gn = Liber Genesis.
gn. = gnaden.
goth. = gothanus.

H. = Heilig (Heylig), Heiligkeit.
Hebr = Epistola B. Pauli Ap. ad Hebraeos.
Heil: = Heiligkeit.
herausg., herausgeg. = herausgegeben.
herb. = herbipolensis.
Hist. = Historia.

I. = Iesus, Ihr, Ir.
i. e. = id est.
Iac = Epistola catholica B. Iacobi Apost.
Ib. = Ibidem, Liber Iob.
Ier = Prophetia Ieremiae.
Ill. = Illustris, Illustrissimus.
ill. = illustratus.
Ill. D. V. = Illustrissima Dominatio Vestra.
incl. = inclusive.
ing., ingolst. = ingolstadiensis.
inscr. = inscriptio.
Io = Evangelium secundum Ioannem.
1 Io, 2 Io = Epistola B. Ioannis Apost. prima, secunda.
Io. B. = Ioannes Baptista.
Ir = Prophetia Ieremiae.
Is = Prophetia Isaiae.
it., ital. = italicus.

K., k. = kaiserlich, königlich.
Kai: = Kaiserlich.

l. = liber, libro, lieb, livre.
l. c. = loco citato.
Lc = Evangelium secundum Lucam.
lib. = liber.
libr. = librarius.
litt. = litterarius.
londin. = londinensis.
Lv = Liber Leviticus.

M. = Maestro, Magister, Maiestet, Maximus.
m. = mensis.
1 Mach, 2 Mach = Liber primus Machabaeorum, Liber secundus etc.
mai. = maior.
Mant. = Mantissa.
marg. = margine.
Max: = Maximus.
Mc = Evangelium secundum Marcum.
me: = memoriae.
med. = medius.
mem. = memoriae.
Mich = Prophetia Michaeae.
min. = minor.
mon. = monacensis, monumentum.
monac. = monacensis.
Mons. = Monsignore.
monum. = monumentum.
MS., ms. = manu scriptus.
Mt = Evangelium secundum Matthaeum, Maiestet.

N. = Nomen, Noster, Nostro, Nuestro.
n. = numerus, numero.
N. P. = Nostro Padre, Nuestro Padre.
N. S. = Nostro Signore, Nuestro Señor.
Nad. = Nadal.
Nm = Liber Numeri.
nr. = numerus.

O. = Ordo.
O. Er. S. Aug. = Ordo Eremitarum Sancti Augustini.
O. F. M., O. F. Min. = Ordo Fratrum Minorum.
O. M. = Optimus Maximus.
O. Min. Conv. = Ordo Fratrum Minorum Conventualium.
O. Min. Obs. = Ordo Fratrum Minorum de Observantia.
O. P., O. Pr. = Ordo Praedicatorum.
O. Praem. = Ordo Praemonstratensis.
O. S. B. = Ordo Sancti Benedicti.
oblitt. = oblitteratus.
oen. = oenipontanus.
om. = omittit.
Opt. Max. = Optimus Maximus.
Ord. = Ordini.
Os = Prophetia Osee.
otting. = ottinganus.

P. = Padernidad, Padre, Pars, Pater, Paternità, Paternitas, Père, Petrus.
p. = padre, page, pagina, pars, pater.
P. D. = Padre Dottor, Padre Dottore, Pater Doctor.
P. gr. = Patrologia graeca.
P. lat. = Patrologia latina.
P. M. = Pontifex Maximus.
P. N. = Padre Nostro, Padre Nuestro, Pater Noster.
P. R. = Padernidad Reverenda, Padre Reverendo, Pater Reverende, Paternità Reverenda, Paternitas Reverenda.
P. T. = Paternitas Tua.
P. V. = Padernidad Vuestra, Paternità Vostra, Paternitas Vestra.

Pab:, Pabst: = Pabstlich.
pag. = pagina.
1 Pa., 2 Par = Liber primus Paralipomenon, Liber secundus Paralipomenon.
Pent. = Pentecoste.
1 Petr, 2 Pet. = Epistola B. Petri Apost. prima, secunda.
Phil = Epistola B. Pauli Apost. ad Philippenses.
photogr. = photographicus.
Po = Primo.
Pont. = Pontefice, Pontifex, Pontificatus.
Pont. Max. = Pontifex Maximus.
PP. = Padres, Padri, Papa, Patres, Pontefice.
pp. = paginae.
Prov, Prv = Liber Proverbiorum.
Ps = Liber Psalmorum.

qu. = quaestio.

R., r. = Rettore, Reverencia, Reverendissimus, Reverendo, Reverendus, Reverentia, Reverenza, Romanus.
R. D. = Reverenda Dominatio, Reverendus Dominus, Reverendissimus Dominus.
R. P. = Reverenda Padernidad, Reverenda Paternità, Reverenda Paternitas, Reverende Pater, Reverendo Padre, Reverendus Pater.
R. p. = Reverendus pater.
R. P. N. = Reverendus Pater Noster.
R. P. T. = Reverenda Paternitas Tua.
R. P. V. = Reverenda Padernidad Vuestra, Reverenda Paternità Vostra, Reverenda Paternitas Vestra.
R. T. = Reverentia Tua.
R. V. = Reverencia Vuestra, Reverentia Vestra, Reverenza Vostra.
redd. = redditus.
ref. = reformatio.
rescrip. = rescriptum.
Resp. = Responsum.
Rev. = Reverencia, Reverendo, Reverendus, Reverentia, Reverenza.
1 Rg, 2 Rg = Liber primus Regum, Liber secundus Regum.
ro. = romanus.
Rom = Epistola B. Pauli Ap. ad Romanos.
Rom. = Romanus.
rom. = romanus.
RR. = Reverencias, Reverendi, Reverendos, Reverentiae, Reverenze.
RR. PP. = Reverendi Padri, Reverendi Patres, Reverendos Padres.
RR. VV. = Reverencias Vuestras, Reverentiae Vestrae, Reverenze Vostre.
RV., ut supra „R. V.“

S., s. = Sacer, San, Sanct, Sanctissimus, Sanctitas, Sanctus, Sant, Santidad, Santità, Santo, Señor, Sessio, Signore, Signoria, Societas, Su, Suo, Suus.
s. a. = sine anno.
S. C. M. = Sacra Caesarea Maiestas, Sacratissima Caesarea Maiestas.
S. D. N. = Sanctissimus Dominus Noster.
S. J. = Societas Iesu.
s. l. = sine loco.
S. P. = Salutem Plurimam, Sanctissimus Pater, Sanctus Pater, Summus Pontifex.
S. R. = Sua Reverenza.
S. R. E. = Sancta Romana Ecclesia.
S. R. I. = Sacrum Romanum Imperium.
S. S. = Sanctitas Sua, Su Santidad, Sua Sanctitas, Sua Santità.
saec. = saeculum.
Sap = Liber Sapientiae.
Ser. = Series.
Sereniss. = Serenissimus.
Sess. = Sessio.
sig. = sigillum.
sign. = signatus.
SJ = Societatis Iesu.
Soc. = Societas.
sq. = sequens.
sqq. = sequentes.
SS. = Sancti.

T., t. = Tomus, Tuus.
T. P. = Tua Paternitas.
T. R. = Tua Reverentia.
T. R. P. = Tua Reverenda Paternitas.
temp. = tempus.
1 Thess, 2 Thess = Epistola B. Pauli Ap. ad Thessalonicenses prima, secunda.
Thr, Thren = Threni, i. e. Lamentationes Ieremiae prophetae.
1 Tim, 2 Tim = Epistola B. Pauli Apost. ad Timotheum prima, secunda.

Tit = Epistola B. Pauli Apost. ad Titum.
tit. = titularis, titulus.
Tob = Liber Tobiae.
Tom. = Tome, Tomus.
tract. = tractatus.
transv. = transversus.
Trid. = Tridentinus.

U. = Vester.
u. = und.

V., v. = verbum, vester, vide, von, vostro, vuestro.
v. g. = verbi gratia.
V. P. R. = Vostra Paternità Reverenda.
V. R. = Vestra Reverentia, Vostra Reverenza, Vuestra Reverencia.
V. R. P. = Vestra Reverenda Paternitas, Vostra Reverenda Paternità, Vuestra Reverenda Padernidad.
V. S. = Vostra Signoria, Vuestra Señoria.
V. S. I. = Vostra Signoria Illustrissima.
V. S. R. = Vostra Signoria Reverenda.
var. = varia.
Ven., Vener. = Venerabilis.
vers. = versus.
Vol. = Volumen.
vv. = verba.
vv. sqq. = verba sequentia.
VV. = Vestrae, Vostre, Vuestras.

wis. = wisensteigensis.

Zach = Prophetia Zachariae.

VII.

EPISTULAE A CANISIO ET AD CANISIUM DATAE 1565—1567.

1196. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Sancti Francisci Borgiae vicarii generalis B. PETRO CANISIO, Germaniae superioris praeposito provinciali. Roma 3. Februarii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 61" f. 249[b]. Epistula usi sunt *Al. Kröss* S. J., Der selige Petrus Canisius in Österreich, Wien 1898, 173, et *Bern. Duhr* S. J., Die Jesuiten an den deutschen Fürstenhöfen des 16. Jahrhunderts, Freiburg i. Br. 1901, 73.

Pius IV. Societatem adversus libellos famosos defendit. Vicecomes episcopus. Ioannes ab Ehrenberg. In Polonia collegium instituetur. Curandum, ut archiducissae Merani uno Societatis sacerdote contentae sint. Novus rector dilinganus. Libri PP. Natalis et Sa.

Pax christi. Molto Reuerendo in christo Padre[a].

Si é riceuuta la lettera di V. R. di 6. del passato et quanto al desiderio che tiene quella Signora Fuchera[1] che la[b] fama della Compagnia sia defesa col testimonio del summo Pontifice, gia si è fatto[2].

Si é parlato á Monsignor Bisconti[3] sopra quei 50. scudi prestatili dal Rettor di Monachio[4], et ha risposto che à Venetia li ha rimessi à pagare al detto Rettore[5], prima che uenisse à Roma.

Quel giouane nobile Todesco[6] sta in tal termine, che bisognera darli uiatico acciò ritorni, oltra di quelche seli è prestato[c] in Roma.

Circa l' andare di Luca Polono[7] alla sua Patria per sbrigare le sue cose non pare espediente adesso, ma perche si mandara un collegio à Polonia[8], allehora potra andare[d] et uisitare li suoi per spedir il suo negotio.

a) *Cum salutandi ratio in epistulis Borgiae et Polanci semper eadem sit, in posterum brevitatis gratia ponam tantum:* „Pax etc." b) *Librarius perperam correxit* che *ex* chela, *quod scripserat. Duo vv. sqq. ab eodem supra versum scripta sunt.* c) *Sequuntur vv.* auanti che uengha, *a libr. oblitterata.* d) potrandare *ap.*

---

[1] Ursula a Lichtenstein, Georgii II. Fuggeri uxor.

[2] De his Pii IV. Brevibus vide *Canisii* Epistulas IV 773—774.

[3] Carolo Viceconiti (Visconti) episcopo vintimiliensi (Ventimiglia); vide *Can.* IV 743—744 775. [4] P. Paulo Hoffaeo S. J. [5] P. Caesari Helmi.

[6] Ioannes ab Ehrenberg; vide *Can.* IV 775 811—813.

[7] Lucae Cracovio, scholastico Societatis, res familiaris curanda erat; vide *Can.* IV 776. [8] Pultoviam; plura vide infra.

Sarebbe bona opera di ottener dalle Serenissime Regine, che si contentassoro de un confessore. et il senato di[a] [?] Spruch[b] [?] [potrebbe][c] [?] domandare alle Regine per tal effetto[1].

A Pariggi se scriuera al PD. Emundo Scoto, seli pare bene che il suo fratello[2] uadi là.

Il mettere il P. D. Theodorico[3] per Rettore in Thilinga, già é stato scritto che quá anco par bon dissegno.

Quei Dialogi del Padre Natale, et le postille interlieneari del Padre Emanuel et altre cose simili si uanno indrizzando pianpiano[4] etc. De Roma li 3. di Febraro. 1565.

[Per commissione di nostro P. Vicario
de V. Reuerentia
seruo in christo
Joane de Polanco.][d]

Canisius S. Francisco Borgiae respondit 3. Martii 1565.

1197. CANISIUS **P. URSMARO GOISSONIO S. J.**, seminarii romani superintendenti[5]. Dilinga 7. Februarii 1565.

Ex apographo, quod ex archetypo (2°; Canisius sua manu nomen [„Seruus" etc.] subscripsit) in Cod. „E. C. I" n. 150 (p. 8—11) posito, sub a. 1860 exscriptum, cum eodem sub a. 1903 diligenter collatum est. Epistula usus est Card. *Andr. Steinhuber* S. J., Geschichte des Kollegium Germanikum Hungarikum in Rom I², Freiburg i. Br. 1906, 74³.

Complures iuvenes nobiles commendat, qui cum Philippo Doberainer sacerdote in collegium germanicum mittantur. De Fuggerorum et Zottii meritis, Octaviani Fuggeri profectu, alumnorum collegii germanici ingratis animis scribit.

Pax Christi Reuerende Pater.

Scribendi ansam porrigunt mihi qui nunc isthuc mittuntur Germani duce Domino Philippo Doberainer, Sacerdote nobis amicissimo.

a) b) *Fortasse corrigendum est:* d'Ispruch. c) potrà? dourebbe? d) *De hac subscriptione cf. Can. IV 9m. In posterum ea supplenda supersedebo.*

[1] Magdalena, Margarita, Barbara, Helena, Ioanna Ferdinandi I. imperatoris filiae, Oeniponte, ubi sedem habebant, m. Augusto a. 1564 ob pestilentiam, qua urbs urebatur, Meranam (Meran) profectae, secum praeter P. Hermetem Halbpaur, confessarium suum et contionatorem collegii, etiam P. Ioannem Dyrsium, collegii oenipontani rectorem, abduxerant; vide *Can.* IV 776 948—951.

[2] Walterus Haius (Hay), Societatis novicius; vide *Can.* IV 649 815 1038.

[3] P. Theodoricus Canisius tunc rector erat collegii ingolstadiensis.

[4] De duobus „Dialogis" a P. Hieronymo Natale S. J. ad protestantes refutandos et ad Societatis institutum propugnandum compositis vide „Epistolas P. *Hieronymi Nadal*" I, Matriti 1898, XXXV-XXXVII, et *Can.* III 579—581. P. Emmanuelis Sa S. J. „Scholia in quatuor Evangelia" et „Notationes in totam Scripturam sacram" postea saepe excusae sunt; vide *C. Sommervogel* S. J., Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Première Partie VII, Bruxelles-Paris 1896, 352—353.

[5] P. Goissonius (de quo *Can.* I 620¹) aliquamdiu collegii germanici „superintendens" fuerat; sed hoc tempore, ut videtur, iam coeperat superintendentis munus (de quo *Can.* II 29¹; III 260¹) administrare in „seminario romano" (de quo *Can.* IV 413 774). Vide *Can.* IV 695 et infra Polanci litteras 24. Martii 1565 ad Canisium datas.

Hos uobis gratos fore hospites non ambigo, quando de Germanica natione praeclare mereri gaudetis, et maiorem illic charitatem libenter exercitatis, ubi grauiorem animarum iacturam perniciemque uigere non ignoratis. Ac peculiariter quidem ut philippum Fuggerum uobis commendatum habeatis orant parentes, quibus permultum sane debemus. Octauiano illius fratri bene cessit, quod nostros acceperit in Vrbe praeceptores. Tanto magis de philippi quoque progressu speramus, de cuius ualetudine, ingenio, moribus et literatura Dominus Philippus, qui antea eiusdem praeceptor fuit, coram admonebit. parentes curam utriusque filii nobis permittunt integram, praesertim in ijs quae ad studia moresque pertinent. At Dominus philippus expendet quae ad uictum et uestitum spectant: habebit et curam ut rectius ualeant, praesertim natu grandior. Nec dubito quin bonus hic sacerdos uestro iudicio se facile subijciet, uestrisque consiliis libenter utetur. Sint igitur boni et nobiles isti adolescentes R. T. et patribus alijs imprimis commendatj[1]. Inter illos est Godefridus Zott, cuius pater Caesaris consiliarius Oeniponti nostros amat plurimum, et dignus sane, cuius filium praeclarae indolis adolescentem et nos vicissim amemus atque promoueamus. Caeterum quod ad Germanos alios, qui gratis in Collegio aluntur, attinet, dolemus illos ad bonam frugem raro peruenire nobisque plus molestiae quam gratitudinis frequenter[a] exhibere[2]. Sed alii aliis meliores sunt. Salutari praeter patres et fratres opto ex me Germanos[b], quos Ecclesiae utiles et patriae suae conuenientes ministros fore desideramus. Oret pro nobis R. T. quam spero saluam videre, si Dominus uoluerit[3]. Dilingae .7. Februarij 1565.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendo in Christo patrj Ursmaro Societatis Jesu et collegij germanici gubernatorj Romae.

Has litteras Romam secum attulerunt illi ipsi, quorum commendandorum gratia Canisius eas dederat. Commendare autem volebat, ut omnino videtur, primum quidem Gervicum baronem de Schwarzenberg canonicum herbipolensem Ottonisque Truchsess cardinalis Augustani propinquum, ac Philippum Eduardum Georgii Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filium, deinde Godefridum Sebastiani Zott de Pernegg consiliarii „regiminis Austriae superioris" filium, et Guilielmum de Lösch, cuius pater Guilielmus Monachii apud Albertum v. Bavariae ducem „magistrum domus" et consiliarium agebat; vide *Can.* IV 582 671 709 740, et infra p. 5—6.

Horum ducem agebat „Philippus Doberainer sacerdos". Is († 1577), ex Tirschenreuth Palatinatus superioris oppido ortus, Ioannis Iusti Lanspergii Cartusiani coloniensis, quem Canisius amicum et quasi patrem habuerat (*Can.* I 37), „Pharetram divini amoris" (Canisii hortatu?) germanice verterat (cf. *Can.* II 680) et, „Ein edels Schatzbüchlein der Göttlichen liebe" inscriptam, a. 1563 Magdalenae archiducissae

a) *Ita in archet. correctum est ex* vehementer. b) *Ita — idque ab ipso, ut videtur, Can. — in arch. corr. est ex* Salutari illos omnes ex me uelim Germanos.

[1] De his vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Vide *Can.* IV 770—771.

[3] Canisius iussus erat ad comitia Societatis, quibus novus praepositus generalis eligeretur, m. Iunio Romae adesse; vide *Can.* IV 787.

dedicaverat. Postea Monachii canonicus et decanus collegialis ecclesiae Beatae Mariae Virginis fuit et libris asceticis, polemicis, historicis, quos vel in linguam germanicam transtulit, vel ipse eadem lingua conscripsit, rem catholicam egregie adiuvit (*K. v. Reinhardstöttner*, Zur Geschichte des Humanismus und der Gelehrsamkeit in München unter Albrecht dem Fünften, in „Jahrbuch für Münchener Geschichte" IV, Bamberg 1890, 118—119 168—169. *Bernh. Duhr* S. J., Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge im XVI. Jahrhundert, Freiburg i. Br. 1907, 856—857).

Polancus loco Goissonii Canisio respondit Roma 24. Martii 1565.

1198. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, vicario generali Societatis Iesu. Dilinga 9. Februarii 1565.

Ex epistulae Polanci apogr., eod. temp. scripto. „Germ. 61" f. 273.

Duos fratres scholasticos commendat.

P. Ioannes de Polanco secretarius Societatis Iesu nomine S. Francisci Borgiae vicarii generalis Roma 16. (17.?) Martii 1565 Canisio scripsit: „Tre lettere de V. R. si sono riceuute de 9, et .15. del passato, et 3. del presente . la prima portorno Pietro Louaniense et giouanni uiero."

Perisse quidem videtur „prima" illa ex Canisii epistulis; eam tamen id spectasse, ut duo illi Societatis fratres scholastici Sociis romanis commendarentur, cum ex Polanci, quas dixi, litteris, tum ex aliis Polanci et Canisii epistulis colligitur.

Petrus Vranx sive Lovaniensis et Ioannes Vierus (cf. *Can.* IV 513 [1] 940) cum diu in collegio ingolstadiensi magistros egissent, ineunte a. 1565 in collegio dilingano versabantur: **Catalogus* collegii dilingani, ibidem 1. Ianuarii 1565 conscriptus („GSC 66" f. 374 [b]). Unde die 9. Februarii 1565 Romam profecti sunt; vide infra p. 14.

1199. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, vicario generali Societatis Iesu. (Epistula prior.) Dilinga 10. Februarii 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante P. *Ios. Boero* S. J. ex archetypo (2°; 2 ff.; Canisius sua manu aliqua correxit, nomen [„seruus" etc.] subscripsit, inscriptionem posuit) in Cod. „E. C. I." n. 152 (f. 15 16) posito exscriptum, sub a. 1903 cum eodem archetypo collatum est.

Dolor morte Lainii praepositi generalis Sociis aliisque allatus. In collegium germanicum venient adulescentes nobiles cum sacerdote valetudinem ipsorum curaturo; Philippo Fuggero plus permittendum quam Octaviano. Pecuniae. Mittuntur libelli Brevium a Pio IV. Societatis defendendae caussa datorum. Cardinalis Hosius cum Canisio expostulat; collegii braunsbergensis Socii singulari cura indigent; calix laicorum; Hoffaeus. Canonici augustani cum cardinali de pecuniae effusione et de collegio dilingano expostulabunt. Is a Canisio, quae emendare deberet, edoctus quidem est; sed vix ea emendabit. Paratur synodus dioecesana. Concilium tridentinum in Germania non promulgatur. Dilingae vota religiosa renovata sunt et scholae valde frequentantur; disputationes; contionator. Libri germanici Romam mittendi. Monasterium Dominicanorum augustanum. Ursula Fuggera pulcherrimam stolam mittit. Aes alienum. Epistularum S. Hieronymi editio altera. Ionae Adler insania. Episcopis non debent commendari homines, qui Societatem deseruerunt. Frigus. Angli.

Ihesus. Pax Christi Reuerende Pater etc:

Etsi nihil ad nos scriptum est de foelici obdormitione Sanctae memoriae Patris et Praepositi nostri generalis [1], qui Christo uiuat [2],

[1] Nondum igitur Canisio traditae erant litterae copiosae, quibus Polancus Socios certiores reddebat, Iacobum Lainium Romae d. 19. Ianuarii 1565 pie admodum vita functum esse; quas litteras vide *Can.* IV 783—786.

[2] Cf. Rom 6, 10 11; 2 Cor 5, 15.

ut certe viuit, foelicissime: tamen ex literis Augustanis et alijs ad Cardinalem[1] missis hesterno ac hodierno die cognouimus, diuina voluntate talem tantumque Patrem nobis ereptum, et sicuti non dubitamus in locum sublimiorem euectum esse. Offendit hoc triste nuncium sane Cardinalem, Fuggeros[2] et alios bonos viros, magisque nos etiam contristaret, si humana duntaxat contemplantes, spei, ac fiduciae nostrae ancoram in illo non defixam haberemus, qui suos nunquam deserit, et[a] res humanas[b] ita dispensat, ut semper causam habeant authoris sui iudicia quantumuis occulta, laudandi, et in omnibus Dei sapientiam gratiamque praedicandi. Fiat igitur Domini voluntas[3], qui nobis et ecclesiae dedit P. Laynes, datumque nunc abstulit[4] ad suam aeternam gloriam[5]. De cuius quidem foelici transitu perlubenter intelligemus, qualis ille fuerit, et quis Vicarius nouus sit Patri optimo surrogatus. Nobilis matrona Domina nostra Fuggera stolam sacerdotalem pulcherrimam fecerat, quam una cum filio Philippo Romam Patri Praeposito coram[c] [?] mittere voluissset. Sed iam accepit ille stolam, qua Dominus induit eum[6], beatae immortalitatis[7], inter electos sanctosque sacerdotes.

Venit nunc cum his literis Junior Baro de Swartzenberg, idemque Canonicus Herbipolensis, Cardinali nostro valde charus, sed in literis nihil fere versatus. Cum illo veniet etiam (ut putamus) nobilis Adolescens Bauarus, qui Patrem habet Bauaricae aulae Praefectum. Tertius erit filius Domini Zot Oenipontani[d], adolescens magni ingenij, et quem optimus Pater idemque nobis amicissimus, per me cupit singulariter Reuerentiae T. commendari[8]. Ex his secundus et tertius ante Hyemem hoc fuerant etiam iter ingressi Tridentum usque[9]. Bononiae quartus accedet Philippus Fuggerus, doctrina quidem et ingenio, sicut etiam aetate, praestantior Octauiano fratre. Utrumque igitur boni Parentes[10] Romae conjungendum putarunt, sed cum hoc discrimine, ut Philippo plus libertatis tum ad exeundum[e], tum ad conuersandum cum exteris, tum ad corporis exercitationes, quibus frequenter indiget, a Praeceptoribus suis permittatur[f]. Quintus et postremus est Sacerdos pius et dictorum Fuggerorum antea praeceptor, et nobis addictus plane Dominus Philippus[11] nomine, quem et

a) *Sic in archetypo correctum est ex* ac. b) *In arch. corr. ex* ipsorum. c) *In arch. sequitur* offe, *oblitt.; oblitterandum fuerat, puto, etiam verbum* coram. d) *In arch. sequuntur vv.* quartum locum accipere, *oblitt.* e) *Hic in margine archetypi manu romana (Polanci?) notatum est:* Fiet come meglio si potra. f) *In arch. corr. ex* permittantur.

[1] Ottonem Truchsess episcopum augustanum; qui Dilingae sedem habebat.

[2] Hos Lainius m. Iulio a. 1562 per Augustam transiens inviserat; vide *Can.* II 558[1]. [3] Act 21, 14. Cf. Mt 6, 10; Lc 22, 42 etc.

[4] Ib 1, 21. [5] 1 Petr 5, 10. [6] Eccli 45, 9. [7] Cf. 1 Cor 15, 53 54.

[8] Gervicus de Schwarzenberg, Guilielmus Guilielmi de Lösch filius, Godefridus Sebastiani Zott de Pernegg filius Romae in collegio germanico futuri erant „convictores"; vide supra p. 2—4. [9] Vide *Can.* IV 671—672 708—709.

[10] Georgius II. Fugger et Ursula de Lichtenstein uxor; vide supra p. 3.

[11] Doberainer; vide supra p. 2—4.

Cardinalis noster, et D. Georgius Fuggerus vellent adiungi dicto Baroni et duobus fratribus Fuggeris, ut illorum curam habeat singularem in Collegio Germanico, praesertim ne quid illis desit in curanda valetudine, aliisque rebus corpori necessarijs. Sed quod ad studia et mores eorundem attinet, relinquitur omnis ea cura praeceptoribus ac gubernatoribus Collegij. Jdem D. Philippus pecuniam afferet in gratiam filiorum Domini Georgii[a] Fuggeri.

De reliquis quae ad hos honestos et nobiles adolescentes Germanos[b] pertinent, plura non dicam, nec arbitror opus esse, cum adsit ueluti ducis loco non solum dictus D. Philippus, verum etiam familiaris Domini Cardinalis Leonardus et praeterea P. Aloysius[1], qui plura coram exponent de[c] his Adolescentibus, faxit Christus, ut Parentum simul et Praeceptorum expectationi faciant satis. D. Zotti filius 100 ducatos (ni fallar) apud Rectorem[2] deponet. Cardinalis pro Barone et D. Philippo[3] sumptus omnes exoluere pollicetur.

Cum his mittit idem Cardinalis centum exemplaria, (nam plura non poterant horum adiungi sarcinis) in quibus Apostolica, ut vocant, brevia sicut postulatum fuit coniunximus[4][d]; Mittemus ex illis plura, si ita conuenire videatur. Excusa sunt 230 exemplaria in uniuersum. Speramus hoc Pontificis maximi testimonium apud multos valiturum aduersus obtrectatores.

Scripsit ad me Cardinalis Varmiensis, et quasi expostulat, quod ad se non veniam, neque mittam concionatorem Germanum, quem in primis exoptat[5].

Sed errat in eo, quod existimat me solum[e], non solum in Germania, sed etiam in Polonia et Prussia prouincialem[f] habendum esse. Atque ita scripsit etiam ad nostrum Cardinalem[6]. Videmus non sine multis incommodis et molestijs fratres illuc peruenisse: ut et ipsi testantur. Faxit Dominus ut amplae messi[g] quam ingrediuntur, curandae pares esse possint. Speramus M. Petrum Treuerensem[7] ex Coloniensi Collegio missum, iam in Prussiam quoque peruenisse. Videtur autem Fratrum illorum singularis ratio habenda esse, partim

a) *In arch. corr. ex* a Domino Georgio. b) *In arch. corr. ex* germanos. c) *Correctum est* de *(ab ipso, ut videtur, C.) ex alio aliquo verbo.* d) *Ita (ab ipso, ut videtur, C.) corr. est ex* iniunximus. e) *In arch. sequuntur vv.* non sol, *oblitt.* f) *In arch. sequitur* et *vel simile v., oblitt.* g) *Ita (ab ipso, ut videtur, C.) corr. est ex* mensi.

---

[1] P. Aloysius (Ludovicus) de Mendoza S. J. a. 1563 et 1564 cardinalem aliquamdiu comitatus erat, a. 1564 Augustae et Dilingae versatus erat; vide *Can.* IV 313 586—587 669 690 919 etc.

[2] Ab a. 1564 P. Iosephus Cortesonus (Cortesone) collegii germanici rector erat (Card. *Steinhuber* l. c. I² 87). [3] Doberainer.

[4] De his libellis vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[5] Hae Stanislai Hosii litterae exstant in *Can.* IV 756—758. Hosius ineunte a. 1565 Braunsbergae (Braunsberg), quae urbs etiam in rebus civilibus eius imperio subiecta erat, collegium Societatis instituerat; vide *Can.* IV 609 758 796.

[6] Cf. *Can.* IV 1051.

[7] P. Petrum Fahe S. J.; vide *Can.* II 488⁴ 494—495; IV 665 778 796.

quod Cardinalis ad multa et gravia ecclesiae suae negocia bene constituenda illorum responsa[a] et operam libenter adhibet: partim quod longius a reliquis absint Collegijs. et nescio a quo Rectore alio gubernentur[b] quam D. Strobelio[1], qui et ipse Rectore bono dicitur indigere. Hoc dixerim, quod Patres Collegij Treverenses me admonuerint, ut in urbem scriberem de iuuandis illis qui ex Colonia et Treveri missi sunt[c] fratribus. inter quos dictus concionator[2] nescio quam tentationem in ipso discessu scriptis etiam declarauit. Verum ex Vrbe missi sunt alij tres quos in spiritu et vocatione sua firmiores esse confido, ut sane opus est in illis regionibus Sarmaticis, ac praesertim in oppido male catholico, ubi suum fratres habituri Collegium esse videntur. Scribit inter alia Cardinalis ad me, quod aegre possit negare suis[d] usum sacri calicis, quodque nostris velit rem[e] permittere[f], aut illorum opera in re tanta subleuari. Scribit etiam ad me D. Theodorus Lindanus, qui antea Romae[3] fuit, de mittendo concionatore D. Paulo Hoffaeo[4]: qui simul etiam sit superintendens Collegij. Verum is[g] nunc Monachij nobis est multis de causis necessarius. Extrudat autem Dominus operarios in messem[h] suam[5], quae ubique deserta iacet in his prouincijs[i].

Expectantur hoc loco Canonici Augustani cum Cardinale ipso (ut putamus) expostulaturi de immodicis, qui in hac fiunt aula, sumptibus. Audiui quod culpaturi videantur etiam, ex nostris tam multos Dilingae[k] sustentari etc:[l] [6]. Promisit mihi Cardinalis, se cum illis acturum nostro nomine, ut certo sciamus circa fundationem et dotationem Collegij nostri quid nobis de hoc Capitulo Augustano polliceri possimus[7]: Idque ut fiat magni referre duco. Verum de euentu postea scribam aliquid certius.

a) *Ita C. correxit ex* notitiam. b) *Ita C. correxit ex* Rectore gubernant. c) *Sequitur v. aliquod (*de?*), oblitt.* d) *In arch. corr. ex* negari u. e) *In arch. sequitur v.* totam, *oblitt.* f) *In marg., ut supra (p. 5, adn. e):* Nihil respondendum. g) *Ita C. ipse correxit ex* Collegij. Qui. h) *A C. corr. ex* mensem. i) *Sequuntur vv.* Res ipsa testatur, *oblitt.* k) *V. sequens a C. in marg. additum est.* l) *Apogr. perperam* 25.

---

[1] De P. Christophoro Strobellio (Strobel) vide *Can.* IV 574[4] 647.

[2] Petrum Fahe significare videtur; qui contionatorem et egerat Treveris, et acturus erat Braunsbergae. Ceterum *Hosius* Heilsberga 18. Ianuarii 1565 Ioanni Francisco Commendono *scripsit: Braunsbergae 11 Societatis homines versantur: „sunt aliqui certe valde idonei, ad munus hoc obeundum docendae juventutis". „P. Petrus" Fahe, olim in aula electoris treverensis officio contionatoris functus. est „vir minime vulgaris et doctrinae et sanctimoniae. Rector est homo valde simplex et rectus ac timens Deum" (ex archetypo; quod exstat in archivo vaticano. „Lettere di Principi 24" f. 39). De treverensibus illis litteris vide *Can.* IV 796—797.

[3] In collegio germanico; vide *Can.* IV 760.

[4] Is tunc rector collegii monacensis erat. De Lindani litteris vide *Can.* IV 760.

[5] Mt 9, 38. Lc 10, 2. De „Extrudat" cf. *Can.* I 364[5].

[6] Vide *Can.* IV 930.

[7] Ut collegii dilingani fundatio esset firma, consensus capituli cathedralis accederet necesse erat; vide *Can.* IV 33 334 930.

Explicui bono Cardinali id a me petenti[a] morbos varios, quibus laboraret, et nonnulla remedia commonstraui, ut et sibi et ecclesiae et aulae et Societati nostrae consulat, pro sui officii ratione. Facile est apud illum quae salutaria sunt, suadere atque persuadere, difficile autem quae persuaseris, obtinere. Nunc idem opera nostra utitur ad Synodum instituendam. Legitur ergo quicquid constitutum est in Synodo Tridentina, et hinc excerpuntur ad Synodum et visitationem futuram pertinentia. Quamquam ego de successu valde ambigam, nec ullus Antistes[b] in Germania reperitur, qui Synodum Tridentinam hactenus publicauerit, aut breui[c] publicaturus videatur[1]. Imo in comitijs Imperij aduersus hanc synodum[d] nouas leges et Sententias accepturi uidemur. Dominus bene vertat omnia, et res Imperij valde claudicantis in meliorem locum adducat.

Respiciat[e] nos Dominus oculis misericordiae suae[2].

Excepi fratrum huius Collegij omnium confessiones[3] simulque porrexi sacram communionem vota sua renouantibus[f][4] non sine communi tam sua quam nostra consolatione. Confirmet eos Dominus in vocatione sancta[5].

Nunc operam damus rebus Collegij rectius constituendis. Studia quidem Gymnasij magis magisque florent, et augetur indies numerus studiosorum, ut non possimus de scholae successu non optime sperare, ac[g] maiora etiam quam de scholis aliorum collegiorum nobis in Domino polliceri. Triduo sunt habitae publicae hic disputationes, quibus etiam interfuit aliquando Cardinalis: Nunc magistros nouos artium brevi creabunt. Inueni M. Stephanum Liberium[6] hic factum Oppidi concionatorem[h]. Ita fit ut nostri plurimum hic onerentur, egeantque subsidijs, si hunc quidem studiorum feruorem diu retinere velimus. Dominus adsit laborantibus.

a) *Sequitur* ut, *oblitt.* b) *Ita in arch. corr. est ex* Anthistes. c) *Ita in arch. corr. est ex* breuiter. d) *Ita C. correxit ex* hoc consilium. e) *Ante hoc v. scripta erant haec:* Ex inclusa Scedula constabit quo sit in nos animo scriptor de cuius resipiscentia vix ullam spem nobis promittimus. *Quae omnia postea oblitterata sunt.* f) *Correxi ex* renouciantibus, *quod est in apogr.* g) *A C. corr. ex* et. h) *In marg., ut supra (p. 5, adn. e):* Di quà fu scritto che [non] lo facessino.

---

[1] Concilium Tridentinum praeceperat, ut synodi provinciales „intra annum ad minus a fine praesentis Concilii, et deinde quolibet saltem triennio“, ac „synodi dioecesanae quotannis celebrarentur“, atque „ut in ipsa prima Synodo provinciali, post finem praesentis Concilii habenda, ea omnia, et singula, quae ab hac sancta Synodo definita, et statuta sunt, palam reciperentur“: Sess. XXIV., de ref. c. 2; Sess. XXV., de ref. c. 2. Hoc quoque Tridenti constitutum erat: „Episcopi propriam dioecesim per seipsos, aut, si legitime impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam, propter eius latitudinem, visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem, ita tamen, ut tota biennio per se, vel visitatores suos compleatur, visitare non praetermittant“: Sess. XXIV., de ref. c. 3.

[2] Cf. Ps 24, 16; 68, 17; Eccli 36, 1 etc.

[3] Confessiones generales; vide *Can.* IV 435[1] 933.

[4] Die 2. Februarii, quae „Purificationi B. M. V.“ sacra est; vide infra, in monum. dil. (1). [5] 2 Tim 1, 9; cf. 1 Cor 7, 20; Eph 4, 1 etc.

[6] De hoc vide *Can.* III 42 300; IV 701.

De Statu Collegiorum Monachiensis et Dilingensis loquuntur adiunctae literae[1]. Liber orationum reddi poterit M. Christophoro Reire[a] [?], licet nobis illum donauerit ante suum discessum[2]. Expectavimus hucusque illius libri mittendi commoditatem, quae nunquam se melior obtulit quam hoc tempore. Utinam Germanicos quoque libros Romae aliquando desideratos mittere licuisset in gratiam Germanorum. Sed parcendum fuit his, qui sarcinis alijs onerati accedunt.

Circa Monasterium Dominicanorum, de quo scripsi[3], cupimus intelligere sit ne aliquid cum ipso P. Generale ordinis illius[4] transactum[b]. Hic satis friget negocium, neque placuit Caesari[5], cum illius consensus postularetur.

Adfert D. Philippus a Domina Fuggera, ut ante dixi[c], Stolam templo Romano[d] societatis nostrae[6] donandam, ac primum quidem P. nostro Generali paratam eleganter et sumptuose[e] satis, ut illa saltem ad concionandi munus aliquando uteretur, quoniam vero intelligit illum S t o l a g l o r i a e nunc i n d u t u m[7] esse, noluit tamen hoc sibi retinere munus, sed Societati in Urbe potius applicatum manere: rogans ut boni consulatur haec stola, nondum[f], ut arbitror, consecrata.

Rector Pragensis ad me scripsit sic in urbe constitutum esse, ut quam ipse pecuniam nostris in Prussiam proficiscentibus mutuo dedit, eam nos exolueremus[g 8]. Qua de re cupio aliquid habere certius. Nam fatemur a nobis multum Romanis deberi, et hinc aliquam summam detractam libenter Pragensi Collegio applicabimus[h]. Sperat Rector Monachiensis[9], quod Episcopus[10] iam isthic exsoluerit 50 Coronatos sibi debitos.

Recudunt Dilingae opus Epistolare D. Hieronimi[11], quod spero nunc magis quam antea lectoribus placiturum ob illam quae accessit recognitionem.

a) *Sic, ut videtur, in arch.; scribendum fuerat* Herrerae; *cf. Can. Epp. IV 430.* b) *In marg., ut supra:* Nihil est actum. c) *Ita C. correxit ex* Adfert D. Philippus, quem dixi. d) *Duo vv. sqq. ab ipso C. addita sunt.* e) *In arch. correctum ex* sumptuosae. f) *Corr. (a C., ut videtur) ex* modum *[?].* g) *In marg., ut supra:* fiat. h) *Corr. (ab ipso C., ut videtur) ex* applicauimus.

[1] De rebus dilinganis Canisius ipse scripsit; vide infra p. 12—16. Num de monacensibus quoque scripserit, nescio; fortasse P. Pauli Hoffaei rectoris monacensis litteras (vide *Can.* IV 943) significat; quas ille obsignatas Canisio tradiderit. Ita Canisius 3. Martii 1565 Borgiae scripsit: „Ingolstadiense Collegium quopacto sese habeat ex adiunctis literis Rectoris potest intelligi."

[2] Christophorus Herrera, Societatis scholasticus, cum a. 1563—1564 Dilingae aliquamdiu magistrum egisset, rogatu suo in Italiam remissus erat; vide *Can.* IV 430 486 504[2].

[3] Patricii aliquot augustani, cardinale Truchsessio et Alberto V. duce Bavariae iuvantibus, id agebant, ut augustanum hoc monasterium per summum pontificem in Societatem transferretur; vide *Can.* IV 763—765.

[4] Vincentio Iustiniano.

[5] Maximiliano II.; qui Matthiam Cythardum O. Pr. secum habebat contionatorem.

[6] Templo domus professae; plura v. infra. [7] Eccli 6, 32; 15, 5; 45, 9.

[8] De hac P. Henrici Blyssemii epistula cf. *Can.* IV 641 707.

[9] P. Paulus Hoffaeus.

[10] Carolus Vicecomes episcopus vintimiliensis; v. supra p. 1.

[11] A Canisio primum a. 1561 editum; de quo plura infra.

Horrendum est quod scribunt Treuerenses de M. Jona Monachiensi, quem Christus liberet ab hac Tyrannide Sathanae grauissima, ut iam corpore et anima in illius potestatem redactus, et in ea per spiritum desperationis confirmatus esse prorsus uideatur, toties[a] manus sibi attulit, e sublimi se praecipitem dedit, a multis etiam robustis viris vix contineri et gubernari potest insaniens[1]. Metuendum hoc est iudicium Dei omnibus apostatis, suamque vocationem deserentibus. Scripserunt aliquoties ad me Moguntini et Treuerenses fratres ne[b] posthac commendemus Archiepiscopis eos homines, qui a nobis sua culpa dimittuntur, ut Joannes Ortnerus, Nicolaus Servatius. etc: et similes[2]: Nam huiusmodi commendationes infoeliciter cadere, et dimissos ipsos raro ad bonam frugem pervenire. Igitur si placet[c] ab hoc commendandi genere posthac abstinebimus[d].

Vitus Bohemus[3] male se gessit cum Rectore Moguntino[4] et prouinciali[5] jamque fortassis vagari coepit, monemur ergo litteris Moguntini Rectoris de huius fratris insolentia, de quo, si venerit ad nos, reddi cupimus certiores, quid faciendum videatur.

Praeterea nobis gratum erit cognoscere, liceatne Romam destinare fratres et alios praeter illos[e] ante constitutos et iam iter ingressos, sed a Venetis[f] repulsos in autumno superiore[6]. Nunc mirantur omnes saeuitiam praesentem hyemis, quae multos in agris extinguit[7]. Quod superest precamur Dominum, ut hanc nouam R. P. T. administrationem sibi gratam et Societati nostrae vtilem faciat; utque illa pro nobis et Germania tota suas preces et sacrificia aeterno Deo velit offerre[g], una cum Patribus et fratribus omnibus, quos Christus ut orphanos minime relinquat[8] Amen.

Adsunt hic Angli duo Romam proficiscentes, Presbyter unus, alter magister artium, qui Societatem nostram amplexuri esse videntur[9]. Fiat Domini voluntas[10] in omnibus. Vale. Dilingae 10 Februarij 1565[h].

seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri, N. Vicario generali Societatis Iesu. Romae.

a) *A C. corr. ex* Totius. b) *Ita in arch. corr. est ex* ut. c) *In arch. sequitur* ad, *oblitt.* d) *In marg., ut supra:* fiat quanto a loro. e) *V. sequens (a C., ut videtur) supra versum scriptum est.* f) *Ab ipso C. corr. ex* ventis. g) *In arch. sequitur* cum, *oblitt.* h) *Ita in arch. corr. est ex* 1546.

[1] De hac Ionae Adler, qui Societatem bis deseruerat, infirmitate vide *Can.* IV 796[3]. [2] De his vide *Can.* IV 45 382 713 797[1].

[3] Fr. Vitus Pistor S. J.; cf. *Can.* III 216 217 399 670.

[4] P. Lamberto Auer; de eius litteris vide *Can.* IV 797.

[5] P. Antonio Vinck S. J., provinciae rhenanae praeposito.

[6] Ob pestilentiae metum. Cf. supra p. 5 et *Can.* IV 708—709.

[7] Cf. *Can.* IV 839. [8] Io 14, 18.

[9] Sacerdos ille fuerit, puto, Edmundus Tanner; de quo plura infra.

[10] Act 21, 14. Cf. Mt 6, 10 etc.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Ottonis cardinalis Augustani mandatu Romam ad Socios missa sunt 100 exempla libelli: „SOCIETATIS IESV DEFENSIO AD- | VERSVS OBTRECTATO- | RES, EX TESTIMONIO | ET LITERIS PII | IIII. PONT. | MAX. | II. TIMOT. III. | Omnes qui piè volunt viuere in Christo | IESV, persequutionem patientur. *Cum singulari facultate Ordinarij excudaebat DILINGÆ SEBALDVS MAYER.* | M. D. LXV.“ (8° min.; ff. 6 [addito titulari] non sign.; folium tamen 6. vacuum est); in folii titularis pagina altera praefatio quaedam ab „Otthone Truchses Cardinale Albanensi et Episcopo Augustano“ Dilinga 9. Februarii 1565 data comparet; in qua *cardinalis Otto* „gaudere“ se dicit, quod „Brevia Apostolica“ illa a Pio IV. in gratiam Societatis Iesu paulo ante scripta „in lucem proferantur“. „Quod si usquam alibi Patres illi, quos inde ab initio satis perspectos habuimus, tum certe in Germania nostra laudem hanc promerentur, ut ab omnibus pijs propter singularem integritatem, pietatem atque doctrinam studiosa commendatione, et aduersus calumniatores omnes publica etiam defensione digni existimentur“; sequuntur 4 litterae apostolicae a Pio IV. Societatis defendendae et commendandae causa Roma missae 29. Decembris 1564 ad Maximilianum II. imperatorem, 30. Decembris 1564 ad Danielem [Brendel] archiepiscopum et electorem moguntinum (litteris adnotatum est, eodem modo ad [Ioannem von der Leyen] archiepiscopum et electorem treverensem scriptum esse), Albertum v. Bavariae ducem, ipsum cardinalem Ottonem. Libellum vidi in cod. „Brevia et Rescripta Antiquissima“ n. 82. Qui denuo editus est a. 1566 Lovanii apud Rutgerum Velpium isque ita, ut appendix quaedam esset ad „Litteras Indicas“ (vide *Can.* IV 987). Atque in hac editione (f. IV a) notatum est, a Pio IV. etiam ad [Fridericum de Weda] archiepiscopum et electorem coloniensem „eodem exemplo“, atque ad electores moguntinum et treverensem, scriptum esse. Minus autem recte doctissimus ille vir *Franciscus Suarez* S. J. Pium IV. his litteris Martini Chemnitii „Theologiae Iesuitarum praecipua capita“ et alios eiusdem Chemnitii libros damnasse affirmat (De virtute et statu religionis, Tract. X, l. 1, c. 1, n. 5, Moguntiae 1626, 357); constat enim, Pium IV. libellos famosos adversus Societatem Romae a Caesarino compositos et per Germaniam sparsos damnare voluisse; vide *Can.* IV 761—762 773—775, et plura infra. Gervicus de Schwarzenberg, quem Romam „una cum his litteris venire“ Canisius scribit, secum attulisse videtur binas illas litteras commendaticias, quas Otto cardinalis Truchsess in ipsius atque Guilielmi „Lesch“ et Philippi Fuggeri gratiam ad Borgiam et ad Natalem (hunc enim nomine „vicarii generalis“ significasse videtur) Dilinga 6. Februarii 1565 dedit, simulque epistulam Dilinga 9. Februarii 1565 datam, qua Otto toti Societati dolorem ob Lainii excessum a se conceptum declarabat; quae epistulae exstant apud *Aug. Theiner*, Schweden und seine Stellung zum heiligen Stuhl unter Johann III., Sigismund III. und Karl IX. II, Augsburg 1839, 308—309.

S. Franciscus Borgias Canisio per Polancum rescripsit 5. Aprilis 1565.

1200. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** vicario generali Societatis Iesu. (Epistula altera.)

Dilinga 10. Februarii 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1892 ex autographo (2°; 2 ff; in p. 4 manu Canisii, ut videtur: „† Defectus collegii Dillingensis“), in „E. C. 1“ n. 151 (f. 12 13) posito, exscriptum, sub. a. 1903 cum eodem autogr. collatum est.

Res collegii dilingani: Rector non est idoneus ad id officii (quod Dilingae singulariter grave est) administrandum. Minister ob infirmam valetudinem in patriam remittendus. Socii cuiusdam animus aeger sedatus est. Socius quidam, sine sponsa vivere nolens, dimissionem petit. Socius quidam pecuniam clam retinuit. Socii cuiusdam ingenium agreste Romae domari debet. Alius quidam moribus liberioribus est. In contubernio S. Hieronymi, ex quo magna sperare licet, praefecti dissentiunt. Cardinalis novam domum promittit; qui frugalius vivere debebat. Quid de sumptibus graduum academicorum et de Beanis statuendum?

Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Visum est non ab re fore, si de collegij huius Dillingensis ratione dicam, quae ad illud rectius tum cognoscendum, tum gubernandum maxime pertinent[1]. Atque ut a capite seu Rectore ordiar, optandum esset sane D. Theodoricum Canisium rectoratu Ingolstadij liberatum huic praefici collegio, quod triplicem et grauem[a] prouintiam adfert Rectori, nimirum ut idem gubernet fratres domi, studiosos et academiam foris, tum uicinum quoque collegium S. Hieronijmi, aut saltem praefectos eius Regentem et Subregentem, qui sunt eruntque posthac nostri instituti. Jam D. Henricus Dionijsius (ut sum saepe testatus) ad Cathedram potius Coloniensem, quam ad huiusmodi munia sustinenda par est[2]. Cum autem ante sit mihi responsum, illum petentibus Coloniensibus restituendum esse, hoc unum precor, vt qui venturus est huc D. Theodoricus, commodum accipiat Ingolstadij successorem, ut morosos illic academiae professores[3], et nostros difficili quoque ingenio praeditos[4] facilius conciliemus, utque maiores in illo collegio distractiones euitemus. Facit interim quod potest bonus hoc loco Rector, cui deest talentum ad loquendum Germanis, ad conuersandum cum exteris, ad continendos in officio fratres, ad collegium in spiritualibus et externis administrandum. Itaque cupit etiam R. D. Cardinalis fratrem meum accedere, sicuti saepe scripsi.

Minister collegij huius est P. Ioannes Seeff Leodiensis[5], quem diutius retinere non possumus, quod iamdiu male ualeat[b], et ad patrium aerem proprius[c] [?] accedere debeat ex medici Consilio. Unde nec audemus illum hoc loco seruare, cum possit utcumque restitutus, alibi non sine fructu seruire nostris. Verum quem illi substituamus non uideo, cum tamen magis Rector hic egeat quam alibi, multum exercitato Ministro, utpote cum sit externis curis, quotidie praegrauatus. Ex Vrbe mitti ad nos aliquem Ministrum, praesertim qui Germanice norit loqui, satis intelligo difficile fore, quando et professores alios Ingolstadij necessarios consequi non possumus[6], Dominus respiciat hanc collegiorum et frequentem certe inopiam atque necessitatem.

a) *In autogr. sequitur* sane, *a C. oblitt.* b) *Huic loco in margine autographi manu romana (Polanci?) ascriptum est:* [Si scriuera ai Padri V]inck et Everardo [che] mandino un al[tro min]istro si fieri possit — — sapesse — — re. *Vide infra Polanci epistulam 5. Apr. 1565 ad C. datam.* c) *Sic ap.; legendumne* propius?

---

[1] Canisius collegium hoc, ut suo „praepositi provincialis" officio satisfaceret (Constitutiones S. J. P. 8, c. 1, J.; Conc. Trid. Sess. XXV., de regul. c. 1 20), visitabat.

[2] Coloniae in ecclesia metropolitana magna cum laude et egregio cum fructu contionatorem egerat (*Can.* III 552[4] 799 815. *Jos. Hansen*, Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542—1582, Bonn 1896, 493).

[3] Cf. *Can.* IV 569 595 777 937.

[4] Maxime significare videtur PP. Alphonsum Pisanum et Theodoricum Peltanum theologiae in universitate illa professores; qui cum animis essent vehementioribus, haud ita facile vel inter se vel cum reliquis professoribus pacem servare poterant; vide *Can.* IV 177 441 513 684.

[5] De hoc vide *Can.* IV 684. [6] Cf. *Can.* IV 441.

D. Cunradus[1] inprimis facessit Rectori negotium, dum abundat in suo sensu[2], et libere iudicat apud se et fratres de rebus ad gubernationem spectantibus. Difficile est illi facere satis, facile queritur, et nescio quo demum adspirat. Miratus sum cum huc accederem primum, quod Rectori minaretur, se non mihi confessurum neque uota renouaturum esse[3]: alibi se posse, etiam relicta Societate, cum fructu seruire proximo, hic paucos dari sibi auditores, non suppetere cubiculum soli, deesse commoditates etc. Haec iussit mihi per Rectorem exponi, et postea coram exposuit ipse quoque, multas, sed parui sane momenti querelas obtendens.

Adfuit autem mihi Dominus, ut reddiderim illum sedatiorem, utque cum fratribus alijs confessionem et renouationem sacram peregerit. Optabat P. Aloisius[4], hunc bonum et difficilis naturae Patrem, qui sua pertinacius in disputando defendere solet[a], neque optimo patri multoque doctiori Theologo et philosopho D. Torrez[5] cedere uult ubi necesse foret: optabat inquam, illum transferri Viennam aliquando, et huc mitti aliquem. Certe in Germania huiusmodi Germanos magis, quam alibi, periclitari et insolescere iudico.

De M. Erasmo[6] Saxone non repetam, quae et ipse scripsit, et his adiunxi ego, meam simul in eo scripto explicans sententiam[7]. Parum spiritus in eo cernunt fratres, quamuis minus quam antea Nicolaus[8] offendat in externo conuictu. Sine sponsa non uult miser uiuere, nec agnoscit errorem, ut uellem, imo mendacium suum in ipsorum uotorum nuncupatione commissum. Si tantum Rhetorem et Graece utcumque peritum haberemus, lubenter illum sineremus abire, quem satis etiam ualetudinarium experimur[b]. Cum nullo peius agitur quam cum hoc fratre, si tamen hoc nomen ille meretur, quem Dominus in viam salutis[9] adducat. Hoc unum in illo commendo, quod nolit absque facultate superiorum discedere: nec posset quidem aliter ad sacramentorum usum admitti. De illo igitur extremam expecto sententiam.

Fuit unus fratrum, qui multis abhinc mensibus pecuniam circumgestabat occulte, uno dumtaxat conscio fratre, qui nimium diu

a) *In marg. autogr. manu romana, de qua supra, adn. b, dictum est, notatum est:* Che li scriua il Padre Rettor parlando prima con P. Madrid. *Vide infra epistulam de qua p. 12, adn. b.* b) *In marg., ut supra:* che si mandarà uno.

---

[1] P. Conradus Swagerius, theologiae professor; de quo vide *Can.* IV 375[10] 420.

[2] Rom 14, 5.

[3] Swagerius ex ipso Societatis instituto tum vota religiosa renovare tum rationem conscientiae vel in sacra confessione vel alio modo suo reddere debebat praeposito: *Constitutiones S. J.,* Ex. c. 4, n. 36—39; P. 4, c. 4, n. 5 et D., c. 10, n. 5.

[4] De Mendoza; vide supra p. 6.

[5] P. Hieronymus Torrensis et ipse theologiam Dilingae tradebat; vide *Can.* III 519—520; IV 430—432.

[6] Völcker, Societatis fratre scholastico; de quo vide *Can.* IV 702—706.

[7] Haec perisse videntur.

[8] Servatius; vide *Can.* IV 423 433 500 713.

[9] Act 16, 17.

celauit hoc crimen. Sed Domini bonitate factum est, ut sine turbis, quas metuebamus, proprietarius ille priuatim a superiore monitus resipuerit, riteque perfecerit quae ad votorum renouationem spectant.

Petrus[1] Louaniensis, qui cum Joanne Viero heri profectus est Romam, non solum hic, sed etiam Jngolstadij nimium liber fuit, dum naturam agrestem et feram sequitur[a]. Valde rogamus, ut ab initio deponantur illi Romae cornua[2], utque diligenter probetur et componatur hoc ingenium suapte sponte barbarum et informe satis, neque statim ad studia ingrediatur. Exhibuit et ipse negotium suis saepe Rectoribus. Verum alter frater nihil habet reprehendendum, qui et pius, et studiosus est.

M. Gerardus[3] Louaniensis in classe Logica docet feliciter, sed domi se ipsum male regit, et natiuam in iudicando et agendo libertatem non vincit: unde facilius augentur illi scrupuli, maerores, tentationes, quibus non parum subiectus esse solet. Hic quoque collegij quietem subinde perturbat, dum liberius agere multaque sibi contra communes regulas permitti vult: neque tutum est illi multa negare, qui facile perturbatur, nisi tractetur molliter. Dominus confirmet fratres in utroque homine imbecillos.

D. Thomas et M. Rauenstein inter se dissident aliquando circa collegij Hieronijmiani gubernationem[4], neque alter alteri tantum tribuit quantum par[b] est. Hoc incommodum ex differenti utriusque, suavis et severae, naturae ratione profectum, facile tolli posse putarim, si Rectorem haberent aptiorem in hoc collegio ad sedandos huiusmodi motus et ad consilia in rebus saepe grauibus impertienda. D. Thomas non aeque ad gubernandum valet, ac M. Rabenstein, proficit tamen in hac functione, fitque liberior apud adolescentes, quorum cura est Dilingae difficilior partim ob immodicam turbam, partim ob praesentes[5] adhuc exteros, qui antea praefuerunt, partim ob inveteratum morem collegij, qui suas etiam spetiales leges adfert ac rationes uiuendi[c][6]. Igitur non parum negotij nostris exhibetur in collegio Hieronymiano, quod ut bene constituatur, priores illos guber-

a) *In marg., ut supra:* che prima hauea ad hauer la facolta et chesi aiutarà. b) *Ita C. ipse correxit ex* sat. c) *In marg. manu rom., ut supra:* che procuri di aiutarli.

---

[1] Vranx; vide supra p. 4.

[2] Canisium „depositionem cornuum“ „Beanorum“ ea aetate usitatam significare ex iis quae paulo infra sequuntur, collegeris; de qua depositione vide infra p. 15[2].

[3] Pastelius; vide *Can.* IV 460 736.

[4] P. Thomas Darbishirus sive „Anglus“ huius contubernii „regens“, P. Ioannes Rabenstein eiusdem „subregens“ erant; vide *Can.* IV 599[1] 762[9].

[5] Usque ad aestatem vel autumnum a. 1564 Cornelius Heerlen a Rosenthal, qui etiam universitatis rector fuerat, contubernio huic praefuerat; vide *Can.* III 283; IV 694—695.

[6] „Statuta“ sive leges huius contubernii a. 1557 ab Ottone cardinali latas denuo vulgavit *Thom. Specht*, Geschichte der ehemaligen Universität Dillingen, Freiburg i. Br. 1902, 624—634.

natores abire cupimus et speramus: deinde nouis aedificijs maioribusque sumptibus D. fundatoris opus habemus. Ac plurimum sane refert hoc collegium rite constitui, cum ex eo singularem fructum in studiosis Germanis sperare liceat, qui nusquam alibi ad catholicae Religionis normam sincerius et purius institui uidentur. Unde permulti tum diuites, tum nobiles, suos illic liberos ali cupiunt et rogant saepenumero.

Mittit fundator huius Gijmnasij ideam quandam futurae domus, in qua sustentari possent e nostris 80 fratres[a]. In libro scripto U. Reuerentiae ideam illam inclusimus. Structura triennio absolueretur. Fortasse P. Aloisius simile quiddam attulit. Nihil deesse video, praeterquam ut Cardinalis fiat frugalior et se componat rectius ad sumptus primum colligendos, quibus exoluat antiqua debita, quibus fundationi annexos proventus nobis pendat[b], quibus demum utrique collegio subveniat, ut habeant unde uiuant alumni siue praeceptores siue discipuli. Verum e divina potius quam humana ope pendendum nobis puto. Quid sit facturus Cardinalis ualde dubito. Redit ille ad ingenium semper: multum spei more suo pollicetur: quid praestare possit non uideo. Dixit mihi oeconomus[c] illius, quod ne aulam quidem suam diu conseruare possit, nisi dimissis ex aula compluribus. Id ab illo impetrari posse diffido. Dominus illi gratiam suam augeat.

Expectamus promissum responsum, quid facere nos oporteat circa sumptus eorum, qui hoc loco gradus assumunt[d] [1], et circa depositionem[e] (ut vocant) studiosorum, qui Beani et plus quam rustici habentur, nisi cornua primum illis (ut ipsi sentiunt) deponantur pro recepto more gijmnasiorum Germanicorum[2]. De his alijsque pluribus aliquid certius habere desideramus, ut huic scholae rectius consulatur.

a) *Octo vv. sqq. (ab ipso C., puto) in margine addita sunt.* b) *A C. ipso correctum ex* reddat. c) *Ita in aut. corr. est ex* acononomus. d) *In marg., ut supra:* che uenga informato. e) *Ita C. vel scripsisse vel saltem scribere voluisse omnino censeo; cf. supra p. 14, adn. 2, et infra adn. 2. Apogr. habet:* dispositionem.

[1] *S. Ignatius* constituerat: „Ad gradus Societas gratis promoveat. . . . Et sic non permittentur convivia, nec alii ludi, qui cum sumptibus non mediocribus fiunt, et ad finem nobis propositum inutiles sunt: nec pilei, aut chirothecae, vel quid aliud detur“: Constitutiones P. 4, c. 15, n. 4 et F.

[2] Iam inde a medio aevo quicumque ad universitatem primum accedebant, pro „Beanis“ (bejaune = bec-jaune = Gelbschnabel) sive „Bachantibus“ vel animalibus agrestibus habebantur et, antequam in album academicum inscriberentur, „beanismum“ sive „depositionem cornuum“ subire debebant: Astantibus decano facultatis philosophicae, magistris, testibus aliis coria cornuaque taurina eorum capitibus imponebantur; cornua serra praecidebantur; mallei quoque, forcipes etc. iis adhibebantur. Saeculo XVI. hic ritus multis locis in barbariem quandam et luxuriam abibat (*G. Kaufmann*, Die Geschichte der deutschen Universitäten II, Stuttgart 1896, 232—233. *Joh. Janssen*, Geschichte des deutschen Volkes VII [13.–14. Aufl., bes. von Ludw. Pastor, Freiburg i. Br. 1904] 219—220). Ritus singillatim describitur ab *Iac. Pontano* S. J., Progymnasmata Latinitatis I[7] n. 84, Ingolstadii 1597, 340—347.

Mittit praeterea D. Cardinalis Instrumentum authenticum de translatione Rectoratus in Societatem facta[a] solemniter, ut antea scripsimus, cum P. Aloisius nobis adesset[1]. Quod si quid corrigendum erit in eodem Instrumento, admoneri cupit D. Cardinalis, lubenter secuturus aliam Instrumenti formam, quam rectius isthic confectam acceperit[b].

Atque haec, satis esse uidentur ad aliquam de hoc collegio, quod multum nobis negotij adfert, rationem reddendum[2]. ut R. P. T. re tota plenius intellecta, nostras operas felicius in Christo iuuare et promouere possit. Illius precibus et sacrificijs nos et gijmnasium[c] hoc, semper cupimus commendatum iri. Dilingae 10 Februarii 1565.

Seruus in Christo P. Canisius.

Polancus mandatu S. Francisci Borgiae Canisio respondit 3. Aprilis 1565.

1201. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, Societatis Iesu vicario generali. Dilinga 15. Februarii 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo (2°; 2 ff.; Canisius sua manu nomen [„Seruus" etc.] subscripsit et inscriptionem posuit) in „E. C. I" n. 153 (f. 17 18) posito exscriptum, sub a. 1903 cum eodem archet. collatum est.

Gaudet Borgiam Societatis vicarium constitutum esse. Congregationem quandam provincialem instituet. Cardinalis Augustanus Canisium stato tempore Romam venire posse non censet, quod in imperii comitiis principes catholicos iuvare debeat; Canisius Borgiae arbitrio se permittit. Rogat, ut Roma Dilinganis minister, Augustanis contionator etc. mittantur. P. Stevordianus. Iuvenes Romam venturi. Cardinalis Lainio exequias sollemniter faciet. Lainii vita Roma mittenda. Comes polonus Societatem ingreditur.

† Pax Christi Admodum Reuerende Pater.

Qui nobis in uitam meliorem transtulit foel. mem. Patrem et Praepositum nostrum, (Christo is uiuat beatus) idem pro sua immensa bonitate suffecit talem illius optimi patris vicarium, ut ex hoc primo nuntio magnam sane consolationem in domino capiamus et singulares Christo gratias[d] debeamus et agamus[e] universj[3]. Quod uero ad me et provintiam hanc omnem pertinet: ex animo precamur Societatis nostrae summum aeternumque conseruatorem ut hanc nouam P. Vicarii electionem simul et administrationem prosperet in suj[f] nominis gloriam. Curabitur autem, quemadmodum Reuerenda P. tua pro sui

a) facti *autogr.* b) *In marg., ut supra:* S' e riceuuto et si uederà quando sara la Congregatione come si uederanno altri simili et al hora si respondrà al Cardinale. c) gijnasium *ap.* d) *In arch. sequitur* merito, *oblitt.* e) *In arch. sequitur* ut (?), *oblitt.* f) *Ita in arch. corr. est ex* in suam aeter.

[1] Hoc instrumentum vide in *Can.* IV 920—727.

[2] Initio a. 1565 Dilingae, ut ex *Catalogo supra (p. 4) memorato intellegitur, 25 Socii degebant, ex quibus 11 sacerdotes, 3 fratres laici, reliqui scholastici erant.

[3] Haec et sequentia verba ostendunt, Canisio hoc tempore in manibus fuisse epistulas Roma 20. et 21. Ianuarii 1565 datas, quibus Lainium vita cessisse, Borgiam electum esse vicarium generalem, congregationem generalem Societatis Romae habendam esse nuntiabatur (*Can.* IV 783—789).

muneris ratione monet diligenter, ut quamprimum licebit commode, congregentur Patres ex hac provintia praecipui, et inter se illi conferant, quos ad futuri Praepositi Generalis electionem rectius in Vrbem mitti posse sentiant. De me hoc unum dicam, Reuerendissimum Dominum Cardinalem hodie suam mihi sententiam explicasse, quam scripto etiam fortasse confirmabit atque defendet[1], nimirum propter Comitia Imperij Mense Maio, (ut putant), Augustae inchoanda[2], me difficulter abesse, et Romam proficisci posse tempore[a] constituto. Respondi uero, me facturum quicquid Dominus per superiores meos constitueret: Neque adeo meam sane praesentiam rebus Germanicis uideri necessariam, et conuentum vix satis indictum Imperij lente progredj ut ante[b] autumnum huius anni parum in illo sit forte tractandum. Interea Principes uix conuenturos esse. Ille uero contra putabat, me inde ab initio tum sibi, tum Principibus quibusdam catholicis et maxime Archiepiscopis adesse oportere. Ego[c], ut dixi, in Obedientiae sanctae decreto libenter acquiescam et nostros monebo Patres[d], ut de me ipsi statuant libere, omniaque referant ad arbitrium R. P. tuae, quae nos adhuc poterit in tempore certiores reddere, quicquid ad maiorem Dei gloriam nobis faciendum esse putarit. Scripsi postremis de huius collegij defectibus[e]. Nunc hoc unum rogo maxime, ut P. Vendelinus Germanus[3] Dilingensi collegio Minister assignetur[f], cum P. Joannem Seeff propter aegritudinem hoc loco diutius non liceat retinere: ille uero non adeo necessarius esse Romae uideatur, aut propter studia, in quibus parum proficiet, aut propter confirmationem uocationis, in qua firmum et solidum illum esse scimus. Permultum autem interest, talem huic collegio ministrum dari, cum Rector partim ob Gymnasij, partim ob Collegii huius administrationem domi ac foris plurimum distrahatur, ut nusquam fere alibi. Nos quidem in hac prouintia, quocumque oculos uertamus, ministrum nullum possumus reperire. Cum hoc ipso P. Vendelino mitti fortasse posset Professor aliquis Ingolstadium, et P. Georgius Faber Germanus[4] qui non incommode contionaretur Augustae, si

a) *In marg. arch. manu illa romana, de qua supra p. 12b, notatum est:* responderassi altra volta che non é in Roma il vicario al cardinale. b) *In arch. sequuntur vv.* alterum hui, *oblitt.* c) *In arch. sequitur* uero, *oblitt.* d) *In arch. sequitur* bene, *oblitt.* e) deffectibus *apogr.* f) *In marg., ut supra (adn. a):* idem; *quo v. oblitterato ead. manu additum est:* non si puo, lui verra e vedera, e se li dara agiuto de [di?] quello che se potra.

---

[1] Litterarum Dilinga 16. Februarii 1565 hac de re ab Ottone cardinale ad Borgiam datarum partem ponam infra in monumentis italicis n. (1).

[2] De his comitiis habendis hoc tempore agebatur (*Walt. Goetz*, Beiträge zur Geschichte Herzog Albrechts V. und des Landsberger Bundes 1556—1598, München 1898, 321[1] 324). Sed multo post habita sunt: Maximilianus II. imperator 12. Octobris 1565 ea indixit in diem 14. Ianuarii 1566 (*Fr. Dom. Häberlin*, Neueste Teutsche Reichs-Geschichte VI, Halle 1778, 134).

[3] P. Wendelinus Völck (de quo *Can.* II 95[2] 308—309) in collegio romano theologiam audiebat (* *Catalogus* domus Augustanae S. J. exeunte a. 1566 compositus. „GSC 66" f. 398[a]). [4] De hoc vide *Can.* IV 120.

mihi Romam a Paschate ueniendum esset[a]. nam Princeps Bauariae[1] P. Martinum vult redire Monachium statim[2]. Verum de uiatico nihil erit difficultatis, si tantum de mittendis aliquid fuerit nobis responsum. Dominus in suam gloriam omnia[3].

Discesserunt his diebus Nobiles Germani ad Collegium Germanicum proficiscentes, quibus nostras[b] adiunximus prolixe scribentes de variis hoc loco non repetendis[4]. Reuerendissimus Cardinalis curabit, ut statim pro suo Barone eiusque Pedagogo[5] tantum numeret[c] [?] isthic pecuniae quantum satis erit in annum. Sic enim mihi promisit. Idem lachrimis testatus est amorem ac dolorem animi sui, cum scriptum de P. nostri benedictj[d][6] [?] obitu perlegisset. Cras iubebit solennes decantarj uigilias, et mox exequiae subsequentur honorificae, in quibus sacrum ipse statuit decantare, omniaque geri[e] celebriter, nobis licet nihil tale suggerentibus. Habebitur et oratio funebris in qua laudatissima benedicti Patris uita narretur aliqua saltem ex parte[7]. Et sane maiorem in modum rogamus, ut quicquid extat Romae scriptum[f] [?] fortasse, aut quod scribi facile possit de talis tantique Patris moribus et exemplis, id nostris etiam fratribus benigne communicetur, et ad posterorum[g] aedificationem nobis transscriptum destinetur[h].

Sigismundum[8] in Urbem remittemus, cum licebit commode. Nunc misimus ex fratribus duos Petrum Louaniensem et Ioannem Vierum, qui ab ingressu Italiae non aberunt procul fortasse, ut Romam quoque petant. De his alibi scripsimus[9].

Benedictus Deus, qui fratrem Stanislai[10] Comitis Poloni D. Hieronymum hac donavit gratia, ut se totum nobis et Societatj in Christo consecrarit. Homo est prudens, utcumque doctus, in aulis uersatus et non uulgaribus Dei donis praeditus[i]. Quamquam optat hoc suum decretum non nisi paucis manifestare his primis quidem mensibus, ut eo commodius possit se suis retibus expedire. Hic sex adolescentes urgere non cessant ut ad societatem et institutum admittantur,

a) *Novem vv. sqq. ab ipso C. in marg. addita sunt.* b) nostros *ap.; sed* nostras *[= nostras litteras] legendum esse ex iis quae proxime, et iis quae paulo infra sequuntur, plane colligi censeo.* c) *Sic ap.; corrigendum fortasse* numeretur *vel* numerent. d) *Vel* beatj. e) *In ap. sequitur* unde *vel simile v., oblitt.* f) *Vel* scripti. g) *Ita C. ipse correxit ex* illorum. h) *In marg., ut supra:* idem. i) *In marg., ut supra:* Se non ci e cosa che molto *[correxi ex* di molta, *quae librarius in apogr. posuerat]* importi per impedirlo lo meni seco.

---

[1] Albertus v. Bavariae dux.

[2] P. Martinus Stevordianus S. J. m. Ianuario a. 1565 Augustam missus erat, ut Canisii loco in ecclesia cathedrali contionaretur; vide *Can.* IV 792. *Ign. Agricola* S. J. perperam „Martinum Stevartium“ eum appellavit (Historia Provinciae Societatis Iesu Germaniae Superioris I, Augustae Vindelicorum 1727, Dec. 3, n. 163).

[3] De hac dicendi ratione Canisio usitata vide *Can.* IV 512[2] 683.

[4] Vide supra p. 2—3.

[5] Pro Gervico de Schwarzenberg et Philippo Doberainer.

[6] Iacobi Lainii. [7] Cf. infra p. 31 et monum. dil. n. (3).

[8] Dominatium. Vide *Can.* IV 795. [9] Vide supra p. 4.

[10] Rosdracevii (Rożdrażewski) a. 1560 Vindobonae Societatem ingressi; de quo *Can.* II 649[4].

eosque[a] nonnihil probatos paulatim recipiemus. Plurimum nos ac nostros omnes Domino cupimus commendarj per sacrificia ac preces R. P. tuae in Christo IESV Domino nostro, qui suam in nobis gratiam augere dignetur. Ego hinc discedam propediem Domino fauente.

Dilingae 15 Februarij 15.6.5.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo patri[b], P. Francisco de Borgia, Vicario generali Societatis Jesu. Romae.

Polancus Canisio respondit suo nomine 10. Martii, mandatu S. Francisci Borgiae 17. Martii 1565.

1202. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, episcopo principi varmiensi. Dilinga 16. Februarii 1565.

Ex archetypo (2⁰; 3 pp.; in p. 4 inscr. et sig.), cui Canisius ipse subscripsit (Seruus etc.). Cod. cracov. „Czar. 1608“ (v. *Can.* IV LXXI) p. 195—198.

Albertus V. Bavariae dux, Ferdinandus et Carolus Austriae archiduces religionis conservandae spem catholicis praebent. Cardinalis Augustanus Canisium in proximis imperii comitiis sibi adesse vult. Electio novi praepositi Societatis. Lainii pia mors. Dilingae studia florent. Collegium braunsbergense. Spes provinciae Societatis polonicae instituendae. Contionatores desunt. Seminaria tridentina paucis cordi sunt. Calix laicis concedi non debet. Multi protestantibus nimium connivent. Hosii liberalitas.

Pax Christi Illustrissime Domine Patrone.

Cum essem Monachij, commode sunt allatae mihi literae Celsitudinis tuae[1]: quod Princeps Bauariae cum suis Consiliarijs[2] libenter intelligeret, a talj Praecone laudarj constans officium Bauaricae domus in Catholica religione conseruanda, et aduersus Sathanae Synagogam[3] uindicanda. Tueatur nobis Dominus diu saluum hunc Principem, qui una cum duobus Archiducibus Austriae[4] multum spej nobis praebet[c] in Catholicismo retinendo, quicquid tandem nouj adferat nobis Affrica[5] et Punicorum fides in proximis Imperij Comitijs tentet[d] [6]. Haec mense Maio

a) *In arch. sequitur* pa, *oblitt.* b) *In arch. sequitur* ac, *oblitt.* c) praebent *archet.* d) *Hoc v. ab ipso C. supra versum scriptum est.*

---

[1] Has vide *Can.* IV 756—758.

[2] Praecipuus inter Alberti v. consiliarios erat Simon Thaddaeus Eck cancellarius; cf. *Can.* IV 1049. [3] Apc 2, 9; 3, 9.

[4] Ferdinandus (II.) princeps erat Tirolis et Austriae anticae, Carolus (II.) Styriam, Carinthiam, Carniolam regebat.

[5] „Λέγεται δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς Λιβύης παροιμιαζόμενον, ὡς ἀεί τι τῆς Λιβύης τρεφούσης καινόν, διὰ τὸ μίγνυσθαι καὶ τὰ μὴ ὁμόφυλα ἀλλήλοις λεχθῆναι τοῦτο: *Aristoteles,* De animalium generatione l. 2, c. 7 (alias c. 5). „Multiformes ibi animalium partus: . . . Unde etiam vulgare Graeciae dictum: Semper aliquid novi Africam afferre“: *C. Plinius Secundus,* Historia naturalis l. 8, c. 17. De hominibus lubricae fidei et cupidis rerum novarum haec dicebantur.

[6] „Comperior Bocchum magis Punica fide quam ob ea, quae praedicabat, simul Romanos et Numidam spe pacis attinuisse multumque cum animo suo volvere solitum, Iugurtham Romanis an illi Sullam traderet“ etc.: *C. Sallustius Crispus,* De bello Iugurthino c. 108 (al. 116). Apud *Titum Livium* „perfidia plus quam Punica“ et

Augustae inchoanda esse dicuntur, a quibus ego non minus abesse cuperem, si liceret, quam Celsitudo tua uoluit a Polonicis Comitijs nuper abesse. Romam sane uocor, ut idoneus Societatis nostrae gubernator foel. mem. Praeposito nostro generalj Laynez aestate futura sufficiatur. Sed Illustrissimus Cardinalis noster me in Comitijs sibi seruare contendit. Fiat autem uoluntas Dominj[1]. Nihil dicam de Patris nostrj uere pij ac religiosi obitu. Cum illo quidem praeclare actum esse putamus, quod debitis uirtuti suae praemijs apud Christum et sanctos eius modo fruatur: Nos uero etsi non possumus talis tantique viri desiderio non maximo tenerj, tamen illius charitate ac precibus nos adiutum iri confidimus, ut militia nostra terrestris atque haec tota Societas foelicius dirigatur. Viuat ille Christo, ut certe uiuit, in sempiternum. Misi cum postremis literis librum nouum de Communione sacra et Catholica[2]. Nunc Dilingae uersor, ubj florent studia ut antea nunquam, nostris docentibus, et frequens est numerus studiosorum, Christo sit semper gloria. Caeterum quod amanter expostulat mecum Amplitudo tua, quia non uenio in Prusciam, maius apud me pondus haberet, si curae meae subiectum esset hoc Collegium Prutenicum[3]. Nunc uero neque in Austria, neque in Bohoemia dici possum Prouincialis. Nam multitudo Collegiorum nostrorum effecit, ut prudentes maiores nostri hanc Prouinciam, quae unius humeris antea incumbebat, in multos partiti fuerint. Vnde suum habet Praepositum Austria, suum Rhenus, suum Belgica: mihi nunc Sueuica et Bauarica demandata est, etsi nomen hoc man[et,] ut Praepositus Germaniae superioris appeller. Spero autem breui fore, ut Polonia suum accipiat quoque Praepositum, praesertim cum unum atque alterum accesserit Collegium. Atque interea Romam scripsi de uoluntate Celsitudinis tuae, ut non desit in Prutenica messe operarius Germanicus, qui dominicum semen spargat[4] Domino cooperante[5]. Quanquam non dubitem, M. Petrum[6] Treuerensem, de quo antea scripsi, in Prusciam Christo duce nunc peruenisse, ut possit et ille seruire populo, et diuini uerbj esse minister[7]. Certe si usquam alibi, tum in Germania penuriam Concionatorum experimur, ut optimis etiam

„versutiae Punicae“ commemorantur: Historiae l. 21, c. 4; l. 42, c. 47. Equidem coniecto, Canisium hoc loco non solum protestantes, sed, obscure tamen, etiam Maximilianum II. imperatorem et aliquos, quorum consiliis is utebatur, ut Georgium Vicelium et Georgium Cassandrum, claudicantes illos theologos, significare (*O. H. Hopfen*, Kaiser Maximilian II. und der Kompromißkatholizismus, München 1895, 113—114 124—125. *Theod. Jos. Scherg*, Über die religiöse Entwicklung Kaiser Maximilians II., Würzburg 1903, 98—101).

[1] Act 21, 14; cf. Mt 6, 10; Lc 22, 42 etc.

[2] P. Pauli Hoffaei S. J. „Gründtlicher Wahrer Bericht von Catholischer Communion“ etc., München 1565; v. *Can.* IV 782.

[3] Braunsbergense. [4] Cf. Mt 9, 37 38; Lc 10, 2; 1 Tim 5, 18 etc.

[5] Mc 16, 20. [6] Fahe; vide supra p. 7[2].

[7] Cf. Act 6, 4; Col 1, 23.

viris ac principibus de nobis bene meritis non liceat facere satis, quemadmodum desideraremus. Nou[it] enim Sapientia tua in hac deserta corruptaque me[sse] perpaucos darj operarios, quibus optata suppetat facultas docendj atque persuadendj hoc tempore conuenienter. Respiciat ergo nos Deus oculis gratiae suae, et extrudat ipse in messem Operarios[1], faciatque secundum cor suum[2] Concionatores et multos, et idoneos. Hos uero facilius consequeremur, si ratio seminarij Ecclesiastici, quemadmodum Synodus Tridentina requirit[3], diligens haberetur. Verum necdum experimur, quibus cordi sit hoc pium, sanctum et Ecclesiae necessarium institutum.

Maligni homines Romae finxerant nescio quem contra nos Pasquillum, qui deinde in aulis Principum spars[us] est. Pontifex indigne tulit nouum hoc genus calumnian[di,] ac proinde nobis innocentibus uoluit patrocinarj, missis ad principes quosdam literis, quemadmodum earum exempla his adiuncta docebunt[4].

Quod ad Calicem attinet, experiemur in Quadragesima, quid turbarum aduehat secum. De illo arripiendo Archiepiscopj frigide cogitare et uix somniare uidentur; quia nullum eius fructum experiuntur[5]. Hoc unum metuimus, ne boni ciues sint magistratus non boni: et qui sunt seruj non malj, sua deinde potestate ubj Dominj esse debebant[a] [?], abutantur ac turpiter seruiant. Volunt enim hominibus placere[6] magis quam obedire Deo[7], et pudet[b] legem suae matris[8] mordicus retinere[c]. Vnde timuerunt etiam ubj non est timor[9], sed ubi[d] offertur causa potius christianae fidej et fortitudinis exercendae. Quis non doleat mundj spiritum[10] in Christianis tam esse potentem, ut Religioni uim faciat, ut Ecclesiae instituta uiolet, ut misceat sacra prophanis? Magnum et metuendum hoc est iudicium Dej, ut leges ab his cogamur accipere, quibus per nos licuit sine legibus uiuere[11], sine timore peccare, sine Doctore discere. Sic impletur in nobis illud uereor; Per quae quis peccat, per haec et punitur[12]. Superest ut dormientes uigilent[13], caecj uideant[14],

a) *Sic; legendumne* debebunt? b) *Vocabulum a C. ipso (ut videtur) supra vers. scriptum.* c) *A libr. corr. ex* obsersuare. d) *A C. ipso, ut videtur, supra vers. scriptum.*

---

[1] Mt 9, 38. Lc 10, 2; cf. supra p. 7[5].
[2] Act 13, 22; cf. 1 Rg 13, 14; Ir 3, 15.
[3] Sess. XXIII, de ref. c. 18. [4] Vide supra p. 11.
[5] Canisius potissimum significare videtur tres illos archiepiscopos electores, de quibus vide supra p. 11. His et aliis Germaniae episcopis Pius IV. a. 1564 communionis sub utraque specie laicis concedendae potestatem tribuerat; v. *Can.* IV 575. Hosius metuebat, ne Varmienses quoque, maxime Braunsbergenses, calicem peterent; v. *Can.* IV 608[6] 756.
[6] Gal 1, 10. Eph 6, 6. Col 3, 22 etc. [7] Act 5, 29.
[8] Prv 1, 8; 6, 20. [9] Ps 13, 5; 52, 6. [10] 1 Cor 2, 12.
[11] Cf. Rom 7, 9.
[12] Sap 11, 17; ubi Vulgata nostra pro „punitur" habet „torquetur".
[13] Cf. Mt 26, 40 41; Mc 14, 37 38 etc.
[14] Mt 11, 5; 15, 31. Lc 7, 22. Cf. Is 29, 18; 35, 5 etc.

mutj loquantur[1], aderitque nobis Deus ex irato propitius, qui reddat Theodosios eosque subijciat Ambrosijs[2]. Verum quid ego sus Minerua[a] [?]?[3] Me ipsum iudicabo[4] potius et dicam, Medice cura teipsum[5]. Ignoscat ergo mihj benignitas tua, quod audacius ista ingeram, quae non sunt de meo foro ut uulgus loquitur, et ad ipsos potius pertinent[b] magistratus. Diuinae bonitati gratias agimus maximas, quod Amplitudo tua singularem nostris fratribus benignitatem et opem omnem exhibet: vtinam et illj sanctis suj Moecenatis uotis ac meritis queant respondere. Cupimus eos omnes in Domino plurimum salutarj. Dilingae 16. Februarij 1565.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patrj et Illustrissimo Domino, D. Stanislao Hosio S. R. E. Cardinalj et Episcopo Vuarmiensj, Patrono amplissimo.

Inscriptioni altera manu, vel potius duabus aliis manibus eiusdem temporis adnotatum est: „Redditae 25 [28?] Martij 1565 Petricouiae. Resp. 5 aprilis."

Equidem conicio, Canisium has litteras *Ottoni cardinali Truchsess*, quod hic se quoque Hosio scripturum diceret, tradidisse, et Truchsessium easdem Canisii litteras significasse, cum Dilinga 2. Martii 1565 Hosio scriberet: „Reuerendus Pater Canisius, de his quae scitu hic digna sunt, diffuse ad" Dominationem Vestram Illustrissimam „hisce litteris scribit" (ex archetypo. Cod. goth. „E. H. 3" [cf. *Can.* IV LXXII] f. 78 79).

1203. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Sancti Francisci de Borgia, vicarii generalis, CANISIO.

Roma 20. Februarii 1565.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine epistulae, ead. manu: „Padre Canisio"; in margine „Postscripti", ead. manu: „aggionta al P. Prouincial Canisio". „Germ. 61" f. 258b—259a 259b. Epistula usus esse videtur *Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars tertia siue Borgia, Romae 1649, l. 1, n. 5.

Mors Lainii. Congregationes generalis et provincialis. Brevia in Societatis defensionem data Dilingae excudi convenit, ut per Italiam aliasque regiones divulgari possint. Professionem fidei a Pio IV. magistris etc. praescriptam Socii facere debent; curandum, ut externi quoque eam faciant; monebuntur tamen inquisitores de difficultatibus, quas et in ea re, et in lectione bibliorum etc. germanicorum occurrere Canisius scripsit. Fuggerus, Velserus, alii collegii germanici convictores. Rectori ingolstadiensi Dilingam eundum, Ingolstadii „Vicerector" instituendus. Liber de communione. A reginis, antequam Oenipontem revertantur, neuter ex Sociis auferri potest. Sociis romanis pecunia a reginis donata gratissima est. Inopia romana sublevanda. Socii aliqui. P. Hoffaeus nimium laborat.

a) *Corrigendumne* Mineruam? *Vide infra adn. 3.* b) pertinet *archet.*

---

[1] Mt 15, 31. Mc 7, 37. Lc 11, 14. Cf. Is 35, 6.

[2] Hos duos principibus et episcopis in exemplum proponere usitatum erat Canisio; v. *Can.* I 178; II 228 232 758 850; IV 822 852.

[3] „Etsi non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte, quisquis [inepte quisque] Minervam docet": *Cicero,* Academicorum posteriorum l. 1, c. 4, n. 5.

[4] 1 Cor 4, 3; 11, 31. [5] Lc 4, 23.

Pax *etc.*[a] Riceuemmo quelle di V. R. de .27. del passato[1] . et credo che lei sera gia informato[b] per altre nostre lettere, come piaque à Jddio N. Signore chiamare à se N. Padre Generale . et come si é fatto Vicario il Padre Francisco de borgia . et ha intimato la congregatione generale per incirca la festa di .S. Gioanni[2] . fatta la pasqua, potra V. R. fare suo Capitulo prouinciale, acciò si faccia elettione delli doi professi, che hanno àuenire[3] . con V. R. et se si uedessi che non potrebbono tutti tre uenire senza notabil detrimento della Prouincia, uedasi quel che dice il 3º capo della ottaua parte delle constitutioni[4].

Poiche piacquero à V. R. li breui scritti contra li libelli famosi ueda de farli stampare in Dilinga, benche staria meglio questo al Cardinale[5], acciò si potessino mandare in più bande le copie, et per la Jtalia ne pigliariamo alcuno numero uolentieri.

Circa il motu proprio che obliga li Rettori delli Collegij, Lettori, et promouendi alli gradi, á[c] certa professione della fede Catholica[6], V. R. la faccia osseruare in tutti li nostri collegij, quanto alli nostri fratelli, et quanto alli forastieri si procuri anche che l' Jllustrissimo Duca[7], et Cardinal di Augusta, aiutino, per la esecutione, benche cio che V. R. scriue sopra questo[8], et sopra la facoltà di leggere la biblia et controuersie[9], si conferira con questi Signori Reuerendissimi Jnquisitori.

Si uerrà Filippo[10] figliolo del Signor Georgio, sara uolentieri riceuuto, et cosi li altri alli quali si era promesso della Germania.

Si[d] fermara anco in Roma il figliolo del Signor Consule[11], ma si hauera cura della sua sanita, et se quella ricercara mutatione, si mutara.

a) *Vide supra p. 1ª.* b) *Sequuntur vv.* come Jd, *a libr. oblitterata.* c) *Sequitur* que, *a libr. oblitt.* d) *Antecedit* se, *a libr. oblitt.*

---

[1] Has vide in *Can.* IV 790—794.

[2] Sub diem festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae sive 24. Iunii; v. *Can.* IV 787.

[3] De hac re vide *Can.* IV 788.

[4] „Non itaque infirmi ac valetudinarii . . . sed nec illi, qui prae manibus negotia habent magni momenti, quae absque gravi incommodo deseri non possunt, convenient. Pendebit autem hoc ex iudicio . . . eorum, qui congregati in singulis Provinciis fuerint, ut venturos ad generalem Congregationem eligant. . . . Prouinciali veniendum esse intelligatur, si possit; sin minus, pro se alium mittet, qui magis idoneus ei videbitur ex tribus, quos Congregatio provincialis elegerit": *S. Ignatius,* Constitutiones S. J. P. 8, c. 3, n. 1 et B.

[5] Ita iam factum erat; vide supra p. 6 11.

[6] De hac Pii IV. constitutione v. *Can.* IV 654.

[7] Albertus v. Bavariae dux.

[8] In Germaniae universitatibus id effici vix posse (*Can.* IV 790).

[9] Regulam IV. „Indicis" tridentini, qua bibliorum in linguam vernaculam versorum et librorum de controversiis lingua vernacula scriptorum lectio non permittitur, nisi variis cum condicionibus, in Germania nociviorem quam utiliorem esse; v. *Can.* IV 674 791. [10] Fugger; vide supra p. 3—6.

[11] Ioannes Georgius, Hieronymi Velseri (Welser) consulis sive senatoris augustani filius et collegii germanici convictor; v. *Can.* IV 20[4] 755 771 792.

Jn tanto che non hauemo Generale, quanto[a] [?] manco si possono mutare li Rettori[1], sara meglio, et però é iudicato assai necessario, che il Padre Theodorico[2] uada presto in Dilinga, et intanto che si manda un' altro, in Jngolstadio per Rettore, pare à N. Padre Vicario bene[b] se parera à V. R. che si proui il Dottor Andrea Auantiano[3], con titulo de Vice Rettore, perche potrebbe essere riuscisse tanto bene, che poi seli dessi titulo de Rettore, in questo mezo si uedera chi altro si possa mandare . et V. R. piacendo à Dio si trouara qua, et si trattara di parola il tutto.

Circa l' opera d' communione unius speciei, che ha fatto il Rettor de Monachio[4], facciasi come di la parera spediente.

Le Regine hanno scritto ringratiando d' hauerli lasciato quelli doi padri, quando .V. R. si uedera con la Regina Madalena, potra far l' officio, che gli è stato raccomandato, come iudichera più spediente[5], benche insino à tanto che tornino à Jspruch, non par seli possa leuare nissuno, la elemosina che ci fanno é molto opportuna[6] (benche non ci scriue il Padre Dirsio, che loro l' habino data, forsa glielan prohibito loro) perche stiamo con molto bisogno e con grande spese in anno charissimo, et molti debiti, et cresceranno assai le spese, con uenir tanta gente ala elettione di 16. prouincie . et bona parte di loro si haueranno à fermare tutta l' estate, et però V. R. non solamente spero, fara che si paghi quel che per li uiatici de Alemagna si è dato, ma etiam se potra procurarci alcun altro aiuto, lo fara con sua solita charità[7].

Se si potessi aiutare il fratello Hercule l' haueriamo caro, acciò non si perdessi quel pouero giouene[8].

Si quel Conte Hieronimo[9], fratello di Stanislao, se risoluesi di entrare nella Compagnia V. R. lo potrebbe mandare alla uolta di Roma.

a) *Fortasse corrigendum est* quando. *Cf. infra adn. 1.* b) *Quattuor vv. sqq. a libr. supra vers. scripta sunt.*

---

[1] Ipso hoc anno in „Officio vicarii“ generalis, iussu II. Congregationis generalis conscripto, cautum est, ne vicarius rectores „mutaret vel novos crearet“, nisi gravissimis de caussis (*Institutum* Societatis Iesu II, Florentiae 1893, 213).

[2] Canisius; vide supra p. 2 12. [3] De hoc v. *Can.* IV 647[7] 792.

[4] De hoc Hoffaei libro vide supra p. 20[2].

[5] Vide *Can.* IV 948—950 et supra p. 2.

[6] Collegio romano 400 scutatos aureos dederunt; v. *Can.* IV 793[8].

[7] *Polancus* in *Litteris annuis romanis, Roma Kalendis Ianuariis 1566 datis, refert: Societati Romae 4 esse domos: 1. Domum professam cum 94 Sociis; ex his tamen 30 pertinere ad domum probationis domui professae coniunctam. 2. Collegium cum 143 Sociis. 3. Collegium germanicum cum 29—30 Sociis. 4. Seminarium romanum cum 14 Sociis. Ita Romae de Societate esse fere 280; in his 68 esse sacerdotes. Praeterea in collegio germanico (quod fere 200 alumnos convictoresque habeat) 20—24 iuvenes Societatem ingredi velle (ex exemplo archetypo; „Epp. It. 1565 I“ f. 13[b] 18).

[8] Hercules Ditrevensis frater laicus Ingolstadio clam aufugerat; v. *Can.* IV 794[2].

[9] Rosdracevius; vide supra p. 18.

L' incluse per li Rettori di Ingolstadio, Dilinga et Monachio[1], si potranno mandare, et se ancora ui sara alcuna per la Prouincia del Rheno .V. R. usera la charità de mandarli .N. Padre Vicario et tutti ci raccomandiamo alle orationi di V. R. etc. De Roma li XX. di Febraio .1565.

Il Padre Dominico[2] di Monachio ci auisa, che affaticandosi de continuo il Padre Paulo[a] Rettore, tiene pur pocho conto con sua sanita .V. R. li dia ordine che tenga più.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Canisio missa est *epistula a *Polanco* nomine Borgiae Roma 20. Februarii 1565 ad P. Theodoricum Canisium data, in qua ille, ad Theodorici litteras 20. Decembris 1564 datas (v. *Can.* IV 1049—1050) respondens, haec, praeter alia, scribit: „L'necessita di uisitare spesso il Prouincial li collegij, et d'attendere al gouerno di sua Prouincia, si uede, et V. R. per la detta congregatione generale ò nouo Preposito futuro, se non si trouara presente mandi li suoi ricordi in scritto. ... Haueriamo caro intendere, chi sono quelli del collegio germanico che rimandatti in[b] Germania ci fanno danno, perche in quelli paesi uerso l'Austria, non intendiamo procedano in questo modo. solamente di Andrea[3] scrittore del Padre Prouinciale, haueriamo potuto pensarlo, tuttauia conuiene stiamo parechiati per far bene alli altri, et riceuere male da loro" (ex apogr. eiusd. temporis. „Germ. 61" f. 259ᵇ—260ᵃ).

Canisius Borgiae respondit 10. Martii 1565.

1204. CANISIUS **P. IOANNI DYRSIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Ingolstadio (Dilinga? Augusta?) exeunte m. Februario et ineunte Martio 1565.

Ex apographo, de quo infra n. 1211.

Dyrsium ex aula Magdalenae reginae Augustam et Oenipontem evocat.

Canisius Augusta 10. Martii 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem haec scripsit de P. Ioanne Dyrsio S. J. collegii oenipontani rectore, Meranae cum Magdalena regina eiusque sororibus ex Lainii praepositi generalis permissu versante, quem ipse iusserat Augustam ob eorum, qui Romam ad Societatis congregationem mittendi essent, electionem venire (vide supra p. 16—17): „Miror illum non accedere, cum serio sit euocatus hoc nomine. Fateor mihi non probari, ut Rector tantam[c] [?] rem[d] [?] Reginae indulgeat, ac interim Collegium Oenipontanum tamdiu oues habeat sine pastore[4], quem ego simul[e] [?] et iterum monuj, ut saltem paucissimis diebus suos inuiseret, cum Domini sint modo reuersi." [5]

Cum Oenipons pestilentia laborare desiisset, Socii quoque oenipontani, quorum plures ob pestilentiam alio missi erant, in urbem reverterunt ad scholas instaurandas (*Can.* IV 777).

a) *A libr. supra vers. scriptum.* b) *Apogr. perperam:* di. c) d) tantum um *apogr.* e) *Sic ap.; corrigendum videtur:* semel.

---

[1] Ii erant PP. Theodoricus Canisius, Henricus Dionysius, Paulus Hoffaeus.

[2] Menginus.

[3] Stör; v. *Can.* IV 671 695.

[4] Nm 27, 17. 2 Par 18, 16 etc.

[5] Domini de „regimine" et de „camera" Austriae superioris (cf. *Can.* III 165[2] 169[3]; IV 712 et supra p. 2) exeunte m. Augusto 1564 Sterzingam (Sterzing) profecti, m. Februario a. 1565 Oenipontem redierant (*Karl Lechner,* Geschichte des Gymnasiums zu Innsbruck II, Innsbruck 1908, 71—72).

1205. CANISIUS **VENERABILI MAGDALENAE**, archiducissae Austriae. Ingolstadio (Dilinga? Augusta?) exeunte m. Februario vel ineunte Martio 1565.

Ex apographo, de quo infra n. 1211.

Cur P. Dyrsius Augustam evocetur.

Canisius, cum exeunte m. Februario 1565 Ingolstadii cum PP. Paulo Hoffaeo, Hieronymo Torrensi, Theodorico Canisio, Alphonso Pisano, quinam Socii de Germaniae superioris provincia Romae congregationi generali Societatis ad novum praepositum eligendum convocatae interesse deberent, deliberasset, et deinde per Dilingam, ut videtur, Augustam redisset (vide infra p. 31), inde 10. Martii 1565 Romam ad Borgiam vicarium generalem haec scripsit de P. Dyrsio collegii oenipontani rectore, qui Meranae cum Magdalena „regina" eiusque sororibus ad tempus versabatur (vide supra p. 2[1]): „Visum erat Patribus, cum essemus Ingolstadij, reuocandum Augustam esse P. Dirsium, scriptis ad Reginam in hoc literis, ut sciret ob eligendos ad Romanam profectionem Patres, iustam causam Rectores euocandi." [1]

1206. CANISIUS **P. HENRICO DIONYSIO (P. THEODORICO CANISIO?) S. J.**, universitatis et collegii Societatis Iesu dilingani rectori, atque professoribus et studiosis eiusdem universitatis.

Augusta Vindelicorum inter m. Ianuarium et Aprilem 1565.

Ex libro „*Epistolae B. Hieronymi* Stridonensis", Dilingae 1565 [cf. infra, in monum. litt. n. (2)] f. *2^a—*8^b.

Secundam editionem epistularum S. Hieronymi a se selectarum iis dedicat. Repetit, oratione aliquando nonnihil immutata, quae in litteris dedicatoriis editionis prioris dixerat. Copiosiore sermone queritur: Homines in prava securitate vivere, cum nec fides, nec caritas in iis vigeant; paenitentiam non agi; rebus sacris debitam non praestari reverentiam; Sanctos honore privari.

PETRI CANISII THEOLOGI, AD FLORENTIS ACADEMIÆ DILINganae Rectorem, Professores et studiosos, Praefatio.

Longas illas litteras, quibus Augusta m. Novembri 1561 primam suam „Epistolarum B. Hieronymi Stridonensis" editionem Cornelio Herlen a Rosenthal rectori, ac professoribus et studiosis universitatis dilinganae dedicavit, repetit, ita tamen, ut plus quam 70 locos nonnihil immutet et copiosiorem aliquam expositionem litteris inserat. Cum autem priores illae litterae exstent Can. III 274—282, satis fuerit hic locos sive lectiones variantes et novam illam expositionem ponere.

Pro „est noui, quod" (Can. III 274) noui est, vt quidam interpretabuntur, quod. — *Post „nuncupatum" (l. c.) additum est* et iam recognitum. — *Pro „atque ob nouam huius editionis commoditatem" (l. c. 275)* ac demum ob nouam huius editionis et recognitionis commoditatem id. — *Pro „facilitas aequi bonique" (l. c.)* aequitas et prudentia boni. — *Pro „(nihil enim de praestanti vitae sanctimonia dicam)" (l. c.)* vt nihil attingam de admiranda vitae Hieronymianae sanctimonia, — *Post „alius quisquam" (l. c.) sequitur* fecit. — *Pro*

---

[1] In ipsis certe Societatis Constitutionibus id praecipitur, ut ad illos eligendos rectores omnes evocentur: P. 8, c. 3, n. 1; c. 5, n. 3.

„liquido cernimus:“ (l. c.) nullus inficiatur: — *Pro „Nazanzenum“ (l. c.)* Nazianzenum. — *Pro „verum etiam suo approbarit calculo, adeoque“ (l. c.)* et suo approbarit calculo, verum etiam. — *Post „Hipponensi“ (l. c. 276) additum est* Aurelio. — *Pro „presbytero“ (l. c.)* aequali suo. — *Post „nexu“ (l. c.) sequitur* mansisse. — *Pro „perfectae charitatis“ (l. c.)* eos, charitatis simulque religionis asserendae, perfectum. — *Post „scripserunt, legit“ (l. c.) haec addita sunt:* An praeclarum quaeso, et luculentum hoc non est elogium, quo Hieronymianum nomen omnibus commendetur? — *Pro „hanc tulit“ (l. c.)* hanc fert. — *Post „alibi vocat“ (l. c.) sequitur* eundem. — *Post „ecclesiae lumen“ (l. c.) addita sunt verba* maximumque doctorem. — *Pro „consideremus“ (l. c. 277)* contemplemur. — *Pro „perpauci contra“ (l. c.)* perpauci huius aetatis. — *Post „ingenue“ (l. c.) inserta sunt verba* nec apud suos Pannonios, sed Romae. — *Pro „vt praeluceant“ (l. c.)* hisque praeluceant. — *Post* „seniores“ *(l. c.) additum est* in prouecta illa aetate. — *Post „Vbi demum“ (l. c.)* in ordinibus omnibus eos comperiamus. — *Ante „profundendis“ (l. c.) inserta sunt verba* ex ardenti pectore. — *Post „profundendis?“* Quis doctrinae Christianae modo cultus et vigor? — *Pro „Iudaicis etiam Pharisaeis“ (l. c.)* hoc interim Iudaicis Pharisaeis. — *Locus „Nos vero vt maxime tum externa tum interna“, usque ad „iustos et saluos esse oportere“ incl. (l. c. 277—278) ita amplificatus est:*

nos vero foede peccemus, multos saepe aperta improbitate offendamus, et in hac vitae licentia nihil metuamus, sed tuta nobis apud Deum omnia polliceamur. Quae cura diuinae legis et seruatio? Suaue illud iugum[1] cum acerbo mundi iugo commutamus. Fingimus in praeceptis diuinis laborem[2], imo et quandam impossibilitatem, cum ea minime grauia esse dicantur[3]. Quae illa, et quantula quaeso fides, quod plaerique persuasum habent, se Christo adiuuante non posse mori peccato[4], fructus poenitentiae dignos facere[5], iuste casteque cum Hieronymo viuere, aut quod Paulus hortatur, carnem cum vitijs et concupiscentijs crucifigere?[6] Quae porro isthaec charitas, quod luxui, quod ventri, libidini, quaestui, ambitioni, caeterisque pessimis cupiditatibus turpiter inseruimus? Vbi iam poenitentia suam vim explicat atque commonstrat? Raro quidem priuatae, vt nunc in Germania viuitur: solennis autem et publicae poenitentiae, quae multos olim in officio continebat, vestigium vix vllum apparet. Adeoque tam salutaris, quam necessariae poenitentiae nomen horremus, et in Biblijs Germanicis obliterauimus[7]. Iam quae sacrorum reuerentia? Ridetur

---

[1] Mt 11, 30. [2] Ps 93, 20. [3] Cf. 1 Io 5, 3.
[4] 1 Petr 2, 24. [5] Lc 3, 8. Mt 3, 8; cf. Act 26, 20. [6] Gal 5, 24.
[7] *Lutherus* in sua Bibliorum versione usitatum illud verbum „Busse“ multis quidem locis retinuit, aliis vero „oblitteravit“. Exempli causa pono Mt 11, 20: „*Τότε ἤρξατο [ὁ Ἰησοῦς] ὀνειδίζειν τὰς πόλεις . . . ὅτι οὐ μετενόησαν.*“ Postrema illa

antiqua pietas, sacramenta integra nobis reijciuntur[1], maiorum instituta religiosa non secus ac traditiones quaedam Pharisaicae flocci penduntur, cultus diuinus passim aboletur, arae et templa prophanantur, quicquid ad sacras benedictiones et consecrationes et ceremonias fere pertinet, nouis Ecclesiae ritibus introductis, opprimitur: adeo nullum hodie inter sacrum et prophanum, fas et nefas propemodum discrimen habetur. Demum quae pietas aut aequitas optimis Ecclesiae Patribus, sanctissimisque Maioribus exhibetur?[2] Fidelium benefactis non sua constant merita, dignis fraudantur sancti honoribus, charitatis et beneuolentiae erga nos suae omni sensu spoliantur, vix eos coelo dignamur, e viuis mortuos, ex triumphantibus surdos mutosque facimus[3], vix ferimus sacras illorum Reliquias superesse. Et nos securo interim ac bono animo sumus, vt Hieronymi verbis vtar, qui per singula pene praecepta inhonorantes Deum clementissimum, ad iracundiam prouocamus, eiusque imperium superbissime contemnendo, in tantae maiestatis imus iniuriam?[4] Quid ni? Christi gratiae fidimus,

---

verba in *Vulgata* versa sunt: „quia non egissent poenitentiam" (*Erasmus:* „quod non poenituissent"); et in antiqua illa versione *Teplensi:* „daß si nit heten gemacht pußß" (Der Codex Teplensis enthaltend „Die Schrift des newen Gezeuges", Augsburg-München 1884, 14); et ab *Hieronymo Emser* († 1527): „das sie nit bůss gethan hetten" (Das New Testament, s. l. 1534, f. 19b); et a *Ioanne Dietenberger* O. Pr. († 1537) et *Ioanne Eckio* († 1543) eodem modo (Das New Testament, Cöln 1577, f. 9a. Das New Testament, Ingolstadt [1550], f. VIIa). *Lutherus* vero: „und hatten sich doch nit gebessert" (Das Neue Testament, verteutschet durch D. Mart. Luther, Wittenberg 1671, f. 15b). Magis etiam *Leo Iudae* Udalrici Zwinglii amicus a verbo „Busse" abhorrebat; quod ab eo in Bibliis „tigurinis" sive „helveticis" etiam nonnullis locis, quibus in Lutheri Bibliis comparebat, expunctum est; ut Mt 3, 1 2: „*Παραγίνεται Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς κηρύσσων . . . καὶ λέγων· Μετανοεῖτε*" sic vertit: [Es] „kam Joannes der Tŏuffer, vnd prediget . . ., vnd sprach: Besserend euch," et Mc 6, 12: „*Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον ἵνα μετανοήσωσιν*": „Vnd sy giengend auss vnd predigetend, man sŏlte sich enderen." (Die gantze Bibel, . . . verteutschet . . . Getruckt zů Zürich bey Christoffel Froschouer, im Jar als man zalt M. D. XXXVI, II f. CXCb CCVIIIb).

[1] Cf. *Can.* I 463[9].

[2] Quam non pie Lutherus et Calvinus de SS. Cypriano, Augustino, Hieronymo Gregorio Magno, aliis patribus locuti sint, vide *Can.* I 216[3] 217[7]; III 275[1].

[3] Ita v. g. *Ioannes Wigandus* lutheranus (Verlegung aus Gottes wordt, des Catechismi der Jhesuiten, Magdeburgk 1556, f. 𝔇 2b—𝔇 4a).

[4] „Et nos securo ac bono animo sumus, qui per singula quaeque peccata inhonorantes deum clementissimum dominum ad iracundiam prouocamus eiusque imperia superbissime contemnendo in tantae maiestatis imus iniuriam?" Epistula ad Celanciam, n. 4. Ita *Guil. del Hartel* in „Appendice", quae exstat in „Sancti Pontii Meropii Paulini Nolani Epistulis", Pragae-Vindobonae-Lipsiae 1894, 438 (Corpus Scriptt. Eccles. Latt. vindob. XXVIIII). Canisius pro verbo „peccata" posuit „praecepta", quod etiam habet Codex A. 11 1 membranaceus bibliothecae casanatensis, a. 1515 scriptus (*Hartel* l. c. XVIIII 438). Idem et posuerat *Erasmus Roterodamus* (Opus Epistolarum Divi Hieronymi, denuo recognitum, Basileae 1524, 109), et sub ipsum hoc tempus posuit *Marianus Victorius,* qui Hieronymi epistulas primum edidit a. 1565 Romae (Sancti Hieronymi Opera omnia. Ed. nov. I, Coloniae Agrippinae 1616, 36); neque ab iis postea dissensit praeclarus ille Hieronymi editor *Dominicus*

et libertatem nobis Euangelicam vendicamus, idcirco certo statuendum est, si superis placet, fide iustos et saluos esse nos oportere. Sed haec ego missa nunc facio. — *Pro „in praesentiarum" (l. c. 278)* impraesentiarum, vt arbitror. — *Pro „ex fontibus illis" (l. c.)* ex vastis illis fontibus. — *Ante „operae-pretium" (l. c.) positum est* nobis. — *Pro „perpendere libeat" (l. c. 279):* expendas. — *Post „Hieronymus" (l. c.) additum* de vera pietate. — *Pro „nimirum Pauli instar omnia factus omnibus, vt omnes in Christo lucrifaciat" (l. c.):* dum nimirum Pauli instar omnia factus omnibus, omnes in Christo lucrifacere studet. — *Ante „oblectatio" (l. c.) positum est* piorum. — *Verba „commemorentur, quae hunc" usque ad „videantur" (l. c.) ita immutata sunt:* quae plus obscuritatis quam commodi adferrent, quaeque lectorem grauare potius ac impedire, quam iuuare posse videbantur. — *Pro „antidoto muniti, aduersus" (l. c.):* antidoto instructi, sese aliosque muniant, aduersus. — *Pro „sese aliosque in sana et Catholica doctrina confirmarent" (l. c.):* in sana vero Catholicaque doctrina rectius confirmentur. — *Pro „perpetuus" (l. c.):* perpetuo retinendus. — *Pro „ritibus comprobent" (l. c.):* ritibus et Catholico more testentur. — *Inter „ingenij", et „doctrinae" (l. c.) inserta sunt verba:* quid quantumque. — *Pro „pulchre semper" (l. c.):* pulchre quidem. — *Verba „delitescere" usque ad „O foelix" excl. (l. c.) ita immutata sunt:* delitescit, simulque toto fere mundo discurrit, neque sine Apostolica solicitudine et industria, tot Christi Ecclesias inuisit, salutat, repurgat, confirmat atque sanat. — *Pro „fere dixerim" (l. c.):* fere dixeram. — *Pro „O admiranda et sectanda" (l. c. 280):* Neque minus admiranda nobis et sectanda venit. — *Pro „Porro hic iam requiret" (l. c.):* Verum hic iam nobis occurret. — *Pro „ex solitis" (l. c.):* ex prioribus. — *Pro „nostram de Rotterodamo sententiam, qui" (l. c.):* nostram requiret de Erasmo sententiam, vt qui. — *Inter „edidisset" et „solum" (l. c.) positum est* ille. — *Pro „Nemo illius laudibus" (l. c.):* Nemo Erasmi Roterodami laudibus. — *Pro „candidiore" (l. c.):* candidiori. — *Verba*

Vallarsius (cf. *Migne,* P. lat. XXII 1205). Atque *Canisius* hanc sententiam iisdem prorsus verbis, atque Erasmus, proposuit; nisi quod verbum „interim" illi inseruit et pro „quaeque" posuit „pene"; qui tamen in ipso libri corpore, ubi epistulam integram ponit, et „interim" omittit, et „quaeque", non „pene" scribit (Epistolae B. Hieronymi, Dilingae 1562, 436; Epistolae B. Hieronymi, Dilingae 1565, f. 164[b]). Ceterum haec ad Celanciam epistula in aliquot quidem codicibus Hieronymi vaticanis, iisque saeculis XII. XV. XVI. scriptis exstat (*Hartel* l. c. XVIIII) et tum a Canisio tum ab aliis pro hieronymiana ducebatur; sed eam Hieronymi non esse, et saeculo XII. *Guigo* I. Cartusianus (*Migne,* P. lat. CLIII 593), et initio saeculi XVI. *Erasmus* (l. c. 108) monuerant. Atque hic eam S. Paulini Nolani esse coniectabat; quae coniectura etiam aliis placuit, ut *Victorio* (l. c.) et *ei,* qui Canisii librum Parisiis recudendum curavit (D. Hieronymi Epistolae selectae, opera D. Petri Canisij, Parisiis 1583, f. 239[a]). Postea ne Paulini quidem epistulam esse affirmarunt, quamquam, ut *Remigius Ceillier* O. S. B. notavit, eadem pulcherrima solidisque referta doctrinis ideoque et Hieronymo et Paulino digna est (Histoire générale des Auteurs sacrés etc., VIII, chap. 9, a. 4, n. 2).

„nimium fidit" usque ad „in censendis" excl. (l. c.) immutata sunt ita (Canisius de Erasmo scribit): abusus ille ingenio, nimium sibi tribuit ac sumpsit: tum verborum quam rerum studiosior, seuerum se praebuit saepe Aristarchum, vbi nihil erat necesse. Ita. — *Pro „Dum autem" (l. c.):* Quid quod libenter. — *Pro „cedere, consecutus est" (l. c.):* cedere? Vnde id quod videmus, consecutus est. — *Verba „iamque" usque ad „obtineat" incl. (l. c.) ita immutata sunt:* vtque non plus ille ponderis apud pios fere habeat, quam apud plaerosque impios nunc solet obtinere. — *Post „liberrime censet" (l. c. 281) addita sunt vv.:* iam illis largitur, iam adimit plurima: — *Inter „mentes" et „demulcent" (l. c.) insertum est verbum* vtcunque. — *Pro „iam personas Ecclesiasticas satyrice et inimice perstringentes" (l. c.):* vt iam personas Ecclesiasticas satyrice perstringant. — *Pro „garrientes" (l. c.):* garriant. — *Pro „Luciano ridentes":* rideant Luciano. — *Pro „defendi posse arbitror" (l. c.):* mihi facere videor. — *Ante „pulcherrimum" (l. c.) positum est* longe. — *Pro „et ad" (l. c.):* sic ad. — *Verba „opportunum, sic" usque ad „rem arduam" excl. (l. c. 281—282) ita sunt immutata:* oportunum debet existimari, et dignum sane, in quo cum Magistratus omnes, tum Episcopi suas operas et impensas maxime locent. Ingentem ergo laudem et gratiam ille meretur Antistes[1], qui superioribus annis. — *Pro „et perficere" (l. c. 282):* idque perficere. — *Inter „sacrum" et „extaret" (l. c.) inserta sunt vv.:* in Sueuia. — *Pro „OTHO" (l. c.):* OTTHO. — *Ante v. „consecratam" (l. c.) omissum est* ita. — *Verba „inconcussa (vt pie confidendum est) perstabit Hieronymo fauente, Christoque duce" (l. c.) ita immutata sunt:* inconcussa perstabit, Christo duce. — *Post „hostium insidijs" sequuntur vv.* et bellorum tumultibus. — *Postrema litterarum verba (l. c.) Canisius incipiendo ab „Confirmet" ita immutavit:* Christum IESVM Opt. Max. precor, vt quam coepit in vobis gratiam, pro immensa tum virtute tum bonitate sua confirmet, vtque studijs vestris honestissimis fructus optatos, ad sui nominis gloriam, et in Ecclesiae Catholicae vtilitatem conferre dignetur. Augustae Vindelicorum, anno post Christum natum. M. D. LXV.

Canisius Dilinga 10. Februarii 1565 Borgiae scripsit: „Recudunt Dilingae opus Epistolare D. Hieronimi" (supra p. 9). Cuius litteras dedicatorias certe Canisius absolvit, antequam exeunte m. Aprili Augusta Romam proficisceretur [cf. infra mon. it. (7)]. Quare eum inter m. Ianuarium et Aprilem a. 1565 eas dedisse censeo. Die autem 29. Martii 1565 in universitate dilingana rectoris officium per Petrum Canisium praepositum provincialem a. P. Henrico Dionysio S. J. translatum est in P. Theodoricum Canisium; cf. infra mon. dil. (5). Mihi magis probatur, ante illum diem Canisii litteras dedicatorias esse datas.

1207. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, Societatis Iesu vicario generali. Augusta Vindelicorum 3. Martii 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo (2°; 2 ff.; Can. sua manu nomen [„seruus" etc.] subscripsit et „Postscriptum" posuit), in „E. C. 1." n. 154 (f. 57 58) posito, exscriptum, sub a. 1903 cum eodem archetypo collatum est.

---

[1] Otto Truchsess de Waldburg, cardinalis et augustanus episcopus.

Cardinalis Augustanus collegio dilingano aedes parat, non reditus. Lainio exequias fecit. Capitulum de iis, quae Societati praestitit, cum eo expostulabit Canisius Ingolstadii congregationem provincialem habuit. Ipse cum Cuvillonio vel Hoffaeo Romam ibit. Aes alienum solvet. Stevordianus. Dominatius. Bartholomaeus Vallonus ob morbum horribilem in Italiam remittitur cum Ioanne Gutschalco, cui „cornua deponantur" oportet. Aliqui scabie laborant. Graecarum litterarum magistri desiderantur. Pestilentia. „Viceprovincialis".

† Pax christi admodum Reuerende pater.

Priusquam Dilinga discessi[1] et Ingolstadium ueni Christo duce, unde his diebus Augustam redij, redditae sunt mihi literae R. P. T., quae 3º Februarij datae fuerunt. Debemus sane Cardinali gratiam, qui pergit in usum futuri Collegij uarias aedes coemere, et se ad structuram parare[2]. Nam ad prouentus et dotationem ipsam constituendam, non videtur animum adiecturus, quamdiu aere alieno grauatur. Deinde singularem declaravit[a] amorem ergo Patrem nostrum beatae memoriae Praepositum[3], cuj solemnes celebravit[b] Exequias, nobis quidem non suggerentibus sicut latius D. Torrez proprio suo scripto explicabit[4]. Expectantur Dilingae adhuc Canonici Augustani, quos audio inter caetera objecturos hoc esse Cardinali quod ipsis inscijs tam multa promiserit societati, nostrosque iam incorporauit[c] [?] Gijmnasio Dilingensi[5]. Dominus bene uertat omnia. Queruntur grauiter de sumptibus a Cardinale factis supra modum.

Ingolstadij fuerunt mecum Rector Monachiensis, D. Torrez, Rector Ingolstadiensis et D. Pisa[6]. Collatis uero sententijs de mittendis in Urbem Patribus, iudicatum esse tandem Provintialem esse mittendum: neque dissensit modo Cardinalis cum ego Dilingae rationes illi quasdam adferrem[7]. Consentit et Cancellarius Monachiensis[8], ut P. Martinus[9] post Pascha remittatur Augustam, meoque loco concionetur.

a) *Hic manu romana eiusdem temporis (Polanci?) in marg. notatum est:* non risponder'.
b) *Ita corrigendum esse omnino videtur ex* celebrabit, *quod est in ap.; vide infra monum. dil. (3).*
c) *Sic archet.; corrigendumne* incorporarit? *Antecedit sane* promiserit.

---

[1] Sub. d. 18. Februarii discessisse videtur; vide supra p. 16—19 et infra monum. ingolst. n. (1).

[2] „Structuram" significat collegii Societatis dilingani, quam Otto cardinalis Augustanus parabat; vide supra p. 15.

[3] Iacobum Lainium.

[4] Vide infra in monumentis dilinganis n. (3).

[5] Universitatem dilinganam cardinalis a. 1564 in Societatem fere transtulit (*Can.* IV 919—927). Capitulo autem cathedrali antea sollemniter promiserat, se sine ipsius consensu neque ecclesias, beneficia ecclesiastica, similia episcopatus bona in alios translaturum, neque novum aes alienum contracturum esse (*Plac. Braun,* Geschichte der Bischöfe von Augsburg III, Augsburg 1814, 155 367 496—501).

[6] Canisius cum PP. Paulo Hoffaeo, Hieronymo Torrensi, Theodorico Canisio, Alphonso Pisano „congregationem provincialem" habuit [cf. infra mon. ing. (1)]; quam tamen legitimam fuisse Borgias vicarius generalis negavit; v. infra n. 1212.

[7] Ottonis ad Borgiam litteras vide infra, mon. ital. (2). Canisius igitur Ingolstadio Dilingam redisse videtur.

[8] Simon Thaddaeus Eck. [9] Stevordianus.

Neque constat adhuc de Comitijs futuris[a]. Quod ad Collegam et socium profectionis huius mihi adiungendum pertinet, uisus est D. Paulus[1] aptior D. Cuuillonio, qui tamen et ipse mitti posset minore quidem incommodo quam Rector Monachiensis, sed is operam in congregatione utiliorem praestare posse uideretur. Judicabit autem R. P. T. utrum horum duorum esse mittendum putet[b]. Interea D. Cuuillonius retinebitur Oeniponti, qui si Romam mittendus non erit, poterit statim ad nobilem illum Venetum[2], cui promissus est destinari. Orabimus Dominum, ut futuram tum Praepositi electionem, tum Patrum nostrorum profectionem prosperet, et obseruabimus de quibus nos monuit R. P. T., ut instructi ueniant nostri ad congregationem Christo adiuuante.

Speramus Romae coram exoluere nostra debita, et si quid praeterea expensum fuerit in gratiam nobilis Germanj, de quo ante scriptum est[3].

Sigismundum[4] Bohemum cogitabamus mittere Viennam sicut ad nos scriptum fuit, sed nunc Romam ille mittetur sicut posteriores admonent.

Ingolstadiense Collegium quopacto sese habeat ex adiunctis literis Rectoris potest intelligi[5]. Jn his etiam aperitur morbus Bartholomei Siculj[6], quem non potuimus non mittere in Italiam, ne pergeret apud nos peius laborare, et non solum nostris molestus, sed etiam exteris scandalo esse[c]. Dolemus uicem boni fratris, qui coactus cordis nescio qua constrictione, sic horribiliter exclamat, et nihil serij agere potest. Non male sentire uidentur qui putant Siculos in Germania periclitari, sicut experti sumus in Josepho[7], in dicto Bartholomeo et alio qui Moguntiae nuper obiit[8]. Imo neque Italis ita Germanicus aer conuenit sicut Hispanis. Timenus nonnihil a scabie, quae non leuiter inuasit Joannem Dominicum[9] Ingolstadij docentem, et Joannem Baptistam Dilingae sartorem[d][10]. Nam aiunt huiusmodi scabiem

a) *In marg., ut supra (p. 31a):* Non hauendo osservato ciò che ricercano le consti[tutioni de-]veno farlo de novo. b) *In marg., ut supra:* Hoc non nostrum est, sed Congregatio decidat. c) *In marg., ut supra:* habbia rispitto *[rispito?]* al mandar, si non est periculum in mora . sin consulta. d) *In marg., ut supra:* si puo mandar a Italia.

---

[1] Hoffaeus.

[2] Antonium Altanum friulensem; v. *Can.* IV 695—696 699 et infra ep. n. 1212.

[3] Ioannis ab Ehrenberg; vide supra p. 1.

[4] Dominatium. [5] Vide infra in monum. ingolst. n. (1).

[6] Bartholomaeus Vallonus, Camaratae (Cammarata, Siciliae oppidum) natus, initio a. 1565 litteris latinis graecisque et logicae studebat; plura vide *Can.* III 494. Eum hoc tempore morbo comitiali sive epilepsia correptum esse scribit *Theodoricus Canisius* in *Litteris semestribus provinciae Germaniae superioris, Dilinga 1. Iulii 1565 datis (ex apogr. recenti). Cf. etiam infra monum. ingolst. (1).

[7] De Iosepho Siculo vide *Can.* IV 591.

[8] Bartholomaeo ab Angelo; de quo *Can.* III 216 217 494 669.

[9] Facciardum; vide *Can.* IV 400[1] 764.

[10] Calabrum 35 annos natum, Societatem Romae a. 1557 ingressum, Dilingae „ualde dextre et fideliter“ officio fungentem: **Catalogi* coll. dilingani, Dilingae a. 1564 et 1565 conscripti, „GSC 66“ f. 374b 380a.

aliquando si diuturnior esse pergat, in lepram posse transire. Dominus autem in utroque homine nostros conseruare dignetur.

Igitur ueniam nobis dari posse confido, quod sicut nuper misimus in Vrbem duos Petrum Louaniensem et Joannem Vierum, ita nunc etiam ex Medicj consilio mittamus dictum Bartholomeum. Huic uero dedimus comitem Joannem[1] Treuirensem, de quo idem fere testari possumus quod scriptum est prius de Petro[2] Louaniensi. Nam uterque priusquam ad studia isthic admittatur, ualde opus habet reformatione quadam hominis interioris, ut seipsos agnoscant, humilient, abnegent, hoc est ut illis cornua deponantur[3] fiantque tractabiliores, ne cum illis Superiores perpetuo contendant. Qua de re sapientes admonere non attinet.

In multis collegijs desideratur Lector Graecus, praesertim uero Ingolstadij, Dilingae, Monachij[a]. M. Erasmus[4] si abeat, non habemus illius successorem in Graecis uel Rethorica. Monachij saepe languet Joannes flander graece docens[5]. Ingolstadij M. Dominicus, nimium grauari uidetur lectione graeca simul et logica. Respiciat nos Dominus in hac necessitate.

Commendamus nos plurimum sacrificijs et precibus R. P. T. praesertim cum nobis hoc sacro tempore sit saepius concionandum[6].

Augustae pestis uigere desijt, et utcumque salua sunt omnia. Dominus nobiscum. Augustae. 3. Martij .1565.

seruus in Christo P. Canisius.

Delectus est Viceprouincialis Rector Ingolstadiensis[7], qui meo loco post pascha huius provintiae rationem habeat.

D. Andreas[8] posset Oeniponti supplere uicem D. Cuuillonii, cum is discesserit.

Admodum Reuerendo in Christo Patri, D. Francisco de Borgia, uicario Generalj societatis JESV. Romae.

Quae Canisius his litteris de Theodorico fratre „viceprovinciali" delecto rettulit ad Borgiam, huic valde probata sunt; ita enim *Borgias* per Polancum Roma 1. Maii 1565 Theodorico* scripsit: „Pregaremo la diuina bontà dia sua gratia, e, spirito à V. Reuerenza per gouernare l'Vniuersità et collegio di Dilinga, et anche tutta la Prouincia in assentia del Padre Prouinciale, como conuiene per maggior suo seruitio, e ben comune." In eadem epistula de fratribus laicis ex Italia in Germaniam mittendis

a) *In marg., ut supra:* verase.

---

[1] Godschalck sive Gutschalcum; qui initio a. 1565 Ingolstadii philosophiae studebat; plura vide *Can.* IV 430[6].

[2] Vranx. [3] Cf. supra p. 14[2].

[4] Völcker; vide supra p. 13.

[5] Ioannes Campensis? Ioannes Hattenius (Hottenius?)? Cf. *Can.* III 494; IV 128[1] et Epp. *Nadal* II 561—562.

[6] Die 7. Martii incepturum erat sacrum tempus Quadragesimae, per quod Canisius singulis hebdomadis minimum 4 contiones habere debebat.

[7] P. Theodoricus Canisius. Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[8] Avantianus.

monuit: Dubitare se, num eiusmodi missiones utiles essent, „uedendo il soccesso d'alcuni che aquì erano molto buoni, e, dillà, ò non si sono conseruati, come Hercole, ouero stanno male, come Gio: Battista sartore" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 61" f. 287[b]).

S. Franciscus Borgias Canisio per Polancum respondit 16. (17.?) Martii 1565.

1208. P. FRANCISCUS PALMIUS S. J., collegii bononiensis rector, CANISIO. Bononia, initio m. Martii 1565.

Ex apographo epistulae Polanci eodem fere tempore scripto. „It. Ep. 64" f. 321[b].

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, Roma 10. Martii 1565 Bononiam ad P. Franciscum Palmium (Palmi) S. J., collegii rectorem (de quo vide Can. III 204), scripsit: „La lettera sua per il Padre Canisio sara mandata hoggi."

1209. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO. Roma 10. Martii 1565.

Ex apogr. eiusd. temp.; in margine epistulae, eadem manu: „Padre Canisio"; in margine „Postscripti", eadem manu: „aggionta al Padre Canisio". „Germ. 61" f. 267[a] 267[b].

Borgias Roma abest. Congregatio provincialis. In collegium germanicum plurimi recipi volunt. Seminarium romanum. Vita Lainii. Rosdracerius. Litterae indicae. In Iaponia copiosa solidaque animorum ad Christum cernitur conversio. Socii Sinas ingressi. Ioannes ab Ehrenberg neque Capuccinorum ordinem ingredi neque in collegio germanico famulari voluit; eius debita solvenda sunt. Ioannes Rivulus Laureto cum haeresis suspicione aufugiens, Societatem magno onere levavit.

Pax *etc.* L' ultime che hauemo di V. R. sono di 15. del passato, et per esser absente nostro Padre Vicario (benche la settimana che uiene lo aspettiamo in Roma) non si risponde à quelloche scriue l' Illustrissimo Cardinale sopra il non rimouere V. R. de Alemagna al tempo della dieta, si potra pur dir qualche cosa la settimana che uiene, al presente con le prediche della Quaresima, stara V. R. assai occupato, et anche li altri padri, et però pare bastera fare congregacione prouinciale, subito doppò pasqua [1]. Si rispondera anche all' hora del Padre Vandelino [2], gia che del Padre Georgio Fabro, sera V. R. auisato, come andó al collegio del Cielo [3].

Quelli nobili germani [4] seran riceuuti quando arriuaranno che non hauemo altra noua di essi . cresce in tanta reputation questo collegio germanico in Roma et fuora di quella, che hauemo assai à difendersi dalla gente che ui uuole intrare, non obstante che già il seminario [5] si é cominciato.

Quello che ricerca V. R. dele cose di N. Padre Generale di .S. memoria si potra trattare dopò la elettione del Generale nouo.

---

[1] Id 22. Aprilis futurum erat. [2] Völck; vide supra p. 17.

[3] Cf. supra p. 17. In antiquo illo **Indiculo* romano, de quo *Can.* III 159, haec sunt in a. 1565: „A di 24. di Febraro fù raccomandata l'anima del P. Georgio Fabro todesco defunto in collegio romano da pertutto." (Cod. „Def.", Deff. 1557 ad 1601 f. 1[a].)

[4] Vide supra p. 2—6. [5] Seminarium romanum; vide supra p. 2[5].

Ci siamo rallegrati in domino dela resolutione del conte hieronimo, et si é detto al suo fratello[1] che molto si é rallegrato, et se conuiene il secreto, guardesi dalla banda di là, perche del canto di quà, non accadera che dichiamo altro.

Qui ua la semestre Romana[2] con li catalogi et anche un plicho per il Prouincial del Rheno[3], V. R. di gratia glie lo faccia hauere.

Le lettere di nouo stampate dell' Jndia si scriue à Venetia le mandino à V. R.[4] et forsa sara più d' un esemplare, sono già uenute altre di molta edificacione, specialmente del Giappon[5], doue si fa una grande et solida conuersione, et si aspetta anche bon successo della China, doue già sono intrati li nostri[6], come si uoltino quelle lettere, si stamparanno et si mandaranno, resta solo raccomandarci nelle orationi et sacrificij de V. R. etc. De Roma li X. di Marzo[a] 1565.

Gia credo hauera V. R. inteso, come quel tudesco nobile[7] che uenne quà per farsi capuccino, non li parendo poi che hauessi fatta bona elettione, senza uestirsi dell' habito loro, lasciò quel dissegno . si stracho anche de seruire nel collegio germanico, doue l' haueuamo messo insin á tanto che uenisse la prouisione per lui, ma non uenendo niente fu necessario li prestassimo denari, et credo habbia hauuto .12. scudi . li quali disse, mandarebbe subito . quello et altri maggiori aiuti sono assai necessarij qùi, V. R. hauera memoria si uede il detto tudesco.

a) *Sequitur* li, *a libr. oblitteratum.*

---

[1] Stanislao Rosdracevio S. J.

[2] Litterae semestres; vide *Can.* IV 752 794.

[3] Pro P. Antonio Vinck.

[4] „Nuovi Avisi dell' Indie di Portogallo, ricevuti dalli reverendi padri della Compagnia di Giesù, tradotti della lingua Spagnuola nell' Italiana. Quarta parte. Venetia 1565." 8°: *British Museum*, Catalogue of Printed Books, Jesaias-Ilium, London 1889, col. 31. Relationes ex Aethiopia, Brasilia, Iaponia, Indiis orientalibus missas, quae in hac parte vulgatae sunt, singillatim recenset *Augustinus de Backer* S. J., Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus, Nouv. éd. II, Liège-Lyon 1872, 243—244.

[5] De scholis in Iaponia incohatis, templis aedificatis, rege omurensi baptizato etc. scripserunt: *Franc. Sacchinus* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars secunda, sive Lainius, Antverpiae 1620, l. 5, n. 267 274 275; l. 6, n. 179—196; l. 7, n. 131—161; *Dan. Bartoli* S. J., Dell' Istoria della Compagnia di Gesù. L'Asia. Parte prima, l. 8, c. 18—38 (Opere IX², Torino 1825, 71—163); *Franc. de Souza* S. J. († 1712), Oriente conquistado a Jesus Christo pelos Padres da Companhia de Jesus da Provincia de Goa I (ed. 2), Bombaim 1881, 350—448; *P.-F.-X. de Charlevoix* S. J., Histoire et Description générale du Japon I, Paris 1736, l. 2, § 8—10; l. 3, § 1—5 (p. 264—298); *H. Haas*, Geschichte des Christentums in Japan II, Tokyo 1904, 43—329.

[6] De iis, qui inter Societatis homines primi Sinarum imperium ingressi sunt, scripserunt: *L. de Guzman* S. J. († 1605), Historia de las Misiones de la Compañía de Jesus en la India oriental, en la China y Japon, l. 3, c. 21; l. 4, c. 10—18 (in editione nova, Bilbao 1891, p. 134 185—195); *Nicol. Trigautius* S. J., De Christiana Expeditione apud Sinas suscepta ab Societate Jesu, Augustae Vind. 1615, l. 2, p. 140—147; *Dan. Bartoli* S. J., Dell' Istoria della Compagnia di Gesù. La Cina, l. 1, c. 144—162 (Opere XV 243—283).

[7] Ioannes ab Ehrenberg; vide supra p. 1.

Gioan riuulo germano[1], fuggito di Colonia è riceuuto da V. R. et finalmente mandato in Jtalia per il Padre Natal, si é mandato dopo alcuna probatione di Roma, à studiare á Loreto, il che lui dimostraua desiderar pur troppo . et hauendo trauagliato un tempo quel collegio, per sua inquieta natura, et hauendo dato diuerse uolte suspicione à persone dotte de nutrire ancora li suoi errori nel petto . (per lasciare altre bugie et fictioni, et anche calunnie, che ha usato con altri) finalmente se ne fuggito, pare una uulpecula astuta, et[a] confidarsene poco di lui, dio N. Signore li dia gratia de saluarsi, che per la compagnia lui non è niente al proposito, benche si é supportato patientemente insin à tanto che lui ci ha allegerito di questo peso con fuggirsene . questo serua per auiso.

Canisius Polanco respondit 31. Martii 1565.

1210. FR. ERASMUS VÖLCKER S. J., collegii dilingani magister, CANISIO. Dilinga ab ineunte ad exeuntem m. Martium 1565.

Ex apographis, de quibus infra p. 36 et p. 43.

Nolle se diutius quam usque ad Pascha cum Sociis Dilingae morari.

Canisius Romam ad Borgiam haec scripsit de Erasmo Völcker, Societatis fratre scholastico et dilingani collegii magistro, qui votis religiosis (simplicibus, non sollemnibus) solvi cupiebat (vide supra p. 13), Augusta 10. Martii 1565: „Ex inclusa scheda nunc a me primum accepta, intelligi potest, diutius nobis retineri non posse Dilingae M. Erasmum, etsi antea paratum se esse ostenderet, ut expectaret autumnum[b] in hac sua Professione. Igitur magnopere oro, ut huic singularj talis collegij necessitati praesenti aliquo remedio succurratur, cum ut saepe scripsi, nullum uel ad Rhetoricam uel ad Graeca Professorem idoneum praebere possimus[c].“ Et 31. Martii 1565: „Erasmus ad me iam saepe scripsit, quod nolit diutius quam ad pascha usque morari nobiscum.“

1211. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, vicario generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 10. Martii 1565.

Ex apographo, quod circa a. 1892 ex archetypo (2°; 2 ff; Canisius sua manu nomen [„Seruus“ etc.] subscripsit), in „E. C. I“ n. 155 (f. 58 59) posito, exscriptum, sub a. 1903 cum eod. archet. collatum est.

„Professio fidei“ Dilingae facta. Quae ut Ingolstadii fiat, dux urgendus est. Facultas permittendi biblia controversiasque germanicas. Germanorum valetudo Romae curanda. P. Dyrsius. Romanis pecunia „corraditur“. P. Petrus Schorichius apostata nuptias fecit. PP. Georgii Schorichii et Martini Stevordiani contiones. Novi rectores ministrique Dilingae et Ingolstadii instituendi. Res varmienses. „Defectus“. Contiones augustanae.

a) *Supplendane vv.:* è da? b) *In archetypo correctum ex* authumnum. c) *In margine archetypi manu romana eiusdem temporis (Polanci?) notatum est:* che si lascia a lui se giudicalo a maggior seruitio diuino . benche par quì che si trattenghi sin che venghi a Roma.

---

[1] Ioannes Bechlin ex Lutheranorum ministro catholicus effectus erat et Societati Iesu semel atque iterum nomen dederat; vide *Can.* IV 1038—1039.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

20 Februarij datas accepi cum his quae ad Prouincialem Rhenanum mittenda fuerunt. Curabitur ut in scholis Provinciae nostrae fiat Professio fidei quam[a] Pont. Bulla requirit. Scripsi[b] nostros Dilingae hanc fidem esse Professos coram Cardinale[1]. Vellem aliquid praescribi, ut unus idemque profitendi modus ubique obseruaretur[c] [2]. Ingolstadij non facile profitebuntur[3] hanc fidei formulam, nisi urgente Principe[4], quem ex Vrbe moneri operae pretium esset. Opus enim habet calcaribus maioribus, quam quae a Cardinale vel a nobis adferri possunt[d].

Miramur tantum Romae difficultatis exhiberj nobis circa facultatem legendi Biblia et controuersias scriptas a catholicis[5], cum nullus Episcoporum ad ista uelit respicere, et nos nouarum legum promulgatores esse non debeamus in Germania[e] [6].

Requiescat in sancta pace M. Faber[7]. Speramus Germanos alios, si qui forte grauius isthic[f] languerent, in Germania citius quam exteros quosdam reualituros esse.

Visum erat Patribus, cum essemus Ingolstadij, reuocandum Augustam esse P. Dirsium, scriptis ad Reginam in hoc literis, ut sciret ob eligendos ad Romanam profectionem Patres, iustam causam Rectores euocandi[g] [8]. Miror [*etc. ut supra p. 25*]. Requiro in hoc Rectore maiorem cum nostris conjunctionem, minusque studium libertatis, quam extra Collegium habere uidetur. Certe si diu abfuturae essent Reginae, ad regendos bene fratres alio capite indigeremus Oeniponti.

Credo difficilem rerum annonam esse Romae. Nos tantum pecuniae corradere non possumus, quantum ad exoluenda debita sit satis. Quicquid autem poterimus, libenter conferemus, ad sumptus etiam Romae imminuendos.

a) quem *apogr.* b) *In archet. sequitur* ad, *oblitt.* c) *In marg. archetypi manu romana eiusd. temp. (Polanci?):* che il Rettor il dara et se li manda. d) *In marg., ut supra (adn. c):* si procuri col Echio, che si teme di offendere. e) *In marg., ut supra:* che venè *[tiene?]* la medesima facoltà che prima finche lì uada risposta. f) *Hoc v. (ab ipso C., ut videtur) supra vers. scriptum est.* g) *In marg. (ut supra) aliquot vv. obscurius scripta:* che si *[?]* fu chiamato bene et non *[?]* quando *[*prouando*?]* — la congregatione e legitima *[?]*.

[1] Ottone Truchsess, episcopo augustano. Ceterum qua epistula Canisius Romam id rettulerit, equidem nescio.

[2] *Pius IV.* in Bulla Roma 13. Novembris 1564 data, qua eam fidei professionem fieri iubet, etiam quibus verbis facienda sit, definit; quo autem ritu sive quibus cum caerimoniis fieri debeat, non significat (*Bullarium* Romanum VII, Neapoli 1882, 323—327).

[3] Universitatis professores illos, qui de Societate non erant — atque hi numero longe plures erant — Canisius significabat.

[4] Alberto v. Bavariae duce.

[5] Canisius optabat, ut Societatis sacerdotibus facultas tribueretur bibliorum germanice (a catholicis) versorum et controversiarum germanice a catholicis scriptarum lectionem iis, qui ipsis peccata confiterentur, permittendi; vide *Can.* IV 698.

[6] Vide *Can.* IV 744 791.

[7] P. Georgius Faber; vide supra p. 34.

[8] Vide supra p. 26[1].

De Hercule[1] fugitivo nihil unquam resciuimus quo euaserit tandem. Magis autem dolemus de M. Petro Schorichio[2] indigno prorsus Doctoris titulo, qui ex concubinario tandem Maritus efficj uoluit, et ad solemnes seu sacrilegas nuptias nobilem uirum inuitavit, quemadmodum ex eodem nobili et catholico uiro his diebus accepi. Hoc me peius habet, quod confirmat hic homo rumorem frequentem, se adhuc Jesuitam esse. Talem Apostatam catholicj non possunt non cum stomacho ferre. Frater illius M. Georgius Schorichius, nunc remissus est in Bauariam inferiorem a Principe. Loco huius M. Martinus[3] Monachij cum applausu audientium concionatur.

Acceperunt suas literas Rectores Dilingensis ac Monachiensis[4]. Nunc misimus D. Andream[5] Ingolstadium, ut postulauit R. P. T. Videtur autem necessitas ipsa postulare, ut[a] ad tempus Jngoldstadij maneat D. Theodoricus[6], priusquam Dilingam transferatur. Primum enim nondum optime habet D. Andreas, neque in gubernandi munere fuit unquam uersatus, et difficilem illius collegij administrationem, uix multis diebus satis intelliget. Tum caret ministro, qualem illi necessarium esse uideo. Nam P. Michaeli[7] male cum fratribus conuenit, et uicissim fratres illum parum reuerentur, licet saepe moniti. Faxit Deus, ut bene succedat haec tanta mutatio, quae partim Ingolstadij, partim Dilingae futura est, praesertim cum Rectores utrobique Ministris destituj uideantur[b]. Unde rogauj ut pro P. Joanne Seff qui nunc Dilingae Minister est, P. Wendelinus[8] nobis donaretur. Urgebo interim ut D. Theodoricus non diu absit a Dilingensibus.

Scripsit ad me D. Balthasar[9] Bohemus Collegium Brunspergae admodum esse perturbatum, et meliorem illic Rectorem desiderarj[c]. Qua de re iam in Vrbem quoque perscriptum esse puto. Vuarmiensis[d] Cardinalis testatur utcumque sibi placere M. Petrum[10] Concionatorem, licet is non ab omnibus intelligatur. Idem scribit ex Lutheranis non solum caluinisantes, sed etiam iudaisantes in Lituania fac[tos] esse[11].

Quod ad meos defectus annotatos attinet, eorum cupio emendationem, sacrificijs et precibus R. P. T. diuinitus impetrari.

Ex inclusa scheda [*etc., ut supra p. 36*].

Haeremus nunc in frequentibus quadragesimae Concionibus, nec deest auditorium frequens. Fructum addat Dominus o p e r a r i j s i n u i n e a s u a[12] per sacrificia et preces R. P. T. P. Natalis, P. Polanci

a) *In arch. sequitur* idem, *oblitt.* b) *In marg., ut supra:* che si auisa in Fiandra. c) *In marg., ut supra:* omnia sunt pacata. d) *Hoc v. ab ipso C. in marg. additum est.*

---

[1] Ditrevensi, fratre laico; vide supra p. 24.

[2] De hoc vide *Can.* IV 1048. Doctor theologiae creatus esse videtur in Italia.

[3] Stevordianus S. J.

[4] PP. Henricus Dionysius et Paulus Hoffaeus.

[5] Avantianum; vide supra p. 24.

[6] Canisius.

[7] Mario (Mayr? Maier?); de quo *Can.* II 525[3]; IV 37.

[8] Völck.

[9] Hostovinus S. J.; de hac epistula vide *Can.* IV 797—798.

[10] Fahe S. J., contionatorem braunsbergensem.

[11] De his Stanislai Hosii litteris cf. *Can.* IV 778.

[12] Mt 20, 1.

omniumque patrum ac fratrum. Quibus nos reuerenter in Domino commendamus.

Augustae 10 Martij 1565.

Seruus in Christo P. Canisius.

Admodum Reuerendo in Christo Patri, D. Francisco a Borgia, Vicario Generali Societatis Jesu etc. Romae.

Canisius Borgiae una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, misit „defectus suos": Quibusnam in rebus ipse vel praepositi provincialis officium administrando vel alias anno superiore errasset vel peccasset, ad vicarium generalem referebatur, sive soli „consultores" et rectores (vide *Can.* IV 1050) sive ipse quoque Canisius scripserunt. Qui „defectus" perisse videntur.

Canisius 31. Martii 1565 Borgiae scripsit: „Putabant quidem e nostris Patribus, non abs re fore, maiorem dare facultatem Prouincialj in dimittendis, qui licet uoto sese asstrinxerunt societati, tamen post diutina experimenta pergunt in uarijs collegijs esse molesti. Jnter quos non infimus est . . . sartor quidam, de quo postremo scripsi, et mei fratris misi testimonium" (cf. infra p. 45). Cum autem Canisium inter 10. et 31. Martii Borgiae scripsisse compertum non sit neque in litteris supra positis eiusmodi sartor memoretur, Canisium his litteris „testimonium" a P. Theodorico Canisio collegii ingolstadiensis rectore scriptum adiunxisse ac, quid ipse de eo negotio sentiret, vel testimonio illi ascripsisse vel in schedula sua manu (litteras dictaverat) scripsisse conicio. Ex *epistula autem Dilinga 18. Maii 1565 a *Theodorico Canisio,* qui tunc viceprovincialis Germaniae superioris et rector dilinganus erat, ad Borgiam data cognoscitur, Theodoricum egisse de dimittendo „Bertramo Hach [Sach?] Coloniensi", qui in Societatis collegiis monacensi et ingolstadiensi „sartoris officio" functus erat (ex archetypo. „G. Ep. VI." f. 100^{b}). In *Catalogo* collegii ingolstadiensis, ibidem 1. Ianuarii 1565 composito, refertur, „Bertramum Sack Coloniensem" 22. Maii 1563 Monachii Societatem ingressum, m. Iunio a. 1564 Ingolstadii eiusdem vota nuncupasse („GSC 66", f. 373^{a}—374^{b}). Initio a. 1565 (m. Februario vel Martio, ut videtur) Ingolstadio Augustam, inde Dilingam missus est; vide infra mon. ing. (2).

Polancus nomine Borgiae Canisio respondit 3. Aprilis 1565.

1212. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Sancti Francisci de Borgia, vicarii generalis, CANISIO.

Roma 16. (17.?) Martii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 61" f. 273.

Duo fratres scholastici Romam advenerunt, cum iam scholae multo ante incohatae essent; de quorum missione Canisius primum certiores facere debuerat Socios romanos. Hi cardinali Augustano pro exsequiis Lainio factis magnas gratias agunt. Congregatio provincialis, quam Canisius Ingolstadii habuit, non videtur legitima fuisse; nam complures, qui ei interesse debuerant, non interfuerunt. Huius congregationis, non vicarii generalis est, statuere, quinam Romam ad congregationem generalem venire debeant. Romani Socii consulantur oportet, antequam Socii Romam mittantur. Infirmus quidam. Magistri litterarum graecarum et philosophiae. P. Völck. Vicerector ingolstadiensis. Rector dilinganus. P. Dionysius Coloniae desideratur. Iuvenes collegio germanico destinati Bononiam advenerunt. Societatis candidatus polonus.

Pax *etc.* Tre lettere de V. R. si sono riceuute de 9, et .15. del passato, et 3. del presente . la prima portorno Pietro Louaniense et

giouanni uiero[1]. et non ci si é scritto cosa alcuna de loro, che sia uenuta alle nostre mani . qual pare V. R. acenna, nella ultima sua, et cosi uenendo tardo che gia il corso é cominciato ua per .5. mesi[2]. [Pietro][a] [?] si é mandato al collegio insieme col compagno, essendo stati alcuni pochi giorni in casa nostra[3], ben sarebbe sempre[b] dessi la informatione che conuiene s' habbia quà di quelli che si mandano, perche uenendo molto dietro, non è à tempo.

Hauemo inteso l' officij pietosi et amoreuoli dell' Jllustrissimo Cardinal[4] intorno alle esequie di N. Padre de .S. memoria[5] che ci han dimostrato l' animo suo tanto catholico, et beneuolo alle cose nostre. Dio N. Signor in uita et in morte lo remuneri con abondantia de sua Santa gratia.

Si è uista la risolutione che han fatto insieme con V. R. li Rettori d' Jngolstadio et monachio, con li dottori Pisa et Torres[6]. uero è, che non essendosi osseruato cio che si ricercha nella ottaua parte delle constitutioni, massime nel 3º capo, non si potria chiamar leggittima la tal elettion prouinciale[7], et pur si uede non essersi trouato il Rettor di Dilinga, ne quello de Jspruch[8], ne il D. Couiglion[9], ne altri come procuratori loro . se pur fossino stati ricercati, et con ragioni legittime, se hauessino escusato. Sarebbe altra cosa . et poiche é stato dissegnato il D. Paulo, non conuiene trattar d' altro in suo luoco . se non [si][c] mutassi parer in la congregation prouinciale di nouo congregata[d] . alla quale ci[e] [?] appartiene et non à nostro Padre Vicario iudicar chi debbia uenire.

a) *Hoc v. ut suppleatur, suadere videntur ea, quae proxime sequuntur.* b) *Supplendum fortasse* si. c) *Hoc ut suppleatur, res ipsa exigit; nisi proximum* in *deleatur.* d) *Sequuntur vv.* perche non é cosa; *ex quibus duo prima a libr. oblitterata sunt; etiam reliqua duo, ut omnino existimo, oblitterari debuerant ideoque a me omissa sunt.* e) *Sic ap.; legendum esse puto* ciò.

---

[1] Petrus Vranx et Ioannes Vierus, Societatis fratres scholastici; vide supra p. 4.

[2] Scholae philosophiae sub m. Novembrem a. 1564 in „renovatione studiorum" incohatae erant; vide *Can.* IV 700 714—715.

[3] In „domo professa".

[4] Ottonis Truchsess; vide supra p. 18 31.

[5] Iacobum Lainium dicit.

[6] Canisius cum PP. Theodorico Canisio, Paulo Hoffaeo, Alphonso Pisano, Hieronymo Torrensi exeunte m. Februario Ingolstadii „congregationem provincialem" instituerat; in qua constitutum est, ut Romam ad praepositi generalis electionem ipse Petrus Canisius praepositus provincialis et cum eo Hoffaeus irent, nisi huius loco P. Ioanni Cuvillonio eundum esse Borgias sentiret; vide supra p. 31—32.

[7] „Cum Conventus celebrabitur ad eligendum Generalem, . . . terni ex singulis Provinciis veniant, Provincialis videlicet Praepositus, cum duobus aliis, qui fuerint ad hoc negotium in Congregatione provinciali electi. . . . Convenient autem et suffragii ius habebunt in ea, Professi omnes Provinciae, qui interesse poterunt; Praepositi Domorum atque Collegiorum Rectores ac Procuratores, vel ii quos tamquam vicarios illi suo nomine miserint": *Constitutiones* S. J. P. 8, c. 3, n. 1.

[8] PP. Henricus Dionysius et Ioannes Dyrsius.

[9] Is „professus quattuor votorum" erat.

De Bartholomeo Siculo et Giouanne treuerense[1], non accade dir altro, gia che loro stanno in uiaggio per uenir, quà . quando pur non cie[a] [?] periculum in mora . bisognarebbe consultar[b] prima et aspettar risposta, massime adesso che per hauer da uenir tanta gente alla congregatione, andiamo quá molto restretti nel repigliar[c], per esser tanto piena la casa et collegij[2].

Joannem Baptistam sartorem ob adversam, qua affligitur, valetudinem in Italiam remittere licet.

Delli lettori di graeco et philosophia, si uedera quel che si potra . pare si sia usata piu fretta de quella che era piu[d] [?] necessaria in mandar maestro bernardino guana[e] jn Jspruch . doue non erano le lettioni tanto presto necessarie[3] . é cosa assai difficile il rompere nel mezo corso, il filo delli studij, se pur hauessi à leggere mastro Domenicho[4] due lettioni, una de logica, et l' altra di philosophia, ò uero del greco, piu fatica li sarebbe leggere la philosophia et manco potrebbe durare in quella.

Circa il Padre Vandelino[5], quando V. R. sara uenuto quà, potra uedere quello che sera fattibile, et d' una banda é d' un' altra si dara l' aiuto che si potra.

Del Rettor per Jngolstadio, si é scritto altre uolte, si consideri se il D. Andrea[6] potrebbe supplire perche tiene parti assai conuenienti per tal carico, massime essendo jl P. D. Theodorico canisio, uicino, perche si ben resti Viceprouinciale, potrebbe pur esser Rettor de Dilinga . et all' hora il Padre Henrico dionysio potrebbe tornare in colonia, doue è molto desiderato per il ministerio della predicatione . et in Jspruch potrebbe il Padre D. Couiglion leggere ò far quel che bisognassi, et hauera patientia per un tempo quel gentil' huomo del Friuli messer Antonio Altano.

Non sono ancora comparsi quelli nobili germani[7], sappiamo pur che arriuorno à Bologna auanti la Quaresima[8], et che deueua uenire con loro l' altro figliolo del Signor Georgio[9].

Quanto al Conte hieronimo[10] se non ci sara impedimento che importi, si pensa giouarebbe assai che V. R. lo menassi seco, et hauiamo caro che la uenuta di V. R. sia certa, nelle cui orationi et

a) *Vel* esset *vel* uie; *obscurius scriptum est.* b) *A libr. correctum ex* aspettar prima. c) *Vel* pigliar; *obscurius enim scriptum est.* d) cheen piu *ap.; fortasse legendum* che fu *vel* che non fu. e) guano *ap.; cf. infra adn. 3.*

---

[1] Bartholomaeus Vallonus et Ioannes Gutschalcus, Societatis fratres scholastici, significantur; vide supra p. 32—33.

[2] Collegia romanum et germanicum.

[3] De Fr. Bernardino Guana vide *Can.* IV 647[8] 675 700.

[4] Facciardus; cf. *Can.* IV 937 et supra p. 32.

[5] Völck. [6] Avantianus.

[7] Gervicus de Schwarzenberg, Guilielmus de Lösch; vide supra p. 5 et infra p. 42—43. [8] Haec inceperat 7. Martii.

[9] Philippus Eduardus Fugger. [10] Rozdrazéwski.

sacrificij N. Padre[a] Vicario et tutti gli altri tutti[b] [?] ci raccomandiano. Di Roma li 16[c] [?] di marzo .1565.

In apographo quidem, quo usus sum, d. 17. Martii huic epistulae ascriptus est; sed in epistula archetypa, qua Canisius Borgiae respondit, eam 16. Martii datam esse legitur; fortasse d. 16. data, d. 17. tabellario tradita est.

Canisius Borgiae respondit 7. Aprilis 1565.

1213. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu et superintendens collegii germanici, CANISIO. Roma 24. Martii 1565.

Ex apogr. eiusd. temp.; in margine, ead. manu: „Augusta P. Canisio". Cod. „Germ. 61", f. 274b—275a.

Adulescentes nobiles de Schwarzenberg, Fugger, Lösch in collegium germanicum advenerunt. Cuius superintendens et rector mutati sunt. Octavianus Fugger optime se gerit. Venit etiam Philippus Doberainer sacerdos. Non venit Godefridus Zott. Adulescentium illorum saluti diligenter consuletur.

pax *etc.* Molto Reuerendo in christo Padre.

Si sono riceuute quelle di V. R. di 7. del passato drizate al Padre Vsmaro[1], come superintendente del collegio germanico . raccomandandoli quelli gioueni nobili che auanti hieri ariuorno à Roma[2], et faro io risposta[3], perche il detto Padre Vsmaro tiene adesso la superintendentia del seminario[4], et non questa . è anche mutato il Rettor uecchio, cioè il Padre Alfonso Sguariglia . Rettor al presente de nostro collegio di Fiorenza . et si é fatto Rettore il Padre Josepho Cortesono, il qual anche de pochi di in quà sta absente, per tornare auanti la settimana santa . non dubiti però V. R. che si hauera la cura che conuiene, et si usara l' officio di charità che da noi si ricercha con questi gioueni nobili, et molto specialmente con Philippo[d] Fuchero, à cui padre et madre desideramo far ogni seruicio, come ci conosciamo debitori di quelli. De ottauiano[5] mi informo spesso andando al collegio et quando anco quelli che lo gouernano uengano[e] [?] à Casa[6], et trouo bonissima relatione, perche dio li ha fatto gratia de caminare constantemente nella uia delle uirtù[f], si procurara anche che philippo sia per tutti i modi aiutato, non mi pare sia uenuto quel suo preceptore[7] à Roma . forsa perche non lo

a) *Sequitur* Praeposito, *a libr. oblitt.* b) *Sic; alterum hoc* tutti *omittendum fuisse videtur.* c) *Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.* d) Philippho *apogr.* e) *Sic ap.; corrigendum videtur* uengono. f) *Sequitur* non, *a libr. oblitt.*

---

[1] Ursmaro Goisson; v. supra p. 2—3.

[2] Advenisse Gervicum baronem de Schwarzenberg, Guilielmum Lösch, Philippum Fugger cum sacerdote, qui Gervici magister erat, eosque ab Ottone cardinali Augustano Borgiae singulariter commendatos, intellegitur ex **Borgiae* litteris Roma 24. Martii 1565 ad Ottonem datis (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 61", f. 275).

[3] Polancus hoc tempore collegii germanici erat superintendens (*Can.* IV 695). Cf. etiam *Sacchinum*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 52.

[4] Seminarii romani; vide supra p. 2[5]. [5] Fugger.

[6] In Societatis domum professam.

[7] Andreas? Vide *Can.* IV 225 394.

haran reputato necessario . é ben uenuto un sacerdote[1] mastro del[a] Baron cerbico . del quale scriue l' Jllustrissimo Cardinal d' Augusta . non uiene anche gotefrido zoth, forsa uerà con qualche altra comodita. Vilelmo[2] figliolo del[b] maestro di casa dell' Jllustrissimo Signor Duca, é uenuto et si hauera particular cura de lui . con la posta si scriuera al Padre Paulo offeo[3], et anche forsa à mastro Tobia[4], il quale da raguaglio copioso del detto Vilelmo. V. R. potra supplire se parla alli parenti delli detti offerendoli ogni officio . etc.

Si sono anche riceuute le lettere de V. R. de Dilinga de X. del passato, alle quali per adesso non si fara risposta, ma con la prima posta come si è detto . et cosi alli altri padri che hanno scritto con questi boni gioueni. N. Padre Vicario et tutti ci raccomandiamo etc. De Roma li 24. di marzo .1565.

Polancus una cum hac epistula, ut videtur, *litteras misit eodem die ad Ottonem cardinalem Augustanum datas, quibus referebat, sacerdotem quoque illum (Philippum Doberainer) in collegium germanicum receptum esse eumque adulescentibus a cardinali commendatis, cum illi deambulatum irent, comitem addi (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 61", f. 274).

1214. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** vicario generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 31. Martii 1565.

Ex litteris archetypis, quas Canisius P. Guilielmo Elderen S. J. dictatas recognovit ac sua manu correxit et subscripsit („Seruus" etc.), exscripsi, praeter partem postremam, quae ab „etiam ad Catechismum docendum Domino auxiliante" incipit; huius enim partis (quam et ipsam ab Eldereno scriptam esse existimo quidem, sed certo affirmare non possum) tantum praesto mihi erat apographum, idque sub a. 1892 ex archetypo exscriptum et sub a. 1902 cum eodem diligenter collatum. Litterae exstant in „G. Ep. VI", f. 80^{a}—81^{b}, praeter partem illam postremam; haec enim est in „E.C.I", n. 156 (f. 63). Litteris usi sunt *Kröss* l. c. p. 173 et *Duhr*, Ies. I 610[3].

Comitia imperii. Canisii profectio romana. Is nova congregatione provinciali opus esse non censet. Albertus, Georgii Fuggeri filius, mortuus; Georgius et ab uxore et a Canisio monitus. Hieronymi Rosdracevii aes alienum et inconstantia. Litterae Indicae mittendae. Ehrenberg ad suos rediit Birgittanos. Praepositis provincialibus amplior dimittendi facultas tribuenda. Rector oenipontanus monitus, familiarius cum Magdalena regina ne ageret, scholas ut instauraret etc. P. Cuvillonius. Novus rector ingolstadiensis. Canisius Theodoricum fratrem Dilingae sollemniter rectorem universitatis etc. instituit; ibidem cum cardinali de canonicorum augustanorum animis collegio dilingano conciliandis et de eodem collegio dotando egit. Ille aulam nimis splendidam habet et novas collegii aedes meditatur. Collegii Augustae condendi consilium friget. Episcopus herbipolensis et Helvetii de collegiis constituendis agunt. Canisius Augustae catechismum explicabit. Socii aegroti. Fr. Völker, ut dimittatur, instat. P. Pinedanus.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

10. Martij datas accepi una cum alijs ad Prouincialem Rhenanum destinandis . Comitia Jmperij, quibus me uoluit Cardinalis interesse, in

a) *Sequitur* sacerdote, *a libr. oblitt.* b) *A libr. corr. ex* figliolo dell' Jllustrissimo.

[1] Philippus Doberainer (vide supra p. 2—4); de quo vide etiam, quae infra post ipsas has litteras dicentur.
[2] Lösch. [3] P. Hoffaeo, rectori collegii monacensis.
[4] Hic de Societate fuisse non videtur.

hyemen reiecta sunt[1]. Cogitamus igitur nisi contrarium ex Vrbe scribatur, duce Christo iter Romanum ingredi circa principium mensis Maij. Speramus adfuturos etiam tum Patres duos Prouinciales ex Rheno et Belgica[2]. Non opus erit alio conuentu Patrum huius Prouinciae, qui D. Paulum[3] mihi proficiscenti adiunxerunt.

Hodie terrae mandatur septennis Dominae Fuggerae filius, cui nocte morienti M. Guilielmus[4] adfuit. Haec mors uulnus inflixit Patri[5]. Mater casum fert moderatius, quam Dominus mirabiliter uisitat atque consolatur et ad Maritum Christo lucrifaciendum[6] magis ac magis excitat[7]. Admonuj et ego Maritum, ut agnosceret tempus uisitationis[8]. Alterum uero filium una cum alijs isthuc peruenisse confido, quem Parentes iterum R. P. T. accurate commendant.

Comes Hieronymus[9] sic debitis ac retibus uarijs implicatur, ut non uideamus, quomodo possit ex hoc labyrintho se extricare. Patrem habet offensum et infensum sibi, qui toties rogatus recusat mittere pecuniam. Amicj moniti, nihil praestant hactenus. Jllud est grauius, quod animum ostendit minus quam antea constantem in hac uocatione, ut neget se etiam uotis astrictum esse societati, quod antea pro indubitato habebamus. Valde illi metuimus, nisi Romam eat: Non ueniet autem nisi solutis utcumque debitis quae multa contraxit Jngolstadij. Orandus est Dominus, ne sinat illum carnis et mundi sapientia[10] in proposito sancto impedirj. Non potuit ab illo impetrarj, ut in Vrbem scriberet, suumque animum aperiret agnoscens superiorem.

Scimus literas Jndicas non raro ad alios peruenire: ad nos uero nihil mittitur, qui illis maxime uidebamur egere, et utiliter uti posse. Faxit Dominus, ut nostra quoque Collegia huiusmodi consolationem saepius accipiant, cum alioquin parum habeant unde recreentur.

---

[1] Vide supra p. 17[2].

[2] PP. Antonium Vinck et Everardum Mercurianum. [3] Hoffaeum.

[4] P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis.

[5] Albertus, Georgii II. Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filius, 19. Iunii 1557 natus, 30. Martii 1565 mortuus: Ita quidem **Stemma* quoddam gentis fuggericae, quod Augustae in archivo fuggerico exstat. *Nicol. Rittershusius* Albertum 29. Iunii 1557 natum esse scribit: Genealogiae Imperatorum, Regum etc. (ed. 2, Tubingae 1658), Domini Fuggeri, tab. 3. In *Cod. autem „*Ordenliche beschreibung* des Fuggerischen Geschlechts", sub initium saeculi XVII., ut videtur, composito (Augustae in archivo fuggerico), refertur, Albertum 19. Iulii 1557 natum, 30. Martii 1565 in monasterio „Holtza" mortuum esse (f. 273). Albertum octavo aetatis anno mortuum esse asseritur etiam in „Chronik der Familie Fugger vom Jahre 1599". Herausgegeben und erläutert von Dr *Christian Meyer*, München 1902, 50.

[6] Cf. 1 Cor 9, 19 21 22.

[7] Is pietatem haud ita diligenter colebat; vide *Can.* IV 713.

[8] Lc 19, 44. Cf. Ir 8, 12; 10, 15 etc.

[9] Rosdracevius (*Can.* IV 794). Nescio an hic sit idem atque ille comes Hieronymus Rosdracevius, quem S. Pius V. a. 1567 cubicularium suum, a. 1568 cathedralis ecclesiae vratislaviensis praepositum constituit (*W. E. Schwarz*, Briefe und Akten zur Geschichte Maximilians II. I, Paderborn 1889, 77 108).

[10] Rom 8, 7. 1 Cor 1, 20; 3, 19. 2 Cor 1, 12 etc.

Agimus gratias Deo, qui per nostros in Vrbe multa et magna pergit operarj, sicut semestres ad nos missae testantur.

Romae persoluemus pecuniam, quae nobili Germano sed malo Capuccino[1] numerata fuit. Jdem nunc redijt ad Brigittanos, cum quibus antea uixerat. Laetamur nos huius uirj cura et solicitudine liberatos esse[2].

Meminerimus Johannis Riuuli ne illi facile fides detur, si ad nos redierit. Huiusmodi hominibus non sinat Dominus grauari societatem, quae alioquin satis cum alijs habet negotij. Putabant quidam e nostris Patribus, non abs re fore, maiorem dare facultatem Prouincialj in dimittendis[3], qui licet uoto sese asstrinxerunt societati, tamen post diutina experimenta pergunt in uarijs collegijs esse molesti. Jnter quos non infimus est Johannes Viennensis[4] et sartor quidam, de quo postremo scripsi, et mei fratris misi testimonium[5]. Verum sine iudicio et arbitrio R. P. T. nihil de his concludemus[a].

Misimus OEnipontum Rectorem Dyrsium, postquam illum admonuimus de uitanda illa cum seniore Regina[6] immodica familiaritate, de schola iterum instruenda OEniponti, de M. Hermete[7] tractando suauius, de expectandis ex Vrbe partim scholasticis, partim Professoribus. Nam 12 tantum personas habet Collegium, et desideratur inprimis P. Theologus, qui festis diebus Dominos et Senatores doceat[8]. Expectant Graecum quoque lectorem. Orat uehementer ut sanos excipiat, alterius potius nationis quam Jtalum[b] [?]. Cogar ad dies aliquot OEniponti manere, ut Collegium hoc rectius instituatur: desunt interim necessarij classibus praeceptores. Cupit etiam[c] Rector summopere, ne diutius apud se maneat D. Cuuillonius, quod inuitus illic retineri uideatur, aspirans ad Jtalicum solum, ubi laetius fortasse uiuet Domino auxiliante.

a) *In marg. archetypi manu Polanci notatum est:* del generale si trattara qua . de questi duoi faci come li pare. b) *Sic Eld. Corrigendumne* Jtalae? *vel* Jtalos? *vel* Italorum? c) *C. sua manu v. sequens addidit.*

---

[1] Ioanni ab Ehrenberg; vide supra p. 1 et *Can.* IV 745 775.

[2] Nescio num hic idem sit atque ille „Ioannes ab Ernberg", qui a. 1586 fundatione facta providit, ut Dilingae in contubernio S. Hieronymi adulescentes aliqui — terni, puto — gratis alerentur et instituerentur (*Specht* l. c. 403 404). Ac notatum quidem vidi in * *Catalogo* quodam „Personarum Societatis Iesu in Provincia Superioris Germaniae", „Iohannem ab Ehrnberg" Societatem a. 1564 ingressum, in eadem diem supremum obisse („Iesuitica in genere Nr 199", p. 1. Monachii in archivo regni bavarici); verum id perperam scriptum esse coniecto.

[3] De hac dimittendi facultate vide *Can.* II 613[1]; III 208[4] 419[4].

[4] De hoc vide *Can.* IV 948.

[5] Bertramus Hach (Sack); vide supra p. 39.

[6] Magdalena; vide supra p. 2[1].

[7] P. Hermete Halbpaur S. J., reginarum confessario.

[8] Diebus sacris Oeniponte schola quaedam theologica habebatur, ad quam etiam „Domini de regimine" Austriae superioris et de „camera" eiusdem similesque proceres adire solebant; vide *Can.* III 310 339 422; IV 199[4] etc.

Jngolstadij nunc Rector est institutus D. Andreas, sicut suis ipse literis testabitur quas adiunxi[1]. Dilingam uero perduxi fratrem[2], quo tempore grauiter laborabat D. Henricus[3], multum sanguinis iterum expuens, ut licet Coloniam redeat, tamen illi tutum non sit publice concionarj, sicut Medicus arbitratur. Cum uero Cardinalem conuenissem, dies est institutus[4] ad noui Rectoris solemnem designationem[a]. Eaque coram toto Gymnasio et quibusdam Comitibus adiuncto etiam cantu musico peracta fuit, vt huiusmodi ceremoniae maiorem huic functioni adderent authoritatem. Sic uisum est Cardinalj, ut Rector prior abdicaret[b] se suo munerj[c] [?], et Prouincialis palam designaret illius successorem, cuj etiam insignia Rectoralia conferret[5]. Dominus bene uertat hanc mutationem, quam profuturam spero non solum nostris, sed etiam toti Academiae.

Egi cum eodem Cardinale, ut Canonicorum huius Augustanae Ecclesiae consensum ad res collegij Dilingensis solide instituendas peteret nobis atque impetraret, praeterea ut ad fundationem et prouentus collegij magis quam ad structurae fundamenta iacienda incumberet. Adiunxi quam futurum esset difficile, nostros praesentibus his oneribus diu premj, atque in laborando pergere, ubi nulla Collegij certa principia uideremus extare, ac praesertim nos moriente ipso Episcopo, nihil habere, praeterquam 800 florenos in fratrum sustentationem: satis notos esse Canonicorum animos, qui male nobis uellent, et uno die prorsus abolere possent, quicquid nos antea inchoassemus atque seminassemus. Fassus est igitur Cardinalis uera esse quae dicerem: se uero curaturum post Pascha promisit, ut Augustae tentaret, et quoad eius fieri posset, sibi nobisque conciliaret animos Canonicorum, ut certo sciremus, quid quantumque nobis de illis promittere possimus. Nam sine illorum consensu atque fauore, quicquid tentat[d] ac promittit Cardinalis infirmum esse mihi uidetur, praesertim cum uir bonus praestare non possit, quae in fundatione ipsa promisit, de alendis 70 fratribus, et de dotando Collegio, cuj 3000 flor.[e] quotannis pendantur. Neque puto futurum, ut multis annis tantum praestet idem Cardinalis, qui pergit magnificam fouere aulam sumptuosius, quam ut domesticos etiam alere possit. Nos multis admonitionibus huc usque apud illum[f] nihil proficimus. Jnterim sperat

a) *Sic C. sua manu correxit ex* institutionem, *quod v. Eld. posuerat.* b) *A C. ipso corr. ex* applicaret. c) *Sic; scribendum fuerat, nisi fallor:* munere. d) *Duo vv. sqq. ab ipso C. addita sunt.* e) *Ita C. ipse correxit ex* duc. f) *Verbum sequens ab ipso C. additum est.*

[1] P. *Andreas Avantianus* in his *litteris, 27. Martii 1565 ad Borgiam datis: „Jnitio", inquit, „Quadragesimae Jngolstadium petiui, ubi exceptus sum humanissime, Et cum P. Rector per 8 dies de rebus fere omnibus contuli quae ad rem facere videbantur" (ex autogr. „G. Ep. VI", f. 76[a]).

[2] Cum Theodorico fratre Augusta Dilingam venit 26. Martii; vide infra monum. dil. (4).

[3] Dionysius. [4] 29. Martii; vide infra mon. dil. (4) (5).

[5] P. Theodoricus Canisius et universitatis et collegii Societatis et contubernii S. Hieronymi rector institutus est; vide supra p. 11.

pecuniam aliquam a se colligendam, mutuoque accipiendam esse, ut hoc anno iaciat noui collegij fundamenta, quoniam nouas in hoc aedes coemit, ac situm ipsum habet liberum. Expectat autem sententiam R. P. T. placeatne forma nouarum aedium, quam cum nobilibus illis transmisit. Canonicj uero ante Pascha[1] nihil agent de nostris rebus cum Cardinale, sed habent tamen quae post pascha nobis opponant, ut quod nimium amamur et probamur a Cardinale, quod reliquis probiores et sanctiores uiderj uelimus, et nescio quae alia id genus ridenda potius quam confutanda. Non intelligunt miseri, quantopere nostra indigeant opera: Jntelligent autem suo malo forte postea. De Collegio hic fundando uidemus eos frigide procedere, qui omnem in eo spem collocabant et adhuc collocant, quod apud Pontificem obtineatur nobis monasterium dominicanorum. Dominus in suam gloriam uertat omnia.

Haec ego scribo latius, quod uix arbitrer me posthac scripturum aliquid, cuj possit ex Vrbe responderj ante meam profectionem. Herbipolensis Episcopus, breui aget serio mecum, ut audio, de Collegio apud se instituendo[2]. Heluetij meditantur aliud ut accepi, misso ad Pontificem Legato[3]. Fiat Domini uoluntas[4], qui multiplicet nobis gentem[5] ad Collegia constituenda idonea hoc tempore.

Habemus aegrotos uarios, quorum salutem R. T. sacrificijs et precibus Domino cupimus commendari. Neque parua nobis est Augustae messis hoc sacro tempore. Redibo nunc etiam ad Catechismum docendum Domino auxiliante[6].

Expectamus M. Wendelinum[7], qui substituatur ministro aegroto[8] Dilingae, et successorem M. Erasmi[9] in classe Rhetorica[a] unaque professorem pro collegio Ingolstadiensi. Nam idem[b] Erasmus ad me iam saepe scripsit, quod nolit diutius quam ad pascha usque morari nobiscum, et si uelit etiam, non poterit docere miser per corporis imbecillitatem. Igitur uix patienter expectat responsum Romanum, sine quo quidem a me liberari non poterit uotorum uinculis. Quoniam uero tot annis sincere non ambulat[10], neque ad religionem

a) *Quae sequuntur, usque ad* Nam idem *excl., ab ipso C. in marg. addita sunt.* b) *V. sequens a C. ipso supra vers. scriptum est.*

[1] Id 22. Aprilis futurum erat.
[2] De Societatis collegio, quod Herbipoli Fridericus de Wirsberg episcopus et Franciae orientalis dux instituere vehementer cupiebat, vide *Can.* IV 104 128 376 etc.
[3] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.
[4] Act 21, 14. Cf. Mt 6, 10; Lc 22, 42 etc. [5] Is 9, 3.
[6] Canisius igitur, sicut superioribus annis per tres ultimas sacrae Quadragesimae hebdomadas fecerat, ita hoc quoque anno per idem tempus vel saltem per hebdomadas „IV. Quadragesimae“ et „Passionis“ (hebdomada „maiore“ Dilingam excurrit), praeter 4 contiones singulis hebdomadis (Dominicis, feriis II. IV. VI.) usitatas, vel 2 vel etiam 3 sermones catecheticos (feriis III. et V. mane, ac fortasse etiam Dominicis post prandium) eosque, ut videtur, in templo S. Ioannis Baptistae habere constituerat. Cf. *Can.* III 623—628; IV 841—842.
[7] Völck. [8] P. Ioanni Seeff. [9] Völcker.
[10] Tob 3, 5. Cf. Phil 1, 17.

inducere animum[a] potest, ut ipse testatur, multaque in illo saepe desiderantur a patribus, operepretium esse duco, ut certi aliquid de illo constituatur, si hactenus non fuerit constitutum.

Cum huc uenit frater Ingolstadio, adduxit secum M. Alphonsum aegrotum[1], qui apud nos paulo habet quam antea commodius, et ad Italicum aspirat aerem. Curabimus igitur sicut et suasit Medicus, ut oenipontum perueniat, unde patauium poterit proficiscj, si placeat R. P. T., ut rectius ualetudinem curet sub cura medicorum, quos in Germania illi commodos dare[b] difficile uidetur. Nos alioquin sumptus in illum conferre[c] non dubitaremus, sed speramus hoc mutandi aeris consilium R. P. T. placiturum[d] et illi commodaturum esse.

Dubitabamus essetne consultius Sigismundum[2] hac saltem aestate Viennae uersari[e], quam illico mitti Romam ubi aerem aliquando infestum habuit[f] ac laborare coepit. Verum de illo jam antea scriptum est. Commendamus nos plurimum R. P. T. ac patribus omnibus in Christo Jesu Domino nostro. Augustae Pridie Calend. Aprilis .1565.

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendo admodum in Christo Patri Francisco a Burgia Vicegeneralj Societatis IESV. Romae.

In his litteris memoratu digna sunt, quae Canisius de Helvetiis nuntiat: Eos collegium Societatis, „misso ad Pontificem Legato", petere constituisse. Haec enim nova sunt. Refert *Polancus* legatos, per quos Helvetii initio a. 1556 novo pontifici Paulo IV. obsequia deferebant, „aliquos" ex Societate „ad se mitti postulasse": Chronicon Societatis Iesu (Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Iesu Historia VI, Matriti 1898, 13). *Idem* Canisio Roma m. Novembri 1560 scribit, Helvetios etiam apud pontificem (Pium IV.) instare, ut collegium Societatis habeant (*Can.* II 759). Mense Ianuario 1565 in comitiis Lucernae habitis hoc a „quinque locis catholicis" (Lucerna, Urania, Suitia, Subsilvania, Tugio) constitutum est: Ut concilii tridentini decreta reciperentur, et ut cum Pio IV. foedus ab ipso propositum iniretur (*J. G. Mayer*, Das Konzil von Trient und die Gegenreformation in der Schweiz I, Stans 1901, 128—129). Ineunte m. Iulio 1565 Roma discessit Melchior Lussy subsilvanus, tribunus militum, ab iisdem locis ad Pium IV. legatus (*Archiv* für die schweizerische Reformations-Geschichte III, Freiburg i. Br. 1875, 546).

Borgias Canisio per Polancum respondit 21. Aprilis 1565.

1215. P. ANDREAS AVANTIANUS S. J., collegii ingolstadiensis vicerector, CANISIO. Ingolstadio sub initium m. Aprilis 1565.

Ex apographo, de quo infra n. 1218.

Canisius Augusta 7. Aprilis 1565 Borgiae de P. Andrea Avantiano, qui sub exitum m. Martii 1565 collegii ingolstadiensis „vicerector" institutus erat (vide supra p. 46): „Habet satis quod agat Prorector Ingolstadij D. Andreas, quemadmodum suis ad me literis indicat."

a) *In arch. sequitur* non, *oblitt.* b) *In arch. corr., ut videtur, ex* dari. c) *In arch. corr., ut videtur, ex* conferri. d) *Tria vv. sqq. ab ipso C. supra versum scripta sunt.* e) *In marg. archetypi manu rom. eiusd. temp. (Polanci manus esse videtur): [se] [?]* se puo agiustar' *[corrigendum videtur:* agiutar'*]* nella superior germania in qualche casa si reputa meglio che in Viena . tengaselo adunque in sin a tanto che lui venga. f) *In arch. sequitur* cum *(ut videtur), oblitt.*

[1] P. Alphonsum Guttierez sive Pinedanum S. J., qui in universitate ingolstadiensi Dialecticam docuerat; vide *Can.* IV 332[4] 712 761. [2] Dominatium.

1216. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Sancti Francisci de Borgia, vicarii generalis, CANISIO.

Roma 3. Aprilis 1565.

Ex apogr. eiusd. temp.; in margine, ead. manu: „Padre Canisio." Cod. „It. Ep. 64" f. 345.

Provincialibus Flandriae et Rheni scribitur, ut Dilinganis „ministrum" provideant. Fr. Erasmus Völcker per aestatem Dilingae retinendus est; quod si fieri non poterit, Canisius eum votis solvere poterit. Socii ex Italia mittentur. P. Swagerius monetur. Fr. Vranx Sociis romanis non consultis Romam mitti non debuerat. Sociorum quorundam animi excitandi. De collegii dilingani dotatione, studiis litterariis etc. in congregatione generali deliberabitur. Ritus professionis tridentinae in universitatibus faciendae mittitur. Cuius professionis curam Barariae duci per Eckium, non per Socios romanos commendari convenit. Petrus Schorichius. Rector collegii braunsbergensis bene agit. Convictores collegii germanici. P. Liberius Dilinganis contionator constitui non debuerat. De augustano Dominicanorum monasterio Socii romani nihil tentant. Stola. Pecuniae. Ionas Adler. Episcopis ne commendentur, qui sua culpa ex Societate dimissi sunt. Mittuntur magistri philosophiae et rhetorices etc. De libris prohibitis Socii, donec aliud scribatur, libertate episcopis et universitatibus tributa uti poterunt.

Pax *etc.* Questa sarà in risposta della lettera di V. Reuerenza di 10. di febraio che scrisse da Dilinga dando informatione delle cose di quel collegio et dell' altre di 10. del passato scritta d' Augusta. Et primieramente circa il prouedere d' un ministro in luogo del Padre Gio: Ceeff[1] (che per consiglio del medico s' à a mandare in Fiandra) per che di Roma non c' è modo di prouedere, si scriue hoggi alli Prouinciali di Fiandra et Rheno[2], che s' alcuno ne hanno specialmente che sappia la lingua Todesca il mandino a Dilinga et se lei uorra con alcuna sua lettera sollicitarli lo potrà fare.

Circa mastro Erasmo sasso[3] saria da desiderare, che si trattenessi per tutta questa stade si come lui istesso nella prima poliza sua[4] haueua dato intentione di fare perche all' hora con più aggio si saria potuto prouedere alla schola che fa di socessore[a]. percio .V. Reuerenza procure s' è possiuile di trattenerlo, pure in euento che paressi per qualche accidente conuenire di licenciarlo prima, et absoluerlo dei suoi uoti .N. Padre Vicario lo lascia nelle mani di .V. Reuerenza et si uedera di mandar presto insieme con un Coadiutore un fratello che sta in Venetia per succedere a detto mastro Erasmo in tale caso e[b] quando V. Reuerenza uerra alla congregacion generale potrà più d' apresso uedere li aiuti che di Roma, seli possono dare.

Al Dottor Conrado[5] scriue una lettera il Padre Rettor del Collegio[6] muouendolo destramente a portarsi bene, et di là ancho si uegga di aiutarlo.

a) *In ap. sequitur* pure, *a libr. oblitteratum.* b) *In ap. correctum ex* et.

[1] Seeff; vide supra p. 12 17.

[2] PP. Everardo Mercuriano et Antonio Vinck.

[3] Erasmum Völcker saxonem significat; vide supra p. 13 33.

[4] *Can.* IV 704. [5] P. Conrado Swagerio.

[6] P. Sebastianus Romeus (Romei), rector collegii romani.

Ci siamo ralegrati in Domino che quella persona che haueua seco denari si sia palesata et aiutata.

Pietro[1] Louaniense arriuò a Roma doue si uedera di aiutarlo conforme all' information che lei ne manda . non si doueua pero costui mandare à Roma senza auisar prima, et spettarne risposta.

A mastro Hierardo louaniense[2] si crede habbia V. Reuerenza dati li ricordi che conuengono, accio faccia alegremente et con frutto il suo ufficio; et che anco harra procurato di animare il D. Thomaso et di reprimere la natura di mastro Rabestain[3], accio che cosi l' uno si accomodi con l' altro. S' è riceuuto il disegno del Collegio di Dilinga, et anco l' instrumento, quale pero sara ueduto et considerato nella Congregacion generale, et perfin all' hora non si puo risponder cosa certa all' Jllustrissimo Cardinal[4], come ne anche si puo determinare cosa alcuna intorno alla dispositione dello studio di quella uniuersità, mà V. Reuerenza uenghi ben informato d' ogni cosa che alla Congregatione se ne trattara.

Si mandara quì la forma di fare il giuramento et profession della fede, secondo la quale si puo fare in tutti li loghi doue non sia ancor fatta[5]. Quanto però al muouere il Duca di Bauiera a far la fare in Jngolstadio lei potrà per mezzo del signor Echio[6] fare alcun ufficio di la, che di quà si teme che si offenderia detto duca se sapessi che per mezzo nostro si sia procurato che il Papa li scriua sopra cio.

Al pouero D. Schorichio[7] habbiamo gran compassione, nostro Signor si degni illuminarlo.

Circa le cose di Bransperga .V. Reuerenza non habbia pensiero perche ogni cosa è quietata et il Rettore[8] è da bene et grato.

Gia fù dato auiso l' altra settimana che arriuorno a saluamento à Roma quei giouani nobili[9] insieme con Filippo Fucaro di quali tutti si terra cura nel collegio germanico doue adesso stanno; come V. Reuerenza lo raccomanda et ai parenti loro si deue.

Scrisse V. Reuerenza che haueuan fatto predicatore di Dilinga Stephano Liberio il che non si sà perche si sia fatto essendo stato di Roma scritto, che non li dessero tal cura. Jntorno a quel monasterio di Dominicani[10] non s' è fatto cosa nessuna, non parendo negotio riusciuile.

Il sacrestano nostro ha hauuta molto à chara la stola mandata della signora Fucara[11] ala quale nostro Signor dia la retributione.

---

[1] Vranx. [2] Gerardo Pastelio, logices in universitate dilingana professori.

[3] PP. Thomam Darbishirum et Ioannem Rabenstein, contubernii S. Hieronymi „regentem" et „subregentem", significat; vide supra p. 14.

[4] Ottoni Truchsess. [5] Cf. supra p. 37[2].

[6] Per Simonem Thaddaeum Eck cancellarium.

[7] Petro Schorichio apostatae. [8] P. Christophorus Strobellius.

[9] Schwarzenberg et Lösch.

[10] De augustano Dominicanorum monasterio in Societatem transferendo.

[11] Ursula Fuggera.

Al Rettor di Praga[1] si può rendere il uiatico che si truoua hauer dato a quelli di Prusia, che di Roma sara fatto buono à V. Reuerenza quanto gli hauera pagato.

Compatiamo al pouero di Jona[2], et par bene che simili che escono per sua colpa dalla Compagnia non siano raccomandati alli Prelati, accio facendo essi mal essito non ne riceua la Compagnia alcuno detrimento . dopoi di hauer scritto insin quì, s' è presa risolutione di mandare per ingolstadio un filosopho, che sara mastro Gioan Marquez, il qual nelle cose di philosophia et mathematica è introdotto, benche saria da desiderare che hauesse piu terssa la lingua latina, la quale però potra aprendere presso[a] [?] con la diligentia[3]. con lui uerra anco il fratello Cesare dainotto[4], del quale ho parlato di sopra per leggere in luocho di mastro Erasmo in caso che egli non si possa trattenere in quel carico . ancora andara con esso un giouene fiamengo[5] che seruira per coadiutore in locho di hercole che si parti, et questi partirano fatte le feste.

Qui uanno certe lettere per ingolstadio, le quali sono d' alcuna importanza, et perciò si desidera che habbino buon ricapito.

Circa la facoltà intorno i libri prohibiti, si rispondera un' altra uolta. Fratanto si possono ualere i nostri de la libertà che da il concilio, à i Vescoui et alle Vniuersità, intorno detti libri, et specialmente in Augusta et Dilinga[6].

a) *Sic; corrigendum esse videtur:* presto.

---

[1] P. Henrico Blyssemio. [2] Adler.

[3] Ioannes Marquez, circa annum (ut videtur) 1532 ex Villanueva del Fresno (Estremadura) ortus, miles fuerat; idem per 2 annos Bruxellis in „curia" Philippi II, per annum Romae, ubi sub a. 1554 in Societatem receptus erat, „in cubiculo Patris Ignatii" ministerium fecerat. Laureti per 9 menses grammaticam docuerat. In romano collegio per 3 annos philosophiae operam dedit. In collegio germanico per 2 annos „curam habuerat puerorum et interim theologiae operam navaverat": Ita ipse P. Natali testatus est. (Epp. *Nadal* II 564. Cf. etiam *Carl. Sommervogel* S. J., Les Jésuites de Rome et de Vienne en M. D. LXI, Bruxelles 1892, f. B 3[b].)

[4] Hic in Germaniam superiorem venisse non videtur.

[5] Significari puto „Gisbertum Rotarium lovaniensem", quem in collegio ingolstadiensi exeunte a. 1566 degisse et ibidem ineunte m. Octobri 1567 „ianitorem et praefectum pannorum" fuisse ex **Catalogis* collegii ibidem illis temporibus conscriptis constat („GSC 66" f. 406[a]—408[b] 388—389). In antiquo „**Libro* Professionum et Votorum" collegii ingolstadiensis notatum est, eum primum vota nuncupasse Moguntiae 27. Septembris 1562; eadem renovasse Ingolstadii 8. Februarii 1577 (Cod. „270" bibliothecae universitatis monacensis, f. 36[a]).

[6] Non ipsum concilium tridentinum Polancus dicere videtur — hoc enim, praeter facultatem „examinandi et approbandi" „libros de rebus sacris" in sua dioecesi imprimendos (Sess. IV., decr. de ed. et usu etc.) quam aliam episcopis dederit, nescio —, sed. „Indicem tridentinum", quem vocant; in cuius „regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos" episcopis, facultatibus theologicis universitatum catholicarum, inquisitoribus etc. variae tribuuntur potestates examinandi, approbandi, permittendi libros scriptos a catholicis postea in haeresim lapsis, libros haereticorum de religione non tractantes, annotationes in sacram Scripturam „a damnatis auctoribus" factas, biblia a catholicis in vernaculam linguam versa.

Si qui andaran lettere per Colonia et maguntia .V. R. si contenti di farle dar bon ricapito; non me occore altro .etc. Di Roma li 3. di aprile .1565.

1217. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, episcopus princeps varmiensis, CANISIO. Piotrcovia 5. Aprilis 1565.

Epistulae archetypae a Canisio Dilinga 16. Februarii 1565 ad Hosium datae (vide supra p. 19) duabus manibus eiusdem temporis hae duae sententiae ascriptae sunt: „Redditae 25 [28?] Martij 1565 Petricouiae. Resp. 5 aprilis.“ Hosii litterae perisse videntur.

Hosius ex regni polonici comitiis piotrcoviensibus, ad quae 26. Februarii 1565 advenerat, 10. Aprilis 1565 discessit (*Ant. Eichhorn*, Der ermländische Bischof und Cardinal Stanislaus Hosius II, Mainz 1855, 229 235[1]). Cf. *Can.* II 295[2] 333—363.

Fortasse Hosius his litteris Canisio etiam commendavit nepotes Jacobo Uchański, archiepiscopi gnesnensis et primatis Poloniae, qui et ipse tunc, nisi fallor, Piotrcoviae morabatur. Ita enim P. *Theodoricus Canisius* S. J., Germaniae superioris viceprovincialis atque universitatis et collegii dilingani rector Dilinga 3. Iunii 1565 ad Hosium *scripsit: „Recepimus hisce diebus in hac nostra Dilingana Academia nepotes Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Gnesnensis a tua Illustrissima dominatione Patrj Canisio commendatos, qui nuper in Vrbem ad noui generalis electionem proficiscens, mihi in hac Germaniae Prouintia sui muneris partes tantisper delegauit. Quapropter pro me officio illiusque nomine praenominatos adolescentes ea qua potero humanitate beneuolentiaque complectar, quod praeter communem Christianam charitatem plurima tua in nos beneficia suo iure reposcunt. Illud interim doleo non maiores esse commoditates in hoc angusto oppido, quibus tam his quam alijs nobilibus adolescentibus, quj studiorum gratia ad nos confluunt, gratificarj possemus“ (ex archetypo, quod exstat Cracoviae in museo principis Czartoryski, Cod. 1607, p. 149—152). *Uchański* „fratres Societatis Jesu“ vocavit „viros undequaque perfectissimos“ in litteris Lovicio 17. Decembris 1564 ad Ioannem Franciscum Commendonum nuntium apostolicum datis, quas edidit *Theod. Wierzbowski*, Uchańsciana I, Warszawa 1884, 93—94.

1218. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, vicario generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 7. Aprilis 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 a *Boero* ex archetypo (2°; 2 ff.; Canisius sua manu nomen [„seruus“ etc.] subscripsit), in „E. C. I.“ n. 157 (f. 64 65) posito, exscriptum, sub a. 1902 cum eod. archet. collatum est.

Socii in Italiam ire iussi. Novus rector dilinganus. Dionysius. Volckerus. Pinedanus. Errata in congregatione provinciali bona fide sunt admissa. P. Cuvillonio concedendum est, ut Oeniponte abeat. Robertus Ardrenus. Archiepiscopus armachanus ab Anglis captus et in „Turrim“ coniectus est.

† Pax Christi[a] Admodum Reuerende Pater.

16.[b] [1] [?] Martij datas accepi cum alijs, quae ad Prouincialem Rhenensem sunt a nobis transmissae. Gaudemus Petrum[2] Louaniensem et Ioannem Vierum isthuc saluos peruenisse. Et cupimus in bonam

a) Chri *apogr.* b) *Sic archet.; fortasse corrigendum* 17; *vide supra p. 42.*

libros de controversiis illius temporis „vulgari idiomate“ „disserentes“ etc.: Index librorum prohibitorum . . . auctoritate Sanctiss. D. N. *Pij IIII.* Pont. Max. comprobatus (Coloniae 1564) f. A 5^b—A 8^a.

[1] Epistula fortasse d. 17. Martii data erat; vide supra p. 42. [2] Vranx.

partem accipi, quod Bartholomeum Siculum et Joannem Treuirensem[1] ex hac prouincia miserimus, cum sane periculum in mora fuerit, si nos ab infamia tueri uellemus. Joannes Baptista sartor, qui aegre liberaretur hac scabie, lubenter in Italiam redit. Hieronymus Comes Polonus[2], ut scripsi proxime, parum nobis spei reliquit[a] [?], quamdiu sic obaeratus manebit. Unde meus ad Romanum iter comes esse recusat[b].

Quod ad Collegium Dilingense attinet, bonam de se spem praebet Rector nouus[3] diligentia sua, quam illi Gymnasio et fratribus profuturam esse non dubitamus. Scribit ille de statu utriusque Collegij Ingolstadiensis et Dilingensis. Nondum reualuit D. Henricus Dionysius, et peius habet Erasmus ille Saxo quem Dominus interiore simul et exteriore apostemate liberare dignetur[4]. Habet satis quod agat Prorector Ingolstadij D. Andreas[5], quemadmodum suis ad me literis indicat. Misimus nunc M. Alphonsum[6] Oenipontum, ut suasit medicus.

Quod ad congregationem Prouincialem attinet, erroris commissi precamur ueniam, etsi quae ad ea[c] [?] necessaria sunt expenderimus, iudicantes satis fore, si absentium[d] quidem[e] patrum trium suffragia requirerentur, ut[f] qui sine magno incommodo uenire non possent, et statuentes pro maiori parte suffragiorum, quae poterant ex praesentibus colligi[g]. Unde non putabamus hac ratione nos quiquam peccaturos in leges sanctae Societatis .D. Cuuillonius[h] hucusque manet inuitus admodum Oeniponti, nec est idoneus ad profitendum, parum etiam gratus Rectori Dirsio. It putabat Dominos boni consulturos esse, si nullus adesset Theologus ante finem conuentus generalis, ex quo aliquis posset accipi fortasse[7]. Unde uideat quaeso R. P. T. expediatne D. hunc illic uelut in carcere conclusum, diutius detineri contra suam et aliorum quodammodo uoluntatem, praesertim sibi neque utilitatem neque necessitatem adfert collegio[i], sibi alijsque grauis.

Valde rogamus speciales fieri preces pro Reuerendissimo D. Archiepiscopo Armacano, in Schotiam nuper misso a Pontifice Maximo amico nostrae Societatis. Venit enim ad nos Anglus et nobilis ille adolescens, a Lovaniensibus ad nos missus, et iam Monachij

a) *Sic ap.; corrigendumne* relinquit *vel* relinquet? b) *In marg. archetypi manu rom. eiusd. temp. (Polanci, ut videtur) notatum est:* Scriuali suo fratello che non è bene che venchi senon pascha *[paghera?]* prima. c) *Sic ap.; scribendum fuisse videtur:* eam. d) *In arch. ab ipso C. corr. ex* absentiam. e) *Duo vv. sqq. ab ipso C. supra vers. scripta sunt.* f) *C. ipse correxit* ut qui *ex* utque. g) *In marg. manu illa rom. primum aliqua scripta sunt, quae nunc haud ita facile legi possunt et quae linea transmissa deleta esse videntur; deinde eadem manu:* Crede saria meglio far la de nouo poi che hanno tempo. h) *In marg., ut supra:* venghi al altano. i) *Quae sequuntur, usque ad* grauis *incl., ab ipso C. addita esse videntur.*

[1] Bartholomaeum Vallonum et Ioannem Gutschalcum.
[2] Rosdracevius. [3] P. Theodoricus Canisius.
[4] Erasmus Völcker; vide, quae de eo sub ipsas has litteras dicentur.
[5] Avantianus. [6] Pinedanum.
[7] De theologica hac schola vide supra p. 45[3].

collocatus [1]. Is testatur hunc Reuerendissimum in portu quodam marino ab Anglis interceptum et in uincula Lundini coniectum esse, Bullis quidem Pontificiis, quas adferebat, publice propositis non sine magna contumelia, easque primum in sarcina deprehensas legerunt, priusquam de illius professione ac instituto intelligerent [2]. Dominus optimo uiro, sicut et alijs Episcopis Anglicanis propter religionem conclusis propitius adesse dignetur per sacrificia et preces totius nostrae Societatis.

Commendamus [nos][a] plurimum sacrificijs et precibus R. P. T. omniumque Patrum ac fratrum in Urbe. Augustae 7º Aprilis 1565.

seruus in Christo P. Canisius.

Admodum Reuerendo in Christo Patri, D. Francisco de Burgia Vicario generalj Societatis JESV Romae.

Quod Petrus Canisius his litteris significabat: Fr. Erasmum Völckerum S. J. Dilingae „interiore simul et exteriore apostemate" laborare, id *Theodoricus Canisius* Petri frater et collegii dilingani rector planius expresserat in *epistula Dilinga 30. Martii 1565 ad Borgiam data; in qua ille: „M. Erasmus Saxo et corpore et spiritu male valet. Plane in ea perstat sententia vt post pascha discedat." Atque idem *Theodoricus Canisius* Dilinga 18. Maii 1565 Borgiae de Völckero *scripsit: „26 Aprilis Moguntiam hinc profectus est, vna cum D. Henrico Dyonisio et P. Joanne Seeff valetudinarijs" (ex autographis. „G. Ep. VI." f. 100[a] 101[b]). In **Historia* collegii dilingani manu ignota saeculi XVI. notatum est, Völckerum postea „miserrime occisum" esse (Cod. friburg. „Hist. coll. Dil.", ante f. 1). Neque tamen sine catholica pietate mortem obiit. *Polancus* enim Roma 27. Aprilis 1568 P. Theodorico Canisio rectori dilingano *scripsit: „Ci siamo consolati in Domino intendendo, che il fratello di Erasmo Sassone, in luogo di esso, sia uenuto alla Compagnia hauendo tanto bone qualità per il seruitio diuino, et che sia pur morto catholico detto Erasmo" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 137[b]). Atque ex *Catalogis manu P. *Pauli Hoffaei* S. J. conscriptis intellegitur „Joannem Ambrosium Velcker Turingum" (quem cum Ioanne Velckio sive Volckio bavaro non confundas oportet) in provincia Germaniae superioris sacerdotem fuisse et grammaticam tradidisse (Cod. „VI. 35" f. 52[a] 81[b]).

Borgias Canisio per Polancum respondit 21. Aprilis 1565.

a) *Hoc v. in arch. omissum est.*

---

[1] Robertus Ardrenus (Ardren, Arden) praefecti cicestriensis (Chichester) filius Lovanii a. 1564 vel 1565 in Societatem receptus est (**Catalogus* ingolstadiensis exeuntis a. 1566 [vide supra p. 51[5]] f. 408[a]. *Henr. Morus* S. J., Historia Missionis Anglicanae Societatis Iesu [Audomari 1660] p. 24. *H. Foley* S. J., Records of the English Province of the Society of Jesus VII, London 1883, 1416). *Ardrenus* ipse et in „**Libro* Professionum Collegii Dilingani" sub a. 1574 et in „**Libro* Professionum" ingolstadiensi (vide supra p. 51[5] f. 29[b]) a. 1576 sua manu testatus est, se Societatis vota primum Monachii a. 1565 nuncupasse.

[2] Insignis ille fidei confessor Richardus Creagh, a. 1564 Romae a Pio IV. archiepiscopus armachanus (Armagh) et Hiberniae primas creatus (de quo cf. *Can.* IV 701), non in Scotiam, quam nunc vocamus, missus erat, sed in Hiberniam: haec vero antea et ipsa Scotiae nomen habebat (*C. du Cange*, Glossarium mediae et infimae latinitatis, ed. L. Favre VII, Niort 1886, 365). Creagh exeunte a. 1564 in Hibernia captus, 18. Ianuarii 1565 in „Turrim" illam („Tower") londinensem coniectus erat (Calendar of *State Papers*, Domestic Series 1547—1580, ed. by *Rob. Lemon*, London 1856, p. 646. *Alph. Bellesheim*, Geschichte der katholischen Kirche in Irland II, Mainz 1890, 151—154. *Rich. Watson Dixon*, History of the Church of England from the abolition of the roman jurisdiction VI, Oxford 1902, 81—82).

1219. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, episcopo principi varmiensi. Augusta Vindelicorum 20. Aprilis 1565.

Ex archetypo (2°; $1^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr.), quod Canisius sua manu subscripsit („Seruus“ etc.); exstat Frauenburgi in archivo episcopali, Cod. „D. Nr 72 (80)“, n. 15. Ex archetypo vulgata est particula epistulae ab *Eichhorn*, Hosius II 237 [1], epistula integra in „Pastoralblatt für die Diöcese Ermland“, herausgeg. von Dr *F. Hipler*, 14. Jahrg., Braunsberg 1882, 46—47.

De Dionysio medico ad ecclesiam reducto. Se propediem Romam iturum. Motus bellicos ex Saxonia timeri. Calicis studium refrigescere. Laeta de Gallia nuntiari. Poloniae regi regnoque fausta precatur. Regnum Dei ex Europa ad exteros transferri. Hosium hortatur, ut pro ecclesia et patria strenue laboret. Cardinalis Augustani mandatum mittit. Bavariae ducem et salisburgensem archiepiscopum laudat. De novo Staphyli libro.

Pax Christi Illustrissime Domine Patrone.

Venit ad nos medicus Dionysius [1], cuius nomine gratias agimus Christo summo Pastori [2], qui o u e m illam e r r a n t e m [3] ouili suo restituit [4], et ad pascua uerae salutis traduxit [5]. Arbitror hunc Petricouiae amplitudini tuae notum fuisse, ubi et Reuerendissimo Domino Sanctae [a] sedis Apostolicae Legato, nunc uero eidem Illustrissimo Cardinali satis erat ille familiaris [6]. Ego, ut postremo scripsi, propediem Romanum iter [7] ingrediar [b] si Dominus fauerit, eiusque gratiam expecto ac expeto, ut nouu[m] aliquem P. Laynez [c] reperire possimus, qui huic Societati et Ecclesiae Dei foelicem [d] operam nauet. Habemus autem utcunque nunc pacatam Germaniam, nisi quod nouos motus turbulenti homin[es] in Saxonia excitare dicuntur, ut multi inter spem et metum idcirco uersentur [8]. Breuj cognoscemus de usurpato magis quam co[n]cesso Calice, quanquam primus ille feruor in bibendo, haud par[um] refrixisse uideatur. Tum de Gallia laete cognouimus, quod Religio Catholica Christianissimj Regis [9] fauore magis ac magis erigatur. Vtinam uero idem de Polonico Regno uere dici possit. Auertat Deus repudium [10], auferat iudaizantes, seditiosos

a) stae *Past.* b) ingredier *arch.* c) Lainez *P.* d) felicem *P.*

[1] Dionysius de Nicotaro italus a fide catholica, ut omnino videtur, defecerat; plura de eo vide infra mon. dil. (7).

[2] Cf. 1 Petr 5, 4; Io 10, 14 etc.

[3] 1 Petr 2, 25. Ps 118 176. Is 53, 6 etc.

[4] Cf Mt 18, 11—13. [5] Cf. Io 10, 9; Ps 22, 2; Ez 34, 14 etc.

[6] Ioannes Franciscus Commendonus, apostolicus in Polonia nuntius, a Pio IV. 11. (12.?) Martii 1565 cardinalis erat creatus (*Odor. Raynaldus*, Annales ecclesiastici XXI, parte 2, Coloniae Agrippinae 1727, in a. 1565 n. 6). De polonica eius legatione v. *Jos. Korzeniowski*, Analecta Romana, quae historiam Poloniae saec. XVI. illustrant (Scriptores Rerum Polonicarum XV), W Krakowie 1894, 175—179.

[7] Ad Societatis congregationem generalem; vide supra p. 23.

[8] Ferebant, Ioannem Fridericum Saxoniae ducem (Guilielmo illo Grumbachio instigante?) bellum parare (*Goetz*, Beiträge V 331—332). [9] Caroli IX.

[10] Sigismundus Augustus Poloniae rex id agebat, ut matrimonium cum Catharina Ferdinandi I. imperatoris filia aegrotante, ex qua filios non susceperat, a se initum dirimeretur sive irritum esse diceretur (*Gust. Turba*, Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe III, Wien 1895, 76 267[3] 313[1]. *Eichhorn*, Hosius II 241—244).

comprimat[1], Regi cum haerede futuro benedicat, ut nomen Catholicum et Aquilae decus[2] in tot praeclaris Prouintijs non a Sectarijs aut infidelibus opprimatur, neue Religione mutata Regni quoque et legum mutatio poenitenda sequatur, qu[em]admodum alibi factum, et quotidie fierj, non sine grauj orbis Christiani iactura persentiscimus. Verum in Occidente non minus quam in Oriente locum habet illud, quod Christus uere praedixit de auferendo Dei Regno, et ad alienigenas qui fructum Regni adferant transferendo[3]. Sit Europae propitius Deus, quam a tot Sectis lacerarj, tot hostibus diripiendam exponi cernimus, ut Religione cadente nihil usquam tutum et firmum esse satis uideatur. Foelices[a] eos puto, qui in Ecclesiae nido se probe continent[4], et in foraminibus petrae[5] demorantur[b], donec foeda ista tempestas transeat, quae paleas a tritico[6] nobis dignoscendas praebet. Foeliciores[c] autem, qui rebus tam afflictis adeoque fere desperatis opem qualemcunque uolunt et possunt adferre, seque fidos exhibent medicos illis morbis laetalibus aut curandis, aut certe mitigandis. Quare non possum pietatem tuam non reuerenter orare, ut quemadmodum Christo authore[d] atque doctore solet: ita pergat etiam Reipub. Polonicae et[e] Religioni Catholicae ruentj suam operam dare, nihilque intentat[um][f] [?], relinquere, quod ad lapides seu[g] [?] Abrahae filios commutandos[7] et ad reliquias Israelis[8] conseruandas pertinere putabit.

Adiunxi literis mandatum Illustrissimi Domini Cardinalis et Episcop[i] nostrj Augustani, ut hinc certius appareat, in iuribus Ecclesi[ae] tuendis illi zelum ingentem et praeclaram uoluntatem se[m]per adesse[9]. Idem de Reuerendissimo Archiepiscopo Salisburgensj et Illustrissimo Principe Bauariensj[10] possem affirmare. Con[fir]met diuina bonitas hos Antistites et uelutj propugnacu[la,] quae apud nos extant, ueteris Religionis. Caeterum[h] ex mercatu Franckfordiensj[i] nondum redierunt Bibliopolae. Editus est liber posthumus D. Staphilj foel. mem. ger-

a) Felices *P.* b) *A C. vel eius libr. correctum ex* remorantur. c) Feliciores *P.* d) autore *Eichh.* e) *Omissum ab E.* f) *Vel* intentati, *ut suppletum est in P.* g) *Sic archet.; corrigendum esse videtur:* in. h) Ceterum *P.* i) Frankfordiensi *P.*

[1] In Polonia „dissidentes“, quos vocabant, sive Lutherani, Calvinistae, Picardi, Anabaptistae, Trinitarii admodum insolenter se gerebant. Atque Trinitarii initio a. 1565 Piotrcoviae inter ipsa regni comitia de Christi divinitate disputare eamque negare ausi sunt (*Eichhorn* l. c. II 221 231). *Hosius* Piotrcovia 5. Aprilis 1565 Polanco de comitiis scripsit: „Proximo die lunae [2. Aprilis] abrogata est episcoporum iurisdictio“ (Epp. *Nadal* II 664).

[2] Polonici regni signum sive insigne est aquila alba vel argentea.

[3] Mt 21, 43. [4] Cf. Prv 27, 8; Mt 13, 31 32 etc.

[5] Ct 2, 14. Cf. Ex 33, 22. [6] Cf. Mt 3, 12; Lc 3, 17.

[7] Cf. Mt 3, 9; Lc 3, 8.

[8] 2 Par 34, 9. Ir 6, 9; 31, 7. Ez 9, 8; 11, 13. Mich 2, 12 etc.

[9] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[10] Ioanne Iacobo Khuen de Belasi et Alberto V.

manice scriptus[1], in quo acerrime pugnat aduersus Lutheranos ac docet, Lutherum Antichristi uerum praecursorem esse. Tum lectu digna scribit[a] de Romano Imperio iam declinante, deque[b] nostrorum temporum infoelicitate[c]. Sanctum et foelix[d] Pascha nobis tribuat qui traditus est propter peccata nostra et propter iustificationem nostram resurrexit[2]. Augustae 20. Aprilis 1565.

Seruus in Christo[e] P. Canisius[f].

† Reuerendissimo in Christo Patrj et Illustrissimo Domino, Domino Stanislao Hosio Cardinalj et Episcopo Varmiensj patrono amplissimo. Petricouiae.

Inscriptioni manu Stanislai Rescii secretarii adnotatum est: „Responsvm .4 Aug: 1565 Heilspergae."

Canisius una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Hosio misit praeclarum quoddam Ottonis cardinalis et episcopi augustani „mandatum". Atque hoc quidem constat, Ottonem Dilinga 5. Martii 1565 ad clerum de peccatorum confessione tempore Quadragesimae facienda latinas dedisse litteras. In quibus *Otto* affirmat, hoc apud „veteres Catholicos" et „bene institutos Christianos" semper observatum esse, „ut non rejicerent in ultimum diem confessionem" ante communionem paschalem faciendam neque „generaliter" tantum, sed singulatim peccata confiterentur; immo etiam „in quadragesima bis" eos confiteri consuevisse; iam autem multis episcopatus augustani locis „pessimam consuetudinem inolevisse", ut homines „ultimo die" „catervatim ad Sacerdotem accedentes" „generaliter solum se peccatores confiterentur". Gravissime igitur cardinalis sacerdotibus praecipit, curent, ut fideles „peccata enumerent ac distincte confiteantur"; deinde „sub poena suspensionis" interdicit, „ne ullus" sacerdos „confessionem sibi non subditi audire praesumat sine expressa, et in scriptis obtenta licentia a proprio ejus Parocho, vel Superiore"; simul mandat, ut parochi idoneis tantum sacerdotibus eam licentiam tribuant neve alios quam idoneos „in Cooperatores suos assumant". „Per haec tamen certorum Ordinum Fratribus, et Societatis Jesu Presbyteris, eorumque facultatibus a summis Pontificibus concessis nolumus praeiudicari". Tandem Otto confessarios monet, ut, quae de reservatione peccatorum statuta sint, observent. Litterae integrae typis exscriptae sunt ab *Jos. Ant. Steiner*, Acta selecta Ecclesiae Augustanae, Augustae Vind. 1785, 87—90. Praeterea autem m. Martio a. 1565 ab Ottone aliud „mandatum", idque fortasse germanica lingua, datum, et, ut *Canisius* Dominica IV. Quadragesimae sive 1. Aprilis 1565 ex cathedralis ecclesiae augustanae suggestu affirmavit, et ipsi „et omnibus parochis ad annuntiandum est iniunctum"; quod mandatum, ut Canisius ait, „renouatio et repetitio praecipuarum partium" erat quas omnes christiani et scire et facere debent; plura de eodem mandato ex contione, quam dixi, proponentur infra, mon. aug. (b 1) (b 9) (b 10). Mandatum ipsum non vidi. Neque ab hoc mandato, neque ab illo componendo Canisii operam abfuisse puto, praesertim cum hic 10. Februarii 1565 Dilinga ad Borgiam rettulerit, se illis diebus cardinali ipsius rogatu „nonnulla remedia commonstrasse, ut et sibi et ecclesiae consuleret" „pro sui officii ratione": vide supra p. 8. Cf. etiam *Can.* IV 814 928.

a) scripsit *P.* b) *In arch. corr. ex* denique. c) infelicitate *P.* d) felix *P.* e) in Christi *P.* f) *Quae sequuntur, in P. non sunt.*

[1] „Vom letsten und grossen Abfall, so vor der zukunfft des Antichristi geschehen soll" (Ingolstadii a. 1565 apud Weissenhornios in 4° excusus; latine editus 1569). Vide *Joh. Soffner*, Friedrich Staphylus, Breslau 1904, 165—167.

[2] Rom 4, 25. Canisius sacro Parasceves die haec scripsit.

1220. BARTHOLOMAEUS VALLONUS, Societatis scholasticus in Turcarum servitutem redactus, SANCTO FRANCISCO DE BORGIA, et PP. HIERONYMO NATALI, PETRO CANISIO, IOANNI POLANCO, CHRISTOPHORO MADRIDIO, S. J.

Loco prope Aulonem Albaniae sito, m. Aprili 1565.

Ex autographo (2° formae rom.; $1^1/_2$ pp.; in p. 3 inscr.). Cod. „Epp. Italiae 1565 III“ f. 93 94.

Navicula, qua ipse et Fr. Ioannes Gutschalcus Venetiis Anconam profecti sint, a Turcis capta Gutschalcum maris fluctibus obrutum, se in servitutem redactum esse. Navis turcicae patronum, cum Vallonum de Societate esse comperisset, eum dimittere noluisse nisi 150 zechini pro eo soluti essent; papam enim pro Vallono soluturum esse. Quare Vallonus petit, ut vel ipse episcopis, cardinalibus, archiducissis oenipontanis, Bavariae duci (per Canisium), aliis commendetur, vel eorum, qui Societatem ingrediantur, bona sibi redimendo adhibeantur, vel pecunia a mercatore aliquo mutua sumatur. Cuius pecuniae restituendae causa ad haec praestanda paratum se offert: A papa iis, qui se adiuturi sint, indulgentias impetrabit; in patria stipem colliget; officium quaeret, ex quo pecuniam sibi comparet; parcissime vivet; quodsi nummos illos nactus non erit, ipse ad Turcas redibit, in servitute mori paratus. Societatis praepositos vehementer obsecrat et obtestatur, ut ex catenis se solvant; se totum ipsorum esse futurum; se pugnis et fustibus caedi et continua quasi morte affici.

Jhesus. La pace del signor sia sempre con noi.

Piache Ala Diuina Bonta Reuerendi Patri[1] che per li mei peccati fusse pigliato di turchi nella uenuta di Venetia in Anchona, et il mio compagno Joanne Treuerense sia stato anegato secondo che[a] mi fu renunciato per che luj se hauja butato nella aqua con speranza di saluarsi et fugire li turchi perche non era troppo longo da terra ma la speranza li e uenuto meno per non sapere natare. Jo benche mi sia molto doluto della sua morte non dimeno desidarei se non fusse peccato hauere stato anchora compagno con luj nella morte perche luj ha patito una morte et a me mi sono restate tante morte quanti giorni [sono] [?] schiauo nella fusta . il padrone mi ha conduto a un luongho[b] [?] apresso alla vallona[2] doue diligentemente ha cercato della conditione di ciascuno. E stato pigliato con noj un messer stephano il quale fu compagno del Padre Emanuel in Cipro[3], coluj cognosceua la compagnia et ha dato dal tutto notitia de lej dicendo che li patri della compagnia di jesu non mi lasherebbeno sciauo et che facilmente impetrarebbeno dal papa uescoui et cardinali il precio del

a) *Sequuntur vv.* il mio compagno, *a V. oblitterata.* b) *Sic V.; corrigendum esse videtur* luogho.

[1] Canisius sub exitum m. Februarii duos Societatis scholasticos Ingolstadio Romam ire iusserat: Bartholomaeum Vallonum siculum molestissimo correptum morbo. ob quem medicus eum in Italiam remittendum esse iudicaverat, et Ioannem Gutschalcum treverensem, cuius mores Romae nonnihil emendari Canisius cupiebat; vide supra p. 32—33. Atque hi Venetiis, id quod plurimi facere solebant, naviculam conscenderant, qua Anconam veherentur; vide infra p. 62.

[2] Aulo, Avlona, albanice Vlïonès, italice La Valona vel Valona, urbs maritima Albaniae meridionalis, Turcarum imperio subiecta.

[3] P. Emmanuel a Monte maiore (de Montemayor) lusitanus a. 1560 cum Philippo Mocenico (Mocenigo) archiepiscopo in Cypro fuerat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 4, n. 48—51).

mio riscato perche sono huomini charitatiuj et buoni, per la qual cosa il patrone ha dimandato da me di riscato cento cenquanta zachini[1] dicendo mi che il papa li pagarebbe et che ui scriuesse che non uole meno. Jo Patri Reuerendi benche cognosca il precio essere grande et che io non merita alcuna cosa dalla compagnia di jesu dalla quale ho reciuuto molti beneficij et in luogho di reddere gratie ci ho dato molte fatighe et do: non dimeno uidendo che io, su[a] [?] pigliato da turchi per essere mandato dalla compagnia, et essere dimandati tanti dinari per essere della compagnia ui prego per le piaghe di christo Iesu del qual nome e la compagnia che si uoi non mi uolete agiotare come hauete agiotato al fratello della compagnia Anselmo il quale li hauete riscotato dalli mani di turchi agiotatemi come christiano cognisciuto dalla compagnia di Iesu recomandadomi[b] [?] alle[c] [?] prediche[c] [?], uescoui, cardinali, et altri signori elimosinarij et il R. P. Pietro Canisio prouinciale della Germanea da cuj era mandato a Roma, alle Regine et il Duca de Bauera[2]: o uero facendomi agiotare coll' beni dei patri della ditta compagnia li quali fano professione di dare li suoi beni a poueri[3] o uero pigliarili a presto da alcuno mercante et curando di dari[d] [?] questi dinari a un mercante di Anchona o venetia il quale con lettera corresponda a un Mercante alla vallona o uero fare uenire li dinarj alla vallona perche la fusta del mio patrone sta apreso alla vallona o uero a Durazo[4] o a santa Mariola[e] [?][5] luoghi poco lontani dalla Vallona. La qual cosa si sarra fatta come spero io mi obligo di restituirli li ditti dinari in questo modo primo Andero colla catena al collo al papa impetrando alcune indulgentie per elimosina per restituire il mio riscato[6], Andero alla patria pigliare quelli pochi dinari che ho,

a) *Sic; corrigendumne* fu? *Vel* fui? *Paulo infra scribit:* fu. b) *Sic; corrigendum esse videtur* recomandandomi. c) *Sic; corrigendumne* alli prelati? *Vel* nelle prediche et a? d) *Sic V.; corrigendum esse videtur:* dare *vel* dar'. e) *Obscurius scriptum.*

---

[1] „Zecchini" genus quoddam erat ducatorum italicorum. Medio saeculo XVIII „Zechinus" fere 20 „Paulos" vel $4^1/_2$ florenos rhenanos aequabat.

[2] Magdalenae archiducissae Austriae eiusque quattuor sororibus, atque Alberto V. duci.

[3] *S. Ignatius* constituerat, ut, qui Societatem ingrederentur, „si statim propter aliquas honestas causas bona non relinquerent, promitterent se prompte relicturos omnia . . . post unum ab ingressu absolutum annum, quandocumque per Superiorem iniunctum eis fuisset" reliquo probationis tempore: „quo completo, ante professionem Professi, et ante tria vota publica Coadiutores", ea „re ipsa relinquere, ac pauperibus . . . dispensare debent" : Constitutiones S. J., Ex. c. 4, n. 2.

[4] Dyrrachium (Durazzo italice, Duressi albanice), urbs maritima Albaniae superioris.

[5] Cassiope sive Santa Maria di Cassopo vel Capasso in insula Corcyra (Corfu)? Cf. *M. A. Baudrand*, Geographia I, Parisiis 1682, 239; II, Parisiis 1681, 649.

[6] Haud ita raro pontifices indulgentias concedebant iis, qui stipem conferrent ad redemptionem certorum quorundam christianorum, quos a Turcis vel Mauris captos in eorum servitute detineri constabat; ita Leonem X. annis 1514 et 1515 mininum octiens eiusmodi indulgentias concessisse compertum est (*Jos. Card. Hergenroether*,

dimandero elimosina da tutti li mej parenti et amici dal conte et contessa della mia terra[1], cerchiero uno officio nel qual possa hauere qual che guadagno giusto, mi leuero il mangiare della boccha mangiando tanto pane et il uino biuendo tanto aqua et uistendomi poueramente o uero si non potro in niuno modo acquistare ditti dinari uoglio retornare in turchia a essere et morire schiauo come quello Romano piu presto che rompere la promissa alle R. uestre fatta[2], ò uero mi inclinero in terra colle mane in cruce et li occhi pieni di lachrimi abrazando li pede delle uostre R. diro Reuerendi Patri a uoi chiamo Francisco B.[3] commissario[4] generale di tutta la compagnia, R. P. Natale procuratore della germanea della quale uenia[5], R. P. Pietro Canisio prouinciale della germanea da qual fu mandato, R. P. Polanco, Dottore Matriglia[a][6] nelle uostri mani mi do come si dona il ferro in mano del ferraro, fate da me tutto quello che uoi uolete, seruitiui in ogni cosa su[b] uostro seruo ligato con duoj catene luna delli uoti di castita, obedienza, et pouerta laltra delli beneficij et principalmente della redentione, uoj seti miej patri primo per la regeneratione[c] del baptismo delli uoti[7], patri per il nutrimento della parola di Dio, patri finalmente della[d] [?] redentione, Io adunche mi dono alle uostre manj, fate fate fate per lo amor Di Dio tutto quello che uolete da me mandatemi doue uolete, mi obligo essere seruo della Compagnia non solamente per li uoti ma anchora per li dinari dati per me et se mi

a) *Sic V.; scribere debuerat* Madrid *vel* Madridio. b) *Sic V.; corrigendumne* di *vel* de? c) *Correxi ex* regeratione; *vide infra adn. 7.* d) *Sic V.; scribendum fuerat, nisi fallor, vel* per la, *vel* per via della, *vel aliquid simile.*

Leonis X. Pontificis Maximi Regesta, Friburgi Brisgoviae 1884, n. 6936 7635 7847 11193 11200 12518 16619 16492).

[1] Camarata (Cammarata) Siciliae oppido ortus erat: vide supra p. 32[6].

[2] M. Atilium Regulum significat, de quo *Cicero:* „Primo Punico bello Regulus captus a Poenis, quum de captivis commutandis Romam missus esset iurassetque se rediturum, primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit; deinde, quum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere: De Officiis l. 1, c. 13. n. 39; similiter l. 3, c. 26, n. 99.

[3] Borgia. [4] Scribere debuerat: „vicario"; vide supra p. 23.

[5] P. Hieronymus Natalis a. 1562 et 1563 in Germania Societatis „visitatorem" egerat et Romae, ubi ex Borgiae „assistentibus" erat, Germaniae superioris et Austriae singularem curam sibi habebat demandatam.

[6] P. Christophorus de Madrid, unus ex Borgiae assistentibus, Italiam et Siciliam singulariter curare a Lainio praeposito generali iussus erat, simulque „domus professae" romanae „superintendens" erat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II., l. 8, n. 4).

[7] Iam a tempore S. Hieronymi a multis theologis vitae religiosae susceptio, qua quis vota paupertatis, castitatis, oboedientiae nuncupando totum se Deo dat et donat, cum susceptione baptismi sive „lavacri regenerationis" (Tit 3, 5) comparata atque cum hac, maxime quod ad poenarum peccatis debitarum remissionem attinet, quodam modo eodem numero habita est (*S. Hieronymus,* Epist. 39 [alias 25], n. 3 [*Migne,* P. lat. XXII 468]. *S. Thomas,* Summa theol. 2, 2, q. 189, a. 3 ad 3). Quam *S. Petrus Damianus* (Opusc. XVI, c. 8) et *S. Bernardus* (Libro de praecepto et dispensatione, c. 17, n. 54) planis verbis „secundum baptismum" vocaverunt (*Migne,* P. lat. CXLV 376; CLXXXII 889).

laserete io farro come ho ditto di sopra stando pero coll uoti et poi retornero quando hauero pagato ogni cosa alla compagnia. Adunche patri R. patri R. non mi abandonati ma agiotatemi leuandomi questo lazo dalla gola et non mi[a] [lasciate] morire disperato perche patisco tanto in questo luogho quanto niuno li puo credere[b] se non quello che l' ha spermentato, principalmente sento una morte continua nel remo cum pugni et bastunati, mi uido mori[en]do, adunque a uoi a uoi patri reuerendi li quali si uoi uolete per lo[c] amore di christo io sero uiuo libero et sciolto di questa catena altramente moriro schiauo et incatenato non una morte ma multe[d] et ui prometto emendatione della uita con la gratia del signor impero che hauendo patito queste cose tutte le altre mi sarano facile, racomendo la anima dell' nostro fratello Joanne Treuerense mio compagno anegato alle sante oratione di tutti patri et fratelli et me il qual ogni hora moro et uiuo schiauo.

Di un luogho apreso Alla Vallona
il uostro indigno figliolo Bartholomeo Siciliano
valloni schiauo in turchia.

Al mese di Aprile 156[5][e].

Jhesus. Al Reuerendo in christo padre il padre Francisco B. comissario generale di tutta la compagnia di Jesu. A Roma. Sia data nella compagnia di Jesu o in uenetia apreso la duana o ala medesima compagnia di Jesu a loreto acio di li si manda A Roma.

Vallonus Borgiae quidem hanc epistulam inscripsit; attamen etiam Natali, Canisio, Polanco, Madridio eam destinavit; quos in ipsa epistula compluries appellavit. Atque Canisium, si non ante, m. Iunio Romae cum Borgia futurum esse, fortasse ex ipso Canisio, antequam Ingolstadio abiret, intellexerat; certe facili coniectura id assequi poterat; vide supra p. 20. Alia quoque de caussa hanc epistulam hic posui: Per eam illustrantur et aliqua ratione supplentur litterae, quas Vallonus, libertate recuperata, 4 Iulii 1566 ex navi ad Canisium dedit: vide infra n. 1334.

Polancus epistulae *ascripsit: „auisar a Venetia, et che si faci come meglio potra"; sequuntur alia verba, quae legere non potui.

Vallonus diu in vinculis haesit. *Borgias* m. Maio anni proximi tum ad rectorem collegii veneti tum ad praepositum provincialem Lombardiae *litteras misit, quibus eos monebat: Vallonum Constantinopoli custodiri; eius patronum esse „un capitan di galera chiamato Carabiues[f] [?]"; 100 ducatos ad eum ex servitute redimendum suffecturos esse; 8—10 ducatos necessarios fore, ut Venetias vel Neapolim venire posset; 50 ducatos iam Romae praesto esse eosque ex Germania allatos (ex apogr. eiusd. temp.; „Epp. Itt." [Praepp. Genn.] 65—67, f. 172). Planius etiam et instantius idem Borgias Valloni caussam commendavit P. Alphonso Salmerono S. J. provinciae neapolitanae praeposito, litteris Roma 17. Ianuarii 1566 datis; ubi Vallonum a patrono 100 ducatis venditum esse scribit „Chaurauinae" triremis publicae praefecto Constantinopoli habitanti; curandum esse, ut ante m. Aprilem nummi illi Constantinopolim mittantur; periculum enim esse, ne, cum classis turcica Constantinopoli proficiscatur, Vallonum praefectus ille secum abducat; epistula integra exstat in „Epistolis P. *Alphonsi Salmeronis*" II, Matriti 1908, 61—62.

a) *Sequens v. putore paene deletum est.* b) *Correxi ex* crede. c) *Correxi ex* la. d) *Correxi ex* nulle. e) *V. scripsit tantum 156.* f) *Idem postea vocatus est* Chaurauina. *Nomina propria in Registris primorum praepositorum generalium saepe sunt corrupta.*

1221. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine Sancti Francisci de Borgia, vicarii generalis, CANISIO.

Roma 21. Aprilis 1565.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio." Cod. „Germ. 61" f. 284a—285b. Epistula usus est *Duhr*, Jes. I 610[3].

FF. Ioannes Gutschalcus et Bartholomaeus Vallonus, cum Venetiis in navicula profecti essent, a praedonibus maritimis capti sunt; quibus pecunia redimendis opera navabitur. Comitem Rosdracevium, dum magno aere alieno premitur, Societatem intrare non expedit. Novi rectores dilinganus et ingolstadiensis. Congregatio provincialis denuo habenda est, ut legitima sit. PP. Hoffaeus et Cuvillonius. Archiepiscopus armachanus ab Anglis crudeliter tortus esse traditur. Romae patres ad congregationem venturi m. Maio et ineunte Iunio exspectantur. In collegium germanicum Philippus Fugger, Gervicus de Schwarzenberg, Guilielmus de Lösch advenerunt, cum Philippo Doberainer sacerdote. Philippus Fugger Bononiae superiore anno in peius mutatus est; Octavianus eius frater optime se gerit. Doberainer bonus quidem est, sed ad collegii disciplinam haud ita affectus; qui semel atque iterum bene potus domum rediit neque adulescentes illos multum iuvat. Litterae indicae Venetiis emptae sunt. De dimittendi facultate generali Romae agetur. Collegio dilingano reditus potius et capituli augustani assensus providendi, quam novae aedes; de quarum forma architectus consuletur. P. Pinedanus. Dominatius.

Pax *etc.* Si sono riceuute le lettere di V. R. di ultimo del passato et 7. del presente . et benche ci trouiamo il sabbato santo, rispondero alli punti principali per uia di Venetia che altrimente non so se nostre lettere trouerebbono V. R. in Germania.

Il caso de[a] Gioan Treuerense et Bartholomeo Siculo é stato di hauerne non poca compassione, perche partendo di Venetia in barcha, come sogliono fare tanti altri per sparagnar la fatica di caminar per terra, li uicino .50. miglia incirca fu presa la barcha da fuste de Corsari, cosa che in cento anni forsa non è accaduta altra uolta, et cosi si han menato quelli doi fratelli con li altri[1] . andamo procurando per uia di Venetia di sapere doue stanno, per riscatarli, dopoi uederemo doue si habbia à cauare il prezzo del riscatto, se dio uorrà che detti fratelli se ritrouino.

Quanto al conte hieronimo[2], in tanto che lui sta cosi indebitato, non pare spediente che entri nella Compagnia, etiam che hauessi lui desiderio assai, ma V. R. procuri sia aiutato dal collegio doue si trouara . di quà anche suo fratello[3] uederemo li scriua . etc.

Non dubitamo che il nouo R. di Dilinga[4], con la diuina gratia fara molto bona riuscita, un' altra uolta se li fara risposta alle lettere da lui riceuute sopra il suo nouo collegio, pregamo anche Jddio che il nouo R. de ingolstadio[5] sodisfaccia al suo officio come[b] speramo, lo fara.

a) *A libr. correctum ex* del. b) *Sequitur* lo, *a libr. oblitt.*

[1] Nondum igitur Polancus cognoverat, quae Bartholomaeus Vallonus de Ioanne Gutschalco socio maris fluctibus submerso etc. scripserat; vide supra p. 58.

[2] Rozdrazéwski. [3] Stanislaus S. J.

[4] P. Theodoricus Canisius, rector collegii dilingani.

[5] P. Andreas Avantianus.

Circa la congregatione prouinciale tuttauia N. Padre Vicario crede saria meglio farla di nouo, poiche hanno tempo, acciò fossi leggittima[1], benche quanto alla sustantia, piace la elettione del Padre D. Paulo[2], che non pare si potria migliorare.

Jl D. Couiglion pò uenire insieme con V. R. insin' in Jtalia, et come sia in Padoa ó Venetia, potra pigliare la uia del Friuli, come altre uolte si è scritto, et non accade che aspetti più in Jspruch.

Si fara oratione per l' Arciuescouo Armacano[3], nella casa et collegij di Roma . non solamente prigione, ma come quà intendiamo etiam tormentato crudelmente per le suspitioni che li haueuano.

Per tutto maggio aspettamo la R. V. in Roma con l' aiuto diuino, ò al principio di giugno, et peril tempo medesimo speramo che anche da ogni banda si trouaranno qui li Padri dela Compagnia.

Credo hauer dato auiso à V. R. come Filippo Fugero, era ariuato à Roma, insieme con un sacerdote chiamato anche Filippo[4] et il Baron[5] nepote dell' Jllustrissimo Cardinal et uillelmo[a][6] figliolo del mastro di casa, dell' Jllustrissimo[b] di Bauiera, tutti stanno gia nel collegio, et Filippo Fuchero, sara raccomandatissimo per rispetto de li suoi parenti, uenne assai mutato di quello che soleua esser in Bologna, quando passamo di là[7], credo li han fatto danno alcune compagnie, et la troppo libertà, et cosi porto seco anche un poco d' infirmità, di Bologna, che sol uenir di qualche disordine, benche non sara quasi niente, et lo facciamo curare diligentemente . ci contentariamo che imitassi la uirtu de ottauiano[8], del quale ogni di ce piu satisfattione, et pur speramo bene anche di Filippo . quel sacerdote chiamato Filippo lo teniamo per persona da bene et amoreuole alla compagnia nostra, ma lui maluolentieri si accomoda alla disciplina del collegio germanico, et uolendo piu libertà de uscirne fora, che gli altri, si é fatta la proua de concederla, ma non ha riuscitto troppo bene, perche si é messo à beuere con alcuni amici, et é tornato troppo allegro al collegio, tanto che si sono bene accorti li collegiali, et questo non pensi V. R. che sia un' uolta sola, dubitamo anche meritamente non dia troppo bono esempio alli altri tre, massime

a) *A libr. corr. ex* guillelmo. b) *Supplendum esse videtur:* Duca.

[1] Vide supra p. 40. [2] Hoffaei.

[3] Richardo Creagh; vide supra p. 54. Cf. etiam „Calendar of State Papers relating to Ireland 1509—1573, ed. by *H. Cl. Hamilton*, London 1860, 255—256 376 415. [4] Doberainer; vide supra p. 3—4 42.

[5] Gervicus de Schwarzenberg. [6] De Lösch.

[7] Initio a. 1564 ex concilio tridentino Romam redeuntes (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, n. 1—3. Epp. *Nadal* II 650). Ex commentario quodam ab ipso Philippo Eduardo Fuggero illis annis conscripto intellegitur, eum a. 1560 Augusta Patavium venisse, inde autem m. Martio 1562 Bononiam transisse (*P. Piccolomini*, „Ricordi di Filippo Eduardo Fugger", Estratto dell' Archivio Storico Italiano Serie V, T. XLII, Firenze 1908, 2 4).

[8] Philippi fratrem significat.

quanto all' esempio della liberta, giouamento alcuno che li facia, ne spirituale ne corporale non lo uediamo . questo tutto per auiso. Li gioueni anco che stanno con esso in una camera, non penso haueriano troppo dispiacere che lui non ui fossi . quando V. R. sara quà potra uedere il tutto.

Le lettere dell' Jndia è da credere che le haueran riceuute, perche intendiamo che in Venetia li han comprati li nostri per mandarle.

Circa la facolta generale, di licentiare quelli che non si corregono et danno molestia alli collegij, quà si trattara de parola, in questo mezo faccia V. R. quel che gliene pare, de Gioan Viennense[1] et del Sartore[2].

Delli suggetti che si ricercano perla prouincia di V. R. si trattara, come quella sia uenuta à Roma.

La assignatione de intrata[3], et consenso de canonici Augustani, ci pare si debbia procurare perl' Jllustrissimo Cardinale più che la fabrica de cui dissegno (benche ci pare bono fin qui) si trattarà col mastro Gioanni nostro architetto, che in breue lo aspettamo in Roma.

Di mastro Alfonso[4] facciasi come si iudicara più spediente . quanto à Sigismondo[5] Boemo, se si po aiutare in qualche collegio della Superior Germania si reputarebbe meglio trattenerlo che mandarlo in Vienna . et cosi pare à N. Padre Vicario si faccia, insin' á tanto che V. R. uenga à Roma . nelle cui orationi et sacrificij N. Padre Vicario et tutti molto ci raccomandiamo. Di Roma li 21. di Aprile .1565.

Quelli doi figlioli del Signor Ducha hernesto non sono ancora uenuti di Bologna[6].

Canisius, cum haec epistula Augustam afferretur, Romam iam erat profectus.

1222. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., Germaniae superioris viceprovincialis et universitatis collegiique dilingani rector, CANISIO. Dilinga inter 6. et 12. Maii 1565.

Ex autographa Theodorici Canisii ad Borgiam epistula. „G. Ep. VI" f. 100ᵇ.

Quae difficultates Sociis in universitate dilingana afferantur ab officialibus etc.

P. Theodoricus Canisius, Germaniae superioris „viceprovincialis" et universitatis collegiique dilingani rector, Dilinga 18. Maii 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia, Societatis vicarium generalem, scripsit: „Quod ad Vniuersitatem attinet, retinet illa amplum satis studiosorum numerum. Difficultates quae in eius gubernatione occurrunt, isthuc misimus superiori hebdomada[7] cum literis, patri prouinciali nostro inscriptis. Videtur nobis optime illam tunc administratum iri quando legibus societatis omnia accommodabuntur. Hactenus enim antiquo more plaeraque aguntur

[1] Vide supra p. 45.

[2] Bertramo Hach (Sach, Sack?); vide supra p. 45. *Theodoricus Canisius* *Borgiae Dilinga 18. Maii 1565 (vide supra p. 54): „Brevi, puto, eum dimittemus."

[3] De collegio dilingano scribit. [4] Guttierez (Pinedano) S. J.

[5] Dominatium dicit.

[6] Constitutum erat, ut Iustinus et Iustinianus Ernesti Bavariae ducis filii non legitimi in collegium germanicum reciperentur „convictores": vide *Can.* IV 671.

[7] Ea fuerat a d. 6 ad 12. Maii.

et fere ex iudicio Domini Gubernatoris[1], *cui in his principijs deferre aliquid cogimur: quamuis parum ipse ad res nostras promouendas animatus videatur, si Reuerendissimo et Capitulo*[2] *credimus. Eadem ratio esse videtur aliorum officialium, qui ante nos fuerunt hoc loco, quibus praesentibus difficile erit ad normam societatis omnia exigere; Sed egemus nunc eorum opera, et succedent illis paulatim alij. Difficile putatur bonum Gubernatorem et Bedellum*[3] *hoc loco inueniri*[a] *posse. qui tamen cumprimis in Academia ista, vbi corrupta iuuentus nunquam deest, necessarij videntur. Sed Dominus iuuabit, vt spero.*"

Exstat *Commentarius a P. *Paulo Hoffaeo* S. J. scriptus et sic inscriptus (tempore non adnotato): „Jmpedimenta Collegij Dilingensis." Qui licet a. 1566—1567 compositus esse videatur, complura tamen habet, quae ad hunc quoque annum pertinere patet. Ex quorum numero haec sunt: [Collegium Societatis] „non habet templum neque domum propriam, et ea quam habet, nimis angusta est et incommoda. Nunc tantum pro annuis reditibus habet 800 florenos. . . . Numerat interim Cardinalis mille florenos ex bursa sua. . . . Quamdiu vero praeter 800 numerabuntur 1000 quotannis, non poterunt plures illic ali fratres quam ad summum 30. Obligata est Societas in litteris fundationis vt Rectorem Vniuersitatis praebeat ac praeterea gubernet Collegium S. Hieronymi, quod requirit praesentes aliquot gubernatores. Debet praeterea constituere in Vniuersitate Gubernatorem qui est quasi Cancellarius ea quae [ad] jurisdictionem ciuilem pertinent exercentem, ac praeterea censorem, qui studiosos nouos inscribat, et aerario Vniuersitatis praesit. Jtem Notarium, Magistrum ceremoniarum in oratorio Vniuersitatis, Oeconomum in dicto Collegio, Magistrum Cantorum, Sacristanum, Sacellanum, qui officia djuina cantando peragat, Bedellum, Lictorem. . . . Multum temporis consumitur in ceremonijs et cantu sacellj diebus praesertim festis et profestis. Protrahuntur enim Vesperae cum Completorio vel Litanijs, ad duas fere horas, Missa vero cum concione ad tres fere horas durat. Vult interim Cardinalis nostros adesse cum studiosis. Si non adsunt nostri perperam in templo se gerunt externi scholastici. Studiosi quater tantum in anno ad sacram confessionem et sacram communionem obligantur, idque retinendum Cardinalis iudicat. Qui sunt autem alumni Collegij Hieronymiani quolibet mense his sacramentis uti debent" (Cod. „Germ. Sup. Fund. I" f. 214). Haec certe haud bene congruebant Constitutionibus Societatis, quibus praescribebatur, ut officia divina sine cantu caeremoniisque sollemnioribus fierent, hoc vero, „quoad eius fieri posset", a Sociis curaretur, ut ipsorum discipuli singulis mensibus peccata confiterentur (P. 4, c. 7, n. 2; c. 16, n. 1 et A; P. 6, c. 3, n. 4 et B).

Difficultatem parabat Sociis etiam res familiaris contubernii S. Hieronymi. In Commentario quodam, quo comprehenduntur ea, „quae dixit" P. *Hieronymus Natalis* Societatis visitator (anno, puto, 1566) „pro Collegio S. Hieronymi", haec *comparent: „Vocetur Augustinus Oeconomus coram consiliario Reuerendissimi, atque explicentur ej defectus, renouentur eius regulae, et promittat se uelle seruare, et dicetur ej, quod si non fecerit officium suum, non esse diutius in collegio ferendum[b]" (ex apographo eiusdem temporis. Cod. „NIG" f. 148[a]).

1223. CARDINALIS **OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG**, episcopus albanensis et augustanus, imperii princeps, CANISIO.

Dilinga 18. Maii 1565.

Ex archetypo (2°; 2 pp.; in p. 4 inscr. et pars sig.). Canisius sua manu inscriptioni adnotavit: „De fundatione Collegij Dillingensis." Cod. „Epp. Cardd. I" f. 26 et sq. non sign.

a) inuenire *aut.* b) ferendus *apogr.*

[1] Cornelii Herlen a Rosenthal, qui usque ad. m. Augustum a. 1564 universitatis rector fuerat.

[2] Ottoni cardinali episcopoque augustano et cathedrali capitulo augustano.

[3] „Censorem" cum iuventutis „coërcendae" potestate a. 1564 agebat M. Joseph Edlinger (*Can.* IV 920 926).

P. Rabenstein Societatis nomine cardinali dixit: Socios Dilinga abituros esse, nisi cardinalis collegium, consensu capituli cathedralis impetrato, ita stabilivisset, ut Socii post ipsius mortem neque a capitulo neque a cardinalis successore amandari possent. At ipse et Sociis, quantumcumque potest, providet, et consensui illi impetrando omnem operam dat. Societatis capitibus Canisius id affirmabit; cui si non crediderint, Dilingam mitti poterit, qui rem cognoscat. Collegium ita relinqui, et Societati et cardinali dedecori erit. Hic potius reliquis sumptibus omnibus abstinebit. Si tamen Socii abire statuerint, ipse mature ea de re certior fieri cupit.

Molto Reuerendo in Christo Fratello. Doppo la partita di qua fatta da V. P. Reuerenda è uenuto da noi il Padre Rauenstain[1] à esponermi à nome della Compagnia una nouella, laquale non solamente mi ha dato marauiglia, ma insieme non poca molestia, poi che dal canto nostro non ci par' di procedere in modo che hauiamo à meritar' questo.

Ci ha esposto detto Rauenstain qualmente deuiamo procurare, che sian' stabilite le cose qui del Collegio in modo, che non si habbi à dubitare che il successore nostro possi scacciare di qua li Padri, et che se non prouedemo presto à questo, con far' prestar' il consenso dal Capitulo, la Compagnia si risoluera à leuarsi di qua piu tosto che spettare d' esserne poi remossa dal Capitulo, ò uero dal nostro successore.

Noi ci sforzamo et ci sforzaremo tutta uia piu di far' in modo che con ragione la Compagnia non possa dolersi di noi secondo l' obligo nostro, non risparmiando mai punto del nostro potere et facultà, perche li Padri qui sieno proueduti del loro bisogno et abundantemente quanto in qual si uogli Collegio.

Et quanto al prestarsi il consenso dal Capitulo, quando saranno considerate bene le attioni nostre, si trouarà che la principal' mira nostra, non tende ad altro che à questo, et che non ci sia cosa alcuna piu à core, che operare di superare ogni difficultà per conseguir' questo consenso, et uenire al stabilimento desiderato . Hor' V. Paternita sa molto bene l'animo et intention' nostra, et potrà farla sapere alli Capi della santa Compagnia et quando non si contentino della Relatione sua, à noi sarà di satisfattione che sia deputato qualchuno de Padri, et mandato qua à riconoscere come le cose passino.

Percioche quando saranno sinceramente informati del frutto di un' opera tale come è questa, et che hora à farla abandonare dalla Compagnia sarebbe non solamente di scandalo à molti, ma di poca reputatione ad essa Compagnia et à noi, non potemo mai persuaderci, che si risolua à tal fatto, uedendo massime per quanto è in noi che

[1] Dubium non est, quin P. Ioannes Rabenstein a P. Theodorico Canisio viceprovinciali ad cardinalem legatus sit; cuius legationis proxima causa fuisse videtur Polanci epistula ad Petrum Canisium 21. Aprilis data et, hoc Romam profecto, Theodorico Canisio tradita; hac enim Borgias instandum esse significabat, ut per cardinalem et reditus collegio dilingano assignaretur, et capituli consensus impetraretur; vide supra p. 64 et infra monum. dil. (8).

non si manca di cosa alcuna, et potendò li Padri rendersi sicuri, che mentre Dio ci darà uita, noi non mancaremo alli bisogni di questo Collegio, con lassar' ogn' altra spesa per poter' attender' à questa, fin' che Dio ci presti gratia di poterlo stabilire.

Ma quando li Padri poi che fussero ben' raguagliati del tutto, non uolessino acquietarsi (il che non credemo) sieno contenti di farci sapere l' animo loro per tempo, accio possiamo fare quella prouisione che giudicheremo necessaria; disponendoci in ogni caso à pigliar' consolatione della retta conscienza et intention' nostra, et à contentarci del uolere di Dio, ilquale alla fine nell' opere uolte al suo seruitio, non ricerca si non quel che è possibile: Conche ci raccomandiamo à lei pregandola à salutare il Padre Francesco Borgia, et tutti li altri di cotesta deuota Compagnia alle cui deuote orationi ci raccomandiamo sempre. Di Dilinga li XVIII. di Maggio. M D. LXV.

Di V. P. Reuerenda
Affezionatissimo in Christo Fratello
Jl Cardinal d' Augusta.

Al Molto Reuerendo in Christo Fratello . il Padre Pietro Canisio Preposito Prouinciale per Germania etc. della Compagnia del Jesu. In Roma.

1224. P. GUILIELMUS ELDEREN S. J. CANISIO.

Augusta Vindelicorum sub 19. Maii 1565.

Ex litterarum Polanci apographo eod. temp. scripto et ex Elderensis epistula autographa. „Germ. 61“ f. 293b, et „G. Ep. VI“ f. 82.

Cardinalem Augustanum Dilingae familiam magnopere minuisse et, pecunia a Fuggeris mutua sumpta, Sociis domum exstruere statuisse. Augustae motuum in Socios augustanos et dilinganos excitatorum praecipuos auctores esse parochum quendam et ludimagistrum.

Polancus nomine Borgiae Augustam ad P. Guilielmum Elderen S. J. Roma 9. Iunii 1565 haec, praeter alia, scripsit: „Literas T. R. 19. maij. datas accepimus, accepit et suas Pater Canisius qui iamdudum huc peruenit incolumis.“ His verbis satis certum efficitur, Canisio non tantum cardinalis Ottonis litteras supra p. 66—67 positas, sed etiam litteras ab Elderensi ad ipsum datas Romae traditas esse. Atque hae quidem perisse videntur; quid autem Elderen cum Canisio communicaverit, ex eiusdem epistula, quam modo dixi, ad Borgiam data aliqua ratione conicere licet. Sic igitur ille Augusta 19. Maji 1565: „Dilingam profectus sum, ubi per unum diem haesi (comitatus filios Generosae Dominae Fuggerae nostrae[1]*, qui studiorum causa eo profecti sunt) ac cum P. Rectore D. Canisio et Reuerendissimo Cardinale egi. Js nunc plane et in animo et in aula mutatus est, ex qua 80 personas, ac inter hos cantores suos (ob quos male audiuerat hactenus, et in quos annue 4000 ducat. expenderat) dimisit. Praedictam uero pecuniariam summam, Collegio applicabit nostro. Nunc 3000 ducat. alios a Fuggeris mutuo accipere decreuit, in Collegij nouj exaedificationem. Dixit Reuerendissimus, mutatione istarum personarum se maximam habuisse tristiciam, quam tamen paulo post in summam laeticiam conuersam esse testatus est. Culpam uero omnem huius mutationis, in Canonicos istos transferunt*

[1] Antonium et Raymundum, Georgii Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filios, significari existimo.

reiecti isti"; qui paulo ante Augusta adrecti Ottoni, quod rem familiarem dissiparet, vehementer exprobraverant (vide Can. IV 930). „Jnter caetera retulit mihi Reuerendissimus nos Augustae duos habere, a quibus fere tota haec flamma (ut ita loquar) initium sumpsit, contra nos et Dilinganos nostros. Vnus est quidem inquit, Parochus, qui multitudine ad nos accedentium dolet ac etiam impedire bonum hoc uellet[1] *etc. Alter uero est Ludirector, qui suae scholae timet a nostris, ne illi aliquando suum praeripiant locum*[2] *etc. Haec Reuerendissimus."*

Polancus Borgiae nomine Elderensi haec, praeter alia, *rescripsit: „Non modica consolatione[a] nos affecit pia nec minus strenua deliberatio Illustrissimi ac Reuerendissimi Cardinalis de familia parum necessaria dimittenda, quae tamen liberaliter ad extructionem collegij facturus dicitur, libenter audiremus ad augendam dotationem conuerti. Bene faciet R. T. si canonicos augustanos sibi et societati reconciliari[b] [?] studebit, et ad id obtinendum quaeuis obsequia et submissionis significatio, quam feret ratio decori, ualde opportuna[c] uidebitur; si conciliati hi fuerint, parochus et ludi rector, qui scholae suae timet a nobis, non multum uidentur offuturi. Quod subinde alij atque alij ad catholicae ecclesiae gremium aspirent, gratias agimus Deo."

1225. CANISIUS CARDINALI **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG**, episcopo albanensi et augustano, imperii principi.
Roma (ut videtur) Kalendis Iuniis 1565.

Ex Ottonis litteris autographis, de quibus infra p. 73.

De itineris successu, officiis Bononiae a cardinale Farnesio, Pisauri a Petronio sibi praestitis, sacra aede lauretana.

Otto cardinalis Augustanus Dilinga 5. Iulii 1565 Romam ad Canisium litteras dedit, quae sic incipiunt: „Reuerendo in Christo fratello mio honorando. Jo ho doi lettere de V. S. dapoi suo arriuo a Roma l'una del giorno da poi la Santissima Ascensione del Signor Jesu[3]*, l'altra del .16. de Junio et ho hauuto charo jl suo felice successo del viaggio, Ho anchora ringratiato l'Jllustrissimo Cardinale Santo Angelo per le carezze fatte a V. S. Petronio ha fatto come uero amoreuole della Compaignia. Quanto alla Capella de Santo*[d] *[?] Laureto, io mi confido in Dio che V. S. vedera una simile con la gratia de Dio nel Collegio dilla Compaignia del Signor Jesu"*[4] *etc. Hanc itineris romani descriptionem Canisius prioribus illis litteris, 1. Maii 1565 datis (quae perierunt), cardinali misisse videtur.*

Canisium 12. Maii 1565 Bononiam venisse constat: vide infra mon. it. (8). Anno autem 1564 episcopatum bononiensem susceperat et m. Aprili 1565 in ecclesiam cathedralem sollemniter ingressus erat Ranutius cardinalis Farnesius, ex ordine militari S. Ioannis hierosolymitano, quem „Cardinalem Sancti Angeli" vocare consueverant; per 15 enim vel plures annos ecclesiae „Sancti Angeli in foro piscium" primum cardinalis diaconus, deinde presbyter fuit (*Alph. Ciaconius* O. Pr. et *Aug. Oldoinus* S. J., Vitae, et res gestae Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium III, Romae 1677, 721—722). Equidem conicio, Canisium ad Farnesium litteras vel mandata cardinalis Ottonis detulisse.

a) modicam consolationem *ap.* b) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* reconciliare. c) opportune *ap.* d) *Sic autogr.; corrigendum esse videtur:* alla Santa Capella de.

---

[1] Udalricus Halbmair, cathedralis ecclesiae parochus et canonicus; vide *Can.* IV 523[3] 892.

[2] Eratne Ioannes Holthusius (Holtheuser), scholae latinae, quae apud ecclesiam cathedralem erat, rector? cf. *Can.* IV 891.

[3] Dies Ascensionis fuerat 31. Maii.

[4] Collegium dilinganum significari intellegitur ex verbis, quae proxime sequuntur; vide infra p. 73.

Quod porro ad „Petronium“ illum attinet, equidem non magistrum Petronium (Zanelum?) significari dixerim, qui ab anno 1557 cardinalis Ottonis „domesticus“ et „cubiculi praefectus“ sive „cameriere“ vocatur (*Can.* I 452 [2]; II 98 etc.), sed Fridericum Petronium, P. Petronii S. J. patrem, Pisauri (Pesaro) habitantem, quem Canisius a. 1558 inviserat, et de quo P. Theodoricus Aemsterodamus S. J., Canisii in illa profectione socius, Ariminio 29. Augusti 1558 scripsit: „Arimini . . . M. Ioannes baptista Modestus Canonicus . . . nostros omnes huc venientes benignissime excipit, et porro pergentibus, Pisauri assignat pro hospite Fredericum Petronium apud quem diuersentur“ (*Can.* II 826—827). Constat sane, Canisium Bononia per Forum Livii (Forli) et Fanum venisse Lauretum; v. infra mon. it. (8)—(10); facile igitur fieri poterat, ut Foro Livii Ariminium, inde Pisaurum proficisceretur.

De Laureto denique scribens Canisius sacras illas aedes („Santa Casa“) a Leone X., Clemente VII., Paulo III. pulcherrime ornatas laudibus extulisse videtur.

1226. P. HENRICUS BLYSSEMIUS S. J., collegii pragensis rector, CANISIO. Praga sub initium m. lunii 1565.

Ex Blyssemii ad Borgiam litteris autographis. „G. Ep. VI“ f. 17^b—18^a.

Per S. Franciscum Borgiam effici cupit, ut Pius IV. ad Ferdinandum archiducem litteras det, quibus eius in fide constantiam et in collegium pragense beneficentiam laudet eique collegium oenipontanum et Tirolim omnem commendet.

P. Henricus Blyssemius S. J., collegii pragensis rector, Praga 13. Iunii 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia, Societatis vicarium generalem, haec scripsit de Ferdinando (II.) archiduce, Maximiliani II. imperatoris fratre, qui tunc quidem Pragae regnum Bohemiae pro Maximiliano administrabat, brevi autem Oeniponte sedem collocaturus esse putabatur (Tirolis enim et Austriae anticae princeps a Ferdinando I. patre constitutus erat): „Archidux Ferdinandus rebus nostris fauere, consulere, ac prodesse non desinit ac dolet, quod efficere nequeat, vt res nostrae faciliorem habeant successum. Facit interim, quod potest, ac iam aliquoties familiariter ac certo promisit, se diligentissime hic tractaturum cum Jmperatore, quando Pragam venerit, Liberales etiam eleemosynas nonnunquam elargitur in pios vsus nostri Collegij quando necessitatem nostram intelligit. Magna magni fauoris ergo Collegium Oenepontanum, quod vocat suum, subinde prodit argumenta quamuis non desint aulici calumniatores, qui fauorem hunc impedire et Collegium illud in Boni Principis indignationem adducere conantur, quibus tamen pro sua prudentia fidem non adhibet, vt nuper mihi secreto referebat, quando cuperet etiam intelligere causam, quare Oenepontani fratres non cantent sacrum aut vesperas, vt hic factitamus Dominicis ac festis diebus etc. De qua re etiam Oenepontum scripsi et Consultum fore putarem, vt etiam D. Canisio scripsi, vt quamprimum fieri possit Summus Pont. [1] *instinctu R. P. V. ad Archiducem nostrum scribat literas, quibus eius in fide catholica feruorem et constantiam laudat atque confirmat (quod necessarium videtur, cum in aula sua pauculos Catholicos, sed Lutheranos habeat plurimos) tum etiam agat gratias pro beneficijs plurimis et maximis, quae Pragensi Collegio semper ac liberaliter impendit, vt Pragensium patrum testimonijs constet tum denique commendet illi Collegium Oenepontanum adeoque totam prouinciam Tyrollensem, ad quam propediem migraturus dicitur . simulque precetur, vt per Catholicum Principem Deus comitatum illum in Catholica pietate conseruet etc. Haec occurrebant mihi pro mea simplicitate. R. P. V. rectius iudicauerit, quae et quomodo scribenda sint a Summo Pont. Equidem crediderim tales literas plurimum his Collegijs esse profuturas, praesertim si quamprimum mittantur.“*

Polancus his verbis sua manu * adnotavit: „Come venghi in Jsprugk, si potra fare.“ Ferdinandus Oenipontem tandem ingressus est a. 1567, Pio IV. vita functo. Initio a. 1568 Pius V. gladium sacratum ei misit (*Jos. Hirn*, Erzherzog Ferdinand II. von Tirol I, Innsbruck 1885, 63—64; II, Innsbruck 1888, 199).

[1] Pius IV.

1227. CANISIUS CARDINALI **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG**, episcopo albanensi et augustano, imperii principi.
Roma 16. Iunii 1565.

Huius epistulae Otto in litteris 5. Iulii 1565 ad Canisium datis mentionem facit; vide supra p. 68.

Epistula perisse videtur; quid autem ille scripserit, ex Ottonis litteris, quas dixi, conicere licet. Eandem epistulam etiam P. *Theodoricus Canisius* viceprovincialis significare videtur, cum Dilinga 26. Iulii 1565 Romam ad Petrum fratrem scribit: „Juuant Cardinalem literae beneuolentiam significantes, et suos habentes aculeos."

1228. CANISIUS **IOANNI IACOBO KHUEN DE BELASI**, archiepiscopo salisburgensi, imperii principi. Roma 17. Iunii 1565.

Ex autographo (2⁰ min.; 1½ pp.; in p. 4 inscr. et pars sig.), quod exstat Monachii in archivo regni bavarici, „Jesuitica in genere, Fasc. 13, No 214"; apographum saeculo XVII. scriptum exstat in eiusdem „Fasc. 13, No 214" libello quodam (in 4⁰) non conglutinato, p. 4—5; alterum apographum exstat Monachii in bibliotheca regia, Cod. „lat. 1606" f. 101. Epistulam ediderunt — ex quo fonte a se hausta esset, non significantes — *Ign. von Döllinger* et *Fr. Heinr. Reusch*, Geschichte der Moralstreitigkeiten in der römisch-katholischen Kirche seit dem sechzehnten Jahrhundert", Nördlingen 1889, 2. Band, p. 360; deinde in 1. Band (!), p. 657 aliquas emendationes addiderunt. Quae editio quam mendosa sit, ex lectionibus variantibus, quas subiungam, patebit.

Ionam Adler archiepiscopo commendat contionatorem. In Bavaria bonos contionatores non exstare. De Melita a Turcis oppugnata. De concilii Tridentini ratione habenda. In Italia nobiles adulescentes provinciae salisburgensis subinde miserrime perverti vel per Italos quosdam, vel per paedagogos haereticos et impios, qui ab ipsis parentibus iis adiungantur.

Pax Christi Reuerendissime in Christo Pater.

Gaudeo equidem hanc dari occasionem mihi, ut Catholicum, eruditum[a], eloquentem et castum contionatorem amplitudini tuae possim commendare[1]. Is est M. Jonas Adlerus Monacensis, qui superioribus annis cum laude docuit uerbum Dei in aula Treuerensi[b][2]. Quare sententiam illius facile probaui, cum audirem quod pietati tuae, cuius laudes intelligit, se totum offerre et accommodare uellet. Nihil est metuendum, ne fortasse in ulla Religionis parte uacillet: tum cupiditatis uitium in illo[c] nullum deprehendimus. Spero certe illius operam insigni Ecclesiae uestrae[d], si Dominus fauerit, multis modis profuturam esse. Vtinam plures illi conferendos hoc tempore[e] inueniremus,

a) candidum *Döll. Bd 2.* b) Trevirensi Aula *Dö. 1 2.* c) eo *D 1 2.* d) nostrae *D 1 2.* e) *In D 1 2 additum est* illic.

[1] Archiepiscopus a. 1564 frustra petierat, ut P. Martinus Stevordianus S. J. contionator sibi daretur; cf. *Can.* IV 525[6]. Germania eo tempore contionatorum catholicorum inopia valde laborabat; cf. *Can.* I 289 317 394 548; III 134 312 etc.; IV 134—135 335 etc.

[2] Ionas Adler (de quo *Can.* III 174—176; IV 796/797) paulo ante Romam pedes venerat et a S. Francisco Borgia suppliciter petierat, ut in Societatem, quam semel atque iterum deseruerat, denuo admitteretur. Admissus non est. Plura de eo vide in Borgiae litteris ad archiepiscopum treverensem datis, quae huic epistulae subicientur.

minus etiam in Bauaria, ut arbitror, laboraremus. Atque hactenus de amico illo meo, et nunc futuro, uti spero, fidissimo[a] Sacellano tuae Celsitudinis[b]. De Pont. Max.[c] nihil noui[d] habeo dicere. Miletam[e] siue Maltam, classe Turcica, liberatam esse narrant[f] [1]. Concilij Tridentini maior hic quam apud Germanos habetur ratio, et merito sane. Dominus Pastores omnes Ecclesiae suae[g] fidos ac vigilantes esse concedat.

Addam hoc vnum, quod alicuius[h] esse momenti intelligo. Mittuntur subinde nobiles Salisburgensis prouintiae adolescentes in Italiam, qui uel corruptissimos a parentibus accipiunt paedagogos, uel summam quorumdam Italorum licentiam et improbitatem hic sequi consueuerunt[2]. Itaque non modo [non][i] meliores, uerum etiam quam uenerant, deteriores postea redeunt, suntque adeo pestes patriae et familiae suae.

Illud magis deplorandum, Catholicos inueniri parentes[k] eosque nobiles, qui mox fidant paedagogis etiam Vittembergae institutis, ac ueluti nulla Religionis uel conscientiae cura tangerentur, lupis committunt oues, imo liberos suos haereticis et impijs saepeque peruersis hominibus uitiandos tradunt. Vnde quae quantaque mala et[l] offendicula consequantur, prudentes omnes facile cernunt. Ego id uerum esse nuper didici Bononiae[3], et spero pietatem tuam boni consulturam esse, quod hac tanta de re moneam optimum Episcopum, cuius est nimirum haec grauia pericula si auerti queant, omni ratione praeuertere, et nobilitatem uere Catholicis magistris instituendam committere[m]. Dominus Jesus nobiscum. Romae 17 Junij 1565[n].

Seruus in Christo P. Canisius[o].

† Reuerendissimo in Christo patri ac domino D. Joanni Jacobo Archiepiscopo Salisburgensi, Sanctae Sedis Apost. Legato, Patrono ampliss. Salisburgae.

Ad primam harum litterarum partem, qua de Iona Adler agitur, illustrandam multum iuvant, quae S. *Franciscus de Borgia,* vicarius generalis Societatis, Roma 20. Iunii 1565 ad Ioannem von der Leyen archiepiscopum et electorem treverensem *rettulit: „Peruenit ad nos magister Ionas Adlerus, cum satis longum iter, pedibus, pro uoti sui ratione Romam usque confecisset . apostolorum limina, et alia sancta loca huius Almae Vrbis deuotionis ergo inuisit, ac demum ut in nostram admitteretur Societatem, uel certe sub eius obedientia in quauis vineae Domini parte exerceretur,

a) fidelissimo *D 1 2.* b) Celsitatis *D 1 2.* c) ill. *D 2.* d) nunc *D 1 2.* e) Miletum *D 1 2.* f) aiunt *D 1 2.* g) *Apud D 1 2 duo vv. sqq. omissa sunt.* h) alieni *D 2.* i) *Hoc v. in aut. deest.* k) sperantes *D 2.* l) sive *D 1 2.* m) commitere *D 1 2.* n) 1566 *D 2.* o) *Quae sequuntur, non sunt apud D 1 2.*

[1] Falsus hic erat rumor; neque enim ante m. Septembrem a. 1565 Melita, ad quam occupandam Solimannus imperator m. Aprili 1565 validissimam classem Constantinopoli miserat, Turcarum obsidione liberata est (*J. v. Hammer,* Geschichte des Osmanischen Reiches II[2], Pesth 1834, 304—307). In antiquo illo **Indiculo* orationum Sociis a supremis moderatoribus praescriptarum (v. *Can.* IV 120) haec sunt: „1565 . . . A 15. di maggio si mandò la poliza per far oratione per conto di Malta contra l'Armata del Turco" („Def.", „Messe . . . per lj Benef." etc., in a. 1565).

[2] Hoc tempore plurimi adulescentes germani litterarum, maxime iuris, discendi causa in universitatibus italicis versabantur: cf. *Can.* IV 653.

[3] Vide infra monum. it. (8).

sedulo ac deuote rogauit. Quamuis autem sic animo dispositus uideretur, ut *Dominum tetigisse cor*[1] eius minime dubitaremus, profectumque spiritualem in sanctae humilitatis, et aliarum uirtutum augmento in eo cognosceremus: Non tamen expedire iudicauimus ut in nostram Societatem saltem hoc tempore admitteretur. Quamuis enim ex eiusdem fideli, et sincera narratione constaret, quod peste laborans, et in delirium ipsa ui morbi incidens, manus sibi ipse intulisset[2]; vnde nec culpa, nec suspensio aut irregularitas, aut alia censura re uera contracta ab eo fuisset: Quia tamen dum morbus caelatur, qui causa fuit amentiae, effectus ipse publice euulgatus est, unde infamiae notam non mediocrem ei inustam intelleximus[3]: dandam esse illi operam iudicauimus, ut prius huiusmodi infamiae notam aboleret, quam de reditu ad nostram Societatem ageretur. Hic quidem cum ad Regentem Sacre Paenitentiariae uirum pietate, et doctrina praestantem negocium deferretur, et dispensatio ad diuina celebranda peteretur; affirmauit ille necessariam non esse dispensationem, et tantum ad cautelam cum eo uiua uoce dispensauit. Quia uero *non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus bona prouidere*[4] oportet iuxta Apostoli sententiam, curatum est authoritate Sedis Apostolicae, ut declararetur non incidisse in censuras, et tamen quatenus opus esset, absolueretur, abolita infamia, atque habilis redderetur ad ecclesiastica munera obeunda, ut .C. V. ex literis Apostolicis uidere poterit. Nihilominus cum affirmauerit praedictus Magister Ionas, posse se per testes fide dignos probare morbum, quo laborauit, et amentiam, uel delirium, in quod ex morbo incidit, cumque propensus esset ad id exequendum, probauimus quod ad Diocesim Treuerensem rediret, ut in eodem loco, in quo eius infamia ortum habuit, et a quo ad alia loca emanauit, eam extinguere curaret, et postea bona cum uenia D. V. I. recederet, quandoquidem eius ministerio istic uti nollet, ac se in ecclesiasticis ministerijs alicubi exerceret." (Ex apographo eod. temp. scripto. „Germ. 61" f. 295b.)

1229. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, Germaniae superioris viceprovinciali. Roma 30. Iunii 1565.

Ex Theodorici Canisii epistula autogr. „G. Ep. VI" f. 97a.

P. Theodoricus Canisius S. J. Dilinga 26. Iulii 1565 ad Petrum Canisium fratrem, qui Romae congregatio generali Societatis intererat, scripsit: „Binas a R. T. accepi, alteras vltimo Junij, alteras 8° Julij datas, et priores quidem merito me obiurgant ob singularem meam in scribendo negligentiam."

Hae Canisii litterae perisse videntur.

1230. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., Germaniae superioris viceprovincialis, CANISIO.
Dilinga m. Iunio vel Iulio (ante medium) 1565.

Ex autographo, de quo infra p. 82.

Theodoricus Canisius viceprovincialis Germaniae superioris Dilinga 26. Iulii 1565 Petro Canisio fratri Romae degenti scripsit: „Quod ad statum Collegiorum huius prouinciae attinet, spero Reuerentiam T ex posterioribus meis plusculum lucis accepisse. Repetam tamen ex eis quaedam, si forte illae non sint redditae."

---

[1] 1 Rg 10, 26.

[2] Et sica arrepta et saltu in profundum facto se occidere conatus esse fertur; vide *Can.* III 176.

[3] Cf. supra p. 10.

[4] Rom 12, 17. 2 Cor 8, 21.

1231. CARDINALIS **OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG,** episcopus albanensis et augustanus, imperii princeps, CANISIO.

Dilinga 5. Iulii 1565.

Ex autographis — inscriptio ab alio posita est — litteris (2° min.: 6 pp.: in p. 8 inscr. et pars sig.). „Epp. Cardd. I" f. 45—47.

Quod P. Rabenstein Socios Dilinga abituros minatus est, id magno dolore cardinalem affecit; qui tamen ex conscientiae testimonio solacium capit et Societatem aliter acturam sperat. Consensus capituli pro collegio dilingano impetrandi gratia Augustam ivit et ad comitia canonicorum generalia eodem iterum ibit. Qui molestiarum auctores essent, cognovit. Augustae P. Martinus Stevordianus contionator etiam clero est gratus; Lutherani ad eum audiendum veniunt. Spes est, P. Elderen in ecclesiam cathedralem vel templum S. Ioannis reverti posse. Sicut cardinalis Canisii monitis obsequi studet, ita Socii aegre ferre non debent cardinalem, quae de ipsis ad se relata sint, cum ipsis communicare. Cardinalis Societatis amantissimus est; Canisius autem, eius adversariis credens, et ipse cardinali diffidit et alios ad diffidendum inducit. Cardinalis Sociis dilinganis quotannis 1200 ducatos dedit, supellectilem et alia providit, locum novi aedificii paravit; immo iam inde ab a. 1549, divina providentia manifeste iuvante, collegio nulla in re defuit. Canisius pontificem et cardinales edocere debet, calicem laicorum et coniugium sacerdotum Germaniae damnosa fore. Archiepiscopus salisburgensis calicem suis perniciei fuisse affirmavit. Electores ecclesiastici calicem non admiserunt.

Reuerendo in Christo fratello mio honorando.

Jo ho doi lettere de V. S. [*etc., ut supra p. 68*].

Circa le parole detteme dal Padre Rauenstain[1] meritamente ho receuuto estremo dolore, qual non ho potuto mitigare senon con sapere la mia conscientia pura, la mia intentione recta, et la deliberatione firma di non mancare in modo alcuno di parte mia, tenendo per certissimo che il nouo Preuosto generale et tutta la Compaignia vedendo mio possibile et infallibile procedere, non vsariano tal termine insolito della lor' charita.

Et cosi mi sono mosso d' andare personalmente in Augusta et non potendo per il poco numero delli Canonichi presenti far cosa releuante ho ottenuto vna Congregatione generale de tutti li Canonichi Augustani per il .27. del mese d' Augusto[a] douue io ritornero et con la gratia de Dio spero di far piu che molti si credeno et ho da parte gia disposti l' animi de molti et ho scoperto quelli che in questo ci dano impazzo[2] et sto con bona speranza che non perderemo tempo massime se V. S. et qualch 'uno altro pratico de simile maneggi ci[b] [?] trouasse presente.

Jl Predicator Martino[3] ha aquistato mirabile credito et in verita fa grandissimo fructo et ha infinito comerzo, è gratissimo non solo al

a) Augusta *aut.* b) *Sic aut.;* si? ci si?

[1] Dixerat, Socios Dilinga abituros, nisi cardinalis collegium, consensu capituli cathedralis impetrato, ita stabilivisset, ut Socii post ipsius mortem a capitulo vel ab Ottonis successore amandari non possent; vide supra p. 66.

[2] Ii erant ecclesiae cathedralis parochus et ludimagister quidam; vide supra p. 68.

[3] P. Martinus Stevordianus S. J. pro Canisio in cathedrali ecclesia augustana contionatorem agebat; vide supra p. 31 et infra mon. aug. (b 13).

populo ma anchora al Clero, et sin li Lutherani vengino alla soa predicha.

Jl Padre Guilielmo si porta bene, et il iniquo odio contra de lui se disminuisce[1]. Et secundo che si antevede spero che al futuro Capitulo Peremptorio[2] tornera nel Domo ouero Santo Iohanne[3] et si trouuera ferma concordia con tutto il Capitulo.

Che V. S. scriue che quanno dice qualche cosa per il ben publico ch' io non lo debbi pigliar' in male, di questo la po' l ben esser sicuro che non solo non piglio in vn male soi prudenti pareri, ma li metto in esequutione quanto si possono. Ma all' incontro vorrei anchora che V. S. et soi fratelli non pigliaressero sospetto quando li dico quello che io intendo d' altri circa lor facti et che se credino (come Dio sa esser vero) che io non lo dico senon per lor profitto, vtile et honore, et me dogle tutto il cuore quando vedo ouero sento qualche cosa contra di lor[4], et che li miei ricordi sono qualche volta pigliati in suspetto, senza mia culpa. Perche Dio sa che io amoro[a] [?] honoro et bramo piu la Compaignia che me stesso, et non li ho mancato sin hora ne sono per mancare mentre che viuo, Et per questo me potria crepare il cuore quando vedo che lei per suasa de miei aduersarij ouero sinistra opinione non solo diffida di me ma mette anchora dubbio nell' altri.

Fin hora non credo che si possi dire che io habbi mancato delli denari secondo la conuentione fatta in bolzano[5] et ogni anno ho fatto dare li 1200. Scudi[6], per il vitto de .35. ouero 36 persone et pur mai è stato tanto numero a Dilinga. De piu si ha comprato li mobili cosi boni quanto in nulla altra parte, li ho anchora dato estraordinario poi che la Compaignia è arriuata qua piu de mille scudi. Ho comprato pareche case per il sito della fabricha. Sono in opera di ponere li fondamenti dello Collegio nouo della Compaignia si che non sò donde possi nascere de pigliare diffidenza contra di me.

Io ho hauuto molto maggior debiti che hora, pur ho aedificato mantenuto et accresciuto il Collegio dell' anno 1549 fin hora, et il Padre Fra Pietro di Sotto[7] . et li Professori et scolari non hano mai

a) *Sic; corrigendumne* amo?

---

[1] Vide supra p. 68.

[2] Generalem illum canonicorum cathedralium conventum significat, qui in 27. Augusti indictus vel indicendus erat.

[3] In ecclesiam parochialem S. Ioannis Baptistae, cum templo cathedrali coniunctam.

[4] Capitulum cathedrale m. Maio 1565 adversus PP. Canisium et Elderen varias querelas ad Ottonem detulerat; vide infra monum. aug. (a 2).

[5] De hac conventione vide *Can.* IV 395.

[6] Hi, nisi fallor, fere 1700—1800 florenos rhenenses aequabant: vide *Can.* II 94[2]: III 163[1] et P. Theodorici Canisii litteras 12. Octobris 1565 ad Canisium datas, infra n. 1249. In **Catalogo* collegii Dilingae 1. Ianuarii 1565 conscripto (vide supra p. 4) 25 Socii recensentur.

[7] Clarissimus ille P. Petrus de Soto O. Pr. Dilingae fere ab a. 1550 ad 1555 theologiam tradiderat (*Specht* l. c. 10 45 49).

hauuto mancamento. Si che fin hora si ha piu causa di sperare ben et meglio, che con mendacci discorsi dir che il Cardinal non po l et il Capitulo non vole, et io faro conoscere con l' opere vere et viue che questi pensieri sono stati superflui et piu posti nella humana prudentia che nella prouidentia diuina qual si tocca con mano sin al presente.

Jo non mi lamento in cosa alcuna de V. S. senon che è in verita troppo diffidente, cosi pusillanime che se non fosse stato il padre natale[1] V. S. non harei[a] [?] mai consentito che il Collegio si facesse in Dilinga. Questo scriuo con sincero animo et non[b] [?] tenga[c] [?] per manco Apostolo Santo Thomaso[2] quanto Santo Pietro, et spero con li fatti fare cognoscere[d] V. S. con l' adiuto de Dio[e] meritamente li potero dire, modicae fidei quare dubitasti?[3]

Horsu Dio sia laudato, io non mi pigliaro fastidio piu di questi discorsi, et con la gratia de Dio non cessaro di andar innanzi, fabricaro, cercaro di stabilire il Collegio qua, et la casa in Augusta et spero che lei vedera miraculi oltra di quelli che me pare hauere fatto sin hora.

V. S. si conserui sano, et informi puranche come so che fara la Santita di N. S. et li Cardinali, della roina de Germania con queste concessione del Calice et coniugio[4] et io non saperei dir altro senon se ci concedon tal cose vedo che li nostri peccati ci fano ciechi, et guai alla Santa Chiesia.

Li Principi saeculari non l'intendano[f] [?], et fano a persuasione de soi Populi: Ma la Santita di N. S. come padre vniuersale senza falo aprira li ochi et non concedera cosa che possi di presente et nell' auenire portar[g] confusione. Dio sa che io scriuo secondo il mio debito et come conosco esser troppo vero.

La concession della Communione[h] non ha portato frutto alcuno anzi il Signor Arciuescouo de Salzburg[5] mi dice espresso che è stato roina de soi populi, Li Electori[6] non l' hano voluto fin hora admettere

a) *Sic aut.; voluitne scribere* harebbe *vel* haurebbe? b) c) *Ita legendum esse puto; haec duo vv. obscurius scripta sunt;* non tengo? d) *Supplendumne* ciò *vel aliquid simile?* e) *Supplendumne* et *vel* che *vel* di modo che? f) *Sic; corrigendum esse puto* intendono. g) porta *aut.* h) *Supplendum esse videtur* sub utraque *vel* sub utraque specie; *vide infra adn. 5.*

---

[1] P. Hieronymus Natalis; cf. *Can.* IV 105 257 etc.

[2] S. Thomas post Christi resurrectionem aliquamdiu „incredulus" fuit (Io 20, 24–29).

[3] Ita Christus dixit Petro mergi incipienti (Mt 14, 31).

[4] Ad Maximilianum II. imperatorem, qui coniugium sacerdotum petere non cessabat, Pius IV. sub m. Iunium a. 1565 Leonardum Marini O. Pr. archiepiscopum lancianensem et Petrum Guicciardini auditorem rotae legavit, non ut eam concessionem — id quod fortasse Otto suspicabatur — ei afferrent, sed ut iniqua peti ei persuaderent; vide infra mon. varia n. (3).

[5] Ioannes Iacobus Khuen de Belasi; hic a. 1564 ex facultate a Pio IV. sibi concessa suis permiserat, ut sacram communionem sub utraque specie sumerent: v. *Can.* IV 633.

[6] Daniel Brendel, Fridericus de Weda, Ioannes von der Leyen archiepiscopi moguntinus, coloniensis, treverensis.

per veder' che sarebbe lor roina, et hor che si aggionge la concessione del coniugio sara vno estirminio del Ecclesiastico ordine, et dara occasione di dimandare anzi de occupare li beni Ecclesiastici, et dar[a] [?] del resto alla Religione Catholica.

Dio Onnipotente c' adiuti et conserui V. S. d' ogni male et liconcedi presto ritorno qua in Germania soa douue lei ha fatto tanto notabile frutto per la Religione. Scritto a Dilinga al Giouedi dapoi Santo Udalrico 1565.

De V. S. Amoreuole Fratello

Jl Cardinal d' Augusta.

Al molto Reuerendo in christo Fratello Il Padre Pietro Canisio Prouinciale per Germania della Compagnia del Jesu etc. Roma.

1232. CANISIUS CARDINALI **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG**, episcopo albanensi et augustano, imperii principi.

Roma sub 6. Iulii 1565.

Ex litterarum Borgiae apographo, eod. temp. scripto. „Germ. 61" f. 296[a].

Franciscum Borgiam electum esse praepositum generalem. De reditu suo.

S. Franciscus Borgias, Societatis praepositus generalis in eiusdem congregatione generali 2. Iulii 1565 electus, Roma 14. Iulii 1565 ad Ottonem cardinalem Augustanum scripsit: „Per lettere del Padre Canisio hauera inteso V. S. Illustrissima il peso che ha imposto sopra le mie debole spale Iddio N. Signore per mezzo di questi Padri quì congregati. . . . Quanto ala tornata del detto Padre Canisio delaquale[b] alli 22. del passato mi scriue v. s. Illustrissima[1] come si finiscano le cose necessarie nela congregatione generale, spero sara sodisfatta V. S. Illustrissima et ad ogni modo per questi grandi caldi non é tempo conueniente di far si longo uiaggio."

Canisium sub 6. Iulii scripsisse coniciio; eo enim die a Sociis romanis et in Germaniam et in alias terras epistulae, quibus Borgiam electum esse nuntiabatur, missae sunt; vide infra monum. it. n. (17); cf. etiam infra ep. n. 1233.

1233. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, Germaniae superioris viceprovinciali, universitatis collegiique dilingani rectori.

Roma 8. Iulii 1565.

Ex Theodorici Canisii epistula autogr. „G. Ep. VI" f. 97[a].

P. Theodoricus Canisius S. J. Dilinga 26. Iulii 1565 ad Petrum Canisium fratrem, qui Romae Societatis congregationi generali intererat, scripsit: „Binas a R. T. accepi, alteras vltimo Junij, alteras 8° Julij datas, . . . posteriores vero mirifice nos omnes consolantur ob electionis noui praepositi foelicem successum."

Die 2. Iulii 1565, Visitationi B. M. V. sacro, prima suffragiorum latione, 31 suffragiis, haud plus 8 ex omnium numero desideratis, Sanctus Franciscus de Borgia electus est Societatis praepositus generalis. Quam electionem Pius IV. eodem die valde laudavit. Plura vide infra, mon. it. n. (17) (18). Canisii litterae perisse videntur.

a) far? b) delequale *ap.*

---

[1] Vide infra monum. aug. n. (a 4).

1234. P. GUILIELMUS ELDEREN S. J. CANISIO.

Augusta Vindelicorum medio fere m. Iulio 1565.

Ex Lanoii autographo. Cod. colon. „Epp. ad Kess. I“ f. 178[a]. Lanoii epistulam commemorat *Hansen* l. c. 515[4].

Georgius Peraxylus Vindobonae ex Societate dimissus, Augustae Sociorum opera a Velsero 50 aureos mutuos accepit, Antverpiae restituendos; at iam ille scribit, id fieri non posse.

P. Nicolaus Lanoius provinciae austriacae S. J. praepositus 4. Augusti 1565 Roma, ubi cum Canisio secundae congregationi generali Societatis intererat, Coloniam ad P. Leonardum Kessel collegii illius rectorem ita scripsit de Georgio Peraxylo (Paraxilo, Praxello, Eyndhouts) buscoducensi ('s Hertogenbosch in Hollandia), qui a. 1562 ex Italia in Germaniam superiorem missus (Can. III 494), aliquamdiu in collegio oenipontano (Can. IV 945), deinde in vindobonensi moratus, ibi ex Societate dimissus[1] *erat (Epp. Nad. IV 308): „Dubium non est quin per vos transierit M. Georgius peraxylus profectus in patriam. Credi vix posset quantas tragoedias excitarit suis Superioribus viennae quo factum est, vt abituro necessum fuerit quasi ad nutum, illius inordinatis desiderijs ac irreligiosis petitionibus satis facere. Extorsit igitur a nobis pro viatico 50. aureos rhenenses quibus equum et nescio quae vestimenta emit et residuum ad expendendum in itinere retinuit. Hanc summam pecuniae nobis fideiussoribus viennae a quodam aulico Jmperatricis*[2] *hispano obtinuit Augustae intra paucas hebdomadas restituendam, quod et factum est. Nam jllic nostris procurantibus*[3] *obtinuit a D. Marco Voelsero*[4] *mercatore praediuite aliam summam aureorum duplo maiorem illa priore, qua nimirum illos .50. florenos dicto aulico restitueret et de reliqua portione in itinere viueret. Merebatur quidem, ille potius sine vllo*[a] *subsidio inglorius dimittj. Sed nos admonebant .Ro. literae*[5] *ut daremus operam vt citra tumultum et scandalum a nobis (si fieri posset) discederet. Nunc autem scribit M. Guilielmus Eldrensis huc ad P. Canisium, pecuniam illam restitutam non esse sicut erat conuentum. Sese enim obstrinxerat Peraxylus quod bona fide quantum acceperat Augustae pecuniae, redderetur .D. Marco Antwerpiae. Verum iam ad eundem scribit fieri id non posse quod mater sua tantum pecuniae soluere aut nolit aut non possit. Hinc grauiter offenditur .D. Marcus. Offenduntur et nostri et nobis Viennensibus indignantur, quod huius scandalj occasionem praebuerimus. Jllorum fidei Peraxylum commendantes. Talem euentum profecto ego suspicabar futurum, licet Peraxilus supra modum et omnem fere modestiam, suam nobilitatem et opes iactaret.“*

1235. CANISIUS SECUNDAE CONGREGATIONI GENERALI SOCIETATIS IESU.

Roma inter m. Maium et Septembrem 1565 (?).

Ex autographo (2°; 4 pp.); in extrema pagina 4. manu antiqua notatum est: „Patris Petri Canisij quomodo Societas Germanis plurimum prodesse posset.“

a) velo *autogr.*

---

[1] *P. Ioannes de Polanco* Societatis secretarius Roma 9. Iunii 1565 P. Guilielmo Elderen de eo *scripsit: „Ad suos remissus est, unde minus est quod miremur si spiritum minus religiosum praeseferebat“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 61“ f. 293[b]).

[2] Mariae, sororis Philippi II. Hispaniae regis et uxoris Maximiliani II. imperatoris.

[3] Sacerdotes de Societate aderant, nisi fallor, duo: PP. Guilielmus Elderen et Martinus Stevordianus; cf. *Can.* IV 815.

[4] Marcum Velserum (Welser) seniorem significare videtur; de quo *Can.* II 617[1] 625 654. Velseri Augustae magnam tabernam argentariam habebant.

[5] Litterae Roma a supremis Societatis moderatoribus (S. Francisco Borgia vicario generali?) datae.

Quomodo Germania per Societatem Iesu maxime iurari possit: 1. Romae: Praepositus generalis singularem eius rationem habeat, etiam in precationibus. Germani bene probandi; mature, antequam aegrotent, remittendi; a scriptione multa revocandi; ad litteras latinas graecasque et ad rhetoricam potissimum instituendi; in docendo exercitandi; certo officio, cum remittuntur, non destinandi. Nemo cuiuscunque nationis, qui vel corpore vel animo infirmus sit, in Germaniam mittendus. Cavendum, ne peregrinantium vel moribus vel vestitu hominum animi offendantur. Praepositi germani de hominum mutationibus consulendi. Curiae erga Germaniam benevolentia fovenda. Pontificis liberalitati commendandi iuvenes, qui ecclesiasticis officiis, maxime apud proceres, fungi possint. A Societate insignes aliqui homines mittendi. 2. A collegiorum germanicorum praepositis: Provinciales, qui aliis negotiis non distineantur, rectores probi, ministri idonei constituendi. Amplior danda facultas Socios dimittendi et alio mittendi. Sociis comiter modesteque cum Germanis agendum; ne haeretici quidem odiose tractandi. Procerum gratia „Epistolis Indicis" et thesibus etc. concilianda. Curandum, ut Socii clericis monachisque amicos potius, quam censores se praebeant. Sociis diligenter eleganterque docendum nec quicquam vulgandum nisi probatum. Omnia officia accurate praestanda. 3. Primorum animi non offendendi, immo omni studio Societati conciliandi.

Quomodo Societas JESV Germanis prodesse in domino plurimum possit.

Primum medium et praesidium ex urbe Romana petatur.

R. P. Praepositus generalis singularem rationem habeat huius afflictae nationis, quae ut nulla fere alia, modo laborat grauissime in Europa, et humanis quidem praesidijs omnibus misere destituta videtur, quae si ab vllis alijs, certe a Societate Jesu idcirco fortassis a Deo his temporibus excitata, consilium et opem spiritualem expectat ac petit uehementissime.

Vnde maiorem in modum optandum, ut idem Praepositus per se cognoscat, tractet ac definiat plaeraque [quae][a] ad Religionem in Germania restituendam et ad nostros in eadem prouehendos atque confirmandos pertinent.

Jtem vt Germaniae suas et totius Societatis preces curet spetialiter et frequenter applicari.

Qui Romae Germani instituuntur, si quidem sint nouitij, tempus suae probationis legitime peragant, et pro certa ueluti regula id teneatur, in Germania peius habituros, qui Romae curari non possunt[1].

Jdcirco praestat eiusmodi in tempore dimittere, quam cum periculo in Germaniam remittere, ubi morbi spirituales facile augentur ijs, qui male sani secundum interiorem hominem[2] ex Vrbe mittuntur.

Non remittantur ergo Germani, nisi quorum in Vrbe perspecta sit circa vocationem constantia, et nota uirtus in factis iam antea probationibus et experimentis secundum instituti nostri rationem[3].

a) *Hoc v. supplendum esse res ipsa monet.*

---

[1] *S. Ignatius* constituerat, ut singuli novicii minimum per 2 annos probarentur (Constitutiones S. J., Ex., c. 1, n. 12; c. 4, n. 41; c. 6, n. 8 etc.)

[2] Rom 7, 22. Cf. Eph 3, 16.

[3] De his cf. *Can.* I 99[7]; II 396[1] 613[2] 701[3] etc.

Qui corpore male habent in Vrbe Germani, et ad ptisim propensionem sentiunt, in tempore uel alio ad vicina collegia, uel in Germaniam destinentur, sed cum explicatione, quales Romae se illi praebuerint, et cuius expectationis esse uideantur. Expediret fortasse, Germanum Romae nullum ultra biennium aut ut maxime, ad triennium detineri, ne Romanus aer illorum, ut fit, valetudinem offendat.

Arceantur et reuocentur a multa scriptione, quae Germanis in Vrbe multum discriminis solet adferre.

Scholastici Germani studijs Romanis applicandi non uidentur, nisi qui in Grammatica et Rhetorica sint utcunque uersati, ut possint quod est uehementer optandum, in Latino[a] [?] scribendo et dicendo plus quam mediocres, [se][b] [?] praestare. Alioquin fieri cernimus, ut qui tantum in Philosophia instituti ex Vrbe ueniunt, nec loqui, nec docere possint in Germania, vbi uel praecipua eruditionis laus et opinio collocatur in homine diserto et eloquente.

Plaerique Germani non satis habiles uidentur ad subtiliorem Philosophiam. Vnde magnus Romae delectus haberi eorum posset, qui ad classem Philosophicam admittuntur. Ex Vrbe paucos redire cernimus, qui ad Graeca et Rhetorica profitenda, quorum usus est in Germania maximus, probe instructi accedant.

Qui ex Vrbe mittuntur, nulli certo addicantur offitio, quod ipsi quidem intelligant, sed moneantur stare iudicio suorum quos habituri sunt in Germania, superiorum.

Cuiuscunque sint nationis homines, in Germaniam missi illi et se, et alios facile perturbabunt e nostris, si male ualeant, ac diuturnas praesertim aegritudines patiantur, ac alibi firmi non fuerint in sua vocatione, uel graues quasdam tentationes experiantur. Quare consultum non erit, istiusmodi mittere in haec collegia, quae plus satis tentationum sentiunt.

Quod ad viatica pertinet, desiderandum sane videtur, ut proficiscentes nostri uiuant frugaliter, ut obseruent leges praescriptas peregrinantibus[1], ut aliquando sint vestiti honestius, ne prorsus mendici uideantur. Nam hinc quoque uitari posset offendiculum quoddam, quo Germani a nostris magis abalienari videntur, cum nostros male moratos, aut omnino pannosos uident transeuntes, licet ad experiundam paupertatem illi non emittantur.

Priusquam fiat mutatio personarum, praesertim quarum magnus in his collegijs est usus, nihil Romae statuatur[c], nostraeque rationes intelligantur. Et quoniam permultum ualet eorum qui Romae sunt primarij, authoritas ad res Germanicas rectius promouendas, confirmanda et augenda videtur erga Germanos beneuolentia Pont. Max.

a) *Sic autogr.; sed Canisium scribere voluisse puto:* Latine. b) *Supplendum esse puto, ut supra, adn. a.* c) *Fortasse hic deest aliquid* (antequam *etc.*).

[1] Vide P. Hieronymi Natalis visitatoris „Instructiones" sive regulas „De missionibus" et „De iter agentibus", Epp. *Nadal* IV 503—505 556—557.

Cardinalium et aliorum qui maius possunt pondus et praesidium adferre cadenti Religioni in Germania, nostrosque Principibus Germanis commendare per omnem occasionem.

Pont. Max. operae pretium faceret, si liberalitate quadam prosequeretur Germanos, siue qui Romae studijs uacant, siue qui aluntur in Germanicis collegijs aut etiam inter conuictores ali possent, ut operarij Germanicae messis paulatim efficerentur. Nam dici non potest, quanta sit passim eorum penuria, qui Germanis populis uelint et possint euangelizare, suamque dare operam confirmandis Catholicis praesertim Magistratibus et Principibus, quos uideas sine pastoribus et concionatoribus uelut oues errantes[1], misere perire et ad sectarios deficere . quia non est qui frangat paruulis panem[2].

Curent Romani Patres, ut amorem, curam et beneuolentiam erga Germanos suam argumentis quibusdam spetialibus explicent . idque non solum scriptis fieri potest, sed etiam multoque magis missionibus quorundam, qui singulari eloquentia, doctrina et donis alijs peculiaribus in Germanica messe ualere uiderentur.

Alterum medium ac praesidium a superioribus collegiorum Germanicorum petendum.

Prouintiales non solum idonei deligantur, sed etiam qui nullis alijs rebus uel occupationibus impediti, se totos gubernationi et uisitationi frequenti collegiorum suorum impendant, ac Rectoribus diligenter assistant.

Rectores non ferantur, qui superioribus suis non faciant satis ob legittimas causas, et praesertim qui in spiritu Societatis nostrae non sunt probe fundati.

Rectoribus non desint ministri necessarij, praesertim qui uti Dilingae, multis et grauibus oneribus solent esse grauati. Ac Ministri reperiantur plures in Germania superiore, ubi vix unus illorum apparet aut inueniri potest.

Habeant superiores maiorem facultatem in illis dimittendis, qui merentur exclusionem, aut multo tempore non solum graues, sed etiam incorrigibiles se alijs praebuerunt. Nec solum dimittendi, sed etiam ad uicinas prouintias saltem mittendi quosdam facultas sit penes Prouintialem grauibus de causis, ne sit opus semper Romanum expectare responsum.

Teneant rationem et artem conuersandi cum Germanis, praesertim maiore authoritate praeditis, eandem exigant a nostris, qui saepius agere habent cum exteris, ac praesertim a contionatoribus.

In conuersando nihil amarulentiae praeseferant aut fastus ac supercilij, sed summam potius erga Germanos charitatem ac beneuolentiam declarent, de illis candide loquantur et sentiant. Sed neque contra personas haereticorum indignentur, aut nominatim eos

[1] 1 Petr 2, 25. Cf. Ps 118, 176: Mt 9, 36 etc. [2] Thr 4, 4.

odioseque perstringant siue in publicis, siue in priuatis conuentibus. Credant Germanos comitate et modestia quadam, quae in nostris esse debet excellens, inprimis conciliari Societati huic, quae debet salua quidem Religione maiorem in modum se Germanis horumque ingenijs accommodare.

Obseruentur in utroque statu[1] proceres et praestantes homines, per quos bonum promouere publicum et authoritatem nobis augere possimus. Adferantur his noua, si quae ex Vrbe Jndiana[a] mittuntur, donentur conclusiones recens editae[2], aut libelli non ita magni pretij etc, ut magis magisque nobis concilientur.

Caueatur sedulo, ne causam habeant Ecclesiastici et religiosi nostris obtrectandi, et ne putent a nobis sua obseruari uitia, quorum censores esse uelimus. Igitur superiores non patiantur, ut de malis etiam Praelatis et clericis siue monachis in collegijs uel alibi quicquam nostri iudicent aut spargant: imo potius illorum authoritatem et honorem quoad eius fieri potest, accurate defendant, ut nostros esse potius amicos et fautores, quam reformatores ac aemulos, arbitrentur.

Saepe hi ipsi urgeant professores, ut ad munus profitendi bene praeparati accedant, et summa illud fide obeant, siue multos, siue paucos habeant auditores. In docendo gratiosi praeceptores esse contendant, aliquam uerborum elegantiam adferant, nihil dictent nisi quod sit elaboratum, non edant publice nisi correcta prius et a superiore uel ejus uices[b] [?] supplente approbata.

Cum tutum non sit, noui aliquid muneris auspicari, quod Patroni nostri uelint deinde perpetuum facere, et ueluti pro lege postulare a superioribus, curent hi quam possunt diligentissime, vt in his ad quae obligati sumus, exacte nostri offitio suo et bonorum de se expectationi faciant satis, praesertim in templis et scholis. Si disputandum est, argumentis probe instructi ueniant, Si tractandum de controuersijs huius temporis, excutiant diligenter argumenta haereticorum. Si cultus diuinus exercendus, nihil in nostris possit desiderari.

Tertium medium et praesidium petendum a magnatibus.

Quo nostri rectius suae uocationi respondebunt, et primum cum Deo, deinde cum superioribus erunt coniunctiores, eo magis fauentes sibique conciliatos sentient Magnatum, Principum et precipue Patronorum suorum animos Deo auxiliante.

Et quoniam Principum et Magistratuum authoritas apud populum Germanicum plurimum ualet, cauenda nobis omnia diligenter, quae odium et inuidiam nobis apud Magnates parere possunt: amplectenda uero et sedulo consectanda illa, quae ad primarios uiros nobis conciliandos faciunt. Cuiusmodi esse uidentur, si bonos et eloquentes

a) Jndiane *aut.* b) *Vel sic, vel* uicem *corrigendum est ex* uice, *quod est in aut.*

---

[1] In ordine ecclesiastico et in ordine ciuili.

[2] Exempla epistularum „indicarum" et „theses" in uniuersitatibus ad disputandum propositas significat; cf. *Can.* II 292—293; IV 381 462 609—610.

Contionatores, insignes Theologos, peritos in Prosa uersuque scriptores, diligentes professores, exercitatos grauesque Confessarios, gratos vulgo sacerdotes, et zelo conuenienti praeditos fratres exhibeamus. Hinc enim primum populares animos, deinde primarios etiam uiros nobis fauentes et addictos reddimus.

Huic commentario neque quando neque ad quem datus esset, ascriptum est. Eum post m. Septembrem a. 1563 compositum esse patet ex eo, quod collegii dilingani (m. Octobri 1563 incohati) in eo fit mentio. Hoc quoque facile intellegitur: Commentarius supremo in Societate Jesu magistratui destinatus est; quam auctoritatem Societatis congregatio generalis, vel, cum congregatio non est, praepositus vel vicarius generalis habent. Ac commentarius aut Romam est missus, aut in ipsa urbe a Canisio conscriptus; atque alterum hoc aliqua ratione probabile effici videtur eo, quod Canisius nec nomen nec locum nec tempus ascripsit; videtur ergo ipse scriptum ei, cui destinatum erat, tradidisse. Canisius autem magna cum auctoritate loquitur; pro Societatis magistratu agit: praepositum provincialem agit. Praepositum generalem non appellat; sed is in tertia persona, ut dicere solemus, ab eo commemoratur. Quae cum considero, animus in id inclinat, ut coniectem, Canisium, cum Germaniae superioris praepositus provincialis Romae secundae congregationi generali ab 21. Iunii ad 3. Septembris 1565 habitae interesset, hunc commentarium scripsisse patribusque congregatis tradidisse. Interfuit quidem Canisius etiam congregationi tertiae, a. 1573 habitae, sed officio praepositi generalis levatus et ex singulari tantum gratia ad comitia admissus. Sunt etiam alia in hoc commentario, quae cum tempore congregationis secundae bene congruant: Proxime ante hanc congregationem S. Franciscus Borgias vicarius generalis praepositos provinciales iusserat curare, ut prudentes et periti inter suos viri adnotarent vias et rationes, quas existimarent accommodatas ad contiones habendas, familiarem consuetudinem cum pietatis fructu instituendam, litteras tradendas, domus administrandas, alia; quae deinde rationes in congregatione proponerentur (*Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 1, n. 5). Atque hoc commentario repetita et quasi in unum collecta habes ea, quae Canisius ipsis annis 1561—1565 identidem Societatis praepositos et maxime supremos eiusdem moderatores monuerat de Societatis iuvenibus Romae bene et ad pietatem et ad litteras instituendis atque in docendo exercitandis, de iisdem Roma, antequam aegrotare coepissent, remittendis, de non mittendis in Germaniam nisi hominibus probatae virtutis, de Sociis honeste vestiendis de ampliore dimittendi facultate provincialibus danda etc.; cf. *Can.* III 576 578—579 819 820; IV 21 138 143 146 234 322 510 etc.; supra p. 37 45 etc.

Ceterum si quis maluerit dicere, Canisium hanc commentarium a. 1565 vel 1566 Sancto Francisco Borgiae, Societatis generali primum vicario, deinde praeposito, misisse vel tradidisse, equidem contra non dixerim.

1236. P. THEODORICUS CANISIUS, provinciae S. J. Germaniae superioris viceprovincialis, universitatis et collegii dilingani rector, CANISIO.

Dilinga 26. Iulii 1565.

Ex autographo (2°; 4 pp.); „G. Ep. VI“ f. 97a—98b. Epistula usus est *Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 1, n. 33.

De rebus provinciae Germaniae superioris: Collegii dilingani Socii et externi; Socii alio ad tempus profecti; subsidia matri pauperi alicuius danda; scholae theologicae, philosophicae, hebraicae, mathematicae etc.; contiones; Sociorum (PP. Torrensis, Swagerii, Haivodi etc.) valetudo, errata, alia; cursus philosophicus Dilingae aliter traditur quam Romae; contubernii S. Hieronymi aes alienum et disciplina; collegii Societatis minister, procurator, aedes novae; personarum mutationes; exercitia spiritualia; declamationes; cardinalis Truchsess comitiis capituli augustani intererit; Canisii praesentia desideratur; cardinalis et collegii res pecuniariae; gratiae pro S. Francisci Borgiae electione sollemniter Deo actae; P. Liberius Maihingam ad

Birgittinas missus. Collegii ingolstadiensis Socius quidam fugitivus; alii ad tempus domum profecti; novi magistri mittendi; cursus instituendus. Collegii oenipontani rector queritur, se pueros habere praeceptores. PP. Schorichius et Stevordianus, contionatores monacensis et augustanus; varia eorum errata et discrimina. P. Elderen accusatus. Fabula pueri castrati. Palatini electoris superbia et saevitia. Schmidelini et Spangenbergii adversus P. Hoffaeum scripta. Guilielmus Eisengrein Centurias refutaturus. Noviciorum magister. Flacii Illyrici liber. Theodoricus „poenitentiam" petit.

† JESVS Admodum Reuerende in Christo pater.
Pax Christi etc.

Binas a R. T. accepi [*etc., ut supra p. 72*].

Quod ad statum Collegiorum [*etc., ut supra p. 72*]. Sumus hoc loco 26. sed duo ex illis in Collegio Sancti Hieronymi viuunt, Tres alij ex eodem numero, coadiutores sunt, Societati non astricti, coquus scilicet cum puero, qui suo officio faciunt satis, et sartor Joannes, qui paulo ante ex balneis Badensibus redijt, nihilo sanior factus, sed magis etiam de morbo gallico suspectus. Videtur ad matrem remittendus, data illi bona eleemosina, donec rectius habeat, Contagiosus est enim morbus. Viuunt ergo in Collegio, qui societatis sunt .21. inter quos est et Jacobus Lusitanus et Diego Flander[1], qui nuper accesserunt. Diego iste iussu Patrum Romanorum ex Monteregali Sabaudiae[2], vt coadiutor temporalis esset, missus fuit. Statueram illum Jngolstadium mittere, vbi Coadiutore bono opus erat, Verum infirmior mihi et in spiritu et in corpore visus est quam vt Jngolstadienses[a] mores et labores commode posset perferre. Hoc ergo loco diligentius illum et instruendum et exercendum putaui, et Joannem Cliuensem interim, qui factis iam votis promptissimum se ad omnia praebuit, Jngolstadiensibus concedendum esse putaui[3]. Profectus autem hic est Jngolstadium 22 huius mensis, vna cum D. Torres[4], qui animi relaxatione opus habebat.

Doctor Conradus et Leonardus Boschius[5] 23. huius Norimbergam sunt profecti, vt pecuniam 60 florenorum Leonardo debitam et promissam, ab eius patruo accipiant, in subsidium pauperculae matris eiusdem. Curabimus autem bene intelligere statum matris, et non simul praedictam summam sed paulatim et per tertiam personam veluti eleemosinam aliquid inde illi concedemus[b].

a) *Ita Theod. Can. ipse correxit ex* Jngolstadiensium, *quod scripserat.* b) *Ita Th. ipse correxit ex* concedo.

[1] In * *Catalogo* collegii dilingani 31. Decembris 1566 scripto inter fratres coadiutores sive laicos comparet Diegus de Hemsen, antverpiensis („GSC 66" f. 402[a] ad 404[b]). [2] Ibi (Mondovi) collegium Societatis erat.

[3] Is „Ioannes Sedulius Cliuensis" vocatur in * Catalogo quodam a P. *Paulo Hoffaeo* scripto (Cod. „VI. 35" f. 82[a]). De eodem v. *Can.* IV 434. In * *Catalogo* dilingano ineunte a. 1565 scripto refertur: „Dilingae . . . nunc portarium agit, annos natus 33. ad concionandum et conuersandum habet donum . . . nondum uota emisit" („GSC 66" f. 375[b]).

[4] P. Hieronymo Torrensi theologiae in universitate dilingana professore.

[5] De P. Conrado Swagerio vide supra p. 13; de Fr. Leonardo Bosch cf. *Can.* IV 432[5] 741 772.

Doctor Corradus satis nunc est quietus, optarent auditores in eius modo docendi maiorem perspicuitatem et ordinem, Jn concionibus suis vulgo magis quam viris doctis satisfacit[1], proficeret tamen longiori exercitatione . multum ad eas est propensus. Sed habet quod hoc loco agat cum quotidiana lectione Theologica et Hebraica.

Leonardus Boschius difficilem utcumque se praebet in quotidianis exercitijs, praesertim externis, propter infirmitatem corporis, quam subinde exaggerare videtur, tum etiam ob nimium quoddam varios libros legendi studium. Accommodat tamen se sic satis, et vtilem nobis tam in graecis quam Haebraicis legendis aliquando fore spero, Jn illis enim satis profecit, in his breui multum proficiet, vt puto.

Doctor Torres valde debilis est, vt vix alternis Theologicam legere possit[2]. Satisfaciet tamen ad tempus spero.

P. Petrus Hungarus[3] in Theologiae doctorem promoueri posset, si successorem in philosophia haberet. Auspicabitur in festo D. Hieronymi[4] nouum cursum, et simul cum antiquis discipulis in repetenda Logica et physica vsque ad Februarium occupabitur. Quae res non poterit non esse illi molesta, debili alioqui satis. Romae et alibi tres sunt qui cursum legant. Duo hic tantum[a]. Romae triennio absoluunt cursum . hic biennio, adiunctis tamen pro repetitione quatuor mensibus. Vnde duplici nomine grauari hoc loco nostri videntur, tum quod properare nimium in legendo cogantur, tum quod toto quadrimestri praeterquam in lectionibus solitis[b] in repetendo etiam, et quidem diligenter et exacte, occupari debeant. P. Petrus, vt est promptus, ait se hoc anno laborem praedictum libenter subiturum. Nos alium hic non habemus. R. T. intelliget isthic mentem patrum, et subsidium forte aliquod impetrabit.

P. Gerardus[5] necdum est ex integro restitutus, Valet tamen sic satis. Hic multo iam tempore valde remissus esse dicitur in legendi officio, propterea quod aliqua illi fuerint aliquando negata quae ipse

a) *Sequitur* Vnde, *oblitteratum.* b) *Ita Theod. ipse correxit ex* praeter lectiones solitas.

---

[1] Swagerius in ecclesia parochiali contiones habuisse videtur; cf. infra monum. dil. n. (10).

[2] *Theodoricus Canisius* Dilinga 18. Maii 1565 Borgiae *scripsit: In universitate theologiam tradi mane alternis diebus a PP. Hieronymo Torrensi et Gasparo Haivodo, post prandium alternis quoque diebus a PP. Conrado Swagerio et Ioanne Rabenstein. Torrensem epistulam Pauli ad Timotheum priorem, Haivodum Psalmos interpretari; a Swagerio Sententiarum Petri Lombardi librum tertium (de incarnatione et de caritate Dei et proximi), a Rabensteinio primum (de Deo uno et trino) tradi; praeterea a Swagerio hebraicae linguae tradi praecepta (ex autogr.; „G. Ep. VI" f. 100).

[3] Hernath, philosophiae in universitate dilingana professor (*Can.* IV 8[7] 458—459).

[4] Die 30. Septembris. „Catalogum lectionum et exercitationum scholasticarum" proximi temporis semestris (kalendis Octobribus incohandarum) posuit *Specht* l. c. 641—644.

[5] Pastelius, philosophiae professor (*Can.* IV 596. **Catalogus* dilinganus 1. Ianuarii 1565 scriptus, l. c. f. 375[a]).

oportuna discipulis esse putabat. Videtur ad otium esse propensior, et proprio nonnunquam abundare iudicio, Bene tamen de illo speramus.

P. Gasparus, infirmo semper est corpore, Concionandi munus cum difficultate sustinet[1], Legit alternis cum D. Torres Theologicam lectionem, Mathematicam quotidie sed dimidiata hora tantum.

M. Stephanus Liberius, non prorsus sanus est, mediocriter tamen vt plurimum valet, officium praefecti studiorum in classibus inferioribus bene administrat, Jn officio Ministri[2] imperiosus nonnihil quibusdam videtur, diligens tamen satis et prudens. Scripseram alias de eo in Collegium Sancti Hieronymi transferendo, quod etiam necessarium videtur, si inde discedat P. Thomas[3]. Vnum mihi impedimentum occurrit, ne scilicet nimia sit eius in praedicto loco libertas, cuius videtur esse amantior[a] [?], quam tamen eius natura et valetudo forte requirunt, Deinde, ne difficile huic sit P. Rabenstain tanquam Regenti subesse . quia vterque sic satis imperiosus esse dicatur. Bene tamen de vtroque spero.

P. Laurentius[4] diligentem agit Collegij procuratorem, et multis me molestijs liberat, Concionatur etiam pueris, eorumque excipit Confessiones, quietus est.

P. Henricus[5] Dulkenius minus gratis est in scholis propter linguae germanicae imperitiam, laudatur tamen a diligentia, quam in exigendis et inculcandis lectionibus adhibet, mutandum putant in gratiam nobilium, qui Germanum volunt, propter interpretationem, praeceptorem. Succederet illi Christophorus Ziglerus[6], qui penultimam classem a festo paschae gubernauit. Vt enim hic ex philosophico studio magnum fructum referat, parum sperant nostri. Christophoro autem Ziglero in penultima classe succederet Hermannus[7] nouitius, quem Monachio expectamus in dies. Ad vltimam vero rediret Rosetus, qui Christi gratia, integre nunc videtur restitutus[8].

M. Henricus Vuinsenius[9] qui et doctus et quietus est videretur non inutiliter Holonio Jngolstadij posse succedere tam in scholis quam in domo conuictorum. Gaudet enim pluscula libertate iamdiu in domo

a) *Vel* amantissimus; *obscurius scriptum est.*

---

[1] Haivodus (cf. supra p. 84[2]) latinas ad studiosos habebat contiones; vide *Can.* IV 477 542.

[2] *Theodoricus Canisius* 15. Maii 1565 Borgiae *scripserat, Liberium collegii dilingani ministrum esse (l. c.)

[3] Darbishirus, contubernii illius regens.

[4] Hermanutius; de quo *Can.* II 503; IV 375 etc.

[5] Montanus, Berus (Bergus? Bergerus?), ex Dülken, Germaniae inferioris oppido, ortus; vide *Can.* IV 501.

[6] De hoc vide *Can.* III 494—495; IV 648.

[7] Faber; de quo *Can.* IV 425[3].

[8] Fr. Christophorus Rosetus monacensis specie quadam morbi caduci laboraverat; vide *Can.* IV 529 591.

[9] Sive Hördt; vide *Can.* IV 501.

illa Holonius[1], et non optime illi conuenit semper cum superioribus, egetque humilitatis exercitio, quod forte hic non deesset. Commutarentur ergo hj duo sine vtriusque Collegij aliquo, vt videtur, incommodo.

P. Thomas[2] Anglus liberationem ab officio iam diu expectat, Abundat bonus pater aliquando in sensu suo[3], et aegre a semel conceptis auelli videtur opinionibus. Senio et mundi reliquijs hoc asscribemus fortassis, optimus alioqui est et pietatis studiosissimus.

P. Rabenstain totus in eo nunc est, vt Collegium[4] magnis debitis, quibus obstrictum fuit, liberet, Fauentem habet Cardinalem, qui ducentos illi florenos in hunc finem donauit, Speramus posthac rectius in Collegio illo actum iri, introducto bono in rebus omnibus ordine. Difficultates tamen non deerunt, quas nunc experiri incipimus, non ferentibus nouam disciplinam Germanis iuuenibus, sed paulatim superabimus, Christo propitio. Vtile P. Rabenstain hoc videtur exercitium, propter infirmam alioqui corporis valetudinem, quae studia minus ferret.

Gualterus Scotus et animo et corpore bene nunc valet, Christo gratia, Similiter et M. Lucas Polonus, qui spiritualia exercitia his diebus absoluit[5].

M. Joannes Flander[6] hactenus decumbit, nec de eius conualescentia certi aliquid sperare possumus, propter inconstantiam morbi. Videtur aliquando ad extremum perductus. Medicus infirmo non audet efficacia exhibere pharmaca. Speramus Jacobum Lusitanum eius vices posse supplere.

Sigismundus[7] puerilia multa designat, grauius nihil. Ornat Collegium suis declamationibus, quae valde probantur ab exteris.

Aedificium nouum bonos habet progressus[8]. Speramus quartam eius partem hoc anno pene absoluendam. Reuerendissimus rem hanc diligenter vrget. Reddituum firmitas et augmentum ex Conuentu proximo, Augustae habendo 27 Augusti, pendere videtur[9]. Orandus Dominus vt omnia bene vertat. Habemus, ni fallor 7 vel 8 fautores inter Canonicos, sed plures forte et potentiores aduersarios, Jn manu

---

[1] De Ioanne Holonio sive Virdunensi (*Can.* IV 171 513[1] 596[1]) in * *Catalogo* ingolstadiensi 1. Ianuarii 1565 scripto refertur, eum esse natione lotharingum, „natum in oppido, quod uulgo Circoux nominant", Coloniae a. 1558 Societatem ingressum, deinde in collegio coloniensi ad litteras et humanitatem, in ingolstadiensi ad rhetoricam institutum, Ingolstadii in collegio „humaniores litteras" tradere, „in scholis Academiae" logicam audire („GSC 66" f. 372[b]).

[2] Darbishirus. [3] Rom 14, 5.

[4] Contubernium S. Hieronymi; cuius subregentem is agebat.

[5] De Waltero Haio (Hay) et Luca Cracovio (Crassovio) v. supra p. 1 2.

[6] Ioannes Campensis? Alius quidam Ioannes Flander? De his duobus cf. *Can.* IV 128[1]. Cf. etiam supra p. 33.

[7] Dominatius; de quo supra p. 18 48.

[8] Cardinalis Truchsess Societati collegium aedificabat; vide supra p. 31 74.

[9] Canonicorum ecclesiae cathedralis „capitulum peremptorium" sive comitia generalia dicit; v. supra p. 73 74. De hoc negotio v. infra mon. aug. (a 5)—(a 7).

Domini sunt corda hominum[1]. Valde optaret D. Cardinalis Reuerentiam T. vna cum Patre Natali vel Patre Euerardo[2], alioue authoritatem apud istos habente ad praedictum diem adesse, Nullo autem modo putat D. Cardinalis Reuerentiae T. absentiam diuturniorem ad placandos Canonicorum animos fore oportunam. De Patre Guilielmo[3] dubitat, non existimaret tamen[a] abs re fore, si ad paucos menses alibi ille viueret. D. Cardinalis omni primum suauitate, acrius deinde, ac summo tandem iure cum Canonicis se agere velle dixit.

Collegium nostrum quamuis paucos habeat fratres, multa tamen habet debita, quae tamen ad finem anni facile soluenda spero. Juuabit etiam fortassis Reuerendissimj liberalitas, qui proximo anno aere alieno liberandum se confidit. Hesterno die post decantatum solemniter de sancto Jacobo[4], cuius festum agebatur, sacrum, in gratiarum actionem pro electo nostro Generali, Antiphonam de nomine IESV cantari instituit musice, orationem ipse pontificaliter inductus cecinit, post, Te Deum laudamus decantatum est, et aliae preces ab eodem Reuerendissimo subiunctae. Hinc ad Collegium nostrum venit, et prandium, quod magnifice instruxerat, nobiscum sumpsit magna animi laetitia etc.

D. Gubernator[5] amicum se nostrum ostendit, Missus fuit die Dominico proximo[6] ad monasterium quoddam Sanctae Brigittae prope Nordlingam vna cum Patre Stephano, vt de instituenda noua ibi Abbatissa nomine Reuerendissimj ageret[7]. Pater Stephanus exhortationem ad virgines habuit, Confessiones omnium excepit, et sacram eis synaxin perrexit.

Semestres prouinciae[8] negligenter satis, vt timeo, scriptas, tandem mittimus. Dominus, vt maiora et melius deinceps scribamus, clementer concedat.

Vacationes, quae festo D. Vdalrici coeperunt, ad festum Hilariae finem accipient[9]. Expectantur multi nobiles studiosi. Calor nunc

a) *Hoc v. a Theod. C. supra versum scriptum est.*

---

[1] Cf. Prv 21, 1. [2] Mercuriano. Cf. infra mon. aug. (a 5). [3] Elderen.
[4] Maiore, apostolo. [5] Cornelius Herlen a Rosenthal. [6] 22. Iulii.
[7] Dubitari non potest, quin Liberius cum Herleno fuerit in monasterio Mariae-Mayhingano (Maihingen, nunc vicus provinciae suebicae regni bavarici), quod tunc virginum ordinis birgittani erat, a. 1607—1608 fratribus conventualibus ordinis Minorum traditum, a. 1802—1803 sublatum est (*G. Binder*, Geschichte der bayerischen Birgitten-Klöster, Regensburg 1896, 208 213 235—236). Quod autem ad abbatissam illam attinet, Elisabetham Müllerin augustanam significari, atque ita in abbatissarum maihinganarum catalogo corrigendum esse equidem dixerim; usque adhuc enim Walburgem a Mindoffingen a. 1561—1568, Elisabetham 1568—1573 abbatissas fuisse tradiderunt (*C. Fr. W. Freyherr von Nettelbla*, Vorläufige kurzgefasste Nachricht von einigen Klöstern der H. Schwedischen Birgitte auserhalb Schweden, Frankfurt u. Ulm 1766, 100. *Binder* l. c. 208 240).
[8] De „semestribus“ hisce litteris vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicentur.
[9] Cardinalis m. Aprili 1565 „minores“ has vel „caniculares vacationes“ instituerat et, ut die S. Udalrici sive 4. Iulii inciperent, pridie diei S. Hilariae sive die 11. Augusti terminarentur, mandaverat (*Specht* l. c. 179).

temporis ingens hisce in locis est, qui et homines et bruta passim enecat, praeter aliorum annorum consuetudinem.

De Collegio Jngolstadiensi noui nunc fere nihil occurrit, nisi quod inde tentatus discesserit Jacobus[1] Coloniensis, sed neque Augustam neque Dilingam, quo mittebatur, venerit, neque de eo quicquam a nobis postea sit auditum, Scripsi historiam alias, quae etiam ex adiunctis P. Arborei literis plenius cognosci poterit. D. Theodorus et P. Arboreus impetrata iamdudum facultate in patriam[2] sunt per Herbipolim profecti. Sed miratus sum D. Peltanum neque valetudinis neque ingentis aestus rationem maiorem habuisse, et per Herbipolim ire voluisse, nisi forte et currus et fluminis et amicorum Herbipolensium commoditas illum eo impulerit. Jam ante significaram vtrique, cito illis huc esse ex patria redeundum, Rogauit tamen P. Peltamus vt Treuirenses reliquias in transitu visere sibi liceret[3]. Scripsi ad P. Leonardum[4], vt istorum ad nos reditum vrgeat. Erunt autem in Jngolstadiensi[a] Collegio, connumeratis duobus praedictis, circiter 19 personae. Si discedat in Poloniam Matheus, et in Jtaliam scabiosus M. Dominicus[5], egebunt qui illis in docenda Logica et Rhetorica succedant. Ad haec tam illis quam nobis vnus vel alter necessarius esset, qui tempore necessitatis in philosophica lectione vel alia inferiori, possit substitui, Theologiae idem auditor esse posset. Praeterea cum et logica et vtraque physica lectio nunc penes nostros sit, et Graeca simus liberati, vrgendum forte esset, vt cursus formalis, more huius Academiae, Jngolstadij institueretur . maiore enim vtilitate, minore etiam labore tam nostri quam externi discipuli philosophiae studium frequentarent. Nostris labor accresceret, quia pro vna hora duas impenderent discipulis, sed gratus is foret nostris, et non admodum molestus propter certiorem laborum suorum fructum. Georgius Hach Coloniensis[6], qui penultimam classem Jngolstadij regit, iamdiu et impatienter quodammodo ad cursum audiendum aspirat, sed nec magno valet ingenio, nec explicare conceptus suos commode valet, Videtur mihi

a) *Hoc v. in margine additum est.*

[1] Muntz sive Müntz; de quo *Can.* IV 528 743.

[2] In Belgium; vide *Can.* II 382[3] 454[1]. *Theodoricus Canisius* Borgiae in *litteris, quas supra p. 84[2] dixi: „Doctor Theodorus Peltanus scribitur subinde in morbos relabi, et valetudinarius reddi: Concessit illi pater prouincialis vt in Canicularibus patria semel negotia inter suos conficere possit.“ In universitate ingolstadiensi Theodorus Peltanus theologiam, Henricus Arboreus philosophiam tradebant.

[3] Treveris reliquiae „Martyrum Thebaeorum“ in ecclesia S. Paulini colebantur; colebantur aliae reliquiae in aede metropolitana et in templo S. Matthiae etc. (*Can.* III 155. *Hansen* l. c. 501 532). Peltanum etiam Sociorum, qui in collegio treverensi degebant, visendorum desiderio allectum esse existimo.

[4] Kessel, rectorem coloniensem.

[5] De Matthaeo Michonis vide *Can.* IV 648[3] 682, de Ioanne Dominico Facciardo supra p. 32.

[6] De hoc vide *Can.* II 730[2].

ad gubernationem exteriorem aliquando futurus vtilior, quam ad docendum, praesertim subtiliora. Jnterim in classibus grammaticae vtiliter forte versabitur nisi aliquid eius desiderio sit concedendum. Difficultates quas patiuntur nostri a reliquis professoribus alias scripsimus, Scribet etiam forte plura P. Andreas[a] [1].

P. Dyrsius[2] de suo Collegio pauca ad me scribit. Conqueritur se pueros habere praeceptores, habet tamen praeter Patrem Georgium Krauss, et Bernardinum Jtalum[3], Opto illi plures et meliores, sed in prouincia non sunt. Vrgebit ille proculdubio causam suam diligenter apud Patres. De alijs nihil ad me scribit quam quod pater pinedanus[4] non [?] sit omnino restitutus, et quod pater Hermes[5] patientiam eius aliquando exerceat.

Monachio etiam pauca ad me scribit P. Dominicus de necessitatibus sui Collegij[6]. Confidit in Rectore, quem sui Collegij fidelem futurum isthic[b] procuratorem non dubitat. Timeo quod Pater Scorichius[7] aegre cum Aulicis illhic proficiet, Vtinam Jngolstadij ad tempus sub disciplina viueret, et studijs vacaret[c], Scripsit ad me D. Peltanus semel atque iterum, non sibi admodum modum eius procedendi, qui minus religiosus multum saecularis, videatur, placere, Aegre etiam circa concionum doctrinam illum[d] admittere doctiorum censuram. Non ista ego miror in fratre, tot peregrinationibus et aulicorum familiaribus colloquijs assidue distracto, et ad magna, sua sponte, propenso. Vtinam P. Georgium Krauss vel alium haberet ad tempus successorem.

De Patre Martino[8] grauiter iamdiu conqueritur P. Guilielmus[9], quod suo more viuat ille semper, poculis et delitijs plus aequo deditus, minus alieno iudicio obtemperans, ad aulicas Monacenses subinde scriptitans etc. Jlle vicissim queritur aliquando, quod nimium fami-

a) *Sequuntur vv.* quae nunc eidem se offerunt, *oblitt.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Sequitur* Scribit, *a Th. C. oblitt.* d) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

---

[1] Avantianus, collegii ingolstadiensis vicerector.

[2] Ioannes Dyrsius, rector collegii oenipontani.

[3] De P. Georgio Crispo sive Krauss vide *Can.* IV 445[10] 685 et Epp. *Nadal* II 252; de Fr. Bernardino Guana v. supra p. 41. *Dyrsius* Oeniponte 10. Februarii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: „Quatuor aut quinque exceptis personis Collegij, reliqui omnes sunt omnino puerj et pueriles" . . . Ferdinandus archidux „maxime cupit in suo Collegio (ita enim loquitur) videre homines graues, maturos, praeclaros" (ex autogr.; „GSC 66" f. 395; cf. *Duhr*, Jes. I 190).

[4] Alphonsus Guttierez sive Pinedanus, Ingolstadio, ubi philosophiam in universitate tradiderat, valetudinis curandae gratia meridiem versus missus; vide supra p. 53.

[5] Halbpaur, parochialis ecclesiae contionator et reginarum confessarius; vide supra p. 2[1].

[6] P. Dominicus Menginus Monachii, P. Paulo Hoffaeo rectore Romam ad Societatis congregationem generalem profecto „vicerectorem" egisse videtur.

[7] Georgius Schorichius, collegii monacensis contionator; vide *Can.* III 519; IV 793[1] 943 1048—1049.

[8] Stevordiano; qui Canisii loco Augustae in ecclesia cathedrali contionabatur; vide supra p. 73—74. [9] Elderen.

liaris sit P. Guilielmus filiabus Confessionis, et solus in Sancto Lamberto[1] regnare velit etc., Difficile erit curare P. Martinum, quem nullo modo ad Collegium aliquod huius prouinciae tuto mitti posse puto. Coloniensibus forte non esset ingratus, et iuuaret illum suauitate sua P. Leonardus[2], qui illum Societati lucrefecit.

Negotium de puero Castrato, vt fingitur, miras excitauit tragoedias, quarum necdum finis est. Vrget Reuerendissimus noster principem[3] diligenter, vt publico aedito testimonio nostrorum iudicialiter probatam innocentiam tueatur et vindicet[4].

Palatinus Elector Spirensi et Vuormaciensi Clero insidiatur, sed audio senatum ciuicum Clero contra palatinum tyrannum patrocinari. Excidium extremum in Germania hoc anno minatus est papistis Elector[5]. Sed m e n t i e t u r i n i q u i t a s s i b i[6]. Duo aediti sunt pestilentes libelli contra librum de communione sub vna D. Pauli, alter a Schmidelino, alter a Cyriaco Spangenbergio, sed prior altero longe est modestior[7]. Quidam cognatus Eysengrenij jurisperitus[a] historiam Ecclesiasticam scribere instituit totidem fere tomis, quot Jllyricus cum socijs, sed ordine nonnihil mutato. Scopus est, mendacia refutare, et veram texere historiam. Fuit apud me author, qui iuuenis admodum est, sed valde ad iuuandos Catholicos animatus. Vxorem iam habet, ni fallor[8].

a) *Sequitur* contra, *a Th. Can. oblitt.*

---

[1] Hoc sacellum, cum aedibus episcopalibus coniunctum, Sociis ad confessiones excipiendas et alia sacra facienda a cardinali Ottone assignatum erat (*Can.* IV 816).

[2] Kessel, collegii coloniensis rector. [3] Albertum v. Bavariae ducem.

[4] Vide, quae de falsa hac criminatione sub ipsas has litteras dicentur.

[5] Fridericus III. „pius", Calvinistarum patronus, tanta superbia saevitiaque tum in catholicos tum in lutheranos grassabatur atque etiam in homines ipsius imperio non subiectos invadebat (ita episcopi spirensis et vormatiensis ex principibus imperii erant), ut etiam complures ex principibus lutheranis vehementer ei irascerentur (*Janssen* l. c. IV 202—208 219. *Goetz,* Beiträge V 342². *F. X. Remling,* Geschichte der Bischöfe zu Speyer II, Mainz 1854, 378). [6] Ps 26, 12.

[7] Adversus P. Pauli Hoffaei „Bericht" (vide supra p. 20²) a Spangenbergio ministro lutherano (cf. *Can.* III 409—410; IV 672) librum „wider das Buch, welches zu München unter dem Titul von der Communion und rechter Niessung deß Leibs und Bluts Christi im Abendmahl, im Truck ist aussgangen", Islebii (Eisleben) a. 1565 vulgatum esse notatum repperi a *Mart. Lipenio,* Bibliotheca realis theologica I, Francofurti ad Moenum 1685, 349. Schmidelini autem librum ipse vidi; qui inscriptus est: „Grundtlicher vnd warhafftiger Gegenbericht, von Catholischer Communion, vnd rechter Niessung des Leibs vnd Blůts Christi, im heiligen Nachtmal . wider den Bericht, auß beuelch . . . ., durch Jacobum Andree D. Probst vnd Cantzler der Vniuersitet zů Tubingen. Getruckt zů Tübingen . 1565."

[8] Guilielmus Eysengrein (Eisengrein) nobilis spirensis, sub a. 1544 natus, Martini Eysengrein theologiae professoris et parochi ingolstadiensis patruelis, m. Februario a. 1562 in „matricula" universitatis ingolstadiensis inscriptus erat „studiosus iurisprudentiae". A. 1566 Ingolstadii apud Alexandrum et Samuelem Weissenhornios fratres in 2º excusus est liber „Guilielmi Eysengreinii. De Nemeto Spirensis Centenarii XVI. Continentes descriptiones rerum memorabilium, in Orthodoxa et Apostolica Christi Ecclesia Gestarum, . . . Adversus Novam Historiam

Juuant Cardinalem literae beneuolentiam significantes, et suos habentes aculeos[1].

P. Dominico[2], qui in gubernandis nouitijs, succedat, neminem hic noui praeter P. Georgium Krauss, quem tamen multis annis non vidi.

Praeceptor Fuggerius valde optat in vrbem proficisci, non ego dissuadeo, nisi aliter censeat R. T., socios itineris certos necdum habet. Substitutum in officio hic relinquere poterit M. Christophorum, Baronis poloni nuper paedagogum, hic enim conditionem certam nullam nunc habet.

Secundum Jllyrici scriptum contra Catechismum hactenus non vidi, nec de eo quicquam intelligere licuit[3]. Haec sunt Reuerende Pater, quae impraesentiarum scribenda se offerunt. Jgnoscat mihi R. T. quod negligenter admodum in scribendo me gesserim, et poenitentiam bonam iniungat. Non licet nunc ad R. P. Generalem[4] separatas dare. Cupio illi et me et Collegium hoc totamque prouinciam in Domino commendari. Gratulamur illi ex animo tantum officium, et, vt bonos filios decet, promptissimam illi obedientiam et charitatem ex toto corde ad vnum omnes offerimus, nosque totos sub Christi vexillo gubernandos illi tradimus atque permittimus. Vale Reuerende Pater, et pro filijs tuis ora. Dilingae 26 julij 1565

R. T. filius in Domino IESV
Theodoricus Canisius.

Epistulae inscriptionem non vidi. Ex ipsa tamen epistula planum certumque efficitur, eam ad Petrum Canisium (Romae in Societatis congregatione generali versantem) datam esse. Quam Canisius Romae apud Socios reliquit; atque ita conservata est.

Una cum hac epistula, ut ex ipsa cognoscitur, Romam ad Petrum Canisium a Theodorico fratre missae sunt provinciae S. J., Germaniae superioris „litterae semestres“; quae Dilinga 1. Iulii 1565 ab ipso Theodorico datae, epistulam, quam modo posui, non solum illustrant, sed etiam supplent complentque. In illa enim potissimum, quid ingrati acciderit et quibus in rebus aliqui ex Sociis peccaverint, refertur; in „semestribus“ litteris, quam multa in singulis provinciae domibus multi ex Sociis praeclare gesserint vel fortiter tulerint, narratur; neque tamen eas integras hic proponere visum est; nam longissimae sunt atque ad Borgiam potius vel etiam ad universam Societatem, quam ad Canisium datae. Aliqua, quae ad Petrum Canisium pertinent, inter „Monumenta“ canisiana suis locis vulgabo. Hic eam tantum partem pono, qua, quae Theodoricus Canisius ad Petrum fratrem de „puero castrato, vt fingitur“ scripsit, ab ipso illustrantur. Rem postea (a. 1649 et 1727), aliis etiam monumentis historicis usi, descripserunt *Sacchinus* (Hist. S. J. III, l. 1, n. 100 101) et *Agricola* (l. c. Dec. 3, n. 150); ex quorum libris pauca adiungam. Primum tamen haec duo praefabor: *P. Andreas Avantianus*, collegii ingolstadiensis vicerector, iam 13. Maii 1565 Ingolstadio Romam ad Franciscum Borgiam *rettulerat: „Fama uolat

Ecclesiasticam, quam Matthias Flacius Illyricus et eius collegae Magdeburgici . . . nuper aediderunt. Centenarius I“. De quo libro vide *Luz. Pfleger*, Wilhelm Eisengrein, ein Gegner des Flacius Illyrikus, in „Historisches Jahrbuch“ XXV, München 1904, 782—787. De Eysengreinii „Catalogo“ vide infra monum. varia n. (7).

[1] Vide supra p. 73—75. [2] Mengino.

[3] „De sectis, dissensionibus . . . doctorum Pontificiorum liber“ Basileae 1565. De quo libro vide infra mon. litt. n. (4). [4] S. Franciscum Borgiam.

et crebra satis, (ut amici narrant,) nos pueros castrare, ut sanctam amplectantur castitatem, nec desunt ut fertur qui id credant (ex autographo. Cod. „G. Ep. VI.“ f. 78[a]). Atque excusus est etiam hic liber (quem ipse vidi): „Zwo Historien zumm | Muster der Jesuitischen Religion | vnd Keuscheyt. | Die Erste, wie die Jesuwider mit jhrer | Beschneydung Newe Mönche, Das ist, | Außgeschnittene machen. | Die ander, Was massen vnnd warumb | Pangratz Schneyder Meßner zu Eckelheim | Enthaubt worden ist. | Erffurdt, M. D. LXV.“ (4°; ff. 8, addito titulari, non sign.).

Ita igitur *Theodoricus Canisius* de Ioanne Kessel (sic et in „Zwo Historien“, et a Sacchino vocatur) rustici bavari filio 13 vel 14 annos nato, qui natura ita comparatus, ut, quoties vellet, virilia introrsum revocata apparere non sineret, cum e monacensibus Sociorum scholis eiectus Neoburgi ad Danuvium cauponis cuiusdam familiae se addixisset, primum ioco dicebat se esse castratum, deinde a protestantibus (Neoburgum Wolfgango Palatino lutherano subiectum erat) adductus est, ut serio affirmaret, se a Godefrido Hannartz Societatis fratre laico et collegii monacensis oeconomo [1] castratum esse: „Morantur in vicinioribus Bavariae locis quidam insignes, et potentes haeretici, qui id unice meditabantur, quomodo societatem non solum diffamare, sed ex Germania prorsus possent expellere. Puerum ergo quemdam qui nostras scholas frequentarat, subornant ac multis impellunt promissis, ut se castratum a nostris profiteatur, arbitrantes huius occasione facinoris multorum societatem nefandissimorum criminum ream posse peragere, ut editus ab eis aperte prodit libellus; non in societatem modo, sed nominatim etiam in Summum Pontificem, Cardinales universumque Clerum summe contumeliosus[a]. Puer, cum propter naturalem[b] defectum, quem habebat, facile se id praestare posse videret, ut erat improbissimus, et ideo a nostris scholis expulsus, se omnia facturum pollicetur. Rumor undique spargitur, factum typis mandatur; ad extremos Germaniae fines fama illico volat; literae dantur ad Imperatorem [2], multosque Germaniae Principes: res profecto risu dignissima, quae insignem adversariorum prudentiam ostendat. Quid multis? videntes a viris prudentibus haec omnia contemni, legationem ad illustrissimum Bavariae Principem mittendam curant, quae rem exaggeret[c]; scelus cum omnibus loci, temporis, et personarum circumstantiis exponat, adeoque inpromptu esse puerum asserat, qui in conspectu nostrorum prodire, et nobis coram crimen protestari sit paratus. Princeps videns serio rem agi, adduci puerum ad se iubet: consiliariis negotium, ut discutiant, committit. Puer in ipsis etiam tormentis, rem sic habere testatur, allatisque, ut erat instructus, verisimilibus circumstantiis omnibus tam Principi quam consiliariis nobis alioqui addictissimis pene fidem facit. Haec omnia nobis insciis facta sunt. Vocantur tandem et nostri, et inter hos ille, quem puer facinus perpetrasse dicebat: res nobis mirantibus proponitur: nos factum negamus: producitur puer, qui fratrem nostrum alioqui devotissimum, et simplicissimum intuitus, tu, inquit, tanti in me secleris auctor fuisti tali loco, tempore, et modo. Nostris vero in re tam gravi stupentibus, et pene nihil quod responderent, habentibus, protinus adesse Dominus dignatus est. Eo enim suis argumentis, quae ex praefatis petebant circumstantiis, puerum adegerunt, ut veritatem vel invitus fateri sit compulsus. Praesentibus itaque doctoribus variis, aliisque, quibus naturae secretiora perspecta sunt, puer denudatur, et integerrimo esse corpore cognoscitur. Vicit ergo veritas, et nostri calumnia sunt liberati. Examinatus puer, qui essent, a quibus fuisset ista edoctus, eos ipsos esse respondit, qui ad Principem Legati contra Societatem venerant“

a) contumeliosos *ap.* b) naturale *ap.* c) exageret *ap.*

---

[1] „Godefridus Hannartz Brabantinus“ („Godfridus Flander“), a. 1559 vel 1560 in Societatem admissus, a. 1565 et 1566 in collegio monacensi versabatur (* *Catalogi* monacenses ineunte a. 1565 et exeunte a. 1566 conscripti. „GSC 66“ f. 376[a]—377[a] 402[a]—404[b]). A Sacchino „Hanatz“, ab Agricola „Hanaz“ vocatur.

[2] Maximilianum II.

(ex apographo, quod sub. a. 1860 P. *Joseph Boero* S. J. ex altero quodam exemplo exscribendum curavit. Particulam germanice versam [1] posuit *Janssen* l. c. IV 461). Albertus V. dux Monachio, Augusta, Neoburgo, Ratisbona medicos et chirurgos convocarat; parentes quoque pueri ad se perducendos curarat; qui et illum suum esse filium et re vera integrum esse fassi sunt. Effectum etiam est, quod cardinalis Augustanus apud Albertum urgebat: Die 13. Augusti 1565 conscriptae sunt eius rei testes litterae eaeque iureiurando confirmatae; subscripserunt medici chirurgique omnes, etiam Ioannes Baierus et Ioannes Birichius, chirurgi illi Wolfgangi Palatini, qui puerum castratum esse antea pronuntiaverant; addidit publicas litteras suas dux; quae typis exscriptae et in omnes provincias, quas fabula illa pervagata erat, missae sunt. Criminationem hanc eiusque detectionem etiam commemorarunt P. *Hieronymus Natalis* S. J., qui a. 1566 in Bavaria fuerat, in litteris Roma 7. Octobris 1568 ad aliquem ex Sociis datis (Epp. *Nadal* IV 776—777) et *Adamus Walasser* laicus ulmensis in libro a. 1570 Dilingae edito „Von dem grossen gemainen Laster der Nachreder und Verleumbder"; vide *N. Paulus*, Adam Walasser, ein Schriftsteller des 16. Jahrhunderts, in „Der Katholik", 75. Jahrg. II, Mainz 1895, 459—460.

1237. CANISIUS **P. IOANNI DYRSIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Roma m. Iunio, Iulio, Augusto, Septembri 1565.

Ex apogr. epistulae Polanci, eod. temp. scripto. „Germ. 65" f. 27^b.

P. Ioannes de Polanco, secretarius Societatis, Roma 14. Octobris 1565 P. Ioanni Dyrsio S. J., rectori collegii oenipontani, scripsit: „Jampridem nullas ad R. v. dedi literas, negocijs Congregationis et alijs consequentibus occupatus, ut etiam quid minus esset necessarium faciebat praesentia Reuerendi Patris Prouincialis Canisij, qui cum nobis aderat, crebro in Jpontum scribebat."

1238. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, episcopus princeps varmiensis, CANISIO. Heilsberga 4. Augusti 1565.

Inscriptioni litterarum 20. Aprilis 1565 a Canisio ad Hosium datarum (vide supra p. 55) manu Stanislai Rescii, qui Hosio ab epistulis erat, ascriptum est: „Responsvm .4 Aug.: 1565 Heilspergae".

Hosii epistula perisse videtur.

1239. CANISIUS CARDINALI **OTTONI TRUCHSESS**, episcopo augustano. Roma sub exitum m. Augusti 1565.

Ex Ottonis epistulis archetypis, ipsius manu subscriptis. „Epp. Cardd. I" f. 69 71.

Spem ei facit theologi, qui in ipsius familia degat, a Societatis congregatione impetrandi.

Otto cardinalis Augustanus, cum aliquem de Societate, qui secum domi suae degens theologum suum ageret aliaque officia sibi praestaret, petisset, Augusta 29. Septembris 1565 Romam, ubi Canisius congregationi generali Societatis intererat, ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem scripsit: „Il Padre Canisio mi dette auuiso piu settimane passate, che costi in Congregatione si determinarebbe di darmi un' Theologo per la persona mia, sicondo la domanda ch'io n' haueuo fatta confidentemente: ma non hauendo poi inteso piu altro di tal' particulare mi fa ricordarlo con questa il desiderio grande ch'io ne ho, et il disegno di seruirmene utilmente a seruitio et honor di Dio." Ac cum Borgias Roma 5. Septembris 1565 cardinali decretum, quo congregatio Socios „aulas sequi" vetabat, misisset [vide infra mon. it. n. (29) (30)], ille Augusta 6. Octobris 1565 eidem respondit: „Del Theologo

[1] Haud recte *Janssen* significat, Petrum Canisium harum litterarum esse auctorem (l. c. IV 15—16 459 [1] 461).

desiderato da me perche stesse a presso di mia persona, Dio sa in quanta speranza io stauo, poi che Il Padre Canisio me n' haueua gia data per lettere qualche intentione. . . . Ma poi che nella Congregatione e passato quel Decreto del quale e piaciuto a V. P. Reuerenda di mandarmi copia non posso se non dolermi della mia disauentura et rendermi conforme di uolere alla santa Compagnia, stimando che tutto habbi determinato con giuditio et prudenza et a buon fine."

Decretum illud latum est 1. Septembris; vide infra monum. it. n. (29).

1240. GUILIELMUS ROVILLIUS (MICHAEL IOVIUS?), typographus lugdunensis, CANISIO (?).

Lugduno sub initium m. Septembris 1565.

Ex Canisii epistula autographa. Cod. goth. „E. H. 3" f. 116—117. Canisii epistula vulgata est ab *Ern. Sal. Cypriano*, Tabularium Ecclesiae Romanae seculi decimi sexti, Francofurti et Lipsiae 1743, 398—400.

De nova editione operum Hosii paranda.

Canisius Roma 17. Septembris 1565 in Varmiam ad Stanislaum cardinalem Hosium litteras misit, in quibus: „Est", inquit, „Lugdunensis Typographus, qui huc scripsit de operum Cels. tuae integra editione paranda, et nos precatus est, ut certiorem faceremus authorem de huius editionis consilio, si forte quicquam in libris antehac editis immutandum uideretur. Qua de re satis erit per literas monere P. Emundum Eucherium, quem nostri ordinis Theologum et contionatorem Lugduni celebrem habemus. Js monitus rem omnem bona fide praestabit. Literae ad illum scriptae, Romam quoque mitti possunt."

Canisius postremis hisce verbis P. Edmundum Augerium S. J. (de quo *Can.* IV 304 716 1003 1012) significat; hoc certum est; vide *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 7, 57—68; l. 8, n. 80 81; III, l. 1, n. 20, et *Fr. J. Brand*, P. Edmundus Augerius S. J., Cleve 1903, 29—47. *Hosius* autem Heilsberga 7. Decembris 1565 Canisio respondens: „Quod scribis", inquit, „Typographvm Lugdunensem confessionis nostrae tertiam aeditionem parare. non invitus accepi." Typographo illi novissimas „Confessionis" editiones, Romae et Antverpiae factas, adhibendas fore. „Nvnc etiam quaedam paucula mitto vna cum breui epistola. ad patrem Evmundum Eucherivm. quam ut ad illvm perferendam cvres rogo." In qua *epistula *Hosius* Augerio: „Scripsit nobis .R. Pater Canisius cupere Typographvm Lugdvnensem tertio iam[a] quod quidem nos scimus Confessionem nostram Typis mandare[b], et alios ei libros nostros adiungere." (Ex litterarum apographis vel commentariis, a Stanislao Rescio, Hosii secretario scriptis. Cracoviae in bibliotheca universitatis, „Cod. 161" fasc. 1, n. 15.) Quod autem ad Hosii libros attinet, Lugduni apud Guilielmum Rovillum (Rovillium) a. 1562 Hosii „Confessio", a. 1564 etiam alii quidam eius libri editi esse traduntur; ibidem a. 1564 apud heredes Iacobi Iuntae „Operum" Hosii editio illa, quae sine ipsius voluntate a. 1562 Parisiis facta erat (vide *Can.* IV 4) repetita est (*Stanislai Hosii* S. R. E. Cardinalis Epistolae, Tom. II., edd. *Fr. Hipler* et *Vinc. Zakrzewski*, Cracoviae 1886—1888, 1007—1008 1039). Verisimile igitur est, Rovillium Romam scripsisse; ita certe Hosium sensisse censendum est. Attamen fieri etiam poterat, ut Canisii verba ab Hosio haud recte intellegerentur. Fortasse Romam scripsit typographus ille, qui et a. 1562 Canisii „Summam" Lugduni excudit (*Can.* III 790) et ab a. 1564 ad 1577 varios Augerii libros in lucem emisit (*Sommervogel*, Bibl. I 633—638; VIII 1706): Michaëlem Iovium (Iouve, Iove) dico, quem et archiepiscopatus lugdunensis, et ipsius urbis et regiminis lugdunensis, et Societatis Iesu bibliopolam fuisse tradunt (*Can.* III 390). Atque hic fortasse ex Augerio acceperat, Hosium Canisio familiariter uti et in libris edendis ab eo adiuvari. *Maternus Cholinus* typographus coloniensis a. 1573 in „Enumeratione editionum

a) *Quattuor vv. sqq. in marg. addita sunt.* b) *Sequitur* simul, *oblitt.*

Confessionis": „Typis est mandata", inquit, „Lugduni a Guilhelmo Rouilio[1], et a quibusdam alijs fortasse quater" (Confessionis Christianae Catholicae fidei a D. Stanislao Hosio conscriptae Tomus primus, Coloniae 1573, f. † 3ᵃ). *Paulus Manutius* typographus romanus in litteris, quas Roma 18. Novembris 1565 Lugdunum ad Petrum Ioannem Perpinianum S. J. misit: „Rovillium", inquit, „praestanti humanitate virum egregie de religione sentientem, si meo nomine salutaveris; gratissimum feceris": Pauli Manutii Epistolarum Libri XII. ed. *Iac. Thomasius*, Lipsiae 1669, 440—441. Ceterum lugdunensem illam epistulam Canisio inscriptam esse omnino certo non constat.

1241. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., Germaniae superioris viceprovincialis, CANISIO.

Augusta Vindelicorum (Dilinga?) ineunte vel medio m. Septembri 1565.

Ex Theodorici epistula 12. Oct. 1565 data, de qua infra n. 1249.

Epistulae. Pecunia missa.

P. Theodoricus Canisius Dilinga 12. Octobris 1565 Petro Canisio fratri scripsit: „Rarius ego iam aliquot septimanis scripsi, quod de aduentu Reuerentiae T. incertus essem. Venetijs spero nostras Reuerentiae tuae redditas esse vna cum 150 ducatis, hoc est .225. florenis, quos a Domina Fuggera mutuo acceptos, Venetijs per Fuggerorum curatores P. Caesari[2] numerandos curauimus in vsum R. T."

Hanc pecuniam ab Ursula de Lichtenstein, Georgii Fuggeri uxore, atque ab ipso Georgio mutuam datam esse cognoscitur ex Canisii litteris 12. Octobris 1565 ad Georgium Fuggerum datis. Canisium Venetiis partem eiusdem pecuniae libris a Tramezzino et aliis emendis impendere voluisse conicio. Fuggerorum procurator sive „factor" praecipuus Venetiis erat David Ott mercator; cuius familia Augusta erat orta (*G. Lill*, Hans Fugger und die Kunst, Leipzig 1908, 10⁶ 13). Theodoricus Canisius initio m. Septembris 1565 cum Ottone cardinali Truchsess Augustae fuit; vide infra mon. aug. (a 7); quare verisimile est, illum eo tempore et pecuniam a Fuggeris mutuatum esse et litteras ad Petrum fratrem dedisse. Quae litterae perisse videntur.

1242. CANISIUS CARDINALI **STANISLAO HOSIO**, episcopo principi varmiensi. Roma 17. Septembris 1565.

Ex autographo (2⁰ min., 2 pp.; in p. 4. inscr. et sig.), quod exstat Gothae in bibliotheca ducali, Cod. goth. „E. H. 3" f. 116—117. Epistulam ex autographo primus edidit *Cyprianus* l. c. 398—400. Partes epistulae posuerunt: (germanice) *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius, Freiburg i. Br. 1865, 347 ² ³ et (ex Riess) *Kröss* l. c. 173—174; (italice) *Gius. Boero* S. J., Vita del Beato Pietro Canisio, Roma 1864, 283—284; (gallice) *L. Michel* S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius, Société de Saint-Augustin 1897, 293—294. Eadem epistula ego usus sum eiusque particulam germanice posui in commentario „Eine geheime päpstliche Sendung des sel. Canisius" in „*Stimmen aus Maria-Laach*" LXXI 59 60 321.

Brevi redibit. Gaudet, Borgiam electum esse praepositum generalem. Ipse cardinalium Dolerae, Amulii, Sirleti, Gislerii, religionis studiosissimorum, commercio fruebatur. Caroli Borromaei virtus. Hosium hortatur, ut saepe per litteras cardinales ad regionum septentrionalium curam excitet. Pius IV. Canisio suum in Germaniam amorem declaravit eamque iuvare studet. Quae Hosius Amulio de calicis

---

[1] Epistula Lugduno a. 1565 a „Guillaume Roville" typographo lugdunensi ad Christophorum Plantinum typographum antverpiensem data exstat in „Correspondance de Christophe Plantin, publiée par *Max Rooses*" I, Antwerpen-Gent 1883, 47—48.

[2] Helmi S. J., collegii veneti rectori.

successu et de Centuriis refutandis etc. scripsit, pontifex quoque intellegit. Canisius Hosio gratias agit, quod Societatis collegium braunsbergense diligenter foveat, et ad „Operum" Hosii editionem Lugduni parandam P. Edmundi Augerii S. J. operam offert.

† Pax[a] Christi Jllustriss. Domine Patrone.

Quatuor fere mensibus aestiuis hic haereo, paulo post in Germaniam rediturus Domine auxiliante. Gratias interim ago diuinae bonitati, quae nobis electoribus optimum et patrem et Praepositum dedit[1], quaeque communem hunc Patrum conuentum uarijs donis et salutaribus consilijs cohonestauit. Inter alios amplitudini tuae notissimus est P. Salmeronius, qui proprias mittit ac meis adiungi voluit, priusquam Neapolim reuerteretur[2]. De statu urbis alij saepe scribunt, ut eadem aut minus etiam explorata Celsitudini tuae proponere sit inconsultum. Ego uero magnam hic cepi voluptatem ex illorum consuetudine, quos Cardinalitius ordo et lectissimos, et Ecclesiae iuuandae studiosissimos viros habet. Conseruet nobis Christus has illustres fortesque columnas[3], Aram coeli[4], Amulium, Sirletum[5], Alexandrinum[6], ut coeteros praeteream. Nam de pietate et virtute D. Borromaei[7] praestat tacere quam pauca dicere. Hortor autem et rogo amplitudinem tuam, vt suis literis pergat istos excitare ad studium de Ecclesia Catholica bene merendi. Egent sane calcaribus, ijsque frequentibus, quod morbos nostratium, quantumuis pernitiosos et foedos, audiant quidem et utcunque intelligant, sed quoniam ab aegrotis procul absunt, neque coram intuentur ulcera et vulnera, minore cura studioque curandi fortasse tangantur, et difficile sit eadem felicitate de absentibus, quemadmodum de praesentibus rebus, iudicium ferre. Jllud in Pont. Max.[8] non potui non admirari, quod ingratam et magna ex parte rebellem Germaniam tam benignis oculis, tamque paterno semper affectu prosequatur. Multis mihi uerbis declarauit ingentem, qua nostrates complectitur, beneuolentiam, curam, sollicitudinem: quaerit remedia, tentat media uaria, quibus consulatur inclytae nationi: dolet adhibita fomenta nihil ad morbum curandum prodesse[9], sed

a) *Hoc v. et 4 sqq. non sunt apud Cypr.*

---

[1] Sanctum Franciscum de Borgia.

[2] P. Alphonsus Salmeron provinciae neapolitanae Societatis praepositus erat (*Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 1, n. 51). Vide etiam, quae sub ipsas has litteras dicentur. [3] Cf. Ir 1, 18; Gal 2, 9; Apc 3, 12.

[4] Clementem Doleram († 1568), ordinis Minorum de Observantia; qui cum ordinis sui minister generalis fuisset, a. 1557 a Paulo IV. inter presbyteros cardinales, titulo S. Mariae de Ara Coeli, cooptatus erat (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 860). Libri ab eo pie docteque scripti, recensentur a *L. Waddingo* O. Min., Scriptores Ordinis Minorum, Romae 1806, 63, et *H. Sbaralea* O. Min. Conv., Supplementum etc., Romae 1806, 197.

[5] De Amulio vide *Can.* IV 532[3] 735 et infra n. 1254; de Sirleto *Can.* III 134[1].

[6] Michaelem Gislerium O. Pr.: qui postea Sanctus Pius V. pontifex fuit.

[7] Sancti Caroli Borromaei, cardinalis et nepotis Pii IV. [8] Pio IV.

[9] Canisius inprimis communionem sub utraque specie Germanis concessam significat; cf. supra p. 21.

obesse potius in hac temporum hominumque peruersitate. Vbi non sine uoluptate cogito, quam recte ac sapienter scripserit pietas tua de successu calicis, de confutatione Centurarium ac alijs quibusdam, quae his diebus mihi praelegit Jllustriss: D. Amulius[1]. Jntelligit illa quoque Pont. Max. cui longos precemur annos ad profligandas errorum tenebras, ad confirmandam Catholicae fidei ueritatem, ad lapsos Ecclesiae restituendos.

Quoniam uero alia, quae sint alicuius quidem momenti, ad scribendum sese non offerunt, nolo esse prolixior: Faxit Christus Opt. Max. ut Polonia non segreget sese[2] magis, sed potius ad unionem accedat, et ea quae sunt diuisionis ac dissensionis, fugiat ac propulset. Agnoscimus interim benignitati tuae permultum a nobis deberi, quae fratrum nostrorum collegium[3] tam paterne tueri, atque promouere summo studio pergit. Nec deest illis quidem ampla messis, in qua domi forisque versentur: habent semichristianos et falsos fratres[4], a quibus exerceantur. Deum precamur, ut illis gratiam suam augeat, eamque uirtutem largiatur, quae satis sit ad amicos recte complectendos, et ad inimicos in veritatis uiam[5] reducendos. Commendamus nos amplitudini tuae omnes reuerenter, quae ut diu Ecclesiam suis praeclaris studijs illustret ac propugnet, maiorem in modum oramus. Est [*etc., ut supra p. 94*]. Romae 17 Septemb. 1565[a].

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo patri et Jllustrissimo Domino D. Stanislao Hosio Cardinali et Episcopo Vuarmiensi, Patrono ampliss.

Inscriptioni manu eiusdem temporis adnotatum est: „redd. 6. decembris 1565 Helspergae . rescrip.: 7 eiusdem."

a) *Quae sequuntur, a Cypr. omissa sunt.*

---

[1] Cum Romae inter viros doctos Centurias alii refutandas, alii, quod viles levesque essent, silentio neglegendas esse censerent, Antonius cardinalis Amulius epistula 5. Maii 1565 data ex Hosio, quid ipse videretur, quaesivit (*Eichhorn*, Hosius II 462). Ille litteris Heilsberga missis Centurias a catholicis minime neglegendas esse respondit. „Neque tamen", inquit, „ex professo scribendum aliquid contra Centurias istas censerem, sed operam dandam potius, vt aut ijs vijs, et rationibus, quas Centuriatores isti persecuti sunt, aut alijs potioribus . . . veritas omnibus patefieri, falsitas autem istorum a nostris aliud agentibus in lucem proferri possit" (*D. Stanislai Hosii* Operum Tomus secundus, Coloniae 1584, 240—241). In iisdem litteris Hosius de Georgio Drascovitio (cf. *Can.* III 751) haec refert: „Quinque Ecclesiensis Episcopus Caesareae Maiestatis ad summum Regem meum Orator, coram pluribus palam confessus est, vehementer se paenitere, quod cum esset in Concilio Tridentino, tanto studio contendisset, vt Calicis vsus Laicis concederetur. Nam ex ista concessione non solum nullum fructum, verum etiam plurimum detrimenti terras illas accepisse, quod non semel etiam audiuit ex eo, testis omni maior exceptione, qui S. D. N. Legatum apud nos agit Illustrissimus D. Cardinalis Comendonus" (l. c. 241). [2] Cf. Iudae 19.

[3] Societatis collegium, ineunte a. 1565 Braunsbergae (Braunsberg) in Varmia ab Hosio conditum. De redditibus collegio per Hosium et per capitulum cathedrale hoc anno assignatis vide *Eichhorn*, Hosius II 182—183.

[4] 2 Cor 11, 26. Gal 2, 4. [5] Ps 118, 30. Eccli 34, 22. 2 Petr 2, 2.

Polancus iam Roma 9. Iunii 1565 de Canisio ad Hosium * scripserat: „Inter eos, qui huc uenerunt Pater est Salmeron, et P. Canisius, qui quam humillime et amantissime cum Patre nostro vicario Francisco de Borgia salutant D. V. Illustrissimam, et forte scribet P. Salmeron hodie, uel sequenti hebdomada, et Pater etiam Canisius." (Ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 61" f. 293[a].) Canisium ante d. 17. Septembris non scripsisse colligi potest ex Hosii litteris 7. Decembris 1565 ad Canisium datis. *Hosius* Heilsberga 9. Augusti 1565 ad superiores quasdam Polanci litteras rescribens: „D. V. reverendum dominum vicarium" Franciscum Borgiam, inquit, „vna cum P. Salmerone et Canisio salutet verbis meis, etiamsi nec salutem illi nec literas ad me dederunt; sed sic est mos illorum, praecipue P. Salmeroni. Nam alter officiosior tamen est" (Epp. *Nadal* II 608). Atque Heilsberga 16. Novembris 1565 idem *Hosius* cardinali Commendono * scripsit: „Si" Ill. D. V. „uiderit Petrum Canisium, salutet illum quoque simul expostulet cum illo, quod mei prorsus iam sit oblitus, non solum autem ipse, verum et Societas vniuersa, per totam aestatem nihil a quoquam litterarum accepi. Cum nouo Praeposito Generali, noua facta sunt omnia" (ex archetypo, quod est in archivo vaticano, Cod. „Lett. di Princ. 24" n. 56).

1243. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, Germaniae superioris viceprovinciali. Roma 18. Septembris 1565.

Ex Theodorici Canisii litteris autographis. „G. Ep. VI" f. 92[b] 94[a].

Equorum pretia. P. Peltanus Oeniponte minister et rector futurus. Sociorum scholae ingolstadienses.

P. Theodoricus Canisius viceprovincialis Dilinga 11. Octobris 1565 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem litteras dedit, in quibus haec, praeter alia, rettulit: 1. De „P. Stanislao" Rosdracevio „Polono" Roma Dilingam advecto, ut inde „M. Lucam" Cracovium (vide supra p. 1) secum in Poloniam conduceret ad Societatis collegium Pultoviae (Pułtusk) incohandum (Sacchinus, Hist. S. J. III, l. 1, n. 7 115. Stan. Załenski S. J., Jezuici w Polsce I, Lwów 1900, 171): Hi duo, cum Ingolstadium abirent, „acceperunt . . . a nobis duos equos albos isthinc adductos, quorum maior (vt scribit Reuerendus pater Canisius) Romae emptus est 19 ducatis; Minor vero 18 ducatis et 1 floreno". 2. De P. Theodoro Peltano ad collegium oenipontanum loco P. Dyrsii regendum per Borgiam designato: „Doctorem Peltanum, discedenti Patri Dyrsio aliquando Oeniponti succedere, et interim Ministri munere illhic fungi debere, ex literis intellexi: Scribit tamen Reuerendus P. Canisius ad me vt si difficultates circa hunc patrem aliquae occurrerent, ilico eas isthuc perscriberem." 3. De litterarum et humanitatis scholis, quas Socii Ingolstadii habebant universitati non adiunctas, in gratiam „seminarii", in quo ex proximae congregationis generalis praecepto [vide infra mon. it. (22)] Societatis fratres scholastici instituerentur, tollendis: „Scripsit hac ex vrbe Reuerendus Pater Prouincialis noster, Visum isthic patribus fuisse, vt priuatae nostrorum scholae Jngolstadij bona occasione tollantur, quo maius illhic nostrorum seminarium sustentari possit. Hoc consilium pater et nobis placet."

Quando Canisius scripserit, ex *Theodorici Canisii* litteris Dilinga 12. Octobris 1565 datis (vide infra n. 1249), quibus Theodoricus Petro fratri rescribebat, intellegitur. Ubi Theodoricus: „Postremae", inquit, „quas a Reuerentia T. accepi, 18 septembris datae fuerunt." Quae litterae perisse videntur.

Congregationis decretum de scholis ingolstadiensibus latum v. infra mon. it. (31).

1244. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 23. Septembris 1565.

Ex commentario, cuius partes aliquas ipse *Polancus*, Societatis secretarius, scripsit. Cod. „Decreta et Instructi. 1540—1573" f. 36[a]. Litteris usus sum in „*Stimmen*" etc. LXXI 61.

Canisium Societatis visitatorem pro provinciis Germaniae superioris et inferioris ac Rheni constituit.

Dilecto in christo fratri Doctori[a] Petro Canisio superioris germaniae prouinciali Franciscus de Borgia[b] Societatis Iesu Praepositus generalis in eadem Societate salutem in Domino sempiternam. Cum ad rationem commissi nobis officij Deo reddendam visitationisque munus quod per nos ipsos vbique exercere non valemus obeundum, eorum opera vti necesse sit, quorum et prudentiae, quae est in Christo Iesu et probitati confidamus, nos quibus dona Dei altissimi in te satis perspecta sunt, te in nostrae huius curae partem substituentes visitatorem societatis nostrae[c] in tribus prouinciis germaniae superioris inferioris et Rheni cum omni ea auctoritate, quam nobis Apostolica sedes concessit[d] ad quaeuis munera[e], quae a nobis praesentibus fieri possent[f] Constituimus in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti. Datis Romae 23 Septembris 1565[g].

[Franciscus.][h]

Polancus Societatis secretarius ad harum litterarum, quas publicas sive „patentes" fuisse facile patet, commentarium quoddam componendum usus est litteris illis vel litterarum forma illa, qua olim P. Michael de Torres S. J. a. 1552 ab ipso S. Ignatio provinciae lusitanicae visitator institutus erat. Atque has Ignatii litteras propositas esse exemplum ad imitandum in aliis „visitatoribus" constituendis patet etiam ex eo, quod, qui eas in codicem transcripsit, haec subiunxit: „Similis paucis mutatis pro." Notari autem oportet, praepositorum officio movendorum facultatem, quae Turriano data erat, in Canisii litteris positam non esse. Ex proximis autem litteris cognoscetur, eum visitatorem „sine iurisdictione" fuisse. Atque certum est, hanc ei visitationem eo potissimum consilio commissam esse, ut pontificia eius legatio quasi obscuraretur; iusserat enim Pius IV. Canisium haud paucos Germaniae episcopos principesque suo nomine adire, decretorum tridentinorum exempla authentica cum litteris apostolicis iis afferre, eos admonere, ut decreta illa exsequerentur, causam religionis catholicae in proximis comitiis tutarentur etc. Hanc autem legationem pontifex, ne protestantes impedimenta ad eam afferrent, neve iisdem variae ex ea suspiciones inciderent, arcanam secretamque esse volebat. Quae omnia ex proximis huius voluminis epistulis et ex monumentis germanicae huius legationis infra proponendis copiosius intellegentur.

Labitur *Franciscus Sacchinus* S. J. (De Vita et Rebus gestis P. Petri Canisii, Ingolstadii 1616, 220), et labuntur cum eo *Riess* (l. c. 347) et alii, cum Canisio visitatoris titulum et potestatem datam esse affirmant in Societatis provincias rhenanam, austriacam, Germaniae superioris. Germaniam inferiorem commemorat etiam Polancus in litteris nomine Borgiae Roma 18. Septembris 1565 ad Theodoricum Canisium datis; vide infra mon. germ. l. (2). *Boero* duas tantum provincias posuit: Austriacam et rhenanam (Can. 283).

a) *Octo vv. sqq. a Pol. scripta sunt loco vv.* Michaeli de Torres Sacerdoti eiusdem Societatis, *quae primum scripta erant.* b) *Ita correxi ex* Ignatius de Loyola, *quae sunt in comm.; vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur. Cf. Epp. Nadal III 1.* c) *Octo vv. sqq. manu Polanci scripta sunt loco vv.* toto in regno Portugalliae. d) *Pol. oblitteravit vv., quae hic sequuntur:* etiam si praepositos locales vel etiam prouincialem de officio remouere, et alios subrogare oporteret, et. e) *A Pol. mutatum ex* ad quaeuis alia. f) *Pol. oblitteravit (linea subducta) vv., quae sequuntur:* rege tamen Serenissimo non repugnante. g) *Ita Pol. posuit pro* Romae Calendis Ianuarij 1552. h) *Ita Borgias nomen subscribere solebat; v. Epp. Nadal IV 11 13 53 etc.*

1245. CARDINALES **IOANNES MICHAEL SARACENUS, IOANNES BAPTISTA CICADA, IOANNES SUAVIS REOMANUS, MICHAEL GISLERIUS, CLEMENS DOLERA, LUDOVICUS SIMONETA, VITELLOTIUS VITELLIUS, FRANCISCUS ALCIATUS,** inquisitores generales, PP. PETRO CANISIO, NICOLAO LANOIO, ANTONIO VINCK, THEODORICO CANISIO, FRANCISCO COSTERO, S. J.

Roma 27. Septembris 1565.

Ex exemplo archetypo, in membrana scripto (2° transv.), manibus septem cardinalium inquisitorum et secretarii inquisitionis subscripto, cui sigillum inquisitionis generalis in cera rubra impressum et bullae metallicae inclusum appensum est. Exstat Vindobonae in archivo aulae caesareae (K. K. Haus-, Hof- und Staatsarchiv, „Geistl. Archiv fasc. 59, Rep. V., fol. 73" signaturae antiquae). Litterarum vel potius partis litterarum summam brevem posuit *Hopfen* l. c. 229.

Cardinales inquisitores generales Canisio reliquisque Societatis per Germaniam provincialibus et viceprovincialibus potestatem tribuunt libros prohibitos in Germania aliisque locis haeresi infectis retinendi et legendi atque ibidem haereticos omnes, qui haereses „abiuraverint", poenitentia imposita in ecclesiam recipiendi; iisdem permittunt, ut singuli easdem potestates cum duobus aliis communicent.

Nos Ioannes michael Sanctae Agathae Saracenus, Io: Baptista Sancti Clementis Cicada, Io: Suauis Sanctae Priscae Reomanus[1], Michael Ghislerius Sanctae Mariae supra Mineruam Alexandrinus, Clemens a Monilia Sanctae Mariae Arae Coeli[2], Ludouicus Sancti Chiriaci in Thermis Simoneta Presbyteri, Ac Vitellotius Sanctae Mariae in uia lata Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius Vitellius, et Franciscus Sanctae Susannae Alciatus Diaconi titulorum, miseratione Diuina Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales. In uniuersa Republica Christiana ac toto orbe Terrarum, contra Haereticam prauitatem Inquisitores generales a Sancta Sede Apostolica ac Sanctissimo in Christo Patre, et Domino nostro Domino Pio Diuina prouidentia Papa quarto specialiter deputati, Vobis Reuerendis Patribus .DD. Petro Canisio, Nicolao Lanoy, Antonio Vinck, Theodorico Canisio, et Francisco Costero de Societate Iesu Sacrae Theologiae Professis[3], auctoritate nostri officij, imo uerius Apostolica nobis in hac parte commissa, licentiam concedimus, et impartimur; Vt quoscunque libros Haereticos, ac prohibitos tenere et legere, ad effectum contra illos impugnandi, et quilibet uestrum duobus alijs probis, et Catholicis, ac probatae conscientiae, ac doctis uiris, eandem licentiam concedere, ac omnes, et quoscunque ad gremium Sanctae Matris Catholicae Romanae Ecclesiae, puro et sincero corde[4], ac fide non ficta[5] sponte

[1] Alias „Reumanus"; ortus erat ex Rieumes, urbe Galliae meridionalis.

[2] De cardinalibus Michaele Ghislieri O. Pr. (qui postea S. Pius V. papa fuit) et Clemente Dolera O. F. M. (qui ex Moneglia, oppido prope Genuam sito, ortus erat) cf. supra p. 96.

[3] PP. Petrus Canisius, Lanoius, Vinck provinciarum Societatis Germaniae superioris, austriacae, rhenanae praepositi provinciales, PP. Theodoricus Canisius et Franciscus Costerus Germaniae superioris et Germaniae inferioris viceprovinciales erant.

[4] 1 Tim 1, 5. 2 Tim 2, 22. [5] 1 Tim 1, 5. 2 Tim 1, 5.

redire, et errores, ac Haereses suos recognoscere, et detestari uolentes (preuia tamen errorum ac Haeresum suorum in manibus cuiuslibet uestrum, secreta uel publica abiuratione, et eis imposita per uos, et quemlibet uestrum poenitentia salutari, prout uobis, et cuilibet uestrum melius expediens uidebitur, et super quibus Conscientias uestras, et cuiuslibet uestrum oneramus) recipere, et admittere possitis, et ualeatis; ac illi per uos eligendi possint, et ualeant, auctoritatem, potestatem, et facultatem in praemissis omnibus, et singulis uobis concessis, quamdiu tamen uos, et uestrum quilibet uersatus fuerit in illis partibus Germaniae, seu alijs locis, et Prouincijs Haeresibus dumtaxat infectis, damus, concedimus, et impartimur, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Jn quorum omnium, et singulorum fidem, praesentes nostras Patentes literas, manibus nostris proprijs subscriptas exinde fieri, et per Notarium et Secretarium nostrum dicti nostri officij Sanctae Romanae uniuersalis Jnquisitionis infrascriptum subscribi, Sigillique dicti nostri officij, quo utimur, iussimus, et fecimus appensione communiri. Datum Romae in nostra plena Congregatione dicti nostri officij, Sub Anno, a Natiuitate Dominj Millesimo quingentesimo, sexagesimo quinto, Indictione octaua, Die uero Iouis Vigesima septima mensis Septembris. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostrj Dominj Pij Diuina prouidentia Papae Quarti, Anno eius Sexto

Jo: Mi: Cardinalis Saracenus.
Jo. B. Car. S. Clementis
Jo. Suauis Car. Reomanus
† M G Car Alexandrinus
Clemens Monil: Cardinalis Araecoeli
Lud. Car Simoneta
.V. Cardinalis vitellius Camerarius
F Cardinalis Alciatus.

Claudius de valle sanctae Romanae vniuersalis Jnquisitionis Notarius et Secretarius.

In tergo huius diplomatis scriptum est manu antiqua (P. Laurentii Magii, puto): „Concessio facta quibusdam ex nostris in Germania legendi libros prohibitos, et absoluendi ab haeresi"; postea (eadem manu?) addita sunt verba: „per Jnquisitores Cardinales Romanos".

Roma 7. Octobris 1565 *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius vel alius aliquis de Societate Tusculum (Frascati) ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem *litteras dedit, in quibus haec sunt: „El notario dela Jnquisition nos trazo ayer firmadas cinco patentes para los nuestros de Alemagna. de aquella concession para los libros y para reconciliar los quese conuertiesen etc." (Ex apogr. eiusd. temp. „Epistolae Italiae [Praepp. Genn.] 1565—1567" f. 50b.) Litterae igitur, quas modo posui, Romae pro quinque illis Sociis, quibus destinatae erant, quinquies scriptae et subscriptae sunt, ita ut singuli suum haberent exemplum archetypum; praeter exemplum vero vindobonense, quod Lanoii provincialis Austriae fuisse certum est, aliud nunc exstare non videtur.

Ceterum ex epistula Polanci Roma 14. Octobris 1565 ad Canisium data hoc intellegitur: Facultatem, quae per has litteras Canisio reliquisque ita tribuitur, ut singuli eam cum 2 aliis communicare possint, cum 4—5 aliis communicari posse Pius IV. Canisio dixerat; atque hanc concessionem verbis factam in „foro conscientiae" Sociis sufficere Borgias censebat.

Hae gratiae eo maioris erant faciendae, quo parciores in iis tribuendis cardinales inquisitores tunc erant. *Polancus* Societatis secretarius mandatu S. Francisci Borgiae Roma 25. Februarii 1565 P. Martino Stevordiano S. J. contionatori monacensi *scripsit: Nella „lettione dei libri prohibiti . . . sono quà strettissimi questi Signori Illustrissimi dela Jnquisitione più di quello che si potria facilmente credere" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 229a).

1246. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae praepositi generalis, CANISIO.

Roma 29. Septembris 1565.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Ricordi per il Padre Canisio", Cod. „Decreta et Instructi. 1540—1573" f. 216b—217b. Litteris usus sum earumque partes aliquas germanice versas posui in *„Stimmen"* l. c. LXXI 61—63.

Canisio in Germaniam redeunti varia mandata et facultates dat: P. Theodoricus Canisius instituendus „viceprovincialis". P. Peltanus Oeniponte primum minister, deinde rector futurus. Magdalenae archiducissae eiusque sororibus persuadendum est, ut boni consulant Socios ipsis officia praestantes in Societatis collegio habitare. P. Dyrsius. Canisius collegia rhenana „visitabit" consolando, hortando, notando, si quae emendanda sint. De beanismo, haereticorum ad gradus promotione, universitatis dilinganae regulis, valetudinis cura etc. alias respondebitur. De Sociis quibusdam ad professionem et vota coadiutorum formatorum admittendis. „Probationes", quas Germania non fert, in alias commutari possunt. Promotio ad ordines sacros. Novicii Monachii a collegiis sustentandi; reliqui in alias terras mittendi. „Missiones" breves. Domus professa constituenda. Novicii quas artes discere, quos libros legere possint. Studia. Facultas novicios et scholasticos ex Societate dimittendi. Cursus artium brevior institui potest. Rectores catechismum doceant. Studia noviciorum. Musica. Socius Canisii collegia visitantis. Episcopo herbipolensi collegium promittendum. Canisius, quae cardinali Amulio scribere voluerit, Borgiae mittat. Eidem rectores nova mittant, cum Borromaeo etc. communicanda.

Tornato in Germania metta in essecutione l' ordine dato[1] di far Viceprouincial il Padre Theodorico suo fratello con autorita piena che conuiene per il gouerno di tutta sua prouincia et se ragionara con alcuni Rettori di essa li dira faccino ricorso à detto Prouinciale[a] [?] in tutto . et à quelli à chi non parlera glielo fara intendere per letere.

Visitando il Collegio d' Jspruch ueda di animare il Padre Dirsio[2] et disponerlo à ben instruire il successore[b] che sara il D. Theodoro Peltano . quando esso P. Dirsio si partira de Jspruch . et in questo mezo potra far l' officio di ministro detto Padre per intendere meglio le cose di casa et anche potra leggere quella lettione Theologica che è solita legersi in Jspruch.

a) *Sic; scribendum fuisse videtur* Viceprouinciale. b) *VV.* instruire il successore *a libr. in marg. addita sunt.*

[1] De hoc vide infra mon. germ. l. (2).

[2] P. Ioannem Dyrsium, collegii rectorem; vide supra p. 45 89.

Della gente che ci era in sua prouincia et quella che si è mandata di nouo faccia per se o, peril Viceprouinciale, o, tutti doi insieme la meglior distributione che potra, et habbia specialmente raccomandato il Collegio d' Jspruch doue etiam douera uisitare le serenissime Regine in nome di N. Padre Generale et procurare si contentino di esser seruite[a] deli nostri restando loro in qualche collegio dela Compagnia, perche cosi conuiene et per noi et per il maggior seruicio d' Iddio et loro[1], et se ben siano in qualche collegio purche sia uicino al luogho doue staranno li potranno spesso uisitare et sentir loro confessioni, predicarli .etc. et se pur qualcuno hauessi à stare nel medesimo locho doue staranno loro, questo non sia il Padre Hermes[2], ma il Padre Dirsio solo.

Visitara li Collegij nostri[b] dela prouincia del Rheno[3] con authorita di Visitatore solamente senza iurisdictione, benche potra ex charitate auisare li superiori di quello che li parera, et scriuere anche à N. Padre Generale. L' intento sia consolar et animar li nostri[c], et aiutarli in spirito, hor sia raggionando conloro in particular, o in general, facendo alcune esortationi et notando se qualche cosa li occorrera che habbi bisogno de megliorarsi, quanto alle cose domestiche, o quanto alle schole et altri mezi di aiutar li prossimi.

Circa le cose de Dilinga e[d] [?] la institutione di ceremonie nell'[e] accettar li scholari approbati[4]. et quanto alla promotione deli heretici nella Vniuersità et la osseruatione deli riti et consuetudini di detta uniuersità, regule del mastro de nouicij, moderatione dela faticha di quelli che insegnano et de preseruare dell' ethica[f] et altre infirmita li nostri si mandara risposta quando la cosa sia più considerata.

Circa quelli che furno proposti per la professione Il Padre Domenico[5] douera hauer qualche tempo per studiare un pocho, et cosi il Padre Rabasten[6] et douera anche aiutarsi il padre Peltano, il Padre Enricho arboleo[7], et loro col Padre Pietro Vngaro[8] potranno aspettare qualche tempo, similmente il Padre Gulielmo, il Padre Paulo doueran prima uenir in Jtalia[9].

a) seruiti *ap.* b) *Verbum supra versum additum.* c) *Sequitur* o, *et alterum v., idque ita oblitteratum, ut iam legi non possit.* d) *Obscurius scriptum.* e) *A libr. corr. ex* nelli scho. f) *Sic; scribendum potius fuerat* ettica *vel* etica.

---

[1] Ita etiam proxima congregatio generalis Societatis constituerat; vide infra monum. it. (29) (30). [2] Halbpaur.

[3] Haec provincia collegia moguntinum, treverense, coloniense complectebatur; vide *Can.* IV 675.

[4] De „beanismo", quem vocabant; vide supra p. 15².

[5] Menginus. [6] Ioannes Rabenstein.

[7] Arboreus; de quo cf. *Can.* IV 441³ 585 931—932.

[8] Hernath.

[9] Guilielmus Elderen et Paulus Hetzcovaeus: qui cuius rei gratia in Italiam destinati sint, dicetur infra; de Hetzcovaeo cf. *Can.* IV 361² 510 685.

Perli coagiutori temporali lasci qui una nota, ouero la mandi di quelli che reputa idonei[1].

Le probationi[2] che non si possono fare conuenientemente si possono commutare in altre di quelle che comporta il paese, et si pensi quali siano questi nelle quali si po fare la commutatione.

Hauera il Padre[a] Canisio et il suo fratello come Viceprouinciale la faculta di promouere alli ordini sacri[3] et anche de mandarli dela Compagnia àl modo che fu dato al Padre Lanoya[b][4] come di sotto se dira.

Li nouicij che si potranno nel collegio di Monachio doue si fa casa di probatione si sustentino, se seranno più di quelli che po sustentare per questi tali aiutino li altri collegij dela prouincia in modo che non siano troppo grauati et la esecutione di questo si commette à chi ha la cura dela prouincia, non si doueranno però escludere li suggetti idonei, ma più presto mandarsi in altra parte se li non potessino sustentarsi.

Si potranno fare alcune missioni breui fora deli collegij senza preiudicio di essi, et in questo mezo si uada pensando del modo di far una casa de professi.

Li nouicij potranno imparare à ligar libri, far la cucina, racconciar le ueste et barrete dando qualche poco di tempo al di per questo secondo che parera al Superiore et non è inconueniente che se li legga qualche cosa dela scrittura, o, dottori, osi permetta loro lo leggano per il studio dela deuotione non dele letere, come sarebbe dele regole dela dottrina christiana[5] et altre instruttioni spirituali.

Li Rettori non promouano nissuno alli studij de faculta superiori per udirle ò leggerle senza consultar il suo Prouinciale,

Li nouicij auanti li doi anni se l' haueranno riceuuti nela prouincia sua, possa licentiarli il Superiore di quella, quando passano doi anni se li han riceuuto loro potra il medesimo Superior licentiarli liberi de uoti, si erit periculum in mora . quando non ui fossi consultino prima[6].

a) *A libr. corr. ex* il Proui. b) *Quae sequuntur, usque ad* Li nouicij *excl., a libr. supra vers. addita sunt.*

---

[1] Ad vota coadiutorum „formatorum" (de quibus vide *Can.* III 760[2]); ad quae (sicut etiam ad professionem) qui admittendi sint, praepositi generalis est constituere (*Constitutiones* S. J. P. 5, c. 2, n. 1 4).

[2] Probationes dicit, quae Societatis hominibus, antequam ad vota simplicia vel ad vota coadiutorum formatorum vel ad professionem admittantur, subeundae sunt, ut „servire in uno vel pluribus xenodochiis per mensem", „peregrinari mensem sine pecunia" etc.; de quibus vide *Can.* II 396[1].

[3] De hac facultate cf. *Can.* II 261[2].

[4] P. Nicolao Lanoio praeposito provinciali Austriae.

[5] Exstat * „Instructio" quaedam sive corpus regularum „De doctrina Christiana" tradenda, quod a P. Hieronymo Natale conscriptum esse videtur (Cod. „XV. A" f. 214[b]—215[a]). Cf. etiam Epp. *Nadal* IV 494—495.

[6] Praepositum generalem.

Se non sono stati riceuuti di là, anzi mandati di quà, sia consultato N. Padre General, auanti che se li dia licentia, quando pure esset periculum in mora, li potranno mandar fora dela sua prouincia, ma non fora dela Compagnia.

Jl Corso delle arti nele prouincie di Germania si po finire in duoi anni al modo di Louanio, doue leggendo uno auanti, altro doppo il pranso con pochi altri mesi per la repetitione, si finiscono li corsi.

Jl Padre Michael Marjo[a][1] se cosi parera al Padre Viceprouinciale non procedendo come conuiene in Dilinga, si potra mandare à Roma.

Tanto li Rettori uecchi quanto li noui se non hanno fatto la lectione del Chatechismo per .40. giorni continuati o, interpolati la potranno fare[2].

Si concede faculta di dispensare circa li studij deli nouitij etiam nel primo anno al modo che fu concessa al Prouincial del Rheno[3], benche s' intende il decreto della congregacion de admittendis potius quam de admissis.

L' uso dela musicha si potra permettere alli nostri al modo che in Roma si permette[4].

Potra pigliare un compagno per la sua uisitatione del collegio che li piacera, ma quanto alla persona, questa ò quella fora de sua prouincia habbia il consenso del prouinciale ò Rettore,

Al passar per Herbipoli uisiti il Vescouo[5] per parte di N. Padre et diali speranza che il primo collegio che si accettara in Germania sara il suo et ueda se in Magontia, o Treuere, o Colonia, o, in sua prouincia sara qualcuno che senza danno d' importanza si possa dare al detto Vescouo per aiutarlo, et il principio bastera sia de pochi in tanto che si fa la fabrica et si preparano le cose necessarie peril nouo Collegio.

a) Maddjo *ap.; vide infra adn. 1.*

---

[1] Marius; de quo supra p. 38.

[2] De hoc officio vide *Can.* II 574[7], et cf. Congreg. gen. II. decr. 65 post elect. (*Institutum* Societatis Iesu II, Florentiae 1893, 208).

[3] P. Antonio Vinck. In illis generalis *Congregationis* secundae decretis, quae congregationum VII. et VIII. mandatu excusa sunt, haec tantum hac de re edicuntur: „Placuit . . ., ut biennio et bene probarentur Novitii, non litterarum, sed mortificationis ac profectus spiritualis studio vacando: in secundo tamen anno possit a Provincialibus ex commissione Generalis circa studium dispensari, habita ratione personarum, locorum et temporum, prout in Domino expedire iudicabitur“ (decr. 14 post elect.; *Institutum* Societatis Iesu II 197).

[4] In romano Societatis collegio cantum ecclesiasticum, quem „gregorianum“ vocant, et „falsi Bordoni“ usurpari *Polancus* a. 1562 rectori collegii treverensis *scripsit (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „V. P. 62“ f. 92[a]). Cf. Epp. *Nadal* IV 285 621.

[5] Fridericum a Wirsberg.

Dele cose[a] che occorrera scriuere al Cardinal Emulio[b] [1], uenghano le letere aperte acciò le possa uedere N. Padre General, al quale etiam douera drizzare le cose di più momento et particolari, acciò comunichi con Ausonio Gallo[2] quelle che li pareranno, et altre col detto Emulio, et ricomandi etiam alli superiori dela Compagnia che diano auiso dele cose de importanza à N. Padre et si accadera mutare il sugello et coprir le letere[c] ad alcuno fori de la Compagnia in Augusta acciò non siano intercette lo potra fare. Di Roma li 29. di settembre 1565.

1247. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Narnia ineunte m. Octobri 1565.

Ex litterarum Polanci apogr., eod. temp. scripto. Cod. „Germ. 65" f. 31[b].

Polancus Societatis secretarius nomine Borgiae Roma 3. Novembris 1565 ad Canisium, d. 29. Septembris [vide infra mon. it. (35)] Roma in Germaniam versus profectum, scripsit: „Si riceuette quella de V. R. fatta in Narni." Quae perisse videtur.

1248. CANISIUS **GEORGIO II. FUGGERO**, libero imperii baroni, patricio augustano. Venetiis 12. Octobris 1565.

Ex apographo, a. 1886 Romae exscripto ex autographo (2°; 1 p.), quod tunc exstabat in bibliotheca Ludov. comitis de Paar, austriaci apud sedem apostolicam legati. Epistulae mentionem fecit *Hansen* l. c. p. 518[1].

Sarcinas librorum pro Sociis collectorum Fuggero mittit eumque, ut id boni consulat, rogat. Pro pecunia mutuo data gratias agit. De profectione sua etc.

† Pax Christi nobiscum Magnifice Domine Patrone.

Multa in me contulit beneficia humanitas tua, inter quae mihi hoc non postremum erit, si boni consulat ad se mitti sarcinas coriaceas tres, quas Davidi Ottoni ut Augustam recta mitteret, coram commendavi ac tradidi. Nec enim aliam invenire viam licebat, qua uti possem ad suppelectilem hanc librariam nostram istuc bona fide perferendam. De mutuo datis 150 ducatis[3] gratias ago et habeo maximas. Reddam duce Christo pecuniam post reditum, et illud praeterea quod numeratum fuerit pro his sarcinis tabellario Augustano. Heri primum huc accessi, relictis equis Patavii, eoque me recipere statui, ut reliquum iter absolvam. De Romanis filiique Philippi, aut utriusque potius[4] rebus coram tractabimus. Nunc properandum est. David

a) *Sequitur* de importan, *a libr. oblitt.* b) *Sic; scribendum fuerat potius* Amulio; *cf. supra p. 96.* c) *Supplendumne* indrizzandole?

[1] Ad Marcum Antonium cardinalem Amulium Canisius referre iussus erat de legatione sua pontificia; de qua vide supra p. 99.

[2] Significari puto vel Carolum cardinalem Borromaeum, vel ipsum Pium IV.; poterat etiam hoc nomine significari Ptolomaeus cardinalis Galli, Pio IV. valde familiaris; de quo vide *Can.* IV 243[1] 259—260.

[3] Vide supra p. 95. [4] Philippi Eduardi et Octaviani.

Otto scribet etiam aliquid[1]. Salutem ex me clariss. coniugi[2] amicisque omnibus. Christus nos incolumes velit in suam iungere gloriam. Venetiis 12 Octob. 1565.

Servus in Christo P. Canisius.

† Magnifico et illustri viro, Domino Georgio Fuggero Patrono optime merito. Augustae.

Fuggeri iam exeunte saeculo XV. Venetiis receptaculum quoddam sive horreum mercium (cupri etc.) habebant (*Al. Schulte*, Die Fugger in Rom 1495—1523 I, Leipzig 1904, 5). Ibidem sub a. 1570, atque etiam, ut videtur, aliquanto ante, tabernam argentariam possidebant eamque in aedibus, quas „Fondaco dei Tedeschi" vocabant, collocatam.

1249. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., Germaniae superioris viceprovincialis, CANISIO. Dilinga 12. Octobris 1565.

Ex epistula (2°; $3^1/_2$ pp.; in p. 4, inscr. et pars sig.), quam (praeter inscriptionem) Theodoricus sua manu scripsit. „G. Ep. VI" f. 90^a—91^b.

Pecunia restituenda. Viatica, vestes, equi Sociis polonis etc. dati. Socii Rhenum versus proficiscentes a cardinali Augustano hospitio excepti. Theodoricus munus viceprovincialis, praeter rectoratum dilinganum, administrare iussus, tantis rebus se imparem esse affirmat. P. Peltanum, qui collegii oenipontani rector est designatus, id officii suscipere et administrare difficillimum erit ob singulare ingenium viri; cui ne cum collega quidem ingolstadiensi bene convenit. Dilingae P. Swagerius et corpore et animo languet; P. Hermanutius melancholicus est. In collegiis Germaniae superioris variae personarum et officiorum mutationes vel factae sunt vel faciendae esse videntur. Novus rector ingolstadiensis. Convictus dilinganus. Cursus philosophici in universitate dilingana. Duo Socii votorum solutionem petunt. Praefectus rerum spiritualium oenipontanis Sociis dandus. P. Elderen. Augustae P. Stevordiani contiones placent, mores nonnihil displicent. Cardinalis apud capitulum pro Sociis augustanis et dilinganis frustra laboravit neque tamen laborare cessat; theologum de Societate desiderat; Dilingae sollemni studiorum renovationi interfuit. „Gubernator" academiae. Synodus. „Davus" augustanus. Ingolstadii Sociorum scholas privatas tolli expedit. Creitzler. Ioannes Ulmensis Canisii scriptor.

† IESUS Reuerende in Christo pater.

Pax Christi etc.

Postremae quas a Reuerentia T. accepi, 18 septembris datae fuerunt. Rarius ego [*etc. ut supra p. 95*]. Verum cum polonis et alijs nos hic viatica, Romanorum nomine persoluerimus, spero quod bonam partem praedictae summae, Venetias missae, nobis restituet Reuerentia tua[3] vt ex debitis quibus opprimimur, praesertim Dilingae, aliquando emergamus. Patri Stanislao[4] Polono numerauit D. Paulus[5] Monachij 30 ducatos in auro, quos idem D. Paulus Romanis se debuisse affirmauit. Jdem P. Stanislaus Dilingae a me accepit 46 florenos

[1] David Ott (Otto) Venetiis Fuggerorum negotia procurabat (*A. Stauber*, Das Haus Fugger, Augsburg 1900, 124 et cf. supra p. 95). [2] Ursulae de Lichtenstein.

[3] Socii germani 225 florenos, quos a Georgio et Ursula Fuggera mutuos sumpserant, Venetias miserant, ut Canisio usui essent; vide supra p. 95.

[4] Rosdracevio, Pultoviam misso; cuius collegii primus rector per 12 annos fuit (*Stan. Rostowski* S. J., Lituanicarum Societatis Iesu Historiarum libri decem, Parisiis-Bruxellis 1877, 12). [5] Hoffaeus.

Rhenenses, qui etiam faciunt 30 ducatos in auro, plus minus. Praeterea idem P. Stanislaus pallium optimum hinc secum tulit, quod constitit 8 ducatis siue 12 florenis[1]. Factae sunt praeterea vestes nouae pro M. Luca[2], emptae ocreae et similia ad iter equestre necessaria pro 4 ducatis siue 6 florenis Rhenensibus. Jn summa praeter 30 ducatos Monachij acceptos, in pecunia et vestibus a nobis accepit P. Stanislaus 64 florenos Rhenenses. Habuit praeterea vtrumque equum album ex vrbe adductum, quorum alter 18 ducatis et 1 floreno, alter vero 19 ducatis Romae emptus fuit. Heri hinc discessit praedictus Pater Jngolstadium cum M. Luca, vt illhic Guilielmum Anglum[3] sibi adiungat. Arbitror Jngolstadienses etiam nostros nonnulla pro patribus istis polonis expensuros, quod breui intelligemus.

Discessit hinc etiam heri Moguntiam Reuerendus P. Vinck cum Patre Costero, Patre Andrea Auantiano[4] et M. Johanne Leone Hispano[5]. Humaniter illi a Reuerendissimo nostro[6] excepti fuerunt, et in aula per noctes duas retenti.

Pater Andreas Auantianus praeter equum rufum, qui 12 ducatis Romae emptus fuit, 4 tantum ducatos siue 6 florenos a nobis pro viatico accipere voluit.

Scriptum ad me nomine Reuerendi P. Generalis ex vrbe fuit de suscipienda tota prouinciae cura cum nomine Viceprouincialis, relicto interim mihi duplicis Rectoratus onere[7]. Ego quid cogitare vel agere debeam pater nescio, perplexus sum, iratum mihi Deum metuo vehementer, Debiliorem in spiritu quotidie me experior, Crescunt interim onera, et quidem animarum, Vix in obedientia respiro. Fiat tamen in omnibus Domini voluntas[8], quae mala esse non potest, etiamsi pro peccatis meis haec mihi flagella cumulet. Scripsi ad Reuerendum P. Generalem rogans vt animae meae misereatur[9], nec me supra id quod ferre possum grauare velit, ne plane succumbam aliquando, et Deo, mihi atque alijs reddar inutilis. Reuerentiae T. quae meam imbecillitatem et oneris grauitatem utcunque nouit, causam

---

[1] In *„*Instructione*"* P. Rosdracevio Roma discedenti data haec sunt: „Cum peruenerit Augustam uiaticum et duos alios equos pro Magistro Luca et Gulielmo accipiens et palium quo uti solent Sacerdotes Societatis, ut ad eius formam alia fiant", Vratislaviam versus proficiscetur. (Ex apogr., saec. XVI. Romae scripto. „Decreta et Instructi. 1540—1573" f. 216[a].)

[2] Cracovio (Krasowski); vide supra p. 1 86.

[3] Stubbeum? Vide *Can.* IV 649 [1].

[4] P. Antonius Vinck provinciae rhenanae Societatis praepositus provincialis erat. P. Franciscus Costerus Germaniae inferioris viceprovincialis, P. Avantianus collegii virdunensis (Verdun) primus rector a Borgia designati erant (*Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 1, n. 51 86).

[5] Hunc, P. Ioannis Leonii S. J. a. 1566 Trigueri mortui nepotem, postea complures annos in provincia S. J. rhenana theologiam docuisse affirmat *Sacchinus* l. c. III, l. 2, n. 79.

[6] Cardinali Truchsess. [7] Vide infra monum. germ. l. (2).

[8] Act 21, 14; cf. Mt 6, 10; Lc 22, 42 etc. [9] 4 Rg 1, 14.

meam per Christi IESV viscera[1] commendo. Scio me longe alium esse quam sibi persuadeant de me superiores. Falluntur illi, meo quidem iudicio, exteriori nescio qua virtutum specie, sed intus latent ossa mortuorum[2] foeda et putida. Deficiunt mihi et naturae et gratiae vires propter peccata mea, quae prae nimia coecitate mea vix tamen agnosco.

Scribit etiam Reuerendus Pater Generalis de mittendo Oenipontum D. Peltano[3] vt Patri Dirsio[4] succedat, et lectionem vnam Theologicam simul legat. Verum quia in literis suis Reuerentia T. monet vt si qua difficultas hac in re occurreret, eam statim Romam scriberem[5]. feci id ego. Nam haec consilia successum non habitura, plane videtur[a] [?], nisi mirabilis animorum fiat metamorphosis. Pauci dies sunt ex quo dixit cuidam Patri D. Peltanus, se ante[b] quam superioris officium suscipiat[c], Romam prius[d] iturum vel aliam Religionem ingressurum esse, Nota est eius natura quae fratribus difficulter, vt ipsemet sentit, se accommodare potest, Hactenus ne consilijs quidem Rectorum[6] interesse potest. Vt vt sit, malum esse non potest, quicquid obedientia sancta in Domino disponit. Euocari interim illum Jngolstadio curaui Dilingam, vt ad tempus saltem a studiorum vacet laboribus, et quietior propter eius absentiam, sit domesticus ille, ipsius in docendo Collega[7]. Conuenire enim illi vix aliquando inter se poterunt, Doctor Thomas Gallus absentis D. Peltani vices facile supplebit. Expectabit hoc loco sententiam Reuerentiae T. D. Peltanus, quem idcirco Oenipontum statim non mitto, quia non optime forsan inter ipsum et P. Dirsium Patremque Hermetem[8] conueniret, Deinde vt videatur an pro Theologo D. Corradus[9] Oenipontum mitti possit. Non enim habet hic manendi animum ille, propter continuam, qua hoc loco affligi se queritur melancholiam, Causas varias adfert, quae malum mihi habere videntur fundamentum . Collega D. Torres[10] nullo modo illi placet, Labores nimios sibi imponi dicit, Recreationem concedi exiguam, Animas iuuandi per conciones et colloquia occasionem dari fere nullam etc. Liberatus nunc est ab omni lectione et officio domestico, supplet eius locum alternis legendo P. Petrus[11] Hungarus qui Controuersias et P. Gaspar[12] Anglus qui Casus conscientiae prae-

a) *Sic; voluitne scribere* videntur? b) *Ab ipso Th. Can. ita est correctum ex* prius. c) *Ita corr. est ex* susciperet. d) *Hoc v. a Th. supra versum scriptum est.*

---

[1] Phil 1, 8. [2] Mt 23, 27.

[3] P. Theodoro Peltano, theologiae in universitate ingolstadiensi professore.

[4] Rectori collegii. [5] Vide supra p. 12[4] 88[2].

[6] Deliberationibus, quas rectores cum suis consiliariis sive „consultoribus" de rebus domesticis habere solent.

[7] Non bene conveniebat inter Peltanum et P. Alphonsum Pisanum, qui et ipse theologiam in universitate ingolstadiensi tradebat (*Can.* IV 441 513; et supra p. 12). [8] Halbpaur.

[9] P. Conradus Swagerius, theologiae in universitate dilingana professor.

[10] P. Hieronymus Torrensis. [11] Hernath. [12] Haivodus.

legit. Jn Hebraeis necdum habet successorem. Juuare hac in parte posset nostros D. Peltanus, qui libentissime linguas docet, et sunt domi qui hebreae linguae bona habent principia. Reuerentia T. statuat de vtroque. Omnino videtur longiuscula recreatio D. Conrado concedenda, consumi enim hic tristitia videtur et plane inutilis reddi, noctes totas ducit insomnes, et languorem spiritus, corporis quoque languor consequitur. Nihil oberit puto si cum Patre Laurentio Oenipontum excurrat, est enim et hic melancholicus, nec omnino apud sueuos suos [1] quietus. Forte bonum Oeniponti agere posset ministrum discedente P. Paulo [2], vt olim egit, magna cum satisfactione sui Rectoris et externorum [3]. Non admodum nobis est hoc tempore necessarius, veniente praesertim huc Patre Michaele Mario [4], qui diutius Jngolstadij propter varias causas relinqui, meo iudicio, non debuit. Aderit ille cras hic cum Patre Peltano, et interim dum aliud de eo statuet Reuerentia T., Casus conscientiae, Controuersias, Euangelium D. Mathei audire poterit cum Theologis, Concionari etiam pueris, Tradere Catechismum, Confessiones audire etc. Misi loco eius M. Vuendelinum [5] Jngolstadium, vt nouo Rectori [6] in his principijs solatio sit et auxilio, et spero hac personarum mutatione rectius aliquanto Collegium illud habiturum. Euocaui etiam Jngolstadio bonum filium Franciscum Jtalum [7], vt post vaga studia cursum ex professo hic audiat . Forte et P. Georgius Krauss ad audiendum cursum Oeniponto huc mitti nunc posset, veniente praesertim isthuc D. Conrado et Patre Laurentio, qui Pater Georgius praeterquam quod studeret, Collega etiam esse posset apud Conuictores Patris Rabenstain, qui solus adhuc pondus totum cum Domino Gubernatore [8] sustinet, Deest enim nobis idoneus quem illi adiungamus. Georgius [9] Coloniensis qui Jngolstadij penultimam classem regebat Coloniam propter certa negotia cum amicis tractanda his diebus missus est vna cum patribus prouincialibus [10], quorum consilia sequetur, Juit cum illo et M. Joannes Flander, in patrio solo plene restituendus [11] [a]. Misimus loco Georgij

a) *Sequitur* Fratres, *oblitteratum.*

---

[1] P. Laurentius Hermanutius ortus erat ex vico suebico Unlingen inter Ulmam et Sigmaringam sito (nunc regni wurttembergici): **Catalogus* monacensis 1. Ianuarii 1565 scriptus (vide supra p. 92[1]). [2] Hetzcovaeo.

[3] Duos annos (1562 et 1563) Hermanutius Oeniponte minister fuerat (**Catalogus*, de quo supra adn. 1).

[4] Cf. supra p. 105. [5] Völck; vide supra p. 47.

[6] P. Martino Leubenstain; in Sociorum a. 1565 Roma in Germaniam superiorem missorum **Catalogo* Romae a. 1566–1572 scripto comparet „P. Martinus Germanus Rector Jngolstadiensis" (Cod. „Catalogus Rom.-Tusc. 1559—1572" f. 34[v]).

[7] Fr. Franciscum a Rocca (de quo *Can.* III 494—495) significari intellegitur ex **Catalogis* ingolstadiensi initio a. 1565 et dilingano exeunte a. 1566 scriptis („GSC 66" f. 373—374 402—404).

[8] Cornelio Herlen. [9] Hach vel Hack; vide supra p. 88—89.

[10] Vide supra p. 108[4]. [11] Cf. supra p. 86.

Jngolstadium P. Henricum Dulhemium [1], qui hic [a] in classe successorem accepit Anthonium Germanum [2], qui nihilominus cursum suum philosophicum prosequitur et in festo Paschae vna cum [b] Christophero Ziglero et Leonardo Boschio artium Magister creari poterit.

P. Petrus [3] Hungarus ad festum paschae [4] cursum philosophicum cum suis absoluet, Leget interim alternis Theologicam lectionem et ad Doctoratum se instruet. P. Jacobus Valentianus [5] nouum cursum cum applausu heri auspicatus est, P. Joannes Saxo hodie Rhetoricem docere coepit [6], Nam Jacobus Lusitanus in sententia sua obstinatus persistit, nec tamen abire vult nisi facultate accepta, quam ego dare non possum praesertim cum absolutionem a votis vrgeat. Neminem interim perturbat, et vtilis nobis est in conficiendis carminibus. Scripsi rem totam ad Romanos patres. Dolendum est de tanta boni et docti viri caecitate et errore. Refutat omnia media quibus illum iuuare cupimus. Jnnititur prudentiae suae [7]. Misereatur nostri Deus [8].

Bernardinus Guana Jtalus et ipse a votis absolutionem Jngolstadij expectat, Alienus est a societate, Exercitia illi dedimus hoc loco, sed deest fundamentum. Habent Romani Patres sententiam eius, quam propria manu scripsit [9].

Spero Oenipontanis satisfactum iri si alterutrum Theologorum supradictorum accipiant, Habent iam M. Gasparum, virum ingeniosum et bonum philosophum qui facile Rhetoricae classi satisfecerit vti speramus [10]. Alium nos non habemus in prouincia. Balthasarem germanum puerum putaui Monachium esse mittendum, vt cum nouitijs qui Rhetoricam in scholis nunc audient, et in spiritu et in literis

a) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* b) *Sequitur* M., *oblitt.*

---

[1] Dulckenium sive Montanum; vide supra p. 85.

[2] Antonium Kleselium sive Klesl (de quo *Can.* IV 21 [4]) dicit (* *Catalogus* dilinganus, de quo supra p. 110 [7]).

[3] Hernath. [4] Id futurum erat 14. Aprilis.

[5] In * *Catalogo* romano, quem dixi (supra p. 110 [6]), legitur: „P. Jacobus Borrassa lector philosophiae."

[6] Ioannes Merquitius, misnensis (Meissen), 25 fere annos natus erat: is cum Pragae a. 1557 Societati nomen dedisset, unum annum Vindobonae „in probatione" fuerat, septem annos Romae litteris studuerat: * *Catalogus* oenipontanus exeunte a. 1566 scriptus („GSC 66" f. 413[b]).

[7] Prv 3, 5. [8] Ps 66, 2; cf. Ps 122, 2.

[9] In * *Catalogo* ingolstadiensi exeunte a. 1566 scripto dicitur, eum „ad tempus dimissum" esse (l. c. f. 408[b]).

[10] Hunc fuisse „Gasparum Textorem" intellegitur ex Theodorici Canisii epistula Dilinga 25. Iulii 1566 ad Borgiam data (Epp. *Nadal* III 765). P. *Carolus Grim* S. J. in collegii vindobonensis Catalogo a. 1559 Romam ad Lainium praepositum generalem misso „Casparum Textorem Labacensem" (Laibach, Carniolae caput) „16. agere annum", a. 1558 in Societatem admissum esse, litteris et humanitati studere, brevi in scholam rhetorices ascensurum esse scribit („Austr. Fund. III" f. 161[a]).

amplius proficiat[1]. Socius vero eius Petrus, Oenipontum forte mittetur, eget enim et ille Rhetorico studio, cuius neque hic neque Jngolstadij socios habet[2], Monachij autem plures sunt quam ferant illius Collegij rationes hoc tempore. Forte et nonnulli alij Oenipontum mitti possent, quum paucae in eo Collegio sint personae. Vtinam bonum haberet Collegium illud Confessarium vel rerum spiritualium praefectum. Rectius forte cum illo ageretur. Non ingrata forte P. Dominico Mengino ad tempus haec esset conditio, quum is laborum Monachiensium vtcumque pertaesus videatur, sed quam aequo id animo ferret D. Paulus[3] Rector, nescio.

Habent nunc Jngolstadienses 5 vel sex bonos coadiutores praeter Vdalricum coquum qui breui forte dimittetur.

P. Guilielmus[4] ex sententia Cardinalis et amicorum, Augustae videretur relinquendus. Nihil enim obest causae nostrae, et difficile erit commodum aliquem ei substituere. P. Martinus[5] sibi similis est, placent eius conciones, libertas multis non placet. Doleo saecularibus adeo illum esse familiarem praesertim in symposijs, obtinet iam passim nomen boni socij, diciturque a viris prudentibus non esse societatis. Habent eum libenter Canonici, qui subinde eum inuitant. Adiuuet nos Dominus.

Augustae tot septimanis tantisque sumptibus nihil apud Canonicos in negotio societatis promouit Reuerendissimus[6]. Nolunt illi Augustae societatem alijs conditionibus quam quae superiori anno positae fuerunt[7]. Dilingae nolunt societatem, sed professores alios. Saltem fundationi repugnant fortiter. Varia agitat consilia Reuerendissimus nec aliud fere praeter nostra curare nunc videtur. Dici non potest

---

[1] In * *Catalogo* collegii romani ineunte a. 1565 scripto inter „Humanitatis Auditores“ recensetur „Balthasar Germanus“ (Catal. Rom.-Tusc. 1559—1572 f. 32—33). In * *Catalogis* dilinganis 1. Septembris et 31. Decembris 1566 datis „Balthasar Zugerus“ vocatur „Stockeimiensis Germanus“ et „Mellerstadensis“; unde Zugerum (qui paucis post annis tristem famam sibi erat comparaturus) ex Stockheim, vico prope Mellrichstadt Franconiae inferioris oppidum sito, ortum esse collegeris; atque — id quod ex iisdem Catalogis intellegitur — annorum ille tunc erat fere $15^1/_2$; Societatem ingressus erat Moguntiae a. 1564, vota scholasticorum Societatis Romae emiserat 6. Iunii 1565 („GSC 66“ f. 400^b 403^b).

[2] Significari puto Petrum Dekium, quem ex Edenkoben (Palatinatus rhenani oppido) ortum esse, Romae m. Octobri a. 1563 in Societatem admissum esse, ibidem litteris et humanitati studuisse affirmatur in * *Catalogo* ingolstadiensi exeunte a. 1566 scripto (l. c. f. 408^a).

[3] Hoffaeus. [4] Elderen.

[5] Stevordianus; qui Augustae in ecclesia cathedrali Canisii loco contionabatur; cf. supra p. 73—74 89—90.

[6] De his cardinalis Ottonis conatibus vide supra p. 75 86 et infra mon. aug. (a 5) (a 7).

[7] Ut contionatoris quidem munus in ecclesia cathedrali ab aliquo de Societate, quamdiu capitulo videretur, administraretur, nullum vero aliud ministerium ecclesiasticum a quoquam Socio vel in eadem ecclesia vel in templis ad eam pertinentibus exerceretur; vide *Can.* IV 910—911.

quantum in amore societatis profecerit. Vrget adhuc pro Confessario et Theologo Societatis, qui iuxta Decretum [1] in Collegio habitet, sed specialiter eius seruitio sit destinatus. Dignus est pater, si quis alius, vt omnis illi gratia, quae instituto non repugnet [a] fiat. Renouationi studiorum, quae solenniter nudiustertius post triduanas disputationes, orationes, carmina, distributa praemia, exhibitum dyalogum etc. celebrata est, ipse cum tota aula magna animi sui consolatione interfuit, et eodem die prandium, quod magnifice instrui curarat, apud nos sumpsit. Vniuersitas et Collegium Sancti Hieronymi vtcunque se habent. Magnum se nobis amicum et patronum multos iam dies exhibet D. Gubernator seu Protonotarius [2]. Spe vivimus, prouinciale Concilium expectamus [3]. Vnicus est Augustae Dauus, qui perturbare dicitur omnia [4]. Parcat illi deus, cuius [b] prouidentia in sua dispositione non falletur [5].

Vtinam scholae priuatae nostrorum extinguantur Jngolstadij, vt optant patres, sed quid tunc de aedificio scholarum et Conuictorum? [6] Nihil oberit puto prudenter hoc negotium Dominis [7] per occasionem intimasse, et placebit, ni fallor, illis propter publicos professores, quibus ita satisfiet.

Stephanus qui Augustae agit [8], sacerdos suo tempore creari posset, sed post auditos prius casus conscientiae, controuersias et similia, vt

a) *In autogr. sequitur alterum illi, oblitteratum.* b) *Sequitur* quia, *a Th. C. oblitt.*

---

[1] Vide supra p. 103 et infra mon. it. (29) (30). [2] Cornelius Herlen.

[3] Dioecesis augustana ad ecclesiasticam provinciam moguntinam pertinebat; quae a concilio tridentino de synodis decreta sint, vide supra p. 8[1].

[4] Halbmair? Vide supra p. 68. De verbo „Davus" vide *Can.* III 473[4].

[5] „Deus, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus" etc.: Nunc in liturgia romana oratio (collecta) Dominicae VII. post Pent.; quae oratio iam posita erat in „Sacramentariis" antiquis (S. Gregorii Magni Liber Sacramentorum, Hebd. IX. post Pent. [*Migne*, P. lat. LXXVIII 179. The Gelasian Sacramentary, edit. by *H. A. Wilson*, Oxford 1894, 225]).

[6] In *„Historia de Jnitio et progressu Collegij Societatis Iesu Jngolstadij" a *Sociis ingolstadiensibus* mense Octobri a. 1567 conscripta et Romam ad praepositum generalem missa narratur: Sociis, cum Ingolstadium ad collegium incohandum advenissent, ad habitandum assignatum esse „Collegium vetus" sive aedes ipsius universitatis, „mutatis interim et adiunctis nonnullis aedificijs, praesertim uero scholis nouis, et cubiculis quibusdam ad nostrorum commoditatem exaedificatis . . . Hortus non procul cum adiunctis aedibus fuit emptus ex . . . Principis liberalitate; in quibus aedibus nunc studiosi quidam sub nostrorum disciplina uiuentes, sed alibi uictum capientes, commorantur, horto interim Collegij nostri usibus et commodis inseruiente" („Ass. Germ. Fund. I" f. 3[b]).

[7] Alberti v. Bavariae ducis consiliariis, iis inprimis, qui universitatis curam gerebant (cf. *Can.* IV 569 584 759 et supra p. 50), et maxime Simoni Thaddaeo Eckio, qui „Principis Cancellarius, idemque Patronus Vniuersitatis" vocatur in **Historia*, quam modo (supra adn. 6) dixi.

[8] In domus augustanae S. J. **Catalogo* ibidem exeunte a. 1566 scripto refertur, „Stephanum Creutzler" (Kreitzler; de quo *Can.* IV 256[5] 434 435) iam fere duos annos domus augustanae „procuratorem" agere („GSC 66" f. 356[a]).

mihi videtur. Non plene in externis satisfacit, sed paucis data perfectio. Non inutilem aliquando Collegij alicuius Ministrum fore eum spero. Ad comitandum prouincialem vel similem patrem idoneus inprimis videretur post susceptos ordines.

Scripsi pater de rebus prouinciae ad R. P. Generalem prolixe, vtinam clare et distincte, Alias ad R. T. plura scribam vel coram potius de omnibus communicabo. Vale Reuerende pater et pro filijs tuis ora. Dilingae 12 octobris 1565.

R. T. filius in Domino IESV Theodoricus Canisius.

Johannes Vlmensis amanuensis olim Reuerentiae T. expectat Reuerentiae T. aduentum Augustae[1]. Ecclesiasticus fieri non vult, seruire tamen adhuc cupit Reuerentiae T. Significet quaeso Reuerentia T. an opera eius vti velis.

† Reuerendo in Christo Patri Doctorj Petro Canisio, Prouintialj Societatis JESV per Germaniam superiorem Oenipontj.

Canisius has litteras Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam praepositum generalem misit.

1250. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Venetiis 13. Octobris 1565.

Ex litterarum Polanci apogr. eod. temp. scripto. „Germ. 65“ f. 31 b.

Polancus Societatis secretarius nomine Borgiae Roma 3. Novembris 1565 Canisio scripsit: „Si riceuette quella de V. R. fatta in Narni et altra in Venetia alli .13. del passato.“

Epistula haec veneta perisse videtur.

1251. **P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci de Borgia, praepositi generalis, CANISIO. Roma 14. Octobris 1565.

Ex apogr. eiusd. temp.; in marg., ead. manu: „P. Canisio“. Cod. „Germ. 65“ f. 26a. Epistula usus sum in „*Stimmen aus Maria-Laach*“ LXXI 168.

Socii romani instant, ut archiepiscopo moguntino, Treverensibus, Coloniensibus litterae apostolicae brevi mittantur. Mittuntur litterae ab inquisitoribus de libris prohibitis etc. datae. Quodsi Canisius pontificem eam licentiam amplificantem ipse audivit, id litteris testatum effici necesse non est.

Pax *etc.* Dio .N. Signor habbia accompagnata, et condotta la R. V. con sanità in Augusta, Doue se li indrizza questa per credere presto sarà di là.

Delle cose della Prouincia si scriue al Padre Teodorico[2], Solamente diro in questa che si è usata, et usa diligentia in espedire quelli Breui, ò Bolle, et perl' Arciuescouo di Moguntia[3] questa settimana spero sarà fatta la speditione, et si mandarà quanto prima,

---

[1] De hoc vide *Can.* IV 690 699 708.

[2] P. Theodorico Canisio, Germaniae superioris viceprovinciali.

[3] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

perche si sono dati danari ad uno che hà preso assunto di fare la passare per uia secreta[1].

L' altro spaccjo di Treuere, et Colonia si tiene ben cura di solicitare gli Agenti di quei Prelati[2], ma non sono facili à mouerli, non si mancarà tuttauia di solicitarli.

Qui se manda la Patente dell' Jnquisitori; si dette anche un memoriale al Cardinale Amulio, per fare un uiuae uocis oraculo dela estentione che fece il Papa[3], ma dice che in effetto non si recordaua, et poco mi pare che importa questo testimonio suo, poiche non poteua dire senon quello che noi li dicessimo, et basta in foro Conscientiae che .VR. hà inteso del Papa, che si potesse estendere quella facoltà à quattro ò cinque. Non ho tempo di estendermi in altro, senon raccomandarci tutti nelle orationi etc. Di Roma li .14. di ottobre 1565.

Una cum hac epistula Canisio Roma missae sunt litterae inquisitorum, quibus ipsi, Costero, Vinckio etc. permittebatur, ut libros haereticos legerent et haereticos absolverent atque easdem facultates cum binis aliis communicarent; quas litteras vide supra n. 1245. Atque eodem hoc d. 14. Octobris 1565 *Polancus* nomine S. Francisci de Borgia praepositi generalis * scripsit P. Francisco Costero (Germaniae inferioris „viceprovinciali"): „Qui si manda una patente deli Jnquisitori Generali per lo effetto che V. R. uedera: et parlando à S. Santità si ha contentato potessi communicarsi la licentia di leggere questi libri ad altri doi, senza quelli doi che concedono li Jnquisitori, pur V. R. ueda à chi comunica tal faculta." Et P. Antonio Vinck (provinciae rhenanae praeposito): „Qui si manda à .V. R. una patente dell' Jnquisitori per quello che uedrà; aggionge anche S. Santità che si potesse communicar' la facultà di legere libri, ad altri doi, in modo che V. R. potrà communicarla à quattro, et tenerla per se" (ex apographis eiusd. temp. „Germ. 65" f. 24^b 25^a).

Quod autem ad „Brevia vel Bullas" in hac Polanci epistula commemoratas attinet, Daniel Brendel ab Homburg, archiepiscopus moguntinus imperiique princeps elector, pecunia ex bonis archiepiscopatus sibi obveniente collegium Societatis moguntinum dotare simulque seminarium quoddam clericorum condere et dotare volebat: ad quae Moguntini et maxime, ut videtur, ipse clerus multa impedimenta afferebant (vide infra p. 124). Ideo archiepiscopus litteras apostolicas petierat, quibus ediceretur, ipsum illa praestare libere posse, etiamsi iusiurandum vel promissio aliqua (capitulo metropolitano in electione per „capitulationem" facta?) libertati illi obstare videretur: has autem litteras quam primum et quam minimo pretio soluto ad se mitti cupiebat: vide *Can.* IV 494 533 551 575. Ioannes autem von der Leyen (a Petra) archiepiscopus treverensis imperiique elector Bullam desiderabat, qua treverensis monasterii S. Barbarae bonorumque ipsius in collegium Societatis treverense transferendorum facultas ipsi concederetur et confirmaretur; monasterium illud virginum ordinis Praedicatorum fuerat; at disciplina religiosa lapsa, aedes a. 1552 per Alberti Alcibiadis marchionis brandenburgensis milites devastatae erant; ac cum moniales — supererant quinque — redire et „reformationem" ab archiepiscopo propositam subire recusassent, a. 1556 monasterium dissolutum eiusque bona „mensae archiepiscopali" adiuncta erant (*J. Marx,* Geschichte des Erzstifts Trier II 2, Trier 1862, 457—458).

[1] De hac via vide infra n. 1256.

[2] De his litteris hisque procuratoribus („Agenti") vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[3] Litteras, quibus Amulius Pium IV. verbis sive „vivae vocis oraculo" facultatem (libros prohibitos legendi; vide supra n. 1245) ab inquisitoribus per litteras datam amplificasse testaretur; huiusmodi litterarum formam vide *Can.* III 179—180.

Archiepiscopus diplomatibus ex „Pfalzel" 19. Martii 1565 et ex „Ehrenbreitstein" 21. Maii 1565 datis monasterium cum eius villis, praediis, vineis collegio treverensi attribuerat (*Hansen* l. c. 510[1] 515). Coloniense denique negotium non ad archiepiscopum, sed ad rempublicam et universitatem coloniensem spectabat; Colonienses enim instaurari et ad 12 annos extendi cupiebant „indultum tertiae gratiae", primum a. 1559 a Paulo IV ad tres annos datum, deinde a Pio IV. ad idem tempus prorogatum, quo concedebatur, ut beneficia ecclesiastica (canonicatus, praebendae) in undecim illis, quas Colonia habebat, ecclesiis collegialibus mensibus Martio, Iulio, Novembri (qui menses ex „papalibus" [1] erant) vacantia in professores universitatis conferrentur atque ita victus iisdem provideretur (*Fr. J. von Bianco,* Die alte Universität Köln und die spätern Gelehrten — Schulen dieser Stadt I, Köln 1855, Anh. 142—146. *Hansen* l. c. 480[2]. *H. Keussen,* Die Stadt Köln als Patronin ihrer Hochschule, in „Westdeutsche Zeitschrift für Wissenschaft und Kunst" IX, Trier 1890, 403).

Haec Romae curare, proxime quidem erat procuratorum („Agenti"). Ac Coloniensium procuratorem aliquando agebat Arnoldus Vogelsang (*Hansen* l. c. 480[2]); hoc autem negotium curatum esse potissimum a Caspare Gropper Rotae romanae auditore et bonnensi (Bonn) praeposito intellegitur ex Canisii litteris 20. Aprilis 1566 ad Borgiam datis. Treverensium autem procurator in *P. Antonii Vinck* S. J. *epistula Treveris 8. Februarii 1566 Romam ad Borgiam missa vocatur „D. Funkio", „Funckio" (ex autogr.; „G. Ep. VII" f. 366[a]); neque dubium est, quin is fuerit idem atque „Ioannes Vonchius", quem a. 1561—1563 leodiensis episcopi procuratorem Romae fuisse constat (*Iulii Pogiani* Epistolae, ed. ab *Hier. Lagomarsinio* S. J. II, Romae 1756, 300 320; III, Romae 1757, 6 283). Is Romae in „signatura iustitiae" revisorem agebat et bis ecclesiae B. Mariae de Anima Teutonicorum „provisor" fuit, a S. Pio V. a. 1569 ad complures Germaniae episcopos legatus est; deinde in Belgio varia et gravia negotia publica curavit; gandavensis (Gand) quoque episcopus nominatus est; cuius officii susceptionem Vunckii mors (1585) praevenit (*Jos. Schmidlin,* Geschichte der deutschen Nationalkirche in Rom S. Maria dell' Anima, Freiburg i. Br. u. Wien 1906, 366—367. *Fam. Strada* S. J., De Bello Belgico Decas prima, Antverpiae 1649, 513; Decas secunda, Antverpiae 1648, 51 112). Negotium autem moguntinum atque, puto, etiam treverense P. Antonius quoque Vinck, provinciae rhenanae praepositus, cum aestate anni 1565 Romae congregationi generali Societatis interesset, urgebat [vide infra mon. germ. l. (13)]; ad hanc enim provinciam collegia moguntinum et treverense pertinebant. Atque P. Franciscus Costerus S. J., theologiae in universitate coloniensi professor, antequam ad eandem congregationem proficisceretur, a republica et universitate coloniensi rogatus erat, ut Romae indultum illud ea, quam modo dixi, ratione instaurandum curaret simulque Colonienses „purgaret apud summum pontificem contra falsas quorundam calumnias". Anno enim 1563 aliqui ad Datarium romanum detulerant: Indultum illud non esse necessarium; praebendas enim sat multas praesto esse; sed eas in ineptos conferri; exstare tantum „umbram et vestigium universitatis et paucissimos professores et scholares esse"; „maiorem partem civium haeresi infectam esse". Costerus sibi rem curae fore promiserat (*Hansen* l. c. 480[2] 512). Ac Roma 10. Septembris 1565 Sanctus *Franciscus de Borgia,* praepositus generalis Societatis, Coloniam ad „rectorem universitatis" (Aggaeum Snecanum? Cf. *Bianco* l. c. I 834) * scripsit: „Accepi Magnificentiae Vestrae litteras quas D. Franciscus Costerus ad Generalem congregationem ueniens detulit . et tum quod res ipsa tam honesta et pia id exigit, tum

[1] Ex „Concordatis" Germaniae a. 1418 Constantiae et a. 1448 Vindobonae (Aschaffenburgi) sancitis collatio beneficiorum ecclesiasticorum (aliquibus exceptis), cum haec mensibus Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Septembri, Novembri vacare coepissent, ad romanum pontificem pertinebat (*J. D. Mansi,* SS. Conciliorum Collectio XXVII, Venetiis 1784, 1190. *Christ. Guil. Koch,* Sanctio pragmatica Germanorum illustrata, Argentorati 1789, 228—229).

quod Magnificentiae Vestrae ac toti Vniuersitati et clarissimo senatui inseruire quam maxime cupimus, nec defuimus hactenus comendato per litteras officio nec in posterum deerimus, et si qua ratione id a nobis obtineri poterit quod curamus, res ipsa testabitur animi nostri affectum ad uestra obsequia quam maxime propensum" (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65" f. 3[a]). At tum Costero tum Vinckio Roma abeundum fuit, antequam negotia illa plene expedita essent. Quare Canisius, quem diutius Romae haerere oportebat, eam curam in se suscepit; sed ne ipse quidem causam absolvere potuit. *Polancus* Roma 14. Octobris 1565 Vinckio * scripsit: „La speditione di Santa Barbara peril Collegio di Treuere anche si spedirà et senza compositione [1], perche il Papa ha fatta la gratia" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 24[b]).

Una cum Polanci litteris Petro Canisio destinatis, quas modo posui, in Germaniam superiorem missae sunt alterae eiusdem *Polanci* litterae eaeque eodem die datae: quas et ipsas ad Petrum Canisium datas esse dicerem, nisi ex rebus, quae in iis dicuntur, et maxime ex earum „Postscripto" colligerem, eas Theodorico Canisio, qui Germaniam superiorem cum viceprovincialis nomine ac potestate et tunc regebat et proximis mensibus administraturus erat, missas esse, ut ab eo per provinciae collegia promulgarentur vel ad effectum deducerentur; sunt autem hae: „Jntendendo le tragedie che sono fatte in Dilinga per Conto d'vn Baron Polono scolare [2], pare serà spidiente si promulgi, et osserui quella regula: Che si é nelli Collegij nostri di non accetar nella Compagnia nostra alcun scolaro di quelli, que uengano alle scole senza consenso di quelli [a], che li mandano a ditte scole, et hanno cura di essi. Et si alcuno paresse atto, et chiamato da Dio N. Signore et recercassi esser accettato, se li potrebe dire, che per qualche poco di tempo se ne andasse altroue a studiare in altro logho, ouero a casa sua, finalmente che non uenesse alle scole nostre per qualche pocco di tempo. Et dopoi potrebbe, uenendo esser accettato. Benche sendo persona conosciuta piu pare conuerrebbe che entrasse in altro Collegio se si temesse turbatione in altri scholari per tal conto [3]. di Roma 14 octob: 1565. Per Commissione di N. Padre Preposito Joanne di Polanco.

V. R: habbia aduertenza, che siano prouiduti li padri, et fratelli de vestimenti, in modo, che non habbino a patire per questa inuernata, Cossi conseruino li soggeti. Che cossi l'ordina N. Padre Generale" (ex apographo in collegio ingolstadiensi eodem fere tempore scripto. „Antiqu. Ing." f. 87[a]).

1252. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 23. Octobris 1565.

Ex litterarum Borgiae apogr., eod. temp. scripto. „Germ. 65" f. 36.

De Canisii infirmitate. De confessariis, Barbarae et Ioannae, Ferdinandi I. caesaris filiabus, Ferrariae et Toscanae ducum uxoribus, concedendis.

Borgias (per Polancum?) Roma 13. Novembris 1565 Canisio scripsit: „Fu riceuuta quella de V. R. di .23. del passato, et ci rallegramo in domino dell' arriuata sua in Jspruch, benche compatiamo al trauaglio dela infirmita." [4] *Haec Canisii epistula perisse videtur. Quid autem ille scripserit, intellegitur ex Borgiae litteris modo memoratis. Ex quibus hic hanc tantum particulam adiungo, quae ad oenipontanam hanc Canisii epistulam spectat: „Circa li doi confessori che si haueuano*

a) *Sequitur* que, *oblitteratum.*

[1] De pecuniae solutione sive taxa, quam „compositionem" vocabant, vide *Can.* IV 494[4]. [2] Hieronymi Rosdracevii? Cf. supra p. 44.

[3] Ita Borgias aliqua ratione moderari vel explicare voluisse videtur ea, quae de Societatis discipulis in eam admittendis sanxerat S. Ignatius a. 1554 et 1556 (*Can.* III 369).

[4] Canisius 21. Octobris Oenipontem advectus, ibidem per octo dies febri detentus est; vide infra monum. oen. (2).

à dare alle due regine, non si po ne si deue mancare de darli, et benche la deputatione fatta più mi piacerebbe[a] *che altra, pur si rimette à V. R. mandar quelli, o altri, essendo persone de*[b] *[?] dotte et che sodisfacciano per il fine che si pretende.*"

Ex quinque illis „reginis" Ferdinandi I. imperatoris filiabus Oeniponte habitantibus, quae ab a. 1563 Societatis sacerdotes habuerant contionatores et confessarios, a. 1565 duae matrimonio iunctae sunt: Barbara cum Alphonso II. Ferrariae duce, Ioanna cum Francisco, Cosimi de Medicis filio, qui postea magnus dux Etruriae fuit. Utraque autem optabat, ut in Italia sacerdos aliquis de Societate sibi praesto esset, cui peccata (germanice) confiteretur etc. Atque primum quidem Societatis moderatores P. Guilielmum Elderen et P. Paulum Hetzcovaeum (vide supra n. 1246) iis concedere cogitarunt; deinde pro Hetzcovaeo P. Laurentium Hermanutium sive Hermann (cf. *Can.* IV 375 518) mittere statuerunt. Ita enim P. *Theodoricus Canisius* viceprovincialis Dilinga 8. Novembris 1565 Romam ad Borgiam *scripsit: „Constitutum est de Confessarijs Reginarum. P. Guilielmus Oenipontum iam profectus est vt Florentinae a confessionibus sit. Pater Laurentius, qui Oeniponti et Monachij ministrum aliquando egit, donatus est Ferrariensi, loco M. Pauli Hetzcouei, qui in vtroque homine male habere dicitur, et induci non potuit vt in Jtaliam iret." (Ex autogr. „G. Ep. VI" f. 88[b].)

1253. CANISIUS **IULIO MANCINELLO S. J.**, in collegio romano litteris studenti. Augusta Vindelicorum (?) exeunte a. 1565 (?).

Ex libro „Vita del P. Pietro Canisio della Compagnia di Giesù. Composta dal P. *Giacomo Fuligatti* della medesima Compagnia. In Roma 1649" p. 135—136. Fuligattius, unde ea hauserit, non significat.

Se multum solacii cepisse ex piis meditationibus, quas Mancinellus sibi Roma in Germaniam redituro proposuerit.

„Trouandosi", inquit Fuligatti, „il P. Canisio in Roma, con occasione d'vna Congregatione Generale, seppe ch'in Collegio Romano studiaua vn giouane, con opinione di molta virtù, chiamato Giulio Mancinelli, il quale volle egli conoscere: et hauendo con esso lui ragionato alcune volte; auanti di partir di Roma, con molt' instanza, richiese da lui, che li volesse suggerire alcune pie considerationi, per esercitarsi in esse nel viaggio, che doueua fare, tornando in Germania. Stupì il giouane à questa proposta, considerando ch'vn huomo di quell' età, credito, e perfettione richiedesse istruttione spirituale da lui, che nouitio si poteua chiamare in quella professione, e disse non esser' atto à far ciò, che era richiesto. La profonda humiltà del P. Canisio con tutto ciò hebbe in quella pacifica contesa la vittoria: e poi con lettera à posta ringratiò il Mancinelli della carità, che haueua vsata con lui, per hauere raccolta molta consolatione spirituale dalle considerationi da lui proposteli."

Iulius Mancinellus (1537—1618) maceratensis Societatem ingressus esse traditur Romae 14. Maii 1558 (*Sommervogel*, Bibl. V 460—462); m. Maio a. 1561 in collegio romano „physicus tertij anni" et auditor metaphysicae erat (*Sommervogel*, Les Jésuites etc. f. C[a]): philosophiae cursu absoluto fortasse in collegio aliquo iussus est (qui Societatis mos est) magistrum agere; eum a. 1563 Romae theologiae studuisse ex * *Catalogo* quodam collegii romani intellegitur; in eiusdem collegii Catalogis ad a. 1564 et 1565 pertinentibus, qui quidem exstant, non comparet; in his tamen nomina aliqua deesse ex R. P. *Petro Tacchi Venturi* S. J., harum rerum peritissimo, accepi. Quare si Fuligattio credi potest — romanus is erat et fere semper Romae degebat († 1653) — Canisium alicuius congregationis generalis gratia Romam advectum cum Mancinello egisse narranti, equidem eum non a. 1558, quo primae congregationis tempore (a medio fere Maio ad initium m. Augusti) Romae fuit, sed a. 1565, quo secundae congregationis caussa Romam evocatus ibique ab exitu m. Maii ad exitum Septembris moratus est, cum Mancinello congressum esse censeo: nam

a) *Sequitur* piu, *a libr. oblitteratum.* b) *Hoc v. librarius, puto, oblitterare debuerat.*

in hunc annum longe magis, quam in a. 1558 conveniunt, quae Fuligattius affirmat: Mancinellum tunc litteris studuisse, magnae virtutis laude floruisse, in Societatis professione tyronem haberi potuisse. Mancinellus m. Augusto a. 1566 in novam domum probationis Romae apud sacellum S. Andreae in monte Quirinali comparatam partem iuventutis illius ex domo professa induxit (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 16); paullo post perusini, deinde florentini collegii rector constitutus est; postea Italiam, Albaniam, Hungariam, Poloniam, Moldaviam, Valachiam, Asiam minorem, Algeriam apostolicis laboribus excoluit et Neapoli cum sanctitatis et miraculorum fama ex vita decessit (*Jul. Cordara* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars Sexta I, Romae 1750, l. 3, n. 11—13. *Sav. Santagata* S. J., Istoria della Compagnia di Gesù, appartenente al Regno di Napoli III, Napoli 1756, 138 360 461 574. *Alfr. Hamy* S. J., Galerie illustrée de la Compagnie de Jésus V, Paris 1893, 75).

Cellesius, Mancinelli biographus, cum eo Canisium vel coram vel per litteras egisse non commemorat (Vita del Servo di Dio Padre Giulio Mancinelli, scritta dal P. *Jacopo Cellesi* S. J., Roma 1668).

1254. CANISIUS CARDINALI **MARCO ANTONIO AMULIO**, episcopo reatino.

Augusta Vindelicorum sub 2. Novembris 1565.

Ex litterarum Borgiae apogr., eod. temp. scripto. „Germ. 65“ f. 40[a].

Borgias Roma 17. Novembris 1565 Canisio: „Ci siamo rallegrati in domino intendendo perle lettere de V. R. de .2. del presente che con sanita fossi arriuato in Augusta. . . . Le lettere peril Cardinal Amulio si sono uiste et si daranno al detto Cardinale.“

Hae litterae adhuc non sunt repertae. Ceterum cf. supra p. 99 106.

Doctissimus vir *Latinus Latinius* 11. Decembris 1563, quo tempore Romae Iacobo cardinali Puteo ab epistulis erat, ad Andream Masium de Amulio scripsit: „Videtur Summus Pontifex in eo homine ornando, atque augendo fortunis non mediocrem operam ponere, quod ad multa obeunda negotia virum singulari quadam naturae dote aptum, summa prudentia, atque dexteritate praeditum esse perspexit. Quare cum Morono ad intima consilia admittitur, nec quisquam est praeter Borromeum Cardinalem Pontificis sororis filium, qui eum auctoritate, et gratia superare videtur“: Latini Latinii Viterbiensis Epistolae etc., ed. a *Dominico Magro* II, Viterbii 1657, 110. Ac cum S. Carolus Borromaeus sub m. Septembrem a. 1565 Roma Mediolanum — archiepiscopus enim mediolanensis ipse erat — ad concilium provinciale habendum et alia constituenda abisset (*J. P. Glussianus*, De Vita et rebus gestis S. Caroli Borromei, ill. a *B. Oltrocchi* l. 1, c. 10 11), eius loco apud Pium IV. Amulius rerum summam administrasse videtur; ita enim cardinalis *Franciscus Pacechus* (Pacheco) Roma 23. Septembris 1565 Philippo II.: „El Cardenal Emulio, que platica interin secretamente con el Papa, después de partido Borromeo, me dixo“ etc. (Colección de Documentos inéditos para la Historia de España, por el Marqués *de la Fuensanta del Valle* etc. CI, Madrid 1891, 111). Idem Amulius hoc anno 1565 cardinali Vitellotio Vitellio in bibliothecae vaticanae suprema praefectura successit (*Th. v. Sickel*, Römische Berichte I, in „Sitzungsberichte der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften“ CXXXIII, Wien 1896, 14[2]).

1255. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 2. Novembris 1565.

Ex epistularum Borgiae apographis eodem tempore scriptis. „Germ. 65“ f. 39[b] 40 48[b]—49[b] et „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567“ f. 98.

Se iter rhenanum tam cito absoluturum, ut comitiorum tempore Augustae sit. Socios, qui ducum tusci et ferrariensis uxoribus a sacris confessionibus futuri sint,

difficiles se praebere debere ad aliorum libellos supplices tradendos. Cum Germanorum valetudine usum olei non convenire.

Borgias Roma 17. Novembris 1565 Canisio: „Ci siamo rallegrati in domino intendendo perle lettere de V. R. de .2. del presente che con sanita fossi arriuato in Augusta.“ Et Roma 12. Decembris 1565 Theodorico, ipsius fratri: „Rispondero anche in questa ala lettera de 2. de nouembre del Padre Prouinciale Canisio.“ Atque Borgias una cum litteris 17. Novembris 1565 ad Canisium datis, quas dixi, alteras misit eodem die ad Ottonem cardinalem Augustanum datas; in quibus: „Della missione“, inquit, „del Padre Canisio da lui istesso sara informata V. S. Illustrissima: mi ha piaciuto de intender per sue lettere che habbia animo di tornar presto in Augusta, accio ui si possa trouar al principio della dieta, et cosi se li raccomanda nela alligata lettera.“

Canisii litterae perisse videntur. Ex Borgiae tamen epistula, quam primo loco memoravi, intellegitur, ipsum, cum aliquanto post (per Polancum) rectoribus florentino et ferrariensi aliqua „ex Germania“ ad se scripta esse nuntiaret, has Canisii litteras significasse. Ita igitur *Borgias* litteris Roma 8. Decembris 1565 Florentiam missis P. Alphonsum Sgariliam S. J. collegii rectorem * monuit de P. Guilielmo Elderen S. J., qui Augusta in Italiam missus erat, ut Ioannae Ferdinandi I. imperatoris filiae et Francisci Tusciae ducis uxori a sacris confessionibus esset: „Siamo stati auisati che in questi principij conuiene uada assai retenuto detto Padre Gulielmo, in pigliare assunto de dar suppliche de diuerse persone riceuute à detta Signora Duchessa, etiam che siano per pie opere, et se li scriue consulti con V. R. deli officij, che hauera à fare, et lei anche stia molto sopra di se nel consegliare si accettino questi assunti, benche qualcuno non si debbia ne si possa recusare, et si iudicara V. R. che sia tale qualcuno, potra dir il suo parere al P. Gulielmo. . . . Ci hanno auisato di Germania, che l'uso del oglio non è bono per il Padre Gulielmo. V. R. li dica che li scopri il bisogno suo liberamente et facciali prouedere, tanto nel mangiare, quanto nel uestire .etc. che lui lo satisfara bene per altra uia.“ „Oleum“ autem Polancus, Borgiae nomine scribens, significat illud, quod in Italia etiam nunc potissimum iis diebus ieiuniorum, quibus non licet „lacticiniis“ vesci, condiendis cibis adhibetur. Atque idem *Borgias* eodem die P. Fulvio Androtio S. J. collegii ferrariensis rectori de P. Laurentio Hermanutio S. J., qui Barbarae Ferdinandi I. imperatoris filiae et Alphonsi ducis ferrariensis uxori assignatus erat confessarius, * praecepit: „Ci auisano de Germania che in questi principij conuerra andar ritenuti nel raccomandare molte cose alla detta Signora Duchessa, non tanto risguardando á lei (che è molto affettionata alla Compagnia nostra) ma al Signor Ducha, et cosi se li scriue al Padre Lorenzo, uada ritenuto, et si consegli con V. R. quando li fossi ricercato di far officij o presentar suppliche ala Duchessa. Perche si bene non si possa ricusare alle uolte qualche officio pio simile, ne si deua . molti forsa 'si doueranno recusare con bone parole. . . . Ci auisano che alli todeschi noce l'uso de l oglio. V. R. esorti il Padre Lorenzo à dirli confidentemente li suoi bisogni circa il uitto, uestito .etc. et habbia cura de lui . che ben lo ricompensara quel che si spendera per esso.“

1256. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 3. Novembris 1565.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine epistulae, eadem manu: „Augusta Padre Canisio“; in margine „Postscripti“, eadem manu: „Aggiunta à quella del Padre Canisio.“ Cod. „Germ. 65“ f. 31[b]—32[b]. Epistulam adhibui in „*Stimmen*“ etc. LXXI 73 74.

Episcopus herbipolensis collegium habebit, cum et ipse reditus sufficientes, et Societas homines idoneos suppeditare poterit. Socii romani instant, ut episcopis Germaniae litterae apostolicae mittantur; sed procuratores coloniensis et treverensis tardiores sunt; negotio herbipolensi orta est difficultas ex „compositione“. Adiungitur

bulla moguntina; cuius „via secreta“ mittendae gratia cuidam 100 scutata dantur; opera datur reliquis bullis simili via mittendis. Praepositus generalis Sociis germanis privilegia confirmat. Professorum commutatio. Testimonium magisterii. Novicii. Epistulae S. Ignatii Antiocheni cum exemplo vaticano conferendae. Filius consiliarii wurttembergensis. Viatica restituenda. Rector oenipontanus queritur, homines infirmos sibi mitti.

Pax *etc.* Si riceuette quella de V. R. fatta in Narni et altra in Venetia alli .13. del passato. Dio N. Signore l' habbia accompagnato con sanita in Augusta et tutto il resto del Viaggio, et circa la mente, de N. Padre intorno al collegio Bipolense, quella é conforme al decreto dela Congregatione[1] che si faccia quel che si potra per aiutar il bon[a] Vescouo[2], et quando ci sara dal canto di esso et[b] [?] intrata sufficiente, et del canto nostro operarij (quali alpresente non si uedono fatti, ma tuttauia si andaranno facendo col fauor diuino,) si accettara quel assunto uolentieri, ma non si po dare certezza del tempo, di quà .V. R. ueda di là quel che si po sperare . etc.

Quá non si è mancato di sollecitare le espedittioni perli Vescoui de Germania, ma in uero l' agente de Colonia[3] mai si è lasciato uedere, benche io ho raccomandato lo cerchino et sollecitino, quello de Treuere[4] ua anche adaggio, ma il nostro sollicitator[5] lo sueglia, Jl negocio de Herbipoli ha patito alcune difficultà, dicendo il datario[6] che importaua tre millia scudi la compositione[7], ma tuttauia aggiutando il Cardinal de Altaems[8], spero si hauera. Il spaccio de Maguntia ua quì[9], con una lettera al Prouinciale del Rheno[10], perche

a) *Supra versum scriptum.* b) *Sic ap.; hoc et verbis* dal canto *praeponendum fuisse videtur.*

---

[1] Congregatio generalis II. die 12. Iulii 1565 praeposito generali „serio commendaverat“, ne in posterum nova admitteret collegia, nisi „ad commune bonum Ecclesiae Dei magnum momentum habitura“, et „quoad eius fieri posset“, bene „dotata“, et quibus administrandis praesto essent homines idonei: Decr. 8. post elect. (*Institutum* Societatis Iesu II 195—196); plura vide infra monum. it. (22).

[2] Fridericum a Wirsberg, qui Herbipoli collegium instituere vehementer cupiebat.

[3] Casparem Vogelsang significari puto; cf. supra p. 116. Etiam Caspar Gropper, auditor Rotae romanae, et Theophilus ab Herhema, cubicularius pontificius, hisce annis Coloniensium causas apud curiam romanam agebant (*Hansen* l. c. 406^1 427^4 480^2 582^1. *M. Lossen,* Der Kölnische Krieg. Vorgeschichte, Gotha 1882, 43).

[4] Ioannes Funck; vide supra p. 116.

[5] *Borgias* *litteris publicis Roma 3. Octobris 1565 datis „Aduocatum Horatium Mandosium Romanum“ suum omniumque Sociorum „aduocatum“ constituerat (ex apogr. eiusd. fere temp.; „Decr. et Instr. 1540—1573“ f. 265^b).

[6] Datarii officio tunc functum esse Galeottum (Galeatium) Gegald episcopum balneoregiensem (Bagnorea) colligo ex aliquibus illius aetatis litteris. Idem affirmatur a *Gaet. Moroni,* Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica XIX, Venezia 1843, 134.

[7] Negotium hoc ad bona monasterii S. Agnetis herbipolensis Societati assignanda spectabat; vide *Can.* III 365^2; IV 377 405 411.

[8] Marcus Sitticus ab Hohenems, episcopus constantiensis et Pii IV. nepos; cf. *Can.* IV 15^6 158^3.

[9] De his litteris pontificiis vide, quae sub ipsam hanc Polanci epistulam dicentur.

[10] P. Antonio Vinck.

pure con commissione di esso, si dette la cura dela espeditione à certa persona che lui sa, ilquale ha procurato di passare la bolla per uia secreta [1], et seli sono dati in parte, et in parte promessi insin' à cento scudi, perche si dice che il Padre Antonio haueua offerto insin' à cento et cinquanta, è uero che oltra la compositione dela quale non uolse niente il Papa, se non andaua per uia secreta la bolla, intendo che uoleuano seicento ducati de camera [2], quanto alle altre bolle, uederemo quel che si potrà fare, se si potra impetrare che uadino per uia secreta et senza spese etiam deli officiali, o con molte poche si fara.

La confirmatione che V. R. dimanda deli Priuilegij de Nostri Padri Prepositi passati in aiuto dela messe[a] germanica, N. Padre Preposito[b] lo concede, quanto amplamente pò [3].

Dela commutatione del Padre Torres col Padre Pisa [4], V. R. fara quel che meglio li parera in domino.

Al mastro Marquez se mandara il testimonio che ricerca del suo grado, con il primo Corriero, come spero [5].

All' inferior Germania scriua V. R. non li mandino nouicij senza prima auisare, et hauer risposta se li uole.

a) messa *ap.* b) *Hoc v. supra vers. scriptum est.*

---

[1] Alexander VI. ineunte saeculo XVI. officium „summatoris" condiderat, qui litteras quasdam apostolicas facilius expediendas curaret, aliquos ex ritibus usitatis vel etiam „clausulas" quasdam, quae „regulis cancellariae" exigebantur, omittendo. Atque ita etiam nonnunquam singularibus de causis aliae litterae pontificiae faciliore illa et breviore via, quam „secretam" curiales appellant, expediuntur (*G. Phillips,* Kirchenrecht VI, Regensburg 1864, 389. *J. H. Bangen,* Die Römische Curie, Münster 1854, 440—441).

[2] Cardinalis *Otto Truchsess* Bolzano 22. Novembris 1563 cardinali Stanislao Hosio scripsit: „Expeditiones, quae petuntur, omnino gratis fieri, vt plurimum ab officialibus curiae, qui officia emta habent, impediuntur" (*Cyprianus* l. c. 338). Ad quod plenius explicandum valent ea, quae *Zacharias Delphinus,* apostolicus apud Ferdinandum I. nuntius, Praga 13. Decembris 1561 ad Iulium Pflugium episcopum naumburgensem (rem nonnihil exasperans, puto) rettulit: „Fieri nequit, vt officiales iura sua facile condonare velint. Etenim mandante PP. gratis omnia expediri, vt illi verbo contradicere non audent, ita factis expresse contradicunt, prorogant enim expeditiones, causamque emergentibus de nouo negotiis ascribunt" (l. c. 559).

[3] Facultates dici videntur leges abstinentiae et ieiunii relaxandi, breviarium illud brevius recitandi eiusque usum aliis concedendi, conversandi cum haereticis etc., missam quovis loco dicendi, vestes sacras benedicendi, et similes; cf. *Can.* I 196—197; II 298—299; III 33 70 703[4] etc. De facultatum illarum usu vide *Can.* II 733; IV 472 474. Cf. etiam *Leo Mergentheim,* Die Quinquennalfakultäten pro foro externo. Ihre Entstehung und Einführung in deutschen Bistümern II, Stuttgart 1908, 17—26. [4] Hic Ingolstadii, ille Dilingae theologiam docebat.

[5] Fr. Ioannes Marquez in universitate ingolstadiensi philosophiam tradere iussus erat (*Io. Nep. Mederer,* Annales Ingolstadiensis Academiae I, Ingolstadii 1782, 298; et vide supra p. 51). Albertus V. dux 20. Martii 1565 pronuntiaverat: Si quis de Societate in facultatem philosophicam vel theologicam admitti vellet, opus non esse, ut prius in ea ad gradus academicos promoveretur; sed satis fore, si praepositi vel generalis vel provincialis testimonium afferret, quo eum ad docendum idoneum esse affirmaretur (*Duhr,* Jes. I 58—59).

Scripta quaedam per Tramezzinum Augustam missa sunt.

Al Padre D. Theodorico Viceprouinciale, si rispondera con la prima che partira in breue, ci mando quà certe epistole grece di Santo Ignatio . per conferirle con l'esemplar uecchio del Vaticano; secondo che diceua la soprascritta[1], ma[a] non si faceua mentione nelle lettere, non so si questa sara cosa ricercata da V. R.[2] Lei ci auisara quel che uuole si faccia, pare si mandano[b] [?] queste Epistole con certe altre lettere per il collegio Germanico et per noi, con un certo tudescho[3] figliolo del consigliero del Duca di Vitinbergha[c], ilqual anche ci era raccomandato, ma non è comparso lui altrimente et le lettere uennero perla posta di Venetia che ci fecero pagare intorno à .15. giulij, il Padre Gulielmo[4] che ha scritto in sua raccomandatione potra dire chi era costui.

Stiamo con mediocre sanita, dio lodato, et ci raccomandiamo nelle orationi et sacrificij de V. R. et del Padre Theodorico Viceprouinciale, che aprira questa in absentia de V. R., et se lei fossi passata oltra, la mandara dal Padre Prouinciale del Rheno. De Roma li 3. de nouembre 1565.

Il Padre Dirsio[5] dice hauer speso in mandar il Padre Pinedano con mastro Dominicco .70. floreni, deli quali uorebbe fosseno restituiti .52. et pare giusto che il collegio al quale hanno seruito senta questa grauezza, più presto che quello de Enyponto[6]. Si lamenta anche deli fratelli amalati che si mandano in quel suo collegio, alli quali ne il freddo ne li cibi di quel luogho sono propitij. V. R. habbia raccomandata questa sua dimanda in quanto è ragioneuole, perche pare che anche il medico loro li dia tal conseglio.

Una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, a Polanco ad Canisium missae sunt litterae quaedam apostolicae siue pontificiae, Moguntinis destinatae. De his ipse *Pius IV.* 16. Septembris 1565 Petro Donato Cesio episcopo narniensi *scripserat: „Lassarete passar per Via Secreta le Bolle del Motu proprio concesso da noi al'Arciuescouo di Magunza per far alcuni Seminarii, et altre opere pie che cosi ,e, mente nostra" (ex apogr. eiusd. temp.; „Rhen. Sup. Fund. Coll. A—W" f. 374). Exstat etiam huius *„Motu proprio" commentarium sive „minuta": Pontifex archiepiscopum laudat, quod collegium Societatis instituerit; simulque hortatur, ut „aliud pro seminario clericorum Collegium" ex concilii tridentini praescripto condat; „neque in his duobus

a) *Supplendumne* perche? *An ex proximo v.* faceua *corrigendum* facendo? b) *Corrigendumne* mandarono *vel* mandorno? c) *A libr. correctum ex* Vitingergha; *sed ille scribere debuerat* Virtenberga; *vide infra mon. it. (14).*

[1] Vide, quae de his S. Ignatii Antiocheni litteris sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[2] De his epistulis vide infra p. 124—125.

[3] Sebastiano; cuius pater ex Christophori ducis wurttembergensis consiliariis erat; vide infra monum. it. (14).

[4] Elderen. [5] Rector collegii oenipontani.

[6] P. Alphonsus Guttierez sive Pinedanus et Fr. Ioannes Dominicus Facciardus, cum Ingolstadii docuissent, ob adversam valetudinem in Italiam missi erant; v. supra p. 88 89. Facciardum postea societatem reliquisse affirmatur in antiqua **Historia* collegii dilingani (Cod. frib. „Hist. coll. Dil." f. 2[a]).

collegijs omnibus suis numeris absoluendis et ordinandis ac ornandis, annuis suis redditibus (tametsi per conuentiones, seu constitutiones aliquas Capituli moguntini, ante seu post electionem eiusdem archiepiscopi, aut quouis alio tempore factas, sibi fortasse de illis non nisi in certos vsus disponere liceat) parcendum" esse, monet eiusque rei gratia archiepiscopum „eximit et liberat" ab omnibus illis „conditionibus, constitutionibus" etc., „etiam per iuramentum roboratis"; sin autem eidem, antequam collegia absolverit et dotaverit, vita cedendum erit, pecuniam et reliqua, quae ad ea absolvenda necessaria erunt, iis relinquere, neque quisquam in posterum ab iisdem illis duobus collegiis bona illa auferre poterit (l. c. f. 377).

Polancus autem iam 14. Octobris 1565 Borgiae mandatu Roma ad P. Antonium Vinck, provinciae rhenanae S. J. praepositum, *scripserat: „Il motoproprio peril Reuerendissimo elettore di Moguntia questa settimana pensamo sara spedito, et fatte le Bolle, et quantunque il Papa hà fatto gratis quel che li toccaua, perche li officiali uoleuano 600. ducati, si è procurato, uada per uia secreta, che no costara piu de cento scudi, o Ducati, quali si danno á quelli che l'hanno negotiato, et come intendo, per ordine di V. R." Atque idem *Polancus* eiusdem Borgiae nomine Roma 3. Novembris 1565 P. Ioanni Dyrsio S. J. rectori collegii oenipontani *scripsit: „Mittuntur hic litterae quaedam ad Patrem Canisium cum quibusdam diplomatibus Summi Pontificis non parui momenti, in fauorem collegij Maguntini. R. V.[a] cum prima sese commoditas obtulerit, mittat Augustam quaeso[b]. si enim ulterius progressus fuerit P. Prouincialis, P. Theodoricus ipsius frater Maguntiam mittet, et si latori aliquid solutum fuerit, recuperare poterit R. V. a Maguntino Collegio." (Ex apographis eiusd. fere temp.; „Germ. 65" f. 24[b] 32[b].) Eadem diplomata commemorantur etiam in **Historia* collegii moguntini S. J., sub exitum saeculi XVI., ut videtur, scripta, ubi de Daniele Brendel archiepiscopo et principe electore haec referuntur: „Supplicauerat Illustrissimus Princeps Moguntinus Pontif. Maximo Pio 4º ab ineunte anno 1564, vt in dotationem Collegij Societatis Moguntinae[c] [?], atque alterius erigendi Erfordiae, et Seminarij iuxta Trid. Concilij decretum instituendi de redditibus et fructibus sui Archiepiscopatus citra Moguntini Capituli consensum, expendere posset quadraginta aut quinquaginta milia[d] florenorum. De hac re igitur Summus Pontifex per P. Petrum Canisium missum ad Reuerendissimum litteras dat, facultatemque petitam concedit." (In a. 1565. Cod. „N.º 111 Historia Collegii Societatis Iesu Moguntini, ab A. 1561 usque 1592." Moguntiae, in bibliotheca urbana.)

Quod ad collegii moguntini dotationem attinet, P. *Lambertus Auer* collegii eiusdem rector in *relatione quadam, quam sub a. 1566 in usum P. Hieronymi Natalis scripsisse videtur: Archiepiscopus „hactenus", inquit „paucos habuit, qui haec ipsius consilia probent, quin plerique obstiterunt, quantum in ipsis erat" (ex autogr.; „Ass. Germ. Fund. I" f. 349[b]). Idem *Auer* *Borgiae Moguntia 3. Septembris 1567: „Sane grauis est multis aspectus nostrorum, maxime qui dissolutioris sunt uitae, et plures dicuntur nobis ex clero, quam ex politicis aduersarj" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 319[a]).

In Polanci litteris notanda sunt etiam quae de S. Ignatii Antiocheni episcopi et martyris epistulis graecis dicuntur. De iisdem P. *Theodoricus Canisius* S. J. Dilinga 29. Novembris 1565 S. Francisco Borgiae *scripsit: „Epistolae D. Jgnatij graecae, quarum in literis ad P. Canisium scriptis, mentio fit, a quodam viro docto Augustam missae fuerant, vt Romam perferrentur, et ibidem a nostris, si fieri posset, cum vaticano exemplari conferrentur" (ex autogr. „G. Ep. VI." f. 85[a]). Verae illae septem S. Ignatii epistulae illo tempore nondum notae fuisse videntur. Corpus autem graecarum epistularum Ignatii nomine inscriptarum, in quo 5 epistulae omnino suppositae, reliquae 7 interpolatae sunt, anno 1557 Dilingae per Valentinum Pacaeum (Frid, Hartung) primum (deerat tamen una epistula) typis exscriptum est. Quem librum secutae sunt editiones Parisiis a. 1558 et 1562 a Guil. Morello (Morelio) et

a) *In ap. sequitur* quaeso*; quod, addito altero* quaeso *(v. adn. b), oblitterandum fuerat.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est; sequuntur vv.* qui si inde recesserit, *a libr. oblitt.* c) *Sic; sed malim legere* Moguntini. d) milium *Cod.*

Tiguri a. 1559 ab A. Gesnero curatae (*O. Bardenhewer*, Geschichte der altkirchlichen Literatur I, Freiburg i. Br. 1902, 119—128). Equidem coniecto, doctum illum virum, qui graecas Ignatii epistulas Romam misit, ut Sociis curantibus cum exemplo vaticano conferrentur, fuisse Hieronymum Vairlenium sive Verlenium († 1586 vel 1587) sylvaeducensem, qui cum Ultraiecti theologiam docuisset, Harlemii canonicus et episcopi vicarius fuit (*Fr. Sweertius*, Athenae Belgicae, Antverpiae 1628, 346. *M. Paquot*, Mémoires pour servir à l'histoire litteraire des dix-sept provinces des Pays-Bas etc. VIII, Louvain 1766, 325—329). Is eas, cum codicibus quibusdam manu scriptis collatas, nova versione latina compluribusque novis adnotationibus adiectis, a. 1566 et iterum a. 1572 Antverpiae apud Christophorum Plantinum excudendas curavit (*R. Ceillier* O. S. B., Histoire generale des Auteurs sacrés l. 3, chap. 11, n. 11 [T. I, Paris 1858, 387—388]. *Le Nourry* O. S. B., Dissertatio de epistolis S. Ignatii P. 3, c. 1, n. 2, apud *Migne*, P. gr. V 555). „Exemplar vaticanum" autem, quod Theodoricus Canisius commemorat, est, puto, „Codex Vaticanus 859", in folio, membraneus, saeculi XI. vel ineuntis saeculi XII.; is etiam nunc in optimorum codicum numero refertur; complures alii ex harum epistularum codicibus ex ipso fluxerunt (*Fr. X. Funk*, Patres apostolici II, ed. 2. Tubingae 1901, XXV—XXVII XXXVIII).

1257. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, Germaniae superioris viceprovinciali. Herbipoli 9. Novembris 1565.

Ex Theodorici Canisii autographo. „G. Ep. VI." f. 86a.

De profectione sua. Quot et quales Socii Herbipolim ad episcopum, collegium valde desiderantem, sint mittendi.

P. Theodoricus Canisius S. J. Germaniae superioris viceprovincialis Dilinga 23. Novembris 1565 Romam ad Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Petro Canisio fratre ac de Societatis collegio, quod Fridericus a Wirsberg episcopus herbipolensis Herbipoli condere volebat: „Scripsi ad Reuerendam P. T. ante dies 14. Accepi interea literas a Reuerendo patre prouinciali nostro, Herbipoli datas 9 huius mensis, quo etiam die Moguntiam illhinc abire decreuerat, Scribit autem vrgere vehementer Episcopum Herbipolensem vt nostri ueniant breui, quorum gratia pergit Collegium instruere. Tantum contionatore et professoribus, alijsque, vsque ad 14, contentus esset fratribus, qui quidem, vt idem pater scribit, patientia instructi et non indocti plaerique accedant necesse est. Dominus plures eosque bonos nobis donet operarios. Nihil postea ab eodem patre accepi.

1258. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 13. Novembris 1565.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Padre Canisio." Cod. „Germ. 65" f. 36.

Canisius Oeniponte aegrotat; de qua re cardinalis Amulius certior efficietur. Comitia imperii. P. Theodorico Canisio ad viceprovincialis officium et alia onera portanda animus addi et, qui ipsum iuvet, adiungi debet. Barbarae et Ioannae archiducissis confessarii, qui Canisio visi erunt idonei, concedendi sunt. Reginis bullam indulgentiarum — cardinale Vicecomite, qui negotium tractabat, mortuo — Socii providebunt. De PP. Peltano, Swagerio, Mario. Mittitur „Formula scribendi."

Pax *etc.* Fu riceuuta [*etc., ut supra p. 117*]. Dio N. Signore li renda quella sanita et forze che per suo seruicio li desideramo[1], et l'Illustrissimo Cardinal Emulio[2] sara auisato acciò intenda la causa de non far maggior progresso, quà se intende che la dieta imperiale

[1] Vide supra p. 117[4]. [2] Marcus Antonius Amulius.

si fara in Augusta questo genaro proximo [1], non so se per all' hora potra hauer fatto sua uisita, finalmente non faccia più di quello che la sua sanita comporta.

Alo Theodorico Viceprouinciale conuerra faccia bon animo à portar il peso che dio N. Signor gli ha imposto per la obediencia, come faccio anche io . darli pur li aggiuti conuenienti è molto raggioneuole [a] come li scriuo, et V. R. uedera in quel che lo po allegerire, dando ad alcuno altro cura de aggiutarlo.

Circa li doi [*etc., ut supra p. 117—118*].

Quella bolla delle Jndulgentie, per le Regine si procurara . il bon Cardinal Visconte [2] che cominciò à trattar di questo, hieri parti dela presente uita, come speramo all' altra migliore.

Jntorno al D. Theodoro peltano, ouero al D. Conrado [3], peril Collegio de Jspruch, mi rimetto à V. R. che faccia la elettione de un di loro o de altro, se li parera più conueniente, et in absentia sua rimetto questo medesimo al Viceprouinciale, al qual scriuo in risposta de una sua longa, et potra V. R. se di la se troua ueder la lettera.

Circa il Padre Michael Mario, io mi rimetto [a V. R.] [b] [?] quanto alla sua uenuta à Roma, se pur uiene si mettera nela casa de probatione, non mi stendero in altro per questa senon in raccomandarci nelle orationi et sacrificij de V. R. a chi si manda la formula del scriuere, ouero in sua absentia al Padre Theodorico. De Roma li .13. de nouembre 1565.

Una cum his litteris, ut ex ipsis cognoscitur, Canisio missa est „*Formula* scribendi“. Cum enim, quae in Societatis Constitutionibus de litteris „ad aedificationem spiritualem“ scribendis, de epistulis per eos, qui in missionibus versarentur, ad praepositos, ac per rectores ad provinciales et generalem dandis, de catalogis Romam mittendis etc., praescripta erant, bene observari eo tempore iam non possent, nova de scribendo praecepta iussu congregationis generalis secundae per Socios aliquot composita, per alios quosdam recognita, ab eadem approbata sunt (decr. 16. 31. 54. post elect.). Quae „Formula“ cum eiusdem congregationis decretis excusa est (decr. 54 post el.; cf. etiam can. 28. *Institutum S. J.* II 205—206 534).

Borgias Roma 13. Novembris 1565 Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii rectorem, scripsit: „Ad Patrem Prouincialem Canisium literas hic mitto, qui si iam ulterius fuerit progressus, ad Patrem Theodoricum Viceprovincialem mittentur“ (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65“ f. 37[b]).

1259. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Moguntia 15. Novembris 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante *Boero* ex archetypo (2°; 2 ff.; Canisius sua manu „Postscriptum“ [„De hoc“ etc.] posuit et nomen subscripsit), in „E. C. I“ n. 158 (302 303) posito exscriptum, sub a. 1891 et denuo sub a. 1902

a) raggioneuoli *ap.* b) *Vel haec, vel* al medesimo (*i. e. Viceprovinciale*), *vel* ai medesimi *supplenda esse res ipsa, puto, ostendit.*

---

[1] Comitiis imperii a Maximiliano II. dies 14. Ianuarii 1566 edictus est (*Häberlin* l. c. VI 134).

[2] Carolus Vicecomes (Visconti) 12. Martii 1565 cardinalis creatus; de quo supra p. 1.

[3] P. Conradum Swagerium dicit; vide supra p. 109 110.

cum eodem archetypo collatum est. Litterarum particula exstat in Epp. *Nadal* II 670. Earum partem germanice versam posuit *Duhr*, Jes. I 122; cf. ib. 657. Iisdem usus sum ego in „*Stimmen*" etc. LXXI 67 69 70 75.

Se Dilingae fuisse. Cardinalem Augustanum optare, ut P. Natalis ad imperii comitia mittatur. De Theodorico Canisio viceprovinciali. Se Herbipoli cum episcopo, Aschaffenburgi cum archiepiscopo moguntino, Moguntiae cum Societatis provinciali rhenano egisse. Herbipoli quid episcopus a Sociis petat, quid promittat; quae difficultates et episcopo et Sociis ex aedificiorum reddituumque ratione, ex populi clerique haeresibus ac vitiis oriantur. Quomodo collegium praeparandum esse videatur. De contionibus augustanis et de librorum haereticorum lectione pluribus permittenda. De profectione sua confluentina, coloniensi, argentoratensi.

Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Postremas Augusta dedi, ad huius nempe mensis initium. Progressus inde Dilingam, multa cum[a] D. Cardinale[1], plura vero cum fratre[2] contuli varijs de rebus, nec tamen ultra biduum illic hesi. Cardinali semel et iterum postulanti hanc promisi operam, ut Reuerendam P. T. admonerem de P. Natale mittendo ad proxima comitia, ubi non solum ille Cardinali, uerum etiam uniuersae Germaniae plurimum prodesse posse videretur[3]. Frater vero scribet ipse de alijs, quae tum ad Collegium Dilingense, cuius adhuc dotationem requiro maxime, tum ad prouinciam omnem praecipue spectant. Nec opus esse duco meam de provincia curam interponere, quando iam tota est illius humeris demandata, qui rectius etiam illam procul dubio administrabit.

His quatuordecim diebus fere versor in suscepta profectione. Unum diem haesi apud Episcopum Herbipolensem[4], triduum vero apud Archiepiscopum Moguntinum[5] Asschafenburgi. Inde profectus heri perueni Moguntiam, cras Confluentiam petiturus[6] Domino adiuuante. Hoc loco reperi P. Antonium Provincialem[7], cui longa mora est in ex-

a) *In arch. sequitur* de.

---

[1] Die 2. Novembris Canisius Dilingam venit; die 4. Herbipolim versus abiit. Breve Pii IV. Ottoni cardinali Truchsessio Dilingae per Canisium traditum vide infra monum. germ. l. (4).

[2] P. Theodorico Canisio Germaniae superioris viceprovinciali atque universitatis collegiique dilingani rectore. De rebus cum cardinali Truchsessio et cum Theodorico Canisio collatis vide infra mon. dil. (9).

[3] Vide supra p. 75 87.

[4] Fridericum a Wirsberg.

[5] Danielem Brendel. Archiepiscopi moguntini Aschaffenburgi (Aschaffenburg, nunc regni bavarici urbs) arcem possidebant in eaque fere sedem habebant; de rebus inter Danielem et Canisium tractatis vide infra monum. germ. l. (13).

[6] In arce Ehrenbreitstein, quae super urbem confluentinam (Coblenz, nunc provinciae rhenanae regni borussici) imminet, archiepiscopi et electores treverenses sedem habebant. De rebus inter Ioannem archiepiscopum et Canisium tractatis vide infra, in Canisii epistulis 21. vel 22. Novembris 1565 ad cardinalem Amulium et 28. Ianuarii 1566 ad cardinalem Truchsess datis, et monum. germ. l. (13).

[7] Antonium Vinck, provinciae rhenanae Societatis praepositum; ad quam provinciam collegium moguntinum pertinebat; cf. infra monum. germ. l. (13).

pectanda literarum expeditione[1], quas hactenus et ego ex urbe non adferri doleo, post tot tantasque promissiones.

Dicam de Collegio Herbipolensi, quod priusquam instituatur, animaduerto diligentiore quadam inspectione loci seu monasterij[2], quod nostris applicabitur, opus esse. Nam veteres eius loci habitationes non satis patent Soli, ac nimium in terra profunde iacent, magnamque mutationem requirunt, et sumptus[a] forte maiores, quam Episcopus velit suppeditare. Cuiusmodi difficultates cum ego ei coram exponerem, causasque proferrem, cur nostri ad venturam aestatem adesse non possent, nondum constitutis classibus, neque parata nobis habitatione, rogavit ille admodum, ut in reditu meo venirem Herbipolim, ac de futuris aedificijs agerem diligentius. Verum expectabo responsum Reuerendae P. T., ut statuat primum de Summa negotij, quae in illo versari videtur, quam demum spem dicto Episcopo praebere debeam[b] de nostrorum aduentu. Postulat ille certi aliquid constitui, praesertim ut veniant duo, et ex his concionator unus Germanicus, qui suam etiam dent operam futurae structurae rectius promouendae: pollicetur se paucis mensibus absoluturum edificia tum classium, tum Collegij nostri, si semel conuentum fuerit: sed operaeprecium esse, ut concionator veluti praecursor adsit, ac vulgi animos nobis et Collegio magis magisque conciliet: impetratum nunc esse consensum Canonicorum, ut hoc Collegium nobis et Societati applicetur[3], ingentem huius Ecclesiae necessitatem sic postulare, ut mature accedamus ad hanc vineam excolendam; non defuturum nostris quos initio quatuordecim mitti postulant, unde quod vitae et Collegio satis sit habeant.

Interea vero has reperio difficultates. De certis prouentibus et Collegij dotatione nullam hactenus mentionem faciunt, etsi nobis vacantis tam diu monasterij bona debere videantur. Parcus, si non tenax, Episcopus esse dicitur, sicut eius Cancellarius[4] mihi fateri visus est, rogans ut illum admonerem de maioribus sumptibus in Collegij structuram conferendis. Paratiores uidentur ad Conuictores externos quam nostros fouendos atque multiplicandos. Est ciuitas haereticis opinionibus multum imbuta. Est Clerus militaris potius quam spiritualis, et suis abundant vitijs. Utrinque tam a clero, quam a populo nostris imminere videtur difficile variumque certamen, si usquam fere alibi in Germania. Ex nobilibus quos in Franconia videmus esse plurimos, paucissimi Catholici reperiuntur, qui suos filios

a) *In arch. correctum ex* sumptis. b) *Sic in arch. corr. est ex* debeamus.

[1] Hae litterae apostolicae Roma 3. Novembris ad Canisium missae erant; vide supra p. 121.

[2] Monasterii S. Agnetis, quod Clarissarum fuerat; vide supra p. 121.

[3] Aut Canisius episcopi verba non recte intellexit, aut ille ipse erravit; nam, ut ex Canisii litteris (prioribus) 17. Aprilis 1567 ad Borgiam datis intellegitur, nulla spes erat huius assensus impetrandi.

[4] Balthasar ab Hellu.

proinde huc rarius mittent[a] iustituendos. Episcopus a nostris multa requiret fortasse ministeria propter varias et insignes Ecclesiae suae calamitates, in qua multi nunc Parochi subinde apostatare videntur magna cum totius populi offensione. Nec est quietus adhuc prouinciae status: unde multi hic sunt milites, sine quibus nec audet in Ecclesiam[b] Cathedralem prodire, vel arcem suam exire[1], bonus senex Episcopus, quia timere habet hostium insidias magis quam quisquam Episcopus alius. Haec fusius dixi, ut statum futuri Collegij planiorem redderem, et rei magnitudinem rectius considerandam offerrem. Jndicaui Episcopo nuper ut iussus eram, nos de mittendis fratribus nihil nunc certi promittere posse, nec solum paranda, sed etiam designanda prius esse noua[c] aedificia Collegij et classium: Primum tamen hoc Collegium fore, quod in Germania a nostris inchoetur. Egi praeterea cum Provinciale Rhenensi qui nihil rei aut spei nobis praebet ut ex Collegijs[d] suis aliquos praebeat Herbipoli operarios. At nostrae Provinciae Collegia magis laborant, neque tam multos et bonos habent ad docendum aptos. Hoc mihi veniebat in mentem, non abs re fore, ut ex Collegio nostro Dilingensi mitteretur Herbipolim P. Ioannes Rauenstein . una cum architecto Cardinalis. Vtrique posset demandari munus inspiciendi et iudicandi monasterium[e], quod nostris applicandum est, sitne illius habitatio nostris idonea, et quae ad usus nostrorum domicilia[f] congruant. Deinde non modo aedificandi formam praescriberent, sed etiam conditiones ad Collegij institutionem propius pertinentes explicarent, sicut visum erit Reuerende Paternitati T. De quibus omnibus si conueniret, fieri fortasse posset, ut absolutis Augustae comitijs P. Martinus[2] in suo concionandi munere loco meo succederet, et ego Herbipolim profectus, non concionibus tantum, sed etiam nouo Collegio extruendo et paulatim constituendo meam operam darem. Video interim P. Martinum nusquam habiturum rectius quam Augustae, de quo plura scripserit Rector Dilingensis[3].

Rogat Provincialis Rhenensis, ut pluribus et praesertim Theologis[g] prouintiae suae detur facultas haereticis libris utendi[4]. Jllorum autem nomina ex adiuncto indice cognoscentur, de quibus admoniti Domini Jnquisitores, ut speramus, non difficulter annuent.

Reliqua ex adiunctis literis intelligentur. Propitius sit mihi Dominus in profectione per sacrificia et preces Reuerende P. T. P. Euerardi[5]

a) *Sic in arch. corr. est ex* mittant. b) *In arch. sequitur* suam, *oblitteratum.* c) *In arch. sequitur* ius, *oblitt.* d) *In arch. sequitur* a, *oblitt.* e) *Sic in arch. correctum est ex* monasterij. f) *In arch. sequitur* curand, *oblitt.* g) *Duo vv. sqq. in arch. alia manu (Vinckii?) supra versum scripta sunt.*

[1] Episcopi herbipolenses iidemque Franciae orientalis duces sedem habebant in arce Marienberg prope urbem in monte exstructa.

[2] Stevordianus; vide supra p. 73 112. [3] P. Theodoricus Canisius.

[4] Paucis tantum data erat; vide supra p. 115; cf. etiam infra mon. germ. l. (13).

[5] Mercuriani, qui praepositi generalis pro Germania et Gallia „assistens" erat; vide infra monum. it. (22).

omniumque fratrum et Patrum. Dominus ubique nobiscum, Moguntiae. 15.[a] Nouemb. 1565.

De hoc Collegio nihil dicam, uno tantum die hic haesi, et credo P. Rectorem[1] in offitio esse. Fortasse huc redibo, cum reversus Colonia petam Argentinam. Commendo me plurimum orationibus et sacrificijs R. P. T. et Societatis.

Seruus in Christo P. Canisius.

Admodum Reuerendo in Christo Patri . D. Francisco a Borgia Generali Praeposito Societatis Iesv . Romae.

Hanc epistulam Moguntia m. Novembri datam esse facile patet; dies autem mensis in archetypo haud ita plane scriptus est; qui sub a. 1860 curante P. *Ios. Boero* S. J. epistulam ex archetypo exscripsit, diem 18. Novembris posuit; eundem diem legerunt, qui apographum hoc cum archetypo sub a. 1891 et sub a. 1902 contulerunt; in ipso autem epistulae archetypae tergo antiqua manu romana (saec. XVII?) notatum est: „Moguntia P. Canisio .10. di 9bre“; et qui epistulae particulam ex eodem archetypo in Epp. *Nadal* II 670 transcripsit, diem 16. Novembris legit. Ego vero diem 15. legendum esse omnino censeo. Nam Canisius in hac epistula affirmat, se Moguntia, ubi P. Antonium Vinck invenerit, postridie discessurum esse; exstant autem Vinckii litterae autographae [vide infra mon. germ. l. (13)], in quibus Canisium Moguntia d. 16. Novembris abisse narratur. Praeterea cum die 15. congruunt et conveniunt, quae de Canisio profectione comperta sunt: Eum die 2. Novembris Augustae, 9. Herbipoli, deinde per 3 dies Aschaffenburgi fuisse etc. P. *Hieronymus Natalis* S. J. Moguntia 20. Februarii 1567 Borgiae scripsit: „Aschemburg [i. e. Aschaffenburg] è due giornate di qua, et si passa per Franchfordia“ (Epp. *Nadal* III 390).

Polancus nomine Borgiae Canisio respondit 2. Februarii 1566.

1260. CANISIUS CARDINALI **MARCO ANTONIO AMULIO,** episcopo reatino. Moguntia inter 14. et 16. Novembris 1565.

Ex litterarum Canisii apographo, de quo infra n. 1259, et ex litterarum Borgiae apographo eodem tempore scripto, quod est in „Germ. 65“ f. 56b. Litterarum mentionem feci in „*Stimmen*“ etc. LXXI 71.

De rebus episcoporum augustani, herbipolensis, moguntini.

Canisius in epistula Moguntia (ubi a 14. ad 16. Novembris 1565 fuit) 15. Novembris 1565 Romam ad Borgiam data narrat quidem, se Dilingae cum Ottone Truchsess cardinali et episcopo augustano, Herbipoli cum Friderico de Wirsberg episcopo, Aschaffenburgi cum Daniele Brendel archiepiscopo et electore moguntino egisse; quae autem tractaverit et quid effecerit, parce tantum, immo, quod ad archiepiscopum moguntinum attinet, ne parce quidem significat. In extrema tandem epistula: „Reliqua“, inquit, „ex adiunctis literis intelligentur“. Borgias autem Roma 26. Ianuarii 1566 P. Theodorico Canisio scripsit: „Questa settimana . . . sono riceuute“ lettere „del Padre Prouincial Canisio uecchie fatte in Maguntia, fra lequali era una peril Cardinal Aemulio.“

Moguntinae illae Canisii litterae Aschaffenburgum perlatae, inde 29. Novembris 1565 Romam missae sunt; vide infra mon. germ. l. (13). Borgias Canisium iusserat, quas ad Amulium daturus esset epistulas, ad se mittere apertas; vide supra p. 106. Haec autem epistula perisse videtur.

a) *Ita omnino censeo esse legendum. Ap.:* .18. *Vide quae sub ipsas has litteras dicuntur.*

---

[1] Lambertum Auer.

1261. CANISIUS **P. THEODORICO CANISIO S. J.**, Germaniae superioris viceprovinciali, universitatis collegiique dilingani rectori.

Moguntia inter 14. et 16. Novembris 1565.

Ex Theodorici Canisii litteris autographis. „G. Ep. VII." f. 216ᵃ.

Librum, quo Iacobus Andreae Societatis homines Zwinglianismum docere asserat, a Sociis ingolstadiensibus refutandum esse.

P. Theodoricus Canisius Dilinga 24. Ianuarii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Petro Canisio fratre suo Germaniaeque superioris provinciali ac de Iacobo Andreae praeposito lutherano universitatisque tubinganae cancellario: „Duo anni sunt ex quo nostri Jngolstadienses cum Superiorum voluntate Theses quasdam aediderunt de Maiestate hominis Christi[1]*, contra blasphemas Theses*[2] *cuiusdam Lutherani, cui nomen Jacobus Andreae Schmidelinus, qui primas fere inter Lutheranos hoc tempore obtinet in Ducatu Vuirtenbergensi, nobis vicino. Respondit haereticus ad nostras Theses*[3]*. Nostri eius responsionem nouo scripto, quod alieno nomine aeditum fuit, superiori anno refutarunt*[4]*. Ipse nouam nuperrime Apologiam aedidit, in qua nominatim contra IESVITARVM Theologiam agit, impios passim nos vocans, et Zwingliani dogmatis strenuos propugnatores. Ea autem est hominis in mentiendo temeritas, ea vafricies et dolus, vt incauto lectori quiduis persuadere posse putetur, Vnde, vt Moguntia ad nos scribit p. prouincialis noster, Catholici viri post lectam huius hominis Apologiam postremam, dubitare etiam de nostrae fidei synceritate visi sunt. Quocirca idem p. prouincialis operaepretium fore putauit, vt Jngolstadienses nostri breui Apologia obiectas blasphemias refutarent, alieno nomine, Expectabimus iudicium P. T. Nostri Jngolstadienses Apologeticis scriptis istis fatigati fere videntur, vt quae laboris requirant plurimum, et parum forte, proficiant: Apud aduersarios autem maledicendi finis nullus sit, vt qui in hoc genere plurimum valeant, et qui absurdissima quaeque non concedant modo sed et publice profiteantur. Exempli gratia, in hisce Thesibus de Maiestate hominis Christi, mordicus propugnant, Humanitatem Christi vbique esse perinde atque eius diuinitatem. . . . Praeterea ipsam humanitatem asserunt esse omnipotentem non solam diuinitatem, Ridentque scholasticos docentes Christum hominem dici omnipotentem ratione vnionis naturae humanae cum persona verbi, non autem ratione humanae naturae, vt quae creatura sit et virtutis finitae. . . . Jn ijsdem Thesibus . . . descensum Christi ad inferos ita iuterpretantur vt rideant lymbum Patrum, et dicant Christum reuera poenas inferni degustasse et more damnatorum ad tempus desperasse."*

Ingolstadii Sociorum cura vulgatus est liber: „De maiestate et praesentia Corporis Christi Domini: cvm refvtatione illorvm, quae Iacobus Schmidelinus aduersus

---

[1] Harum titulum vide *Can.* IV 609—610. [2] Vide *Can.* IV 610.

[3] *Ioannes Valentinus Andreae* in „Trophaeo Andreano sive Scriptorum et peregrinationum Jacobi Andreae, Theol. D. pro Ecclesia Christi Indice", quem „Famae Andreanae" (Argentorati 1630) addidit, posuit „Apologiam Capitum Disputationis de Maiestate Hominis Christi deque substantiali praesentia Christi in coena . contra Ingolstadienses. anno 1564" (f. S. 11ᵇ). Eundem librum *Sommervogel* ita memorat: „Iac. Andreae Apologia contra Theses de Majestate Hominis Christi in Academia Ingolstadiana propositas. Tubingae, 1564, 4⁰" (Bibl. VI 458). Facile autem patet, libri titulum neque in „Trophaeo", neque apud Sommervogel ad verbum expressum esse.

[4] De hoc scripto et de nova Apologia ab Andreae edita vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. *Polancus* iussu Lainii praepositi generalis Roma 7. Novembris 1564 P. Theodorico Canisio rectori ingolstadiensi *scripserat: „La Antipologia contra Jacobum Smjdellinum, è ben fatto non la publicare come cosa nostra, ne mostrando studio de contrastar con huomo heretico, ma si potrebbe dare allo Jllustrissimo Duca per cui ordine si è scripta et sua E. fara come meglio li parera" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 61" f. 206ᵃ).

Theses Ingolstadii disputatas opposuit; vt rem male coeptam peius defenderet; quaeq; idem contra Concilium Tridentinum petulanter effudit. Avthore Alberio [*corrige:* Alberto] Sperlingio de Reichnaw, Pruteno. Excudebant Weissenhornij fratres Ingolstadii, 1565" (4°; 127 pp. non sign.): Ita *Sommervogel*, Bibl. VI 458—459; qui merito existimat libri auctorem praecipuum esse P. Theodorum Peltanum S. J., theologiae in universitate ingolstadiensi professorem; cf. *Can.* IV 610. „Albertus Sperlink in Reichnaw" (Reichenau in Borussia orientali) homo nobilis a. 1564 in album illius universitatis relatus erat (*Mederer* l. c. I 279); „alumnus" is erat cardinalis Hosii (*Luz. Pfleger*, Martin Eisengrein, Freiburg i. Br. 1908, 145); a *Guilielmo Eisengrein* „vir et moribus et doctrina clarus" vocatur (Catalogus Testium veritatis, Dilingae 1565, f. 211[a]). Contra Sperlingii autem librum in lucem prodiit: „De Maiestate homi- | NIS CHRISTI, EIVSQVE IN | *EVCHARISTIA PRÆSENTIA: ET* | *CONCILII TRIDENTINI DE-* | *CRETO DE FIDE IV-* | *STIFICAN-* | *TE,* | Responsio breuis. | CONTRA | Virulentum & maledicum scriptum Scolastici Sperlingij, Iesuitarum, qui in Acade- | mia Ingolstadiana docent, | discipuli. | AVTHORE | *IACOBO ANDREÆ D. PRÆ-* | *posito & Cancellario Academiæ* | *Tubingensis.* | *TVBINGÆ.* | *1565.*" 4°; pp. numeris signatae XXX, accedit fol. titulare. *Andreae* sic exorditur: „Quum aliquot seculis Papatus, beneficium Christi traditionibus suis obscurasset, quod in redemptione generis humani consistit, nunc per nouum genus hominum, Deo et hominibus inuisum, quod Iesuitae appellatur, etiam personam Christi adortus est, vt quo ad humanitatem attinet, eum a dextra Dei Patris omnipotentis auellant" (p. I). Mihi de doctrina, quam Andreae defendit, disserere non vacat; vide *Can.* IV 351—352; hic tantum, quo dicendi genere utatur, ostendam. Sperlingium „personatum passerculum", „passerculum Prutenum pariter indoctum et impudentem", „miserum passerculum" vocat (p. I III XXV). De Sociis autem: „Arbitror hos Iesuitas cum fide Christiana etiam cerebrum amisisse." „Zuinglianum dogma coeperunt profiteri Iesuitae." „Pertinet ad Iesuitas quoque quod contra Bezam et alios annotauimus. Turcarum Alcoranum non pauciora tribuere Christo, quam ipsi Iesuitae et Zuingliani faciunt." „Intelliget Lector quantum sit Iesuitarum in me odium, et quam virulentus spiritus ipsorum: Verum qui me liberauit a Staphylo, et alijs eiusdem spiritus hominibus, is et me et vniuersam Ecclesiam suam aliquando etiam ab hoc pestifero genere hominum liberabit, quod etiam ipsis Papatus cultoribus est passim inuisum: quorum garritus, morsus et latratus tantum me mouent, quantum pulicis morsus afficit. Vniuersam autem Christi Ecclesiam diligenter moneo, vt sibi ab his Zuinglianis Iesuitis caueat" etc. (p. IX XII XIIII XXIII XXX). Atque de ipsa etiam synodo Tridentina *Andreae* maledicentissime scribit: In ea „fides Christiana . . . damnatur, . . . Sacramenta Christi dilacerantur, Vsus eorum verus peruertitur, et totus Christianismus in prophanum Dei cultum transformatur, Omnes idolatriae *[sic]*, impietates, superstitiones, abusus, prophanationes verbi Dei, adeoque daemoniorum Doctrinae contra coniugium sacerdotum et vsum legitimum ciborum confirmantur" (p. XXIX).

Canisium de Andreae refutando ad Socios Germaniae superioris Moguntia scripsisse significat Theodoricus ipsius frater; ipsi autem Theodorico litteras illas inscriptas et destinatas esse satis certum est; hic enim cum „viceprovincialis" nomine Germaniae superioris Socios regebat (vide supra p. 102). Moguntiae autem Canisius versatus est a d. 14. ad 16. Novembris 1565 [vide supra p. 127 et mon. germ. l. (13)]; deinde Coloniam et Noviomagum etc. profectus, d. 21. Ianuarii 1566 vel paullo post Colonia Moguntiam versus discessit; quo eum sub 25. Ianuarii advenisse censeo; certe 27. et 28. Ianuarii 1566 ibidem fuit [vide infra epp. n. 1279 1281 et mon. germ l. (32)]. Quare equidem eum non m. Ianuario a. 1566, sed m. Novembri a. 1565 Socios de refutatione illa monuisse, litteras autem illas tardius ad Theodoricum perlatas esse existimo; nam Canisium Moguntia ad suos scripsisse per se valde verisimile est; *Theodoricus* autem Dilinga 29. Novembris 1565 Borgiae *scripsit: „De Patre Canisio postquam Herbipoli discessit nihil audiuimus" (ex autogr.; G. Ep. VI f. 85[a]). Neque ea aetate ita rarum erat epistulas sero afferri.

Accedit, quod ex ipsis Theodorici verbis conieceris, hunc, antequam Borgiae de refutatione illa scriberet, cum ingolstadiensibus Sociis de ea consilia contulisse; id quod praestari non potuit, si Canisius Moguntia m. Ianuario a. 1566 scripsit. Equidem igitur coniecto Andreae scriptum a. 1565 Francofurto ad Moenum ex mercatu librorum autumnali Moguntiam perlatum, ibi Canisio traditum esse.

1262. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 17. Novembris 1565.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, ead. manu: „Augusta Padre Canisio." Cod. „Germ. 65" f. 39[b]—40[a]. Epistulam adhibui in „*Stimmen*" etc. LXXI 66 73.

Canisium sanitatem recuperasse et Augustam advenisse gaudet. A cardinali Augustano, ut P. Natalem ad imperii comitia mitteret, rogatus est; atque hunc quidem ob infirmam ipsius valetudinem recusavit; obtulit autem Canisium; qui aliorum quoque Sociorum ope uti poterit. Idem etiam cardinali Commendono, quem Roma mitti dicunt, operam praestet oportebit. Patris Elderen valetudo curabitur. Rectores florentinus et ferrariensis videre iubebuntur, ut ducissarum illarum confessarii in commendando cauti sint. Bullae moguntinae Roma missae sunt; reliqua negotia urgentur. De collegio herbipolensi quantum fieri poterit, fiet. Cardinali Amulio litterae tradentur.

Pax *etc.* Ci siamo rallegrati in domino intendendo perle lettere de V. R. de . 2. del presente[a] che con sanita fossi arriuato in Augusta, et ringratiamo Iddio N. Signore che glie l a resa presto in Jspruch . et non manchera la occasione di spenderla bene essendo tanto breue il tempo insin' all dieta imperiale futura, nel quale V. R.[b] spedito lo[c] dele uisitationi de prelati si hauera à ritrouare in Augusta. Il Cardinal mi ha scritto due uolte dimandando il Padre Natale . ma perche la sua indispositione corporale non comporta tal uiaggio et mutatione di aere in tal tempo, mi scuso appresso sua Signoria Illustrissima offerendo li l' opera de V. R.[1] et se bisognera aggiutarsene de alcuno altro Theologo dei nostri per alcune cose che uorra il Cardinal siano studiate, potra V. R. ualersene de alcuni che li pareranno al proposito in sua Prouincia.

Non sappiamo quà cosa certa che habbia di mandar legato[d] de Roma Sua Santità ma si parla bene che di là il Cardinal Comendone, potra fare questo officio, il quale se ricercara l' opera de V. R. in seruitio dela sede Apostolica non potra mancare di seruirlo.

Venga in bona hora[e] il Padre Gulielmo[2] con la Signora Duchessa di Firenze, et si scriue al Rettor di quel collegio[3] habbia cura de sua sanita, ricordandosi dela natione[4] . etc. . et non potendosi mandar

a) *Sequuntur vv.* como si, *a libr. oblitterata.* b) *Sequuntur vv.* si ha da; *e quibus 2 ultima a libr. oblitt. sunt.* c) spedirlo *ap.* d) *Sequitur* certo, *a libr. oblitt.* e) *Verbum supra vers. additum.*

---

[1] De his epistulis inter Ottonem cardinalem Truchsess et S. Franciscum Borgiam datis vide infra mon. aug. (a 11).

[2] P. Guilielmus Elderen, qui Ioannae, Ferdinandi I. imperatoris filiae et Francisci Toscanae ducis uxori, assignatus erat confessarius; vide supra p. 118.

[3] P. Alphonso Sgariliae.

[4] Elderen ex Germania inferiore ortus erat (*Can.* I 414[1] 366[2]).

l' altro Padre Paulo[a] [1] con la Signora Duchessa di Ferrara[2] mandessi altro che sia al proposito, et non si mancara di auisare li Rettori di quelli Collegij[3] che uadino consideratamente nel domandare molte cose per le persone che per mano del confessore uorranno negociare.

Le bolle per l' elettore Maguntino, già sono mandate per uia de Jspruch, parecchi di sono. Le altre espeditioni di Treuere, Herbipoli et colonia, procedono molto più lentamente . non si mancha però di sollecitare li Agenti che hano preso tale assunto[4].

Del Collegio de Herbipoli gia si è scritto che conforme al decreto della Congregatione si haueria l' occhio ad aggiutare il Reuerendissimo Vescouo in quel che si potessi[5].

Le lettere [*etc., ut supra 119*]. non diro altro non sapendo doue trouara questa V. R. nelle cui orationi et sacrificij con tutta questa casa et collegio molto mi raccomando. De Roma li 17. di nouembre 1565.

Borgiam rectoribus florentino et ferrariensi scripsisse, quae se scripturum Canisio his litteris promisit, iam ostendi supra p. 120. Atque ipsi P. Guilielmo Elderen *Polancus* Roma 8. Decembris 1565 *scripsit: „Nomine P. N. Praepositi et nostro tuam R. salutatam uolui, et admonitam ut ijs in initijs circunspecte admodum procedat in supplicibus libellis admittendis, et . . . Ducissae offerendis . nec enim dubito quin a uarijs personis, obtrudentur passim . poterit autem interponere obedientiae praescriptum R. T. ut se excuset apud eos qui talia officia requirent, et cum Rectore tractare poterit, quid facto sit opus in huiusmodi negocijs, uel admittendis, uel reijciendis. . . . Quod attinet ad personam R. T. commendat P. Praepositus N. ut suae ualetudinis curam habeat, et non celet P. Rectorem quid noceat, uel conferat ad eius conseruationem, nam et ipse admonetur nomine P. .N. Praepositi.“ (Ex apogr. eiusd. temp.: „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567“ f. 97[b].) Eodem modo scriptum esse P. Laurentio Hermanutio *notatum manu antiqua invenio (l. c. f. 97[b]). Atque P. Ioanni Dyrsio S. J. collegii oenipontani rectori idem *Polancus* Roma 5. Ianuarii 1566 *scripsit: Duos illos confessarios Florentiae et Ferrariae in collegiis Societatis habitare; „quos hinc instruxit P. N. Praepositus, ut abstinerent non solum a supplicibus libellis, sed etiam a uisitationibus crebris Reginarum“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65“ f. 53).

1263. CANISIUS CARDINALI **MARCO ANTONIO AMULIO,** episcopo reatino. Colonia 21. vel 22. Novembris 1565.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1280.

Archiepiscopum treverensem ne sacerdotio quidem initiatum esse; impetrandam ei esse facultatem, qua a quibusvis episcopis quovis loco consecrari possit.

Canisius Moguntia 28. Ianuarii 1566 Romam ad Ottonem cardinalem Truchsess litteras misit, in quibus de Ioanne von der Leyen archiepiscopo et principe electore treverensi scripsit: „Vt redeam ad Archiepiscopum Treuirensem, qui magna nunc laude dignus est de hoc scripsi ante menses duos ad Jllustrissimum Cardinalem Amulium, nuncque iterum scribam C. T. in eandem sententiam, ut si negotium apud Pontificem Max: confectum non est, saltem pietatis tuae cura et industria transigatur. Jdem petit dictus Archiepiscopus, cui hanc meam in scribendo operam

a) *Sequitur* per, *a libr. oblitt.*

[1] Hetzcovaeus.
[2] Cum Barbara, Ioannae sorore et Alphonsi ducis ferrariensis uxore.
[3] Collegii ferrariensis rector erat P. Fulvius Androtius.
[4] Vide supra p. 115—117. [5] Vide supra p. 105.

Confluentiae promisi . Summa in eo est, ut S. D. N. cum hoc Archiepiscopo gratiose dispenset, ueniamque tribuat, quod hactenus neque sacerdotale munus, neque consecrationem Episcopalem susceperit. Qua in re non pauca nec leuia proferre potest impedimenta, quae nunc repetere necesse non est. Deinde rogat, ut impetretur a S. D. N. facultas, consecrationem peragendi per quos ipse uelit, Episcopos, etiamsi non sint Suffraganei Ecclesiae Treuirensis[1], *vt praeterea*[a] *locus consecrationis ipsius arbitrio relinquatur. Hac dispensatione impetrata non differet ad sacerdotium et consecrationem procedere, idque fortasse Augustae fieri posset . Hoc negotium spero cordi erit Celsitudini tuae, quae hac ratione magnam inibit gratiam apud Archiepiscopum, qui vicissim de illa bene mereri cupit.*"

Canisius inter 17. et 20. Novembris 1565 Confluentibus (Coblenz) cum archiepiscopo treverensi egit [vide infra mon. germ. l. (5)], die 21. Novembris Coloniam advenit; die 22. inde Noviomagum abiit. Eodem die 22. Novembris 1565 Borgiae praeposito generali scripsit; vide infra p. 136. Iussus autem erat litteras Amulio destinatas Romam ad Borgiam mittere; vide supra p. 106. Quare eum, quo citius gravissimum illud negotium expediretur, vel 21. vel 22. Novembris Amulio scripsisse conicio. Epistula perisse videtur. De qua confer etiam Borgiae litteras 2. Martii 1566 ad Canisium datas; nam quae de episcopo suffraganeo coloniensi et de facultate quadam absolvendi in iis dicuntur, fortasse etiam in hac epistula Amulio commendata erant. Ex altera tamen parte fieri poterat (quamquam ita factum esse mihi haud multum probatur), ut Canisius, temporis angustiis pressus, non his diebus, sed 7. vel 8. Decembris Amulio de treverensi illo negotio etc. scriberet; cf. infra n. 1266.

Ioanne ab Isenburg archiepiscopo mortuo, Treveris 25. Aprilis 1556 salutatus est archiepiscopus Ioannes von der Leyen, qui iam paulo ante (anno 1555, ut videtur) Isenburgio per capitulum additus erat coadiutor cum spe successionis (*Chr. Browerus* et *I. Masenius*, S. J., Antiquitatum et Annalium Trevirensium Libri 25, t. II, Leodii 1670, 383 384. *I. N. Hontheim*, Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica II, Augustae Vind. et Herbipoli 1750, 761 765). Atque in „*Gestis Trevirorum*" de eo dicitur: „Si confirmatus a sede Apostolica fuerit et quando, non constat: eo namque tempore, cum omnia bello et tumultibus arderent, multa, quae iure fieri debuissent, omissa sunt." Gesta Trevirorum III, ed. *J. H. Wyttenbach* et *M. Fr. J. Müller*, Augustae Trevirorum 1839, 17. At Ioannem ante hoc tempus a pontifice esse confirmatum, colligendum esse videtur ex ipsis, quae modo posui, Canisii verbis; Canisius enim indulgeri cupit, quod „neque sacerdotale munus, neque consecrationem Episcopalem susceperit"; confirmationis vero non impetratae nullam facit mentionem. Accedit, quod (id infra magis patebit) ipsis hisce annis magnopere instabant, ut Fridericus a Veda archiepiscopus coloniensis tandem aliquando confirmationem apostolicam impetraret (vide infra p. 142); at Ioannes von der Leyen minimum quattuor annis prius in sedem archiepiscopalem evectus erat; de huius autem confirmatione his annis nihil agebatur. Metropolitae sane ex Concordatis Germaniae a. 1418 Constantiae et a. 1448 Vindobonae (Aschaffenburgi) sancitis confirmationem a summo pontifice petere ita debebant, ut ex constitutione Nicolai III. (c. 16 in VI, 1, 6) infra mensem, post electionem intellectam, iter ingrederentur et iusto tempore („quam cito poterunt commode") ad eum venirent, vel, si ipsi commode venire non possent, idoneos mitterent procuratores (*Mansi*, Conc. XXVII 1178 1189. *Koch*, Sanctio etc. [cf. supra p. 116[1]] 205).

De consecratione autem Concordata quidem nihil habebant; ex antiquo vero iure communi intra tres menses (post confirmationem) suscipi debebat, ita, ut si quis suo vitio eam longius distulisset, communione ecclesiae privaretur, donec aut loco cederet aut se consecrandum offerret; sin autem ultra quinque menses eam

a) *In arch. sequuntur vv.* tempus et, *oblitterata.*

---

[1] Archiepiscopatus treverensis tres habebat episcopatus suffraganeos: metensem (Metz), tullensem (Toul), virodunensem (Verdun).

neglexisset, iam consecrari neque in illa dioecesi, neque alibi posset (c. 1, Dist. C; c. 2, Dist. LXXV; cf. Conc. Chalced. can. 25, apud *C. J. v. Hefele*, Conciliengeschichte I², Freiburg i. Br. 1872, 526). Concilium porro tridentinum constituit: „Ecclesiis cathedralibus seu superioribus, quocunque nomine ac titulo praefecti, . . . si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur; si intra totidem menses postea id facere neglexerint, ecclesiis ipso iure sint privati" (Sess. XXIII, c. 2 de ref.). Atque archiepiscopi olim ab omnibus provinciae suae ecclesiasticae episcopis consecrari debebant (c. 5, Dist. LI; c. 1, Dist. LXIV; c. 1, Dist. LXVI; c. 6, X 1, 11). Postea tamen in Germania ius consecrationis, potestatem confirmationis quasi sequendo, ad romanum pontificem devolutum est, ita ut archiepiscopi per alios consecrari non possent, nisi pontifex aliter mandasset, vel consuetudine legitima aliud receptum esset (*Fr. Schmalzgrueber* S. J., Jus ecclesiasticum universum I, l. 1, tit. 6, § 8, n. 78 [Ed. 2, Dilingae 1727, II 184]). Atque ex iure communi ad consecrationem necessarii sunt episcopi tres (c. 5, Dist. LI; c. 1, Dist. LXIV; c. 7, X 1, 11); quamquam ex pontificis dispensatione ad eam sufficit unus cum duobus abbatibus vel aliis presbyteris in dignitate constitutis. De loco denique consecrationis olim statutum erat, ut archiepiscopi in sua metropoli consecrarentur (c. 5, Dist. LI; c. 6, X 1, 11); concilium autem tridentinum ita praecepit: „Consecratio . . ., si extra curiam romanam fiat, in ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in provincia, si commode fieri poterit, celebretur" (Sess. XXIII, c. 2 de ref.).

Dubitari non potest, quin Amulius, quae Canisius ad eum rettulerat, suo tempore cum summo pontifice communicaverit; ita, puto, Canisius novo pontifici Sancto Pio V. ex parte ansam dedit ad litteras Roma 25. Ianuarii 1566 Danieli archiepiscopo moguntino atque simili prorsus exemplo Ioanni quoque archiepiscopo treverensi mittendas; utrumque Pius certiorem facit, se de ipsius „probitate et Catholicae religionis studio . . . eiusmodi testimonia habuisse, quae iucunda sibi admodum et optata fuerint"; cum autem in Germania haeresibus pastorum negligentiam et cleri depravatos mores praecipuam praebuisse caussam constet, fideles verbo et exemplo diligenter pascendos, clerum ad vitam emendandam exstimulandum, concilium tridentinum et ab archiepiscopis, et ab ipsorum suffraganeis episcopis fideliter observandum esse; ad comitia imperii proxime Augustae habenda non procuratores mitti, sed episcopos ipsos adire debere, ut coniunctis viribus, ne res ad religionem catholicam pertinentes tractentur, neve vel apostolicae sedis vel episcoporum iura violentur, impediant; simul eos ut ecclesiis bona sacrilege ablata restituantur, instare debere; de ceteris rebus episcopos per cardinalem Commendonum pontificium in comitiis legatum monitum iri; pontificem propensissimum esse ad concedenda, quaecumque vel ad fidelium salutem, vel ad episcoporum honorem et commodum pertinere possint. Ita *Iac. de Laderchio* Congr. Orat. in Baronii „Annalibus Ecclesiasticis" ab ipso continuatis XXXV (ed. nova, Parisiis, Friburgi Helv., Barri-Ducis 1880), in a. 1566 n. 222 223. Similem epistulam Pius V. iam duobus diebus ante (23. Ianuarii 1566) ad Fridericum episcopum herbipolensem dederat, in qua etiam haec duo nominatim episcopo praecipiebat: 1) ut, quae de seminariis clericorum instituendis Tridenti decreta essent, primo quoque tempore exsequeretur; 2) ut clericorum dioecesis herbipolensis, qui vere catholici et doctrinae vitaeque honestate ad officia Deo sedique apostolicae praestanda idonei essent, indiculum sibi mitteret. Epistulam posuit *Laderchius* l. c. n. 223; qui ad reliquos quoque Germaniae episcopos eadem scripta esse affirmat.

1264. CANISIUS **S. FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Colonia 22. Novembris 1565.

Ex apogr. epistulae Polanci eod. temp. scripto; „Germ. 65" f. 59ʳ.

Polancus Canisio, Roma 2. Februarii 1566: „Ale ultime lettere di V. R. fatte in Colonia a 22. di nouembre si fece risposta."

Canisii litterae perisse videntur; neque scio, qua epistula Canisio Polancus rescripserit; nisi epistulam significet, quam Roma 21. Ianuarii 1566 ad P. Theodoricum Canisium dedit, ita tamen, ut eam Petro quoque Canisio destinari significaret; quam vide infra n. 1278.

Canisius 21. Novembris 1565 Coloniam advectus, cum „Indultum tertiae gratiae" nondum eo allatum esse cognovisset, 22. Novembris cum P. Henrico Dionysio S. J. et Thoma Busaeo novicio S. J. Noviomagum excurrit; vide infra monum. germ. l. (14).

1265. CARDINALIS **STANISLAUS HOSIUS**, episcopus princeps varmiensis, CANISIO. Heilsberga 7. Decembris 1565.

Ex apographo (commentario?) manu Stanislai Rescii, qui diu Hosii secretarius fuit, scripto; in margine epistulae, manu Rescii: „P. Canisio .7. Decemb: 1565"; in margine „Postscripti" eadem manu: „Canisio". Cracoviae in bibliotheca universitatis iagellonicae, Cod. „161" fasc. 1 n. 15.

Societati gratulatur, quod Sanctum Franciscum Borgiam elegerit praepositum. Cardinales Borromaeum et Gislerium etc. laudat; se iis saepe caussam religionis commendare. Calicis concessionem ecclesiae non profuisse, sibi molestias attulisse. In angustiis positus Societatis precibus iuvari cupit. Braunsbergenses Socios cum fructu laborare, nisi quod contionator a populo non intellegatur. Gaudet, „Confessionem" suam, iam quater decies excusam, Lugduni denuo excudi. Quomodo excudenda sit. Timet, ne „Iudicium", cuius se auctorem nunquam sit professus, Antverpiae edatur. Queritur, Gregorii Nysseni de ultima cena dictum a theologis romanis in „Confessione" truncatum, immo vix non sublatum esse. Quod num Lugduni restituendum sit, Canisio permittit definiendum.

Cum totis octo mensibus[a] praeter eas quae mihi redditae svnt ipso die S. Nicolai[1] uix ullas tuas litteras acceperim tanto maiore leticia svm affectus . cvm ad intermissvm scribendi mvnus te redijsse viderem . ac primvm gratulor[b] Societati vestrae uobis talem praepositum[2] cuius insignis pietas toto celebratvr in orbe . atque ut uobis haec electio vestra foeliciter eveniat devm praecor. Quin magnam tibi voluptatem attulerit eorvm cardinalivm consuetudo . quorvm in litteris ad me tuis meministi[3] mihi quidem dubivm non est . svnt enim revera viri doctissimi et omni laude digni. Ego uero in hac solitudine mea cvm viris quidem sanctissimis consuetudinem habeo . sed quorvm tamen animae pridem in aeternam illam domvm translatae, et in beatorvm sedes receptae svnt. Quod me mones . vt Cardinales quosdam ad studivm de Ecclesia Catholica benemerendi litteris meis excitem, id a me fit non raro . quamuis me monitore non egeant . et in evm statvm causa religionis perdvcta iam sit . vt ad eam iuuandam . uoluntate simus omnes quam facvltate[c] paratiores . D[e] Sanctissimi D. N.[4] praeclara voluntate . Ecclesiam dei . cui praeest . ivvandi . et eivs tranquillitati consulendi nemo pius dubitare potest. Sed

a) *Decem vv. sqq. supra versum addita sunt.* b) *Duo vv. sqq. in margine addita sunt.* c) *Sequitur* promptiores, *a R. oblitt.*

[1] Die 6. Decembris; has vide supra p. 96—97.
[2] Sanctum Franciscum de Borgia.
[3] S. Caroli Borromaei, Gislerii (S. Pii V.), Amulii, Dolerae, Sirleti.
[4] Pii IV.

quae fuervnt illi consilia suppeditata[1]. quem fructvm attulerint. res ipsa nvnc loquitvr. Calix iste mihi quoque non parvm nvnc exhibet molestiae. Duo Nobilis cuiusdam viri filij. qui meae fidei crediti fuerant. e schola Brunsbergensi nuper abstracti svnt, propterea quod catholico ritv commvnicarent. Quod vero praecaris Poloniae nostrae. ne se magis segreget: hoc et nos votis omnibus optamus. et a deo supplices[a] praecamvr. Sed interea tamen iratus peccatis nostris Deus. maiorem indies ab Ecclesia sva discessionem[2] fieri permittit. et quorsvm res ad extremvm evasvra sit nescimus. A me quidem nihil curae diligentiae laboris praetermittitvr. vt ad matrem Ecclesiam desertores filij[3] redeant. Sed interea qvantvm adhuc profecerim. valde me poenitet. In vestris ad devm praecibus, et sacrificijs magna mihi spes et fiducia posita est. quas et non defvtvras nobis. et citius exauditas iri confido. quo libentius etiam. sanctam Societatem vestram amplector. cuius fratres qui svnt apud me. strenue quidem fungvntur officio suo. sed qui maxime necessarius est qui panem verbi dei frangat esurientibus[4]. evm deesse nobis doleo. In R. Patre Petro[5], nec eruditionem, nec insignem pietatem desiderat quisquam. et habet actionem quae mihi vehementer probatvr. sed non intelligitvr tamen a popvlo. simul ut[b] concionem ascendit dilabitvr populus. quae res ingentem animo meo cruciatvm adfert. Quod scribis Typographvm Lugdunensem[6] confessionis nostrae tertiam aeditionem parare. non invitus accepi. Deo gratias ago cuius hoc donvm est: vt ita gratis animis accipiantvr lucubrationes nostrae. Erit[c] namque iam quas quidem nos scimus. et oculis nostris omnes fere vidimus[d] Lugdvnensis haec. 15[e] aeditio. vellem autem admoneri Typographvm. vt vtrvmque librvm ad manvm haberet. et evm qui Romae. et evm qui Antverpiae hoc anno impressus est[7]. neque dubito quin iam vterque sit absolutus[f]. et est aliquanto locupletior antverpiensis. nam de Romana aeditione. non fui factus certior nisi mensibus aliquot postquam excudi liber coeptus est. Missi svnt ad me Romani exemplaris terniones .20 mense nisi fallor Iunio. Antverpiensis vero 7[g] tantvm

a) *Hoc v. in marg. additum est.* b) *Supplendum esse videtur* in *vel* ad. c) *Sequitur* haec *a R. oblitt.* d) *Duo vv. sqq. in marg. addita sunt.* e) 25 *Rescius; at* 15 *ei scribendum fuisse colligitur ex praefatione in „Operibus“ Hosii a. 1566 editis ab ipso Hosio posita; ubi hic superiores Confessionis editiones nominatim recenset (Hosii Epistolae II 1003—1006. Eichhorn l. c. II 263).* f) *Quae sequuntur, usque ad* coeptus est *incl., in marg. addita sunt.* g) *Sic, non* 1, *quod commentarium habere videtur, legendum esse ex Hosii litteris a l Augerium datis, de quibus proxime dicetur intellegitur; ubi* septem *scriptum est.*

[1] Communionis sub utraque specie concessionem Hosius significat.

[2] 2 Thess 2, 3. [3] Is 30, 1.

[4] Is 58, 7. Lc 4, 4; 5, 1. Dt 8, 3 etc. Cf. Thr 4, 4 etc.

[5] In Societatis collegio braunsbergensi P. Petrus Fahe S. J. contionatorem agebat; vide supra p. 20 38.

[6] Guilielmum Rovillium? Vide supra p. 94—95.

[7] Romae „apud Paulum Manutium, Aldi filium“, a. 1565 „Confessio“ (in 2°), Antverpiae „in aedibus viduae et heredum Ioannis Stelsii“ a. 1566 omnia Hosii opera (in 2°) vulgata sunt (*Hosii* Epistolae II 1008. *Eichhorn* l. c. II 263—264).

septembri mense. Emendaui in vtroque quae mihi visa svnt castiganda, et misi Romam et Antverpiam. Nvnc etiam quaedam paucula mitto vna cvm breui epistola . ad patrem Evmvndvm Eucherivm[1]. quam ut ad illvm perferendam cvres rogo. In dies spero: allatvm hvc[a] iri . et Romanvm et Antverpiense exemplar integrvm . vbi nactus ea fuero . perlegam etiam ea quae residua svnt . qvanto citius potero. Scribitvr autem ad me . quod etiam Juditivm quoddam et Censvra de Juditio et Censvra libris meis qui Antverpiae Typis mandantvr . adiungitvr[2] . quae sane res non parvam animo meo sollicitudinem attulit . cvm ego me nvnquam authorem eius libri sim professus . praeterquam quo stringentvr contra me calami multorvm . etiam a periculo non procul abesse videbor. Est enim scriptus liber liberius . qvam quorvndam aures ferre queant. Sed ego me totvm diuinae volvntati permitto . qui quod bonvm in suis oculis uidebitvr[3] id de me statvat. Tuis autem precibus et sacrificijs me diligenter commendo. — —

Jllud non potui quin tibi scriberem. Cvm in synodo nostra Tridentina magna fuisset de eo contencio . nvm in coena se Christus obtvlisset . nec enim defuervnt . qui quod Lutherani quoque facivnt[b] . negarent oblationem ullam in coena factam esse[4], visvm fuisse mihi quod opere praecivm essem factvrus . vt ad confirmacionem doctrinae . quae tandem obtinvit in synodo[5] . et quam nos etiam in confessione nostra defenderamus . patrvm sentencias in tercia Antverpiensi editione adscribi faceremus[c]. Inter alia prodvximus etiam quae Gregorius Nyssenus ea de re scripsit[6] . fvit autem non nemo Romae . qui svmmo studio laboraret . vt quod produxeramus Gregorij Nysseni testimonivm ex libro nostro tolleretvr. Quamuis autem quod uolebat non obtinverit . hoc tamen effecit . vt eius sentencia trvncata[d] poneretvr in libro nostro . et quibus verbis oblatio maxime confirmabatvr . ea tollerentvr[7] . et uisus est . per eos . vir sanctissimus magni Basilij frater . in quem nvllo vnquam tempore . cecidit eiusmodi suspitio . haereseos notari . cvm tamen si diligentius expendatvr . facile possit vt ego existimo

a) *Hoc v. supra vers. scriptum est.* b) *A R. corr. ex* quoque profitentvr nostro tempore. c) *Ita (in margine) corr. est ex* sentencias aliquot adscriberemus. d) *Ita R. correxit ex* vt ea trvncata.

---

[1] Augerium; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Hosius a. 1564 scripserat „Judicium et Censuram de Judicio et Censura ministrorum Tigurinorum et Heidelbergensium“ (protestantium), qui doctrinam contra adorandam Trinitatem per Poloniam sparsam „Judicio et Censura“ Cracoviae excusa refutaverant. Qui Hosii liber in ipsius „Operibus“ a. 1566 Antverpiae vulgatis non comparet (*Eichhorn* l. c. II 257—264); postea tamen non semel excusus est; ut in „D. *Stanislai Hosii* . . . Operibus“, Antverpiae 1571, f. 347[a]—368[b].

[3] 1 Rg 3, 18; 14, 36 40.

[4] De tridentina hac controversia vide *Can.* III 476[2].

[5] Sess. XXII. de sacr. Missae c. 1.

[6] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[7] Romanae editionis verba ipsis hisce litteris adiungam infra p. 140.

non ab haeresi tantvm . vervmetiam ab errore quouis defendi. Interea tamen . in tercia aeditione Antverpiensi quin et in quarta proculdubio Grego: Nisseni verba svnt adscripta omnia, quod si Lugduni tertivm nvnc liber excudetvr . tvvm iuditivm facio [?][a] Romanam an Antverpiensem aeditionem Typographvm Lugdunensem[b] hac in parte sequi malis. Quamobrem abs te peto . patrem vt Egmvndvm admoneas ea de re . quicquid visvm tibi fverit mihi quoque placebit.

Hosium Heilsberga has litteras dedisse intellegitur ex iis, quae Canisii litteris 17. Septembris 1565 datis adnotata sunt; vide supra p. 97.

Extrema huius epistulae pars notatu digna est ob ea, quae Hosius de loco illo S. *Gregorii Nysseni* scribit. Nyssenus certe in oratione prima „in sanctum Pascha“ sive in Christi resurrectionem habita haec protulit: „*Ὁ γὰρ πάντα κατὰ τὴν δεσποτικὴν αὐθεντίαν οἰκονομῶν, οὐκ ἀναμένει τὴν ἐκ τῆς προδοσίας ἀνάγκην, καὶ τὴν λῃστρικὴν ἔφοδον τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὴν τοῦ Πιλάτου παράνομον κρίσιν, ὥστε τὴν ἐκείνων κακίαν ἀρχηγὸν καὶ αἰτίαν τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας γενέσθαι· ἀλλὰ προλαμβάνει τῇ οἰκονομίᾳ τὴν ἔφοδον, κατὰ τὸν ἄῤῥητον τῆς ἱερουργίας τρόπον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀόρατον, καὶ ἑαυτὸν προσήνεγκε προσφορὰν καὶ θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ ἱερεὺς ἅμα, καὶ ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Πότε τοῦτο; Ὅτε βρωτὸν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα εἰς βρῶσιν σαφῶς ἐνδείκνυται τῷ ἤδη γεγενῆσθαι ἐντελῆ τοῦ ἀμνοῦ τὴν θυσίαν.* [vel: „*Ὅτε βρωτὸν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα, καὶ πότιμον τὸ αἷμα τοῖς συνοῦσιν ἐποίησεν· παντὶ γὰρ τοῦτο δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἂν βρωθείη παρὰ ἀνθρώπου πρόβατον, εἰ μὴ τῆς βρώσεως ἡ σφαγὴ καθηγήσαιτο. Ὁ τοίνυν δοὺς τὸ σῶμα τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ εἰς βρῶσιν σαφῶς ἐνδείκνυται τῷ εἴδει τοῦ ἀμνοῦ τὴν θυσίαν ἐντελῆ γεγενῆσθαι.*] *Οὐ γὰρ ἂν ἦν τὸ σῶμα τοῦ ἱερείου πρὸς ἐδωδὴν ἐπιτήδειον, εἴπερ ἔμψυχον ἦν . Οὐκοῦν ὅτε παρέσχε τοῖς μαθηταῖς ἐμφαγεῖν τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος ἐμπιεῖν, ἤδη κατὰ τὸ θελητὸν* [vel: *λεληθὸς*] *τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ τὸ μυστήριον οἰκονομοῦντος ἀῤῥήτως τε καὶ ἀοράτως τὸ σῶμα ἐτέθυτο. Καὶ ἡ ψυχὴ ἐν ἐκείνοις ἦν, ἐν οἷς αὐτὴν ἡ ἐξουσία τοῦ οἰκονομοῦντος ἐναπέθετο μετὰ τῆς ἐγκεκραμένης αὐτῇ θείας δυνάμεως, τὸν ἐν καρδίᾳ ἐκεῖνον χῶρον περιπολοῦσα. Οὐκοῦν ἀφ᾽ οὗ προσήχθη τῷ Θεῷ ἡ θυσία παρὰ τοῦ μεγάλου Ἀρχιερέως, τοῦ τὸν ἑαυτοῦ ἀμνὸν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἡμῶν ἁμαρτίας ἀῤῥήτως τε καὶ ἀοράτως ἱερουργήσαντος, ἀπὸ τότε τις ἀριθμῶν τὸν χρόνον τῆς ἀληθείας οὐχ ἁμαρτήσεται.*“ (*Migne*, P. gr. XLVI 612 1207.) Hunc igitur locum, quem postea theologi de „essentia sacrificii missae“ disputantes diligentius tractaturi erant, Hosius, quo tempore „Confessionis“ primae editiones in lucem prodibant, aut non noverat, aut proferre noluerat; ita in editione Parisiis a. 1562 facta (cap. 41) affirmatur quidem, Christum in ultima cena sacrificium Deo obtulisse, Nysseni tamen mentio non fit (Opera D. *Stanislai Hosii*, Parisiis 1562, f. 37[b]—38[b]). Romana autem Confessionis hosianae editio, quae a. 1565 per praeclarum illum Paulum Manutium, Aldi Manutii filium, excusa est, ita habet (in cap. 41): „Gregorius uero Nissenus docet, quod [Christus] in illa coena nouissima se obtulerit his uerbis. Qui pro Dominica potestate et auctoritate administrat omnia, non expectat uel ex proditione necessitatem, uel Iudaeos grassantes, uel iniquum Pilati iudicium, ut illorum scelus ac malitia principium et causa communis hominum salutis esset: uerum praeoccupat oeconomia quadam uiolentum impetum, et iuxta quendam ineffabilem sacrificii modum, et qui ab hominibus cerni nequit, se ipsum offert oblationem et hostiam pro nobis, idem simul et sacerdos et agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Theophylactus quoque in suis Matthaei commentariis indicat Christum dominum in ea nouissima coena sacerdotio secundum ordinem Melchisedech functum fuisse“ etc. (Confessio Catholicae fidei Christiana, auctore D. D. *Stanislao Hosio*, Romae 1565, 138). Romani igitur theologi ex Nysseno primas tantum sententias ponunt, reliquas omittunt; et cum reliquis Patrum dictis, ex quo libro excerpta

a) *Sic correctum esse videtur ex* faciet; *obscurius scriptum* b) *Tria vv. sqq. supra vers. scripta sunt.*

sint, in margine adnotent, huic dicto nihil adnotant. Aliter de Nysseni loco actum est in Operum Hosii editione, quae proximo anno Antverpiae curante doctore Henrico Dunghen canonico antverpiensi et Hosii amico prodiit. Ibi in margine nominatur „Greg. Niss. de S. festo Paschae Orat. prima"; in ipso cap. 41 primum quidem ad verbum exprimuntur sententiae, quas Romani posuerunt; deinde sequuntur verba: „Quando autem id fecit? Quando tale suum corpus effecit, vt manducari, talem sanguinem, vt potari posset a suis familiaribus. Qui igitur dedit discipulis suis corpus suum ad manducandum, manifeste demonstrat, iam perfectam et absolutam esse factam agni immolationem. Neque enim fuisset corpus victimae, vt manducari posset idoneum, quamdiu animatum esset. Itaque quando prebuit discipulis manducandum corpus et sanguinem ad bibendum, iam latenter pro potestate mysterium hoc administrantis, ineffabiliter et inuisibiliter corpus immolatum erat, et anima ibi erat, vbi eam potestas administrantis collocauerat, permixta sibi diuina virtute locum illum in corde terrae peragrans. Quamobrem, ex quo tempore oblatum est Deo sacrificium a magno Pontifice, qui suum agnum pro communi peccato ineffabiliter et inuisibiliter obtulit, si quis ex eo tempore tempus immorationis in corde terrae numerauerit a veritate non aberrauerit. Ex quo Gregorij Nisseni loco verba quaedam in suos Matthaei commentarios Theophilactus quoque transtulit" etc. (D. *Stanislai Hosii* Cardinalis, Episcopi Varmiensis . . . Opera, Antverpiae. In aedibus Viduae et Haeredum Ioannis Stelsij, 1566, f. 59[a]). Attamen, quid Canisius de Gregorii Nysseni verbis hoc loco aut ponendis aut omittendis senserit, certo affirmare non audeo. Ipse certe ne in posterioribus quidem „Summae doctrinae christianae" editionibus, ubi plurima patrum testimonia memorat, haec verba ponit. Atque in „Confessionis" editione ab ipso Hosio amplificata, quae a. 1571 vulgata est, haec tantum leguntur: „Grauis auctor Gregorius Nissenus non dubitauit dicere, quod nemo comedit, nisi quod prius immolatum sit. Quae verba Theophylactus quoque repetit in Matthaeum scribens" (D. *Stanislai Hosii* Opera, Antverpiae 1571, f. 57[a]). Neque plura comparent in „Confessione", quam denuo ab Hosio recognitam Maternus Cholinus paulo post typis exscripsit (Confessionis Christianae Catholicae fidei a D. *Stanislao Hosio* conscriptae Tomus primus, Coloniae 1573, 424). Fateamur sane oportet, in Gregorii verbis aliquid esse difficultatis; ipse enim, ut simul Christum et vespere Sabbati sancti resurrexisse, et tres dies ac noctes mortuum fuisse probet, primum illum diem a vespere feriae quintae incohat, modeste tamen et ita, ut auditoribus rei iudicium permittat (*R. Ceillier* O. S. B., Histoire générale des Auteurs sacrés, Quatrième Siècle, chap. 5, art. 2, § 25, n. 2 [VI, Paris 1860, 202]. *Fr. Ser. Renz,* Die Geschichte des Meßopfer-Begriffs I, Freising 1901, 361—366). Accedebant haec: Operum Nysseni exempla quae eo tempore circumferebantur, multis rationibus corrupta erant; ne nunc quidem huius patris editiones satis emendatae exstant [1]. Atque verisimile est, Hosio Gregorii verba praesto non fuisse nisi latine versa; editiones certe operum Gregorii, quae tunc exstabant — coloniensis a. 1537 et basileensis a. 1562 excusae — latinae tantum erant (*Ceillier* l. c. art. 5, p. 258).

De his Canisii litteris *Polancus* Roma 2. Februarii 1566 Hosio scripsit: „His diebus Romam peruenerunt[a] litterae quaedam D. V. Illustrissimae ad P. Canisium cum aliis ad P. Edmundum Evgerium, praepositum prouincialem societatis nostrae in Aquitania. Vtrasque misit ad nos Cardinalis Augustanus, qui Romae nunc agit, et[b] priores hodie Augustam mitto" (*Cyprianus* l. c. 404 [ex autogr., ut videtur]: apogr. eod. temp. scriptum exstat in „Germ. 65" f. 60[b]). Eodem illo die 2. Februarii *Polancus,* ut ex eius epistula 2. Februarii 1566 ad Canisium data intellegitur, Hosii litteras Canisio destinatas Augustam ad eundem misit.

a) *Ita apogr. vetus. Cypr.:* peruerunt. b) *Hoc v. non est in apogr. veteri.*

[1] Scripsit Hosius de hoc negotio etiam ad Ioannem Franciscum Lombardum qui cardinales Amulium et Sirletum de eadem re monuit (*Cyprianus,* Tab. 397—398). Lombardo mandatum erat, ut libri hosiani singulas plagulas, ubi ex Manutii officina prodissent, Romae corrigeret (l. c. 380—381).

1266. CANISIUS CARDINALI **MARCO ANTONIO AMULIO,** episcopo reatino. Colonia 7. vel 8. Decembris 1565.

Canisius, si Amulio de consecratione archiepiscopi treverensis non scripsit 21. vel 22. Novembris 1565 (vide supra p. 134), certe de eadem — ac fortasse etiam de variis rebus coloniensibus, ut de episcopo suffraganeo constituendo (cf. infra n. 1267) — scripsit Colonia 7. vel 8. Decembris 1565. Equidem inclino in id, ut eum et exeunte Novembri et initio Decembris scripsisse dicam.

Cf. infra n. 1267.

1267. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Colonia 8. Decembris 1565.

Ex litterarum Borgiae apogr., eod. temp. scripto. Cod. „Germ. 65" f. 70^b.

Borgias Canisio, Roma 2. Martii 1566: „Quando questa arriuara già speramo sara V. R. gionto in Augusta . cui lettere di Colonia de .8. de decembre sono le ultime che di lei hauemo riceuute."

Canisii litterae perisse videntur. De quibus vide Borgiae epistulam, quam modo dixi. Hoc loco haec tantum addo: Canisius, ut ex Borgiae epistula intellegitur, eundem monuit, archidioecesim coloniensem episcopo suffraganeo sive auxiliari vehementer indigere. Ioannes Pennarius O. Min. Conv., titularis episcopus cyrenensis et suffraganeus coloniensis, 13. Septembris 1563 Moguntiae exstinctus erat (*Konr. Eubel* O. F. M., Geschichte der kölnischen Minoriten-Ordensprovinz, Köln 1906, 55). Neque quemquam alium in eius locum substituebat Fridericus a Veda archiepiscopus, praetendens, ut videtur, magnum aes alienum, quo archiepiscopatus gravabatur. Ac Fridericus quoque ordine episcopali carebat; immo ne sacerdos quidem erat (Das Buch Weinsberg, bearb. von *Konstant. Höhlbaum* II, Leipzig 1887, 172). Quare cives querebantur, filios suos, cum ordinibus initiari vellent, Moguntiam, Treveros, Leodium, Monasterium Westphalorum proficisci debere magnis cum expensis et cum archiepiscopatus coloniensis dedecore (*Hansen* l. c. 562 [1]). Atque etiam Capitulum metropolitanum desiderabat, ut Fridericus suffraganeum deligeret et sustentaret (*Lossen* l. c. I 7).

Neque dubium est, quin Canisius iisdem litteris alia etiam in Friderico Vedano notaverit: Is, 19. Novembris 1562 electus, potestate quidem ecclesiae coloniensis „administrandae" se a Pio IV. per litteras apostolicas instructum esse dicebat (*Pogiani* Epistolae IV 298); at confirmationem apostolicam nondum impetraverat neque sacerdos erat, cum (ut hoc loco nihil dicam de iure communi vel de Concordatis Germaniae; vide supra p. 116[1]) singularibus etiam pactis initis spopondisset, se primo post electionem anno et sacerdotium et, nisi a pontifice dispensationem impetrasset, consecrationem episcopalem suscepturum esse (*Lossen* l. c. I 7). Atque ipsa etiam Friderici [1] fides in suspicionem venire coeperat. Meminerant catholici, eum olim a praeceptore non catholico institutum esse in aula Hermanni a Veda patrui, qui ex archiepiscopo coloniensi apostata a fide evaserat (*Hansen* l. c. 475). Ferebant, Fridericum, cum metropolitanae ecclesiae decanus esset, in bibliotheca libros Lutheri, Calvini, Melanchthonis, similium servasse (*Hansen* l. c. 475. Epp. *Nadal* II 477). Cum Coloniae senatus et clerus cives aliquot haereticos et rebelles urbe pellere vellent, ipse operam conferre recusaverat (*Hansen* l. c. 476). Amicitia iungebatur Guilielmo duci iuliacensi, qui apud catholicos male audiebat (*Lossen* l. c. I 5). Ex altera tamen parte etiam nonnunquam significabat se catholice sentire. Ita aestate a. 1564, pestilentia Coloniam urente, trium dierum ieiunium indixit et fidelibus praecepit, ut stipem pauperibus largirentur, precationes sollemnes facerent, peccata confiterentur, eucharistiam sumerent (*Hansen* l. c. 500).

---

[1] *Hermannus a Weinsberg* coloniensis, qui Fridericum ipse noverat, de eo notavit: „War ein swar, groff man, halber dauf und ungerade" (Buch Weinsberg II 172).

Cartusianorum coloniensium priori aliquando dixit: Iesuitas sibi caros esse; se, cum maiorem nactus esset fortunam, eorum inopiam sublevaturum (*Hansen* l. c. 461) Atque confirmationem Fridericus brevi post electionem petiverat; cum autem ob maximas, quibus archiepiscopatus coloniensis premebatur, pecuniae angustias usitatae illius „annatae" vel nihil, vel tertiam tantum partem solvere vellet, negotium retardatum est. Attamen hoc tempore in eo paene erat, ut de aliqua annatae parte inter utramque partem conveniret (*E. Reimann*, Friedrich von Wied, in „Forschungen zur deutschen Geschichte" XIII, Göttingen 1873, 354—371). Atque Wedanus postea capitulo suo metropolitano affirmavit, Pium IV. sola morte († 9. Decembris 1565) impeditum esse, quominus confirmationem sibi tribueret (*Gustav Wolf*, Aus Kurköln im 16. Jahrhundert, Berlin 1905, 296—297). Cf. etiam infra monum. germ. l. (34).

Canisius die 7. Decembris 1565 Noviomago Coloniam redierat; quo cum indultum illud (vide supra p. 116) nondum esse allatum comperisset, 8. Decembris ad ducem Iuliaci et ad episcopos Westphaliae profectus est; vide infra mon. germ. l. (20).

1268. S. FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, PP. THEODORICO et PETRO CANISIIS.

Roma 12. et 18. Decembris 1565.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine epistulae, eadem manu: „Padre Theodorico Viceprouincial dela Superior Germania"; in margine „Postscripti" tum primi, tum alterius, eadem manu: „Aggionta à quella del Padre Theodorico Canisio"; in margine „Postscripti" tertii: „postscripta. P. Theodorico Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 48^b—49^b 52. Epistula usus sum in „*Stimmen*" etc. LXXI 319.

P. Hoffaeus petit, ut ipse rectoratu monacensi levetur et P. Menginus rector constituatur; Canisiis quid videtur? Horum arbitrio permittitur statuere, utrum Mengino ad res domesticas curandas in patriam eundum sit necne. Hoffaeus per litteras reprehenditur, quod apologias conscripsit non consulto praeposito, et quod Socios ab hoc sibi missos remisit. Monachii potius schola dialectica auferenda, quam scholae physica et theologica addendae sunt; proceres schola catechetica contentos esse convenit. Angli etc. in Germaniam superiorem non mittendi sunt nisi consulto provinciali. P. Hernath, ubi significaverit, quibus Societatis privilegiis indigeat, his instruetur. De confessariis ducissarum iuste provisum est. Augustae de ecclesia haud facile est aliter statuendum. Petri Canisii legationi finem attulit mors pontificis. Pro hoc et pro eligendo novo pontifice preces faciendae sunt. Petrus Canisius duoque alii de Hoffaei scriptis cognoscent et Romam referent. Bene ne convenit Canisiis cum Hoffaeo? Effectum est tandem, ut episcopo herbipolensi bullam pro collegio concederent, nullam exigentes „compositionem"; pecunia tamen opus est ad expediendas litteras apostolicas. Varii Socii. Aliqui corpore animove infirmi iuventur oportet. Negotium bullae universitatis dilinganae, dum pontificia sedes vacat, absolvi nequit. Agetur cum universitatis ingolstadiensis superintendente. Episcopo herbipolensi certi quicquam promitti non potest. Contionator augustanus. Socii varii. Scribant Canisii, num Ingolstadii scholae inferiores relinquendae sint. Cur ibi convictores extra domum dormiunt cibosque sumunt? Candidati Societatis.

Pax *etc.* Si riceuetero quelle di V. R. di 9. di ottobre[1] che arriuorno più tardi che altre, più fresche alle quale si è data risposta. si é uisto quanto lei scriue del Rettor di Monachio[2]. il quale fa instantia per sue lettere di esser liberato della cura del gouerno de altri. prima che mi[a] risolua à farlo uorrebbe intendere il parere de V. R. et del

a) *A libr. corr. ex* che N. Padre si.

[1] Borgias recta et proxime ad Theodoricum Canisium scribit, quamquam litteras suas Petro quoque Canisio destinari planis verbis dicit.

[2] P. Paulo Hoffaeo; cf. *Duhr*, Jes. I 781—782.

Padre Prouinciale se sara ritornato, dice lui stesso che il Padre Domenico Mangin[1] saria bono per il gouerno de quel collegio, anche di questo auisara V. R. quel che ne gli pare . domanda licentia per questo Padre Domenico per andare al paese, doue per .15. anni è stato absente, per disponere delle cose sue domestiche, etiam questo si rimette al parer del Padre Prouinciale, o de V. R. se pur si potra escusar questa andata, hauendo lui à tornar in Germania, si reputarebbe meglio escusarla, et quando si hauessi à darli licentia di andar, sia per il più breue tempo, che li negotij comporteranno.

Quanto al scriuere quelle apologie[2], quà non è parso bene si pigliassi tal assunto senza consultare il superiore et manco bene è parso che si rimandassero indietro quelli si erano mandati in Monachio dal superiore et al R. si scriuera questo, nella inclusa che qùi ua, et V. R. uista et serrata glie la mandera.

Le lettione di phisica che dimandano per quel collegio, non mi pare se li debbia concedere, anzi quella che tengano di dialectica, uorrei si leuassi con qualche bon modo, et che fossino diuertiti quelli Signori de ricercare la lettione de casi di conscientia, o altra de Theologia, contentandosi della lettione christiana, o uero catechismo.

Gia si è scritto à quelli dela inferior Germania non grauino la superiore con mandar inglesi, o altri, senza che prima habbino consenso dal Prouinciale.

Al Padre Pietro[3] Hungaro saluti V. R. in mio nome, et li dica che ho riceuuto sua lettera, et pregho[a] N. Signore li dia de sua mano quella benedittione che ricerca, et quanto alle gratie, o priuilegij che ricerca da la Compagnia dechiari in particolare de quali li pare hauerne bisogno, perche uolentieri li saranno concessi.

Rispondero anche in questa a la lettera de 2. de nouembre del Padre Prouinciale Canisio, poi che tornando riceuera questa per sua[b][4]. Mi ha piaciuto la uenuta deli padri Gulielmo et Laurentio con le Duchesse de Fiorenza et Ferrara[5] . et sono stati auisati li Rettori di tener il conto che conuiene con la sanita loro, et anche[c] si é scritto uadino retenuti nel negociare, pigliando assunti di quelli che li ricercherano[6].

a) *Sequitur* Iddio, *a libr. oblitt.* b) *Sequuntur 2, ut videntur, vv. a libr oblitt. ita, ut legi non possint.* c) *Sequuntur vv.* del moderarsi, *a libr. oblitt.*

---

[1] Menginus, lotharingus; vide *Can.* II 151[3].

[2] Hoffaeus Alberti V. Bavariae ducis rogatu vel hortatu contra protestantes aliqua scripserat; de qua re plura sub has ipsas litteras dicentur.

[3] Hernath; vide supra p. 84. Perperam *Agricola* eum „Paulum Hernatum“ vocat et hispanum fuisse asserit (l. c. Dec. 3. n. 165).

[4] Borgias oblitus esse videtur, se iam 17. Novembris ad has Canisii litteras respondisse; vide supra p. 133.

[5] PP. Guilielmum Elderen et Laurentium Hermanutium, Ioannae et Barbarae Ferdinandi I. imperatoris filiarum confessarios, significat.

[6] Vide supra p. 120.

Pare anche stia bene in Augusta il Padre Vendelino, come prefetto[1], et che nonsi faccia disegno de mutatione de chiesa senza la[a] consideratione debita.

Al Cardinal Emulio si dettero sue lettere[2], ma di questa missione non accadera dir ne far altro, hauendo piaciuto à Jddio N. Signore de transferir dala presente uita il summo Pontefice, quale si degni la bonta sua hauer condotto al regno suo eterno[3]. tuttauia per l' anima de esso et perla elettione del futuro Pontefice si faccia quel che si ordina nela poliza inclusa[4].

Detto Padre Prouincial canisio insieme con li DD. Peltano et Thomaso gallo[5], ho deputato di uedere quelli scritti del D. Paulo offeo, per non dar fatica à V. R. che ne ha pur assai da fare. ne altro li diro per questa senon che ci raccomandiamo tutti molto nelle orationi et sacrificij suoi, et di tutta sua prouincia. De Roma li .12. de decembre 1565.

Quel che parera alli tre deputati delli scritti del D. Paulo, mi si scriua con breuità et anche mi si dia auiso . se il Padre Prouinciale, o V. R. pensa acordarsi ben nel gouerno, col D. Paulo perche quando altrimente fossi, se li potrebbe forsa concedere quel che ricerca, di essere liberato dela cura de altri, per alcuni anni.

Auanti[b] la morte del summo Pontefice, si è fatto officio acciò il datario[6] passassi alcuni supplichationi dela Germania, et specialmente quella del collegio herbipolense, et sappiamo che finalmente questa é passata senza compositione, laquale all' ordinario sarebbe stata grossa, de intorno a tre millia scudi, tuttauia saranno necessarij denari perla speditione delle bolle, et saria bene che il Reuerendissimo Vescouo[7] se tien qùi alcuno agente, gli[c] comettessi la speditione et far la spesa necessaria. non sappiamo ancora se le altre supplicationi saranno spedite.

a) *Supra vers. scriptum.* b) *Antecedit* Fra, *a libr. oblitt.* c) *A libr. corr. ex* gliela.

[1] P. Wendelinus Völck in **Indiculo* romano Sociorum Roma a. 1565 in Germaniam missorum, de quo supra p. 110[6] dixi, sic recensetur: „P. Vandelinus superior domus Augustanae".

[2] Vide supra p. 119.

[3] Pius IV. Romae 9. Decembris 1565 vita defunctus est.

[4] Hanc non repperi. In Cod. „Def." *notatum est: „1565. . . . A X . di decembre ordine di raccomandare à Dio l'anima di Papa Pio .4. defunto" („Messe . . . per lj Benefattori" etc. in a. 1565).

[5] Thomas Gall a. 1558 in universitate ingolstadiensi Ioannis Wolfgangi Freymann et Andreae Wallner adulescentium „Paedagogus domesticus" fuisse videtur (*F. J. Lipowsky,* Urgeschichten von München II, München 1815, 630). „Fridburgensis" (Friedberg, Bavariae superioris oppidum) et „Doctor" [iuris canonici] is vocatur in * *Catalogo* collegii dilingani exeunte a. 1566 conscripto; ubi etiam refertur, eum 31 annos natum esse, anno 1560 Romae Societatem ingressum esse, anno 1566 Dilingae (quo Roma missus esse videtur exeunte a. 1565) theologiam litterasque hebraicas tradere coepisse („GSC 66" f. 402[a]). Vide etiam *Can.* II 421[4].

[6] Galeatius Gegald; vide supra p. 121[6]. [7] Fridericus a Wirsberg.

Reverentiae[a] *Vestrae litterae 8. Novembris datae huc allatae sunt*[1].
Alli Padri Pisa et Peltano, si[b] scriuera, come V. R. dice, del Padre Georgio[2] come finisca doi anni di Theologia al fine della estade, si potra far dissegno più certo, per andar à Dilinga.

Mastro Gioanne muratore, non conuiene uadi in Germania per diuersi rispetti, senza lui facciassi pur il conto.

Ci é stato caro intendere che Bernardino[3] si quieti, et sara bene aiutarlo . come anche alli altri . quali dice V. R. hauerne bisogno in sua prouincia.

Le ragioni del D. Peltano pareno bone[4], quanto al D. Conrado[5], me rimetto à quella che fu scritta ultimamente, per mano dell' Agente dell' Jllustrissimo Cardinal d' Augusta. Come all' hora fù scritto conuiene aiutarlo neli bisogni suoi corporali et spirituali . et consolarlo . etc.

Il Padre Michaele[6] uolentieri ha mostrato uoler star per un pezzo nela casa de probation. *Denuo me commendo etc.*

Dopò questa scritta si sono riceuute quelle di V. R.[7] assai longe di 23. et 29. del passato insieme conla instruttione et instrumenti, et copie della bolla gia fatta della Vniuersità de Dilinga[8], et perche ci trouamo in sede uacante, conuerra aspettare, la elettione del Pontefice . in questo mezo però si uedera quel che si potra fare, et un altra uolta si scriuera più in particulare.

Perla medesima ragione della morte del Papa, che Dio tenga in suo regno, potrebbe essere, non uenessi il Rettore del Studio de Jngolstadio à Roma . si uerra tentaremo quel che raccomanda V. R.[9]

a) *Hoc verbo alterum „Postscriptum" incipit.* b) *Sequitur* potra, *a libr. oblitt.*

[1] Litteras Theodorici (non Petri) Canisii dicere videtur.

[2] Bader; de quo plura infra. [3] Guana; vide supra p. 41 111.

[4] De Peltano vide supra p. 109. *Borgias* Roma 13. Novembris 1565 P. Theodorico Canisio ad litteras 11. Octobris 1565 ad se datas *rescripserat: „Ho uisto la auersione de animo che tiene il D. Theodoro de hauer gouerno alcuno nela Compagnia et quello che V. R. sente circa la attitudine di esso per tale assunto . et finalmente io mi rimetto à quello che ui parera meglio conferendolo col Padre Prouinciale se di la se troua" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 37[a]).

[5] P. Swagerium significat; de quo vide supra p. 109 110.

[6] Marius (v. supra p. 38 126); Romam igitur hic missus erat; id quod confirmatur **Catalogo* quodam romano, qui exstat in „Catal. Rom.-Tusc. 1559—1572" f. 35 36. [7] Theodoricum Canisium significat.

[8] Bullae Roma 6. Aprilis 1551 datae, qua Iulius III. collegium S. Hieronymi dilinganum universitatem esse iussit academicisque privilegiis ornavit? Quae Bulla exstat apud *Specht* l. c. p. 609—613.

[9] Universitatis rector erat Wolfgangus Zettel, ethices professor (*Mederer* l. c. I 293). Neque tamen hic Romam petebat; sed Romam ire ab Alberto V. duce iussi erant Martinus Eisengrein theologiae professor praepositusque mosburgensis (Moosburg) atque Ioannes Pfister canonicus frisingensis; Albertus enim impetrare volebat, ut Ernestus filius, paulo ante episcopus frisingensis electus (postulatus), a pontifice confirmaretur (*Lossen,* Köln. Krieg. Vorg. 78—79. *W. Goetz,* Beitr. 344. *Luz. Pfleger,* Martin Eisengrein, Freiburg i. Br. 1908, 47).

Peril Vescouo herbipolense[1], uedasi di là qual aiuto si possa dare della Superior Germania et del Rheno, di quà anche si uedera, ma le forze sono poche, et però non si prometta niente da parte nostra, saluo che si fara quel che si potra.

Circa il predicatore di Augusta[2], non uedo risposta, di quello che il Padre Prouincial canisio porto de quà risoluto, si tiene pur necessario il far qualche buona prouisione.

Il Padre Vendelino ha ragione di desiderare un' altro sacerdote lì, uedasi pur quel che si potra fare per lui, si scriueranno dui uersi à[a] mastro Marches[3]. et anche alli dottori de Jngolstadio, Di là però si faccia quel che conuiene, etc.

Quanto à Bernardino et Mattheo Polono, conuiene che la obedientia li metta per la strada che hanno à fare se loro si discostassino di quella.

De lasciar le scole basse de Jngolstadio, quando sara tornato il Padre Prouinciale, ci si scriua quel che à lui et à V. R. parera, hauendo inteso quel che diranno, quelli de Jngolstadio. diasi etiam auiso perche tengono li conuictori in tal modo, in Jngolstadio, et non piu presto al modo che si tengono in altre bande, che mangino et dormino tutti in casa[4]. et cosi non accaderebbe che li nostri che hanno cura di essi, uengano à mangiar al collegio nostro.

L' ordine che scriue hauer dato acerca quelli che uoleuano intrare in Monachio, de accettar parte di essi, et trattenere li altri con bona speranza pare bene.

Jn tanto che si manda Rettore in Monachio habbiasi cura di leuare li inconuenienti dele persone che lì stanno, al resto si respondera un' altra uolta. De Roma li 18. di decembre 1565.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, P. Theodorico Canisio missa est *epistula ab eodem S. *Francisco de Borgia* Roma 12. Decembris 1565 ad P. Paulum Hoffaeum S. J., collegii monacensis rectorem, data; in qua Borgias: „Quanto alle apologie", inquit, „fatte contra li heretici, mi pare ui debbo auisare charissimo Padre che quantunque tal assunto fossi molto utile, et anche debito per la parte che tochaua all' Illustrissimo Signor Duca. tuttauia non doueuate pigliarlo, senza prima conferirlo col Superiore uostro almeno l'immediato dela Prouincia. ho anche inteso che un Jnglese ò doi, che ui erano stati mandati dal uostro Superiore al collegio de Monachio, glieli hauete rimandati indietro, cosa che mi ha fatto marauigliare, perche come sapete li Rettori deuono dar esempio et forma di obedientia alli suoi subditi in quella che loro tengano uerso li suoi superiori, et molto ui raccomando, che ui sforzate di farlo cosi perl' auenire, non obstante le raggioni che ui occorrono in contrario circa le cose ordinate, lequali potete rapresentare, ma sempre la obedientia deue esser salua" (ex apogr., eod. tempore scripto. „Germ. 65" f. 49"). Iacobus Andreae sive Schmidelinus, lutheranus ille universitatis tubingensis

a) *A libr. corr. ex* al.

---

[1] Friderico a Wirsberg.
[2] P. Martinum Stevordianum dicere videtur.
[3] Ad Ioannem Marquez: de quo vide supra p. 51[3].
[4] Vide supra p. 113[c].

cancellarius, adversus librum „Gründtlicher, Wahrer Bericht, von Catholischer Communion“, quem Hoffaeus, Canisio iuvante, iussu Alberti V. Bavariae ducis ad communionem sub una specie defendendam a. 1565 Monachii duabus editionibus vulgaverat (*Can.* IV 782 794), conscripserat librum: „Grundtlicher vnd war- | hafftiger Gegenbericht, von Catholi- | scher Communion, vnd rechter Niessung | des Leibs vnd Blůts Christi, | im heiligen Nacht= | mal. | wider | Den Bericht, auss beuelch ettlicher | Geistlichen vnd Weltlichen Fürsten, durch der selben ver- | ordneten Theologen, vom Brauch einer Gestalt des | Sacraments, zůsamen getragen, vnnd in | der Fürstlichen Statt Mün- | chen getruckt, | durch | Jacobum Andree D. Probst | vnd Cantzler der Vniuer- | sitet zů Tübin- | gen. | Getruckt zů Tübingen. | 1565.“ (4°; pp. 212; fol. tit. et in fine 1 f. non sign.). *Andreae* in praefatione de monacensi illo libro scribit: „Die Authores, so sich doch nicht nennen dörfen, [haben] nicht allein vast alles, was hieuor von vnserm gegentheil in disem Handel geschriben, zůsamen getragen, sonder auch vil newes, doch vngereimbts ding, darauff sie fürnemlich den brauch einer gestalt dess Sacraments gründen, ans liecht gebracht“ (p. 1). Deinde queritur, quod „gedachten Jrrthumb die Authores dises Bůchs, sich vnderstehn, mit des Durchleuchtigen, Hochgebornnen, Fürsten vnnd Herrn, Herrn Christoffen Hertzogen zů Wirtemberg vnd Teckh, Grauen zů Mümpelgarten, etc. meines G. F. vnd Herren, Christlicher Confession, offentlich zůerweisen, vnnd also auch in dem selben Namen, in das gemein vnuerstendig volck zůtragen. . . . Wie dann hochermelter mein gnädiger Fürst vnd Herr, der Hertzog zů Würtenberg, etc. dises jr Bůch, mit allem fleiss durchlesen, vnnd vermög Gottes Worts, nach der selben hochen vnd Christlichen verstand, für ein bŏses, verfůrisch Bůch erkennet vnd haltet, so wider die Warheit geschriben, vnd das vil arme vnuerstendige Leiit, so es doch gůt meinen, verfůren mŏchte“ (p. 3). Postea compluribus rationibus probare conatur (p. 4—5), catholicos principes, qui librum evulgari iusserint, eum, antequam excuderetur, non legisse. At Albertus V. eum legerat! Cf. *Can.* IV 487. In extremo denique libro (p. 206) *Andreae* asseverat, se iam adversus bavaros illos theologos demonstrasse, [wie] „die fürnembste vnd erschrockenlichste lesterung vnd schmach von jnen selbst dem aller hochwirdigsten Sacrament des Leibs vnd Blůts Christi bewisen“ [werde].

1269. CANISIUS **BERNARDO A RAESFELD**, episcopo monasteriensi, imperii principi.

Monasterio Westphalorum 13. Decembris 1565.

Ex apographo (2°; 2 ff.), quod saeculo, ut videtur, XVIII. vel ineunte XIX. ab ignoto (Hermanno Kock [de quo infra]?) in folio separato scriptum et sic inscriptum est: „Literae Petri Canisii ad Episcopum Monasteriensem Bernardum de anno 1565. feriis B. Luciae.“ Exstat Monasterii Westphalorum in archivo regni borussici, „Münsterisches Landesarchiv. I^6 vol. 5“. Epistulam primus typis vulgavit *Hermannus Kock*, cathedralis ecclesiae monasteriensis „vicarius et succentor“, Series Episcoporum Monasteriensium III, Monasterii 1802, 235—237; Kock, unde epistulam hauserit, non significat; sin autem, quae ipse posuit, cum apographo, quod dixi, diligenter contuleris, eum ipso hoc apographo usum esse dixeris. Ex eodem apographo epistulam edidit *Ludovicus Keller*, Die Gegenreformation in Westfalen und am Niederrhein I, Leipzig 1881 (Publicationen aus den K. Preußischen Staatsarchiven IX), 354—355. Epistula usus est et particulam eius germanice versam posuit *Augustinus Hüsing*, Der Kampf um die katholische Religion im Bisthum Münster nach Vertreibung der Wiedertäufer 1535—1585, Münster 1883, 27. Idem praestiti ego in *„Stimmen“* etc. LXXI 59 178—179.

Prooemium editoris. 1. Harum litterarum unicum illud, quod adhuc exstat, apographum satis recens est. Estne fide dignum? Hoc certe constat, Canisium 8. Decembris 1565 Colonia „ad episcopos Westphaliae“ profectum esse [vide infra mon. germ. l. (20)]. Die autem 29. Decembris 1565 Canisius Furstenavia ad Borgiam

scripsit: Se primum venisse ad episcopum osnaburgensem; „apud hunc iam haereo 14. diebus; . . . sequar consilium Reuerendissimi huius, qui dissuadet, ne ad illos antistites abeam“. Atque exstat apographum, idque omnino certum, litterarum Furstenavia 17. Decembris 1565 datarum, quibus Canisius cum episcopo paderbornensi de legationis suae rebus agebat. Neque cum hoc solo ita egit; nam legatione fere absoluta Moguntia 28. Ianuarii 1566 Borgiae praeposito generali scripsit: Se cum episcopis „quibusdam egisse per literas“. Neque dubitari potest, quin ex horum numero fuerit Bernardus a Raesfeld; nam inter episcopatus Westphaliae monasteriensis ille erat praecipuus. In epistula autem, quam ponam, genus dicendi cernitur canisianum; congruit tempus; res, quae dicuntur, cum iis, quae in paderbornensibus illis litteris proferuntur, conveniunt. Mihi certe longe difficilius est credere hanc epistulam, cum vera Canisii epistula perisset, confictam esse, quam credere hanc ipsam epistulam a Canisio olim datam esse. Atque idem et Kock et Keller et Hüsing, quos supra nominavi, sensisse videntur. Neque tamen certo affirmare ausim, epistulam omnino esse integram. Fortasse, qui eam transcripsit, in librum aliquem a se vulgandum eam recipere volebat; scriptores autem non dubitabant librorum, quos scribebant, et utilitatis, quam ex iis quaerebant, rationi eiusmodi monumenta nonnihil accommodare, poliendo sermonem, omittendo aliquod caput, contrahendo aliqua in summam breviorem. 2. Monasterium (Münster) Westphalorum Anabaptistarum quidem tyrannide a. 1535 liberatum erat; sed in urbe ac dioecesi germina protestantismi manebant et paullatim crescebant; multi ex clero palam concubinas habebant; neque episcopi longe meliores erant: Franciscus a Waldeck (1532—1553) Veneri deditus, Lutheri potius quam romani pontificis placita sequebatur; Guilielmus a Ketteler (1553—1557) episcopatu cedere quam usitatum illud iusiurandum pontifici dare maluit. Electus deinde est omnium suffragiis episcopus et officium invitus suscepit Bernardus a Raesfeld, ecclesiae collegialis S. Mauritii praepositus et capituli cathedralis cellarius († 1574), nobili et potenti Westphaliae familia ortus, vir catholicus et bonus, voluntate tamen infirmior. Impediebatur etiam bellicis motibus, subiectorum animis ad oboediendum parum promptis, rei nummariae angustiis. Cum igitur se rei publicae instaurandae imparem censeret, ipse, ut episcopalis administrationis onere levaretur, semel atque iterum petiit ac 25. Octobris 1566, Pio V. assentiente, consecutus est (*Hüsing* l. c. 2—3 9—12 15 26—30. *Heinr. Aug. Erhard*, Geschichte Münsters, Münster 1837, 385—392. *Janssen* l. c. III[17–18] 560. *Keller* l. c. I 274—275). Quo tempore dioecesim regebat, Ahusiae (Ahaus), in oppido haud procul Monasterio sito, habitare solebat (*Keller* l. c. I 355[1]); interdum tamen etiam Horstmariae (Horstmar) vel Meppiae (Meppen), quae oppida Monasterio longius distant, degebat (*Hüsing* l. c. 155 156 157 161 162 163. *Keller* l. c. I 352 353 355 358).

Episcopum Monasterii convenire non potuit; ideo per tabellarium ei authenticum concilii tridentini exemplum et Pii IV. litteras mittit. Episcopo, ut dioecesim reformet, commendat.

† Pax[a] CHRISTI IESV nobiscum.
Reuerendissime in CHRISTO Pater.

Visum est, et praeclare quidem Pont. max. Pio IIII. S. D. N. ad restituendam orbi christiano tum religionem tum disciplinam ecclesiasticam hodie valde perturbatam atque distractam, operae pretium fore, Sacrum et oecumenicum concilium non modo legitime celebrari, verum etiam cum idem rite confectum esset, passim in ecclesiis publicari, atque a catholicis Episcopis executioni serio demandari, quare curatum est ab eodem Summo Pontifice diligenter ut superioribus mensibus quidam ad Germanicos[b] Episcopos destinaretur, qui

a) *Hoc v. et 7 sqq. a Keller omissa sunt.* b) germanos *Kock*.

authenticum dicti concilii adferret[a] exemplar[1] cum literis admonitoriis. Verum infelici quodam eventu impeditus ille fuit nuntius, ut quod volebat et debebat, reddere non potuerit[2]. Jgitur mihi datum fuit hoc munus, ut easdem literas iterum Romae scriptas una cum exemplari concilij a fide dignis Notariis subscripto recte mittendas, offerendasque amplitudini tuae officiose curarem. Ego vero desiderabam, cum huc propterea venissem, hoc quidquid est negotii cum Celsitudine tua coram agere atque meam illi operam ad omnia promtam[b] ac paratam offerre. Caeterum quia tempus ad reliqua mihi conficiunda[c] negotia exiguum datur, nec diu possum ab Augustanis abesse, perdifficile mihi visum fuit ad amplitudinis tuae aulam excurrere. Vnde sat habui tabellarium reperire, qui scriptum illud Pont. Max. duplicatum ut dixi, et authenticum concilii publicandi exemplar cum meis adferret literis excusatoriis.

Hoc unum nunc adiungam, me percupere et a Summo Deo precari maxime, pietas ut tua pergat, de hac insigni ecclesia Monasteriensi bene mereri, et catholicam in ea religionem non conservare modo, sed etiam a pestiferis opinionibus et foedis abusibus eam repurgare, quemadmodum Sacrum et oecumenicum concilium sapienter docte pieque proponit. DOMINVS[d] IESVS amplitudinem tuam in hoc sancto studio diu incolumem servet, cui me totum reverenter commendo[e]. Monasterij feriis B. Luciae[3] 1565.

Servus in CHRISTO

Petrus Canisius Theologus.

Reverendissimo in CHRISTO patri ac Domino D. Bernardo Episcopo Monasteriensi Patrono singulari

Ad manus proprias.

Quod Canisius his litteris refert: Superioribus mensibus aliquem alium ad exempla authentica concilii tridentini cum litteris pontificiis Germaniae episcopis afferenda destinatum, verum „infelici quodam eventu impeditum" esse: Nescio an aliqua ratione illustretur *epistula Roma 3. Iunii 1564 a S. *Carolo Borromaeo,* ut videtur, ad pontificium apud imperatorem legatum (Zachariam Delphinum, nisi fallor) data, in qua Borromaeus affirmat: Primam decretorum tridentinorum editionem Romae factam nonnihil mendosam fuisse; ideo eam dignam non esse visam, quae ad principes mitteretur; modo autem eadem decreta denuo Romae esse excusa, atque huius editionis 25 exempla nuntio apostolico missum iri, principibus et universitatibus distribuenda eo consilio, ut illi decreta exsequerentur vel saltem curarent, ne eorundem decretorum novae editiones fierent nisi quae cum authentica illa editione congruerent. „Li Padri Jesuiti che uoi hauete eletti à questa impresa, ci pare che siano molto à proposito, per che con la dottrina e bontà loro potranno facilmente

a) afferret *Ko.* b) promptam *Kell.* c) conficienda *Kell.* d) DNS *ap. et Koch.* e) *Omnia, quae sequuntur, a Kell. omissa sunt.*

---

[1] Concilii tridentini (decretorum et canonum) editiones Romae anno 1564 in typographia Pauli Manutii factas recenset et describit *Gener. Calenzio,* Cong. Or., Documenti inediti e nuovi lavori letterarii sul Concilio di Trento, Roma 1874, 453—477. Cf. etiam *Can.* IV 504—505 666[8] et infra monum. germ. 1. (29).

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [3] Die 13. Decembris.

dare autorità à gli exemplari nostri, et destruere gli errori de gli altri, se ce ne saranno" (ex apographo eiusdem temporis, quod exstat Romae in archivo vaticano, „Nunz. di Germ. 4." f. 395). Cum autem ex Canisii epistula 17. Decembris 1565 ad episcopum paderbornensem data colligatur, priores illas litteras pontificias „interceptas" esse (vide infra p. 152), eas Roma ad Delphinum missas atque hunc primum „ad Germanicos Episcopos destinatum" fuisse conicio.

1270. CANISIUS **REMBERTO A KERSSENBROICH**, episcopo paderbornensi, imperii principi. Furstenavia 17. Decembris 1565.

Ex apographo (A) (2°; 1 p.; in p. 2. inscr. et simulacrum sigilli), cui P. *Ioannes Grothauss* S. J. (qui, cum Monasterii Westphalorum et Paderbornae docuisset ac Coloniae in universitate philosophiam tradidisset sacramque Scripturam explicasset, Ferdinandi a Fürstenberg episcopi paderbornensis confessarius constitutus Neuhusii a. 1669 vita cessit [*Ios. Hartzheim* S. J., Bibliotheca Coloniensis, Coloniae 1747, 177—178. *B. Duhr* S. J., Die alten deutschen Jesuiten als Historiker, in „Zeitschrift für kath. Theologie" XIII 73—74]) haec ascripsit: „Seq: epistolam descripsi J. Grothauss ex originali P. Petri Canisij quod A. 1648 ex Archivo Paderbornensi allatum R. P. Alexander Velthauss S. J. exhibuit cum e Bauaria rediret bello pulsus in Iulio . acceperat autem illas literas P. Alexander a Licentiato . . . Vogelio, qui eas in Archiuo Paderbornensis Episcopi reppererat." Haec quidem in summa pagina; in infima autem idem *Grothauss:* „singulis in lineis seruatae sunt lineae ipsius P. Canisij manu factae" (quas ego hic non servo). Cod. colon. „Litt. Epistt. var." (cf. *Can.* I LIV) f. 169. Alterum apographum (B) exstat Coloniae in archivo historico urbis, Cod. „Annales ecclesiastici et civiles virilis aetatis Metropolis Coloniae Agrippinensis" T. IV . p. 653—654; qui Annales Coloniae conscripti sunt a P. *Hermanno Crombach* S. J. (1598—1680), qui, ut ait *Hartzheim* (l. c. p. 133), „potissimam aetatis suae partem in Coloniensi Collegio egit tradenda Theologia morali" (cf. *Sommervogel,* Bibl. II 1696). Epistula usus sum et partem eius germanice versam posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 59 184. Epistulae summam brevissimam posuit *Hansen* l. c. 519[4].

Prooemium editoris. Rembertus a Kerssenbroich (Kerssenbrock), Romae ad litteras institutus [1], postea canonicus paderbornensis, monasteriensis, osnaburgensis est constitutus atque Osnaburgi parochiam Beatae Mariae Virginis rexit; quam parochiam adversus Lutheranos, etiam cum ab ipsis urbe eiectus esset, acerrime, quamdiu potuit, tutatus est. Episcopus et princeps paderbornensis a. 1547 electus, episcopalem consecrationem suscipere non dubitavit atque aliquos dioecesis sacerdotes, qui Lutheranismum propagare studebant, serio compescuit; neque tamen imimpedire poterat, quominus in iis maxime episcopatus partibus, quae civili ipsius imperio subiectae non erant, plurimi ab ecclesia catholica deficerent. Nonagesimum annum egressus supremum diem obiit a. 1568, doctrinae et virtutis laude ornatus (*Mich. Strunck* S. J., Annalium Paderbornensium Pars III, Paderbornae 1741, 283 ad 284 294 393. *H. Kampschulte,* Geschichte der Einführung des Protestantismus im Bereiche der jetzigen Provinz Westfalen, Paderborn 1866, 269—271. *J. B. Greve,* Geschichte der Benediktinerabtei Abdinghof in Paderborn, Paderborn 1894, 118—124. *Wilh. Richter,* Geschichte der Stadt Paderborn I, Paderborn 1899, 123—125).

Pio IV. magnopere cordi esse, ut episcopi Germaniae decreta concilii tridentini exsequantur. Huius rei gratia pontificem episcopo litteras et authenticum concilii exemplum mittere.

---

[1] Rembertum in collegio germanico institutum esse affirmat *Fr. v. Löher* (Geschichte des Kampfes um Paderborn 1597 bis 1604, Berlin 1874, 24). At quo tempore prima collegii germanici initia facta sunt, Rembertus iam septuagesimum aetatis annum multum excesserat et ab aliquot annis episcopus erat consecratus.

† Pax Christi JESV nobiscum aeterna.

Reverendissime in Christo pater ac Domine.

Ita uisum est et prudenter sane pont. max. PIO Quarto S. D. N. sacram et oecumenicam synodum Tridentinam magnum adferre momentum ad Ecclesiam Catholicam hoc saeculo in fide moribusque sanandam[a] atque reformandam. Cupit ille[1] igitur, ac pro suo in Germaniam fauore ac studio sincero uehementer optat, ut haec iam dicta, nec unquam satis laudanda Synodus sicut a multis alijs reuerenter accepta est, sic a Germanicis etiam Ecclesijs legitime recipiatur atque comprobetur. Quocirca cum ad alios Reuerendissimos Archiepiscopos et Episcopos Germaniae nostrae, tum ad Amplitudinem tuam idem summus pontifex literas mittit, dictique Concilij causam pro sui muneris ratione pie et accurate commendat. Adiungitur his literis quoque liber, ne desit exemplar Concilij fide dignum et authenticum[2], cui Notariorum manus subscripserunt. Mihi vero demandatum hoc munus fuit, curarem ut sedulo haec perferri ad Celsitudinem tuam, ne forte, quemadmodum ante iam accidit, hae literae Apostolicae iterum interciperentur. Quod superest, a Deo Opt. Max. precabor adsit ut propitius tuae pietatis conatibus in hoc sacro concilio tum publicando, tum exequendo ad communem Paderburnensis Ecclesiae utilitatem. Me interim, qui Augustae soleo contionatorem Catholicum exhibere, dignitati tuae[b], utpote Catholico uere Antistiti, reuerenter commendo in Christo Jesu Domino nostro. Is uenerabilem senectutem tuam ad Ecclesiae commodum diu uegetam seruet!

Ex Furstenhaw 17. Decemb. 1565.

Seruus in Christo

Petrus Canisius Theologus.

Reuerendissimo in Christo Patri ac Domino D. Episcopo Paderbornensi Imperij principi etc. Domino patronoque singulari. Ad manus proprias.

Canisius has litteras dedit ex oppido Fürstenau, quod nunc quidem ad provinciam hannoveranam regni borussici pertinet, tunc autem episcopis osnaburgensibus (Osnabrück) etiam in rebus civilibus subiectum erat; episcopi suam ibi habebant arcem, in qua haud ita raro habitabant (*H. Wilh. H. Mithoff*, Kunstdenkmale und Altertümer im Hannoverschen V, Hannover 1878, 47—51). Hoc tempore, ut ex proximis epistulis intellegetur, Canisius in ea arce hospes erat Ioannis ab Hoya episcopi osnaburgensis; cuius consilio cum episcopis monasteriensi et paderbornensi per litteras tantum, non coram agere statuerat; v. infra n. 1274.

Lapsi sunt igitur P. *Henricus Turckius* S. J. [*Annales Provinciae Rheni inferioris S. J. VI 386; vide infra mon. germ. l. (22)] et *Strunck* (l. c. 374), cum Canisium cum Remberto episcopo Paderbornae coram egisse assererent. Corrigendus est etiam *Kampschulte* (l. c. 250) de Canisio scribens: „Bei dem Bischofe Rembert von Paderborn fand er eine sehr gute Aufnahme“ etc.

a) servandam *B*. b) tua *A*.

---

[1] Pium IV. 9. Decembris 1565 vita functum esse Canisius nondum noverat.
[2] Cf. supra p. 150[1].

Epistula, quam posui, cum historicis paderbornensibus, quos supra nominavi, ignota erat, tum etiam *Georgio Iosepho Bessen;* vide eius „Geschichte des Bisthums Paderborn“ II, Paderborn 1820, 49—63.

1271. CANISIUS **GEORGIO DUCI BRUNSVICO-LUNEBURGENSI**, archiepiscopo bremensi, episcopo et administratori verdensi et mindensi etc.

Furstenavia inter 15. et 31. Decembris 1565.

Cum Canisium a. 1565 ad Germaniae archiepiscopos episcoposque ac nominatim ad episcopos Westphaliae a Pio IV. legatum esse constet, dubitari vix potest, quin etiam ad Georgium ducem Brunsvico-Luneburgensem legatus sit; is enim ab a. 1554 episcopatum mindensem (Minden), simul ab a. 1558 archiepiscopatum bremensem (Bremen) et episcopatum verdensem (Verden) administrabat [1]. *Ex altera autem parte certum est, Canisium in Westphalia cum solo Ioanne ab Hoya episcopo osnaburgensi coram egisse, reliquis episcopis adeundis Hoyae suasu supersedisse (v. infra ep. n. 1274). Quare verisimile est, eum etiam Georgio authenticum concilii tridentini exemplum et Breve Pii IV. misisse una cum litteris earum similibus, quas ad episcopos monasteriensem et paderbornensem dedit (supra p. 149 152). Qua de re hoc notandum est: Nathanael Sotvellus S. J. litteras exstare affirmat, quas Canisius „ad Episcopum Mindensem unaque Ducem Brunsvicensem“ dederit (Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu, Romae 1676, 663). Cum autem probabile non sit, Canisium Iulio duci brunsvicensi, qui 1553—1554 episcopatum mindensem tenuit, scripsisse, ad solum Georgium Sotvelli verba spectare possunt. Ac fortasse Canisius cum Georgio aliquid commercii etiam antea habuerat; ille enim ab a. 1530 Coloniae praeposituram ecclesiae metropolitanae tenebat (Hansen l. c. 290[1]).*

In tribus hisce dioecesibus paucae exstabant catholicae religionis reliquiae. Ipse Georgius externa specie catholicus, animo potius protestans fuisse videtur. *P. B. Gams* O. S. B. eum „vix catholicum“ dixit (Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae, Ratisbonae 1873, 321). Alii mitius de eo senserunt; erga Societatem Iesu animum benevolum prae se ferebat (*Strunck* l. c. III 323. *Kampschulte* l. c. 260. *Hansen* l. c. 290 386[4] 495[2]). Vita cessit 4. Decembris 1566.

Mindense capitulum deinde episcopum elegit Hermannum comitem a Schauenburg, cuius patrui duo, Adolphus et Antonius, archiepiscopi colonienses fuerant, pater vero Otto ad protestantium castra transierat; atque huius electionis confirmationem a S. Pio V. Maximilianus II. imperator petebat; Ericus vero comes ab Hoya, qui et ipse episcopatum mindensem ambiebat, per legatos a pontifice petebat, ut electionem mindensem irritam esse iuberet. His in angustiis cardinalis Commendonus Pio V. suasit, ut, praeter alios, Canisius rem cognoscere de eaque ad curiam romanam referre iuberetur; vide *Schwarz,* Briefe und Akten I 92.

1272. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis.

Furstenavia 28. Decembris 1565.

Ex apographo huius litterarum partis, eoque Coloniae in Societatis collegio eodem fere tempore scripto. Cod. colon. „L. Qu.“ f. 87[b]. Ex eodem apographo haec primum typis vulgata sunt ab *Hansen* l. c. 519[4]. Particulam germanice posui in „*Stimmen*“ etc. LXXI 180—181.

Canisius Furstenaviae contionatur. Parocho cuidam sacramentum poenitentiae, episcopo eucharistiam praebuit. Collegium.

---

[1] In subscriptione recessus comitiorum a. 1566 Augustae habitorum „confirmierter der Ertz- vnd Stiffts Bremen vnnd Verden, Administrator deß Stiffts Münden“ vocatur (Aller deß Heiligen Römischen Reichs gehaltener Reichstäg . . *Abschied,* Meyntz 1621, 578).

— — Interea dum in hac aula versor frequentes habeo conciones. Effectum est aliquid Christo sit gratia. Absolui praecipuum huius Osnaburgensis [ecclesiae][a] [?] pastorem mihi confitentem[1]. spero multis id profuturum esse. Episcopus ex meis manibus sumere voluit sacram eucharistiam[2]. Cogitat de fundando nobis collegio Osnaburgi, quemadmodum in Vrbem scripsit. — —

In codice coloniensi huic litterarum parti haec inscripta sunt: „Ex literis P. Canisij scriptis die Innocentum Anno 1566 ex Osnaburgo". Manu tamen posteriore significatum est, pro 1566 ponendum fuisse 1565; atque ita certe Canisius scripserat, etiamsi fortasse Coloniae aliqui superessent, qui veteri illo „stilo coloniensi" (cf. *Can.* I 70 128) annum a d. 25. Decembris (dies SS. Innocentium Martyrum est 28. Decembris) inciperent. Erratum est etiam in eo, quod has litteras „ex Osnaburgo" datas esse affirmabatur; Canisius enim eo die non Osnaburgi, sed Furstenaviae in aula episcopi osnaburgensis versabatur; v. infra p. 157. Addo aliquid, quod de universis epistularum canisianarum apographis per Socios colonienses scriptis dictum esse velim: Cum ea diligentius inspicio (v. g. quae sunt *Can.* II 722—723 726; III 24—25), nonnihil dubitare incipio, num Socii colonienses Canisii sententias in transcribendo semper ad verbum expresserint.

Litteras has ad Societatis homines colonienses datas esse facile probatur considerantibus tum ipsa verba tum codicem in quem transcripta sunt; atque equidem eas P. Leonardo Kesselio, collegii rectori, a Canisio inscriptas esse censeo; nam huiusmodi epistulae fere ipsis rectoribus mittebantur; neque apographo adnotatum est, has litteras alteri cuipiam missas esse; neque alius ex Sociis coloniensibus Canisio tam familiariter utebatur, quam Kessel, a 20 annis religiosa amicitia ei iunctus.

Canisius, ut ex his litteris intellegitur, in „aula" versabatur osnaburgensi. Episcopus autem et princeps osnaburgensis ab a. 1553 usque ad mortem († 1574) erat Ioannes comes ab Hoya, patre bellica laude florente, matre Gustavi I. Sueciae regis sorore a. 1529 ortus, in Gallia et Italia ad linguarum et iuris peritiam institutus: qui postea etiam episcopus princepsque monasteriensis (1566—1574) ac simul administrator episcopatus principatusque paderbornensis (1568—1574) futurus erat. *Ioannes Franciscus Commendonus,* apostolicus per Germaniam nuntius, Colonia Agrippina 25. Aprilis 1561 ad S. Carolum Borromaeum de eo rettulit: „È veramente signore di molta virtù e di grand' animo, nobile, ben letterato, ha cognizione di molte lingue e grande esperienza delle cose" (*Miscellanea* di Storia italiana VI, Torino 1865, 111). Ne apud adversarios quidem illaudatus exstitit. Ita *Theodorus Röling,* protestantium osnaburgensium contionator: „Er ist ein gelahrter und friediger Herr gewesen" (Osnabrücksche Kirchenhistorie, Frankfurt u. Leipzig 1755, 23—24). Et *David Chytraeus*, theologiae protestantium professor isque Hoyae aequalis († 1600), eum „principem ingeniosum, eruditum, eloquentem et munificum" vocavit (Chronici Saxoniae Pars tertia, Lubecae 1593, 403). Fatear tamen oportet, Ioannem sacrorum ordinum suscipiendorum haud ita studiosum fuisse; sacerdos et episcopus tandem consecratus est m. Octobri a. 1567 (*Kock,* Series III, 127—128). Omnino primis episcopalis administrationis annis non voluntas quidem, sed fortitudo illa et industria in eo desiderari poterat, qua postremo vitae tempore dioeceses sibi commissas ad concilii tridentini placita reformare studebat.

a) *Vel hoc v. (quod supplevit Hansen) videtur esse supplendum (= dioecesis), vel* episcopatus, *vel* ciuitatis.

---

[1] Iodocum Redeker (Redecher), cathedralis ecclesiae parochum, significari censeo; vide, quae sub ipsas has litteras extremo loco notabuntur.

[2] Ipso, existimo, sacro Nativitatis Domini die sive 25. Decembris; ceterum vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.

Dioecesis osnaburgensis pessime habebat. Qui Ioannem in ea regenda proxime antecesserat, Franciscus a Waldeck episcopus, „Agendam“ sive rationem divinorum officiorum agendorum praescripserat ab Hermanno Bonno, Lutheranorum lubeccensium superintendente, conscriptam; quam a. 1544 in ipsa urbe clerus et saecularis omnis, praeter capitulum cathedrale, et religiosi omnes, praeter Dominicanos, receperant. Catholicis duae tantum relictae sunt parochiae, altera ecclesiae cathedralis, altera ecclesiae collegialis S. Ioannis Baptistae; ecclesias Beatae Mariae Virginis et S. Catharinae senatus urbis protestantibus tradidit. His difficultatibus iungebantur pessimi multorum sacerdotum mores, magnum aes alienum a Francisco Waldeckio episcopatui conflatum, iurisdictionis tum civilis tum criminalis perturbatio, militum incursiones, morbi contagiosi (*Kampschulte* l. c. 124—127. *Detmer*, Johann Graf von Hoya, in „Allgemeine deutsche Biographie“ XIV, 246—250).

Commendonus Bruxellis 13. Novembris 1561 Borromaeo *scripsit: Se Hoyae, ubi primum cum eo congressus esset, commendasse, ut Osnaburgi collegium Societatis conderet. Respondit Hoya, se Sociis desertum quoddam monasterium una cum eius reditibus, quos capitulum cathedrale teneret, traditurum esse. A Borromaeo autem Commendonus petebat, ut se per litteras certiorem faceret pontifici collegii illius instituendi consilium placere; se ad Hoyam ea relaturum esse (ex apogr. antiquo litterarum Commendoni, quod est Londini in museo britannico, „M S Egerton 1077“ f. 183b—185a). Hoya de collegio Osnaburgi instituendo cum Sociis coloniensibus, P. Hieronymo Natale Societatis visitatore, Iacobo Lainio praeposito generali, Commendono nuntio agere coepit; cuius rei gratia Osnaburgi monasterium ordinis Eremitarum S. Augustini instaurare et Societati tradere cogitabat (*Hansen* l. c. 386 397 406 429[4] 437[3] 440 448. Epp. *Nadal* II 104—105 110—111); Augustiniani enim, praeeunte Gerardo Hecker Lutheri amico, fere omnium primi ab ecclesia catholica recesserant (*Kampschulte* l. c. 122—123). Canisius autem tum de collegio illo tum de aliis rebus sub a. 1563 Hoyae scripsit (*Can.* III 551).

Dubium non est, quin Canisius hoc tempore id, quod episcopis monasteriensi et paderbornensi per litteras praestitit, cum osnaburgensi coram egerit: Tradidit ei authenticum concilii tridentini exemplum atque breve pontificium, quo Pius IV. Canisium ipsi commendabat simulque, ut decreta tridentina exsequeretur, eum hortabatur, additis fortasse singularibus aliquot tum laudationibus tum consiliis. Has tamen litteras nusquam repperi.

Canisius se, dum in aula furstenaviensi versetur, frequentes habere contiones scribit. Neque id mirum est. Erat enim sacrum tempus Adventus et Nativitatis Domini, et Canisii contiones Furstenaviae tanto gratiores essent necesse erat, quanto magis ea aetate Germania idoneorum contionatorum penuria laborabat. Arci furstenaviensi coniunctus erat pagus sive oppidum cum sua ecclesia (qua nunc protestantes utuntur [*Mithoff* l. c. VI 50]). Atque etiam m. Augusto 1562 P. Henricus Dionysius S. J. Furstenaviae, ut ipse Hoya testatus est, „conciones multas apud populum“ habuerat (Epp. *Nadal* II 105). Censeo igitur, Canisium Furstenaviae in ecclesia parochiali dixisse tempore quidem Adventus diebus 16. et 23. Decembris, quae erant Dominicae III. et IV. Adventus, ac die 21. Decembris, qui erat dies festus S. Thomae Apostoli, et aliquot aliis diebus (fortasse 17., 19., 24. Decembris; qui erant feria II. et IV. tertiae hebdomadae Advèntus et vigilia Nativitatis). Quod autem ad tempus natalicium attinet, ipse Canisius S. Francisco Borgiae scripsit 29. Decembris 1565, se „in eo quatuor iam diebus pergere concionari“; et 27. Ianuarii 1566: „Ad finem Decemb. Reuerendissimum Osnaburgensem in Westphalia reliqui. . . . Ferijs autem Christi natalitijs, cum apud dictum Reuerendissimum agerem, sum quotidie concionatus de his rebus, quae apud istos in maiore sunt controuersia“. Num igitur etiam 30. Decembris, quae dies Dominica erat, et 31., qui olim et ipse nonnullis locis festus „de praecepto“ erat, contionatus sit, definire non audeo, praesertim cum 29. Decembris Borgiae scripserit: „Non sinam hoc loco me diutius retineri . Recta petam“ etc. (vide infra p. 157).

Canisius his diebus etiam „praecipuo osnaburgensis“ ecclesiae vel civitatis „pastori“ sacramentum poenitentiae ministravit. Quem existimo fuisse Jodocum Redeker (Redecher). Refert enim *Hermannus Hamelmannus* osnaburgensis et horum temporum aequalis, a. 1564 ad ecclesiae cathedralis osnaburgensis parochiam administrandam „Jodocum Redekerum“, „magistrum artium et alumnum ditionis Osnaburgensis“, hominem „eruditum et prae se ferentem aliquam sanctimoniam“ (Hamelmannus sacerdos erat apostata et catholicis infensissimus) Colonia evocatum esse (Historia ecclesiastica renati Evangelii etc. in „Hermanni Hamelmanni Opera genealogico-historica“, ed. *E. C. Wasserbach*, Lemgoviae 1711, 1142). Eundem parochum osnaburgensem P. Ioannes Rethius S. J., gymnasii trium coronarum coloniensis regens, a. 1573 et 1574 per litteras consolatus est et Groppero nuntio apostolico commendavit (*Hansen* l. c. 654[1] 686[1]). *Hamelmannus* (l. c.) eum „Jesuitam“ vocat; at si de Societate vel hoc tempore, vel antea fuisset, Canisius certe de eo ad Borgiam rettulisset.

1273. CANISIUS CARDINALI **MARCO ANTONIO AMULIO,** episcopo reatino. Furstenavia sub 29. Decembris 1565.

Ex *Boeri* apographo, de quo infra n. 1274, et ex apographo, de quo infra n. 1295.

Canisius in litteris Furstenavia 29. Decembris 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia, Societatis praepositum generalem, datis: „Scribo“, inquit, „de statu rerum satis, ut opinor, prolixe in litteris adiunctis, quae, si probabuntur, inscribatur quaeso nomen illius C. A., ad quem destinantur.“ Polancus nomine Borgiae Canisio, Roma 16. Martii 1566: „Si sono riceuute uarie lettere die V. R. di .29. di decembre 27. et 28. di Gennaio . tutte insieme . . . Al Cardinal Amulio si é data sua lettera scritta in Vuespalia.“

Canisius, cum has litteras conscriberet, iam 14 dies cum Ioanne ab Hoya episcopo osnaburgensi versatus erat (vide infra p. 157) . A quo Canisium non de huius tantum episcopatus, sed de totius Westphaliae ecclesiasticis rebus edoctum esse satis est certum.

Equidem censeo, tum his et similibus Canisii litteris, tum relationibus, quas aliquot mensibus post Commendonus legatus Romam misit, effectum esse, ut Roma m. Iunio a. 1566 ad Germaniae episcopos Breve mitteretur, in quo *S. Pius V.:* „Viris rerum Germaniae peritis“, inquit, in consilium adhibitis intellegimus, „tantis haeresibus causam in primis dedisse . . . turpem, inhonestam et pudendam Ecclesiasticorum vitam . . . Ii (sicut accepimus, quod tamen sine bonorum contumelia dictum volumus) concubinas domi habentes, . . . easque secum circumducere soliti, et in Ecclesiis ac conviviis . . . ostendere“ populorum animos vehementer offenderunt. Quare Pius episcopos monet, ut dioecesim visitent et clericos ad concubinas expellendas adigant, in eos, qui ipsis subiecti sint, „ordinaria“, in „exemptos“ apostolica, quam pontifex eius rei gratia ipsis tribuat, utentes auctoritate . Egisse se etiam cum imperatore, ut is episcopis in ea re auxilium ferret. Breve primum typis vulgatum est (ex registro vaticano) a *Laderchio* l. c. in a. 1566 n. 252; deinde (ex exemplo, quod Roma 13. Iunii 1566 ad Marquardum ab Hattstein episcopum spirensem missum est) a *Fr. X. Remling*, Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speyer, Mainz 1853, 615—617, denique (ex exemplo eodem die ad Bernardum a Raesfeld episcopum monasteriensem misso) a *L. Keller* l. c. I 359—360. Litteras a Pio V. ad Maximilianum II. imperatorem illius rei gratia 12. Iunii 1566 datas posuit *Laderchius* l. c. n. 251.

1274. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Furstenavia 29. Decembris 1565.

Ex apographo, quod (Romae, nisi fallor) P. *Ioseph Boero* S. J. sub a. 1860 sua manu (ex archetypo? ex apographo, quod proxime dicam?) scripsit. Exstabat alterum apographum in Cod. „E. C. I.“; quod nunc in eodem non comparere accepi.

Sacchinus (Can. 223) epistulae huius mentionem quidem non fecit; complura tamen ex ea ad verbum transcripsit; aliqua haud recte interpretatus est; cf. infra monum. germ. l. (22). Usus est hac epistula etiam *Michel* l. c. 296. Eandem adhibui eiusque partes germanice versas posui in „*Stimmen*" etc. LXXI 63 181 183—185.

Canisius episcopi osnaburgensis rogatu 14 dies cum eo egit. Osnaburgum vidit; ubi Lutherani dominantur. Collegii exigua spes. Contiones Canisii. Qui ad Cliviae ducem et ad Colonienses venire properat, ex „sancta oboedientia" solacium capiens.

— Quoniam ita visum fuit Patribus Coloniensibus, ut Westphaliam adirem, neglecta tum locorum[a], tum temporis huius incommoditate, veni primum ad Reverendissimum Osnaburgensem. Apud hunc iam haereo 14. diebus, ne illius ardentibus votis deessem, qui cupiebat interea de restituenda hic religione mecum multa conferre. Deinde impendentis festi Natalitii ratio habenda fuit. In eo quatuor iam diebus pergo concionari. Vidi etiam Osnaburgum, et monasteria quaedam semidiruta illius urbis, quae catholicorum exiguum gregem tenet[1]. Non video sane, quomodo illic nostris Collegium institui possit, quemadmodum Reverendissimus optaret, suisque litteris in Urbem datis indicavit sibi gratum fore[2]. Religionis causa hic plane perturbata iacet; pauci reperiuntur catholici; et per Lutheranos praecipua quaeque geruntur. Scribo [*etc., ut supra n. 1273*]. Praeterquam quod concionibus hic operam dedi, sum etiam iam sexies concionatus[3], quorumdam etiam confessiones excepi.

Verum non sinam hoc loco me diutius retineri. Recta petam, si dominus voluerit, Principem Juliacensem, iam antea mihi frustra quaesitum[4], ab eo mox Coloniam tertio rediturus. Nam sequar consilium Reverendissimi huius, qui dissuadet, ne ad illos antistites[5] abeam, et difficilem peregrinationem absque fructu conficiam.

Litteras ex Urbe necdum accepi, quas Coloniae fortasse reperiam. De me hoc unum dicam, quod in his Germanicis peregrinationibus, quae cum haereticis quotidianos congressus adferunt, nihil aeque me consolatur atque sancta obedientia. Et spero R. P. T. et per se et

a) *Ita ut corrigatur ex* sociorum, *quod Bo. posuit, et res ipsae suadent, et verba Sacchini:* nihil deterritus . . . . siue locorum iniuriis, siue inclementia temporum.

---

[1] Canisius, cum Monasterio Furstenaviam ad Ioannem ab Hoya episcopum principem osnaburgensem proficisceretur (vide supra p. 150), per Osnaburgum transire poterat. Ubi eo tempore monasteria Fratrum Minorum Conventualium et Eremitarum S. Augustini deserta iacebant (*Mithoff* l. c. VI 127—128); in monasterio Dominicanorum fratres religiosi habitasse videntur; qui tamen et ipsi aliquanto ante civium quorundam protestantium irruptionem et barbariem passi erant.

[2] Vide supra p. 154. Osnaburgi collegium Societatis a. 1625 per Itelium Fridericum cardinalem Zolleranum (Hohenzollern-Sigmaringen) et episcopum osnaburgensem incohatum est (*Jul. Jaeger*, Die Schola Carolina Osnabrugensis, Osnabrück 1904, 52—53).

[3] Noviomagi etc.; vide infra monum. germ. l. (16)—(20) (25) (26).

[4] Guilielmum Cliviae etc. ducem; vide infra mon. germ. l. (23) (24).

[5] Monasteriensem, paderbornensem, mindensem; vide supra p. 150—153.

suos pro me Dominum saepe precari, idque ut studiose faciat, maiorem in modum oro.

Ex Castro Furstenhaw[a] [?] prope Osnaburgum 29. decembris 1565.

Indignus filius P. Canisius.

Hanc epistulam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem datam esse et notatum est a Boero, qui eam transcripsit, et ex ipsa epistula intellegitur, maxime ex iis, quae in ea de relatione cardinali Amulio destinata dicuntur (v. supra n. 1273).

In Boeri apographo paulo ante Canisii nomen subscriptum haec comparent: „Ex Castro Jborchen [Fborchen.? Tborchen.?] prope Osnaburgum 29. decembris 1565." At castrum, quod ita vocetur, non exstat. Boero vel is, ex cuius apographo apographum Boeri transcriptum est, nomen proprium huius castri ex archetypo perperam exscripsit. Dixeris corrigendum esse: „Ex Castro Jburgen." (= Iburgensi); Iburgi enim (Iburg) prope Osnaburgum episcopi osnaburgenses castrum sive arcem habebant, in eaque etiam Ioannes ab Hoya nonnunquam habitabat (*Hansen* l. c. 429 440). Licet autem Furstenavia longe maiore intervallo remota sit ab urbe osnaburgensi, quam Iburgum, omnino censeo corrigendum esse: „Ex Castro Furstenhaw" vel „Furstenhow" vel similiter. Nam Canisius Borgiae die 29. Decembris scribit, se in eo castro apud Hoyam „iam haerere 14. diebus"; die autem 17. Decembris ad Rembertum a Kerssenbroich scripsit „ex Furstenhaw" (supra p. 152). Ibi sane episcopi osnaburgenses ea aetate saepissime degebant (*Mithoff* l. c. VI 47—49). Atque *Ioannes ab Hoya* ea arce maxime delectatus esse eamque potissimum ornasse traditur (*Detmer* l. c.). Idem 27. Augusti 1562 „ex arce nostra Furstenow" ad P. Hieronymum Natalem de P. Henrico Dionysio S. J. scripsit: „Cum diebus aliquot nobiscum fuisset, et praeter sermones, quos cum eo habuimus, graues conciones multas non inutiliter apud populum hic posuisset" etc. (*Aug. Theiner*, Schweden und seine Stellung zum heiligen Stuhl II, Augsburg 1839, 307. Epp. *Nadal* II 105); similiter eodem die Lainio scripsit (*Theiner* l. c. 306). Quod autem Canisius Furstenaviam prope Osnaburgum sitam esse scribit, ei scribit, qui ex urbe longissime distante ea loca videat.

Dubito, num Boeri apographo integra Canisii epistula exhibeatur. Nonnunquam enim ille — id quod ipse expertus sum —, quae in Canisii epistulis notatu minus digna ei visa erant, omittebat eaque ita, ut se aliquid omisisse nulla ratione significaret.

Borgias Canisio per Polancum respondit 16. Martii 1566.

1275. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., Germaniae superioris viceprovincialis, CANISIO.

Dilinga (?) exeunte a. 1565 vel ineunte a. 1566.

Ex archetypa epistula canisiana, de qua infra n. 1281.

De P. Martino Stevordiano Augustae contionante.

Canisius Moguntia 28. Ianuarii 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia Societatis praepositum generalem haec, praeter alia, rettulit: „Scribit ad me frater, Canonicos Augustae sic amare P. Martinum, ut dicant alium ex Societate se habere nolle. Ego me patiar non grauatim excludi. . . . Doleo tantum eum, qui mihi successit Augustae, nostris qui de illo queruntur, non facere satis, et honori suo non rectius consulere."

P. Martinus Stevordianus S. J. Augustae loco Canisii contionatorem in ecclesia cathedrali agebat; vide supra p. 73 112. *Theodoricus Canisius* iam *litteris Dilinga 23. Novembris 1565 ad Borgiam datis questus erat, eum Augustae male se gerere; notari eius „in bibendo intemperantiam, praesertim apud externos, extra domum et

a) *Ita vel similiter legendum esse censeo; vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.*

nocturno tempore. . . . Redit in multam noctem aliquando solus"; ideo eum Augusta avocandum esse.

Fortasse Theodorici litterae Moguntiam ad Socios missae et ab his, ubi Canisius degeret, ignorantibus diu retentae sunt.

1276. CANISIUS **SENATUI POPULOQUE REIPUBLICAE COLONIENSIS.** Colonia 6. Ianuarii (vel proximis diebus) 1566.

Ex „Summa doctrinae Christianae, . . . authore D. *Petro Canisio*", Coloniae 1566, f. 2[a]—4[b]: de qua plura infra monum. litt. (13) (14). Litterae saepe recusae sunt in posterioribus „Summae" editionibus, ut in iis, quae factae sunt Antverpiae 1566 (f. A 5[b]—A 7[b]) et Coloniae 1573 (f. A 2—A 5), et apud *Frid. Reiffenbergium* S. J., Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem I, Coloniae Agrippinae 1764, Mant. 28—30.

Novam „Summae" editionem iis dedicat. Ante 10 annos Ferdinandi I. iussu librum illum, nomine suo non ascripto, primum vulgavit. Ob quem vehementer a sectariis impetitus est. Neque id moratur, cum tantum ecclesiae gratia et ex huius sententia scripserit. Plurimi etiam librum magni faciunt; cui ipse iam nomen suum apponit. Tractatum de iustificatione addidit et multa immutavit, salva auctoritate editionis prioris. Colonienses Canisium iuvenem multis beneficiis affecerunt et ob fidei catholicae constantiam summis laudibus digni sunt.

AD SENATVM POPVLVMQUE COLONIENSEM, PETRI CANISII THEOL. PRAEFATIO.

MITTO ad uos Catechismum, siue, ut ego dicere malui, Christianae doctrinae summam Lectissimi Amplissimique Viri: opus quidem puerile, ut nonnulli fortassis existimabunt, et ante hac saepius editum: sed quod uiros etiam exerceat, et cui supremam ego manum nunc tandem impono[1]. Cum autem ante decennium Viennae uersarer, et laudatissimo Regi Ferdinando, qui postea Caesar declaratus est, a sacris essem concionibus, hoc ego qualecunque opus, ut ingenue fatear, eodem Principe sic postulante conscriptum, in lucem primum dedi[2]. Causas edendi repetere non attinet, ut quas optimus ille Mecoenas in suo uel diplomate, uel edicto, quod operi praefixum extat, in medium profert[3]. Neque mihi hoc uitio uertendum puto, quod idem liber absque Autoris nomine prodierit saepe: etsi postea Veneti et Galli, dum opus recudunt, me quidem inscio, nomen meum adscripserunt[4]. Ego uero talis tantique Principis, qui facile primas in Germania tenebat, tum authoritate, tum mandato contentus, Deo magis quam hominibus conatum hunc nostrum comprobare uolebam. Nam et nominis expressi additamento id futurum prouidebam, ut multorum in me odia concitarem, et uirulentos calamos acuerem. Adeo nihil fere tam exactum et elaboratum nunc editur, quin Momos[5] ilico

---

[1] Ipsis his diebus Coloniae eam imponebat; vide infra monum. litt. (13).

[2] *Can.* I 537[1]. *O. Braunsberger* S. J., Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius, Freiburg i. Br. 1893, 8—49.

[3] Hoc diploma vide *Can.* I 752—754.

[4] Cf. *Braunsberger*, Entstehung etc. 74; *Can.* III 774 777 788 790; IV 1004 1007 1023.

[5] Reprehensores et irrisores.

reperiat, et crabrones ultro irritentur. Neque sane mea me fefellit opinio: quod uerebar euenit. Ita neque nomen studiose suppressum, neque seruata ubique stili modestia[1], cum saepe aduersarios insectari potuissem, profuit, quominus clam palam huius laboris ergo morderer atque proscinderer[2], Christo interim Opt. Max. qui et ipse cum ageret optime, audiuit a suis pessime, gratias ago singulares, quod me dignum fecerit latratibus atque morsibus sectariorum, praesertim quorum iam damnata est, et posteris execranda erit memoria in Ecclesia Dei. horum saeuas in me sententias et iniquas damnationis leges surdis ueluti auribus praetereo. Etenim ab Ecclesiae Catholicae hostibus, multarumque haeresum patronis reprehendi, quid est aliud quaeso, quam commendari, et bonum Ecclesiae ciuem magis magisque bonis omnibus comprobari? Nos quicquid hic scripsimus, non quaestus, mercedis, aut gloriae cupiditate pellecti: non hominis odio uel amore prouocati, sed quod sancte iurare possumus, Religionis et ueritatis illustrandae studio permoti, et ab illo Caesare impulsi sic scripsimus, ut Catholicorum, et praecipue Germanorum commodo publico inseruiremus. In scribendo autem non sane nostrum, aut ullius priuatum, sed communem Ecclesiae Catholicae sensum et consensum secuti sumus, ac sequi porro ex animo desideramus. Si quis uero est imbecillior, quam qui aduersariorum iniquam de libro censuram possit negligere, hic primum cogitet secum causam quae oppugnatur, cum uniuersa Ecclesia, quae Catholicae nomen meretur, nobis esse coniunctam: deinde maiora et plura quidem nobis fauere quam obstare suffragia intelligat. Loquor autem de ijs testibus, quos omni exceptione maiores Caesar in sua praefatione produxit, nimirum Principes, Magistratus. Curias, Gymnasia: nam ab his librum eundem studiose legi, legendumque proponi, et publice defendi, nobis etiam tacentibus passim res ipsa declarat. Verum imprudenter ago fortasse, qui sanctae simplicitatis oblitus, haec persequor, uelut satis non habeam Ecclesiae sanctae authoritate fulciri, sed hominum quoque fauorem et iudicia morer. At cupio sane, quoad eius fieri potest, infirmorum uitare offendiculum[3], et prouidere bona (ut Paulus iubet) non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus[4]. Igitur ueniam ab omnibus, qui recte et candide iudicabunt, me haud grauatim impetraturum confido, quod in hac editione nomen meum profitear, cum idem in exemplaribus non paucis iam ante (ut dixi) editis circumferatur, cum et Caesar hoc aperte in suo edicto expresserit, cum demum et lege sit cautum ecclesiastica, ut liber nullus absque authoris nomine

[1] Inter ipsos etiam protestantes erant, qui huic modestiae testimonium darent; ut Martinus Chemnitius et Lucas Osiander (*Can.* III 811. *Entstehung* etc. 44).

[2] Ab Ioanne Wigando, Flacio Illyrico, Tilemanno Heshusio, Hermanno Hamelmanno, aliis. Vide *Can.* I 605 755; II 905—906; IV 998—999 1020—1022 1026 ad 1028 1033.

[3] 1 Cor 8, 9. [4] Rom 12, 17. 2 Cor 8. 21.

et inscriptione probetur[1]. Caeterum in hac editione, aut potius operis recognitione, ingenue fatebor id accidisse mihi, quod alijs saepe doctioribus usu uenire solet, ut ad sensum illustrandum iuuandumque lectorem nonnulla immutauerim, multa etiam adiunxerim. Quod studium aequis quidem censoribus molestum esse non potest, ut qui re ipsa saepe comperiunt, haud temere iam olim dictum esse illud: Posteriora consilia meliora[2]. Quanquam per nos etiam licet, si quibus ita lubet, ut prior editio[3] retineatur. Nam utranque Catholicam, et in astruenda ueritatis doctrina consentientem esse, docti deprehendent. Accessit porro huic editioni tractatio, eaque momenti nunc sane maximi, de hominis lapsu et iustificatione, quemadmodum Tridentina Synodus grauissime docuit ac praescripsit[4]. Nos ueluti lac paruulis praebuimus[5], dum prima et faciliora Christianae doctrinae seu capita, seu elementa percurrimus. A lacte porro ad solidiorem cibum[6], hoc est, a Catechismo ad praeclaram et absolutam hanc de Iustificatione doctrinam sunt adducendi, qui uelut ephoebi in Christo grandescunt, et sublimiora quaedam pietatis dogmata possunt capessere. Nec uideo sane, quid tanta de re grauius, commodius, absolutius et necessarium magis in medium possit adferri, quam quod est a Synodo dicta profectum, nimirum ut ueritatis de Iustificatione doctrina, quae maxime oppugnatur, sincere conseruari ac integre defendi queat.

Sed iam tempus est, ut ad Vos redeam Praestantissimi Viri, qui rem uestra quidem humanitate dignam, mihique pergratam feceritis,

---

[1] Indici librorum prohibitorum tridentino a. 1564 a Pio IV. edito P. *Franciscus Forerius* O. Pr., secretarius „deputationis" a tridentina synodo librorum censuris cognoscendis delectae, „praefationem" praeposuit, in qua de delectis illis concilii patribus affirmat: „Non omnes libros, qui nomen auctoris non proferunt, damnandos putarunt: quandoquidem saepe viros doctos, ac sanctos nouimus, vt Christiana quidem Resp. ex eorum vigilijs fructum caperet, ipsi vero inanem gloriam euitarent, libros optimos sine nomine edidisse; sed eos tantum, qui aut liquido prauam, aut dubiam fidei doctrinam, siue moribus perniciosam continent . at vero, qui sint huiusmodi, aut tales censeri debeant praeter eos, qui in hoc catalogo descripti sunt: Episcopi et Inquisitores vna cum Theologorum Catholicorum consilio dijudicabunt . sed propter nostrorum temporum malitiam, ne in posterum libri sine nomine auctoris edantur, decreto quartae Sessionis Tridentini Concilij sub fel. rec. Paulo III. quod incipit, Sed et impressoribus et cae. prouisum est." (*Index* librorum prohibitorum, Coloniae 1564, f. A 5.) In tridentino autem illo de impressoribus decreto statuitur: „Nulli liceat imprimere vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris" (Sess. IV. de edit. et usu sacr. libr.). Postea tamen, probabili quadam interpretatione, eam legem tantum ad libros sacrae Scripturae eorumque interpretationes et adnotationes spectasse docuerunt; atque haec interpretatio a. 1880 per Sacrum Officium sancita est (*Archiv* für katholisches Kirchenrecht XLVI, Mainz 1881, 26).

[2] „Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse": *Cicero*, Oratio Philippica XII., 2 n. 5.

[3] Novae editiones „Summae", quotquot ante a. 1566 factae sunt, cum „principe" illa, de qua supra p. 159, in omnibus paene rebus conveniunt.

[4] Sessionibus V. et VI. [5] Cf. Hebr 5, 13; 1 Cor 3, 2.

[6] Hebr 5, 12 14.

si opus hoc recognitum, ut dixi, multisque in locis locupletatum[1], quod reuerenter a me nomini uestro nuncupatur, aequi bonique consulatis. Neque uero mihi desunt causae huius nuncupationis. Primum enim cupiebam obseruantiae ac gratitudinis erga uos meae testimonium aliquod exhibere, ut qui multis annis[2] in spectata Repub. uestra uersatus, cum liberalium artium, tum sacrae Theologiae studijs apud uos operam dederim. Adhaec Catholicum opus eiusmodi Patronis uel maxime commendandum erat, qui de re Catholica praeclare meriti, ingentem suae pietatis ac defensae religionis gloriam essent consecuti. Vbi non praedicabo, ut sane possem, Rempub. uestram, quae non frustra tot seculis hoc insignitur elogio, ut inter Germanicas omnes iure quodam suo dicatur, et sit FELIX Agrippina Colonia, sanctae Romanae ecclesiae fidelis filia[3]. Parum sit, Vrbem uestram in Romano imperio nulli secundam, sanctorum Martyrum sanguine mirifice consecratam, fortunis ac opibus abundantem cernere. Mirentur alij uetus apud uos gymnasium[4], et celebre emporium. Ego uero in primis hoc nomine uobis gratulandum, summasque summo Deo gratias agendas esse duco, quod Apostolico praeconio iam olim Romanis delato uos quoque dignos redditis, ut fides uestra in uniuerso mundo annuntietur[5]. Igitur, ut auitam, certam et integram religionem conseruetis, quo nihil habetis aut sanctius, aut antiquius, impijs quidem nouationibus ac prophanationibus nullum in Repub. uestra locum relinquitis, sectarios autem horumque conatus, qui uobis saepe insidiantur, non minus prudenter quam fortiter profligatis: tum praeclaro uestrae pietatis zelo id perficitis, ut cum alibi passim distracta sint religionis studia, et sectae inter se prorsus dissectae pestilenter uigeant, tamen apud Vos cor unum et anima una[6], unum etiam ouile sub uno pastore[7] usque perseueret. Ita demum re ipsa declaratis, haud temere dictum esse, quod author uetustus, et ueritatis comprobandae magis, quam stili ornandi studiosus memoriae prodidit, cum Vrbem uestram his uerbis iam in Ecclesiae uestrae usum receptis, commendauit: POSTQVAM fidem suscepisti Ciuitas praenobilis, recidiua non fuisti, sed in fide stabilis[8]. Inuideant hanc

---

[1] Vide infra monum. litt. (14).

[2] A. 1536—1546; vide *Can.* I 68—229 657—677.

[3] Dubitari vix potest, quin Canisius his verbis sigilla maiora urbis coloniensis significet. Horum enim tum exemplum antiquissimum, idque iam saeculo XII. usitatum, tum recentius, idque ab a. circiter 1270 per quattuor paene saecula adhibitum, Sanctum Petrum apostolum exhibent cum hac marginis inscriptione: „Sancta Colonia Dei gratia (gracia) Romanae (Romane) Ecclesiae (Ecclesie) fidelis filia" (*Bernh. Endrulat,* Niederrheinische Städtesiegel des 12ten bis 16ten Jahrhunderts, Düsseldorf 1882, 31—33. T. X, n. 1 2. *Aegid. Gelenius,* De admiranda, sacra et civili magnitudine Coloniae, Coloniae 1645, 3). Ceterum Colonia saepe etiam „felix" vocabatur; cf. *Gelenium* l. c. 8, et infra adn. 8.

[4] Universitatem. [5] Rom 1, 8. [6] Act 4, 32. [7] Io 10, 16.

[8] Haec secunda est stropha „Prosae" sive „Sequentiae", ab ignoto auctore in honorem Sanctorum urbis coloniensis patronorum compositae, quae incipit: „Gaude,

uobis felicitatem illi, qui depositum a Paulo commendatum non custodiunt[1], sed in aliud quoduis Euangelium, quam quod Apostoli annuntiarunt, transferri[2] se patiuntur, neque raro fidem perinde ac monetam commutant. Deum immortalem ex animo precor, uobis ut hanc gratiam et fidei constantiam, qua praelucetis Germaniae, perpetuam esse uelit. Coloniae Agrippinae ferijs Epiphaniae Domini. Anno Virginei partus M. D. LXVI.

Epiphania die 6. Ianuarii agitur, atque hoc die Canisium has litteras dedisse satis mihi probatur; cum autem Epiphania suam habeat „octavam" et Canisius „feriis Epiphaniae" dicat, non „die sacro" vel „die solemni" Epiphaniae, equidem, si eum vel die 6. vel aliquo ex proximis 6 diebus haec scripsisse dixeris, non repugnaverim. Ceterum de huius editionis ratione vide infra monum. litt. (13).

Consules rem publicam gerentes (Bürgermeister) Coloniae a 24. Iunii 1565 ad 24. Iunii 1566 fuisse Hermannum Sudermann et Bertholdum ab Heimbach, ex publicis urbis tabulis intellegitur. Sudermann iam aliquot annis ante, cum idem officium administraret, Canisio atque Sociis omnibus amicitiam et benevolentiam praestiterat (*Can.* I 111. *Polancus,* Chronicon VI 415 417. *Litterae* quadrimestres IV, Matriti 1897, 549).

1277. CARDINALIS **MARCUS ANTONIUS AMULIUS,** episcopus reatinus, CANISIO. Roma sub 19. Ianuarii 1566.

Ex apographis epistularum Polanci, eodem tempore scriptis. „Germ. 65" f. 53[a] 70[b]. Epistulae mentionem feci in *„Stimmen"* etc. LXXI 326.

Pium V. Canisio mandare, ut Augustae comitiis imperii intersit et deinde legationem a Pio IV. sibi commissam prosequatur.

P. Ioannes de Polanco, Societatis Iesu secretarius, Roma 19. Ianuarii 1566 P. Theodorico Canisio S. J., Germaniae superioris „viceprovinciali" et collegii dilingani rectori, scripsit: „Qui ancora ua una lettera del Cardinal Emulio per il medesimo Padre [i. e. Prouinciale Canisio] per laquale come intendo se li ordina di parte di S. Santità che si troui alla dieta et dopoi seguiti l'ordine che haueua del suo predecessore." Idem Polancus Roma 2. Martii 1566 Petro Canisio: „Se li è mandata una lettera del Cardinal Amulio con commissione del nouo PP. de continuare la uisita cominciata, finita che sara la dieta, nellaquale si trouara V. R." etc.

Pio IV. 9. Decembris 1565 mortuo, Canisii legatio pontificia abrupta et finita est, antequam Canisius ad episcopos argentoratensem, vormatiensem, spirensem [v. infra mon. ger. l. (13)] ac fortasse ad complures alios Germaniae proceres pontificis mandata detulisset. Die autem 7. Ianuarii 1566 Michael cardinalis Gislerius O. Pr. electus est pontifex et cum nomine Pii V. ecclesiam regere coepit. Qui, ut ex Polanci verbis intellegitur, Canisium et Augustam ad proxima imperii comitia adire, et his absolutis legationem illam pontificiam prosequi iussit.

---

felix Agrippina, Sanctaque Colonia, Sanctitatis tuae bina Gerens testimonia" et octo strophis constituitur, quae quaternos habent versus extremis syllabis fere consonantes. Sequentia haec in ritu sive liturgia coloniensi canebatur vel recitabatur saeculo XVI. die 12. Iulii inter missam SS. Felicis et Naboris martyrum (*Missale* Diocesis Coloniensis, [Parisiis] 1514, f. D VI[a]), atque, si non eo saeculo, certe XVIII. aliis quoque diebus sacris, ut SS. Albini et 10 000 martyrum (22. Iunii), SS. duorum Ewaldorum (3. Octobris), S. Ursulae et Sociarum martyrum (21. Octobris) etc. (*Missale* S. Coloniensis Ecclesiae, Coloniae 1756, 451 468 528 543 546 561). Sequentiam, praeter *Gelenium* (l. c. 657) et Missalia coloniensia, habent etiam complures libri hymnologici; vide *Ul. Chevalier,* Repertorium Hymnologicum I, Louvain 1892, 405, n. 6772. [1] 1 Tim 6, 20. 2 Tim 1, 14. [2] Gal 1, 6.

1278. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, Societatis Iesu praepositus generalis, P. THEODORICO CANISIO, Germaniae superioris viceprovinciali, et P. PETRO CANISIO, eiusdem provinciali [1].

Roma 21. Ianuarii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Dilinga Padre Theodorico Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 54^a—55^a.

De universitate dilingana cum cardinali Truchsess Romam advecto agetur. P. Liberii valetudo curanda est, mutatione aëris etc. Minister dilinganus. Leges universitatum condi nondum potuerunt. P. Pererii Dialectica Romae recognoscenda est, priusquam Dilingae vel alibi excudatur. Fr. Guana iuvari debet. Monachii, si convictores recipientur, eorum victum curabit externus, Sociorum imperio subiectus; ac si quid lucri erit, huius erit, dummodo Sociis quoque convictorum curam agentibus victus praebeatur. P. Schorichius privatim ad theologiam instituatur. Aliquot Sociorum vota ultima. Sacra pro persona mortua et pro gravi negotio fieri iussa. Pius V. Societati gratias omnes per superiores pontifices et per se ipsum datas confirmavit. De collegio Augustae apud Dominicanos incohando cum cardinali agetur. Cursum artium 2½ annis absolvere licet. Episcopus herbipolensis iuvandus est. Videndum, ne convictores ingolstadienses ad cibum capiendum domo exire debeant. Pontifex Sociorum, maxime eorum, qui linguarum septentrionalium periti sunt, opera ad contiones per varias regiones habendas et sacramenta (etiam baptismi) ministranda uti vult; quare mittatur oportet indiculus eorum, qui per aliquod anni tempus id praestare possint. Oenipontanorum Sociorum animi inter se conciliandi. PP. Hernath et Haivodo doctoratus theologiae conferri poterit, si ad eundem idonei erunt; doctoribus igitur, quid de iis sentiant, Romam scribendum est.

Pax *etc.* Hauendose à partire il corriero ordinario questa sera, resto laltro plico che[a] sabbato passato [2] si era messo in ordine . et quanto si appertiene al Collegio[b] et Vniuersitá de Dilinga, poiche quà sta il Cardinale [3] con esso si trattara et in quanto si potra darli satisfattione, se li dara.

La infirmità del Padre Stephano liberio ci fa assai compassione, et se il medico dicessi che la mutatione dell' aria[c] [o uero] altra cosa li conuenesse, mi pare debbia esser aiutato come la charità et le sue bone parti lo ricercano.

Circa il far ministro il D. Conrado [4] in[d] suo locho, io mi rimetto al Padre Prouinciale col quale .V. R. lo trattera, poi che gia come spero sera uenuto.

Li statuti ò regole particulari dell' Vniuersità delle quali fanno mentione nostre constitutioni [5], non sono fatte per le molte altre occupationi, al suo tempo si mandaranno.

a) *Supra versum scriptum.* b) *Sequitur* de D, *a libr. oblitteratum.* c) *Sequuntur 1 vel 2 vv., a libr. oblitt. ita, ut legi non possint.* d) *A libr. correctum ex* il.

---

[1] Borgias proxime quidem et recta Theodoricum Canisium alloquitur; simul tamen, id quod ex extrema epistula cognoscitur, Petro Canisio scribit; quem ex itinere in Germaniam superiorem iam redisse censet.

[2] Die 19. Ianuarii; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[3] Otto Truchsess, 16. Ianuarii Romam advectus; vide infra p. 167.

[4] P. Conradum Swagerium; v. supra p. 110.

[5] „De statutis lectionum horis, ordine ac modo, et de exercitationibus tam compositionum quas a magistris emendari oportet, quam disputationum in omnibus Facultatibus, et pronuntiandi publice orationes et carmina, speciatim in quodam

La Dialettica del Padre Benedetto bisognera che sia prima quì reuista che stampata di là, ó altroue, et cosi non accade trattare del dedicarla à nissuno per adesso[1].

De Bernardino guana quelche occorre dire è, che si ueda di aiutarlo come meglio si pó[2].

Dell' accettare conuittori in Monachio si hauerete gente per poterli attendere, non mi pare senon bene, pur in tal modo che li nostri non diano occasione à[a] i forastieri[b] di pensar si uogliano arrichire, con le loro prouisioni, et però come si è ordinato in Tornay[3] bisognarebbe che alcun forestiero amico pigliassi lo assunto del temporale in modo che se ui fossi qualche guadagno fossi il suo, et non deli nostri, se intende però che il tale stesse à obedientia del prefetto dei conuittori, etiam quanto alle spese et modo di trattar li scolari nel mangiar .etc. et quelli de nostri che per la utilità deli conuittori in lettere et costumi si tenessino nella casa di essi s' intende che doueriano hauer anco loro le spese nel uitto et uestito et altre cose necessarie.

Quanto à[c] mastro Georgio scuriccio quel che mi pare espediente è[d], che priuatamente li[e] sia insignata la Theologia per alcuno de nostri perche in questo modo si leueranno li inconuenienti dell' una parte y dell' altra[4].

a) *A libr. corr. ex* de *vel* di. b) forestiari *ap.* c) *A libr. corr. ex* al. d) *A libr. corr. ex* ce *vel* cè. e) lia *ap.*

---

tractatu, per Generalem Praepositum apprcbato, agetur seorsum": *Constitutiones* S. J. P. 4, c. 13, A. Cf. ibidem c. 7, n. 2; c. 13, n. 1.

[1] P. *Theodoricus Canisius* Dilinga 29. Novembris 1565 Borgiae *scripserat: Dilingae Dialecticam P. Benedicti „Valentiani" (Benedicti Pereyra S. J. valentini; cf. *Can.* III 172[1]) a Sociis lectam esse; atque ipsis videri eandem, paucis rebus mutatis, aliquibus resectis, Dilingae excudendam et universitatis studiosis dedicandam esse (ex autogr. „G. Ep. VI." f. 84[b]). Liber nunquam excusus esse videtur. Sub exitum saeculi XVIII. Pererii „Logica Institutio" manu scripta asservabatur Mediolani in bibliotheca ambrosiana (*Nic. Antonius,* Bibliotheca Hispana nova I, Matriti 1783, 212).

[2] Hic votorum solutionem petebat; vide supra p. 111.

[3] P. *Hieronymus Natalis* Societatis visitator in „Ephemeridibus": Anno 1562 „Tornaci . . . visitaui, etc. Inchoata est domus commensalium. Inchoatae scholae. Dixi vt cura pecuniari[a] domus commensalium daretur canonicis, vel omnino alicui seculari homini": Epp. *Nadal* II 95.

[4] P. *Georgius Schorichius* S. J. *litteris m. Novembri a. 1565 Monachio ad Theodoricum Canisium datis petierat, ut et contionatoris officio levaretur et Monachio moveretur, „quia in literis . . . non multum hactenus profeci, in spiritu uero nihil, ob multas et crebras occupationes quas partim cum aulicis partim cum alijs personis cogor habere . . . uideo Jllustrissimum Principem [Albertum V.] et Consiliarios in quadruplum me iudicare doctiorem quam re ipsa sumus, ita vt etiam me Doctissimo Viro Cresennico [Io. Gressenico O. Pr.] preferant, saepius a me quam ab ipso iuditium petunt. . . . Libenter docebo alibi puerulos, exercebo me in culina" (ex autogr. „G. Ep. VI." f. 105). Cf. *Can.* IV 731 761 943.

Del far Godofrido, Jacomo, et pietro Fiamengo coadiutori temporali formati, mi rimetto al Padre Prouinciale[1], col quale V. R. lo trattera. Del far professi de .4. uoti Mastro Pietro Vngaro et mastro Gasparo[2], si uedera quel che conuiene, poiche per adesso non ci è tanta freta.

Le messe che V. R. ricerca da ogni prete per quella persona defunta et certo negocio d' importancia, si sono uolentieri ordinate.

Le gratie fatte alla Compagnia nostra per tutti li Pontifici passati, hoggi ci le hà confirmate tutte N. Santo Padre Pio .V. et di più tutte quelle che essendo lui Jnquisitore ci haueua concesse, quali si debbiano dare immediatamente per uia del Generale, et quali[a] ordinariamente per uia del Prouinciale, si uedera per un scritto particulare che sopra ciò si é fatto . in questo mezo il Padre Prouinciale et anche V. R. potranno usare di quelle gratie che li altri Prouinciali[b], come lo hanno usato fin quì.

Del procurar parte di quel monasterio in Augusta et far principio di Collegio, con quel tanto che dara il Cardinal si potra trattar col medesimo[3] . et cosi non diro altro in questa materia.

Li doi anni et mezo peril corso delle arti, pare una bona mediocrita[c] et si potra cosi usare.

Al Vescouo Herbipolense[4] uedano di là qual aiuto seli potra dar, o della sua Prouincia, ò di quella del Rheno.

Delli conuittori de Jngolstadio se intenda che il medesimo conuerrebbe che si a detto di quelli de Monachio, et non pare conueniente tenerli in casa, lasciandoli andar à mangiar et cenare altroue, et uenendo li nostri al collegio con tanto discomodo per mangiare.

S. Santità col desiderio che tiene di aiutare la Germania, et col grande bisogno che uede di operarij, intendendo etiam l' instituto nostro de aiutar in queste missioni etiam fra heretici, et seruire ala

a) *Sequitur* per, *a libr. oblitt.* b) *Sequitur* et, *a libr. oblitt.* c) mediocita *ap.*

---

[1] Frater laicus Godefridus Hannartz (de quo supra p. 92[1]) hoc tempore in collegio monacensi degebat; m. Octobri 1567 ibidem „emptorem et dispensatorem" agebat (* *Catalogus* monacensis m. Octobri 1567 scriptus, „GSC 66" f. 385); fratres Iacobus Biruva et Petrus Cortenbach (de quibus *Can.* IV 460—461) eodem tempore Dilingae erant (* *Catalogi* dilingani ineunte a. 1565 et exeunte a. 1566 scripti, l. c. f. 374[b] 402[a]—404[b]). De „coadiutoribus temporalibus formatis" v. *Can.* III 760[2].

[2] PP. Petrum Hernath et Gasparum Haivodum.

[3] *Theodoricus Canisius* Borgiae, * Dilinga 29. Novembris 1565: „Sunt ex amicis qui optarent nostros locum habere in monasterio praedicatorum Augustae, non quidem amotis Monachis, sed concessa nobis aliqua Monasterij parte, et templi, quod pulcherrimum est, vsu permisso, quemadmodum Monachij fit. Vellent autem quidem amici Monasterio honestam pecuniae summam pro hac gratia quotannis largiri. Verum, rem forte impetratu difficilem timeo, nec puto aperte cum Monachis hac de re agendum, sed a longe tentari illorum forte posset animus. Atque ita respondimus D. Cardinali sententiam nostram petenti. Veniet breui Reuerendus p. prouincialis qui melius haec tractabit" (ex autogr.; „G. Ep. VI" f. 85[a]).

[4] Friderico a Wirsberg.

santa Chiesa et sede Apostolica[1] mostra uoluntà di adoperare le persone di nostra Compagnia che seli potranno dare, specialmente della lingua todesca, et altre settentrionali[a]; mi ha domandato una lista delle persone che si potrebbono cosi mandare per far frutto fra li prossimi, benche fatti alcuni scorsi, tornassino alli collegij .V. R. adunche mi mandi quanto prima una lista delle persone che in sua Prouincia potrianno fare questo officio per qualche tempo dell' anno, presuposto che bisognerebbe predicare, ò insegnare la dottrina christiana, et ministrar i sacramenti della confessione et communione, et anche del batesimo doue fossi necessario perche etiam se intende esserui carestia de chi lo ministri in molti lochi, et conla prima aspetto risposta di questo punto.

Mettasi il rimedio fra quelle persone de Jspruch[2], come meglio si potra, quelli che uenero in Jtalia sono stati raccomandati à i loro Rettori.

Del prepararsi il Padre Gasparo[3] peril grado nella Theologia col Padre Pietro Vngaro [, sta bene][b], ma non se li dica di certo che deuia farsi[c] dottore, perche se[d] non si trouassi sufficiente non conuerrebbe promouerlo, et lui si resentirebbe più, ma si potra scriuere dell' uno et dell' altro quel che pare à V. R. et alli dottori che li cognoscono . ne altro diro per questa[e] quale pigliara per sua il Padre Prouinciale essendo tornato, come spero, nelle cui orationi et di V. R. con tutta sua Prouincia molto mi raccomando[f]. De Roma li 21. di Gennaro 1566.

Una cum his litteris, ut ex earum initio intellegitur, in Germaniam superiorem ad Canisios missus est fasciculus epistularum, quem Polancus iam 19. Ianuarii eodem mittere voluerat. In quo erant *litterae *Polanci* Roma 19. Ianuarii 1566 ad P. Theodoricum Canisium datae; ubi ille: „Arriuo", inquit, „l'Illustrissimo Cardinal d'Augusta alli .16. del presente un di auanti la incoronatione del Papa, benche non alla elettione del Cardinal Alessandrino adesso PP. Pio V. le cose appartenenti alla elettione et principij di questo Pontificato scriuo in una lettera da parte drizata al Padre Prouinciale Canisio, il quale à questa hora crediamo sia uenuto. V. R. potra uederla si à caso non fossi tornato detto Padre. . . . Va in latino quella lettera che tratta del PP. per trattar de cose che con frutto si possono mostrare in Germania" (ex apogr. eiusd. temp.: „Germ. 65" f. 53[b]—54[a]). Atque de latinis hisce litteris in antiquo illo

a) *Sequitur* et, *a libr. oblitt.* b) *Haec vel similia supplenda esse res ipsa ostendit.* c) *A libr. corr. ex* afarsi. d) *A libr. supra vers. scriptum.* e) *Sequuntur vv.* se non, *a libr. oblitt.* f) *Quoniam haec clausula atque commendatio in singulis Borgiae et Polanci epistulis iisdem fere verbis repetitur, in posterum eam omittam, ponendo tantum* nelle cui orationi *etc. vel similia.*

---

[1] „Professa Societas . . . votum facit expressum Summo Pontifici . . . ad proficiscendum . . . quocumque gentium eius Sanctitas iusserit, inter fideles vel infideles . . . Praepositus Generalis, cum novus Christi Vicarius in Apostolica Sede fuerit constitutus, . . . teneatur eius Sanctitati declarare professionem ac promissionem expressam obedientiae, qua ipsi Societas . . . se obstrinxit": *S. Ignatius,* Constitutiones S. J., Ex. c. 1, n. 5; P. 7, c. 1, n. 8.

[2] P. Ioannes Dyrsius, collegii oenipontani rector, et P. Hermes Halbpaur, collegii contionator reginarumque confessarius, haud ita bene inter se conveniebant; vide supra p. 89. [3] Haivodus.

Indiculo romano *notatum est: „A di 19. di gennaio 66. si mandò la commune sopra la noua elettione del Summo Pontifice Pio .V. Lombardia, Toscana, Napoli, Sicilia, Sardegna, Spagna, Portugal, Francia, Aquitania, Fiandra, Rheno, Superior Germania, Austria, Jndia, Brasil." (Cod. „Def.", Diuersi ordini, in a. 1566). Eandem epistulam significasse videtur *Polancus*, cum Roma 25. Ianuarii 1566 (Societatis per Hispaniam praepositis provincialibus, puto) scriberet: „Por otra letra di aviso de la eleccion, y buenas muestras que el sumo Pontifice Pio quinto daba en el principio de su Pontificado. Despues de aquello scrito se coronó" etc. (*Analecta* Bollandiana VII, Paris-Bruxelles 1888, 46.)

Ceterum ex indiculo romano, quem modo dixi, colligitur, a. 1566 vel cum his vel cum aliis Borgiae litteris (haud semper in eo indiculo dies diligenter notati sunt) ad Canisios missa esse etiam complura alia scripta, ut „le facultà che si sogliono concedere alli Prouinciali", „l'ordine sopra le berette delli fratelli et altri ordini", quas „ordinationes" de Sociis ad magisterium artium et ad doctoratum theologiae promovendis, de integris 7 horis ad somnum capiendum concedendis, de sociis ad eos, qui domo exire velint, adiungendis fuisse cognoscitur ex *litterarum apographo, eodem fere tempore scripto, quod exstat in „Antiqu. Ingolst." f. 90a.

Canisius Borgiae respondit 14. Februarii 1566.

1279. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Moguntia 27. Ianuarii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 4 pp.; Canisius sua manu nomen [„Jndignus" etc.] subscripsit), in „E. C. II", n. 160 (284) positarum. Particula litterarum ex archetypo transcripta est in Epp. *Nad.* III 128[4]. Epistula usus est (licet eius mentionem non fecerit) *Sacchinus*, copiose in vita Canisii l. c. 223—226, parcius in Hist. S. J. III, l. 2, n. 21 22. Eandem adhibuerunt *Janssen* l. c. V^{15-16} 192—193, et *Michel* l. c. 296—302. Ego quoque ea usus sum et complura ex ea germanice versa protuli in *„Stimmen"* etc. LXXI 182 305 307 311—313 316 319 321.

Se apud episcopum osnaburgensem contiones habuisse eique sacram eucharistiam ministrasse. Quid eidem theologum Societatis petenti et collegium meditanti responderit. De episcoporum Germaniae calamitatibus; coadiutores iis constituendos esse, ne ipsis mortuis protestantes, ut saepe fecerint, episcopatus sibi arrogent. Ea de re in comitiis proximis legato pontificio serio agendum fore cum imperatore; huius animam etiam a pravis consiliis religionem spectantibus avocari oportere. De Pii IV. grata apud Germanos memoria. Quid Canisius apud Guilielmum ducem iuliacensem profecerit. De collegii coloniensis prosperitate, et de religionis negotiis Coloniae per Canisium cum republica et universitate fauste gestis; quae statuta sint de Clebitio, libris, contionatoribus, fidei professione tridentina; studia theologica illic instaurari debere, misso P. Costero vel simili doctore. Clerum urbis non valde purum, cives probe catholicos esse; dolet Canisius, indultum pontificium iis non dari, ut promissum sit, eamque causam Sociis romanis commendat. De vino honorario sibi donato ac de decretis tridentinis universitati datis. De reditu suo.

† Pax Christi. Admodum Reuerende Pater.

Ad finem Decemb. Reuerendissimum Osnaburgensem[1] in Westphalia reliqui. Quid cum illo egerim, et quid ego de Westphalia sentiam, alijs est a me literis explicatum[2]. Ferijs autem Christi natalitijs, cum apud dictum Reuerendissimum agerem, sum quotidie concionatus de his rebus, quae apud istos in maiore sunt controuersia,

[1] Ioannem ab Hoia; qui Furstenaviae tunc agebat; v. supra p. 158 et infra mon. germ. l. (22). [2] Vide supra p. 157—158.

atque vtinam cum fructu desiderato conatus hic successerit. Reuerendissimus ex[a] meis manibus sacram accepit Eucharistiam[1], petijt etiam a[b] me discedente, Theologum ut e nostris vnum acciperet, cuius consilijs[c] menses aliquot vteretur ad caussam Ecclesiasticae reformationis in Episcopatu suo rectius instituendam: deinde ad Collegium nobis erigendum suam operam pollicetur. Hic ego respondi difficile nobis fore, Theologum, eundemque concionatorem, diu a nostris abesse Collegijs, tum res huius Ecclesiae sic perturbatas esse, ut ratio erigendi Collegij hoc tempore locum habere non videatur. Qua de re plura nunc dicere supersedeo; Satis sit hoc indicasse, nullum fere hominum genus uideri maioribus tum periculis, tum molestijs et difficultatibus expositum, quam Episcoporum in Westphalia atque Germania. Ac nisi Pontifex Max. mature prospiciat, coniunctus autem cum Caesare facilius iuuaret, id breui futurum uideo, ut his Episcopis Germanicis e uita decedentibus irrumpant sectarii sibique uendicent Episcopatus. Nunc octo Episcopatus propemodum non solum occupant, sed etiam deuorant[2], ut excipiam Archiepiscopum Magdeburgensem, qui olim erat Primas Germaniae, nunc vero Augustanae Confessioni se et Ecclesiam suam vltro subiecit[3], Fortasse non esset abs re, si viuentes adhuc Episcopi deligerent, sibi et adiungerent coadiutores, qui et mature tum a Pontifice, tum a Caesare confirmarentur[4]. Jta sectarijs minor esset ansa in Episcoporum locum se ingerendi, et illorum ditiones ui quadam occupandi, dum Canonici circa Electionem versantur. Ego plurimum referre puto, ut in Comitijs proximis agatur serio, cum Caesare alijsque statibus Imperij, ut posthac impediantur sacrilegae profanationes, direptiones, inuasiones, et occupationes Ecclesiarum, praesertim Cathedralium et Episcopalium. Nam si pergant sectarij, ut modo fieri coeptum est, Ecclesias uicinas impune sibi rapere et arrogare, fieri non poterit, ut Catholica religio in Germania diu conseruetur, et damnum hoc erit irrecuperabile, talique sacrilegorum

a) *In archet. sequitur v. a libr. oblitteratum.* b) *Hoc v. in arch. supra vers. scriptum est.* c) *In arch. sequitur* ad, *oblitt.*

---

[1] Hoia sacerdotio nondum erat initiatus; v. supra p. 154.

[2] Quos episcopatus Canisius significet, v. infra p. 174[8].

[3] Sigismundum Brandenburgensem, Ioachimi II. lutherani illius electoris brandenburgensis filium, dicit; qui quomodo ab ecclesia catholica defecerit, vide *Can.* III 360[2].

[4] In Germania ex Concordatis constantiensibus et vindobonensibus, de quibus supra p. 116[1] dictum est, episcopi a capitulis eligebantur, a romano pontifice confirmabantur (*Mansi* l. c. XXVII 1178 1189. *Ch. G. Koch* l. c. 205). In Concordatis autem vormatiensibus Calixtus II. a. 1122 Romanorum imperatori concesserat, ut in „Teutonico regno“ „electis“ episcopis (episcopi illi etiam principes imperii erant) „regalia per sceptrum“ daret, et si qua „discordia emersisset“ in electionibus, ipse rem dirimeret (*Mansi* l. c. XXI 273 288. *I. M. Watterich*, Pontificum Romanorum Vitae II, Lipsiae 1862, 149). Pro „sceptro“ a saeculo XV. gladius adhibebatur (*Maur. Schenkl* O. S. B., Institutiones iuris ecclesiastici I, Ingolstadii 1797, 221—222).

exemplo reliqui etiam sectarij fient[a] haud dubie deteriores. Qua de re mittendus ex vrbe Legatus (vt quidem spero) suas agere partes Augustae non negliget. Audio praeterea noua de Religione consilia proponenda et urgenda esse illorum auctoritate, qui permultum in Imperio valent[1]: qui vt dextere tractentur et sanioribus consilijs imbuantur, non parum sane optandum ac laborandum est. Dominus haec Comitia bene fortunet, ut nouum vulnus non accipiat Religio, satis alioquin afflicta.

Cum porro ex Westphalia uenissem ad Principem Juliacensem[2] in huius aula de morte Pontificis, qui Christo uiuat, primum accepi nuntium[3]. Fuit id passim Catholicis in Germania omnibus triste ac acerbum, nam Pij .4. memoria delectantur multis nominibus, et ab illo multa praeclare facta praedicant. Exposui tamen dicto Principi de mente et voluntate defuncti Pontificis, ad Catholicum officium exhortabar, ac praesertim ne locum daret nouationibus ac profanationibus sectariorum, in amplis illis et praeclaris quas gubernat, ditionibus[b]. Et eget ille quidem hac admonitione et inculcatione, si quid tamen uerbis apud eum proficitur. Promisit se uenturum Augustam et promoturum caussam Religionis, quatenus Dei verbo sit consentaneum etc.[4] Dominus illius mentem et aulam a nouitatis studio liberet.

Tandem Coloniae cum nostris uixi, meque uisendum alijs praebui, etsi optatas diuque desideratas ex vrbe literas, quae Senatui debebantur[5], nullas accepissem. Voluerunt Patres, ut haererem illic diutius, quam putaram; mansi enim diebus quindecim in illo Collegio, quod non sine miraculo quodam[c] aperto sic conseruatur, florescit,

a) *A C. correctum ex* fiunt. b) *In arch. corr. ex* dictionibus. c) *In arch. sequitur* tam, *oblitt.*

---

[1] Canisius ipsum Maximilianum II. imperatorem dicit. Qui in litteris ad ordines imperii missis, quibus comitia augustana indicebat, significaverat, quaerenda in iis fore „Wege und Mittel, welchermaassen unsere Christl. Religion . . . zu besseren richtigerm Verstandt zu bringen" (*Joh. Christ. Lünig*, Spicilegium seculare des Teutschen Reichs-Archivs I II, Leipzig 1719 [Reichs-Archiv XXII], 234). Atque Maximilianum II. (qui catholicam quidem pietatem prae se ferebat, animum autem gerebat parum catholicum, immo paene lutheranum) aliqua, quae in ecclesiae detrimentum cessura erant, meditatum esse consilia satis certum est (*Hopfen* l. c. 129—131 231—232. *Janssen* l. c. IV 220—224).

[2] De Guilielmi ducis iuliacensis et clivensis religione ac de rebus a Canisio (Dusseldorpii, ut omnino videtur) apud eum gestis v. infra mon. germ. l. (23) (24).

[3] Pius IV. Romae 9. Decembris 1565 mortem obierat.

[4] Hac fere condicione iis temporibus catholici, qui catholicum officium detrectabant, se excusare conabantur.

[5] Litteras „Indulti tertiae gratiae" urbi et universitati concessi; v. supra p. 116—117. *Latinus Latinius* vir doctissimus et in curia romana versatissimus Roma 21. Aprilis 1560 Stanislao Hosio episcopo varmiensi scripsit: „Hic omnia praesertim publica lente semper expediri sunt solita": Latini Latinii Epistolae, ed. a *Dominico Magro* II, Viterbii 1667, 73.

laeteque procedit[1] Domino mirabiliter cooperante[2]. Jnterea cum[a] Senatu et Gymnasio multis de rebus egi, nec inutiliter quidem, Deo[b] sit gratia. Promittunt omnes ac praestant Reuerentiam et Oboedientiam S. Sedi Apostolicae, cuius ego erga ipsos beneuolentiam, studium, et amorem explicaui. Deinde non grauatim receperunt se facturos, quae postulaui ad zelum Religionis magis magisque declarandum[3]. Postea in Senatu constitutum fuit, ut pestilens quidam Paedagogus, qui plaerosque diuites et nobiles adolescentes instituit domi, non amplius in hoc docendi genere toleretur[4], atque prohibeantur libri Catholicam puritatem vitiantes, et nullus omnino locus detur aut concionatoribus, aut praeceptoribus, qui fidei esse suspectae uideantur. Jn Gymnasio duae iam facultates, Theologica et Artistica scilicet, noua lege confirmarunt (: Jdem de alijs duabus sperare licet) ne quis promotionis gradus accipiat, nisi primum expresse profiteatur fidem ad eum modum, qui Romae proponitur et obseruatur; Jn hanc ipsam Catholicae professionis formam iurabunt[5]. Atque vtinam Louanienses hoc ipsum praestarent, ut hac etiam in parte filia sequatur matrem, Vniuersitatem scilicet Coloniensem[6]. Egi praeterea de instaurando studio Theologiae. Quod multo rectius consequeremur, si ex nostris unus esset, qui docendi et disputandi gratia P. Costero posset aequari. Plurimum ille quidem Coloniae desideratur, et ob P. Costeri absentiam iacet ac friget Theologica schola, quae tamen si Coloniae bene curetur, magnum inde lumen ac robur non solum ad hanc celebrem vrbem et Ecclesiam, sed etiam ad Belgicam vsque peruenit. Doctores nostri duo P. Rhetius et P. Henricus ad populum iuuandum in Ecclesia, non aeque ad docendum et disputandum in schola valere videntur[7]. Digna profecto esset Ecclesia Coloniensis,

a) *In arch. corr. ex* in *(ut videtur).* b) *In arch. sequitur* sancta, *oblitt.*

---

[1] *Didacus Payva de Andrada* lusitanus, insignis ille concilii tridentini theologus (vide *Can.* IV 1012—1014), de Sociis scripsit: „In . . . Coloniensi ciuitate insigne illorum quoddam collegium positum est, magis quidem viris egregia doctrina, singulari pietate, integra in Deum fide, summa religione, inflammataque quadam in proximos charitate illustre, quam splendidis magnificisque aedificiis florens“: De Societatis Iesu origine, libellus, Lovanii 1566, f. a8.

[2] Mc 16, 20.

[3] Ex monumentis coloniensibus, quae infra ponam, hoc intellegetur: Coloniae, quo tempore Canisius eo ex aula iuliacensi rediit, Pii IV. mors nondum erat cognita; quare etiam ipse Canisius nuntium de pontificis morte in aulam iuliacensem perlatum pro falso habuisse videtur; paullo tamen antequam Colonia abiret, litteris romanis ea de re certior effectus est.

[4] Guilielmus Clebitius sive Klebitz (de quo *Can.* III 318[3]) „mathematicus“ et calvinismi propagator (*Reiffenberg* l. c. I 111—112. *Hansen* l. c. 520[1] 530).

[5] Fidei professionem tridentinam dicit; plura de his rebus v. infra mon. germ. l. (27)—(31).

[6] Universitas coloniensis incohata erat a. 1389, lovaniensis a. 1426.

[7] P. *Leonardus Kessel* S. J., collegii coloniensis rector, in collegii litteris menstruis, 13. Octobris 1562 datis: „Doctor Franciscus Costerus magna cum laude

cui vel P. Costerus restitueretur, uel Theologus e nostris non inferior hoc tempore donaretur. Nutant in fide uicinae Prouinciae, et multis in locis facta est discessio[1]. Grauiter et Belgica nostra periclitatur. Quo magis laudanda est Colonia et adiuuanda, quae suo licet Archiepiscopo tamdiu destituatur[2], licet a vicinis vndique Sectarijs oppugnetur, et Clerum non valde purgatum habeat[3], tamen quia supra petram fundata est[4], perstat immobilis, suoque iure hoc retinet Elogium, ut dicatur et sit, Foelix Colonia S. Romanae Ecclesiae fidelis filia[5].

Vnum fuit, in quo his Coloniensibus non potui facere satis. Scriptum erat ad illos Pontificis nomine, quicquid ipsi Romae postulassent, id esse concessum. Literas ergo testes concessionis requirebant, quae si fuissent etiam ad manum mihi, mirari poterant de concesso tantum triennio, cum illi annos 12 petiuissent, ad beneficia in mense[a] Pontificis conferenda. Ego uero contentus magnifica promissione, quam Pontifex in suis expressit[b] literis[6], dixi me et nostros libenter daturos operam, ut si negotium ante[c] Pontificis mortem confectum non esset, apud nouum illius successorem[7], caussa eadem vrgeatur. Certe rem se dignam et Coloniensibus pergratam faceret Pontifex, indultum illud, sicut ipsi rogant, integre concedendo[d]. Qua de re vellem admoneri praeter alios, notarium a Coloniensibus constitutum[8], cui fauebunt etiam, vt spero, maximj[e] Cardinales, si huius Reipub. pietatem ac merita intellexerint. Scribent Colonienses etiam ad nouum Pontificem, vt audio, fortassis etiam ad Reuerendam Paternitatem tuam, quae pijs illorum votis in re pia ne desit, rogo.

a) *Epp. Nad. haud recte:* mentem. *Cf. supra p. 116.* b) *In arch. sequitur* et, *oblitt.* c) ad *E. N.* d) *In arch. corr. ex* concedendum. e) *In arch. corr. ex* maxime.

---

et fructu publice in schola theologicorum docet Magistrum sententiarum et auditores habet continuos centum aut plures. . . . D. Henricus [Dionysius] ad contionem suam in summo templo rediit." At Costerus, Germaniae inferioris viceprovincialis a Borgia constitutus, 6. Novembris 1565 Colonia Lovanium profectus erat (*Hansen* l. c. 438—440 461 491 520).

[1] 2 Thess 2, 3.

[2] Ioanne Gebhardo a Mansfeld archiepiscopo coloniensi 2. Novembris 1562 mortuo, 19. Novembris 1562 electus erat Fridericus a Veda ecclesiae metropolitanae decanus; at is neque sacerdotium susceperat, neque a pontifice confirmatus erat archiepiscopus. Solebant tamen in Germania episcopi electi, antiquam consuetudinem vel alia praetendentes, etiam ante confirmationem episcopatus administrare (*Can.* II 279. *Chr. G. Koch* l. c. 221[43]). Ceterum Friderico ab ipso Pio IV. ea potestas ad tempus erat tributa; v. supra p. 142.

[3] Complures ex clero coloniensi vitiis, maxime intemperantia et concubinatu, infecti erant (*Petr. Merssaeus Cratepolius* O. F. M., Electorum Ecclesiasticorum Catalogus, Coloniae Agripp. 1580, 138. *L. Ennen*, Geschichte der Stadt Coeln IV, Köln u. Neuß 1875, 45—53. *Lossen* l. c. I 171. *Wolf*, Aus Kurköln [cf. supra p. 143], 118—119). [4] Mt 7, 25; 16, 18. Lc 6, 48. [5] Vide supra p. 162[3].

[6] Vide infra monum. germ. l. (6).

[7] S. Pius V. electus est 7. Ianuarii 1566.

[8] Arnoldum Vogelsang vel Gasparum Gropper, puto; v. supra p. 116.

Honorarunt me, quamuis immerentem, non semel sua beneficentia, prolatis vini multis vasculis, ut illorum mos est, in salutandis uiris honoratis[1]. Demum hoc apud Vniuersitatem effectum est, ut exemplar Concilij Trident. Autenticum exceperint reuerenter, compondituri sese ad illius praescriptum et decreta, quae praesertim de studijs generalibus tractant. De alijs plura, ut spero, scribent Colonienses, Nolo enim nunc esse longior. Et Coloniae quidem primum accepi missas ex vrbe literas, in quibus admonet Reuerenda Paternitas tua, ut Augustam ilico veniam negotijs utcunque expeditis[2]. Nunc, quia concessa mihi facultas cum Legante ipsam simul expirat, hinc recta proficiscar Augustam Christo duce, cui semper commendatus esse cupio Reuerendae Paternitatis tuae ac aliorum fratrum precibus.

Moguntiae .27 Januarij. 1566.

Jndignus filius P. Canisius.

Borgias Canisio per Polancum respondit 16. Martii 1566.

1280. CANISIUS CARDINALI **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG,** episcopo albanensi et augustano, Germaniae apud curiam romanam protectori etc. Moguntia 28. Ianuarii 1566.

Ex imagine photogr. litterarum archetyparum (2°; $4^1/_2$ pp.; Canisius sua manu nomen [„Seruus" etc.] subscripsit), in „E. C. II" n. 162 (280) positarum. Epistula utitur (quamquam eius mentionem non facit) *Sacchinus,* Can. 227—228. Eandem copiose adhibuit *Boero,* Can. 292—294. Ego quoque ea usus sum eiusque partes germanice versas posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 166 315—316 319—321.

Ob Pii IV. mortem legationem abrumpit. Augustam ad imperii comitia tres archiepiscopi electores accedent; de moguntino et treverensi optima sunt speranda; qui cardinalem quoque Ottonem Roma ad comitia venire cupiunt. De archiepiscopo coloniensi nondum confirmato tandem aliquid statuatur oportet. In pallio concedendo ecclesiae coloniensis aere alieno obrutae ratio habenda est. Ad religionem in Germania conservandam haec conferent: 1) Episcopi, quibus haeretici magis vicini sunt, coadiutores accipiant, ne ipsis mortuis illi, ut saepe fecerunt, episcopatus sibi sumant. Pontifex cum imperii ordinibus catholicis rationem ineat, qua ecclesiarum direptio impediatur. 2) Episcopi, antequam confirmentur, sacerdotes sint, et ad consecrationem serio adigantur neve cum suis in sacerdotii susceptione dispensare sinantur. 3) In comitiis legatus pontificius cum episcopis de concilii tridentini decretis promulgandis agat. 4) Principibus quibusdam catholicis nova religionis conciliandae consilia proposituris reliqui catholici fortiter obsistant.

† Pax Christi nobiscum aeterna Jllustrissime .D. Patrone[3].

Diuinae bonitati gratias ago singulares, quae me hactenus quatuor mensibus hybernis peregrinantem clementer conseruat ac protegit. Nunc Augustam iter paro, et reliquam legationis meae partem abrumpo, quoniam is qui me legauerat, uitam cum morte commutauit. Precor Christum, vt illius animae propitius esse dignetur.

Quoniam uero ex Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Treuirensi[4] cognoui, amplitudinem tuam illustrissimam non diu in vrbe

---

[1] Vide infra monum. germ. l. (27) (31). [2] Vide supra p. 133.

[3] Cardinalis Otto 16. Ianuarii 1566 Romam advenerat; vide supra p. 167.

[4] Ioanne von der Leyen.

mansuram, sed ad comitia Jmperij cito redituram esse, non repetam de his, quae proximis mensibus in hoc toto itinere se mihi obtulerunt. De his ad Reuerendum Patrem Praepositum nostrum[1] atque ad Jllustrissimum Cardinalem Amulium saepe scripsi. Certe de utroque Archiepiscopo Mogunt.[2] et Treuirensi non minora, quam de quibusuis alijs sperare et Ecclesiae polliceri debemus. Exoptant illi reditum Celsitudinis tuae, per quam sane confidunt sua confirmare consilia, quae ad rem Catholicam promouendam Augustae instituentur. Verum nondum illi sunt iter ingressi. Moguntinus Elector ad initium Februarij, Treuerensis uero eodem mense proficiscetur: nec diu aberit Archiepiscopus Coloniensis[3]. De quo hoc vnum dicam, cupere me uehementer, ut in urbe aliquid de illo statuatur. Nam tot annis praeclara illa Ecclesia Coloniensis neque Archiepiscopum, neque Suffraganeum tenet[4]: Vnde multa tum scandala, tum incommoda consequi necesse est. Jllud verissimum est, Ecclesiam illam priorum Archiepiscoporum culpa debitis maximis praegrauari, et hunc Archiepiscopum, licet valde uiuat frugaliter, tamen tot dissoluendis debitis sufficere non posse[a]. Quare confido futurum, ut Romae huius Ecclesiae ratio habeatur, cum pallium redimetur[5]. Ego cum illo quidem nihil coram egi[6].

Vt redeam ad Archiepiscopum Treuirensem *etc.* [*ut supra p. 134*].

Scio amplitudinem tuam de iuuanda Germania sollicitam esse, quemadmodum Germaniae fidum Protectorem decet[7]. Suggeram igitur nonnulla, quae mihi ad Catholicorum in Germania conseruationem ac defensionem magnum allatura momentum uidentur.

Primum huc pertinet, ut si fieri queat, Episcopi, qui sectarios uicinos et infestos magis habent, accipiant in uita Coadiutores, ne sit opus post mortem illorum ad periculosam Electionem uenire, quam sectarij facile perturbant, et magna ui ad se suosque intrusos eligendos inflectunt. Video, in Westphalia praesertim, talem esse statum Ecclesiarum Cathedralium, ut morientibus Episcopis, Episcopatus a Sectarijs occupentur atque deuorentur. Sic amisimus Episcopatus quinque in Marchionatu Brandeburgensi ac tres in Saxonia[8],

a) *In arch. corr. ex* posset.

[1] S. Franciscum de Borgia. [2] Daniele Brendel ab Homburg.

[3] Fridericus de Weda (Wied), archiepiscopus electus, sed nondum ab apostolica sede confirmatus; vide supra p. 142.

[4] Vide supra p. 142—143.

[5] Vide, quae de hac re sub ipsas has litteras dicentur.

[6] Cf. infra monum. germ. l. (34).

[7] Otto 9. Novembris 1557 a Ferdinando I. Romanorum rege Protector Germanicae nationis apud sedem apostolicam constitutus erat (Archiv für die Geschichte des Bisthums Augsburg, herausg. von *Ant. Steichele*, II, Augsburg 1859, 132[28]).

[8] Ioachim II. marchio brandenburgensis et imperii princeps elector, qui a catholica ecclesia ad protestantes transierat, sibi arrogaverat episcopatus brandenburgensem, havelbergensem, lebusiensem (Lebus). Alberto Brandenburgensi, Borussiae duci (qui a sacro ordine teutonico et ab ipsa ecclesia catholica defecerat),

ut sileam de Archiepiscopatu Magdeburgensi[1]. Nulla uero maior pestis, nullum medium ad euertendam in Germania religionem catholicam efficacius, quam quod ueri Episcopi et pastores ordinarij suas sedes Episcopales amittant, ut pro pastoribus illic Lupi grassentur[2], et ad suam impietatem fouendam[a] conuertant ea bona, quae ad Catholicam pietatem tuendam[b] et prouehendam donata sunt. Hic posset fortasse Pontifex Maximus cum Caesare et alijs Catholicis statibus, aliquam rationem inire, praesertim per suum Augustae Legatum, ut huic Ecclesiarum dissipationi ac depraedationi sacrilegae qualicunque ratione obuiam iretur. Nota est Sectariorum cupiditas et sitis inexplebilis, qua inhiant[c] Ecclesiast. bonis, praesertim uero Episcopalibus. Sic percusso et abacto pastore, dispergi ac ab haereticis deprauari Dominicum gregem[3] necesse est.

Secundo multum prodesset conseruandae nobis Religioni, si Episcopi et Archiepiscopi Germaniae quotquot posthac Romae confirmabuntur, primum sacerdotes ordinati essent, et deinde consecrationis munus, sub grauioribus poenis quam hactenus constitutae sunt[4], non differrent; utque dicti Archiepiscopi et Episcopi spetialiter monerentur tempore confirmationis, ne cum aliquo suorum Praelatorum inferiorum dispensent, quo minus ij[d] gradum Sacerdotalem intra annum assumant. Haec non frustra moneo, cum experiar vilescere magis ac magis sacerdotium, quando Praelati ab illo sunt alieni, velut eos pudeat sacri ordinis, cuius gratia praecipua recipiunt emolumenta[5].

Tertio summopere conferret, vt arbitror, talem a Pontifice Max. Legatum ad comitia mitti, qui potestatem haberet cum Archiepiscopis

a) *In arch. corr. ex* mouendam. b) *In arch. corr. ex* muendam. c) *In arch. corr. ex* imeant. d) *Ita omnino corrigendum esse censeo* ijs, *quod est in arch.*

episcopi sambiensis (Samland) et pomesanus (Pomesanien), et ipsi apostatae, episcopatus tradiderant. Augustus Saxoniae princeps elector episcopatus misnensem (Meissen), merseburgensem, naumburgensem sibi sumpserat. Idem duces megalopolitani (Mecklenburg) de episcopatibus sverinensi (Schwerin) et ratzeburgensi, pomerani de caminensi (Kammin) egerant (*Janssen* l. c. III 83; IV 87 477 484. *Mor. Ritter*, Deutsche Geschichte im Zeitalter der Gegenreformation etc. I, Stuttgart 1889, 111 ad 112 193—195). Halberstadiensem quoque episcopatum hoc tempore elector brandenburgensis protestantismo mancipare studebat. „Jenes häßliche System von Trug und Halbheit", inquit *Ritter*, „welches fast überall die kirchliche Umwandlung der Reichsstifter begleitete und deutlich zeigte, daß den Protestanten das Eindringen in diese katholischen Anstalten, die Überwindung des von ihnen und ihren Beschützern ausgehenden Widerstandes keineswegs leicht fiel, trat auch dort hervor" (l. c. I 195).

[1] Vide supra p. 169[3].

[2] Cf. Io 10, 11 12; Mt 7, 15; Act 20, 28 29 etc.

[3] Zach 13, 7. Mt 26, 31. Mc 14, 27.

[4] De his poenis vide supra p. 135—136.

[5] *Ferdinandus I.* imperator anno 1560 cum Stanislao Hosio nuntio apostolico questus est: „In Germania fere pudet sui muneris episcopos, et pontificalia per alios exercent" (*S. Steinherz*, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1560—1572 I, Wien 1897, 72—73).

et Episcopis Germanicis coram agendi de Concilio Tridentino, ut illud in Ecclesijs suis hi[a] promulgare et obseruare contendant. Hic opus erit ut mitigemus quasdam difficultates, quas Concilium hoc Germanis adfert, praecipue propter Ecclesias Cathedrales, earumque Statuta et consuetudines. Vtinam si totum Concilium promulgari non potest, praecipua saltem illius capita ex communi Praesulum consensu passim in Germania promulgarentur et obseruarentur. Quod si negligimus hanc occasionem, quae nobis in Comitijs Augustanis offertur, uereor certe, nullum postea locum fore ad Concilium hoc Germaniae commendandum. Expecto pugnam, quam Sathan haud dubie Catholicis parat ad auctoritatem huius Concilij Augustae labefactandam.

Postremo uereor, nec desunt causae timendi, ne quidam ex Principibus Catholicis, vt vocantur, noua proferant consilia[b] conciliandae Religionis inter Catholicos et Protestantes[1]. Scio multorum animos ad petendas[c] et introducendas concessiones esse propensos. Faxit Deus, ut aduersus horum artes et studia instructi sint Catholici zelo conuenienti, vnd das sie lieber vndanck verdienen, dan von der warheyt abweichen, oder durch die Finger zehen[d] inn der Religion sachen, Gott helffe in disen grausammen vngewidter[2].

Superest, ut me et Augustanam messem, Collegiumque Diligense commendem Amplitudini tuae in Christo Jesu Domino nostro, qui nobis incolumem reddat Celsitudinem tuam. Moguntiae .28 Januarij .1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Reuerendissimo in Christo Patri ac Jllustrissimo Principi, Domino Ottoni Cardinali et Episcopo Augustano, Protectori Germaniae, Patrono colendissimo. Ad manus proprias.

Hoc ex his litteris intellegitur: Canisius nonnihil verebatur, ne Romae de „pallio" per archiepiscopum coloniensem „redimendo" id statueretur, quod praestari ob dioecesis illius inopiam non posset, neve eam ob causam Colonienses etiam diutius archiepiscopo, qui munere fungi posset, carerent. Archiepiscopi sane, etiam cum confirmati et consecrati essent, plerasque officii functiones obire nequibant, antequam a summo pontifice vestem illam sacram, quam pallium vocant, accepissent; cum pallii autem concessione taxae cuiusdam sive tributi exactio iungebatur, eaque nonnunquam amplior; ut anno 1500, cum Iacobus marchio Badensis archiepiscopi treverensis coadiutor cum iure successionis constitueretur, „pro palio" 941 ducati soluti sunt (*H. V. Sauerland,* Trierische Taxen und Trinkgelder an die päpstliche Kurie, in „Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte u. Kunst" XVI 96 105). Ac Pius V. quidem in consistorio 3. Aprilis 1566 habito omnino prohibuit, ne in pallii traditione quicquam pecuniarum vel exigeretur vel admitteretur (*Laderchius* l. c. in a. 1566, n. 44). Equidem tamen censeo, Canisium hoc loco etiam ipsam confirmationem archiepiscopalem significare, quae pallii concessione quasi completur et absolvitur; nam haec omnia Friderico deerant. „Annata" autem sive „servitium commune", quod

a) *Verbum in arch. supra vers. scriptum.* b) *In arch. corr. ex* concilia. c) *Ita in arch. corr. est ex* animos appetendas. d) *Sic arch.; scribendum fuerat* sehen.

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] I. e.: ut potius in hominum offensionem incurrant, quam a veritate declinent vel in rebus religionis conniveant. Deus nos adiuvet in hac saeva tempestate!

ex Concordatis Germaniae in archiepiscoporum coloniensium confirmatione persolvi debebat, sub annum quidem 1460 erat 10 000 florenorum aureorum sive 50 000 rhenensium (*J. v. Döllinger*, Beiträge zur politischen, kirchlichen u. Culturgeschichte II, Regensburg 1863, VII—X 79). Postea fortasse nonnihil ei additum est, perinde ac servitiis moguntino et treverensi, quae et ipsa sub a. 1460 10 000 ducatorum fuerant (*Döllinger* l. c. 158 251); a Bertholdo de Henneberg archiepiscopo moguntino sub annum 1484 (additis variis nummorum corollariis [„Trinkgelder"] similibusque pensionibus) fere 71 500, ab Iacobo Badensi coadiutore treverensi, quem modo dixi, anno 1500 fere 72 500 floreni rhenenses soluti erant (*Al. Schulte*, Die Fugger I 99. *Sauerland* l. c. 105). Fridericus a. 1563, cum confirmationem peteret, annatam vel saltem ex tribus eis partibus duas sibi condonari volebat. Id quod pontifex recusabat (*Reimann* l. c. XIII 354—355); querebantur enim officiales cancellariae pontificiae, se a pontifice taxas saepissime condonante magnis damnis affici (l. c. XIII 356[1]). Attamen ea controversia inter Pium IV. et Fridericum fere erat composita, cum illum mors abripuit (*Wolf* l. c. 297). S. Pius V. autem paratus erat ad integram annatam condonandam, dummodo archiepiscopus professionem fidei tridentinam faceret (*Reimann* l. c. XIII 358—359).

Ceterum quod Canisius in ultimo huius epistulae capite scribit, se vereri, ne in proximis comitiis „quidam ex Principibus Catholicis, vt vocantur, noua proferant consilia conciliandae Religionis inter Catholicos et Protestantes", dubitari non potest, quin significet Guilielmum Cliviae ducem (vide supra p. 170) et maxime ipsum Maximilianum II. imperatorem. Is Georgium Vicelium „seniorem" et Georgium Cassandrum, theologos catholicos quidem, sed ad indulgendum et connivendum nimium propensos, in consilium adhibuerat; aestate anni 1564 Cassander „Consultationem" quandam, Vicelius „Viam regiam" quam vocabat, ei miserant (*Can.* IV 766. *N. Paulus* in „Historisches Jahrbuch" XXVII 341). *Vicelius* Moguntia 10. Septembris 1565 Cliviam ad Cassandrum litteras dedit, quibus ad eum rettulit: Maximilianum II., antequam bellum transsylvanicum ortum esset, totum in legenda Cassandri Consultatione fuisse. „Nihilo secius nos affligunt, tam qui Papae quam qui Lutheri partes sequuntur: inter quos utrosque Iesuistae, hypocriticum ne magis ambigo an malitiosum hominum genus, virulentius nos exosos infestant, quod Ecclesiae faciem hanc deformem, non aliam, quam ut est hodie, defensam velint, emendationem hujus omnino nolint, ne Seraphicae suae societatis daemonizomeno instituto deesse videantur. Viam regiam Caesari commonstratam abs me una cum Panegyrico, quo minus edatur in publicum, nullus obstitero, ut abundantius prodesse queam, nisi non liceat": Ita quidem, si fide dignae sunt „Illustr. et claror. *Virorum epistolae* selectiores", Lugduni Batav. 1617, 280—281.

Ex Polanci epistula Borgiae mandatu Roma 16. Martii 1566 ad Canisium data hoc cognoscitur: Canisius litteras cardinali Truchsess inscriptas epistulae adiunxit, quam Moguntia eodem illo die 28. Ianuarii 1566 ad Borgiam mittebat. Quae cum Romae Borgiae traderetur, cardinalis iam inde profectus erat Augustam versus; ubi cum Canisio ipso locuturus erat. Quare Borgias litteras ei destinatas Romae retinuit: atque equidem conicio, eas a Borgia curiae Romanae de rebus Germaniae monendae adhibitas esse.

1281. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Moguntia 28. Ianuarii 1566.

Ex imagine photogr. litterarum archetyparum (2°; 3½ pp.; in p. 4. inscr. et reliquiae sig.; Canisius sua manu nomen [„Seruus" etc.] subscripsit), quae exstant in „E. C. II" n. 161 (282). Duas epistulae partes („Dominus Iesus vbique nobiscum" — „reuerenter exceperunt omnia", et „In hac peregrinatione" — „Moguntiae 28. Ianuarii") ex archetypo posuit *Sacchinus*, Can. 226—227. Easdem fere partes ex Sacchino, dicendi tamen genere nonnihil immutato, posuit *Petr. Python* S. J., Vita R. P. Petri Canisii, Monachii 1710, 218—219. Aliqua vel omnia, ex eodem Sacchino

hausta, verterunt et posuerunt *J. E. Nieremberg* S. J., Vida divina . . . con la vida del Venerable Padre Pedro Canisio, Madrid 1633, f. 297[a]—298[b] (hispanice); *P. d'Outreman* S. J., La Vie du Venerable P. Pierre Canisius, Dovay 1642, 43—44; *J. Crétineau-Joly*, Histoire de la Compagnie de Jésus I, 4[e] éd., Tournai 1846, 177; *Fuligatti* l. c. 104—105 (italice); *Dorigny*, *Riess*, alii. Eadem paene ac Sacchinus, litteris archetypis adhibitis, italice vertit *Boero*, Can. 291—292; quem secuti sunt *Séguin*, *Alet*, *Garcia*, *Drews*, *Michel* etc. Litterarum harum partes illae, quae exstant in Cod. monac. „Lat. 1606" f. 102[a], ex Sacchino exscriptae esse omnino videntur. Litteris usus est *Sacchinus* in Hist. S. J. III, l. 2, n. 21. Iisdem usus sum earumque partes aliquas germanice versas posui in *„Stimmen"* etc. LXXI, 60 69—70 74 167 183 308 319 322—323.

Dilingam ibit. Augustae canonici P. Stevordianum in ecclesia cathedrali contionari malunt quam Canisium. At illum morum emendandorum gratia Coloniam mitti expedit. Quodsi Canisium in suggestum redire oportebit, eum a Borgia per litteras commendari convenit. Salarium capituli iam non dandum est contionatori, ne Societatis institutum violetur; num dandum collegio dilingano? Herbipolim non est mittendus Stevordianus; neque bulla pro episcopo illo urgenda. Archiepiscopus moguntinus litteras romanas accepit; res nummaria curiae nocet. Collegia herbipolense et dilinganum. Legatus optimus a papa mittatur oportet ad comitia augustana; ubi novas concessiones petent. Collegia provinciae rhenanae florent; ab hac capitulo spirensi collegium dari poterit. P. Auer Spirae contionatur. Canisius preces petit. Iam viribus destituitur. In „occulta legatione", ab episcopis reverenter exceptus, eorum animos sedi apostolicae conciliavit; decretorum tridentinorum exsecutionem aliaque consilia iis commendavit. Diplomata et decreta reliqua secum retinet. Saepe contionatus est, protestantibus non gravatim audientibus. Paenitentiam petit, quod rem parum bene gesserit.

† Pax Christi Admodum Reuerende Pater. Decimo tertio et decimo septimo Nouemb. datas accepi, easque postremas, a Reuerenda Paternitate tua. Non repetam de rebus Prouinciae nostrae, quarum curam haud dubie diligentem habet frater meus[1]. Jllum inuisam breui Dilingae, Domino adiuuante; Quid Augustae sim facturus ignoro, scribit enim ad me frater, Canonicos Augustae sic amare P. Martinum[2], vt dicant alium ex Societate se habere nolle. Ego me patiar non grauatim excludi, modo Catholicum habeant concionatorem. Jgitur hac in parte Superiores libere de me statuant licet. Doleo tantum eum, qui mihi successit Augustae, nostris qui de illo queruntur, non facere satis, et honori suo non rectius consulere[3]. Qui si Augustae manere non debet, in nullo Prouinciae nostrae Collegio consulte collocabitur, sed, ut mihi uidetur, Coloniae rectius haberet sub disciplina Patris Leonhardi[4], qui suam etiam operam ad illum curandum mihi promisit. Jgitur oro uehementer, ut quamprimum ad me scribatur de sententia Paternitatis uestrae, si fortasse Canonici mordicus illum retinere uellent. Forte non fuerit abs re, Cardinalem August. si istic adest, de hoc negotio admoneri, quanquam Canonici ne illius quidem

---

[1] P. Theodoricus Canisius, Germaniae superioris viceprovincialis atque universitatis collegiique dilingani rector.

[2] Stevordianum, pro Canisio in ecclesia cathedrali contionantem; vide supra p. 112 158.

[3] Vide supra p. 89—90 112. [4] Kessel, rectoris collegii coloniensis.

auctoritatem hic curare videantur. Optarem ut agnoscerent magis auctoritatem nostrae Societatis, quae illis hactenus Concionatores dedit, et quasi de inuitis bene meretur. Quod si Oboedientia duce ad Cathedram Augustanam mihi redeundum erit, operaeprecium fore putarem, ut primum Paternitatis tuae literas illis offerrem. Quarum literarum haec esse capita possint, me primum propter Electionem noui praepositi[a] in Jtaliam, deinde propter auctoritatem Pontificis in Germaniam Jnferiorem usque profectum, hactenus cathedram Augustanam intermisisse, ac propterea diutius abfuisse.

Secundo me nunc restitui Cathedrae ex auctoritate Reuerendae Paternitatis T. M. Martinum alio in loco suam daturum operam iuuandis rebus Societatis. Praeterea monendos illos putarem, ut sciant posthac nihil salarij nostris concionatoribus numerandum esse[1]. Quanquam Cardinalis hac ipsa de re monitus respondit, se nescire modum vel titulum, quo nostri Augustae manere possint, se interim paratum esse, quocunque nos titulo velimus, quingentos florenos quotannis soluere. Quid si haec summa Collegio Dilingensi applicaretur, vt illi concionatorem Augustanum praeberent, sed sine certa obligatione? Verum nec ita fortasse constabit synceritas nostri instituti. Expecto igitur sententiam R. Paternitatis tuae, de Persona Concionatoris, de literis, quas mitti cupiui ad Capitulum, De sustentatione Concionatoris, quem nescio an expediat ex mera Eleemozina illic[b] viuere, ac demum de P. quoque Martino alicubi collocando. Vt Herbipolim ille abeat sicut Episcopus[2] petit, ego auctor esse nolim, ne communicem peccatis alienis[3], quae mihi facile sequutura videntur.

Quod ad expeditionem literarum in gratiam Reuerendissimi Herbipolensis attinet, non opus esse puto maiorem curam . Solus consensus Pontificis, quem certo impetrauimus, Episcopo satis erit[4]. Archiepiscopus Moguntinus[5] accepit, quae illi impetrata fuerunt. Res nummaria utinam non obsit magis, quam prosit curiae Romanae. Non intelligunt quod gratis concedi promittitur, id tam magno redimi oportere[6]. Sed fortasse nunc locum habebit illud, Nouus rex, noua

a) propositi *archet.* b) *Hoc v. in arch. supra versum scriptum est.*

---

[1] Capitulum iam inde ab a. 1559 contionatori quotannis 200 florenos rhenenses dederat; quos quo titulo, salvis Societatis constitutionibus, accipi posse Canisius usque ad a. 1566 putaverit, vide *Can.* III 674—676; IV 36.

[2] Fridericus a Wirsberg. [3] 1 Tim 5, 22.

[4] Vide, quae de hac expeditione sub ipsam hanc epistulam dicentur.

[5] Daniel Brendel.

[6] *Galeatius Cusanus,* Maximiliani II. procurator romanus, Roma 24. Novembris 1563 de Pio IV. rettulit: „Essendosi uno di questi giorni andati a dolere tutti li officiali della cancellaria, perchè spedisce ogni cosa gratis, per compiacere li vescovi et anco li principi, cosa molto dannosa per li detti officiali, che hanno comprati gli officii per tali emolumenti: S. Santita li disse, . . . che presto ridurria le cose al suo pristino stato, et che li prometteva nell' avenire non li levaria li suoi debiti proventi et emolumenti.“ Ac *Prosper ab Arcu,* caesareus apud sedem apostolicam orator.

lex[1]. Nihil mihi constat de illo, qui Epistolas graecas Jgnatij Romam[2] attulit. Reddet de illo rationem facile P. Guilielmus, quem spero saluum esse Florentiae[3].

De Herbipolensi Collegio nihil agendum censeo, nisi Comitijs absolutis.

Optarim Cardinalem August. cum isthic est urgeri, ut serio concludat de Collegij sui[4] fundatione.

Precamur Deum, ut nouus[a] Pontifex[5] Ecclesiam sancte gubernet, ac Germanis bona praebeat consilia, praesertim in his Comitijs, quae prudentem ac diligentem Pontificis Legatum requirunt. Nihil metuimus nouas concessiones ac dispensationes, quae ab hoc Pontifice cum aliquo catholicae Religionis detrimento extorqueantur. Speramus illum Societati nostrae non minus, quam praedecessorem[6], adfuturum esse.

Vidi utrumque Collegium Moguntinum et Coloniense, nec ullas Visitatoris partes[7] in eo mihi sumpsi[8]. Gratulor illis et nobis foelicem successum Collegiorum huius Prouinciae[9], nam Treuerense magis etiam quam Moguntinum florere dicitur[10]. Sit nomen Domini benedictum[11]. Nec erit difficile, vt puto, Prouinciali[12] ex his Collegijs deligere, quos mittat ad Spirense Collegium instituendum, sicut Canonicos[13] audio multum desiderare, quos in hoc desiderio non parum

a) *In arch. corr. ex* nobis.

Roma sub m. Martium a. 1564 Ferdinando I. de cardinalibus et curiae officialibus scripsit: „Parum vel nihil sperandum ab iis est, ubi de re pecuniaria agitur; adeo namque obtusas habent ad petitiones aures, ut potius marmorei quam humani videantur“: *Reimann*, Forschungen (cf. supra p. 143) XIII, 356[1] 357[2]. Cf. etiam supra p. 122[2].

[1] Nescio, an huius proverbii causam primam dederit illud sacrae Scripturae: „Surrexit interea rex novus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph. Et ait ad populum suum: Ecce“ etc. (Ex 1, 8 9). Certe complures theologi et ante et post Canisium hoc proverbium commemorarunt, cum locum illum interpretarentur; ut *Petrus Berchorius* O. S. B. († 1362), Repertorium morale (ed. nova III[2], Coloniae 1684, 716); *Ioannes Ferus* (Wild) O. F. M. († 1554), Annotationes piae et doctae, Coloniae 1571, 6; *Cornelius a Lapide* S. J. († 1637), Commentaria in Pentateuchum Mosis, Antverpiae 1648, 339; *Augustinus Calmet* O. S. B. († 1757), Commentarius literalis in omnes libros Veteris Testamenti, vertit *Io. Dom. Mansi* I, Wirceburgi 1789, 674.

[2] Vide supra p. 123—125.

[3] P. Guilielmus Elderen S. J., Ioannae ducissae confessarius; vide supra p. 118 120.

[4] Dilingani. [5] S. Pius V. [6] Pium IV.

[7] Cf. supra p. 99 103.

[8] Ex his verbis sive interpreteris sive corrigas oportet, quae de collegiis a Canisio visitatis scribit *Boero*, Can. 291.

[9] Provinciae „rhenanae“ Societatis Iesu.

[10] Vide, quae de hoc collegio erudite et eleganter narrantur in „Die Jesuiten in Trier. Vortrag, gehalten . . . in der Aula des Bischöfl. Priesterseminars zu Trier am 11. Juni 1906. Von *C. K.*“, Trier 1906, 18—36.

[11] Ib 1, 21. Ps 112, 2. [12] P. Antonio Vinck.

[13] Canonicos ecclesiae cathedralis (Speyer) significat; vide infra n. 1285.

confirmat D. Lambertus[1], donatus ipsis ad tempus Concionator, eum breui, vt spero, amplectar: faxit Deus, ut plures habeamus Germanos operarios, qui in hanc messem uere desertam possint[a] extrudi[2] et fructum optatum adferre[3]. Dominus JESVS ubique nobiscum per sacrificia et preces Reuerendae Paternitatis T. et Patrum omnium, quibus imprimis cupio commendatus esse. Gratias autem ago Deo, qui vires hactenus dedit ad hanc peregrinationem quatuor hybernis mensibus conficiendam. Sentio interim aliquot abhinc diebus debilitatas esse mihi vires, et solitum abesse vigorem. Fiat in nobis Domini voluntas[4], qui nos obedientiae Sanctae filios[5] in uita et morte esse concedat.

Spero denique non difficile fore Reuerendae Paternitati T. ut rationem reddat sciscitantibus de munere meae susceptae legationis. Conciliaui Apostolicae sedi animos Praelatorum, praesertim duorum Archiepiscoporum Moguntini et Treuirensis[6], nec non Episcoporum Herbipolensis et Osnaburgensis[7]. Cum alijs quibusdam[8] egi per literas ob uarias caussas. Commendaui praeterea illis publicationem et executionem Concilij Trident. Proposui consilia, quae ad Catholicam Religionem conseruandam et promouendam non parum habent momenti in hoc rerum Germanicarum statu. Jlli vero non modo humaniter, sed etiam reuerenter exceperunt omnia, et occultam hanc legationem probare visi sunt. Non arbitror opus esse, vt in vrbem remittam diplomata, quae, mortuo iam Pontifice apud me seruo, missurus ea quidem in vrbem, quandocunque sic opus uidebitur. Ac praeter diplomata sunt mihi quaedam adhuc exemplaria Conciliorum[9], quae non recte, ut arbitror, exhiberentur defuncti Pontificis nomine.

Jn hac peregrinatione sum saepe Latine concionatus, ac saepius etiam Germanice, hyemis et uiarum incommoda nobis non defuerunt. Sed a grauioribus periculis liberauit nos Deus, et amicos subinde fauentes dedit, ut etiam sectarij nos non grauatim audirent cum rationem fidei Catholicae redderemus[10]. Peto interim ueniam a Summa bonita[te] et Paternitate tua, quod[b] bene gerendae rei occasionem non diligentius quaesierim et praesentem non foelicius obseruauerim, neque vel mihi, vel alijs, ut par erat, inseru[i]erim, cum in hoc peregrinandi genere sim hactenus nihil versatus. Quamobrem libenter amplectar, quamcunque mihi paenitentiam adiunget Reuerenda

a) *In arch. corr. ex* possent. b) *In arch. sequitur* multum *vel* multam, *oblitteratum.*

---

[1] P. Lambertus Auer S. J., collegii moguntini rector.
[2] Mt 9, 38. Lc 10, 2. De versione „extrudat“ cf. *Can.* I 364[5].
[3] Mt 13, 23. Lc 8, 15. Io 15, 16 etc.
[4] Act 21, 14. Cf. Mt 6, 10; 26, 42 etc. [5] 1 Petr 1, 14.
[6] Danielis Brendel et Ioannis von der Leyen.
[7] Friderici a Wirsberg et Ioannis ab Hoya.
[8] De his vide supra p. 148—153 et infra monum. germ. l. (34).
[9] Editiones romanae eaeque authenticae decretorum concilii tridentini; vide supra p. 150. [10] Cf. infra monum. germ. l. (16)—(35).

Paternitas T. quae diuinam misericordiam mihi magis ac magis conciliare dignetur. Moguntiae .28 Januarij 1[566][a].

Seruus in Christo P. Canisius.

Admodum Reuerendo in Christo Patri .D. Francisco de Borgia Praeposito Generali Societatis JESV. Romae.

Hac epistula (ut ex ipsa cognoscitur) Canisius Borgiam dehortabatur, ne in posterum urgeret „expeditionem“ Bullae, qua summus pontifex rogatu Friderici a Wirsberg episcopi herbipolensis monasterium herbipolense S. Agnetis, ordinis S. Clarae, exstinguebat eiusque bona collegio Societatis Herbipoli instituendo assignabat; quae quidem Bulla Romae a. 1562 conscripta erat; sed, quia „taxa“ illa sive „compositio“ ab Herbipolensibus non solvebatur, Bulla non erat „expedita“ (cf. *Can.* III 365[2] et supra p. 121); grandi autem illa „compositione“ sub exitum m. Novembris 1565 per Pium IV. remissa supererat, ut „taxa“ sive pecunia quaedam minor daretur ad Bullam ex registro extrahendam (vide infra n. 1282); hac quoque pecunia danda atque ita ipsa Bulla petenda Socios romanos supersedere Canisius volebat; impetratum enim esse consensum pontificis [quem Pius IV. in Brevi Roma 20. Septembris 1565 ad Fridericum episcopum dato et per Canisium eidem tradito expressit; vide infra mon. germ. l. (7)], atque hunc episcopo satis esse futurum. Adhibuisse igitur videtur Canisius huic negotio distinctionem illam inter „forum internum“ sive „forum conscientiae“ et „forum externum“, quam haud multo ante in simili negotio archiepiscopi moguntini ipsa curia romana adhiberi posse significaverat; vide *Can.* IV. 493—494 574—575. Etiamsi autem consensu illo pontificio episcopi conscientia secura efficeretur, fateamur tamen oportet, optandum fuisse, ut negotium etiam in „foro externo“ formulis et sollemnitatibus, quas illius aetatis ius exigebat, absolveretur, idque vel eo, ut caveretur, ne episcopo mortuo eius successor vel capitulum cathedrale fundationem illam collegii in disceptationem vocare possent. Ceterum vide, quae de „regulis cancellariae“ litteris 16. Martii 1566 a Borgia ad Canisium datis adnotabuntur.

Quae Canisius de collegiorum provinciae rhenanae prosperitate scribit, aliqua ratione confirmantur a libri *„Martyrbuch“* a. 1591 Herbonae (Herborn, in Nassovia) editi auctore anonymo eoque protestante. Qui, annum fere significans 1565, ita queritur: „Vmb diese zeit ist der lauff des heiligen Euangelij auch mercklich verhindert worden von den Jesuitern, welche der Teuffel zu diesen letzten zeiten, als sein letztes gebrütsal, zu verderb vnnd gifft der Kirchen Gottes, außgesessen vnd außgebrütet hat“ (l. c. 662).

Canisium in hac peregrinatione molestias multas tulisse intellegitur tum ex his, tum ex superioribus litteris; v. supra p. 173. Si quis tamen res germanicas illius temporis et ex Canisii relationibus et aliunde cognoverit, facile, puto, videbit, molestias illas a *Boero* nimium exasperatas esse, his uso verbis: „Furono incredibili i patimenti e i disagi, ch'egli sostenne: andar su e giù nella più cruda stagione del verno, male in arnese di panni, e peggio provveduto di vitto, per vie incrostate di ghiacci o coperte di altissime nevi: non avere spesso la notte ove ripararsi, se non poveri casolari o rozze capanne, e, quando meglio ne stava, i pubblici spedali: essere di continuo esposto all' insidie e agli agguati che gli tendevano gli eretici“ etc. (Can. 290).

Borgias Canisio per Polancum respondit 16. Martii 1566.

1282. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci de Borgia, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 2. Februarii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, ead. manu: „Padre Canisio“. Cod. „Germ. 65“ f. 59[b]. Epistula usus sum eiusque particulam germanice posui in *„Stimmen“* etc. LXXI 70 325.

a) *Haec supplenda esse epistula tota ostendit; atque in epistulae pag. 4 antiqua manu romana (Polanci?) notatum est:* 1566. Moguntia P. Petrus Canisius, 28. Janu.

P. Theodoricus Canisius Germaniae superioris provinciam reget tempore comitiorum imperii atque etiam diutius; nam Pius V. Canisii et aliorum Sociorum opera in Germania multum utetur, Societatis vere amans. Paulo ante Pii IV. mortem Datarius „compositionem" remisit, quam de monasterii S. Agnetis in collegium herbipolense translatione exegerat; expensi sunt tamen aliquot nummi ad litteras hasce ex registro extrahendas, et opus erit pluribus ad Bullam impetrandam. De collegiis herbipolensi, dilingano, aliis Canisius aget cum P. Natale, qui cum P. Ledesma a papa ad comitia mittitur et visitatoris auctoritatem per Germaniam habebit. Cardinalis Augustanus Roma Augustam remittitur. Epistulae Hosii etc.

Pax *etc.* Ale ultime lettere di V. R. fatte in Colonia a 22. di nouembre si fece risposta, dopo si sono riceuute altre di .15. del medesimo fatte in Moguntia, et si è data la sua al Cardinale Amulio.

Quanto a lasciare gouernare la prouincia al Padre Theodorico [1], ben penso sarà necessario almeno per il tempo dela dieta, et non sò dopoi quanto lascieranno stare quieta V. R. in sua Prouincia perche questo Papa che dio ci hà dato [2] non meno anzi più credo si uorà seruire del opera di .V. R. et di molti altri dela Compagnia in Germania, perche realmente monstra amare, et fidarsene.

Jntorno al Collegio di Erbipoli, aspettaremo l' auiso che V. R. dara dopo il suo ritorno, li faccio bene intendere che teniamo la supplica del Collegio spedita gia nele mani, per la quale un tempo si domandauano tre milia Ducati di compositione [3] . et quando staua il papa passato [4] (quale Dio tenghi in suo Regno) uicino ala morte, solicitammo il Datario, et lo pregammo per la speditione di detta supplica et la espedi senza compositione alcuna, è uero che si è fatta alcuna spesa per cauarla del Registro [5], et assai magiore si haurà à fare se si spediranno le Bolle, bisognerebbe che il vescouo se qui tiene alcun' Agente, li raccommandasse la speditione dele Bolle, et che ci pagasse la spesa de la supplica, oueramente se non ha agente alcuno mandi commissionata di alcuni danari acciò si pigli quel che sarà necessario . Et così si può fare conto che ci sarà entrata ferma per il Collegio d' Erbipoli, ma di questo et dela fabrica si potrà trattare in presenza col Padre Natale ilquale frà pochi giorni si parte, como V. R. monstra desiderarlo per la Dieta mandato per .S. Santità insieme col Padre Ledesma [6], et perche hauera autorità nele quattro prouincie di

---

[1] Canisio. [2] S. Pius V.

[3] De monasterio S. Agnetis eiusque bonis in Societatis collegium herbipolense transferendis agebatur; vide supra p. 179. [4] Pius IV.

[5] His igitur litteris apostolicis hoc, nisi fallor, enunciabatur: Monasterium S. Agnetis per pontificem, nulla requisita „compositione", in collegium herbipolense transferri, et ea de re sollemnem illam „Bullam" posse expediri. Ceterum vide, quae adnotabuntur infra ad ep. n. 1295.

[6] P. Iacobus Ledesma S. J. (de quo Can. II 353[1]) cum Natale et Canisio cardinali Ioanni Francisco Commendono, Augustam ad imperii comitia legato, adiunctus erat theologus; vide infra p. 187. Quantopere Ledesma non solum doctrina, sed etiam vitae sanctitate floruerit, exponitur ab *Ant. Astrain* S. J., Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España II, Madrid 1905, 354—355 474—475.

Germania[1] como uisitatore ecc. con esso si potranno risoluere molte cose, et in spetie quelle che si appertengono al Collegio et Vniuersità di Dilinga, et altri dubbj che per diuerse lettere propone .V. R.

Jl Cardinale di Augusta pare etiam assaj contento perche .S. Santità lo rimanda con honore, et utile[2].

Qui uà una lettra del Cardinale Varmiense per V. R.[3] quale si è aperta per uedere ciò che scriueua intorno ala Religione[a], Altre che andauano peril Padre Emondo[4] le hauemo ritenute, et si mandaranno posdomane, N. Padre con tutti Ci racommandiamo molto nele orationi etc. di .V. R.[b] cui lettre con desiderio aspettiamo. Di Roma li .2. di Febraro 1566.

Una cum his litteris Canisic missa esse videtur, ut ex antiquo illo **Indiculo* (cf. supra p. 71[1]) conicere licet, „la commune sopra la coronatione del PP., et altre cose di edificatione" atque etiam „un capitolo delle cose notabili per quelli che uanno ad laborandum in vinea Domini per far risposta à S. Santita etc." (Cod. „Def.", Diuersi ordini, in a. 1566). Atque hae de coronatione Pii V. litterae fere eaedem esse videntur atque illae, quas vulgavit *L. Delplace* S. J. in „Analectis Bollandianis" VII 46—50. De „laboribus" illis cf. supra p. 166—167.

Canisius Borgiae respondit 23. Februarii 1566.

1283. CANISIUS **GODEFRIDO VOM TRIEST**, consuli noviomago. Dilinga initio m. Februarii 1566.

Ex *Hasii* autographo. „Epp. ad P. M. Raderum 1606—1615 I", n. 48, § 24. Hasii litteris usus est *Matth. Raderus* S. J., De vita Petri Canisii, Monachii 1614, 238—239.

Eum monet, ut ad mortem se paret.

P. Ioannes Hasius S. J. Embrica (Emmerich) 21. Maii 1613 vel paullo ante ad P. Matthaeum Raderum S. J. Canisii biographiam (Monachii, ut videtur) parantem relationem misit de rebus a Canisio Noviomagi exeunte a. 1565 (fere a 25. Novembr. ad 4. Decembris) gestis, de qua plura dicentur infra, mon. germ. l. (19). De Godefrido autem vom Triest senatore, Wendelinae Canisii sorori matrimonio iuncto, in cuius domo Canisius Noviomagi illis diebus habitaverat, haec addidit, a „Godefridi et Wendelinae filia, vidua religiosa", ut ait, Xanti (Xanten) 12. Martii 1613 sibi „quasi dictata": „Cum primum autem Canisius in suam redijt prouinciam, scripsit literas Sororio suo Godefrido a Trist, monens illum serio, vt se compararet ad

a) *Sequuntur vv.* Si è ritenuta, *a libr. oblitt.* b) *Sequuntur vv.* Di Roma li .2., *a libr. oblitt.*

[1] In Societatis provinciis austriaca, rhenana, Germaniae superioris, Germaniae inferioris; vide Borgiae „litteras patentes" Roma 6. Februarii 1566 ad eum datas, in Epp. *Nadal* III 1—2.

[2] *Polancus* in litteris de S. Pii V. coronatione etc. scriptis, de quibus supra: „[El] Papa anda con cuidado de enviar los Obispos, que hay en Roma á residir en sus iglesias" (*Analecta* Bollandiana VII 48). Cardinalis Truchsess cum in summa difficultate nummaria esset, m. Ianuario a Pio V. petierat, ut sibi perpetuo Romae habitare liceret. At ille eum iussit imperii comitiis interesse, deinde synodum habere et episcopatum reformare; quae cum praestitisset, liberum ei fore Romam redire. Abeunti pontifex 1000 scutata dedit et in singulos menses 200 scutata assignavit (*W. E. Schwarz*, Briefe und Akten I 14).

[3] Has Hosii litteras vide supra p. 137—140.

[4] De his litteris, ab Hosio ad P. Edmundum Augerium S. J. datis, vide supra p. 139 141.

mortem; iam enim securim admotam radici arboris[1]*; quae litterae*[a] *(etiamnum dicuntur asseruari) ipsi Godefrido vnico mense ante suum obitum fuerunt redditae; obijt enim quarto circiter mense postquam Canisius Nouiomago discesserat. Sanctus Pater praescius futurorum, salubriter sororium praemonuit."*

Canisius initio m. Februarii 1566 in collegium S. J. dilinganum venit atque ita in provinciam superioris Germaniae, cui praepositus erat, rediit; Dilingae autem 8 dies mansit; v. infra ep. n. 1290. Quodsi inde Tristio scripsit[2], is litteras mense antequam moreretur accipere potuit. In tabulis (diplomatibus, litteris) noviomagensibus, quarum breves summas vulgavit *J. G. Ch. Joosting* (Inventaris van het Oud-Archief der Nijmeegsche Broederschappen, Nijmegen 1891) Tristius postremum comparet (inter scabinos urbis) 3. Novembris 1565 (l. c. 289); postea nulla eius fit mentio.

Raderus (Can. 238–239) ita, quae ex Hasio acceperat, amplificavit: „[Canisius] Godefrido Tristio Wendelinae sororis marito fatalem imminere diem absens cum diuinitus praesensisset, dedit ad illum literas, quibus illum acriter hortatus est, vti se ad vltimam horam compararet; securim radici admotam mox e vita extirpandae: proinde videret, vti mox ad tribunal supremi dictatoris, a quo nulla sit prouocatio, sistendus, quomodo causam suam esset defensurus, rationemque de omni ante acta vita redditurus. Non nisi mensis ab acceptis literis intercessit, cum Tristius ad supremum iudicem est citatus."

1284. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, PP. HIERONYMO NATALI, IACOBO LEDESMAE, PETRO CANISIO, S. J.

Roma sub d. 7. Februarii 1566.

Ex archetypo (2° min.; 1 p.) Romae (a P. Ioanne Fernandez S. J.?) scripto (A): Cod. „EB" n. 296. Exstat etiam apographum eiusdem temporis (B), idque sic inscriptum: „Jhesus. Ricordi per il padre Natal conli Compagni per conto dela missione principale del Papa alla Dieta 1566"[b]: Cod. „Decreta et Instructi. 1540 ad 1573" f. 249. Litterae ex hoc apographo typis exscriptae sunt in Epp. *Nadal* III 3—5.

Quomodo Augustae in imperii comitiis se gerere debeant, docentur: Pontificis iussa scriptis mandabunt eiusque litteras secum perferent Augustam. Pontificis legato omne officiorum genus praestabunt. Eidem, quicquid religioni utile fore censuerint, significabunt, et si quid cum aliquo principe vel praelato tractandum iis erit, ex legati voluntate tractabitur. P. Natalis reliquis praeerit; cui etiam alios Socios, cum opus erit, Augustam evocare licet. Si legato visum erit, in eius domo vel prope eandem habitabunt, victuri, ut pontifex mandavit, legati expensis; licebit tamen alibi habitare, si P. Natalis ita statuerit, legato probante. De rebus comitiorum ac de remediis adversus religionis ruinam adhibendis Romam scribent ita, ut litterae pontifici monstrari queant. Si legatus ita se velle significaverit, de controversiis religionis et scribent et disputabunt et loquentur, in Natalis sententia, cum quid dubii erit, acquiescentes. Cardinali Augustano ceterisque proceribus gratificari et eorum animos Societati conciliare studebunt. Cum pontifex Socios aliquot in Austria, Styria, alibi extra collegia operam praestare velit, ipsi cum legato expendent, num ea opera utilis fore videatur, et qua ratione cum bona principum gratia praestari possit.

a) *Hasius 3 vv. sqq. uncis inclusa in margine addidit.* b) *Alia manu (Polanci ipsius? Cf. Epp. Nadal III 3*[1]*) postea supra versum addita sunt post* Papa *haec:* Pio .V., *et post* Dieta *(perperam):* in Vienna.

---

[1] Mt 3, 10. Lc 3, 9.

[2] Tristio Canisius etiam a. 1555 scripserat (*Epistolae mixtae* ex variis Europae locis V, Matriti 1901, 151).

Jhesus. Ricordi per il Padre Natale con li Compagni per conto della missione principale del Papa alla Dieta.

P.° Piglino in scritto l'intentione di sua santità per non smenticarsi, et procurino eseguirla[1].

Vedano d'hauer le lettere che piacera à sua Santità si scriuano al Legato; et se alcuni Breui altri li saranno dati, et in Augusta le daranno.

Facciano capo come conuiene dal Legato Apostolico, et li offeriscano l' opera sua, et cosi realmente procurino unirsi con esso, et darli ogni sodisfattione, et farli ogni seruitio, specialmente[a] nelle cose per le quali tutti sono mandati alla Dieta.

Tutti quelli ricordi che li occorreranno per il ben della Religione in Germania, et per euitar li mali che ui sono, li diano al detto Jllustrissimo Legato; et se saranno cose doue loro si habbino ad adoperare, come sarebbe facendo alcuni officij[b] con questo, ó quello Principe, ó Prelato, le conferiscano con lui, et contra la uoluntà[c] di esso non li facciano; ma hauendo quella si sforzino[d] à farlo diligentemente.

Sara Superior[e] degl' altri Compagni Il Padre Natale[f], et se giudicara che oltre quelli che si mandano di Roma[2], et il Padre Canisio, alcun altro sia necessario, o molto utile al[g] fin che si pretende in questa missione, potrà farlo uenire in Augusta, et ordinarli quel che ha di fare, come àgl' altri sopradetti Compagni.

Se paressi al Illustrissimo Legato che stessino in casa sua, ó in alcuna[h] altra uicina, facciano al modo di esso, poiche anche gl'ha da far le spese, secondo che Sua Santità ha significato esser sua uoluntà[i], pur se paressi al Padre Natale[k], che altroue starianno[l] meglio, potra procurar far contento l' Illustrissimo Legato, et con suo consenso stara in sua mano farlo.

Scriua[m] [?] diligentemente delle cose appertenenti à questa missione, et il fine di quella, et tutto quello che li parera opportuno per il ben dela Religione in quelle bande, et questo, in modo che le lettere si possano mostrare à sua Santità.

Se li fusse raccomandato per il Legato, che hauessino à scriuere, ó disputare, ó di parola[n] informare qualcuno delle cose appertenenti alla Religione, ó articoli controuersi in essa, facciano quel

a) especialmente *B.* b) ufficij *B.* c) uolon [tà] *B.* d) *In B. correctum ex* esforzino. e) Superiore *B.* f) Natal *B.* g) utile per il *B.* h) alcun *B.* i) uolontà *B.* k) Natal *B.* l) stariano *B.* m) *Sic AB; corrigendumne* Scriuan *vel* Scriuano? n) *In A sequuntur duo* informare*; sed quod prius positum erat, oblitteratum est.*

---

[1] A S. Pio V. Augustam ad imperii comitia adire iussi erant, ut rem catholicam adiuvarent et inprimis cardinali Commendono, pontificis legato, adessent; praeterea Natalis a Borgia Sociorum per Germaniam „visitator" constitutus erat; vide supra p. 183—184, et infra monum. aug. (c 1)—(c 4).

[2] P. Didaco Jiménez et Fr. Georgio Polono; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

che potranno; et quanto all' ultima resolutione etiam nelle cose di dottrina si stia al parer del Padre Natale[a].

Si occorrera far[b] alcuna cosa per satisfattione dell' Illustrissimo Cardinal Augustano, la facciano, et anche à gli[c] altri Cardinali, Prelati, et Principi, procurino dar quella sodisfattione che si può[d], et farli beneuoli alla Compagnia.

Conferisca[e] [?] con detto Illustrissimo Legato delle missioni de alcuni nostri fuora delli Collegij, et specialmente nel stato dell' Austria et Stiria, et quei paesi delli quali ha ragionato Sua Santità[1], acció si ueda in primo loco, se si hanno à reputar utili dette missioni, et essendo tali, in che modo debbiano farsi con buona gratia et fauore delli Principi .etc. Et se non parera tempo di trattar di questo, ó risoluersi durante la Dieta, se ricordi Il Padre Natale[f] con la opportunità del tempo di trattar di questo, et anche di scriuere, il parer dell' Illustrissimo Legato : et se fusse espediente che anche lui scriuessi, potrebbe ricordarglielo.

Tempus quidem non est ascriptum huic institutioni; sed eam vel d. 7. Februarii 1566 vel paulo ante Natali traditam esse intellegitur ex Borgiae Registro germanico; in hoc enim exstat apographum vel commentarium *litterarum inter 7. et 16. Februarii 1566 „Augustam" Vindelicorum destinatarum, in quibus P. *Ioannes de Polanco* haec refert: „Alli sette di Febraio .1566. parti di Roma il Padre Natal con tre compagni, i. e. Padre D. Ledesma, Padre Ximenez, Georgio polono perla dieta. fù acompagnato con lettere di .N. Padre pel Cardenal Comendon legato, Duca di Babiera, Signora Fucara[2], Imperator et Emperatrice .etc. et se li diedero le patenti necessarie al Viaggio et uisita d'Alemagna superiore et inferiore." (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65" f. 66[a].) P. Didacus sive Iacobus Ximenez sive Jiménez (de quo *Can.* IV 802) Natalis socium et adiutorem non solum inter comitia, sed etiam in germanorum Sociorum visitatione acturus erat; postea Romae rector Poenitentiariae fuit (Epp. *Nadal* III 693). Fr. Georgius (Ioannes Georgius? Cf. Epp. *Nadal* III 150). Polonus (laicus?) ad ministeria domestica adhibebatur (l. c. III 21 49); qui 29. Martii 1566 Augusta aufugit, mense tamen Maio, cum resipuisset, Pragae a rectore collegii, ut iterum in Societatem reciperetur, flagitavit (l. c. 48—49 143).

Roma 2. Februarii 1566 *Polancus* Augustam ad P. Wendelinum Völck S. J. *litteras miserat, quibus eum certiorem faciebat, Natalem et Ledesmam a summo pontifice Augustam mitti, ut cardinalis legati theologos agerent (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 60[a]).

1285. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula prior.)

Augusta Vindelicorum 14. Februarii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 3 pp.; in p. 4. inscr. et reliquae sig.; Canisius sua manu nomen [„Seruus" etc.] subscripsit); quae exstant in „E. C. II" n. 164 (58 59). Epistula usi sunt *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 28 29, *Kröss* l. c. 175, editor Epp. *Nadal* III 58[2]; eandem adhibui eiusque partem germanice posui in „*Stimmen*" etc. LXXI 323—325.

a) Natal *B.* b) fare *B.* c) àgl' *B.* d) *Quinque vv. sqq. in B. manu ipsius P. Polanci, secretarii Societatis, addita sunt.* e) *Sic AB; corrigendumne* Conferiscan *vel* Conferiscano? f) Natal *B.*

[1] Locutus esse videtur de Germania, Bohemia, Polonia; vide Epp. *Nadal* III 3[2]; cf. etiam supra p. 167 et infra monum. aug. (c 1).

[2] Ursula Fuggera (Epp. *Nadal* III 755—756).

Canisius Spirae invisit P. Auer in ecclesia cathedrali contionantem; canonici 8 Socios alere volunt atque ita collegium incohare, circumspecte tamen, ob cives protestantismo addictos; Canisius Provincialem rhenanum evocandum esse dixit; Auero autem commendavit, ne operam, quam archiepiscopo moguntino deberet, Spirensibus promitteret, neve, binis eodem die contionibus habendis, valetudinem profligaret. Ob cameram imperialem optandum est, ut Spira collegium habeat. Canisius Dilingae 8 dies se refecit; P. Swagerius male habet. Et Canisius et alii necesse esse censent, ut comitiorum tempore P. Theodoricus Canisius viceprovincialem agere pergat. Canisio in comitiis et cardinales Commendonus et Truchsess, et archiepiscopi moguntinus et treverensis, et alii proceres multum laboris imponent; prudentes ex comitiis detrimenta religionis timent; Deus a Sociis romanis rogandus est. Canisius Borgiam de collegii dilingani dotatione etc. cum cardinali Truchsess coram egisse existimat; ille a collegii aedificatione, cuius curam P. Rabensteinio commisit, non est revocandus; utinam ad comitia brevi veniat! Cum Societatis adversarii eiusdem reprehendendae causas captent, non expedit Canisium de comitiorum rebus singillatim aut ad cardinalem aut ad praepositum generalem referre. Novi pontificis fausta initia. Amici aliqui haereticos absolvendi librosque prohibitos legendi facultates, Socii simoniacos, qui in Germania multi sunt, absolvendi potestatem impetrare cupiunt.

Jhesus. Pax Christi. Molto Reuerendo in Christo Padre.

Poi ch'io mi partì di Maguntia, doue scrissi l'ultime, per la gratia del Signor, uisitai il P. D. Lamberto adesso predicator in Spira[1], il qual molto è grato et fruttuoso operario in quella uignia assai desolata. Gli Canonici lo desiderano retenere, non potendo quasi hauer altro nessuno per quella catedra, et offeriscono le spese per notrire in questi principij otto delli nostri[a], sperando àpoco à poco introdur un Colleggio della Compagnia[2], pur temono alcuna repugnantia dalli Cittadini di Spira, essendo loro inimici della fede[3]. Perciò[b] uorriano andare con prudentia et discretione[c], ne irritentur crabrones[4]. Jo consegliai, chel P. Lamberto essendo tanto obligato et necessario al Monsignore Arciuescouo Mogontino, il quale anche non uede uolontiere la sua absentia diuturna, non se obligasse in nesun modo à quelli di Spira, doue lui oltra le predice in giorni di festa poco tiene da fare. Et che quelli Signori Canonici chiamassero il Padre Prouinciale del Reno[5], conferendo con lui quello, che pareria conueniente circa le cose del futuro Collegio[d] et non solamente della predicatura . Jtem essendo il Padre Lamberto non troppo forte, et spesso inpedito d'un certo accidente della colica, si ben mi ricordo, lo essortai, che non seguitasse il modo gia cominciato di predicar doi uolte nel giorno

a) *In archet. sequitur* et, *oblitteratum.* b) *In arch. corr. ex* Perceiò. c) discetione *arch.* d) *Quinque vv. sqq. a libr. in margine addita sunt.*

[1] P. Lambertus Auer S. J., collegii moguntini rector, Spirae (Speyer) in ecclesia cathedrali contionabatur; vide supra p. 180—181.

[2] Cf. *Remling,* Bischöfe zu Speyer II 376. Cf. etiam infra monum. herb. (15).

[3] Spirae, quae urbs libera imperii erat, pauci exstabant catholici; Spirenses ceteri ad protestantismum transierant.

[4] I. e. ne potentiores provocati ipsis damnum inferant. „Irritabis crabrones“: *Plautus,* Amphitruo Act. 2, sc. 2, v. 75.

[5] P. Antonium Vinck.

di festa. Credo chel Padre Prouinciale presto uenerà per questo negotio à Spira, non mi pare che la cosa ancor sia matura. Pur un Collegio staria benissimo in quel luogo, et faria un gran frutto con la gratia del Signore nelle anime, essendoue li[a] la Camera Jmperiale[1].

Redij tandem ad meam Prouinciam, sia il Signore sempre regratiato, et mi riposai otto giorni con li nostri fratelli in Dilinga, li quale pare che stiano bene in utroque homine[2], ecceto il Padre D. Conrado, il quale scriuerà di se stesso[3] et gia costì è conosciuto per le litere del Padre Rettor[4].

Quanto al gouerno di questa Prouincia, io chiamai tre Padri principali di questo Collegio[b], proponendogli le mie ragioni, per le quali mi parebbe piu conueniente, che il Viceprouinciale[5] continuasse l'officio di gouernar et agiutar questi Collegij, et che io per li negotij publici et diuersi che occurreranno in questa Dieta, fussi reputato absente, come per il passato. Et ancora chel Padre Theodorico non poco ha da fare per il gouerno di questo doppio Rettorato et della Prouincia, pur[c] se uede, che è bastante per l'uno et l'altro, et che anche il peso non lo graua tanto come prima, et[d] ancora non fà gran difficultà in portar questo offitio et continuarlo, giudicando ancor lui, che mi sarebbe molto difficile in Augusta di satisfare à questi Rettorj[6], li quali anche sono meglio gouernati da uno[e] che da doi capi. Per la qual cosa, spero che la V. Paternità anche se contentarà, che io, si come fù detto in Roma, retenendo il solo nome del Prouinciale[f], lassi al mio fratello il gouerno, al[g] qual certo[h] tale assuntto non manco[i] conuiene, che à me per molti respetti, si come sà V. Paternità con gl'altri Padri di Roma.

Quanto alla Dieta, non mi mancarà molto da fare ex parte del Jllustrissimo Cardinal Commendono[k] legato Apostolico, ex parte del nostro Cardinal[7], che uorria hauermi tra li suoi Consigliarij, ex parte delli Prelati[l] Ecclesiastici, massime delli doi Elettori Mogontino et Treuerense[8] etc. Priego Jddio, che mi dia la sua santa gratia di poter dar agiuto conueniente alla Santa Chiesa et Religione Catolica, massime essendo gli aduersarij tanto potenti et instruttj contra la parte Catolica, che molti sauij pensano che senza pericolo ò preiudicio

a) *In arch. corr. ex* ibi. b) *In arch. corr. ex* Collelio. c) *In arch. corr. ex* Prouincia. Pur. d) *In arch. sequitur* che, *oblitt.* e) *In arch. sequitur* qua, *oblitt.* f) *In arch. sequitur* lo, *oblitt.* g) *In arch. corr. ex* il. h) *Duo vv. sqq. in archetypi margine a libr. ascripta sunt.* i) *In arch. sequitur* li, *oblitt.* k) *Duo vv. sqq. a libr. in margine addita sunt.* l) *In arch. sequitur* et, *oblitt.*

[1] Spira ea aetate sedes erat camerae imperialis („Reichskammergericht"); supremum id erat imperii tribunal (cum consilio aulico imperii [„Reichshofrath"]).

[2] Et in animis et in corporibus.

[3] Has P. Conradi Swagerii litteras vide infra monum. dil. (10).

[4] P. Theodorici Canisii; qui et universitatis dilinganae et collegii Societatis rector erat.

[5] P. Theodoricus Canisius.

[6] Collegiorum ingolstadiensis, monacensis, oenipontani.

[7] Ottonis Truchsess. [8] Danielis Brendel et Ioannis von der Leyen.

della Religione non se finirà questa Dieta Jmperiale. Et per questo molto desidero et priego con ogni instantia, che durante questa Dieta, siamo costì aggiutati per le sacrificij et oratione[a] specialj[b] della Compagnia ut Deus iram suam à Germanis auertat[1], eosque conuertat in uiam pacis[2]. Pur quanto al principio della Dieta molto tardamente se congiongono li Prencepi, Nella quaresima[3], penso, sarà la principal battaglia . Jddio ci aggiuti sempre.

Quanto al nostro Jllustrissimo Cardinal speramo di hauer gran luce della fundatione et dotation di questo Collegio[4], poi che hauerà costì conferito ogni cosa con V. Paternità. Et perche tutto è inclinato à promouere la fabrica del Collegio gia cominciata[5], forse se potrà lassarlo in quello suo proposit[o], poi che à questo effetto ha applicato certi danari, et commesso la cura de fabricare al nostro P. Raijbestain[6], il qual pare che per tal impresa sia bastante. Delle altre cose et difficultà che s'offeriscono da parte di questo Collegio, io mi remetto à quello, che'l Rettor ha scritto spesse uolte, acciò ogni cosa se possa tanto meglio conferir con il stesso fondatore, il quale faria bene tornando presto alla Dieta, come pare à me, per il ben publico del Alemagnia. Desidera anche da me, che io li scriua spesso del stato della Dieta con gli auisi necessarij etc. Jo non uorria entromettermi troppo in questi negotij, ne scriuer de ciò col proprio nome, et però non pare anche spediente di auisar de tale cose publiche à V. Paternita, se non in genere notando alcune cose, che se possono dire senza ogni pericolo. Perche il mondo adesso oltra che è, molto cattiuo, cerca occasione de poter calumniare et reprendere gli scritti et fatti nostri. Liberet nos Dominus ab homine malo[7] et insidioso.

Quanto al nouo Pontefice[8], rengratiamo Jddio per li buoni principij, che monstra fin adesso, et speramo, che monstrarà ancora fauore et aggiuto, alla nostra Compagnia et à tutti gli Catolici . Sono alcuni buoni amici in quelle bande di Alemagnia inferiore, che desiderariano hauer la facoltà di poter assoluere in casu haeresis, et

a) orotione *arch.* b) *In arch. corr. ex* spetiale.

[1] Ps 84, 5. Bar 2, 13. Dn 9, 16 etc.

[2] Ps 13, 3; 79, 8; 84, 5. Lc 1, 79 etc.

[3] Haec futura erat a d. 27. Februarii ad 13. Aprilis.

[4] Dilinganum Societatis collegium dicit.

[5] D. 30. Iulii 1565 primarium lapidem a cardinali sollemniter positum esse refertur in *„Historia Collegij Dilingani" sub exitum a. 1572 a *Sociis dilinganis* Romam missa („Ass. Germ. Fund. I" f. 45[b]).

[6] P. Ioanni Rabenstein.

[7] Ps 139, 2; cf. 2 Reg 22, 49; Ps 17, 49; 42, 1 etc.

[8] „Ai 7. di Gennaio del 1566. essendo stato creato Sommo Pontefice il beatissimo Padre Pio V, scrissegli il Canisio una lunga sua lettera, ragguagliandolo minutamente di quanto aveva operato. Non avendo io copia di questo suo scritto" etc.: *Boero,* Can. 291. Huius relationis equidem nullum in fontibus repperi vestigium; immo eam nunquam exstitisse ex iisdem fontibus collegerim.

di legere libri prohibiti. Desidero sapere se in questo se potria ottener licentia, poiche fussero nominati quelli. Jtem li nostri[a] in Colonia et in altri luoghi tengono grandi intrigi circa li casi di simonia, li quali son molto communi in Alemagna. Vnde desiderano molto di cio hauer special facoltà per aggiutar l'anime in questo caso[1]. Non altro se non che molto[b] raccomando me stesso et la Dieta presente agli sacrificij et oratione di V. Paternità et di tutta la Compagnia. Datum in Augusta alli 14. di Febraio 1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre P. Francesco di Borgia Preposito Generale della Compagnia di Giesu. Jn Roma.

Borgias Canisio respondit Roma 9. Aprilis 1566.

1286. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula altera.)

Augusta Vindelicorum 14. Februarii 1566.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; 1 p.), quae exstant in Cod. „E. C. II", n. 163 (57).

Editoris praefatio. Ut primum harum litterarum caput intellegi possit, necesse est haec moneam: Societatis congregatio generalis prima, a. 1558 habita, decreverat, ut praepositus generalis videret, „de modo loquendi ad sobrium et Religiosis dignum honorem, dicto vel scripto alii de Societate exhibendum, an constitui aliquid oporteret" (Decr. 103 post el.). Quod negotium cum Lainius praepositus generalis, laborum mole ac morbis obrutus, absolvere non potuisset, congregatio generalis secunda, a. 1565 habita, novo praeposito generali commisit, ut, si quid „non fuisset executioni mandatum" in ea re, „id curaret facere" ipse (Decr. 93 post el. *Institutum* S. J. II 180 211). Quare *S. Franciscus Borgias* autumno a. 1565 *Institutionem quandam sive „Ordine nel scriuersi li Padri et fratelli fra di loro" adumbravit eiusque exempla ad singulos praepositos provinciales misit, ut illi, quid sibi videretur, significarent, ac deinde ipse, omnium sententiis auditis, aliquid certius constitueret. Institutionem hic pono ex exemplo, quod eodem fere tempore Romae ab aliquo Societatis homine scriptum et, ut videtur, a Polanco, Societatis secretario, emendatum est:

„Non si scriua al Preposito General per Reuerenda Paternità, togliasi Reuerenda et resti Paternità sicome .N. Padre Laynez buo: me: l'haueua ordinato[2].

a) *In arch. sequitur* molto, *oblitt.* b) *In arch. sequitur* mi, *oblitt.*

---

[1] *Eugenius IV.* Bulla „Cum detestabile scelus" 18. Maii 1434 data adversus simoniacos excommunicationem latae sententiae, quam vocant, pronunciaverat, „a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente non possent absolvi, praeterquam in mortis articulo constituti" (*Bullarium* Romanum V 16). Quam poenam aliqui ex eius successoribus confirmarunt, ut Paulus II. (c. 2, Extrav. comm. 5, 1) et Sixtus IV. (*Bullarium* l. c. 209), et concilium Tridentinum „innovavit" (Sess. XXIV. de ref. c. 14). Atque S. Pius V. 24. Martii 1559 — erat eo tempore supremus inquisitor — concesserat, ut Socii homines simoniacos absolvere possent (*Can.* II 387[5]), et 21. Ianuarii 1566 eam concessionem cum reliquis antea a se factis confirmaverat (vide supra p. 166); semper tamen in huiusmodi privilegiis praepositi generalis auctoritatem interponi oportebat; ab ipso reliqui Socii facultatem illam peterent necesse erat (*Can.* IV 472).

[2] Cf. Epp. *Nadal* IV 200.

Niuno scriua ad altro Molto Reuerendo Padre, eccetto al Generale, et alli Padri che restano de i dieci primi [1], et à gl' Assistenti, Comissarij, Visitatori, Prouinciali, et Viceprouinciali.

A niuno di tutti questi, se non è al Generale, dicano, ne scriuanno, nostro Padre, conforme all' ordine gia dato, auanti la seconda congregatione [2].

Jl Preposito General scriuira molto [a] Reuerendo à tutti li sopradetti nella soprascritta, et dentro nella lettera li dira Reuerenza et in piede di detta lettera, dira. De V. Reuerenza seruo.

Alli professi, et Rettori scriuira Reuerendo Padre et nella lettera alcuna uolta li dira Reuerenza et altre uolte uoi. et in fine di detta lettera Vostro seruo nel signore.

Alli sacerdoti dira Charissimi Padri, et uoi.etc.

Alli fratelli charissimi fratelli, et uoi.etc.

Il Prouinciale dentro di sua Prouincia scriuira à quelli che stanno à sua obedientia, del medemo modo, che li scriue il Generale. fuora della Prouincia scriuira per Reuerenza à tutti li Professi, et Rettori et alli sacerdoti Charissimo Padre et alle uolte Reuerenza, alle uolte uoi etc. A gl'altri sempre Charissimo fratello et uoi.etc.

Li Professi fra se scriueranno Reuerendo Padre et Reuerenza.

Li sacerdoti fra se scriueranno charissimo Padre et Reuerenza et quando scriueranno alli Professi diranno Reuerendo Padre. Et essi risponderanno alli sacerdoti Charissimo Padre.

Jl resto delli scholari, et Coadiutori etc. [b] fra se scriueranno Charissimo fratello, et uoi.etc.

Jl Rettore nel suo Collegio dira Reuerenza alli Professi, et alli sacerdoti alcuna uolta Reuerenza et altre uolte uoi, tenendo rispetto alli più uecchi, et antiqui: et à tutti li sacerdoti dira Reuerenza infuora di [c] suoi subditi: et alli fratelli uoi. et Charissimo fratello, come detto è.

Li fratelli diranno à tutti li Padri Reuerenza et scriueranno Reuerendo Padre et Reuerenza et li sacerdoti responderanno, charissimo fratello, et uoi.etc."

De Sociorum inter se appellandi ratione rogatus sententiam dicit. P. Martinus Stevordianus Bavariae duce instante, canonicis vero augustanis invitis, Monachium ad contionandum redit, Coloniam post Pascha iturus; Canisius eum leniter quidem habuit, serio tamen monebit, ut mores tandem emendet, nisi ex Societate eici velit. P. Swagerii animus alibi quam Romae sanari non poterit. Pio V. catholici delectantur. Librorum prohibitorum legendorum facultas Sociis quibusdam tribuatur oportet. Incertum, num Canisium suggestui ecclesiae cathedralis restituturi sint; is eo liberari cupit. Cardinalis Augustanus aere alieno gravatur.

† Quoniam rogor quid sentiam de modo scribendi, cum nostri ad se literas inuicem mittunt, non displicet mihi lecta formula, quae Romae facta est. Vellem autem Latine potius quam Jtalice formulam eandem proponi, et sapientibus hoc permitto iudicium, an omnia in Latinis literis aeque sint commoda, sicut in Jtalicis, ut cum dicitur uos, Reuerentia, etcetera. Nam ex multis collegijs Latine magis quam Jtalice scribi solet, et quae gratiam habent Jtalice dicta uel scripta, saepe in aliena lingua etiam Latina non habent.

a) *Hoc v. (manu Polanci?) supra versum additum est.* b) *Duo vv. sqq. supra vers. addita sunt manu, ut omnino videntur, P. Polanci.* c) *Supra vers. (a Polanco?) additum.*

[1] Hi erant PP. Nicolaus Bobadilla, Simon Rodriguez, Alphonsus Salmeron.
[2] Cf. Epp. *Nadal* IV 200.

Quod ad M. Martinum[1] attinet, doleo sane, quod Augustae nostros et externos hactenus offenderit saepe. Nunc cupit et ille mutare locum. Princeps[2] illum redire postulat Monachium, ego malim adiret Coloniam, ubi P. Leonardus[3] suam obtulit operam ad illum utcunque restituendum. Canonici prorsus inuiti illum dimittunt. Ego nunc leniter tractandum hunc patrem putaui, qui peccata sua mihi confessus est, et meliora promittit. Effeci hoc apud illum, ut a Principe postularit se mitti Coloniam statim, aut saltem a Paschate[4]. Sed Princeps nunc illum statim vult mitti Monachium ad contionandum. quid post pascha sit concessurus non exprimit. Jgitur in hanc demum ueni sententiam, ut M. Martinus ante suum discessum ad Monachienses a me serio moneatur, mores ut suos corrigat, et certa emendationis argumenta edat Monachij hac Quadragesima, si uelit diutius in nostra[a] uersari Societate, cui satis hucusque molestus fuit. Quod si Rector[5] non habeat bonum de illo testimonium, praemonebo de abscisione aut resectione futura, quia diutius ferre non possimus illius dissolutos mores et actus, de quibus etiam in specie commonebitur. Faxit Christus, ut extrema haec probatio reddat illum in sua vocatione firmiorem atque saniorem. Si quid autem aliud faciendum uidebitur P. T. cupio admoneri. Rector Monachiensis conqueretur fortasse, hunc ad se missum esse : sed dandum fuit aliquid Principi id postulanti, et accusare fratrem hoc tempore nolui, neque reijciendum prorsus putaui, qui dimissus a nobis, plane misereque periret cum corpore, tum animo, vt certe vererer. Adsit illi Dominus, et spiritum innouet in visceribus eius[6].

De D. Chunrado[7] id vnum dicam, nisi Romam veniat, non uideri illum posse restitui: tam longe discessit a spiritu nostrae vocationis, et offendit fratres illius uita et conuersatio. Ad humilitatem illum reuocare opus esset, atque a studijs abstrahere.

Praeclara nobis adferuntur de Pontifice summo[8], cuius fama egregie Catholicos confirmat ac recreat. Quoniam uero confirmauit idem nobis priuilegia, quae concessit antea Cardinalis, P. T. tribuat mihi aut Viceprouintiali quaeso facultatem, ut Theologis[9] et Rectoribus nostrae prouintiae liceat per nos legere prohibitos libros[10].

a) *In autogr. sequitur* hac, *a C. oblitteratum.*

[1] P. Martinum Stevordianum, collegii monacensis contionatorem, significat; qui pro Canisio Augustae in ecclesia cathedrali contionatoris officium administrabat; de eius moribus vide, quae scripserunt P. Theodoricus Canisius et P. Georgius Schorichius, *Can.* III 692[3]; IV 730—731, et supra p. 89—90 112.

[2] Albertus V. Bavariae dux. [3] Kessel, collegii coloniensis rector.

[4] Dominica Paschatis 14. Aprilis futura erat.

[5] P. Paulus Hoffaeus, collegii monacensis rector. [6] Ps 50, 12.

[7] P. Conrado Swagerio S. J., theologiae professore in collegio dilingano; vide supra p. 109 126 164. [8] S. Pio V. [9] Doctoribus Theologiae.

[10] De hac facultate a. 1564 per Michaelem cardinalem Gislerium supremum inquisitorem (qui deinde Pius V. fuit) auctoritate Pii IV. praeposito generali et, quos ipse nominasset, Sociis denuo data v. *Can.* IV 533[3].

Deliberandum sumpsere Canonici, velint ne[a] me restitui priori loco contionatoris. Ego certe non ambio munus hoc difficile per Quadragesimam, praesertim hoc tempore Comiciorum. Minantur etiam Jesuitis, nescio quam, expulsionem. Vtinam regnent illi sine nobis[1], et nos ab hac conditione, quae cum instituto nostro pugnat, liberaremur[2]. Cardinalis[3] hac de re poterit admoneri. Sed is debet, ut audio[b], 40 millia ducatorum uel florenorum, praeter alia debita uetustiora . quicquid tandem nobis promittat[c]. Dominus JESVS nobiscum.

Jdem P. Canisius.

Huic epistulae, quando ad quem data esset, ascriptum non est. Ex ipsa tamen facile cognoscitur, eam, a Canisio Augusta mense Februario a. 1566 ad Borgiam datam, alteris litteris ab eodem ad eundem eodem fere tempore datis adiunctam esse. Binae autem huiusmodi litterae exstant, alterae 14., alterae 23. Februarii datae; cum hisce epistula, quam posui, non congruit; cum illis congruit; habet enim haec: „Deliberandum sumpsere Canonici, velint ne me restitui priori loco contionatoris“; die vero 23. Februarii Canisius scribit: „Canonici tandem annuerunt, ut redirem ad Cathedram“ (vide infra p. 198); praeterea ex Polanci litteris 16. Martii et 9. Aprilis 1566 ad Canisium datis (quas infra suis locis ponam) patet, hanc epistulam Romam perlatam esse cum litteris 14. Februarii datis, non cum illis, quae 23. Februarii datae sunt.

Borgias Canisio respondit 9. Aprilis 1566; neque vero quicquam rescripsit ad ea, quae de Sociorum inter se appellandi ratione Canisius notaverat. Quare hic pono *Instructionem „de appellatione inter nos“, quae a P. *Hieronymo Natale* Societatis visitatore composita esse omnino videtur, neque tamen (quod equidem norim) in „Epistolis P. *Hieronymi Nadal*“ Matriti a. 1898—1905 excusis posita est; nam ex duabus, quae in IV. earum tomo (200 614) comparent, institutionibus appellationem inter Socios usurpandam spectantibus prior hispanicas tantum appellationes habet, altera ad aliud genus appellationum pertinet. Ita igitur instructio illa: „Patrem nostrum generalem titulo paternitatis omnes compellabunt, prouinciales autem et commissarios Reuerentia. Nomine autem nostri Patris solum patrem Generalem appellabunt. Commissarij et prouinciales suos inferiores omnes nominabat uos vulgari sermone. Eos uero qui inferiores non fuerint. si prouinciales sint, vel praepositi sint locales, uel professi quatuor uotorum uel Rectores uel probationis prefectj[4] nomine reuerentia donabunt, alijs dicent uos uulgariter, latine Tu. Praepositi locales, Rectores et praefecti probationum inter se Reuerentiae titulo utentur, eodem appellabunt sacerdotes sibi non subditos, reliquos nomine Tu latine, vulgariter vos. Minister et Subminister reuerentia dabunt sacerdotibus omnibus, fratribus tu uel uos. Praepositos locales, Rectores et praefectos probationum vocabunt omnes reuerentiam, quj illis non fuerint superiores, Ministrum uel subministrum uocabunt qui illis subditi non sunt Reuerentiam si sint sacerdotes, [si] Laici Tu, uel uos. Subditi

a) *A C. correctum ex* nec. b) *Sequitur numerus a C. oblitteratus.* c) *A C. correctum ex* proponat.

[1] 1 Cor 4, 8.

[2] Contionatorem vivere necesse erat ex salario, quod capitulum cathedrale ei dabat. Socii autem *Constitutionibus* iubebantur gratis contionari „nec postulando nec admittendo stipendium vel eleemosynas ullas, quibus“, eiusmodi officium „compensari videretur“; solis collegiis redituum habendorum potestas per Constitutiones dabatur (P. 4, c. 2, n. 5; P. 6, c. 2, n. 7, A.). Vide tamen, quae notata sunt *Can.* IV 36[3].

[3] Truchsess. [4] Magistri noviciorum.

utrumque quidem erant uocaturi Reuerentiam propter officium, sed ut uideatur aliqua esse differentia inter laicum subministrum et sacerdotem, laicum uocabunt sui subditi fratrem subministrum, et modo quodam medio qui esse solet in Hispania ut loco uos dicant el id est ipse. qui modus ubi non fuerit, uocent subministrum tu latine, uos uulgariter. Sacerdotes inter se utentur Reuerentia[a], cum fratribus tu latine, uos uulgariter, Fratres, sacerdotes omnes Reuerentiam, inter[b] se uos, praeceptores suos quisque qui non sint sacerdotes saltem uocabunt magistros et latine tu, uulgariter uos" (ex apographo saeculo XVI. scripto. Cod. „XV. A." f. 179[a]).

1287. CANISIUS CARDINALI **OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG**, episcopo augustano, imperii principi.

Augusta Vindelicorum 15. vel 16. Februarii 1566.

Ex apographis, de quibus infra n. 1290 1295 1305.

Canisius Borgiae 23. Februarii 1566: „Ante octiduum scripta mea misi ad Cardinalem Augustanum, qui fortassis tardius ea mittet in Vrbem, si nunc peregrinatur." Borgias Canisio, Roma 16. Martii 1566: „Si sono riceuute varie lettere di V. R. . . tutte insieme, et dipoi un' altra di .23. di Febraio, quale ancora fa mentione d' altra mandata per uia del Cardinale, quale non é ancora comparsa." Et Roma 9. Aprilis 1566: „Respondero con questa breuemente alle lettere de .V. R. de .14. di Febraio."

Canisius igitur litteras 14. Febr. 1566 ad Borgiam a se datas (supra p. 187—194) Romam misit ad cardinalem Truchsess, quem diutius ibidem subsistere opinabatur; atque satis certum est, eum litteris illis epistulam adiunxisse ipsi cardinali destinatam, qua de comitiis, ut cardinalis optabat, aliqua referebat et eundem, ut brevi ad eadem veniret, rogabat; cf. supra p. 174 190. Atque haec vel die 16. Februarii, quod erat sabbatum, vel paulo ante scripsisse videtur; sabbatis enim tabellarii Augusta Romam versus ire consueverant (*Can.* IV 310).

1288. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI**, Societatis per Germaniam visitatori.

Augusta Vindelicorum inter 14. et 19. Februarii 1566.

Ex apographo, de quo infra n. 1290. Aliquae sententiae ex iis, quas hic pono, ex eodem apogr. positae sunt in Epp. *Nadal* III 144.

De collegiis monacensi et ingolstadiensi statim visitandis. De rectore monacensi.

Canisius S. Francisco Borgiae praeposito generali Augusta 23. Februarii 1566 scripsit: „Secundo Februarij datas accepi: Aduentum duorum Patrum[1] pergratum habemus. Quoniam uero ante medium quadragesimae Principes aegre conuenient, neque Caesar[2] sua proponet maturius, uti opinantur, idcirco annuit Jllustrissimus D. Legatus Commendonus, ut dicti Patres Collegijs Prouinciae nostrae visitandis operam suam nauent. Jgitur licebit .P. Natalj, quod etiam fieri cupio, ut ex Oeniponto recta Monachium et Jngolstadium abeat, priusquam Augustam ingrediatur. Qua de re literas ad eundem misi Oenipontum. Monachij de mutando Rectore fortasse tractandum erit, quia D. Paulus[3] pergit nimium difficilis esse et grauis Viceprouincialj."[4]

PP. Natalem et Ledesmam Augustam theologos ad cardinalem Commendonum venturos esse Canisius 14. Februarii, cum Borgiae scriberet, nondum cognoverat, 19. Febr. (ex Polanci, quas supra dixi, litteris) cognoverat; v. supra p. 189 et infra

a) Reuerentiam *ap.* b) inte *ap.*

[1] Natalis et Ledesmae. [2] Maximilianus II. [3] P. Paulus Hoffaeus.
[4] P. Theodorico Canisio; cf. supra p. 144.

p. 196. Quare eum inter 14. et 19. Februarii Oenipontem ad Natalem litteras illas misisse censendum est. Quae neque nunc exstant, neque in Natalis epistulis, quae quidem adhuc exstent, commemorantur; unde dubito, num Natali traditae sint. Natalis certe cum sociis Oeniponte recta petiit Augustam eoque 6. Martii advenit (Epp. *Nadal* III 14).

Maximiliano II. Sociorum adventus ingratus erat. Augustae 14. Februarii 1566 in eius consilio sanctiore statutum est, ut Prospero ab Arcu, caesareo apud pontificem oratori, scriberetur: „Si adventum legati et nunciorum ac Iesuitarum impedire potest, faciat" (*Turba* l. c. III 307[5]). „Referet enim", ita *Maximilianus* 16. Februarii Prospero scripsit, „coetus et turba ista ecclesiasticorum speciem collegii cuiusdam theologici. Eaque res ut est inusitata ita multis admirationem faciet et pluribus quoque sinistram suspicionem movebit" (*Schwarz* l. c. I 7).

1289. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Augusta Vindelicorum 19. Februarii 1566.

Ex apographo huius litterarum partis, quod Coloniae in collegio Societatis eodem fere tempore scriptum et sic inscriptum est: „P. Petrus Canisius 19 Februarij inter caetera sic." Cod. colon. „L. Qu." f. 89[b]. Integra paene pars (aliqua omissa sunt) ex eodem apographo vulgata est ab *Hansen* l. c. 523—524.

Contiones Canisii. Commendonus legatus. PP. Natalis et Ledesma. Maximilianus II. catholicum se praebet. Pius IV. „non sine miraculo" electus; eius virtutes, praeclara initia, amor in Societatem.

— — Euangelizabo his comitijs in antiqua mea Cathedra[1].

Venit illustrissimus Dominus Legatus et Cardinalis Commendonus a Pontifice missus, nostris addictissimus[2]. Breui sequetur Reuerendus P. Natalis, qui Theologus erit dicti Legati cum D. Ledesma, idemque uisitator quatuor Prouinciarum Germaniae[3]. Illius aduentum speramus tum nostris, tum Ecclesiae rebus magno usui fore.

Caesar Catholici Principis exemplum praebet omnibus. In templum abit, conciones et rem diuinam audit. Catholicos amplectitur, quantumuis id uidere et audire molestum sit aduersarijs[4].

De nouo Pontifice magnus esset scribendi campus, sed adiunctae literae rem satis ostendent[5]. Faxit Deus ut optimum sanctissimumque Pastorem diu retineamus, qui non sine miraculo electus[a][6], in

a) *Ita recte correxit Hansen ex* doctus, *quod in apogr. positum est; vide infra adn. 6.*

---

[1] In sacro suggestu ecclesiae cathedralis.

[2] Augustam advenit 17. Februarii (*W. E. Schwarz* l. c. I 4. *Lagomarsinius* in Pogiani Epistolis IV 288). [3] Vide supra p. 183—184.

[4] Maximilianus II. 20. Ianuarii Augustam advectus, in domo fuggerica in foro vinario („Weinmarkt") sita habitabat; quae domus erat Marci III. Fuggeri, cuius uxorem Sibyllam comitissam de Eberstein Canisius a. 1560 et 1561 ex protestantismo ad ecclesiam reduxerat (*Häberlin* l. c. VI 135. *Turba* l. c. III 307[1]. *Can.* III 655—657). [5] De his v. supra p. 167 184.

[6] Praeter omnium exspectationem, repentino omnium cardinalium consensu „per adorationem" electus erat (*Jo. Ant. Gabutius,* Vita Pii V., l. 1, c. 4, n. 42, in Actis Sanctorum Maii I, Antverpiae 1680, 628. *Laderchius,* Annales ecclesiastici, in a. 1566, n. 2 3 11). In *Bennonis Hilliger* libello „Die Wahl Pius' V. zum Papste" (Leipzig 1891) de hoc conclavi paene nihil dicitur, de Pii IV. vero eiusque cardinalium vitiis complura ineptius, quam verius asseruntur; de qua re cf. etiam *Jos. Šusta,* Die römische Curie und das Concil von Trient I, Wien 1904, xxx[1].

eximia semper uirtute uersatus, singulari defendendae religionis zelo tot annis instructus, ardenti reformandae Ecclesiae [desiderio][a] [?] inflammatus, assiduo rei bonae[b] [?] gerendae usu praeditus, omnium fere animos sibi nunc conciliauit, et summa de se iubet expectari. Nec ullus fuit aetate nostra Pontifex, qui melioribus auspicijs suum officium consecravit[c] [?]: Vir est ad iuuandam Ecclesiam nobis destinatus, et aptus maxime, qui de Societate quoque nostra cupit praeclare maereri. — —

Epistulae, ad quem data esset, a librario vetere non est adnotatum. Ut eam ad Kesselium datam esse dicam, rationibus moveor, quas explicavi supra p. 154. Ibidem, quid de librariorum coloniensium diligentia sentirem, dixi.

Kessel Canisio respondisse videtur 11. Martii 1566.

1290. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 23. Februarii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 1½ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.; Canisius sua manu nomen [„Filius“ etc.] et „Postscriptum“ posuit); quae exstant in „E. C. II“ n. 165 (65). Duae litterarum particulae ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 14[4] 28[3].

Braunsbergensi collegio rector magis idoneus dandus est. Archiepiscopus Cypri collegium petit iis cum condicionibus, quae admitti nequeant. Relationes de comitiis. Cardinales. Canisii contiones quadragesimales. Eiusdem cum cardinali legato familiaritas; hic utinam a curia consulatur! Legatus Delphinum timet. Herbipolenses pecuniam pro Bulla collegii expendere nolunt; num collegium illud Societati convenit? Turcae. Deus orandus est. P. Stevordiani mores. Iacobi Muntz fuga et dimissio.

† Pax Christi admodum Reuerende pater.

Secundo Februarij datas accepi [*etc., ut supra p. 195*].

Cardinalis Commendonus nos admonitos uoluit, ut meliorem daremus Rectorem Collegio Branspergensi, dicitque multum referre, ut mittamus peritiores ad huiusmodi loca et munia. Deinde iudicat D. Balthasarem ad Gubernandum non idoneum esse satis[1]. Accepit praeterea literas a Cypri Archiepiscopo[2], quibus rogatur ut curet nostros ad Collegium et Seminarium[d] in Cypro condendum praeparare.

a) *Hoc v. supplevit Ha.; ipsa sane res docet, vel hoc, vel simile v.* (studio?) *esse supplendum.* b) *Sic ap.; corrigendumne* bene? c) *Sic ap.; legendumne* consecrarit? d) *In archet. sequitur* nostros, *oblitteratum.*

[1] Braunsbergae in Societatis collegio a cardinali Stanislao Hosio instituto neque P. Christophorus Strobellius rector neque P. Simon Hagenau studiorum praefectus muneri administrando pares erant. Initio a. 1566 a P. Francisco Sunyer, quem Borgias Poloniae viceprovincialem constituerat, Pultovia (Pultusk) Braunsbergam arcessitus est P. Balthasar Hostovinus S. J., qui Commendono in legatione polonica theologus adfuerat (*Eichhorn,* Hosius II 177—185). Commendonus cum Hosio m. Maio a. 1564 Braunsbergae fuerat (*Pogiani* Epistolae III 427).

[2] Philippo Mocenico (Mocenigo) veneto (Commendonus quoque venetus erat), Cypri primate et (latino) archiepiscopo nicosiensi (Nicosia): qui concilio tridentino interfuerat (*Sf. Pallavicino* S. J., Istoria del Concilio di Trento, l. 33, c. 9, n. 4). Ea insula Venetorum imperio subiecta erat.

Verum plura requirit idem Archiepiscopus, quam nos deceat concedere: Hispanos excipit, conscius uult esse omnium quae scribuntur et agentur. Ex ipso magis quam ex alio nos[a] pendere postulat .etc. Haec indico tantum, ut suo tempore seruiant, et sapientibus, occasionem praebeant ad meliorem gubernationem.

De Comitijs non habeo quod dicam: Nec opus erit fortasse me scribere, cum Cardinalis[1] rectius omnia intelligat atque perscribat. Ante octiduum scripta mea misi ad Cardinalem Augustanum, qui fortassis tardius ea mittet in Vrbem, si nunc peregrinatur[2]: Ego per Quadragesimam satis habeo quod agam concionando: Legatus interim agit mecum ualde familiariter, cuius consilia utinam peteret ac admitteret Pontifex in Polonia, Belgica et Germania nostra recte adiuuanda, neque id faciet nisi rogatus. Plurimum uero sibi timet a Delphino, neque sine causa[3], Dominus bene uertat omnia.

Egi cum Cancellario Herbipolensi[4] qui alienum ostendit animum a conferendis sumptibus in expeditionem, de qua mihi scribitur[5]. Ego uero ualde dubito, an societati nostrae conueniat Collegium Herbipolense, measque rationes coram exponam P. Natalj. Quare satis erit, ni fallar, pecuniam a nostris expensam, ab hoc Episcopo repetere, et a reliqua expeditione supersedere, ne inuitis beneficium obtrudamus, et nostra hic querere uideamur.

Jngentes copias parare Turca[b] dicitur, quas in Vngariam educat; quae res magnam Germaniae calamitatem allatura uidetur. Eo magis communes fieri preces cupimus pro hac iuuanda natione in spiritualibus ac temporalibus.

Commendo me et quadragesimales labores meos P. T. Sacrificijs et precibus. Canonici tandem annuerunt, ut redirem ad Cathedram, cum .P. Martinus[6] ab illis abstractus, per Principem[7] sit Monachio

a) *In arch. sequitur* iubet, *oblitt.* b) *In ap. correctum ex* Turcha.

---

[1] Commendonus, legatus pontificis. [2] Vide supra p. 184.

[3] Zachariae Delphini nuntii animum in communionem sub utraque specie et in coniugium sacerdotum concedenda inclinare iam 1. Ianuarii 1556 P. *Alphonsus Salmeron* S. J. Vindobona ad S. Ignatium rettulerat (*Polancus,* Chronicon VI 361[2]). Etiam a. 1565 Delphinus magnopere instabat, ut Austriae sacerdotibus coniugium a pontifice concederetur. Aestate a. 1565 *Thomas Perrenot de Chantonnay,* Philippi II. apud Maximilianum II. orator, litteris Romam missis Delphinum (rem exasperans) depinxit „el mayor adulador del Emperador del mundo" etc. (*Döllinger,* Beiträge [cf. supra p. 177] I 623). Eum diu apostolici apud Ferdinandum I. et Maximilianum II. nuntii officio functum Pius IV. a. 1565 invitus, ut Maximiliano satisfaceret, cardinalem creaverat (*Schwarz* l. c. I 45). Idem Maximilianus exeunte a. 1565 Delphino episcopatum iaurinensem (Györ, Raab) et 10 000 scutatum dedit (*Turba* l. c. 279[1]). In congregatione cardinalium Romae 19. Ianuarii 1566 habita Delphinus, ne Commendonus Augustam legaretur, monuerat (*Schwarz* l. c. 7).

[4] Balthasare ab Hellu.

[5] Expeditionem Bullae dicit, de qua supra p. 145 182 183.

[6] Stevordianus. [7] Albertum V.

restitutus. Nisi uero veterem ille pellem exuat, quomodo diutius a nostris tollerari[a] possit, non uideo. Dominus Jesus nobiscum. Augustae .23. Feb: An. 1566

Filius indignus P. Canisius.

Jacobus Coloniensis[1] ex prouintia nostra profugus, Coloniam venit, et a nostris alienus, praeceptorem nobilium agit. Rogat interim ut votorum vinculis eximatur. Liberati sumus onere non paruo, cum ille discessit a nobis ut parum damni adferat illius discessus. Quare si placet P. V. ut[b] forte aliquando placuit, si recte memini, moneri poterunt Colonienses ad illum absoluendum[2].

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Domino Francisco de Borgia Praeposito Generalj Societatis Jesu : Romae.

Borgias Canisio per Polancum respondit 16. Martii 1566.

1291. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, PP. PETRO et THEODORICO CANISIIS.

Roma 2. Martii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.: in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 70[b]—71[b] Litteris usus esse videtur *Sacchinus*, Can. 228—229, et Hist. S. J. III, l. 2, n. 5. Iisdem usus sum in *„Stimmen"* etc. LXXI 177 326.

Quod ad litteras „Indulti tertiae gratiae" impetrandas attinet, Coloniensium procurator non comparuit; qui si ad Socios venerit, ab iis adiuvabitur. Cardinalis Amulius Canisio novi pontificis nomine scripsit, ut, cum comitiis interfuisset, legationem persequeretur; de qua re postea agi poterit. Episcopo herbipolensi, consiliis cum P. Natale collatis, de collegio respondeatur. Archiepiscopo trevevensi cardinalis Amulius dispensationem providebit; Socii, cum opus fuerit, rem urgebunt. Pontifex certior efficietur, ecclesiam coloniensem indigere episcopo suffraganeo etc. Cum Natale expendendum: Num haereticorum quorundam adversus Societatem scripta refutanda sint; num Monachii P. Hoffaeus „superintendens", P. Menginus rector constituendi; num PP. Swagerius, Stevordianus, Schorichius, Halbpaur ad tempus Romam, ut in pietate proficiant, mittendi sint. Novicium quendam Romam, ac Jacobum Rabum eodem in collegium germanicum mittere licet. Socios, qui inter comitia externis linguis contionentur, accersere, et scholis meliores magistros praeponere, si fieri poterit, licebit. Consilia conferri debent cum P. Natale de scholis Monachii immutandis et theologia ibidem tradenda, ac de eorum, qui 2 canonicatus etc. habeant, absolvendorum facultate etc. De qua facultate pontifex consuletur.

Pax *etc.* Quando questa arriuara già speramo sara V. R. gionto in Augusta . cui lettere di Colonia de .8. de decembre sono le ultime che di lei hauemo riceuute . in questa pur si fara risposta, etiam alle lettere del Padre Theodorico Viceprouinciele de .24. di Genaro et qualsi uoglia delli doi che le riceua le comunicara à laltro.

a) tollorari *arch.* b) *In arch. sequuntur vv.* superiori P. Praeposito, *a C. oblitt.*

---

[1] Iacobus Muntz, Societatis scholasticus; vide supra p. 88. Cf. Epp. *Nadal* III 12.

[2] Lainius praepositus generalis iam m. Octobri a. 1564 Muntzii votis solvendi facultatem concesserat (*Can.* IV 687).

Per quelli breui al senato et Vniuersità de Colonia[1] mai ha comparso nissuno che ci dicessi parola, anzi si è fatto cercare qualche agente loro, et non si é trouato, et in questo mi pare eramo restati che uenendo l' agente se li dessi aiuto, il che si fara.

Hauemo inteso qualche cosa del uiaggio de V. R. per le lettere sue fatte in Colonia et Maguntia, dopoi se li è mandata una lettera del Cardinal Amulio con commissione del nouo PP. de continuare la uisita cominciata, finita che sara la dieta, nellaquale si trouara V. R. insieme col Padre Natale et Padre Ledesma, etc. sara pur tempo di trattar di questo.

al Vescouo de Hirbipoli[2] si potra far risposta, trattando V. R. quello che sapra, della dispositione di quel collegio col Padre Natale, et uiste che seranno le forze della Compagnia.

Della dispensa per lo elettore Treuerense[3], e da pensare che hauera la cura il Cardinal Amulio, et pur si hauera cura de intenderlo, et si accadera di sollicitarlo.

Il bisogno de la Chiesa Coloniense de Suffraganeo[4] .etc. si representara à sua Santità acció proueda,

Del far risposta ad alcuni heretici che hanno scritto contra la Compagnia trattesi col Padre Maestro Natal, che per cose simili, ne ha hauuto qualche instruttione[5].

Del liberar il D. Paulo per qualche tempo dell' officio di R. et darlo al Padre Domenico[6], non mi parera male, se cosi anche parera al Padre Natale hauendo inteso il parere della R. V. et del Viceprouinciale[7], et il medesimo considerara se conuiene darli titulo de superintendente, come lo tocca il Padre Theodorico.

---

[1] Litteras apostolicas significat, quibus „Indultum tertiae gratiae" prorogetur; vide supra p. 116 117 134. [2] Friderico a Wirsberg.

[3] Dispensatio, quam Ioannes von der Leyen archiepiscopus petebat, consecrationis episcopalis suscipiendae rationem spectabat; vide supra p. 135—136.

[4] Vide supra p. 142.

[5] Potissimum significari videtur Iacobus Andreae; v. supra p. 131 147. Iacobus Uchański archiepiscopus gnesnensis et Poloniae primas a Sociis petierat, ut contra „Trideistas" sive Trinitarios scriberent; nominatim ad scriptum quoddam Nicolai Radzivillii „Nigri", qui Trinitariis maxime favebat (*Eichhorn* l. c. II 221—222), refutandum Socii invitabantur (Epp. *Nadal* III 8). *Borgias* Roma 10. Decembris 1565 ad P. Nicolaum Lanoium, provinciae austriacae S. J. praepositum, *scripserat: „Mi pare che V. R. nella sua prouincia faccia quel che potra, et si acordi col Prouinciale, o Viceprouinciale della Germania superiore, acciò si aiutino conforme al desiderio del medesimo Arciuescouo" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 48b). Postea statutum erat, ut contra Trideistas Socii austriaci et ingolstadienses et dilingani tractatum scriberent Romamque mitterent. Tandem in „Instructione" Natali data res eiusdem arbitrio relicta est (Epp. *Nadal* IV 8). De Iacobi Andreae refutatione vide infra mon. varia (8) (11). Cf. etiam *Sacchinum*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 106.

[6] P. Paulum Hoffaeum rectorem collegii monacensis et P. Dominicum Menginum noviciorum in eodem collegio magistrum dicit; Hoffaeus petierat, ut Menginus constitueretur rector (Epp. *Nadal* III 9). Cf. supra p. 143—144.

[7] P. Theodorici Canisii.

Quel giouanne mursamer de .18. anni[1], il quale si giudica doueria mandarsi in Jtalia, o Spagna, per slontanarlo dalla memoria della heresia, si po mandare à Roma.

Del D. Conrado, et Padri Martino Scuriccio et Hermete[2], delli quali scriue il Padre Theodorico, per qualche tempo potriano far absentia di Germania, et uenir à Roma per aiutarsi nel spirito, piu si scriue al Padre Natale, V. R. o detto Padre Theodorico, lo potranno trattar con loro.

Quel Iacomo Rau[a] [?] si é scritto si po mandar à Roma per il Collegio Germanico[3].

Se nella dieta accadera [chiedere] predicatori d' altra lingua o fabella, di la [si] uedera quel che si potra fare[4].

Se[b] conl' aiuto di quelli che finiranno li corsi di là, si potra dar rimedio alli bisogni delle classi, prouedendo de migljori[c] [?] [maestri][d] [?] [le][d] [?] classi, sara molto ben farlo.

Quanto al leuar la dialettica[e] di Monachio, o non, et cosi quanto al metter un altra [lettione di phisica et al leggere][f] [?] le feste la scrittura trattesi col Padre Maestro Natale, et cosi altre cose che ce si scriuino, come della facolta di assoluere quelli che hanno .2. canonicati, et altri beneficij grandi[5] . et si accadera parlare al PP.[6] si potra fare . non diro altro in questa, perche de altre cose si scriue al Padre Natale . quali potra communicare con V. R. nelle cui orationi *etc.* De Roma li .2. di Marzo .1566.

Ex his litteris facile intellegitur, Canisium optasse, ut summus pontifex cum Germaniae clero aliqua ratione dispensaret in lege illa, quam synodus Tridentina adversus „pluralitatem“ beneficiorum ecclesiasticorum tulerat. *Concilium,* antiquam disciplinam instaurans, praecepit, ut in posterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferretur (si tamen id ad vitam honeste sustentandam sufficeret; si enim non sufficeret, posse aliud, idque simplex, sufficiens, dummodo utrumque

a) *Sic, ut videtur. Scribendum fuerat* Rabe *vel* Rabus; *vide infra adn. 3. Quattuor vv. sqq obscurius scripta sunt.* b) Sen *vel* Ben *ap.* c) *Ita libr. correxisse videtur ex* maggiori. d) *Haec ut suppleantur, res ipsa suadere videtur.* e) *A libr. corr. ex* Quanto ala dialettica. f) *Haec vel similia supplenda esse conicio ex eo, quod in Instructione Natali 7. Februarii 1566 a Borgia data haec sunt: „Perchè in Monachio scriuono sarebbe grata al duca una lettione di theologia per li preti . . . et anche ricercano altra lettione di phisica‘ etc. (Epp. Nadal III 7).*

---

[1] In * *Catalogo* collegii monacensis 1. Ianuarii 1565 scripto refertur, „Ioannem Georgium Murhaimer“ austriacum 1. Maii 1563 in Societatem intrasse; eundem 16 annos natum ac novicium esse et Monachii grammaticae studere („GSC 66“ f. 377[a]). Cf. etiam Epp. *Nadal* III 116 364 436.

[2] PP. Conradum Swagerium, Martinum Stevordianum, Georgium Schorichium, Hermetem Halbpaur dicit; cf. Epp. *Nadal* III 8 9.

[3] Iacobus Rabe sive Rabus, Ludovici Rabi Ulmensium lutheranorum superintendentis filius, 30. Novembris 1565 Dilingae Sociorum opera ad ecclesiam catholicam reductus; vide infra mon. varia (5).

[4] Aderant Augustae multi Itali, Belgae, Hispani. Maria, Maximiliani II. imperatoris uxor et Philippi II. Hispaniae regis soror, aulicos longe plures quam 100 secum adduxerat, e quibus plerique Hispani erant (*J. Rübsam,* Nicolaus Mameranus etc., in „Historisches Jahrbuch“ X 540).

[5] Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur. [6] Pio V.

„personalem residentiam“ non exigeret, eidem conferri). Simul concilium constituit, ut quicumque plures parochiales ecclesias, aut unam cathedralem, aliam parochialem haberent, cogerentur omnino, „quibuscumque dispensationibus, ac unionibus ad vitam non obstantibus“, una tantum retenta, reliquas „infra spatium sex mensium“ dimittere; quod nisi fecissent, omnia eorum beneficia pro vacantibus habitum iri, neque ipsos „tuta conscientia“ beneficiorum fructus retinere posse (Sess. XXIV. de ref. c. 17; cf. Sess. VII. de ref. c. 4 5). At ea lex singularem difficultatem in Germania habebat. „Suelen“, inquit *Natalis* Dilinga 20. Julii 1566 ad Borgiam scribens, „tener vno dos o tres canonicatos etc. y no residen sino algunos meses y dizen que en germania no es possible de otra manera ni es acceptado el concilio en la reformacion. an dudado los nuestros en ello si pueden semejantes absoluerse . . . todos estos son absueltos comunmente y ay causa para dispensar' porque irian los canonicatos en mano de haerejes los quales podrian ser elegidos de obispos.“ Ac Spira 12. Decembris 1566 *Natalis* denuo Borgiam rogavit, ut Germanis impetraret „dispensatione per hauer' pluralità de Canonicati et simili benefitij in Ecclesjis cathedralibus“, idque ob antiquam Germaniae consuetudinem et quia, „si Catholici non sono promoti a questi Canonicati con obligatione di resider', credo 4 mesi, nel' uno et 4 nell' altro, senza dubio alchuno li Canonicati sarano occupati da Heretici ò li Principi heretici occuparano le rendite de Canonici. Cè un' altra ragione comune che in questo tempo non debet exigi ultimum ius Ecclesiasticum a Germanis, sed potius lacte alendi[1] videntur“ etc. (ex epistulis archetypis, quae exstant in Cod. „EN“ n. 144 166; etiam in Epp. *Nadal* III 193 343). Borgias a. 1567 m. Ianuario vel Februario S. Pium V. ea de re monuit (Epp. *Nad.* III 364 401—402). Quid ille concesserit, infra dicetur.

Una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Augustam missa est epistula a S. *Francisco Borgia* Roma 2. Martii 1566 ad P. Natalem data; in qua ille haec scribit de catholicis (maxime de canonicis) Francofurti ad Moenum constitutis, de Marco Antonio Sittico cardinali et episcopo constantiensi (Konstanz), de cathedrali capitulo spirensi: „De Franfordia sollicitano perla schola, laqual se li concedera mandandoli alcuni come à una missione, per tentare come le cose succedono. Per Constanza mi ha parlato anche il Cardinal d' Altaemps, ricercandomi de mandarli un collegio là doue dice hauer un piu bel locho di quello de herbipoli. . . . Auisimi anche che gliene pare del disegno di quelli de Spira . quali non uorrebbono altro da noi, se non che si pigliassi l'assunto del predicar nel domo, mattina et sera. benche uogliono tener .8. persone, et se qualche lettione della scrittura se li leggessi, l'haueriano anche caro, de schole non si tratta insino à tanto che faccino fundatione.“ (Ex apogr. eiusd. temp.: „Germ. 65“ f. 71^b.) Integra epistula ex eodem apographo transcripta est in Epp. *Nadal* III 11—13.

Canisius Borgiae respondit 23. Martii 1566.

1292. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 9. Martii 1566.

Ex apographo, de quo infra n. 1305.

Borgias Canisio, Roma 9. Aprilis 1566: „Respondero con questa breuemente alle lettere de .V. R. de .14. di Febraio et .9. di Marzzo“ etc.

Altera haec Canisii epistula perisse videtur. De qua vide Borgiae, quas modo dixi, litteras. Ad eandem, puto, spectant, quae *Borgias*, Roma 9. Aprilis 1566 ad Natalem scribens, de Canisio refert: „Muestra el mesmo sentir poca esperanza de que ayan de succeder bien las missiones por la Austria, y tambien de los que podrian embiarse de essa Prouincia halla difficultades no pequeñas, alla uera V. R.

---

[1] Cf. Hebr 5, 12 13.

lo que en esto conuiene" (ex archetypo, quod est in „EB" f. 172[a]; etiam in Epp. *Nadal* III 59).

Una cum hac epistula ad Borgiam missum esse coniecto commentarium manu P. *Theodorici Canisii* viceprovincialis Germaniae superioris scriptum atque ita inscriptum: „† Iesvs. Difficultates, quae circa indices mittendorum se nobis offerunt in hac re, bene considerandae." Quem commentarium vide in Epp. *Nadal* III 780—782.

Ipsos quoque „indices" illos a Canisio cum his litteris missos esse puto. Nam *Borgias* Roma 9. Aprilis 1566 per Polancum Canisio *scripsit: „Se son viste le liste mandate di quelli che potreuono mandarse fora con le difficulta anche che uj sono, nella Austria spetialmente . ma di questa materia . . . se trattara con 'l Padre Maestro Natal al quale me remito" (vide infra ep. n. 1305). Adhuc exstat **Indiculus* Romae in domo professa Societatis Iesu manu ignota (anno non ascripto) scriptus et a P. Ioanne de Polanco Societatis secretario recognitus, qui a Polanco ipso ita est inscriptus: „Le persone che potrebbeno uscir alcuni messi del anno alli loghi non tropo distanti delli collegii della germania." Sequuntur fere 60 nomina, eaque per provincias Germaniae inferioris, Rheni, Germaniae superioris, Austriae, urbem romanam distributa. De Germania superiore ita dicitur: „Nella superiore Germania si potrebbeno mandare per la Franconia, Bauaria, et altre bande di Sueuia, et fino ad Argentina, et altri luoghi del Tirol, li seguenti[a], al modo di sopra" [i. e. „sanza incomodar notabilmente il gouerno, ne le schole, et prediche et altre opere pie de i loghi doui sono" [b]]

Dottor Paulo Offeo	D. Conrado [2]
D. Theodoro Peltano (o thoma gallo [c])	Padre Georgio Scurichio
Padre Teobaldo [1]	Padre Dirsio
Padre Henrico Arboreo	Padre Gio: Vischerio.

Padre Baltasar babaro [d] [3], oltre il Padre Pietro Canisio Prouinciale (ex archetypo. „G. C. 67" f. 111[a]).

1293. P. LEONARDUS KESSEL S. J., rector collegii coloniensis, CANISIO. Colonia 11. Martii 1566.

Ex huius litterarum partis apographo, eodem fere tempore a Socio aliquo coloniensi scripto et sic inscripto: „11 Martij ad Canisium P. Leonardus." Cod. colon. „L. Qu." f. 89[b]. Ex eodem apographo hanc partem posuit *Hansen* l. c. 518[2].

Societatem amici Noviomagum introducere student.

— — Amici Societatis, qui Nouiomagi sunt, uidentur multum desiderare saltem duos aut tres Societatis. Admonuerunt sororem R. V. [4] ut agat cum Decano [5], ut Capitulum aliquos petat. Nam locum et necessaria uidentur iam habere parata. — —

Epistulae annus quidem non est ascriptus; eam tamen ad a. 1566 pertinere colligitur tum ex loco, quo in codice coloniensi posita est, tum ex Canisii litteris ineunte m. Aprili 1566 ad Kesselium datis, quas ponam infra, n. 1300.

Canisius Kesselio respondit vel litteris 21. Martii 1566 datis, vel litteris 29. Martii 1566 datis, vel utrisque.

a) *Quattuor vv. sqq. a Polanco ascripta sunt.* b) *Haec condicio, incipiendo a* sanza, *a Pol. scripta est.* c) *Haec 3 vv. a Pol. addita sunt.* d) *Hoc v. a Pol. additum est.*

[1] Stotz. [2] Schwägerl (Swagerius). [3] Sammareyer.

[4] Wendelinam, cum Godefrido vom Triest senatore noviomago nuptam; vide supra p. 184.

[5] Thoma Busaeo (Buys), collegialis capituli S. Stephani decano; cf. infra monum. germ. l. (16).

1294. THEODORUS LINDANUS, cathedralis ecclesiae vratislaviensis canonicus, CANISIO.

Vratislavia m. Martio vel initio m. Aprilis 1566.

Ex epistularum Polanci apographis eodem tempore scriptis. „Germ. 65" f. 107^b—108^a 135^b—136^b 138^b. Polanci epistula 18. Iunii 1566 ad Lindanum data usus est P. *L. van Miert* S. J., De Nijmegenaar Theodorus Lindanus, in „Studiën, Tijdschrift voor Godsdienst" etc. XL, Amsterdam 1908, 421.

Rogat Canisium, ut litteras et pecuniam Romam ad P. Polancum mittat.

P. Ioannes de Polanco, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci Borgiae praepositi generalis de Theodoro Lindano, cathedralis ecclesiae vratislaviensis (Breslau) canonico et seminarii clericorum ibidem constituti praefecto (vide Can. IV 760), haec scripsit ad Canisium Roma 7. Maii 1566: „Si è riceuuta quella lettera del Dottor Theodoro Lindano, con un plico dentro che si dette à chi ueneua drizzato, delli denari che V. R. dice ha mandato, non sappiamo altro, ne lui ne fa mentione nella sua lettera." Et 18. Iunii 1566: „V. R. mi mandò questi dí passati un plico di lettere, d'Vratislauia, del D. Theodoro Lindano. alqual faccio risposta conla inclusa, V. R. per charita gliela mandi, in Vratislauia." Eodem d. 18. Iunii 1566 Polancus ipsi Lindano scripsit: „His diebus scripsit ad me P. Canisius, accepisse se a D. V. simul cum litteris quibusdam, decem ducatos Vngaricos, in quem autem usum mitterentur, putabat me intellecturum, sed in illis nulla de hac pecunia mentio fiebat, sed nec dominus Georgius Ticinus, ad quem fasciculus litterarum sub nostris destinabatur, quicquam certi habuit, quod diceret, retinetur ergo hic ea pecunia, donec intelligatur cui dari debeat."

Georgius Ticinius Poloniae regis procuratorem in curia romana agebat; idem cardinalis Hosii episcopi varmiensis negotia Romae curabat; vide *Can.* III 396; IV 687[2].

Polancus litteris illis 7. Maii datis ad epistulas a Petro et Theodorico Canisiis 5., 12., 19., 20. Aprilis datas respondet (vide infra n. 1302). Petrus autem Canisius in litteris 20. Aprilis datis Lindani mentionem non fecit (cf. infra n. 1309), neque eum 19. Aprilis scripsisse compertum est; quare aut 5. aut 12. Aprilis Lindani litteras Romam misisse videtur; hic igitur m. Martio vel ineunte Aprili Canisio scripserat.

1295. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 16. Martii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine epistulae, eadem manu: „Augusta Padre Canisio"; in margine „Postscripti", eadem manu: „aggiunta al Padre Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 83^b—84^a. Epistula usus sum eiusque particulas germanice versas posui in „*Stimmen*" etc. LXXI 70 313 325 326.

Complures epistulae simul Romam allatae sunt. Deus laudandus est, cuius ope Canisius ex plurimis itineris molestiis incolumis et cum pietatis fructu domum rediit. Cardinalis Amulius, quae Canisius ex legatione scripsit, ad Pium V. rettulit; is ita, ut Canisius suasit, rebus providebit. Socii quoque adierunt pontificem; cui non solum Canisii relationes, sed etiam eiusdem consilia placuerunt; ac quicquid Canisio visum erit utile, cum Sociis romanis communicari convenit; per quos pontifici, cuius certe optimus est animus, proponetur. De P. Stevordiano, capitulo augustano, Sociorum Augustae sustentandorum ratione, collegiorum dilingani et augustani fundatione Canisio agendum est cum P. Natale. Senatum coloniensem Socii, cardinalis Amulii opera interposita, apud pontificem adiuvare studebunt. Brevia et decretorum tridentinorum exempla non distributa retinere Canisio licet. P. Natalem in itinere diu subsistere non oportet, quia pontifex eum iussit adventum maturare. Canisii litterae cardinali Augustano destinatae ad hunc non mittuntur, quia Canisius ipse cum

eo loquetur. Mutatio rectoris monacensis. Consilia, si quae cardinalis Commendonus ex legationibus a se obitis pontifici subministrabit, apud hunc multum valebunt. De collegio herbipolensi et de Fr. Muntzio cum P. Natale agendum est; Socii romani bullae herbipolensis expeditionem urgere cessarunt, quamquam ex regulis cancellariae apostolicae ea litterarum expeditio necessaria est. Canisius, dum per Quadragesimam contionabitur, valetudinem diligenter curare debet. Fr. Vallonus, ex itinere in Turcarum servitutem redactus, Constantinopoli scripsit, se 100 fere ducatis redimi posse; cuius pecuniae partem a provincia Germaniae superioris, ex qua in Italiam missus est, solvi aequum est.

Pax *etc.* Si sono riceuute uarie lettere di V. R. di .29. di decembre 27. et 28. di Gennaio . tutte insieme, et di poi un' altra di .23. di Febraio, quale ancora fa mentione d' altra mandata per uia del Cardinale[1], quale non é ancora comparsa . ringratiamo à Iddio N. Signore cui protettione fra tanti pericoli et fatiche de tempi et de aduersarij alla Religione catholica ha guardato V. R. et riduttola con sanita in Augusta, hauendo fatto l' obedientia dela sede Apostolica con bon frutto, come speramo, del diuino seruicio.

Al Cardinal Amulio si é data sua lettera, scritta in Vuespalia, et li[a] principali capitoli delle altre scritte in Maguntia[2], et ci ha detto di hauer conferito con sua Santità diuerse cose, et che secondi[b] [?] li ricordi che ha dati, si fa qualche prouisione, anche noi hauemo parlato à Sua Santitá, et ha piacere non solamente della jnformatione, ma anche delli ricordi per poter far qualche utile prouisione, et cosi quando à V. R. li occorrera cosa alcuna conueniente, la scriua, facendo conto sara rapresentata a sua Santità cui mente inuero è ottima, et grandemente desiderosa d'aiutar il grege che li ha comesso Christo N. Signore specialmente nel negocio della Religione.

Circa il Padre Martino[3] et il modo di procedere conli canonici d' Augusta, V. R. potra trattar col Padre Maestro Natale et pero non se li da altra resposta . se la lettera di N. Padre per il Capitulo fossi necessaria[4] potra de nouo dar auiso.

Del modo di pigliar[c] la subuentione dal Cardinale et Capitulo[5], et finalmente di quello, che se appertiene alla fundatione del collegio d' Dilinga et anche di Augusta, non accade che altro si scriua, poiche bastara la commissione data al Padre Natale.

De aiutar le cose del Senato Coloniense appresso Sua Santità[6] pare cosa molto conueniente, et si fara l' officio per mezo del me-

a) *A libr. correctum ex* ali. b) *Sic ap.; legendumne* secondo? c) piglia *ap.*

[1] Per Ottonem Truchsess; vide supra p. 198.

[2] Tres epistulas dicit, quas Canisius Moguntia 27. et 28. Ianuarii 1566 ad cardinalem Truchsess et ad Borgiam dedit; quas vide supra p. 168—182.

[3] P. Martinum Stevordianum significat.

[4] Cf. supra p. 179.

[5] De Sociis augustanis scribit; vide supra p. 179.

[6] Senatus coloniensis desiderabat, ut a sede apostolica „indultum tertiae gratiae“ in gratiam universitatis suae ad 12 annos prorogaretur; vide supra p. 116 172.

desimo Cardinal Amulio, per cui mano si trattò per[a] [?] il predecessore di questo summo Pontifice[1].

Li breui et[b] libri del Concilio si potranno retenere, et quanto à quello che si hauera à fare, penso l' hauera inteso in parte perla lettera che li scrisse il Cardinal Amulio per commissione di sua Santità[2].

Se il Padre Maestro Natal hauera potuto uisitare li Collegij d' Jspruch, Monachio, et Jngolstadio[3], o alcuni di quelli auanti d' arriuar in Augusta, tanto manco li restara da fare, non pare però conueniente che troppo si fermi nel uiaggio, hauendolo sollicitato Sua Santità ad espedirlo.

Vna lettera de V. R. per l' Jllustrissimo Cardinal non glie la mando, perche de parola faccio conto li dira quel che contiene la lettera et più innanzi[4].

De la mutatione del Rettor di Monachio, si sara passato di la jl Padre Natal, credo hauera prouisto come meglio conuiene, quì ua una lettera per detto Rettor[5], et all' istesso Padre Natal non si scriue per hauerli scritto la settimana passata, et le precedenti.

Li ricordi dell' Jllustrissimo Legato, intorno alle prouincie doue é stato[6], teniamo per certo, habbiano authorita qual conuiene appresso sua Santità dallaquale è conosciuto .etc.

Del negocio de Herbipoli, et anche de Jacomo[7] Coloniense, si tratti col Padre Natal, non si passara quà inanzi nella speditione, benche per certe regule della Canceleria, se la[c] bolla non sara spedita, la gratia se si po otener[d] [?], non sara efficace[8].

Della predicatione de V. R. in Augusta, se serua Iddio N. Signore. ben li ricordo deue tener conto con sua sanita, et tanto più, trouandosi come lei scriue indebolito dalle fatiche passate. Quì stiamo con sanità et ci raccomandiamo molto nelle orationi et sacrificij de V. R. et specialmente in quelle del Padre Maestro Natal che gia speramo si trouará in Augusta, con quelle delli Compagni. De Roma li .16. di Marzo 1566.

a) *Sic ap.; corrigendum videtur* con. b) *Sequitur* copie, *a libr. oblitteratum.* c) *A libr. supra vers. scriptum.* d) *Ita corrigendum esse puto ex* se si potener, *quae sunt in ap.*

---

[1] Cum Pio IV. [2] Vide supra p. 181. [3] Vide supra p. 195.

[4] Cardinalis Truchsess Roma Augustam profectus erat, antequam Canisii litterae Romam ad eum missae (quas vide supra p. 173—176) eodem essent allatae; vide supra p. 184.

[5] Is erat P. Paulus Hoffaeus.

[6] Commendonum dicit; vide supra p. 198. [7] Muntz; vide supra p. 199.

[8] Vide, quae de hac „expeditione" sub ipsas has litteras dicentur. Episcopus nummis parcere volebat. At pontifex quoque pecunia indigebat, eaque magna, quia universam regere debebat ecclesiam; aequum autem atque iustum erat, singulas dioeceses singulosque ecclesiae ordines pro rata parte ad eam pecuniam aliquid conferre; et cum pontifex summus esset bonorum ecclesiasticorum administrator, ipsius erat, statuere, quantum qua ratione conferendum esset, sive per „annatas", sive per „compositiones", sive aliter.

Bartholomeo[a] Siciliano mandato da la Prouincia dela Superior Germania in Italia con un compagno, fù, come sa V. R., pigliato da i Turchi . ci ha scritto de Constantinopoli che il suo patrone lo lasciera libero, dandoli per riscatto quel che li costo, che è qualche cosa più di .100. scudi d' oro . non arriuara credo à 100. et 50[1] . pare giusto non essendo obligato nissuno luocho in particular, si faccia contributione dala Prouincia che lo mandó, et di quella alla quale era mandato per pagare detto riscatto, benche à luna et à l' altra lui fossi stato[b] poco utile, essendo scolare. V. R. ueda l' aiuto che potra dare.

Notatu digna sunt, quae Polancus, vir in negotiis curiae romanae versatissimus — ante Societatis ingressum „scriptor apostolicus" fuerat (*Astrain* l. c. I. 210) —, in his litteris de „gratia" sive concessione Canisium monuit, qua summus pontifex bona monasterii S. Clarae herbipolensis in collegium Societatis Herbipoli instituendum transtulerat (vide supra 182): Ait ille: Eam „gratiam", nisi bulla translationis expediretur, inutilem sive invalidam fore; ita enim „Cancellariae regulis" quibusdam statutum esse. Singuli nimirum pontifices initio pontificatus de litteris apostolicis expediendis, iudiciis exercendis, beneficiis ecclesiasticis conferendis, aliis rebus „Regulas Cancellariae Apostolicae" statuebant, ita tamen, ut regulae illae, quod ad rerum summam attinebat, semper eaedem essent atque illae, quas medio saeculo XV. Nicolaus V. posuerat. Polanci autem animo observatae esse videntur regulae 27., 31., 52.; quae de litterarum apostolicarum expediendarum necessitate erant. Ita, ut unum ponam exemplum, regula 27. ita habebat: „Cum ante confectionem literarum, gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, et ordinauit idem dominus noster, quod iudices in Romana curia, et extra eam pro tempore [*alias add.*: existentes], etiam si sint sanctae Romanae ecclesiae Cardinales, causarum palatij Apostolici auditores, vel quicunque alij, non iuxta supplicationum signatarum [*alias:* signaturam], super quibusuis impetrationibus . . ., sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus et concessionibus confectarum tenores, et formas iudicare debeant, decernens irritum" etc. (*Petr. Rebuffus,* Praxis Beneficiorum etc., Lugduni 1580, 475). *Io. Bapt. Rigantius* in hanc regulam notat: „Licet Gratia perficiatur per solam Signaturam Supplicationis, etiam ante Literarum expeditionem, et quoad essentiam dicatur facta eo ipso, quod Papa scribit FIAT, . . . attamen dicitur Gratia informis, et rudis a Doctoribus Embrioni comparata, egens expolitione circa clausulas, et earum extensionem ab Officialibus faciendam, ita ut formetur et expoliatur, quando Literae expediuntur, sine quarum proinde expeditione non probatur Gratia, nec impetrans potest ea uti" (Commentaria in Regulas Cancellariae Apostolicae III, Coloniae Allobrogum 1751, 34). Haec et similia *Borgiae* animo etiam obversata esse videntur, cum ipse de collegio Societatis audomaropolitano (Saint-Omer) Roma 4. Februarii 1568 P. Natali scriberet: „Quanto alla Confirmatione del Reuerendissimo Vescouo di Santomer, come .V. Reuerenza scriue bastaria un Breue simile à quello che hebbe il padre Canisio. Gia si procuro et lo porto seco il padre Xauier, uero è che simili Breui non si sogliono reputare confirmatorij, uederemo si basta, et quando non si potrebbe hauer d'un altra sorte mà costara denari" (ex archetypo, quod est in „EB" n. 228; etiam in Epp. *Nadal* III 559).

Canisius Polanco respondit 20. Aprilis 1566.

a) *Hoc v. antecedunt vv.* pax christi Molto Reuerendo inchristo Padre., *a libr. oblitt.* b) *A libr. supra vers. scriptum.*

---

[1] De hac Fr. Bartholomaei Valloni calamitate vide supra p. 58—61.

1296. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.,** rectori collegii coloniensis. Augusta Vindelicorum 21. Martii 1566.

Ex huius litterarum partis apographo ab ipso Kesselio scripto et sic inscripto: „21. Martij 1566 Canisius Augusta". Cod. colon. „L. Qu." I f. 90a. Ex eod. apogr. eadem posuit *Hansen* l. c. 524[4].

— — pontifex max. animum adiecit [ad] Collegium Societatis Romae dotandum. — —

Societatis collegium romanum a. 1563 fere 200 Socios habebat (*Can.* IV 243); quod cum firmis reditibus careret, saepe inopia laborabat; cf. Can. IV 258—259 289 308 313 413 etc. De collegii dotandi consilio a S. Pio V. capto vide Epp. *Nadal* III 10 13.

1297. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 23. Martii 1566.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; 1½ pp.), quae exstant in „E. C. II" n. 166 (72). Litterarum partes ex autographo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 32[4] 55[3] 128[3]. Litteris usus est *Sacchinus,* Can. 228—229 et (ut videtur) Hist. S. J. III, l. 2, n. 23. Earundem partem germanice posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 326; particulam posuit etiam (germanice) *Duhr,* Jes. I 88.

Colonienses indultum amplius a Pio V. petunt; cum archiepiscopo de professione fidei agitur. Socios ex legatione pontificis Germaniam peragrare valde odiosum est. Canisius ad omnia paratus. P. Stevordianus. Contiones aedesque augustanae. Canisius Herbipolim venire (ut episcopus optat) vix potest; desunt enim homines, etiam in bavaricis collegiis. Optandum, ut P. Ledesma Dilingae doceat et in Germania, quid haeretici sentiant, intellegat. Legatus Sociorum opera non utitur. Cardinalis Truchsess. P. Natali non eundum in Hungariam. Caesaris animus Turcarum irruptione affligitur.

† Pax Christi nobiscum aeterna,
Admodum Reuerende Pater.

2° Martij datas accepi, et miror meas tum isthic redditas non fuisse, quas post reditum scripsi, et mense quoque Ianuario in ipsa profectione misi.

Colonienses breui suis literis agent cum Pont. Max. et urgebunt negotium diligentius, ut plus impetretur, quam Pius Quartus fel. mem. concedebat[1]. Quo certe beneficio digni esse uidentur. Hic tractatur cum Archiepiscopo Coloniensi, ut Pontifici debitam reddat obedientiam, simulque Confirmationem postea impetret[2].

Eget seria consideratione, an conueniat nostris, ut a Pontifice modo in Germaniam extrusi, sicut a me factum est, passim obambulent. Scio Pontifici a nobis summa deberi: sed nihil uideo, quod Societatem nostram omnem apud Germanos infamet ac obscuret magis,

---

[1] „Indultum tertiae gratiae" sibi ad 12, non ad 3 tantum annos prorogari cupiebant; vide supra p. 172. Pio V. scripserunt 14. Aprilis 1566 (*Hansen* l. c. 523[4]).

[2] Commendonus legatus et ipse et per imperatorem episcoposque Augustae versantes id efficere studebat, ut Fridericus a Veda (15. Martii Augustam advectus [*Pogiani* Epistolae IV 293]) „professionem fidei" a Concilio tridentino (Sess. XXIV, c. 1 de ref.) iis, qui episcopi essent electi, praescriptam, ex formula a Pio IV. composita faceret (*Pogiani* Epistolae IV 288—295. *Reiffenberg* l. c. I, Mant. p. 30—32).

dum habemur ab Catholicis etiam exploratores, et putamur rebus publicis nos immiscere, et quae sunt humilitatis nostrae propria, posteriore habere loco, uelut qui praeesse magis quam prodesse uelimus. P. Natalis iudicat, odiosum prorsus, et prouintiae societatisque[a] nostrae[b] rebus incommodissimum hoc genus esse missionis. Quod ad me spectat, in vtrumque casum me paratum sentio Domini gratia, qui nostros conatus omnes in suam dirigat gloriam.

Quod si hinc iterum discedendum esset mihi, non uideo facile, quem Augustanis contionatorem dare possimus, praesertim abeunte Coloniam P. Martino[1]. Qua de re cogitandum relinquo meis superioribus, qui non uulgarem occasionem nunc habituri uidentur, ut certi aliquid de Augustanis aedibus[c] statuatur[2], si ita Domino uisum erit.

Cupit Reuerendissimus Herbipolensis[3], ut finitis Comicijs Herbipoli maneam ad menses aliquot, et aedificijs[4] parandis dem operam. quae nunquam rite procedent, nisi praesentem illic aliquem, eumque contionatorem ad tempus habeamus. Verum ubi specto, quam sint exiguae uires collegiorum nostrorum, non suadeo ex his mitti operarios ad noua quaedam alibi erigenda. Queruntur Bauari, post acceptam dotationem minus a nobis quam antea, in scholis praestari, quod professoribus idoneis destituamur[5]. Haec iudicabit P. Visitator[6] rectius, cum singula viderit collegia.

Doc. Ledesma lubens uersatur in Germania, qui tum in scribendo, tum in docendo magnopere iuuare posset hanc afflictam prouintiam. Quare cupimus illum diutius nobis relinqui, quam ad exitum Comiciorum usque. Parum adhuc didicisse uidetur de sententijs haereticorum. Hic uero si maneat, iudicium acuet, ac rectius tractabit quae ad controuersias pertinent, in quibus iudicandis prodest hic uidere et audire et legere, quae Romae non adeo facile percipiuntur. Surrogari Dilingae posset in locum D. Chunradi, qui alio transferendus erit, Doc. Torres est imbecillior etiam, quam ut quotidie docere possit. Jgitur eget frater aliquo Theologo, qui magnam eo in loco tum Viceprouintiali, tum studijs utilitatem adferret Domino auxiliante[7]. A qua sententia P. Visitator neutiquam abhorret. Js plura scribet de prouintiae statu.

a) *In autogr. sequitur* nostris, *a C. oblitteratum.* b) *In aut. sequitur* dispendiosissi, *a C. oblitt.* c) *In aut. sequitur* nunc, *a C. oblitt.*

---

[1] Stevordiano; vide supra p. 193.
[2] De Societatis domo augustana; vide supra p. 179.
[3] Fridericus a Wirsberg.
[4] Collegii Herbipoli instituendi; vide supra p. 128—129.
[5] Collegia ingolstadiense et monacense a. 1563 ab Alberto V. duce dotata erant; vide Can. IV 939. [6] Natalis.
[7] PP. Conradus Swagerius et Hieronymus Torrensis, S. J., in universitate dilingana theologiam tradebant. Universitatis autem et collegii dilingani rector atque etiam Germaniae superioris viceprovincialis erat P. Theodoricus Canisius, Petri Canisii frater ex patre.

Reuerendissimus D. Card. Commendonus nulla in re hactenus utitur opera horum duorum Patrum, quod ego quidem admiror. Forte putat eos dumtaxat huc missos esse, ut cum de Religionis quaestionibus agendum est, illorum consilia petantur. Spero Cardinalem nostrum [1] qui post biduum adfuturus creditur, cum illis familiarius acturum esse.

Jndicauit aliquando P. Natalis, gratam sibi fore profectionem in Hungariam cum Hispano milite. Nos dissuasimus quod societati meliorem dare operam possit peregrinando.

Commendamus iterum Germaniam P. V. sacrificijs et precibus maxime, cum de summa rerum nunc agi uideatur . Afflictus Caesar esse dicitur, cum uidet instructissimum hostem in Hungariam properare . auxiliares parare copias, quibus nitatur est perdifficile . Dominus respiciat nos oculis misericordiae suae et excitet multos pro Germania intercessores. Augustae 23 Martij 1566.

Seruus et filius indignus Pet. Canisius.

Una cum his litteris Augusta Romam ad Borgiam praepositum generalem missae sunt duae P. Natalis epistulae; utraque 23. Martii 1566 data, una italice, altera hispanice scripta est; ex illa pono aliqua, quibus hae Canisii litterae illustrentur: De collegiis vel „missionibus“ Spirae, Francofurti ad Moenum, Constantiae, Herbipoli instituendis *Natalis* haec, praeter alia, Borgiam monet: „Parlando io con il P. Maestro Canisio, et etiam uedendo io in comune il stato di questa prouincia, trouo molto poca dispositione de fundar' noui collegij; imperochè non trouamo gente per ben gouernar' questi che sono fundati: non so se nell' altre prouincie puotrà esser' maggior' comodità.“ De P. Martino Stevordiano et P. Leonardo Kessel (cf. supra p. 90 178): „Il P. Martino è contento d' andar' in Fiandra per agiutarsi in spiritu con il P. Leonardo, che è suo Padre spirituale; et secondo mi afferma il P. Canisio, non piglierà di buona uoglia l'andata in Roma; et benchè habbiamo difficoltà d'hauer' licenza dal ducca, nientedimeno penso che l'haueremo, et che andarà in Fiandra doppo la pascha.“ De P. Lamberto Auer (cf. supra p. 181): „Dell' opera di Spira scriuerò subito al P. Lamberto che m' auisi come le cose vano al presente; imperochè m' ha detto il P. Canisio essersi alterate, dopo che s'era scritto a. V. P.“ De Societatis provincia „Germaniae superioris“: „Io, Padre, ho pigliato animo con la diuina gratia, d'accettar' molti thedeschi nella Compagnia, et il P. Canisio con li rettori di questa prouincia pensano che puotremo hauer' parecchi, benchè giouani“ (Epp. *Nadal* III 31—33).

Borgias Canisio respondit 20. Aprilis 1566.

1298. PP. NATALIS, CANISIUS, LEDESMA **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu.

Augusta Vindelicorum 27. Martii 1566.

Ex Natalis epistula archetypa, a P. Didaco Jimenez S. J. scripta et ab ipso Natale subscripta, quae exstat in „EN“ f. 109. Epistula Natalis ex archetypo primum vulgata est in Epp. *Nadal* III 40—41.

Quid catholici de propositione ab imperatore ordinibus imperii facta sentiant.

P. Hieronymus Natalis Augusta 27. Martii 1566 Romam ad Borgiam scripsit: „Sabiendo que yua [a] *Vn criado dela Emperatriz por la posta a Nápoles, me parescio escreuir con el y embiar algunas escrituras* [b], *que ayer pensaua embiar, y no pude*

a) *Sequitur* este, *oblitteratum.* b) *Sequitur verbum oblitteratum, quod iam legi non potest.*

[1] Cardinalis Truchsess 28. Martii Roma Augustam rediit (Epp. *Nadal* III 47).

por la priesa que daua el correo; pertenescientes a lo que se escreuia, tienen todas sus titulos, es a saber, vna es la proposicion del Emperador de religione, otra la conclusion de la paz de 55, que aora se pretende confirmar, y otra lo que a nosotros nos ha parescido escreuir sobre la proposicion, la 4ª es vn escrito que se piensa ser de los Principes de la confession Augustana que se dio estos dias passados al Duque de Bauiera, y nosotros huuimos la copia y la hezimos, de priesa, latina. y yo realmente aun temo, que los Principes no respondan a la Proposicion, segun este[a] *escrito, que es pestilente, y que no se den grandes trabajos a los Catholicos.“*

Natalis haec addit: „Este officio hazemos, por auernoslo dicho el Reuerendisimo legado, y tener persona fiada que vaya, De otra manera no escreuiremos . . ., sino paresciendonos necessidad que ayamos de escreuir y que no baste dezirlo al legado . . . Repito lo que escriui ayer dando las cartas al legado, y es que el dixo a Maestro Canisio, que scriuiesemos sobre la proposicion del Emperador[b] hecha alos Principes etc. de religione, y a nosotros todos nos parescio escreuir lo que oyamos, no nuestra sentencia. Como tambien escreui a V. P. que el legado ningun consejo ha comunicado con nosotros, antes mas se ha cerrado etiam Con El Padre Canisio despues que nosotros uenimos, nosotros pensamos que no sea menester, no tratandose cosas de Theologia, lo que nos occurrira, lo diremos al Cardenal de Augusta, que entra oy, o, mañana de cierto.“

Polancus Roma 20. Aprilis 1566 Natali scripsit: Imperatoris propositiones „et quel che pare alli catholici di là sopra dette propositioni“ ac reliqua Borgiae tradita esse, „et di tutto s' è dato una copia al cardinale Alessandrino, acciò la mostrasi a Sua Santità“ (Epp. *Nadal* III 65). Ceterum cum ex Natalis verbis, quae modo posui, tum ex ipsa rerum natura collegeris, Romam missam esse eam tantum „recessus“ augustani partem, quae de „pace religionis“ erat, non integrum recessum; is enim admodum longus erat et multa continebat, quae rem militarem et forensem etc., non religiosam spectabant.

Die 23. Martii 1566 comitia sollemniter incohata sunt. Imperatoris mandatu Albertus V. Bavariae dux copiosam recitavit „propositionem“. In qua Maximilianus II. affirmabat: Primum ac praecipuum omnis tractationis argumentum causam „religionis christianae“ esse debere. Ex controversiis enim, quae multis iam annis de religione fuissent, maximam discordiam in Germania ortam esse. Ac futurum fuisse, ut etiam longe peius de Germanis ageretur, nisi anno 1555 per Ferdinandum I. et imperii ordines „pax religionis“ inter eos, qui veterem religionem tenerent, et eos, qui „augustanae confessionis“ essent, conciliata esset. Quidquid vero post a. 1555 Ferdinandus imperiique ordines ad controversias religionis pie componendas proposuissent ac tentassent, id omne cassum fuisse. In comitiis tamen proxime (a. 1556—1557 et 1559) Ratisbonae et Augustae habitis id placuisse, ut etiam controversiis non compositis pax religionis staret ac persisteret. Se quoque, cum Romanorum rex eligeretur et coronaretur, id se curaturum spopondisse; in eodem proposito se perseveraturum esse. Unum vero omnibus patere: Praeter catholicos et augustanae confessionis homines varias sectas abominandas et doctrinas falsas, captiosas, perniciosas magna cum animorum offensione et perturbatione in imperio exstare atque in dies amplificari. Has „pace religionis“ nequaquam comprehendi; ac prorsus necesse esse, eae omnes rationibus idoneis, piis, efficacibus tollerentur; ideo se clementer diligenterque ab ordinibus petere, ut quomodo id efficiendum esse censerent, secum communicarent (Herrn M. *Christophori Donawers* Erhebliche Vrschachen, Warumb er auff offentlicher Cantzel in verketzerung . . . der . . . Calvinisten, sich nicht einlassen könne, sine loco 1633, 33—36. *A. Kluckhohn*, Briefe Friedrich des Frommen Kurfürsten von der Pfalz I, Braunschweig 1868, 648). Hac in propositione non deerat, quod catholicis gratum esset: Maximilianus in comitiorum indictione ordines monuerat: Augustae efficiendum fore, ut veteris religionis studiosi et confessionis augustanae sectatores de capitibus, de quibus usque ad id tempus disceptassent,

a) *Ita in arch. correctum est ex* aqueste. b) *Sequitur* alo, *oblitt.*

inter se paciscerentur (cf. supra p. 170[1]); in propositione vero nullam iam faciebat mentionem huius pactionis (cf. *Janssen* l. c. IV[15–16] 223). Propositionis exempla principibus tradebantur (*Häberlin* l. c. VI 148), atque ita facile in Sociorum manus venire poterant.

Quod denique ad „pestilens" illud scriptum principum protestantium attinet, equidem puto, libellum significari mandatu Wolfgangi Palatini ducis neoburgensis et Christophori ducis wurttembergensis compositum, qui 7. Aprilis 1566 in Wolfgangi deversorio coram ordinibus protestantibus recitatus (*Donauer* l. c. 38), 25. Aprilis, nonnullis rebus immutatis, protestantium nomine traditus est imperatori. Exstat adhuc Romae in archivo vaticano *Commentarius, quo libellus ille latine redditus et in compendium quoddam redactus est („Conc. di Trento n. 149" f. 283[a]—285[a]); commentarium P. Didacus Jimenez S. J. scripsit, Canisius sua manu recognovit, P. Ioannes de Polanco sic inscripsit: „Summarium ex scripto Confessionistarum in comitijs Augustanis exhibito". Canisium ipsum versionis auctorem esse ex ipso latini sermonis genere valde probabile efficitur. Pauca ex libello hic pono, eaque ipsius Canisii verbis expressa. Affirmant protestantes, se „mandato Dei" adactos „vitare ethnicas abominationes, et idolomanias quae fiunt et sunt in Papatu". Sperant futuram ex comitiis „liberationem multorum a tyrannide et abominatione Papistica". „Disputant ex historijs aduersus Primatum Pontificis". Queruntur „de abominatione Missae" etc. et „de alijs multiplicibus erroribus, per quos doctrina patrum aut perierit omnino, aut in impium sensum detorta sit, per quos etiam uera doctrina, quo longius eo magis obscurata, et multis seculis cum inexplicabili praeiudicio animarum durauerit" . . . „usque ad tempus, quo 40 abhinc annjs mirabiliter Regnum Germanicae Nationis a Deo illustratum est luce sui magnifici, et immutabilis uerbi". In concilio Tridentino, aiunt, „tam impia et horrenda conclusa sunt, ut non putent aliquem ex statibus Catholicis esse, qui non obstupescat, et horreat ea legens, uel audiens, nominatim autem addunt multa impie et contra propheticam et Apostolicam doctrinam definita esse. . . . Jtem de confirmatione Papisticae abominationis in Missae sacrificio". „Accusant Catholicos quorum artibus et fraudibus nihil sit effectum, in Colloquijs, praesertim Wormatiensi. . . . Graue ipsis esse, quod Catholici noluerint cum ipsis in tractationem de Religione ingredi, cum tamen sit primus articulus in Comiciorum indictione. Romanam Ecclesiam haesisse hactenus in coecitate, et irrefutabili idololatria." „Proponunt . . ., ut quamprimum et sine mora, in Germania Caesar cogat Concilium nationale, cui ipse adsit et praesit in persona propria." „Postea de grauaminibus proponunt 1 Ob afflictos Christianos causa Religionis in Camera Jmperiali 2 Von der Frei Stellung . . . Cupiunt admoneri quae sint", „sectae nascentes et natae" „et offerunt operam ad illas excludendas". Maxime sane illis cordi erat autonomia illa sive „Freistellung"; interdicendum esse dicebant, ne ordines catholici homines imperio suo subiectos, qui ad confessionem augustanam transgredi vellent, persequerentur; expungendum etiam ex „pace religionis" esse „reservatum ecclesiasticum", sive caput illud, quo episcopi, praelati, clerici alii, cum ad confessionem augustanam transirent, ab episcopatibus reliquisque beneficiis ecclesiasticis removerentur (*Christoph Lehmann,* De Pace Religionis Acta publica et originalia, Franckfurt am Mayn 1707, 96—102). „In keiner öffentlichen, dem andern Theil nothwendig mitzutheilenden Schrift", inquit *Michael Ignatius Schmidt,* „war so viel von Abgötterey gesprochen worden" (Neuere Geschichte der Deutschen II, Ulm 1786, 274).

Litterarum quoque a Natale Romam missarum, quibus Socii, quid catholici de caesaris propositione sentirent, ad Borgiam referebant, Canisius, si non auctor, certe magna pars, ut dicimus, erat; Canisium enim Commendonus monuerat, videret, ut eiusmodi litterae darentur; germanice nec Natalis sciebat, nec Ledesma; Canisius proceribus catholicis eorumque consiliariis longe familiarius utebatur, quam illi duo.

Propositionem quoque (vel „propositiones", ut Natalis ait) imperatoris et pacem religionis Canisius vel ipse germanice vertit, vel ab aliis versum recognovit.

Polancus mandatu Borgiae Roma 20. Aprilis 1566 Natali respondens: Die 16. Aprilis, inquit, „andò nostro Padre general dal papa, et io lo acompagnai, et

hauemo inteso che non li piaceuano dette propositioni in modo alcuno; perchè, se ben le paressino molto più tolerabili che altre cose fatte, etc., tuttauia doppo il concilio non li pare si debbiano tolerare quelli accordi. Et in questo mostraua risolutione tale, che non pareua si hauessi a piegare per rispetto di nessuno" (Epp. *Nadal* III 66; cf. etiam III 137, n. 7).

1299. SENATUS CIVITATIS COLONIENSIS CANISIO.

Colonia 29. Martii 1566.

Ex apographo eiusdem temporis, quod „Petro Canisio Iesuitae" inscriptum, exstat Coloniae in archivo historico urbis, Cod. „Brb. 84" f. 276b—277b. Litterarum particulam posuit *Ennen* l. c. IV 676; iisdem usi sunt *Hansen* l. c. 523[4] et *editor* in „*Stimmen*" etc. LXXI 307 310.

Mense Ianuario Canisius Coloniensibus Breve Pii IV. attulit atque pontificem indultum illud prorogasse affirmavit; cuius indulti, urbis rogatu et Canisii aliorumque piorum commendatione concessi, litteras apostolicas expeditum iri senatus sperabat. At paulo postquam Canisius Colonia discessit, Pii IV. mors in urbe cognita est. Iam igitur senatus Pio V. gratulari simulque concessionis a Pio IV. factae confirmationem et Bullae expeditionem ab illo petere statuit; cuius epistulae exemplum Canisio mittitur. Colonienses, Canisii in se benevolentiam cum ex aliis rebus tum ex insigni adhortatione ad ipsos nuper habita experti, eundem rogant, ad romanos Societatis moderatores (qui apud pontificem plurimum valent) scribat, ut Coloniensium causam sibi habeant commendatam. Colonienses autem ea, quae Canisius optima fide ipsos monuit, diligentissime exsequentur.

Vnser gunstigen vnnd geneigten willen zuuor.

Wirdiger Hochgelerter großgunstiger Her vnnd Freundt. Als .E. W. am Jungst verlittenen 14ten des Monats Januarij von hochlobligster vnnd Gotseligster gedechtnuß der Pabstlicher Heiligkeit Pio Quarto vnß ein Breue Praesentirt darvß vnnd ferrer statlicher E. W. relation wir vernommen Was Jre Heiligkeit zu den[a] milden gnaden vnd Prorogation des Jndulti bewegt[1]. Welchs dan vff vnser vnderthenigst Suppliceren E. W. vnd mehr frommer Herrn[2] vleissich soliciteren vnd Commendation mildiglich gegeben vnnd wir druff der vertroster Expedition Bullae Apostolicae erwartet. So Jst baldeernach E. W. abziehen[3] ruchtbar worden Das dieselbe Pabstliche Heiligkeit Jn gotlichem willen mit thodt verscheiden. Nachdem nun an vnß vor gewiß gelangt, das die Jtzige Pabst: Heil. Pius eius nominis quintus durch gotliche fursichtigkeit vnnd wahl zu sollicher

a) *In ap. sequitur* mildel, *oblitteratum.*

[1] Canisius delectis ex senatu urbis et ex universitate viris Breve Roma 19. Septembris 1565 datum tradiderat, quo Pius IV. affirmabat, se indultum illud (tertiae gratiae, quod vocabant) „prorogasse" easque litteras apostolicas „primo quoque tempore gratis expediri" iussisse [vide infra mon. germ. l. (6)]; simul Canisius affirmaverat, indultum in 12 annos (ut Colonienses petierant) prorogatum esse [vide infra mon. germ. l. (29) (30)]; paulo tamen post romanis litteris certior factus erat, pontificem, mutata sententia, trium tantum annorum prorogationem concedere statuisse; vide supra p. 172. De litterarum apostolicarum expeditionibus vide supra p. 207.

[2] Potissimum significant Gasparum Gropperum Rotae romanae auditorem et P. Franciscum Costerum S. J.; vide infra mon. germ. l. (28).

[3] Canisius sub d. 21. Ianuarii Colonia discessit; vide infra mon. germ. l. (32).

hegster dignitet erhaben worden So hat vnß Jn alle wege geboeren sollen derselbiger vfs aller vnderthenigst zu gratuleren Vnnd dabej vnderthenigst zu bitten, das alsolliche allergnedigste Concession Jrer Heil: negsten vorfarens bestettigt Confirmirt vnnd darvf die Bulla ernewert vnnd expedijrt werden moge. Gleich wir E. W. dauon Copei Jnuerwart zuschicken [1].

Dweile wir dan E. W. Jeder Zeit zu vnß eins guten geneigten willens gespurt, gleich wir auch sonderlich auß Jungsten herlichen ermanung [2] von E. W. vernommen So stellen wir Jn keinen Zweiffel E. W. nuhe mehr nit weniger geneigt sein die sache dahin zubefurderen Damit daß Jenige was von der negst abgestorbener Pabst: Heil: Pro Zelo concedirt, das sollichs durch Jtzige Pab: Heil: approbirt, bestettigt vnnd Jn derselber forma Expedijrt werde. Gelangt demnach an E. W. vnser freuntlich begeren Die wöllen vnbeschwerdt sein an die Superintendenten fraternitatis Jesu so bei der Pab: Heil: Jn sunderlichem ansehen sein, zuschreiben vnnd zubegeren die sache Jn Jrem gutenn befelh zu haben, als wir verhoffen dieselben zuhandthabung vnnd befurdrung warher Christlicher Religion gerne thun werden. So sollen E. W. vngezweiffelter vertrostung sein das derselbiger an vns beschehene getrewhertzige ermanung Jn kein vergeß gestelt, sonder souil vnß menschlich vnnd müglich mit hegstem ernste vnnd vleis nachgesetzt werden solle. Vnnd wollens E. W. Jeder Zeit mit allem fleis willigen vermogen zuuerdienen willig erfunden werden. Dieselbe dem almechtigen Jn froeliger gesondheit zu langen Zeiten befelhendt. Datum den 29[ten] Martij Anno etc L.XVJ.

Canisius senatui respondisse videtur sub medium m. Aprilem 1566.

1300. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Augusta Vindelicorum 29. Martii 1566.

Ex apographo, quod ipse *Kessel* ex archetypo (epistulam in summam quandam redigens) transcripsit in Cod. colon. „L. Qu." f. 90. Ex eod. apogr. maximam partem vulgavit *Hansen* l. c. 525—526; particulam germanice posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 316.

Matrimonia clandestina. Absolutio simoniacorum. Archiepiscopus coloniensis. Sittardi et Canisii contiones. Caesaris religio. Societatis homines non debent beneficia ecclesiastica amicis impetrare. Acta synodi Martini I. et concilii oecumenici VII. Principes wurttembergensis et palatinus. Turcae. Collegium dilinganum. Schola lauingana. Cardinalis Augustanus. Messis noviomagensis et daventriensis. Collegium coloniense. Confessio Augustiniana. Belli et religionis negotia.

— — Quod ad clandestina matrimonia spectat sentiunt [a] [?] fidedigni quod irrita sint illa etiam in locis vbi Concilium Tridentinum non est publicatum [3].

a) *Ita etiam Hans. Estne supplendum* non, *et legendum* non sentiunt? *Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur in n. 2.*

[1] Cf. supra p. 208 [1].
[2] De hac Canisii admonitione vide infra mon. germ. l. (27) (29).
[3] Vide, quae sub ipsas has litteras (n. 2) dicentur.

Non est opus huc mitti sacerdotes[1], putat R. p. Natalis Visitator. Circa simoniam habetis potestatem absoluendi. Si autem indigent[a] praeterea dispensatione et rehabilitatione, non propterea tantis laboribus ac sumptibus sunt onerandi[2], sed satis erit nos per literas de casu admonere, vt apud Reuerendissimum Legatum[3] impetremus gratiam illi conuenientem.

De Archiepisco Coloniensi[4] hoc vnum dicam, quod inuiserit dictum Reuerendissimum Legatum, et admodum submisse se gesserit. Confirmatque[b] signa omnia quae Catholicum hominem indicent[c].

Sittardus Catholicum se praestat admodum in munere concionatorio[5], nec desunt illi et mihi frequentes auditores.

Caesar incorruptum se prebet Catholicis hactenus.

pontifex[6] egregie pergit Romanam Ecclesiam reformare.

Vt huic vel illi beneficia impetremus non est nostrae professionis neque vellem hanc praeberi spem alicui, quantumuis probo et idoneo[d][7].

Ex Vrbe mittentur transcripta Concilia, Martini primi, Nicenum secundum fidelius quam a Longolio redditum per Athanasium[e] bibliothecarium[8].

Versamur inter lupos[9], vicinus nobis est princeps Virtenbergensis[10] cum suo Smidelino[11]. Cras expectatur palatinus Elector[12].

De religione adhuc nihil.

Turca nobis ingentes turbas dabit, et licet properet hostis immanis donec adsit germaniae[f] cui magnum imminere discrimen judi-

a) indicent *Kess.* b) confirmetque *Ha.* c) decent *H.* d) *Quae sequuntur, usque ad* bibliothecarium *incl., non sunt apud H.* e) *Sic; scribendum fuerat* Anastasium; *vide infra p. 217.* f) *H.:* turbas dabit. Dominus adsit Germaniae. *Reliqua omittit.*

---

[1] Sacerdotes Societatis, qui PP. Natalem et Ledesmam adiuvent; vide supra p. 186.

[2] Eugenius IV., Paulus II., Sixtus IV. constituerant, ut simoniace ordinati a suis ordinibus essent suspensi, ut per electiones et confirmationes etc. simoniacas „nullum" cuiquam „ius acquireretur", et ut omnes fructus ex eiusmodi beneficiis etc. percepti restitui deberent (l. c.; vide supra p. 191[1]).

[3] Cardinalem Commendonum. [4] Friderico a Weda.

[5] P. Matthias Sittardus (Cythardus, van Esche) O. Pr., Maximiliani II. caesaris contionator (vide *Coelest. Wolfsgruber* O. S. B., Die k. und k. Hofburgkapelle und die k. und k. geistliche Hofkapelle, Wien 1905, 76—94; cf. etiam *Can.* IV 217[2] 666); is in templo S. Catharinae contionatus esse videtur. De contionibus eius augustanis vide *N. Paulus,* Matthias Sittardus, in „Historisch-politische Blätter" CXVI, München 1895, 338. [6] S. Pius V.

[7] Legatis nuntiisque apostolicis nonnunquam potestas erat beneficiorum ecclesiasticorum, velut canonicatuum, mensibus „papalibus" (cf. supra p. 116[1]) conferendorum; cf. *Can.* IV 618 671.

[8] Vide, quae de his conciliis sub ipsas hasce litteras (n. 3) dicentur.

[9] Lc 10, 3; cf. Mt 10, 16.

[10] Christophorus dux wurttembergensis prope aedes Sociorum habitabat; vide infra monum. aug. (c 12).

[11] Iacobo Andreae protestantium ministro, Sociis inimicissimo; vide supra p. 131—132.

[12] Fridericus III.; vide sub ipsam hanc epistulam primo loco dicentur.

cant sapientes, tamen[a] — orationibus[b] incumbamus vt digni simus fugere mala quae sunt prae foribus[1].

Fabricam Collegij promouemus Dilingae, vbi tranquille schola procedit.

Lauingae schola[2] dissoluitur, vt audimus.

Redijt heri D. Cardinalis noster cum p. Aloisio suo confessario[3] multaque promittit Dilingensi Collegio.

Nouiomagenses vtinam digni forent qui a nostris etiam paucis adiuuarentur[4]. Messis illic multa[5] suppetit, sicut et dauentriae[6] alibique in Belgica.

De successu et progressu Collegij vestri non possumus non praeclara sperare. Vincetis proculdubio, fauent vobis patroni apud coelites[c], et tentat probatque vos dominus[7] super terram.

paramus Confessionem Augustinianam[8], id est ex augustini sententijs contextam, aduersus augustanam.

pergimus hic concionari.

principes consultant serio. Caesari suppetias ferent aduersus maximum turcae impetum.

De religione sit ne tractandum hoc tempore dubitatur, sed breui[d] cognoscemus.

Augustae 29 Martij 1566.

p. Canisius.

1. Ad quem haec epistula data esset, huic apographo non est adnotatum. Eam ad Kesselium datam et ab hoc, cum in codicem transcriberetur, nonnihil contractam esse censeo perinde, ac de epistula n. 1272 dixi; vide supra p. 154. Ac Kessel quidem apographum ita inscripsit: „Calendis aprilis augusta 1566 Canisius"; attamen epistulam 29. Martii 1566, quem diem Kessel apographo epistulae subscripsit sive ascripsit, datam esse existimo. Nam Canisius: „Redijt", inquit, „heri D. Cardinalis noster cum p. Aloisio"; hi autem 28. Martii Augustam advenerunt; vide Epp. *Nadal* III 47 et *Turba* l. c. III 316. Neque obstat, quod Fridericus III. Pala-

a) *Sequitur v. obscurius scriptum.* b) sapientes. Orationibus *H.* c) *H. omisit. 2 vv. sqq.* d) breue *K.*

[1] Cf. Lc 21, 36.

[2] Lutheranorum gymnasium academicum, sub a. 1561 a Wolfgango Palatino duce neoburgensi Lauingae (Lauingen) prope Dilingam conditum; cf. *Can.* IV 134[2] 386. *Wolfgangus* a *Köteritz* Neoburgo (ad Danuvium) 28. Aprilis 1568 Ioanni Marbachio ministro protestantium argentoratensium scripsit: „Unsere Schuel zu Lauhingen conficitur altercatione" (*Jo. Fechtius,* Historiae Ecclesiasticae Seculi a. N. C. XVI. Supplementum . . Theologorum Epistolis . . constans, Francofurti et Spirae 1684, 268).

[3] Cardinalis Otto Truchsess cum P. Aloysio sive Ludovico de Mendoza S. J. (de quo *Can.* IV 312—314).

[4] Vide supra p. 203. [5] Mt 9, 37. Lc 10, 2.

[6] P. *Franciscus Costerus* S. J. a. 1566 S. Francisco Borgiae *scripsit: „Pater Joannes Astensis ab initio Aduentus usque ad Pascha, Dauentriae comcionatus est, non sine maximo fructu. Reformauit clerum . . . Ciuitas etiam ipsa alioqui pene infecta iam melius habet" (ex imag. photogr. huius litterarum capitis; quod Romae ex archetypo exscriptum est. „E. C. II" n. 168).

[7] Dt 13, 3. Ps 25, 2; cf. Gn 22, 1; Ps 138, 1; Sap. 3, 5 etc.

[8] Hanc P. Hieronymus Torrensis S. J. primum edidit Dilingae a. 1567.

tinus 2. Aprilis Augustam advenit (*Kluckhohn* l. c. I 651[1].); Canisius enim tantum scribit: „Cras expectatur palatinus Elector“; hic sane exspectationem fallere poterat. Fortasse Canisius 1. Aprilis epistulam tradidit tabellario.

2. Mirum certe est, quod Canisius in huius epistulae exordio scribit de matrimoniis clandestinis (non initis coram parocho et testibus): Ea a „fidedignis“ irrita haberi etiam iis locis, quibus concilium tridentinum non sit promulgatum. Nam primum quidem facile patebat, ad matrimonia illis locis inita non pertinere decretum, quo concilium matrimonia clandestina iusserat esse irrita; nam concilium singulari quadam ratione constituerat non solum, ut decretum illud in singulis parochialibus ecclesiis „populo publicaretur ac explicaretur“, sed etiam, „ut huiusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere inciperet, a die primae publicationis in eadem parochia factae, numerandos“ (Sess. XXIV de ref. matr. c. 1). Deinde, quamquam gravibus legibus matrimonia clandestina etiam ante Concilium tridentinum erant prohibita, legem tamen, qua etiam irrita esse iuberentur, ecclesia ante illud tempus tulisse non videtur. Exstabat quidem in corpore Canonum ab Anselmo Lucensi († 1086) collectorum, in S. Ivonis Carnutensis Decreto et Panormia, in cardinalis Gregorii „Polycarpo“, in Decreto Gratiani etc. pseudoisidorianus quidam canon nomine S. Evaristi papae († initio saec. II) perperam ornatus, quo edicebatur, „legitimum non fieri coniugium“, nisi femina a sacerdote „benediceretur“, „a paranymphis custodiretur“, „solemniter acciperetur“ etc. (Corpus Juris Canonici, ed. *Aem. Friedberg* I, Lipsiae 1879, 1104). At doctores monebant, eiusmodi matrimonia non esse habenda irrita; ut *Petrus Lombardus* († 1164) loco illi pseudoisidoriano adnotavit: „Hoc non ita intelligendum est, tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium: sed quia sine illis non habet decorem et honestatem debitam“ (Sententiarum lib. IV dist. 28, § b); et *Claudius Spinaeus* (de l'Épine) O. Pr. theologiae professor sorbonnicus († post 1560): „Matrimonium clandestinum est verum matrimonium“ (Epitome in quatuor lib. Sententiarum M. Petri Lombardi, Parisiis 1551, f. 276[b]). Poterat fortasse etiam dici, matrimonia clandestina, ubi nec coniuges se matrimonium inisse faterentur neque id aliunde probaretur, in „foro externo“ pro irritis haberi (*J. Freisen*, Geschichte des canonischen Eherechts bis zum Verfall der Glossenlitteratur, Tübingen 1888, 138—151). Fortasse P. Kessel, cum Canisii epistulam raptim transcriberet, vitio quodam calami omisit vocabulum „non“ („non sentiunt fidedigni quod irrita sint“ etc.).

3. Ad historiam editionis Conciliorum illustrandam valet id, quod Canisius scribit: Fore, ut synodus Martini I. et secundum concilium nicaenum Coloniam mittantur. Praeclarae illius synodi Romae sub S. Martino I. a. 649 habitae acta, ibidem Sociis curantibus transcripta, primum typis exscripta sunt in corpore „Conciliorum omnium“ a. 1567 Coloniae a Laurentio Surio O. Cart. edito (*Can.* III 342—343). Concilii autem nicaeni II. sive oecumenici VII., anno 787 habiti, acta Anastasius Bibliothecarius († sub a. 879) ex graeco in latinum sermonem vertit et Ioanni VIII. papae dedicavit; typographicum autem prelum eadem acta primum subierunt Coloniae a. 1540, latine versa a Gisberto Longolio lutherano († 1543), medico et philologo, qui primum in schola daventriensi, deinde in universitatibus coloniensi et rostochiensi docuit („Synodi Nicaenae, quam Graeci septimam vocant. . . . Actiones omnes contra Iconoclastas et Iconomachos. . . . Opus nunc recens inventum, et e Graeco versum“ etc.; vide „*Acta* Conciliorum IV, Parisiis 1714, 529—530); postea vero anastasianam versionem primus typis vulgavit doctissimus vir *Severinus Binius* canonicus et professor coloniensis in secunda editione Corporis Conciliorum, quod Coloniae a. 1606 et iterum a. 1618, Parisiis a. 1638 (1636?) editum est; qui de Longolii versione notat: „Non satis respondet Graeco textui, et multa in ea partim desiderantur, partim videntur irrepsisse“ (Concilia generalia, ed. 2[a], T. III[1], Coloniae Agrippinae 1618, 470; pauca ex Anastasio iam posuerat in editione prima; ut III[1] 398—399). Eandem versionem postea posuerunt Labbeus, Harduinus, Mansi etc., atque etiam *Migne*, P. lat. CXXIX 195—511.

1301. P. HIERONYMUS NATALIS S. J. suo et CANISII nomine **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 30. Martii 1566.

Ex autographo (2°; p. 1; in p. 2 inscr. et reliquiae sig.), quod exstat in „EN" n. 135 (549 512); inscriptio manu P. Didaci Jimenez posita est. Epistula ex autographo primum vulgata est in Epp. *Nadal* III 49—50.

Natalis et Canisius ita censent: Plurimum interest imperatorem a summo pontifice in bello hungarico adiuvari; ita enim spes est, fore, ut et comitia prosperum exitum habeant, et imperator catholicum plane se praebeat, et initium aliquod fiat haereticorum ad ecclesiam reducendorum. Quodsi pontifex ea in re imperatoris desideriis plene satisfecerit eique multum fiduciae exhibuerit, ille pontificis voluntati in omnibus rebus obsequetur, idque cum omnium catholicorum satisfactione. Pecuniae solvendae erunt, non simul, sed menstruis pensionibus. Borgias videbit, num pontifici haec proponenda sint. Ordines imperii nondum constituerunt, utrum primum de bello eiusque stipendio an de religione acturi essent. Putant homines, utrumque negotium simul tractatum iri, et librum quendam ordinibus traditum esse; qui quid contineat, incompertum est. Borgias, si quid ad suppetias pontificias caesari impetrandas conferre poterit, nihil erit, quo magis commodo communi inserviat.

† Padre: Mestre canisio y io hauem pensat no dexar de scriure a V. P. lo que[a] pensam esser de summa importantia per bona conclusion destas corts[b] hoc est sens maior lesion que ia es en alemaña y specialmente per guañar y Aiudar en tot lo que se ha duptat antes[c] del emperador y fer lo totalment declarar per tot açó[1], y per principi de reduir los heretjes, seria de summa importantia que su Santitat aiudasse plenament a[d] esta guerra de vngaria y contentas en aço el Emperador, que segons sçabem de bonissima part fent aço el papa y monstrant gran confiança dell, fara tot lo que li sera dit[e] per sa Santitat[f] con gran contentessa de tots lo catholics, y finalment son diners y que no se han[g] de dar[h] tots iunts[i] sino per mesos y stara a veure el amic de rodrigues[2]. no hauem volgut dexar de scriure aço. v. p. vea si conuendra dir ho al dit amic. Fins aci[k] en las corts[l] no han[m] conclujt si tractaran primer dela guerra y contribution o, dela religion, se pensa que vendran a tractar iuntament de vna y altra cosa y que tenen vn scrit no aquel que he embiat[3], sino altre que no s sap[n]. deu nos aiut . 30 de mars.

a) *Sequitur* pens, *oblitteratum.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Hoc v. supra versum scriptum est.* d) *Hoc v. supra versum scriptum est.* e) *Sequitur* de, *oblitt.* f) *Sequitur* fans *vel simile v., oblitt.* g) *Sequitur* da *vel* de, *oblitt.* h) *Hoc v. supra versum scriptum est.* i) *Tria vv. sqq. supra versum scripta sunt.* k) *Hoc v. supra versum scriptum est; sequitur v. oblitteratum, quod iam legi non potest.* l) *Sequitur* y, *oblitt.* m) *Sequitur v. oblitteratum, quod iam legi non potest.* n) *Tria vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

---

[1] Ut imperator se prorsus catholicum profiteatur et praestet.

[2] Socii nomine „amicus Rodericii" tegere solebant S. Pium V.; qui P. Christophoro Rodericio S. J. (cf. *Can.* II 505[3]) singulariter amicum et benevolum se praebebat (Epp. *Nadal* III 10[7]).

[3] Fortasse Natalis scriptum illud significat, quod, iussu Augusti electoris Saxoniae de rebus religionis compositum, 7. Aprilis 1566 una cum neoburgensi illo scripto (de quo supra p. 212) coram ordinibus protestantibus recitatum est (*Donawer* l. c. 38).

si V. P. pogues fer bona obra en que he dit . seria crec la maior obra ques puga fer a quest temps . y principi de molt maior.
Jhesus. R. P. N. S.

Autographo Natalis ascriptum est manu romana eiusdem fere temporis: „1566 Augusta P. Natale .30. di Maggio[a] [?] C.“ Natalis huic epistulae nomen non subscripsit; nam eam, quantum fieri posset, secretam esse volebat; atque eam, „R. P. N. S.“ = „Reverendo Patri Nostro Soli“ inscriptam et sigillo (cuius reliquiae in autographo adhuc cernuntur) munitam, solus Borgias erat aperturus; qui Natalis manum optime noverat; eadem de causa Natalis non italica vel castellana (hispanica) lingua, sed catalaunica sive lemovicensi haec scripsit: huius enim linguae haud ita multi erant periti; adiunxit autem has litteras duabus epistulis Borgiae destinatis, quas eodem die hispanice P. Didaco Jimenez dictaverat (Epp. *Nadal* III 47—49).

Polancus mandatu Borgiae Roma 20. Aprilis 1566 Natali respondit: „Il terzo dì di pasqua[1] andò nostro Padre general dal papa, et io lo acompagnai. . . . S'è fatto buon uffitio con S. Santità circa il dar aiuto per la guerra de Hungaria, aggiongendo quello che V. R. tocca in sua lettera. Et in questa parte mostrò buona uolontà, come anche l'opere lo mostrano. Staremo a ueder se seguitarà quel che V. R. speraua“ (Epp. *Nadal* III 66). Maximilianus II. a Pio V. per Ioannem Khevenhüller, quem ad ipsum legaverat, 24. Martii 1566 petierat, ut sibi adversus Turcas subsidia mitteret. Causam urgebat etiam Prosper ab Arcu, caesareus in curia romana orator. Die igitur 6. Aprilis Pius, consultis cardinalibus, ita constituit: Cardinali Commendono 50000 scutatum assignavit, ex quibus ille singulis mensibus 12000 imperatori solveret; praeterea Pius Maximiliano in singulos menses alia 4000 scutatum certis sub condicionibus promisit (*Turba* l. c. III 319[1]. *Schwarz* l. c. I 20). Ac *Gratianus* affirmat, Commendonum illa 50000 aureum, sub exitum comitiorum ad se missa, comitiis finitis simul, una pensione, consulto prius pontifice, caesari tradidisse (*Antonii Mariae Gratiani* De vita Ioannis Francisci Commendoni cardinalis libri quatuor, Patavii 1685, 270).

Natalis Augusta 19. Maii 1566 de officio, quod Borgias hac in re Maximiliano II. praestiterat, ad illum scripsit: „Intendiamo che à sua Maiestà è stato gratissimo et utilissimo per li negotij“ etc. (ex archetypo, a Natale subscripto, quod est in „EN“ n. 120, f. 499[b]; etiam in Epp. *Nadal* III 137).

1302. CANISIUS CARDINALI **MARCO ANTONIO AMULIO,** episcopo reatino.

Augusta Vindelicorum sub d. 5. (sub d. 12.?) Aprilis 1566.

Ex archetypa Borgiae ad Natalem epistula, quae exstat in Cod. „EB“ n. 174 (f. 51[b]) et ex epistulae ad Canisium datae apographo, de quo infra n. 1320. Borgiae ad Natalem epistula ex archetypo primum vulgata est in Epp. *Nadal* III 85—88.

Rogat enim, ut archiepiscopo treverensi gratias quasdam ad eius consecrationem episcopalem spectantes a pontifice impetret.

De gratiis, quas Ioannes von der Leyen archiepiscopus treverensis, quo facilius consecrationem episcopalem suscipere posset, a summo pontifice concedi cupiebat (vide supra p. 135), S. Franciscus de Borgia Roma 27. Aprilis 1566 Augustam Vindelicorum ad P. Natalem (huius epistulis 6. et 13. Aprilis 1566 datis respondens) scripsit: „Al Padre Prouincial Canisio no se si se podra oy escreuir, aunque se procurara, como torne el Cardenal Amulio de su obispado, o por otra uia la satisfacion del Reuerendissimo Treuerense.“ Idem Borgias Roma 7. Maii 1566 Canisio: „Si sono riceuute quelle di V. R. et del Padre Theodorico de .5. 12. 19. et 20. del passato .

a) *Ita Epp. Nadal III 50. Scribere certe debuerat manus illa:* Marzo.

[1] 16. Aprilis.

con un altra peril Cardinal Amulio, alqual non gli é stata data per esser lui absente nel suo Vescouato, mà presto si spera uerrà à Roma, et se li potra dar, et anche parlarli del negotio del Reuerendissimo Treuerense."

Canisii ad Amulium litterae certe aut cum Sociorum epistulis 5. et 6. Aprilis datis aut cum eorundem epistulis 12. et 13. Aprilis datis Romam missae sunt; atque equidem puto Canisium sub 5. Aprilis Amulio scripsisse; nam negotium urgebat (vide supra p. 135); ac Borgias, cum 27. Aprilis se quasi excusat, significare videtur, litteras amulianas iam aliquanto ante Romam perlatas esse.

Amulius ad has Canisii litteras respondisse videtur medio fere m. Iunio a. 1566.

1303. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vind. 5. (12.?) Aprilis 1566.

Canisium 5. (12.?) Aprilis 1566 litteris ad cardinalem Amulium a se datis epistulam Borgiae destinatam addidisse colligere licet ex iis, quae dicta sunt supra in n. 1302.

1304. CANISIUS **P. IOANNI DE POLANCO**, secretario Societatis Iesu. Augusta Vind. 5. (12.?) Aprilis 1566.

De hac epistula (quae perisse videtur) vide supra n. 1302.

1305. **SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA**, praepositus generalis Societatis Iesu, PETRO et THEODORICO CANISIIS. Roma 9. Aprilis 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Padre Canisio Augusta." Cod. „Germ. 65" f. 96.

Placet, Theodoricum Canisium in administrando provincialis officio per tres annos persistere, quo facilius Petrus Canisius contionibus et scriptioni dare possit operam; qua Dei gloriam et salutem publicam amplificatum iri certum est. Inspecti sunt indiculi Sociorum, qui circummitti possent, una cum difficultatibus missioni maxime in Austria obstantibus. De ea tamen re ac de collegio dilingano et de PP. Stevordiano et Swagerio cum P. Natale agi oportet. Cum confessariis communicare licet facultatem absolvendi simoniacas iustis cum condicionibus. Facultas legendi libros prohibitos tribuetur „ad impugnandum" et cum delectu; quare prius per provinciales et Natalem etc. scribendum est. Pro comitiis precationes et factae sunt et fiunt. Utinam Canisius multum fructus ex contionibus capiat et bene valeat! P. Vinck Spiram ire iussus est, ne quid ibi ipso absente constitueretur.

Molto Reuerendo in christo Padre, Pax christi.

Respondero con questa breuemente alle lettere de .V. R. de .14. di Febraio et .9. di Marzzo et insieme à quella del Padre Teodorico[a], al quale potra .V. R. comunicarli et lasciarli di far resposta se gli parera, et prima del seguitar il officio per questi .3. anni detto Padre Teodorico[b] me pare bene[1], et cosi lo faccia accio .V. R. possa attendere, et à predicare et à scriuere come mostra esser inclinato, et come noi anche giudicamo sera per molto seruigio de Dio .N. S. et agiuto del ben commun.

a) *Ita in ap. manu antiqua correctum est ex* Ludouico. b) Federico *ap.*

---

[1] Officium praepositi provincialis Germaniae superioris, quod Petrus Canisius cum nomine provincialis habebat, m. Aprili a. 1565 Theodoricus Canisius eius

Se son viste le liste mandate di quelli che potreuono[a] mandarse fora con le difficulta anche che uj sono[1], nella Austria spetialmente . ma di questa materia et delle cose del collegio de dilinga, se trattara con 'l Padre Maestro Natal al quale me remito; et anche con el Padre Martino, et D. conrrago[2], et pero saro tanto piu breue intorno à loro, la faculta per absoluere si puo communicare alli confessorj piu liberamente etiam — —[b] . benche in questa conuiene aduertir alla restitucion etc.[3] . ma quanto alla faculta de[c] legger libri conuiene hauer gia dilecto et cosi[d] me pare doueria scriuir ogniuno delli Prouinciali[e], — — li donj[f] [?] per conferirgli tal faculta presuposto che quanto[g] — — saria meglio et questo ad impugnandum[h], scriuira anche il Padre Maestro Natal et il —[i] [4]. L' orationi che .V. R. ricerca per la dieta si son fatte et si fanno tutta uia benche qua si pensa sarra la dieta breue . nelle prediche etiam dessideriamo habbia dato N. S. copioso frutto a .V. R. et che l' habbia conseruato la sanita per suo maggior seruicio.

Del Assumpto de Spira gia l' ho scripto al Padre Antonio[k] — che lui stesso vada la, accio non si pigli resolutione senza la sua presentia[5]. non ho altro che dir in questa se non che tutti si raccomandiamo nelle orationi e sacrificij de .V. R. et del Padre Ludouico[6] con tutta sua prouincia. De Roma àlli .9. de Aprile .1566.

Una cum his litteris Canisio mandatu Borgiae missae sunt hae litterae communes: 1) „Il Capitolo sopra li uoti simplici che deuono fare li professi, se si deue intendere delli professi, di 4, ò, 3 uoti". 2) „La lettera latina di edificatione del PP." (de S. Pio V.); cf. supra p. 176 184 (Cod. „Def.", „Diu. ord.", in a. 1566). 3) Nuntiata est etiam, puto, mors P. Guttierez (vide supra p. 123[6]), de qua haec inveni *notata: „1566 . . . A di 4. di Aprile fù raccomandata l' anima del P. Alfonso Pinedano defunto nel collegio romano da pertutto" („Def.", in cap. „Defuncti, 1557 ad 1601" f. 1[b]).

Eodem die 9. Aprilis 1565 *Borgias* Augustam ad P. Natalem litteras dedit, in quibus eum monebat: „Para los que se juzga debrian tener facultad en essas Prouincias de leer libros prohibidos holgare embien los Prouinciales una lista a V.

a) *Sequitur* non *vel simile v., a libr. oblitteratum.* b) *Hic libr. antiquus spatium, in quo 6—10 vv. scribi potuerant, vacuum reliquit.* c) *A libr. corr. ex* dell. d) *Sequuntur vv.* el *[vel* il *vel* al*]* Padre Prouincial, *a libr. oblitt.* e) *Sequitur spatium vacuum, in quo 4—7 vv. scribi potuerant. Num scribere volebat:* inuiando al Padre Maestro Nadal? *Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.* f) *Sic ap.; corrigendum esse conicio:* nomj; *cf. supra adn. e.* g) *Sequitur iterum spatium vacuum, ut supra; cf. supra adn. e;* sarebbero più instrutti? h) enpugnandum *ap.* i) *Spatium vacuum 2—3 vv.* k) *Spatium vacuum 1 vel 2 vv.; supplendum est:* Vinck; *v. supra p. 188.*

---

frater cum viceprovincialis nomine administrare coeperat; vide supra p. 33. „Generalis . . . constituat . . . Provinciales . . . Praepositos ad triennium, ut plurimum (quamvis et contrahi et prorogari etiam id spatium temporis possit): *S. Ignatius,* Constitutiones S. J. P. 9, c. 3, n. 14.

[1] Cf. supra p. 202—203.

[2] De PP. Martino Stevordiano et Conrado Swagerio scribit; vide supra p. 109 193 et Epp. *Nadal* III 59.

[3] Facultatem absolvendi simoniacos dicit; vide supra p. 191 215[2].

[4] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[5] P. Antonium Vinck, provinciae rhenanae praepositum significat. Quid capitulum cathedrale a Sociis petierit, vide supra p. 188.

[6] De Mendoza.

Reuerencia, y que me embie su parecer despues de auerlos oydo (ex archetypo, quod est in „EB" n. 172 f. 47[a]; etiam in Epp. *Nadal* III 58—59). Mirum esse non potest, Borgiam in librorum prohibitorum legendorum facultate concedenda valde cautum parcumque fuisse. *Polancus* enim mandatu Borgiae collegii turnonensis S. J. superintendenti Roma 9. Iunii 1567 *scripsit: „Al Padre Gioan pioneo saluti V. R. da nostra parte, . . . et li dica che quanto alla lettion de libri heretici, come il Papa ua molto stretto, cosi N. Padre si stringe, et pur per confutar le opinioni deli heretici, bastano li catholici, che li hanno confutatto, come Ruffense, Ossio, Ruardo [1]" etc. (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 32[a]). Et *„Reynerus Fabricius"* S. J. in *Litteris annuis collegii monacensis", Monachio 1. Septembris 1567 datis, *narrat: Vir quidam „nobilitate et eruditione clarus [2]. . . . Pont: Max: pro legendi" libros prohibitos „facultate impetranda, scribendum curauit. Cui Pont: respondit Nobili et clarissimo uiro bene cupimus, eoque non permittimus ei librorum haereticorum lectionem; sed ut libros meliores habeat ac legat, hortamur. [Is] uero hac responsione contentus, maximam librorum haereticorum suppellectilem quam domi tenebat ijs, qui potestatem legendi tenent, donandam curauit" (ex archet. „G. Ep. VIII" f. 217[b]).

Iam paulo ante *Borgias* Canisios per Natalem moneri iusserat de epistularum Romam mittendarum ratione; ita enim *Polancus* mandatu Borgiae Roma 30. Martii 1566 Augustam ad Natalem scripsit: „Non si mandino le lettere che non importano molto per uia di Venetia, perchè si paga il porto molto grosso di Venetia a Roma. Non si piglino anche facilmente lettere d' altri forastieri per altri di fuora della Compagnia; perchè, oltre la spesa delli porti, quali si mettono a conto della prouintia doue s' è fatto il plico, c' è qua tanto da fare, che non si può andar per Roma a ricercar li forastieri, per li quali uengono le lettere, nè manco è troppo decente ricuperar il porte [a] [?] delli tali. Et in questo sarà ben si metta ordine. V. R. potrà auisar li prouintiali delle 4 prouintie di Germania, et forse bastarà la copia de parte de questo capitulo" (Epp. *Nadal* III 46—47).

Canisius Borgiae respondisse videtur sub 27. Aprilis 1566.

1306. CANISIUS **SENATUI CIVITATIS COLONIENSIS.**

Augusta Vind. sub medium m. Aprilem 1566.

Ex imagine photogr., de qua infra n. 1309.

De „Indulto tertiae gratiae".

Canisius de negotio „Indulti tertiae gratiae" (vide supra p. 116) ad 12 annos per pontificem prorogandi, quod senatus urbis coloniensis 29. Martii 1566 per litteras ipsi commendaverat (vide supra p. 213), Augusta 20. Aprilis 1566 ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem scripsit: „Coloniensis Senatus et academia [b] una cum nostris rogant vehementer, vt Romae promoueamus causam iterum Pont. Max. proponendam, vt Jndultum illud obtineatur, sicut antea desiderarunt. Promisi operam illis R. T. quae commendatos quaeso illos, illorumque procuratorem [c] D. Gropperum [3] habeat sibi, sic enim merentur."

1307. CANISIUS mandatu P. HIERONYMI NATALIS, visitatoris S. J., **MARGARITAE ARCHIDUCISSAE,** Ferdinandi I. imperatoris filiae.

Augusta Vind. sub medium m. Aprilem 1566.

Ex epistula *Natalis,* quam P. Didacus Jimenez S. J. scripsit, Natalis ipse subscripsit. Cod. „EN" n. 118 (f. 119). Natalis epistula integra ex archetypo primum typis exscripta est in Epp. *Nadal* III 63—65.

a) *Sic Epp. Nad.;* porto? *Ita certe in Borgiae registro scriptum est („Germ. 65" f. 87[b]).*
b) *Tria vv. sqq. a Can. supra versum scripta sunt.* c) *Sequitur* hab, *a C. oblitt.*

[1] Beatus Ioannes Fisher cardinalis et episcopus roffensis (Rochester), cardinalis Stanislaus Hosius, Ruardus Tapperus. [2] Wiguleus Hundt?
[3] Casparem Gropper, Rotae romanae auditorem: vide supra p. 116.

De P. Halbpaur, Margaritae confessario. Socios Augustae inter comitia imperii eius opera indigere. Societatem, quo melius Deo famuletur et homines adiuvet, sibi servare libertatem suos ex una terrae ora in alteram transferendi.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Dilinga 19. Aprilis 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de P. Hermete Halbpaur S. J. collegii oenipontani contionatore et „reginarum" sive Ferdinandi I. imperatoris filiarum Oeniponte habitantium confessario (Can. IV 219 234 766—767), cui cum P. Ioanne Dyrsio eiusdem collegii rectore haud bene conveniebat (cf. supra p. 45 89): „Por otras he escrito a V. P. como por la quiete del Collegio de Jnspruch, passando yo por alli di significacion al Padre Hermes, que le imbiaria a llamar despues de pascua para esta Dieta etc., lo quāl hize acerca dela semana santa y segun paresce se altero la Reyna Margarita que se confiessa con el dicho Padre; Despues me ha tornado a escreuir el Padre Dirsio que se haria, y que ya se mitigaua la dicha Reyna, a la qual y a la Reyna Madalena (que es dello contenta, y no se confiesa ya sino con el Padre Dirsio) hize que de mi parte escriuiese el Padre Canisio, dandoles cuenta de la necessidad que en esta Dieta teniamos dela ayuda del Padre Hermes, y de el modo y libertad que ay en la Compañia para mejor seruir a nuestro Señor y ayudar al proximo con su Diuina gracia, donde mas necessidad ay, de llamar los sugetos y mudarlos de un cabo a otro etc. y supplicando a sus Altezas[a] es a saber, a la serenisima Margarita tuuiese[b] por bien dexarle venir[c], y a la Serenisima Madalena ayudase a que su hermana fuese contenta como ella lo era."

Polancus nomine S. Francisci de Borgia Roma 9. Martii 1566 P. Dyrsium collegii oenipontani rectorem de P. Hermete Halbpaur *monuerat: „Jntellecta sunt quae de Patre H. scribuntur, et cum Patre natali tum ea, tum quae pertinent ad R. V. tractari poterunt, et simul cum Patre Canisio, qui prouidebunt, prout ad dei gloriam, et utriusque consolationem aut profectum fore iudicabunt". (Ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65" f. 79b.)

In antiqua illa **Historia* collegii oenipontani haec referuntur in a. 1563 de „reginis": „Coeperunt" de nostris „tanquam optimae matres bene mereri. Jnprimis uero D. Marghrita, ut prae caeteris ardentius coluit pietatem, sic etiam societatis institutum in maiore pretio habuit, ac alijs etiam sororibus incitamento fuit, ut collegium nostrum plurimis maximisque commodis et honoribus auxerint" (Cod. „Hist. coll. Oen." p. 3).

Margarita Canisio exeunte m. Aprili vel initio m. Maii 1566 respondit.

1308. CANISIUS mandatu P. HIERONYMI NATALIS, visitatoris Societatis Iesu, ven. **MAGDALENAE ARCHIDUCISSAE.**

Augusta Vind. sub medium m. Aprilem 1566.

Rogat eam, ut sicut ipsa P. Hermetis Halbpaur discessum aegre non ferat, ita operam conferat, ut Margarita quoque soror eundem boni consulat. Vide epistulam superiorem (n. 1307).

Dignae certe erant Magdalena, Margarita, Helena sorores, quas Societas revereretur et coleret; nam plurimis, quas in eam ante contulerant beneficiis, hoc adiunxerant novissimum, quod in litteris Oeniponte 10. Februarii 1566 ad S. Pium V. datis, quibus pontificatum ei gratulabantur, Socios vehementer commendaverant: „Hi fere unici sunt, qui labenti Ecclesiae suais laboribus, vigiliis et indefesso studio succurrunt, qui juventutem educant ut Christo lucrifaciant, qui dubitantes ad certum tramitem perducunt, aversos reducunt, omnesque quos possunt, diu noctuque juvant, erigunt, solantur, confirmant" (*Laderchius,* Annales Ecclesiastici. in a. 1566, n. 317). Ac P. *Ioannes Dyrsius,* rector collegii oenipontani, Oeniponte 10. Februarii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali *scripsit: „Saepe commendat Sereniss: Magdalena

a) *Septem vv. sqq. supra versum scripta sunt.* b) *In archet. correctum ex* tuuiesen. c) *Quae sequuntur, in margine addita sunt.*

suis sororibus in Jtalia[1] Collegia nostra, et suo tempore aliquid efficiet: Est mire diligens in rebus et negocijs Societatis promouendis tanquam fidelissima mater. Quicquid potest facit et apud fratres, sorores[2], et alios quosuis instat et rogat, qui[a] [?] multum ualet prudentissima virgo. . . . Mittunt Serenissimae Reginae Reuerentiae Vestrae et Ecclesiae domus tria pulcherrima ornamenta Altarium, seseque commendant vnice Reuerentiae V. et omnibus patribus et fratribus Romanis. Multa dant ornamenta Collegijs huius Prouinciae" (ex autographo „GSC 66" f. 395[b]).

1309. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vind. 20. Aprilis 1566.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; 1½ pp; in p. 4 inscr. et pars sig.), quae exstant in „E. C. II", n. 167 (78). Litteris usi sunt *Sacchinus*, Can. 230 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 23, et *Michel* l. c. 306.

Natalis visitator. Collegium dilinganum. Socii in comitiis. Calviniani. Religionis negotium. Pascha Augustae a Catholicis religiosissime actum; sacramentorum et contionum frequentia; P. Haivodi contio latina. Cardinalis Augustanus. Collegium augustanum. Collegium herbipolense a provincia Germaniae superioris institui nequit; collegii spirensis initia; P. Auer. Pecunia mittitur ad Fr. Vallonum a Turcis redimendum. Collegiorum angustiae nummariae. P. Natalis infirmus aquas spadanas desiderat. Bellum turcicum. Deus pro Germania rogandus est. P. Mendoza neque domum Sociorum frequentat, neque iis confitetur.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

R. P. Natalis Dilingam his diebus discessit[3], ut collegium hoc nostrum pro prudentia sua constituat . opus enim habet remedijs quibusdam ob morbos fratrum, de quibus queritur Rector[4].

De tota prouintia rite constituenda nondum hactenus egit P. Visitator[5] inueniet sane quod curet ac laboret ob varia quae se nobis offerunt, hic impedimenta. In Comicijs hactenus, Patrum duorum qui ex Vrbe missi uenerunt, usus exiguus fuit[6]. Nunc Caluiniani[b] coeperunt liberius agere, et Religionis causam urgent contentiose[7]. Nondum uero constat, an patietur tempus, ad hanc de Religione tractationem descendere. Catholici Pascha celebrarunt egregia cum pietate, ut aduersarijs etiam exemplo fuerint. Jn sacramentis administrandis multum a nobis est laboratum. Jngens enim Jtalorum, Hispanorum et Germanorum numerus fuit, qui per nos Domino sunt reconciliati[8].

a) *Corrigendum videtur:* quae *vel* quia. b) Caluiani *autogr.*

[1] Ioannae ducissae florentinae et Barbarae ducissae ferrariensi; et Florentiae et Ferrariae collegium Societatis erat.

[2] Maximilianum II. imperatorem, Carolum Styriae et Ferdinandum Tirolis principes, Annam Bavariae ducissam etc.

[3] Discessit 16. Aprilis (Epp. *Nadal* III 63).

[4] P. Theodoricus Canisius. [5] Natalis.

[6] Natalis et Ledesmae, Roma a S. Pio V. missorum, ut cardinalis Commendoni theologos agerent.

[7] Augustae Michael Diller, Friderici III. electoris palatini et capitis Calvinianorum contionator aulicus, in eos, qui Christum in sacramento Coenae Domini vere adesse dicerent, petulanter invehebatur, eos carniphagos et Capharnaitas etc. appellans (*Donawer* l. c. 43. *Kluckhohn* l. c. I 655).

[8] Confer infra monum. aug. (a 12).

Nec deest frequens conuentus contionanti. Confessarios habuimus sex Augustae[1]. Accessit et contio P. Gaspari Latina in die Coenae Domini habita cum laude audientium plurimorum[2]. De rebus Collegij Dilingensis et domus nostrae nihil actum est hactenus: nec uideo, quid speremus. Distrahitur animus Cardinalis[3] hoc tempore uarijs curis. Non desunt, qui cupiant collegium et scholam nostris Augustae dari. Sed nouit Dominus cum tentatione dare prouentum[4].

Quod ad Herbipolense collegium spectat, cupit Episcopus ad se mitti aliquem e nostris, ut serio de structura et alijs tandem definiatur[5]. P. Visitator mecum in hac est sententia, vt nihil promittamus, quod ex hac quidem prouintia praestare non possumus ad hoc collegium instituendum. Est autem ingens nobis penuria professorum et Germanorum, quos Herbipoli ualde constantes in spiritu esse oportebit. Jgitur si placet R. V. missum faciemus hoc collegium, etsi non ignoremus, Episcopo[a] ante promissum fuisse, hoc primum in Germania collegium posthac instituendum esse. Nunc Spirense praecedet fortasse, modo idoneum inueniant contionatorem[6]. Archiepiscopus Moguntinus serio scripsit, vt D. Lambertus ad collegium suum Moguntinum reuertatur[7]. nec Spirae diutius maneat, etsi Prouintialis contrarium postulauerit.

Coloniensis Senatus [*ut supra p. 222*].

Quod ad redimendum apud Turcas fratrem[8] attinet, mittimus pecuniam pro nostra tenuitate. Quae summa si non sufficiet ex parte prouintiae nostrae, soluemus postea, quod adiectum isthic fuerit, quum nunc multis sumptibus et debitis haec collegia sint grauata satis. Veneti scripserant, 80 ducatis hunc fratrem redimi posse.

a) *Sequitur* id, *a C. oblitteratum.*

---

[1] PP. Canisium, Natalem, Ledesmam, Jimenez (de quo vide supra p. 187), Haivodum (de quo infra adn. 2), Wendelinum Völck; de hoc *Theodoricus Canisius* viceprovincialis Dilinga 23. Novembris 1565 ad Borgiam *rettulerat: Eum Augustae ab omnibus amari; neque minorem esse numerum eorum, qui ipsi peccata confiterentur, numero eorum, qui antea eiusdem rei gratia P. Guilielmum Elderen adissent (ex autogr.; „G. Epp. VI" f. 86[a]).

[2] P. Gaspar Haivodus S. J., Dilinga arcessitus, contionem hanc 11. Aprilis habuit; qua proxime ad capitulum cathedrale dixisse videtur; vide *Can.* III 109.

[3] Truchsess. [4] 1 Cor 10, 13.

[5] Praeter alios Friderici a Wirsberg episcopi herbipolensis oratores comitiis intererat Balthasar ab Hellu ipsius cancellarius (*Abschied* etc. [vide supra p. 153[1]] 578). Atque huic, ut nemini magis, negotium collegii Herbipoli condendi curae erat; vide *Can.* IV 376 642 897 et supra p. 128.

[6] Natalis igitur et Canisius censebant, herbipolense collegium non per provinciam Germaniae superioris, sed (perinde ac de spirensi collegio fiebat) per rhenanam, cui P. Antonius Vinck praeerat, incohandum esse. De spirensi collegio vide Epp. *Nadal* III 756—759.

[7] P. Lambertus Auer, collegii moguntini rector, m. Ianuario a. 1566 Danielis Brendel archiepiscopi permissu Spiram ad contiones in templo cathedrali habendas iverat; vide supra p. 181 188.

[8] Bartholomaeum Vallonum, Societatis scholasticum; vide supra p. 58—61.

Commendamus nos plurimum sacrificijs et precibus R. T. ac Patrum omnium . Comiciorum finem sequenti mense futurum putamus.

Condolemus R. P. Natali, qui aegre in Vrbem reuersurus uidetur, si has uicinas prouintias peragrabit. Magis magisque grauat illum senectus. Optauit aliquando thermas adire, quae non sunt procul a Leodiensibus[1]. Sed[a] Austriam nunc prius inuisere cogitat. Turcam in Hungariam progredi audimus. Hic tot diebus de pecunia colligenda[2] nihil definiunt. Videmur iratum habere Deum, neque tempus uisitationis agnoscere[3]. Tanto magis pro Germania rogandus est Dominus, ut auertat iram suam a nobis[4].

P. Lodouicus[5] neque P. Natali, neque mihi in eo placet, quod ad nos rarissime veniat[b] — Jdem dictum sit de socio P. Lodouici[6] —, et uelut Societatis non esset, nobiscum nihil conferat, neque nostris etiam, ut puto, confiteatur[7]. Audio ex Vrbe illum tentatum abijsse. Hoc dixerim, ut certius intelligam, quo in loco sit nobis habendus post discessum P. Visitatoris, qui suadere uisus est, ne longius quam ad finem Comiciorum usque hic relinqueretur.

De alijs expectabo responsum, scripsi enim alias fuse. Augustae 20 Aprilis .1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo padre, P. Francisco de Borgia [P]reposito generale della [Compag]nia di JESV. Jn Roma.

Mirum non est, P. Ludovicum de Mendoza S. J. his Canisii litteris incusari; nam *Paulus III.* 18. Octobris 1549 constituerat, „quod quilibet ex sociis Societatis . . . peccata sua proprio Praeposito, vel ab eo deputato seu deputatis, et alias secundum ordinationes Societatis . . . designatis, confiteri debeat; nisi super hoc a dicto Praeposito alium Confessorem eligendi facultatem habuerit“ (*Litterae* apostolicae, quibus institutio, confirmatio, et varia Priuilegia continentur Societatis Iesu, Antverpiae 1635, 41). Ac „*Regulae* communes“ Societatis eo tempore ita habebant (n. 11): „Dum quis iter faciens ad domum, uel Collegium Societatis diuertit, eius obedientiae subiaceat, qui illic praeest in ijs rebus, quae ad domus, uel Collegij disciplinam pertinent“ (Regulae communes, in Cod. „10“ p. 70—71). Ac fortasse illo iam tempore Societatis consuetudo id habebat, quod postea (1566—1567 vel 1580—1582) in ipsis etiam „Regulis communibus“ ita prolatum est (n. 48): „Cum quis iter faciens transit per locum, ubi Domus aut Collegium Societatis sit, ad aliud hospitium ne diuertat, eiusque, qui illic praeest, obedientiae subsit in omnibus“ etc. (*Regulae* Societatis Iesu, Dilingae 1599, 28—29.) Certe et in gratiam cardinalis Augustani,

a) *A C. corr. ex* Sex. b) *Septem vv. sqq. a C. in margine addita sunt.*

[1] Natalis (natus a. 1507) a. 1562 aquam fontium spadanorum (Spa, prope Leodium, in regno belgico) biberat sibique salubrem esse expertus erat; ex quo tempore, ut ipse ait, „semper retinuit desiderium redeundi, si liceret“ (Epp. *Nadal* II 97). [2] Pro bello turcico.

[3] Lc 19, 44; cf. Ir 8, 12; 10, 15; 50, 31; 1 Petr 5, 6 etc.

[4] Ps 84, 5; cf. Dt 13, 17; 2 Par 29, 10; Bar 2, 13 etc.

[5] De Mendoza, cardinalis Truchsess confessarius.

[6] Is erat frater laicus, nomine Ioannes (**Indiculus* Sociorum a. 1566 Roma missorum [de quo supra p. 110[6]] f. 35; Epp. *Nadal* III 165 191).

[7] Vide, quae de hac re sub ipsas hasce litteras dicentur.

et quia domus Sociorum augustana angusta erat eoque tempore complures iam hospites habebat, Mendozae a praepositis permissum est, ut cum socio ad tempus ad cardinalem diverteret; cf. supra p. 186.

Huius epistulae caput aliquod per Sanctum Franciscum de Borgia cum Sancto Pio V. pontifice communicatum est; ita enim *Borgias* Roma 7. Maii 1566 Augustam ad P. Natalem rettulit: „Si sono riceuute quelle [di V. R.] di 19. del medesimo [Aprile], et ci siamo consolati in Domino della buona recolta di questa settimana santa in Augusta, et anche s' è ralegrata Sua Santità alla quale si mostrorno le lettere, con un capitulo di quelle del Padre Canisio" (ex archetypo ab ipso Borgia subscripto, quod est in „EB" n. 175, f. 53[a]: etiam in Epp. *Nadal* III 112).

Borgias Canisio respondit 7. Maii 1566.

1310. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 20. Aprilis 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio". „Germ. 65" f. 98[b]—99[a]. Epistulae particulam germanice versam posui in „*Stimmen*" etc. LXXI 326—327.

Quae Canisius de novis legationibus per Germaniam a se obeundis notavit, pontifici exponentur, ac quidquid ille, rebus intellectis, statuerit, optimum habebitur.; Utrum Canisio Herbipolim eundum an Augustae manendum sit, P. Natalis definiet idem definiet, utrum provinciae Germaniae superioris cura Theodorico Canisio committenda sit necne. P. Ledesma in Germania relinqui nequit. Si Socii in Germania non habebunt, quem in locum P. Torrensis substituant, Socii romani providebunt.

Pax *etc.* Ho riceuuta quella de V. R. di .23. de marzo . et uiste le raggioni che allega, circa li discorsi suoi per Germania, et si uedera di farlo intendere à sua Santità et quel tanto che risoluera doppò la informatione, reputaremo il meglio [1].

Del andar in Herbipoli, o restar in Augusta, .V. R. trattera col Padre maestro Natal, al qual mi rimetto in questo, et anche circa il dar la cura dela Prouincia sua àl Padre Theodorico [2].

Del Padre Ledesma, come scriuo al Padre Natal, non si potra far dissegno per adesso, che resti in Germania, et in loco del D. Torres [3], se di là, non hanno modo di prouedere, si uedera l' aiuto che se li potra dare, et perche de altre cose si scriue al detto Padre Natal, il qualle comunicara con V. R. solamente aggiongero, che nelle orationi *etc.* De Roma .20. di Aprile .1566.

Vel una cum his litteris vel exeunte m. Aprili a. 1566 Roma per Polancum Canisio missae sunt „le regole communi del Collegio germanico" (cf. Card. *Steinhuber* l. c. I^2 26—27). Ita *notatum est in Cod. „Def.", Divv. Ordd., in a. 1566.

Misit Borgias Augustam una cum hac epistula (ut ex ipsa intellegitur) alteram, eamque eodem die ad Natalem datam; ad quam cum Borgias ipse Canisium remittat, aliqua saltem ex ea hic ponenda esse censeo. Ita igitur *Borgias*: „Acerca delas misiones no hemos de faltar de obedecer a Su Santidad . pero si parecen poco fructuosas las de aquellas partes que estan remotas delos collegios, y donde los

[1] S. Pius V. Canisio mandaverat, ut, cum comitia absoluta essent, legationem a Pio IV. ipsi commissam prosequeretur; id quod Canisius non censebat expedire (vide supra p. 163 208). Ceterum vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Canisio; cf. infra monum. varia (15).

[3] P. Hieronymi Torrensis, theologiae professoris in universitate dilingana.

nuestros no pueden mucho detenerse, aca informaremos a Su Santidad y por la intelligencia que tiene delas cosas conuenientes a Religiosos ultra de su santa mente, podra ser nos de orden de hazer lo que juzgaremos ser a mayor gloria diuina, y ayuda dela yglesia. Asi mesmo se le comunicara lo dela peregrinacion del padre Canisio: y podra ser se contente que cese.... El no seruirse delos nuestros el Illustrissimo legado deue de ser porque el siente no auer necessidad dello. Bastara que los nuestros esten offrecidos a su seruicio, mostrandole todo el respecto, y amor que se le deue, no solamente por el grado y lugar que tiene, mas aun por la buena uoluntad y obras que en el hemos conocido siempre para con nuestra Compañia.... El diseño de aceptar Tudescos en la Compañia que tengan buenas partes, es bueno[1]. y para que esto se pueda hazer en essas dos Prouincias dela superior Germania y Austria, me parece bien aliuiarlas, embiando algunos a Roma, y por aora bastara se embien doze entre essas dos Prouincias, y si parece a V. Reuerencia que ayan de ser mas, me auise . y esperese mi respuesta.... El offrecerse .V. Reuerencia para la guerra de Hungria a Su Magestad pienso hauer escripto, que no parece conuenir; aunque la buena uoluntad acceptara Dios N. Señor" (ex archetypo a Borgia subscripto, quod est in „EB" n. 173; etiam in Epp. *Nadal* III 67—70).

Quod ad Commendonum legatum attinet, hic paulo post copiose usurus erat Sociorum opera; vide infra p. 230.

Quodsi S. Pius V. Socios legationibus missionibusque apostolicis etiam in iis Germaniae partibus, quae a Societatis collegiis longe distarent, fungi volebat, Societatis praepositi metuebant, ne ea re disciplina religiosa labefactaretur; ac merito confidebant, Pio V., qui et ipse religiosus (ordinis Praedicatorum) esset et disciplinam religiosam diligentissime tueretur, facile id persuaderi posse. Ea tamen ratione haec et per Canisium Borgiae et per hunc proposita sunt pontifici, quam *Sanctus Ignatius* iis, qui plene integreque oboedientes esse vellent, significaverat. Ita enim ille in Constitutionibus Societatis, ubi „de missionibus Superioris Societatis" agit et „eum, qui mittitur", „plenam ac omnino liberam sui dispositionem Superiori ... relinquere" debere docet, simul monet: „His non repugnat proponere motus animi aut cogitationes, quae in contrarium occurrunt; subiiciendo suum sentire et velle ei, quod ipsius Superior Christi Domini nostri loco sentiret ac vellet" (P. 7, c. 2, n. 1 et I). Atque in insigni illa „de virtute obedientiae" epistula, qua etiam illa, quae „Generali erga illum, quem Deus ipsi praefecit, nempe suum in terris Vicarium, observanda sunt", complectitur: „Nec tamen idcirco vetamini, si quid forte vobis occurrat a Superioris sententia diversum, idque vobis, consulto suppliciter Domino, exponendum videatur, quo minus id ad Superiorem referre possitis. Verum in hac re, ne vos amor vestri iudiciumque decipiat, illa cautio est adhibenda, ut animo sitis et ante et post relationem aequissimo, non solum quod pertinet ad eam rem, de qua agitur, vel suscipiendam vel deponendam; sed etiam ad approbandum rectiusque putandum quidquid Superiori placuerit" (n. 19. *Institutum* S. J. III 32—33).

1311. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vind. circa 27. Aprilis 1566.

Ex P. *Natalis* litteris archetypis, quae sunt in Cod. „EN" n. 120 (f. 80^b). Litterae Natalis integrae ex archetypo primum editae sunt in Epp. *Nadal* III 72—77.

Num et quibus cum condicionibus Magdalenae, Margaritae, Helenae archiducissis confessarium a Societate dandum esse censeat.

P. Hieronymus Natalis S. J. Augusta 27. Aprilis 1566 S. Francisco Borgiae scripsit: „Yo embio a V. P. con esta lo que he escrito a Maestro Dirsio diziendole que escriua su parescer a V. P. y de lo mismo he dicho escriuan a Maestro Hermes y al Padre Canisio."

---

[1] De hoc Natalis et Canisii desiderio vide supra p. 210.

Canisii litterae perisse videntur. Ex Natalis autem epistulis (l. c. 70—72 74—76 83) haec intelliguntur: Oeniponte inter Magdalenam, Margaritam, Helenam archiducissas non conveniebat de confessariis. Magdalenae enim deliberatum erat non confiteri P. Hermeti Halbpaur S. J.; reliquae vero nolebant confiteri confessario Magdalenae, qui erat P. Ioannes Dyrsius collegii oenipontani rector. Neque spes erat fore ut archiducissae sive „reginae", quas vocabant, a propositis revocarentur. P. Natalis autem a Societate unum tantum confessarium, qui tribus reginis communis esset, concedendum esse censebat, idque ita, ut si, compluribus Societatis sacerdotibus propositis, in neminem convenissent, nemo daretur. Quare P. Hermetem Halbpaur Augustam, ut pro Canisio contionaretur, evocavit et de P. Nicolao Lanoio, provinciae austriacae praeposito, Oenipontem ad munus illud obeundum arcessendo cogitabat. Ferebant etiam, reginas id agere, ut Oeniponte monasterium S. Crucis, quod Franciscanorum erat, in monasterium virginum mutaretur, in quod reginae et ipsae transmigrarent; castitatis enim votum iam emiserant. Ex altera vero parte Sociis praeceptum erat: „Non debent curam . . . mulierum religiosarum . . . suscipere, ut ordinarie illarum confessiones audiant vel ipsas regant" (Constitutiones S. J. P. 6, c. 3, n. 5). Iudicabat quidem Natalis, praepositum generalem in ea lege dispensare posse; simul tamen magna cautione opus esse intellegebat; iam enim de reginarum negotio rumores haud ita grati exstiterant; ac Societati a Maximiliano II. imperatore et a Ferdinando II. archiduce — uterque reginarum erat frater — timendum erat.

Borgias Canisio respondit 16. Maii 1566.

1312. MARGARITA AUSTRIAE ARCHIDUCISSA CANISIO.

Oeniponte exeunte m. Aprili et initio m. Maii 1566.

Ex P. Natalis litteris archetypis, quae exstant in Cod. „EN" n. 125 (f. 92ᵃ). Litterae Natalis integrae ex archetypo primum vulgatae sunt in Epp. *Nadal* III 115—121.

Instat, ut P. Halbpaur confessarius suus Augusta Oenipontem remittatur.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Augusta 11. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de Margarita archiducissa, quae P. Hermetem Halbpaur confessarium suum Oeniponte Augustam evocatum esse (v. supra in n. 1311) aegre ferebat neque P. Ioanni Dyrsio Magdalenae sororis confessario confiteri volebat: „Lo de Jnspruc, Padre, Vaᵃ muy difficil, por que esta la Magdalena muy determinada de no confessarse con H., y Margarita, no, con D. y esta no haze sino escreuir cartas fuertes."

Margaritam aut soli Canisio, aut, si Natali scripsit, etiam Canisio scripsisse satis certum est ex iis quae posita sunt supra p. 223. Cf. etiam *Can.* IV 228 768.

Natalis ad ea, quae supra posui, haec addidit: „Nosotros hasta aqui no auemos escrito alla otra cosa, sino que Maestro Hermes es Venido para ayudar al Padre Canisio, y realmente era necessario, como se ha visto a la esperiencia por los negocios que hemos tenido y tenemos entre manos; y hasta ora no hemos dicho si, ni, no, de su tornada" (l. c.).

Canisius Margaritae respondit 11. Maii 1566.

1313. PP. HIERONYMUS NATALIS, PETRUS CANISIUS, IACOBUS LEDESMA, S. J., CARDINALI IOANNI FRANCISCO COMMENDONO, pontificis in comitiis imperii romani legato. (Litterae primae.)

Augusta Vind. inter 24. Aprilis et 5. Maii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (V), quae exstant Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento, n. 149" f. 272. Litterae (2°: 1½ pp.) manu P. Didaci Jimenez (Ximenez) S. J. scriptae sunt, praeter particulam postremam

a) *Ita in archet. correctum est ex v., quod iam legi non potest.*

(„Haec a nobis" — „iudicio"), quam Canisius scripsit, et tria nomina litteris subscripta, quae autographa sunt. In litterarum capite (a Natale vel Ximenio?) positum est „A", et sub eo (a P. Ioanne de Polanco Societatis secretario?): „4 Maij 1566." Huius et sequentium 5 epistularum (n. 1313—1318) apographa (X) saeculo XVIII., nisi fallor, (ex spadiano codice [de quo paulo infra]?) exscripta exstant Romae in bibliotheca vaticana, Cod. „Lat. 3376 olim XLII 61" f. 168ᵃ—169ᵇ 170ᵇ—174ᵇ 175 178ᵇ—183ᵃ 184ᵃ—185ᵃ 176ᵃ—178ᶜ. Exstant etiam huius epistulae et 3 proximarum (1313—1316) apographa eaque saec. XVII. vel XVIII. (ex codice spadiano?) exscripta Londini in museo britannico, Cod. „Egerton 1088. Plut. 541. E." p. 666—668 669—673 665—666 673—677; quia autem archetypa prae manibus erant, apographa londinensia neglegi poterant. Litteras (n. 1313) primus typis vulgavit *Jac. de Laderchio* Congr. Or. in „Annalium Ecclesiasticorum" Baronii continuatione (Annales Ecclesiastici. Tom. XXII., Romae 1728, p. 128 [in a. 1566. n. 233]). Qui tamen non litteris archetypis est usus, sed apographo Romae a „peregrino et extero", ut ipse ait, iuvene exscripto ex exemplo „in bibula, necnon corrosa papyro", „barbaro quoque, seu Gothico, obscuroque charactere" scripto, quod exstabat in „Bibliothecae clar. mem. Fabritii Cardinalis Spadae" († 1717) Codice n. 138 (l. c. p. 119 [n. 230]). Litterae ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 88—90. Particulas (ex Laderchio) posuit *K. Köhler* in „Jahrbücher für deutsche Theologie" XXIII, Gotha 1878, 572[1] [3]. Litteris usi sunt *Kröss* l. c. 175 et *Duhr*, Jes. I 828[1].

Cardinali, num „pax religionis" a. 1555 inita cum dogmatis concilii tridentini pugnet, quaerenti respondent: Non pugnat. Catholici tantum, ut peiora effugerent, iurium suorum suspensionem ad tempus, quoad ad eadem vindicanda vires sibi suppeterent, permiserunt. Qui docendi sunt, pontificem pacem illam non approbare, sed, ut catholici eam confirment et servent, permittere. Curandum, ut iidem in ipsis comitiis dogmata tridentina palam profiteantur. Durius nihil agendum, nisi pontifice consulto.

† Jhesus. Proposita haec est quaestio.

Si pax eiusque conditiones annexae, quemadmodum in Recessu Jmperiali Anno 1555 Augustae sancitae[1], deinde anno 57. et 59 in Jmperio confirmatae fuerunt[2], in hoc ipso Recessu rursum confirmarentur: An idcirco quod ad Catholicos attinet, dogmatibus Concilij Tridentinj praeiudicaretur?

Contra huius Concilij dogmata quae fidei esse intelligimus, fieri uel praeiudicari non videtur si pax in Superioribus Recessibus constituta, nunc iterum confirmetur, dum Germaniae Status in his tantis dissidijs grauiter sane laborat[a] [?].

Deinde si adiectae huic paci conditiones expendantur, videntur illae omnes constare cum dictis dogmatibus Concilij, cum earum nulla contra Catholicum dogma in eodem Concilio definitum facere uideatur. Jn quibus quidem conditionibus aliud esse nihil intelligimus, praeterquam permissionem, dissimulationem[b] Ecclesiasticae iurisdictionis, ac

a) *Sic VX Lad.; legendumne* laborant? b) dissimulationes *Lad.*

---

[1] Huius pacis editio critica exstat in „Beiträge zur Reichsgeschichte 1553 bis 1555" von *Aug. Druffel*, ergänzt und bearbeitet von *Karl Brandi* [Briefe und Akten zur Geschichte des 16. Jahrhunderts IV], München 1896. 724—744.

[2] Hae confirmationes in comitiis imperii a. 1557 Ratisbonae et a. 1559 Augustae factae exstant in libro: „Aller deß Heiligen Römischen Reichs gehaltener Reichstäg Ordnung, Satzung vnd *Abschied*, Meyntz 1621", 497 519.

iuris etiam Jmperialis debiti suspensionem[1]. Quae media ab aduersarijs obtrusa idcirco, a Catholicis acceptata videntur, ut durae et ineuitabili necessitati temporum, et Sectariorum peruersitati ad tempus cedatur[2], utque maiora mala euitentur, cum grauissimus metus qui in viros constantes cadere poterat, ipsis uideretur consilijs[a] melioribus locum non reliquisse[3].

Quoniam uero nonnullae suspiciones et praesumptiones malae, huiusmodi paci eiusque conditionibus possunt[b] opponi, ne praeterea Concilio Tridentino ratione ulla praeiudicari[c] videatur; ualde optandum et omnino curandum uidetur, ut in hoc postremo Recessu, cum Catholici dictam pacem confirmare uoluerint, expressam mentionem et professionem faciant dogmatum Concilij Tridentinj.

Neque parum referet[d] illud, ut quae statuentur de pace, affirmatiue, reliqua uero de conditionibus, quibus Catholici grauari videbuntur, non nisi negatiue[e] enuncientur, ut factum permitti, non ius uel potentia statui videatur. Sic enim recte dicetur: Pacem seruabimus, Augustanae Confessionis homines non molestabimus, iurisdictionem non exercebimus stante pace etc.

Caeterum ut Catholici status in hoc negotio rectius instruantur, illud etiam atque etiam Catholicis ijsdem inculcandum videtur: Sanctam sedem Apostolicam ferre quidem dolenter hanc Catholicorum in Germania iniuriam et necessitatem[4], ut qui ob vigentes[f] nunc haereses

a) Concilijs *X*. b) possint *X Lad.* c) praejudicare *Lad.* d) refert *Lad.* e) enuntiative *Lad.* f) ingentes *Lad.*

---

[1] Concedebatur iurisdictionis ecclesiasticae (episcopalis), quantum illa ad homines augustanae Confessionis spectaret, „suspensio"; concedebatur etiam, ut imperii ordines protestantes bona ecclesiastica (monasteria et collegia etc.) ab ipsis occupata retinerent, nisi bona illa ordinum imperii fuissent vel post pactum a. 1552 Passavii initum occupata essent (*Janssen* l. c. III[17–18] 790). Imperatoris autem fuerat, haereticos punire, iurisdictionem ecclesiasticam tueri, bona ecclesiastica, si quae ablata essent, recuperare. Plura de hac re infra dicentur.

[2] In ipsis pacis augustanae litteris sive „instrumento", quod vocant, statuebatur: [Es] „sol die streitig religion nicht anderst, dan durch christliche freuntliche, friedliche mittel und wege zu einhelligem, christlichem verstant und vergleichung gepracht werden" (art. 3); statuebatur etiam, ut iurisdictio ecclesiastica, quantum ad protestantes spectaret, „suspenderetur" „bis zu entlicher christlicher vergleichung der religion" (art. 8), atque ut integra illa pax rata esset et servaretur „bis zu entlicher vergleichung der religion und glaubenssachen" (art. 12) etc. (*Druffel-Brandi* l. c. 727 737 741.)

[3] Pacem augustanam haud ita faustam fuisse historici iam fatentur. *Ioannes Janssen:* [Der Religionsfrieden] „barg schon in sich selbst den Samen fortwachsender Zwietracht, . . . wurde für das Volk eine neue Quelle unsäglichen Jammers" (l. c. III[17–18] 801 802). *Sigismundus Riezler:* „Nur durch das Gleichgewicht der streitenden Mächte erzwungen, in manchen Punkten unklar und zweideutig, ward er in der Folge zur Quelle unaufhörlichen Haders" (Geschichte Baierns IV, Gotha 1899, 463).

[4] *Paulus IV.* in litteris apostolicis Roma 18. Decembris 1555 ad Ferdinandum I. Romanorum regem datis „recessum" augustanum, quo pax illa sanciebatur, „perniciosum" vocaverat, atque in litteris eodem die ad Wolfgangum a Salm episcopum passaviensem missis de eadem pace scripserat: „Quid alienius ab ea [i. e. a

exequutioni iuris ad tempus cedere, multaque a Sectarijs indigna ferre cogantur[a], donec nimirum Christus JESVS illorum vires augeat, quibus ius suum pro dignitate possint persequi[1]; nec tamen idcirco ab eadem Romana Ecclesia probari, quicquid in his Recessibus[b] actum est, nec pacem hanc publice constitutam laudari, Permittit interim nec impedit, pro materna sua in filios indulgentia, quod Principes Catholici huiusmodi pacis conditiones admittant, confirment, et obseruent, quando illi rebus Germaniae tam afflictis, et praesenti necessitati hac ratione consulendum esse arbitrantur.

Postremo, neque cum dictis Principibus, neque cum N.[2] in hac causa durius videtur agendum, donec Sanctissimus D. N.[c] primo quoque tempore consulatur, eoque maxime consilia dirigenda, ut interim Tridentini Concilij mentionem et professionem in ipso Recessu diserte illi interponant, sicut est supradictum; aut[d] si hoc forte nequeat obtineri, ut ijdem in congregatione[e] Principum hac ipsa[f] de re mentem suam declarent, publiceque testentur. Quod eorum testimonium in acta referri, et apud posteros ualere poterit aliquando Christo auxiliante.

Haec a nobis dicta sint et subiecta reuerenter S. D. N. et S. Sedis[g] Apostolicae, omniumque rectius sentientium iudicio.

Hieronimus Natalis † Petrus Canisius . Jacobus Ledesma.

Commendonus ipse Natali, Canisio, Ledesmae tum has quaestiones, tum eas, quae infra n. 1314 1315 ponentur, proposuit atque eos scriptis respondere responsorumque exemplis nomina subscribere iussit; qui de nulla re inter se discrepabant. Ita enim *Natalis* Augusta 5. Maii 1566 Romam ad Borgiam de Commendono, quem littera „L" significabat, rettulit: „Nos consulta molt clarament com veura .V. P. en las scripturas, y ha volgut que lj donassem copia de totes firmades de nostres noms . ellas son .6. scilicet †, a. b. c. d. e.[h]. La †[i] no es firmat que es lo que ha traduit .C. del reces en el alemany, el .A. b. et c. son respostes a questions quens demena

a) cogatur *X Lad.* b) necessitatibus *Lad.* c) a Sanctissimo Domino Nostro *Lad.* d) at *Lad.* e) congregationem *V;* congregationes *X.* f) *In V correctum ex* ipsi. g) Sanctissimo Domino Nostro, et S. Sedi *Lad.* h) *In archetypis Natalis litteris sequitur* f; *quod tamen perperam additum est; v. Epp. Nad. III 110*^{a,b,c}. i) *Ita in arch. correctum est ex* a.

---

fide catholica] potuit deliberari, quam quae in Augustae proximi Conventus Recessu decreta fuisse accepimus?" (*Raynaldus,* Annales ecclesiastici l. c. in a. 1555, n. 51 53.) Facile etiam credi potest, quod *Bzovius* narrat: Cum orator caesareus „commemoraret . . . iusiurandum in pacificatione praestitum, Pontifex . . . de iureiurando dixit, se ab illicito illo iuramento liberare et absoluere Caesarem et Ferdinandum: imo imperare, vt illud non attendant": Annalium R. P. F. *Abrahami Bzovii* Continuatio . Tom. XX, Coloniae Agrippinae 1641, in a. 1555, n. 36. Neque tamen haec in Germanorum notitiam venisse videntur; atque saeculis XVI. exeunte ac XVII. ineunte et theologi catholici et iurisperiti erant, qui pacem religionis a. 1555 ipso pontifice sciente initam esse existimarent (*Fel. Stieve,* Der Ursprung des Dreißigjährigen Krieges 1607—1619, I, München 1875, 266 et Anm. p. 93—94).

[1] De hac condicione sive temporis definitione vide, quae dicentur infra post n. 1316.

[2] Maximilianum II. imperatorem significari intellegitur cum ex tota rerum illarum augustanarum condicione tum maxime ex iis, quae de „protestatione" apud Maximilianum interponenda in proximis litteris dicuntur; vide infra p. 237.

.L. . . . Hauem firmat de nostres noms" A B C D E; „y aço ha vulgut el per che estas scripturas ha volgudes embiar al amic de rodrigues [1] . . . nosaltres no hauem pugut dir altre sino lo que nos ha paregut en nostres conscienties y ninguna cosa va scrita nj se ha dita sino de comun consentiment de tots .3. en lo que resta dela determinatio del amic [2] tambe volriam que si metes gran moderacio patientia y longanimitat, per no meter en peril tant gran tots los catholics destas parts sens euidents y necessarias causas. io spere que el amic anera en mansedumbre etc. y V. p. aiudara" (ex autographo, quod est in Cod. „EN" n. 124; etiam in Epp. *Nadal* III 110—111).

Una igitur cum his responsis Natalis Romam misit etiam scriptum cruce, non nominibus Sociorum, signatum, in quo „C." sive Canisius aliqua ex germanico illo comitiorum a. 1555 Augustae habitorum recessu verterat. Atque Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento n. 149" f. 11 brevis haec et latina recessus sive „pacis religionis" *summa adhuc exstat, eaque sic est inscripta: „Ihesus. Recessus Regis Romanorum D. Ferdinandi, et statuum totius Imperii in comitiis Augustanis, anno 1555 celebratus, vel firmatus". Complura ex hoc scripto (cuius apographum a. 1906 scriptum mihi praesto est) infra n. 1316 ponam. Vide etiam infra n. 1318 et monum. aug. (c 15) (c 16) (c 18)—(c 32).

In superiore parte paginae prioris litterarum archetyparum manu antiqua, quae Polanci esse omnino videtur, scriptum est: „4 Maij 1566"; quod si cum epistula n. 1318 et cum mon. aug. (c 88) (c 89) infra ponendis contuleris, ita, puto, interpretaberis, ut et haec responsa et quae proxime sequentur (n. 1314 1315 1316) — his nullum tempus ascriptum est — 4. Maii 1566 Commendono legato tradita esse dicas, qui per Andream Caligarium ea Romam perferenda curaret. Accedit, quod *Natalis* litteris catalaunicis ad Borgiam 5. Maii 1566 datis, quas supra dixi, hoc adiunxit Postscriptum: „aquest despaig va per l'auditor del legat mestre andrea y te orde de anar primer a V P, pregant la que subito vaja al amic y done la sua informatio, y faça l'offici que podra antes que altre puga scaber que se trata" (l. c. n. 124; etiam in Epp. *Nadal* III 112). Cum autem Commendonus brevi post d. 23. Aprilis Socios consulere coeperit [vide infra mon. aug. (c 16)], neque valde probabile sit, hosce uno illo die 4. Maii praeter litteras Borgiae destinatas (infra n. 1317 1318) tum hanc responsionem tum proximas scripsisse, equidem conicio, epistulas sive responsiones et declarationes n. 1313—1316 inter 24. Aprilis et 5. Maii 1566 ab iis compositas et conscriptas esse.

Hae litterae, a Commendono Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis praepositum generalem missae, a Borgia 13. Maii 1566 S. Pio V. traditae sunt: plura vide infra, post ep. n. 1318. Ioannes Andreas Caligari, qui eas secum attulit, Romae utriusque „Signaturae" pontificiae „Referendarium" agebat; Augustam autem missus erat ad novae legationis insignia Commendono deferenda (*Laderchius* l. c. p. 119—120 [n. 230]); postea apostolicus nuntius in Polonia (1578—1581) et Stiria (1584—1587), brictinoriensis (Bertinoro) episcopus (1579—1613), apud complures summos pontifices magister epistularum fuit; cf. *F. X. Pierling* S. J., La Russie et le Saint-Siège I, Paris 1896, 419—430; *Rob. Reichenberger*, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1585 (1584)—1590, 2. Abt. I, Paderborn 1905, 432—469; *Duhr*, Jes. I 842.

1314. PP. HIERONYMUS NATALIS, PETRUS CANISIUS, IACOBUS LEDESMA, S. J., CARDINALI **IOANNI FRANCISCO COMMENDONO,** pontificis in comitiis imperii legato. (Litterae secundae.)

Augusta Vind. inter 24. Aprilis et 5. Maii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (V), quae exstant Romae in archivo vaticano „Conc. di Trento, n. 149" f. 274^a—275^a. Litterae (2°; 3 pp.) manu P. Didaci Jimenez S. J. scriptae sunt, praeter particulam postremam („Haec a nobis" —

[1] S. Pio V.; vide supra p. 218[2]. [2] Pii V.

„sentientium"), quam Canisius scripsit, et tria nomina litteris subscripta, quae autographa sunt. In litterarum capite (a Natale vel Ximenio?) positum est „B:". Exstant praeterea apographa romanum (X) et londinense; de quibus vide supra p. 230. Litteras primus typis vulgavit *Laderchius* l. c. 128—131 (in a. 1566 n. 233), apographo usus, quod ex exemplo spadiano exscriptum erat (vide supra 230). Eaedem ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 90—95. Iis usus est *Duhr*, Jes. I 828[1].

Confirmatione pacis augustanae neque praeiudicium manifestum fiet universo concilio tridentino vel singularibus dogmatis eius, neque confessio augustana plane confirmabitur, neque haeresis plane perpetrabitur. Sin autem catholici nulla ratione dogmata tridentina profitebuntur, suspicio erit, eos concilio praeiudicium facere et confessionem augustanam confirmare. „Protestatio" neque legati officio, neque pontificis mandato exigitur; immo multum afferet detrimenti. Hoc vero per legatum studiose, etiam minis interpositis et caesaris ope adhibita, curandum est, ut catholici dogmata tridentina profiteantur saltem apud paucos vel apud legatum ipsum vel scripto aliquo. Quod si impetrari non potuerit, statim pontifex de protestatione facienda consulendus et, quod ipsi placuerit, praestandum erit.

† Jhesus.

Responsiones breues sine argumentis ad quaestiones aliquot subsequentes.

Prima Quaestio.

An per confirmationem Recessus annj 1555 in uniuersali praeiudicetur[a] toti Concilio Tridentino, et ex consequenti particulariter[b] dogmatibus eiusdem?

Resp. Quoniam de Catholicis quaeritur, hi etiamsi Recessus ille Jmperialis anni 1555 nunc iterum confirmaretur[c], neque in uniuersali, neque in particulari dogmatibus Concilij Tridentinj ad fidem scilicet pertinentibus, aperte praeiudicare viderentur[d]. Verum si[e] nulla huius Concilij mentio uel professio a Catholicis Statibus modo fiat, certe in uniuersum Concilio[f] praeiudicium fieri magna est suspitio, atque praesumptio, quod per consequens fiet[g] particularibus etiam dogmatibus[1].

2ª Quaestio.

An acceptatio Concilij Tridentinj sit necessaria?

Resp.[h] Expressa huius Concilij acceptatio, siue in ipso Recessu exprimatur, siue alibi, insignes utilitates adferret, ac necessaria quoque videretur ad suspitionem et praesumptionem illam, de qua dictum est, euitandam, utque nullum Concilio praeiudicium fieri uideretur.

3ª Quaestio.

An sufficeret[i] Concilij mentionem fieri, et ubi illa, quando[k] et quibus uerbis facienda?

Resp. Quando a Statibus Catholicis hoc quod optimum et maxime urgendum est, obtineri non posset, ut in ipso Recessu liberam[l] et

a) praeuidicetur *V.* b) *In responsis Lancelloti et Sanderi (de quibus infra sub ipsa haec Natalis etc. responsa dicetur) pro* ex consequenti particulariter *posita sunt vv.:* consequenter particularibus. c) confirmarent *X Lad.* d) videretur *X.* e) *In V subter 6 vv. sqq. linea ducta est.* f) Concilii *Lad.* g) fiat *Lad.* h) *Hoc v. deest in X et Lad.* i) *Ita V X Epp. Nad., Lad., responsum Sanderi; resp. Lancellotti:* sufficiat. k) *Ita plane V;* quomodo *Lad.; idem est in respp. Lanc. et Sand.* l) *Duo vv. sqq. desunt apud Lad.*

[1] „Uebrigens ist nicht zu läugnen, daß durch diesen Augsburger Religions-Frieden die Katholiken einige nicht unwesentliche Principien ihres Kirchenthumes

apertam professionem faciant de acceptatis dogmatibus Concilij Tridentinj, saltem eo inducendi videntur, ut[a] uerbis non obscuris dicti Concilij dogmata se profiteri et confirmare declarent. Jd autem fieri poterit inter Principes publice, uel in[b] aliqua congregatione Statuum Catholicorum; uel certe, si aliter fieri nulla ratione potest, inter paucos, uel apud Jllustrissimum D. Legatum[1]. Modus uero adhiberi poterit, quo et minime offendantur haeretici, et Catholici suam fidem profiteri non omittant. Et forte satis esse uidebitur, si dicerent, se profiteri, ac uelle Concilij Tridentinj dogmata manere per omnia salua atque integra, neque se ab illius[c] fide et doctrina esse discessuros. Eaque professio uel per instrumentum publicum, uel per scriptum praesentium Principum Ecclesiasticorum manibus firmatum, uel per epistolam ab ijsdem ad Summum Pontificem datam constare posset. Quodsi Catholici nullam omnino huius Concilij mentionem interponerent, non videmus quomodo excusari, et a graui suspitione liberari possint[d]; quando neque in Recessu ipso, neque in Conuentu Principum, neque apud paucos quidem dogmata Concilij profiteri uelint, ut Religionis suae testimonium hoc tempore et loco, in foro exteriori proferant, praesertim cum aliter Pontifici Maximo et Ecclesiae satisfacere, et suspjtionem[e] eluere non possint. Neque tamen propterea etiamsi nullam mentionem interponerent . ad publicam protestationem deueniendum suademus, sine Pontificis nouo et expresso mandato.

4ª Quaestio.

An Confessio Augustana per hunc Recessum confirmata videatur?

Resp.[f] Reuera non confirmatur aperte a Catholicis illa Confessio, quae ab haereticis sicut per vim intrusa, sic hactenus scelerate defensa est, et ob sectariorum potentiam a Catholicis non potujt prohiberi, quominus a multis reciperetur[2]. Jllud quidem uerum est, praesumptionem et suspitionem esse grauem, si Catholici nullo pacto Tridentinj Concilij mentionem facere uellent.

a) *In V subter 5 vv. sqq. linea ducta est.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) illuis *V.* d) possent *Lad.* e) *In V corr. ex* suspetionem. f) *Deest in X et Lad.*

zwar nicht aufgaben, aber doch antasten liessen": *C. M. Freih. von Aretin,* Geschichte Maximilian des Ersten I, Passau 1842, 66.

[1] Commendonum.

[2] *Ioannes Udalricus Zasius* consiliarius regius Augusta 7. Septembris 1555 Alberto v. Bavariae duci de Ferdinando I. Romanorum rege: „J. Maiestet ist nichts schwörer noch saurer ankommen, als die expressam punctationem mit den worten ewig, für und für und immer werend zu willigen; aber doch propter bonum pacis neben anderm, das auch besser heraussen dan darin wer, passirn lassen" (*Druffel-Brandi* l. c. IV 716). Atque ipse *Ferdinandus I* Augusta 24. Septembris 1555 Carolo V. imperatori scripsit: „Bien si je nay sceu obtenir ce que pretendois, toutesfois jay fait du mieulx quil ma este possible, et negocie les affaires auec le moins mal que jay pouueu" (*K. Lanz,* Correspondenz des Kaisers Karl V. III, Leipzig 1846, 684).

5ª Quaestio.

An haeretici censendi[a], qui consenserunt, Recessui scilicet supradicto, uel consentiunt, praesertim post Concilium Tridentinum iam editum?

Resp. Haeretici censendi huiusmodi non uidentur, qui antea Recessui consenserunt, uel nunc forte consentient etiam post editum Concilium. Quandoquidem nihil confirmari videmus in eo Recessu, quod aperte cum fidei dogmatibus pugnet. Et si quid in hoc Recessu recepto, uel recipiendo peccatum esset, licet peccantes suspecti forent, non tamen haeretici plane essent existimandi, nisi re certo explorata.

6ª Quaestio.

An necessaria videatur protestatio propter offitium Legati?

Resp. Multa quidem requiri uidentur, priusquam ad protestationem necessario ueniatur; qua illi sane grauandi et contristandi non essent, qui Catholicae Religionis hostes uel desertores se esse, non aperte declarant. Deinde non necessaria videtur protestatio, si Legati offitium spectemus, modo amica quadam, aut etiam seria commonitione, uel paterna conquaestione[b] flecti possent animj ad professionem Concilij Tridentinj sufficientem exhibendam. Tum uero necessaria videri posset haec protestatio, si Catholici Confessionem Augustanam palam acceptarent, aut dictum Concilium reprobarent; uel saltem nulla ratione comprobarent.

7ª Quaestio.

An sit protestatio Legato necessaria, quoniam Pontifex ita mandauit, Si uenietur[c] ad Recessum uel conclusionem aliquam, quae praeiudicet Concilio Tridentino, quoad dogmata?

Resp.[d] Mandatum hoc Pontificis nullam necessitatem uel obligationem adferre videtur ad protestationem hoc tempore faciendam, imo potius impedire, cum Recessum Concilio Tridentino praeiudicare, quantum ad dogmata, non constet ex Recessu annj 55. Sed de futuro Recessu nullum potest nunc certum iuditium ferri[e].

8ª Quaestio.

An sit utilis haec protestatio?

Resp. Vtilis esse posset, si ex necessaria causa legitime fieret, nullaque suppeterent alia media Principes Catholicos ad Tridentinj Concilij fidem et professionem adducendi. Nunc uero res in eo statu uersari videtur, ut multa incommoda et grauia pericula ex hac protestatione consequutura esse facile sit prospicere, nimirum .N.[1] et omnium Statuum insanabilem defectionem, Catholicorum oppressionem[f], Augustanae Confessionis confirmationem, breuiter Germanicarum Ecclesiarum miserabilem euersionem, ut reliqua incommoda praetereamus.

a) An censeantur haeretici *respp. Lanc. et Sand.* b) *Ita V.* c) veniretur *resp. Lanc.;* veniatur *resp. Sand.* d) *Deest in X et Lad.* e) fieri *X Lad.* f) *Deest in X et apud Lad.*

[1] Maximiliani II. imperatoris; vide supra p. 170 et infra p. 237[3].

Ex quibus omnibus intelligi facile potest, quid in rem praesentem tum consulendum, tum desiderandum, et elaborandum maxime uideatur; Primum quidem, ne ad ultima remedia statim ueniatur, Si Recessum 55 annj confirment Catholici Status[a]. Deinde ut Status ijdem ad liberam et apertam professionem Concilij Tridentinj[b] permoueantur[c] constantissime atque efficacissime, quacumque demum id ratione faciant: modo ipsorum fides Pontifici Maximo[1] constare possit. Sic enim suspitione se ipsos liberare, sic offitium suum Catholicum probare, sic et Pontificis Maximi[d] animum sibi suisque Ecclesijs conciliare videbuntur.

Caeterum si quod uolumus, hoc ab illis non possimus consequi, quod tamen tentandum modis omnibus et contendendum est, illud superesse uidetur, ut Jllustrissimus D. Legatus apud illos edat non obscuram significationem animj sui, qua testatum faciat, suspectam hanc illorum in re salutari ac necessaria tergiuersationem sibi et Pontifici Maximo non posse non admodum displicere. Praeterea minas interponere, et terrorem illis inijcere poterit, propositis ex hac dissimulatione, et tergiuersatione incommodis et periculis, quae secundum sapientum iudicia consequutura videntur. Addi potest, nullam reliquam esse spem, prudentissimo et in his rebus exercitatissimo Pontifici persuadendi, Status hos ab haereseos suspitione liberos esse, nisi Tridentini Concilij fidem profiteantur. Et apud .N.[2] praecipue curandum videtur, ut Ecclesiae aduocatus[e], in re tam honesta, et ad totius[f] Religionis in Jmperio commodum[g] publicum necessaria Legatum iuuet, ac totius[h] Germaniae utilitati atque necessitati consulat[3].

Quibus rationibus, si nihil proficiatur, significari poterit de protestatione interponenda, sed eam tamen differre licebit, usque ad responsum Pontificis ex Vrbe adferendum. Mox uero scribendum, et celerrime quidem ad Pontificem Maximum mittendum uidetur, ut[i] is intelligat diligentiae hactenus adhibitae rationem, et causas dilatae protestationis, et statum totius negotij, et incidentes hic doctorum dubitationes ac difficultates, ob quas Legatus ipse non potuerit certi aliquid in re tanti momenti constituere, praesertim cum videret apertum id non esse, quod Recessus annj .1555 Concilio Tridentino[k], quoad dogmata, praeiudicaret. Jnterim quicquid Pontifex Maximus

a) *In V correctum ex* Status Catholici. b) *In V corr. ex* Tridentij. c) *Sic V;* permoneantur *Lad.* d) *Ut ita ex* Pontifici Maximo, *quae sunt in V X Lad., corrigatur, leges grammaticae exigere videntur.* e) *Apud Lad. sequitur* et. f) totuis *V.* g) comodum *V.* h) totuis *V.* i) *In V sequitur v. vel signum obscurius (oblitteratum?* scilicet?*).* k) Concilij Tridentini *X. Ac reapse in V primum scriptum erat* Concilij Tridentinj; *unde (manu alia et aliquanto posteriore?) correctum est:* Concilio Tridentino.

[1] S. Pio V. [2] Maximilianum II. imperatorem.

[3] Ex his verbis clare patet, littera „N" Maximilianum II. significari; nam qui Carolo Magno in „Sacro Romano Imperio" succedebant, singulari quadam ratione „advocati ecclesiae" et vocabantur et esse debebant; vide *Can.* IV 76. Ita etiam *Lancellottus,* ad quaestionem VI. respondens, dicit „Caesarem" per legatum esse admonendum, „cum ipse sit advocatus Ecclesiae Romanae" (*Laderchius* l. c. n. 232).

decreuerit, id cum allatum huc ex Vrbe fuerit, exequutioni statim demandandum esse promittatur: Saluum enim ac integrum Pontifici ius manet, ut quod ipse uoluerit in hoc negotio statim efficiatur. Legatus uero etiamsi non protestetur, tamen diserte testari potest, se nihil istorum acta probare. Precamur, ut Dominj uoluntas in omnibus fiat[1], ad Ecclesiae Catholicae aedificationem[2], et Germaniae salutem.

Haec a nobis dicta sint et subiecta reuerenter iudicio S. D. N. et S. Sedis Apostolicae omniumque rectius sentientium.

Hieronymus Natalis † Petrus Canisius. Jacobus Ledesma.

De his litteris vide, quae notata sunt supra p. 232—233.

Hasce quaestiones Commendonus etiam proposuit Scipioni Lancellotto et Nicolao Sandero; quorum responsa ex codice bibliothecae spadianae (vide supra p. 230) exscripta posuit *Laderchius* l. c. 123—127 (in. a. 1566 n. 232 233).

Scipio Lancellottus (Lancellotti) romanus (1527—1598), vir iuris peritissimus, quem Gregorius XIII. a. 1583 cardinalem creavit, comitiorum tempore Rotae romanae auditor erat; Augustam inter 9. et 16. Martii advenerat (Epp. *Nadal* III 29). Atque is, quamquam recessu illo Confessionem augustanam confirmari vel catholicos, si confirmationi recessus consensissent, haereticos habendos fore negabat, tamen existimabat confirmatione illa concilio tridentino „in omnibus praeiudicari", ideoque legatum debere „protestari", etiam non consulto iterum pontifice; attamen ea quoque cum aliqua dubitatione ille proferebat: „Dicendum existimarem", „Si quidem constaret, Concilio praejudicari" . . ., „Si vero verior sit opinio, quod Concilio non praejudicetur, . . ." (*Laderchius* l. c. 123—126).

Aliter Nicolaus Sanderus (Saunders, Sanders), a. 1527 in Anglia natus, a Commendono ex Belgio Augustam, ut theologum ipsius ageret, arcessitus [vide infra mon. aug. (c 4)]; is eadem, atque Socii, sensit eaque brevius quidem, sed etiam apertius et confidentius protulit (*Laderchius* l. c. 126—127). Recte igitur *Natalis* Augusta 5. Maii 1566 ad Borgiam de eo rettulit: „El theólec de L. es stat de nostre parer" (Epp. *Nadal* III 111). Et ipse *Commendonus* in „instructione", quam Caligario Romam profecturo dedit: „Solo mons. Lancellotto è di contrario parere, che i Giesuiti et l' altro teologo dicono che questo non è il caso della commissione et ch' io sono obbligato di non farla" (*Vinc. de Brognòli,* Studi storici sul regno di S. Pio V. II [Estratto dal periodico „Gli Studi in Italia"], Roma 1882, 192). *Boero* vero (l. c. 300) asserit, Sanderum cum Lancellotto censuisse: utrumque exegisse, ut protestatio interponeretur; augustanae enim pacis confirmationem rationibus concilii et sedis apostolicae repugnare. Boerium sequuntur: *Riess* l. c. 356[2]. *Eug. Séguin* S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius, Paris 1864, 191. *Ram. Garcia* S. J., Vida del Beato Pedro Canisio, Madrid 1865, 255. *V. Alet* S. J., Le Bienheureux Canisius, Paris 1865, 218. *Paul. Drews,* Petrus Canisius, Halle 1892, 122; horum nemo Laderchium legisse videtur. Quod autem ad Sanderum attinet, hic cum theologiam et ius canonicum in universitatibus oxoniensi et lovaniensi tradidisset et ad ecclesiam defendendam complures libros docte et eleganter conscripsisset, a Gregorio XIII. nuntius in Hiberniam missus est; ubi aerumnis et fame confectus inter a. 1580 et 1583 mortem obiit.

Hae litterae a Commendono per Caligarium Romam ad S. Franciscum Borgiam missae, ab hoc 13. Mai 1566 S. Pio V. traditae sunt; plura vide infra in n. 1318.

---

[1] Act 21, 14. Cf. 1 Mach 3, 60; Mt 6, 10; Lc 22, 42 etc.

[2] 1 Cor 14, 12. Cf. Rom 15, 2; Eph 4, 12 etc.

1315. PP. HIERONYMUS NATALIS, PETRUS CANISIUS, IACOBUS LEDESMA, S. J., CARDINALI **IOANNI FRANCISCO COMMENDONO**, pontificis in comitiis imperii legato. (Litterae tertiae.)

Augusta Vind. inter 24. Aprilis et 5. Maii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (V), quae exstant Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento, n. 149“ f. 276ª. Litterae (2°; 1 p.) manu P. Didaci Jimenez S. J. scriptae sunt, praeter aliquot verba, quae Canisius addidit, et integram particulam postremam („Haec a nobis“ — „sentientium“), quam Canisius scripsit, ac tria nomina litteris subscripta; quae autographa sunt. In litterarum capite (a Natale vel Ximenio?) positum est „C“. Exstant praeterea apographa romanum (X) et londinense; de quibus vide supra p. 230. Litteras primus typis vulgavit *Laderchius* l. c. 131—132 (in a. 1566 n. 234), apographo usus, quod ex exemplo spadiano exscriptum erat (cf. supra p. 230). Eaedem ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 95—96. Iis usus est *Duhr*, Jes. I 828[1].

Dissuadent, ne legatus, antequam pontificis responsum certum acceperit, sive palam sive clam adversus pacis augustanae confirmationem protestetur; protestationem, si fieri debeat, etiam post comitia fieri posse.

Questiones cum breuibus responsionibus.

1. An stante mandato Pontificis ut ad protestationem deueniatur, cum praeiudicaretur[a] Concilio Tridentino, quod ad dogmata pertinet[b], et affirmantibus interim expresse Theologis huic Concilio per confirmationem pacis, quo ad dogmata, non praeiudicari, sit nihilominus ad Protestationem deueniendum?

R. donec Pont. Max. certi aliquid respondeat, non uidetur ad protestationem publicam et solennem uel ob quam metuitur periculum esse deueniendum.

2 An Protestatio Caesari coram Notario et Testibus facta probabiliter credatur molesta, et cum offensione Caesaris ac Religionis futura esse?[1]

R. Videtur illa Caesari molesta et cum eius offensione futura, et uerendum ne cum iactura etiam Religionis in multis fiat hoc tempore.

3 An timendum, ne Protestatio det Schismati occasionem?

R. Videtur timendum ne inde sumatur occasio schismatis, aut saltem ne minor sit unio Statuum Catholicorum cum Capite suo Pont. Max. unde initium Schismati[c] [?] consequi possit.

a) quando praejudicetur *resp. Lancellotti.* b) Tridentino quoad dogmata *Lad.* c) *Sic V; corrigendum videtur* Schismatis; scismatis *X.*

[1] *Lancellottus* responderat: „Si quidem [confirmatione pacis augustanae] praejudicatur Concilio, protestatio fieri debet illi, qui contra debitam justitiam, quid facit, veluti Caesari, qui Comitia congregavit, et proposuit, hac de confirmatione tractandum esse. Item fieri posset Catholicis Praelatis, et Principibus“; altera tamen hac protestatione legatum supersedere posse, „quia in Conventu Catholicorum, adsunt etiam et haeretici, et daretur occasio scandalis“. Ac quod ad protestationem caesari faciendam attinet, Lancellottus censebat, eam coram ipso caesare faciendam esse; sin autem „timeretur de scandalis“, eam fieri posse „clam, coram honestis Viris, in praesentia Notarii“ (*Laderchius* l. c. 125—126). Hanc protestandi rationem Socii verbis supra positis significasse videntur.

4 An Cardinale Augustano, et Oratore Regis Catholici[1] et[a] Theologis omnibus monentibus, ne protestatio fiat sit nihilominus protestandum?

R. Non Videtur nisi allata clariore Pont. Max. sententia ut dictum est.

5 An possit haec fieri protestatio etiam post Comicia.

R. Videtur fieri posse per quem et quemadmodum voluerit[b] S. Pont. modo interim constet non consensisse Illustrissimum Dominum Legatum[c]. etcetera.

Haec a nobis dicta sint et subiecta reuerenter iudicjo[d] S. D. N. et S. Sedis Apostolicae, omniumque rectius sententium.

Hieronymus Natalis † Petrus Canisius. Jacobus Ledesma.

De his litteris vide, quae notata sunt supra p. 232—233.

Hae 5 quaestiones etiam Lancellotto propositae sunt; qui in hoc potissimum a Sociis dissentiebat, quod monebat: „In omnem eventum clam protestari expediret" (*Laderchius* l. c. 126).

Hae quoque litterae, cum reliquis (vide supra n. 1313 1314 et infra n. 1316) a Caligario iussu Commendoni Romam ad S. Franciscum Borgiam perlatae, per Borgiam 13. Maii 1566 S. Pio V. traditae sunt; plura vide infra in n. 1318.

1316. PP. HIERONYMUS NATALIS, PETRUS CANISIUS, IACOBUS LEDESMA, S. J., CARDINALI **IOANNI FRANCISCO COMMENDONO,** pontificis in comitiis imperii legato. (Litterae quartae.)

Augusta Vind. inter 24. Aprilis et 5. Maii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (V), quae exstant Romae in archivo vaticano, „Conc. di Trento, n. 149" f. 278ᵃ—279ᵃ. Litterae (2°; 3 pp.) scriptae sunt manu P. Didaci Jimenez S. J., praeter particulam postremam („Haec a nobis" — „sententium"), quae a Canisio scripta est, et tria nomina litteris subscripta; quae autographa sunt. In capite paginae primae (manu Natalis vel Ximenii?) positum est „E". Exstant etiam apographa romanum (X) et londinense; de quibus vide supra p. 230. Litteras latine versas primus typis vulgavit *Laderchius* l. c. p. 132—134 (in a. 1566 n. 235), usus, puto, apographo italico, quod ex exemplo spadiano exscriptum erat (cf. supra p. 230). Eaedem ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 100—104. Iis usus est *Duhr,* Jes. I 828[1].

Pax a. 1555 Augustae inter catholicos et protestantes facta cum dogmatis tridentinis non pugnat, tametsi aliquam praebet suspicionem, quam tamen catholici a se removere poterunt, concilium palam admittendo. Catholici tantum, ne omnia prorsus amittant, pollicentur, se non expetituros esse poenas a protestantibus; quas poenas ob imbecillitatem ne possunt quidem expetere; atque ita in pace dicitur, aliqua fieri non debere vel non posse. Pax politica, non dogmatica componitur. Solum exercitium auctoritatis ecclesiasticae ad tempus opportunius differtur; quae dilatio solos protestantes comprehendit. Disciplinae ecclesiasticae, non dogmatis, in pace fit praeiudicium; quod ad tempus ferre catholici necessitate coguntur; ita pacis articulus 3. habet; 4º catholicorum bona in tuto collocantur; 5º Calviniani et Anabaptistae

a) *Hoc v. a Canisio supra versum scriptum est.* b) *Hoc v. a Can. supra versum scriptum est.* c) *Can. v. sequens ascripsit; quod deest apud Lad.* d) *A Can. corr. ex* iudico, *quod prius scripserat.*

[1] Cardinali Truchsess a Waldburg episcopo augustano et Thoma Perrenot de Chantonnay Philippi II. apud caesarem oratore; cf. infra monum. aug. (c. 21).

puniri possunt; 6º cavetur ut, hominibus ecclesiasticis ab ecclesia deficientibus, catholici in bonorum ecclesiasticorum possessione maneant; catholici in catholicorum principum dicione constituti ab his castigari possunt, si a fide defecerint; 7º articulo statuitur, ut catholici, quamdiu vires iis desunt ad recuperanda bona ablata, de iisdem bonis neve apud iudicem neve aliter adversus protestantes agant; 8º auctoritatis ecclesiasticae in protestantes exercitium magnam partem ad tempus tollitur; 9º (10º) providetur, ne alterius religionis homines ad alteram vi vel sedicione pertrahantur; 10º (11º) permittitur catholicis (idque cum magno eorum commodo), ut ex principum protestantium dicione venditis bonis cum suis discedant; similiter de protestantibus statuitur; 11º (12º) art. non negatur, per concilium oecumenicum concordiam religionis constitui iure; sed factum tantum negatur; 12us catholicis hanc affert utilitatem, ut in civitatibus liberis, etiamsi pauci sint (ut Augustae), tranquille manere possint.

† Jhesus

Dechiaratione[a] delle cose principali pertinenti al Recesso Jmperjale fatto in Augusta del' Anno 1555[1].

Jl Recesso del 55. con le sue conditioni, simpliciter non pare che preiudica[b] per parte de Catholici, allj dogmi del Concilio Tridentino; perche sta bene che consentino in hauer' pace con li heretici li Catholici[c], et tamen credino tutto quello che ci è de[d] dogmi nel Concilio: è ben' uero che considerando alchunj[e] luoghi, et tutto il Recesso, puotrebbe alchuno pigliare qualche suspitione, o presumptione, che si facesse alchun[f] preiudicio àl Concilio, quanto alli dogmi: Mà facendo li Catholici alchuna accettatione publica et legitima di quello, si puotrebbe leuare questa suspitione: Et tandem ci è parco, hor' faccino questa accettatione li Catholici, hor' non; che non si faccia la protestatione insino à tanto, che sua santità[2] sia aduertita, et si risolua d' ogni cosa.

Per confirmatione di questo pare che nelle conditioni del Recesso del 55 che s' hà da confirmare, non si concede cosa nissuna che sia concessione di dogma alchuno heretico; perche solamente per[g] pura necessità[3], accio conseruassero li Catholici, quelle reliquie che restano delli Stati, Dominij, Chiese, beni, et persone della Religion' Catholica in Germania, solo promettono di non essequire là punition' de

a) Dichiaratione *X.* b) preiudichi *X.* c) nam pacem inter Catholicos, et haereticos esse convenit *Lad.* d) *Deest in X.* e) alcuni *X; atque ita in X omnis verborum scribendorum ratio ad posteriorum temporum usum accommodata est.* f) *In V correctum ex* qualche. g) è *X.*

[1] Hoc recessu („Abschied") comitia imperii terminata sunt a Ferdinando I., Romanorum rege et Caroli V. imperatoris fratre. Carolus „pacem religionis", quae recessus illius praecipua pars erat, nunquam ratam habuit; ne „propositiones" quidem suo nomine fieri permiserat. (*L. Pastor,* Die kirchlichen Reunionsbestrebungen während der Regierung Karls V., Freiburg i. Br. 1879, 456 458 473. *Köhler* l. c. 381.)

[2] S. Pius V.

[3] Ita etiam *Zacharias Delphinus* et *Andreas Lipomanus* nuntii apostolici Augusta 31. Iulii 1555 Romam rettulerunt: „Se si farà qualche male (quod Deus nolit) si farà per mera necessità; perche il povero Re è constituto in grandissime angustie ne sa in che modo riuscirne" (*Wilh. Maurenbrecher,* Karl V. und die deutschen Protestanten 1545—1555, Düsseldorf 1865, 177*).

Protestanti[1], il che in nissun' modo puono fare, di sorte che nihil aliud quam suspendunt authoritatis ecclesiasticae et brachij secularis aduersus haereticos exequutionem, la quale dà se è suspessa per l'[a] impotentia.

Oltre di questo s' hà da considerare ch' in questo Recesso ogni uolta che si dice, non debet hoc fieri, non uuol'[b] dir' altro, secondo la phrase Thedesca, se non, che non si faccia questo ò quello[2]. Et[c] cosi quando si dice non possit, non si nega la potesta legitima et ordinaria se non la essequution di quella, secondo la phrase Thedesca[3], et questo si uede per la pena che ci si mette nell' articolo 3º 4º et 11º[4]

Jtem la principal' intentione delli Catholici in questo Recesso, non è mai stata, ne mancho, è adesso di trattar' de Religione, ne di consentire questi nella Religion di quelli; Mà la chiamano pace de Religione, cio è, la pace de quelli che sono de Due Religioni,

a) *In V supra versum scriptum.* b) *vol X.* c) e *X.*

---

[1] De haeresis exilio, bonorum confiscatione, morte vindicandae more ea aetate non solum apud catholicos, sed etiam apud Lutheranos, Calvinianos, Anglicanos vigente vide quae notavi *Can.* I 462[1].

[2] V. g.: in art. 3: „So sollen die Kai. Maiestet, wir, auch curfürsten, fürsten und stende des hl. reichs keinen stand des reichs von wegen der Augspurgischen confession mit der tat gewaltiger weis überziehen, beschedigen" etc. (*Druffel-Brandi* l. c. 725—726). In Grammatica germanica ab Alberto Oelinger notario argentoratensi Argentorati a. 1573—1574 vulgata (quam unam ex primis esse tradunt) docetur, tempus futurum verborum temporalium non solum verbis auxiliaribus „wöllen" et „werden", sed etiam verbo „sollen" addito exprimi (*Fr. L. K. Weigand,* Deutsches Wörterbuch II[2], Giessen 1871, 726. *J. und W. Grimm,* Deutsches Wörterbuch X[1], Leipzig 1905, 1488). Saepissime tamen verbo „sollen" significatur non tantum, quid quis sibi proponat, quid promittat et paciscatur, sed etiam quid praestare sive iubeatur sive ex ipsa rei natura debeat. *Ioannes Sleidanus* (Philipson) protestantium historicus ita vertit: „Propter Augustanae confessionis doctrinam, religionem atque fidem, Caesar, Ferdinandus rex, caeterique principes ac ordines, neminem totius Imperij quocunque modo uiolent, nec ad deserendam religionem suam ... mandatis aut alia quauis ratione cogant, neue contemnant etiam" etc. (De statu Religionis et Reipublicae, Carolo Quinto, Caesare, Commentariorum libri XXVI, Argentorati 1566, f. 503.)

[3] In pacis summa brevi eaque a *Canisio* latine scripta et a Natale una cum his litteris Romam missa (vide supra p. 233) de articulis 3. et 4. ita dicitur: „D. Ferdinandus Rex Romanorum . . . tractatum et conclusum esse dicit, ut neque Imperator, aut Romanorum Rex, aut aliquis princeps posset aliquem ex statibus Imperii premere bello, aut alicui Principum quoquomodo incommodare ob professionem Augustanae confessionis. . . . E diverso Principes Augustanae Confessionis nullo modo, aut bello, vel aliis modis possunt, aut debent illis nocere, qui sunt veteris Religionis" etc. In ipso tamen recessu germanico neque his locis neque aliis verbum „posse" (können) usurpatur; dicitur vero: „So sollen die Kai. Maiestet, wir" etc.

[4] In articulis sive capitibus 3. et 4. proponitur poena, quae publicae paci violatae constituta est („bei . . . pen des lantfriedens"; „bei vermeidung der pen, in dem ufgerichten lantfrieden begriffen" [*Druffel-Brandi* l. c. 727 729]); in articulo vero 11. (sive 12; cf. infra p. 246[1, 2]) poena planis verbis non proponitur.

quanto alle persone et beni, et quanto al viuere quieto, et pacifico nella politia exteriore; Ne per questo li Catholici pensano d' hauer' ceduto ad alchun articolo et dogma della fede.

Doue si parla della jurisdictione Ecclesiastica et ciuile che sia suspessa, non s' intende che per questo li Catholici, ubi habent merum imperium, non habbiano la sua essequutione, come inanzi: mà solamente quanto à quelli che sono puramente[a] della Confessione Augustana[b], per euitar' maggiori inconuenienti non si proceda per uiam pleni iuris, insino che li stati Catholici possino hauere maggiori forze, ad suum ius integrè exequendum[1].

Dipoi intendiamo, dogmi del Concilio, solamente quelle cose che sono de fide[c] non l' altre[d], quae pertinent ad reformationem et disciplinam Ecclesiasticam[2], percio che à queste, certo è che si fa preiudicio nel Recesso, et di queste non è la questione, se non di quelli, cioè delli dogmi.

Et perche in alchuni luoghi pare che li Catholici concedono tropo, quanto alla libertà et iurisdictione Ecclesiastica, ò, essequutione di quella; è da notare che tutta questa concessione (come in parte gia è detto) se fà per euitare non solamente li grandi, ma etiam extremi inconuenienti, che seguitarebbono[e] leuando la pace politica, la quale li Catholici come dicono sono sforzati di riceuere, sostenere, et conseruare perche li aduersarij pare che sono adesso piu potenti che mai per l' auanti, et li Catholici pensano non hauere mezzo, et presidio humano nissuno, da puotersi[f] conseruare[g] et difendere contra li aduersarij, tanto da[h] ogni parte uicinj et uiolenti.

Questi punti presuposti: Venendo alli articoli del Recesso dell' anno 1555, ch' insino adesso, non si sà altro, senon che questi sarano[i] confirmati, non puotendo far' altro li Catholici[k], come dicono, breuemente se dira quello che occorre, come in dechiaratione, di doue si ueda, che nessuno, è, apertamente contra dogma aliquod Concilij Tridentinj, lasciando però il primo et secondo punto, nelli quali[l] non pare esser' difficoltà alchuna[3].

a) *In V correctum ex* puro *vel* pura. b) qui professionem Augustanam professi fuissent *Lad.* c) di fede *X.* d) *In margine, eadem manu:* 20, et 25, sess: Conci: Trid: *Lad.:* Concil. Trident. sess. 20 et 25. *Cf. infra adn. 2.* e) seguitarebbeno *X.* f) *2 vv. sqq. non sunt apud Lad.* g) *Duo vv. sqq. desunt in X.* h) *In V correctum ex* di. i) saranno *X.* k) *Duo vv. sqq. apud Lad. desunt.* l) *In V corr. ex* qualli.

---

[1] De hac condicione sive temporis definitione vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Hic in margine alia manu antiqua notatum est: „20, et 25, sess: Conci: Trid.:“ In Concilii tridentini sessionibus XIX. et XX. de proximae sessionis die constitutum nec quidquam aliud decretum est; videtur igitur „XX“ vitio memoriae vel calami positum esse pro „XXI“; in hac enim sessione et in XXV. plurima statuta sunt de episcoporum iuribus, clericorum et regularium reformatione, officiis divinis, aliis disciplinae ecclesiasticae capitibus.

[3] Caput primum exordium quoddam historicum est; in secundo pax publica stabilitur (*Druffel-Brandi* l. c. 724—725).

3º Quanto al 3º articolo, non si dice altro, se non ch' il bracchio secolare delli Catholici, non s' essercitera contra li Stati delli Protestanti, il che non è altro che suspendere l' essercitio della iurisdictione, che non apartiene à nissun dogma[1].

4º Jl 4º et 5º sono chiaramente in fauor' delli Catholici, et si guadagnia nel 4º che li protestanti lasciano viuer' in pace alli Catholici, et cessano d'

5º occupare Monasterij, Chiese etc.[2] Nel 5º si guadagnia che puono[a] in ogni modo esser castigati tutti li Caluiniani, Anabaptisti, et di tutte l'altre sette[3].

6º Jl 6º[4] non da licentia à nissun'[b] Ecclesiastico, ut deficiat, et in uniuersum la libertà della Religione non si confirma in nissuna maniera[5], imo[c] essendo dimandata con gran furia[d] dalli aduersarij, constantissimamente fù negata[e] dalli Catholici, et nell' altre diete, et specialmente in questa d' adesso. Dimodo che qual si uoglia Catholico, può esser' castigato et impedito, si a fide deficit in statibus Catholicis, saltem per exilium, quod ad omnes attinet, et in Ecclesiasticis etiam per amjssionem bonorum, come è la prattica di quelli Principi che uogliono et ardiscono à farlo. Si che in questo articolo

a) puossono *X.* b) *In V corr. ex* nissuno. c) vno *X.* d) impudentissime, et furenter *Lad.* e) negato *X.* infecta *Lad.*

---

[1] Vide supra p. 242[2].

[2] Articuli summa haec est: „Dargegen sollen die stende, so der Augspurgischen confession verwant, . . . des hl. reichs stende, der alten religion anhengig, geistlich oder weltlich, . . . gleicher gestalt bei irer religion, . . . auch iren hab und gütern, . . . landen, leuten . . . unbeschwert pleiben . . . lassen" (l. c. 727—728).

[3] „Doch sollen alle andere, so obgemelten beden religionen nit anhengig, in diesem frieden nit gemeint sondern genzlich ausgeschlossen sein" (l. c. 729). *Canisius:* „Coeterum omnes alii (qui non adhaerent alteri ex his duabus partibus Religionum) non erunt huius concordiae participes, sed penitus exclusi."

[4] Hoc articulo „Reservatum ecclesiasticum", quod vocant, stabilitur: Ferdinandus I. rex auctoritate ab imperatore sibi commissa ita (quoniam inter ipsos imperii ordines ea de re non conveniebat) constituit: Si quis episcopatum, praelaturam, aliud quodcunque beneficium ecclesiasticum tenens ab ecclesia catholica defecerit, statim, salvis tamen honoribus suis, amittet beneficium; in cuius possessione ecclesia manebit (l. c. 730—732).

[5] Libertas religionis aut catholicae aut augustanae tenendae dabatur tantum imperii ordinibus sive „statibus" (Reichsstände) et civitatibus liberis („Reichsstädte") atque equitibus sub solius imperatoris dominationem subiectis („reichsunmittelbare Ritterschaft"); horum autem erat constituere, utram religionem homines in ipsorum dicione constituti sequi deberent; civitatibus tamen liberis moderatio quaedam adhibebatur; de qua vide infra p. 247[1]; atque equitibus, civitatibus, communitatibus sub principum ecclesiasticorum dominationem subiectis Ferdinandus permiserat, ut, si iamdiu confessionem augustanam professae essent, eam tenerent; quae tamen „declaratio" in recessum recepta non est; et principes ecclesiastici se eam observare debere negabant (*Gust. Wolf,* Der Augsburger Religionsfriede, Stuttgart 1890, 167—168). Hac igitur ratione ordines „ius reformandi", quod postea vocabant, habebant, hac formula expressum: „Cuius regio, eius religio."

si guadagnia, che giache de facto un' Ecclesiastico aut plures deficerent à fide, tamen ex consensu aduersariorum, restano li beni Ecclesiastici in Ecclesia Dei, et non transeunt ad aduersarios, il che loro con gran terribilità hanno uoluto sempre ottenere.

7° Jl .7º non è altra cosa, se non patire li Catholici, et suspendere actionem[a] in quelli beni che sono stati rubbati dalla Chiesa[1], li quali in nissuna maniera li puono ricuperar insino che il signore Jddio dia loro forze per farlo. Nel medesimo non si fà altro, se non prohibere alli iudici l' essequutione del ius che apartiene alli Catholici sopra la recuperatione de detti benj[2].

8º Nel 8º si uede che espressamente ad tempus suspenditur magna ex parte exequutio Ecclesiasticae iurisdictionis contra Protestantes et tamen aliqua retinetur ut dictum est .6º articulo[3],

9° [4] Jl 9º prouide che nissuno dell' una Religione sara dall' altra sforzato per prattiche seditiose; ò forzose (che cosi s' intende la parola Thedesca, practicis) o, aiutato contra Magistrati etc.[5] Di modo che si leua qui l' essequutione d' aiutare et ridure li protestanti per uie coactiue, ò seditiose, tutte l' altre si lasciano libere, come si uede nel 3º articolo, riseruato l' essilio, et nelli Ecclesiastici la priuatione de tutti beni, sicome è detto di sopra.

a) actione *X*.

[1] „Dieweil aber etliche stende . . . etlich stift, clöster und andere geistliche güter eingezogen . . ., so sollen auch solche eingezogene gütter, welche denjenigen, so dem reich on mittel underworfen und reichsstende sein, nit zugehörig, und dero possession die geistlichen zur zeit des Passauischen vertrags [1552] oder seithero nit gehabt, in diesem friedstand mit begriffen . . . sein, . . . und dieselbigen stende dernhalb weder in noch ausserhalb rechtens . . . nit . . . angefochten werden" etc. (*Druffel-Brandi* l. c. 733—735).

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[3] „Damit auch obberürte bederseits religions verwante so vil mer in bestendigem frieden und gutter sicherheit gegen und bei einander sitzen und pleiben mögen, so sol die geistlich jurisdiction . . . wider der Augspurgischen confessions religion . . . bis zu entlicher vergleichung der religion nit exerciert, gepraucht oder geübt werden" etc. (l. c. 736—737).

[4] Omittitur hic articulus proximus, qui est de bonorum ecclesiasticorum redditibus quibusdam muneribusque ac de ratione controversias, si quae de iis oriantur, componendi (l. c. 737—738); qui vero in his litteris articulus nonus vocatur, in ipsa pace sive recessu decimus est. Notandum tamen, in compluribus huius recessus editionibus articulos non esse signatos numeris; ita sine numeris comparent in editione recessuum imperii facta Moguntiae a. 1621 (vide supra p. 153), p. 398—401, et apud *Christ. Lehmann*, De pace religionis etc. (vide supra p. 212), p. 62—65. Numeri autem, cum adduntur, in aliis editionibus aliter adduntur (Aller deß Heiligen Römischen Reichs gehaltene *Reichstäge* etc., Mayntz 1660, 496—500; *Fr. Fr. von Andlern*, Corpus Constitutionum imperialium I[2], Franckfurt am Mayn 1700, 901—905; *J. Chr. Lünig*, Das Teutsche Reichs-Archiv, Pars Generalis I, Leipzig 1713, 131—137; *Druffel-Brandi* l. c. 724—744). Equidem in numerando Brandium sequor.

[5] „Es sol auch kein stant den andern, noch desselben undertanen zu seiner religion tringen, abpracticieren oder wieder ire oberkeit in schutz und schirm nemen" (*Druffel-Brandi* l. c. 739).

10 Nel 10º non si da altra libertà, alli Catholici, ò, à quelli dell' Augustana, se non che per la sua Religione, non possino esser' sforzati à stare frà quelli della Contraria Religione, et che possino andarsene con la familia et uendere li beni; il che specialmente è in fauore de Catholici, li quali erano sforzati à stare frà li heretici, et patiuano grandemente, et stauano in grandissimo pericolo[1]. Et per questo non si da simpliciter la libertà della Religione massime nelli luoghi delli Principi Catholici[a], ne si leua la potestà de questi, di mandare in exilium quelli, qui deficiunt uel defecerunt à Religione Catholica, come è la prattica dapoi che la pace è fatta[2].

11º Jl 11º articolo può parere che tenghi alchuna difficolta, dicendo (quòdsi talis pacificatio et concordia per viam Generalis Concilij non consequeretur[b],) specialmente dipoi della confirmatione del Concilio Tridentino, quasi che non sia fatta de iure la concordia, et tamen pare non esser' cosi, perche quel (consequeretur) in Thedesco non nega[c] altro senon factum rei, non ius, come si uede chiaramente perle parole di questo articolo. Et cosi è realmente perche[d] de facto non è seguitata la pace et concordia nella Religione per il Concilio Tridentino, perseuerando nella obstination sua li protestanti[3].

12º Nel 12º si parla delle Città libere et Jmperiali, nelle quali all'hora (cio è nell' anno 1555) erano la Religion Catholica e l'altra, in usu, gia per alchun tempo, che ambe due parti frà di se tenghino la pace. Et questo da molto aiuto alli Catholici, che trouandosi frà grande moltitudine de Protestanti come in Augusta possono restar' in sua religione securamente. Et quello che si dice (debent post hac ita manere) s' intende come s' e detto, che non[e] debbono de facto,

a) in Locis praecipuis Catholicorum Principum *Lad.* b) non sequeretur etc. *Lad.* c) non denotat *Lad.* d) *Duo vv. sqq. non sunt apud Lad.* e) *Deest apud Lad.*

[1] Art. 11: „Wo aber unsere, auch der curfürsten, fürsten und stende undertonen, der alten religion oder Augspurgischen confession anhengig, von solcher irer religion wegen aus unsern, auch der curfürsten, fürsten und stende . . . landen . . . mit iren weib und kindern an andere ort ziehen und sich nider tun wolten, denen sol solcher ab- und zuzug, auch verkaufung irer hab und güter . . . unverhindert . . . sein" (l. c. 740). [2] Vide supra p. 244[5].

[3] In art. 12 primum dicitur, pacem initam esse, quo facilius religionis et rerum fidei compositio aliqua christiana, amica, certa fieri posset; deinde additur: „Wo dan solche vergleichung durch die wege des general-conciliums, nationalversamblung, colloquien oder reichshandlungen nit erfolgen wurde, sol alsdan nichts destoweniger dieser friedstand in allen oberzelten puncten und articuln bei kreften bis zu entlicher vergleichung der religion und glaubenssachen bestehen und pleiben; und sol also hiemit obberürter gestalt und sonst in alle wege ein bestendiger, beharlicher unbedingter, für und für, ewig werender friet aufgericht und beschlossen sein und pleiben" (l. c. 741—742). *Canisius:* „Haec inquit [Ferdinandus rex] concordia durabit usque ad generale, vel nationale Concilium, in quo si non possit in Religione concordia inveniri, tunc perstabunt haec, quae in his comitiis conclusa sunt illaesa, aut inconvulsa. Interim debent illi qui sunt veteris Religionis, et Augustanae confessionis pacifice inter se vivere, sine alterius Religionis iniuria." Hic articulus perinde ac complures alii suas habet ambiguitates.

sotto le pene del Recesso, oppugnare quelli della contraria parte, ne essere oppugnati [1]. Nelli altri [a] articoli che restano non ce altro che la confirmatione della pace soto la pena etc. che si dice.

Haec à nobis dicta sint et subiecta reuerenter iudicio S. D. N. et sanctae Sedis Apostolicae, omniumque rectius sentientium [b].

Hieronymus Natalis † Petrus Canisius. † Jacobus Ledesma.

De his litteris vide, quae notata sunt supra p. 232—233.

Haec pacis augustanae interpretatio, quamquam a Natale, Canisio, Ledesma subscripta est, tamen potissimum a Canisio est composita; hic enim omnium optime res germanicas noverat; hic solus germanicam linguam, qua litterae pacis conscriptae erant, callebat.

Canisius a. 1555 Augustae, cum de pace illa agebatur, aliquamdiu versatus est (*Can.* I 553—554 565 750). Idem complures ex principibus et consiliariis, qui tractationi illi intererant, bene noverat; ut Ferdinandum I. regem, Albertum V. Bavariae ducem, Michaelem a Küenburg archiepiscopum salisburgensem, Ioannem Udalricum Zasium, Georgium Ilsung, Wiguleum Hundt, Christophorum Welsinger, Wolfgangum Andream Rhem, alios. Ac Ferdinandus I. Canisio ab a. 1558 ad 1563 familiariter utebatur (*Can.* II 204 447 764; IV 50 152 157 174). Scire igitur poterat Canisius, quibus consiliis catholici pacem augustanam inissent et quid in eius condicionibus admittendis spectassent.

Quodsi Canisius eiusque socii scribunt, catholicos, cum vires sibi suppetere intellexerint, bona et iura a protestantibus iniuste ablata sibi vindicaturos esse: multum certe aberat, ut protestantes vel diutius vel sanctius pacem augustanam servarent; hi enim iam inde a proximis post pacem factam annis, cum catholici eius condicionibus religiose starent, pacis violandae opportunitates quaerebant et catholicos multis locis vexabant eosque magis magisque monasteriis, collegiis, integris episcopatibus spoliabant; cf. supra p. 174 [8]. „Die Zulassung der Protestanten", inquit *K. Köhler*, „erschien [im Religionsfrieden] nur als ein vorläufig geschlossenes Compromiß, bis es gelingen werde, den zu Recht bestehenden Zustand auch thatsächlich wieder herzustellen" (Jahrbücher für Deutsche Theologie XXIII, Gotha 1878, 392). Et *Theodorus Lindner:* „Das Friedenswerk war ein recht unvollkommenes, im Grunde nur ein Waffenstillstand, aufgenötigt durch das Ruhebedürfnis beider Parteien" (Geschichte des deutschen Volkes I, Stuttgart 1894, 309). Certe neque regis Romanorum neque reliquorum principum catholicorum erat, quam plurima et amplissima bona ecclesiastica vel etiam integros episcopatus protestantibus condonare, vel iurisdictionis ecclesiasticae exercitium a magna Germaniae parte in perpetuum removere; summi autem pontificis nuntii ex comitiis, antequam pax composita esset, discesserant (*Köhler* l. c. 389). Hoc tamen fateamur oportet: Postea catholici, atque inter hos complures Societatis homines iique gravissimi, etiam planis verbis docuerunt, pacem religionis, quippe quae pax esset non dogmatica sed politica, a catholicis servari debere semper, non ad tempus tantum vel solum exspectando et tolerando, quoad eius impune frangendae facultas adesset; ita v. g.

a) *Hoc v. in V. supra versum scriptum est.* b) *Apud Lad. sequitur* etc.

[1] Art. 14 (art. 13 de equitibus illa habet, quae supra p. 244 [5] memoravi) ita habet: „Nachdem . . . in vielen frei- und reichsstetten die bede religionen . . . ein zeit hero im gang und geprauch gewesen, so sollen dieselbigen hinfüro auch also pleiben . . . und bürger und andere einwoner . . . friedlich und ruhig bei und neben einander wonen" (l. c. 743). *Laurentius Werner* de hac pace: „Nirgend mehr als in Augsburg, und hier nirgend mehr als beim Volke, wurde die Wohltat politischer Ruhe empfunden" (Geschichte der Stadt Augsburg, Augsburg 1900, 260).

Georgius Eder, Das guldene Flüß, Ingolstatt 1579, 396—397; *Andreas Erstenberger* (Franciscus Burgkardus), De Autonomia, München 1598, f. 1^b—2^a. 4^a—5^a; *Gregorius Roseffius* S. J., Christophori Rosenbuschs Declaration der vntüchtigen . . . Abfertigung, Luce Osiandri, Jngolstadt 1588, 93—96; *Martinus Becanus* S. J., Opusculorum Theologicorum Tomus Secundus, Moguntiae 1614, 57—58. Atque ita a. 1629, cum catholici protestantes vicissent, Ferdinandus II. imperator edicto illo („Restitutionsedikt") ea tantum bona ecclesiastica catholicis restitui iussit, quae protestantes violata pace augustana abstulerant. Nescio igitur, qua ratione *Petrus Philippus Wolf* affirmare possit: „Der Religionsfriede hatte keine heftigere Feinde, als die Jesuiten" (Allgemeine Geschichte der Jesuiten II, Zürich 1790, 132).

Hae litterae, a Caligario iussu Commendoni Romam ad S. Franciscum Borgiam perlatae, una cum reliquis (vide supra p. 230—240) 13. Maii 1566 per Borgiam S. Pio V. traditae sunt; plura vide infra p. 254—255.

1317. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 4. Maii 1566.

Ex imagine photographica litterarum (2°; 1 p.) archetyparum (V), quae exstant in Cod. „E. C. II" n. [1]69[1a] (88). Extremam litterarum partem, incipiendo a „Precamur Deum Opt. Max.", Canisius sua manu scripsit; reliqua scripta sunt a Socio aliquo augustano (P. Wendelino Völck? Fr. Stephano Kreitzler? Idem Canisii epistulam 23. Februarii 1566 datam scripsit). In capite paginae prioris positum est manu ignota (P. Natalis? P. Ximenii?): „F." Praesto erat etiam imago photographica exempli (W) earundem litterarum (2°; p. 1; in p. 2. inscr.), quod et ipsum archetypum est; nam epistula quidem ipsa a P. Didaco Jimenez S. J. scripta est; sed Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit et inscriptionem posuit. In capite paginae prioris positum est manu antiqua (Natalis? Polanci? Ximenii?) „F.", et notatum manu Polanci (ut videtur): „lettera del P. Canisio". Ceterum hoc exemplum humore ita est corruptum, ut difficile sit lectu. Exstat etiam in bibliotheca vaticana apographum (X), de quo vide supra p. 230. In archivo quoque vaticano apographum (recens, ab Augustino Theiner scriptum?) exstat, „Nunziatura di Svizzera 4", inter f. 231—232. Litteras primus typis vulgavit *Laderchius* l. c. 135—136 (in a. 1566 n. 238), apographo usus, quod ex exemplo spadiano ea ratione, quam supra p. 230 dixi, exscriptum erat. Litterarum partes (ex Laderchio) posuit *E. Reimann* l. c. [vide supra p. 143] XI 28[1] 29[1]. Litteris usus est *Sacchinus,* Can. 230—232 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 24.

Cardinalis Commendoni virtute in comitiis imperii effectum est, ut, audacibus adversariorum conatibus frustratis, et concilium nationale et aliae controversiarum religionis conciliandarum rationes sinistrae reicerentur. Idem impedivit, quominus reservatum ecclesiasticum abrogaretur, et diligentissime laborat, ut catholici concilium tridentinum profiteantur.

† Pax[a] Christi admodum Reuerende Pater.

De statu rerum, quae nunc Augustae geruntur, saepe antehac multumque perscripsimus[b]: Sic[c] uero diuinae uoluntati uisum fuit, ut morbis germanicis[d] probe curandis, fidus ac peritus medicus non deesset Jllustrissimus Cardinalis et[e] Legatus Apostolicus Commendonus. Js pergraues hoc loco sibi obiectas habuit, simulque uicit molestias ac difficultates. Deo summa sit gloria. Ad Concilium Nationale multorum animi propendebant. Alij subdolam et insidijs plenam de

a) *Hoc v. et 4 sqq. apud Lad. desunt.* b) praescripsimus *Lad.* c) hic *Lad.* d) Germaniae *X. Lad.* e) *Deest in X* et *Lad.*

concilianda utraque[a] Religione tractationem in medium adferebant[1]. Nonnulli seriam inter Principes collationem, de toto Religionis negotio perlubenter ursissent. Communis et ingens protestantium ardor hoc flagitabat, ut Ecclesiasticis ea daretur potestas, ac profana libertas, ut qui uellent, ad Lutheranam sectam deficerent[b], et bonis interim Ecclesiasticis minime fraudarentur[2]. Verum aduersus has omnes artes et fraudes Sathanae[c] pugnatum est, et uicit Christus, Christique Vicarius in Legato suo, ut disiectis tenebris lux Catholicae ueritatis clarius effulgeret, nihilque nobis adimeret potestas tenebrarum[3]. Quod praeclarum Domini Cardinalis certamen eo spectabilius etiam fuit, quo celebriorem uidemus hunc Principum haereticorum esse[d] conuentum, qui undequaque plurimos et audacissimos et obstinatiss. nouae perfidiae[e] propugnatores tenet[f][4]. Nunc hoc tandem effectum est, ut de Religione tractatio quam Sectarij postulabant, penitus reiecta sit, nullum ut inde periculum metui queat. Caeterum noua et singularis illa difficultas emersit, ut sacrum Concilium Tridentinum in hoc ipso conuentu suum habeat locum et aperta Confessione Catholicorum cohonestetur[g], Qua in re difficile dictu[h] est, quales quantosque labores exhauriat Dominus Cardinalis, qui omnem sane[i] lapidem mouet, ut oportune[k] et importune[5] commendet Synodum, eiusque fidem et authoritatem Germanis comprobet, quoad eius fieri potest. Precamur[l] Deum Opt. Max, quod bene coeptum est[m], uirtutis eius[n] dextera[o] promoueatur ac feliciter[p] conficiatur, partim ne sanctae sedi Apostolicae et uerae Religioni praeiudicium ullum adferatur, partim ut Catholica ueritas et dignitas, quae cum premitur[q], illustratur, ex hac lucta suum etiam capiat incrementum. Ora pro nobis et Germania Reuerende Pater. Augustae 4 Maij .1566.

Seruus in Christo P. Canisius[r].

† Admodum Reuerendo in Christo Patri, P. Francisco Borgiae Praeposito generali Societatis JESV. Romae.

a) veraque *X.* b) *In W correctum ex* defficerent. c) fraudes hoc sane *X. Lad.* d) *Hoc v. in V a C. supra versum scriptum est.* e) perfidie *W.* f) *In W a C. correctum ex* tenat *(?).* g) Catholicorum eo honestetur *X.* h) dictum *X.* i) hunc *X. Lad.* k) opportunè *W*; opportuni *X.* l) Praecamur *W.* m) *In V sequitur* suae, *a C. oblitteratum.* n) *Hoc v. in V a C. supra vers. scriptum est. In W et apud Lad. sequitur* ut. o) dextere *X.* p) foeliciter *W.* q) praemitur *W.* r) *Sequens inscriptio ex W transcripta est; V non habet inscr.*

---

[1] A Georgio Vicelio et Georgio Cassandro iussu Maximiliani II. compositam? Cf. *Schwarz* l. c. 18; *N. Paulus* in „Historisches Jahrbuch" XXVII 341; *Can.* IV 765—766.

[2] „Reservatum ecclesiasticum", quod vocant, abrogare volebant; v. supra p. 212.

[3] Col 1, 13. Cf. Lc 22, 53.

[4] Quam vehementer et impie Michael Diller, Friderici III. electoris palatini contionator, Augustae dixerit, vide supra p. 224[7]. Christophorus Wurttembergae dux praeter Balthasarem Bidenbach contionatorem secum adduxerat etiam Iacobum illum Andreae (vide supra p. 215). Wolfgangi ducis neoburgensis contionatorem agebat Tilemannus Heshusius lutheranus isque litigiosissimus (*B. G. Struve,* Ausführlicher Bericht von der Pfältzischen Kirchen-Historie, Franckfurt 1721, 168. *A. Kluckhohn,* Briefe Friedrich des Frommen I, Braunschweig 1868, 656). [5] 2 Tim 4, 2.

Canisius has litteras, ut ipse testatur (vide infra p. 257), a Commendono vel ab eius amicis rogatus conscripsit. Earum exemplum alterum (W) Romae alicui ex cardinalibus (Alexandrino?) traditum atque ita in archivum vaticanum illatum esse videtur. Exemplum V a Borgia domi asservatum est.

Borgias respondit epistula 16. Maii 1566 ad P. Natalem data; vide infra n. 1325.

1318. P. HIERONYMUS NATALIS suo et PP. PETRI CANISII et IACOBI DE LEDESMA nomine **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vind. 4. Maii 1566.

Ex imagine photographica litterarum (2°; 1½ pp.) archetyparum (V), quae exstant in Cod. „E. C. II." n. 169[2da] (87), signatae (in capite paginae prioris) littera „.D." Postrema illa verba „et per questa" etc., usque ad „1566" incl., a Ledesma, quae autem sequuntur, usque ad „Natal" incl., a Natale scripta sunt; Canisii et Ledesmae nomina ab ipsis subscripta sunt; reliqua scripsit P. Didacus Jimenez S. J. Praesto erat etiam imago photographica exempli (W) earundem litterarum (2°; 1½ pp.), quod et ipsum archetypum est; scriptum enim est a P. Didaco Jimenez S. J., praeter sententiam postremam („Et per questo" — „1566".), quam Canisius scripsit, et nomina subscripta, quae autographa sunt; P. Natalis scripsit etiam: „D. V. P. serui en christo"; in capite paginae prioris manu antiqua (Natalis? Ximenii?) positum est „D", et sub eo, manu Polanci, ut videtur: „Lettera Del P. Canisio del P. Ledesma sopra le cose della Dieta d' Augusta 1566" [*sic*]. W festinantius scriptum esse videtur, quam V; exstat in archivo vaticano, „Conc. di Trento n. 149" f. 277. In bibliotheca autem vaticana exstat apographum (X); de quo vide supra p. 230. In archivo quoque vaticano apographum (recens, ab Augustino Theiner scriptum?) exstat, „Nunziatura di Svizzera 4" inter f. 231—232. Litterae ex W transcriptae sunt in Epp. *Nad.* III 96—100. Epistulam iam aliquanto ante „ex autogr." vel potius ex V (vide infra p. 251 adn. f, g etc.) in lucem emiserat *Boero,* Can. 300—302, „mutilatam" tamen „et transformatam", ut recte ait editor Epp. *Nadal* l. c. 96[1]; perperam etiam Boero Canisium epistulae auctorem dicit; de qua re plura infra. Eandem gallice versam (ex Boero) posuit *Michel* l. c. 310—311. Maiorem epistulae partem ex Boero germanice vertit *Riess* l. c. 356[2]. Particulam ex Codice spadiano exscriptam (vide supra p. 230) latine posuit *Laderchius* l. c. 132 (in a. 1566 n. 234). Aliam particulam ex Boero germanice vertit *Drews* l. c. 122. Epistula usi sunt *Sacchinus,* Can. 231—234 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 24 25, et *Duhr,* Jes. I 828[1].

Cardinalis Commendonus legatus pontificius iam ab initio comitiorum apud imperatorem et principes utilem operam praestitit; idem pacem inter catholicos et protestantes stabiliendam diligentissime et prudentissime tractat, ita ut et caesar et alii eius constantiam suspiciant. Cum ordines imperii in tributa bello turcico pendenda consensissent, et protestantes tractationem religionis frustra petivissent, de pace disceptari coeptum est. Catholicis cordi erat, ut confirmaretur pax composita anno 1555; quo anno et catholici potentiores et protestantes minus audaces erant, quam nunc sunt. Atque pax illa, tametsi protestantes condiciones ei addere student intolerabiles, nullis condicionibus additis confirmabitur. Interea vero litterae pontificiae allatae sunt Augustam, quibus legatus, si quid cum dogmatibus tridentinis pugnans decerneretur, „protestari" iubebatur. Quare hic Sociis quaestiones proposuit, quarum responsa cum explicationibus huic epistulae adiunguntur eo consilio, ut pontifex de negotio certior effectus constituat, quid faciendum sit; periculum enim est, ne, si quid inconsideratius statuatur, damnum irreparabile religioni inferatur. Rei autem caput hoc est: Quia pacem cum dogmatibus pugnare non plane constat, pontifex non videtur exigere, ut tantum in discrimen causa deducatur; nam etiam comitiis absolutis legatus protestari poterit, idque melius, quam nunc; dummodo constet, neque ipsum neque pontificem recessui consentire. Borgiae curandum est, ut negotium illud et Deo commendetur et pontifici aliisque, qui opem conferre possint, quam primum proponatur.

Bücherfreunde

erhalten

auf

Wunsch



Jhesus[a].

Molto Reuerendo Padre Nostro in Christo.

Pax Christi etc.

Per un' altra scriuerò d'[b] altre cose[1], et risponderò à quella delli 5 d' Aprile di mano della Paternita Vostra[2], la quale ho riceuuto[c] due[d] giorni fà. In questa dirò delle cose, che occorrono[e] di qua, nel negotio et offitio dell' Agente[f] del' Amico[g] di[h] Rodriguez[3], le qualj[i] ha communicato[k] et consultato con noi altri. Voglio prima dire alla Paternita Vostra[l], il fine perche scriuo, et[m] è, accioche come in cosa di[n] grandissima importanza la Paternita V. procuri parlare[o] subito all' Amico di[p] Rodriguez[q 4], et aiuti questo negotio, che sarà un' officio[r] di[s] grandissimo seruigio[t] d' Iddio N.[u] Signore.

Jnsino adesso non è occorsa cosa, che[v] toccasse[w] directe alla Religione, et tamen l' Agente dell'[x] Amico[y] secondo intendiamo, faceua buonissimi officij appresso al Cugino[z] di[aa] Montoya[5] et delli Principi Catholici[bb] delli quali scriue il Padre Canisio à parte[6], Ma Di[cc] poi[dd], che si tratta della pace fra Catholici et protestanti, si porta l' Agente[ee] con tanta sollicitudine[ff], industria, et prouidenza, che non solo pare à noi benissimo quello che negotia, ma etiam[gg] ci da consolatione spirituale, uedendo il suo buon sentire et buon modo di procedere: Et certo la exactione, che nelli negotij tiene, et la fideltà, fa ch'[hh] il cuggino etc.[7] l' habbi per forte, et anchora altrj, come ho sentito da colui[ii] con chi staua Iona[kk 8]. Spero ch'[ll] il Signore Jddio per sua

a) *Hoc v. et sqq., usque ad* etc. *incl., desunt apud Bo.* b) di *Bo*; *et ita saepe.* c) riceuutto *W.* d) doi *WX.* e) occorreno *W.* f) *In V manu P. Ios. Boero S. J. super hoc v.* 1. *et in margine* 1. il Legato *scripta sunt.* g) *Boero in V. super hoc v. et in margine (ut supra adn. f) scripsit:* 2. *et* 2. il Papa. h) de *W.* i) nel negozio del Cardinale Legato, che *Bo.*; *cf. supra adn. f.* k) comunicato *W* Bo. l) a V. P. *Bo.* m) ed *Bo.*; *et similiter saepe, verborum scriptionem ad praesentis temporis morem accommodando.* n) de *W.* o) parlar' *W.* p) de *W.* q) a Sua Santità *Bo.* r) offitio *W.* s) de *W.* t) seruiggio *W.* u) Nostro *W.* v) occorso che *X.* w) toccasi *W X.* x) del' *W.* y) e tuttavia il Legato *Bo.* z) *Bo. in V super hoc v. et in marg. (ut supra) scripsit:* 3. *et* 3. Massimiliano Imperatore. aa) de *W.* bb) presso l' imperadore e li principi cattolici *Bo.*; *qui vv. sqq., usque ad* Ma *excl., omittit.* cc) *Hoc v. in V (a Ledesma?) supra versum scriptum est*; da *Bo.* dd) Mà dipoi *W.* ee) il Legato *Bo.* ff) sollecitudine *Bo.* gg) ancora *Bo.* hh) che *W.* ii) *Bo. in V super hoc v. et in marg. (ut supra) scripsit:* 4. *et* 4 Card. Truchses. *Vide autem infra adn. 8.* kk) fa che l' imperatore l' abbia per forte, e ancora altri, come ho sentito dire *Bo.* ll) che *Bo.*

---

[1] Duae epistulae Augusta 5. Maii 1566 ad Borgiam datae exstant in Epp. *Nadal* III 107—112. [2] Haec exstat in Epp. *Nadal* III 50—53.

[3] S. Pium V. a Natale amicum Rodericii vocari monui supra p. 218[2]; eius autem „Agente" est cardinalis Commendonus legatus pontificius; id ex ipsis rebus, quae de hoc „Agente" a Natale referuntur, clare patet. [4] S. Pio V.

[5] Nomine secreto „Montoya" Socii Ioannam Austriacam, Philippi II. Hispaniae regis sororem, significabant (Epp. *Nadal* I 355 581[6] 780 781; II 263; III 110); unus autem ex Joannae patruelibus („cugini") erat Maximilianus II. imperator; nam hic Ferdinandi I. imperatoris filius erat; illam Carolus V. Ferdinandi frater genuerat; ac Maximilianum hoc loco significari res ipsae ostendunt; cf. etiam Epp. *Nadal* II 263; III 75[4]. [6] Vide supra p. 248—249. [7] Maximilianus II.

[8] Ab Joanne von der Leyen archiepiscopo et electore treverensi, qui comitiis intererat; apud hunc enim Ionas Adler — Socii eum „Ionam", altero nomine non

mano[a] conchiudera à maggior seruigio[b] Diuino[c] le cose, che si trattano, benche siano difficilime.

Jl negotio Padre[d] è questo, che hauendo consentito tutti li stati dell' Imperio, alla Contributione per la[e] Guerra contro al[f] Turco[g], dellaquale scriuerò per l'altra; hanno dimandato li Protestanti, che si trattasse della[h] Religione, et non essendoli questo concesso, si[i] è trattato della pace, et gli[k] Catholici hanno dimandata confirmatione di quella del .1555. fatta con consenso di[l] Carlo V.º[1] et di Ferdinando primo in tempo, che li Catholici erano piu potenti, et specialmente l'Imperatore[m] Carlo, et gli[n] aduersarij manco forti et licentiosi, che adesso, et cosi pensauano gli[o] Catholici riceuere gran gratia dal Signor Dio[p] se puotessero confirmare quella pace. Gli[q] aduersarij uoleuano ad ogni modo[r] aggiongere certe conditioni sopra modo intolerabili[s][2], et stauano per il contrario gli[t] Catholici à non aggiungere[u] parola nissuna[v], et si tiene per certo che cosi si conchiuderà[w], perche cosi ci ha detto à noi quello del Iona[3]. Trattandosi questo Negotio, uenne una lettera dell'[x] Amico di[y] Rodriguez[z][4], nella quale diceua all' Agente[aa], che uenendosi à conclusione alcuna[bb], che preiudicasse[cc] a los fueros, que se hizieron donde yo vine y estuue poco, y torne atras para acabar mi visita passada[5], hiziese una protestacion[dd]. Questa lettera fece grandissima difficoltà et cosi ci furono proposte dall' Agente[ee], le questioni; che la Paternità V.[ff] uederà, quali saranno[gg] con questa, insieme con le responsioni. Et accio la Paternita V. habbia informatione de[hh] quello che la[ii] si tocca, mando in un' altra

a) per mano di lui *Bo.* b) seruiggio *W.* c) servizio suo *Bo.* d) negozio principale *Bo.* e) *In W ex* della *correctum est* per lla. f) contra il *Bo.* g) *Bo. omittit, quae sequuntur, usque ad* hanno *excl.* h) trattasi de *W.* i) s' *W.* k) et li *W.* l) de *W.* m) Jmperator' *W.* n) li *W.* o) li *W.* p) signore Jddio *W X.* q) Li *W X.* r) ad ogni modo uoleuano *W X.* s) intollerabili *W.* t) li *W.* u) aggiongere *W.* v) alcuna *Bo.* w) *Bo. omittit 10 vv. sqq.* x) del' *W.* y) de *W.* z) lettera del Papa *Bo.* aa) al Legato *Bo.* bb) conclusion' alchuna *W.* cc) preiudicasi *W. In W sequitur* che, *oblitteratum.* dd) che pregiudicasse ai diritti, facesse una protesta *Bo.* ee) dal Legato *Bo.* ff) *Hoc v. deest in W X.* gg) sarano *W.* hh) di *W.* ii) che in esse *Bo.*

---

apposito, vocabant (*Can.* I 446; II 43 113 132 500 513; III 6; IV 711 etc.) —, cum Societatem deseruisset, aliquamdiu moratus erat; vide Can. III 175 et supra p. 70.

[1] Hic non consensit; vide supra p. 241[1].

[2] Postulabant, ut „reservatum ecclesiasticum" abrogaretur, et ut protestantibus sub dominationem principum catholicorum subiectis liberum religionis exercitium concederetur (*Donawer* l. c. 76—79. *Lehmann* l. c. 99—101. *Janssen* l. c. IV 227). Ac multi comites protestantes petebant, ut in posterum nobilibus liceret canonicatus et dignitates in capitulis cathedralibus etc. consequi, etiamsi confessionem augustanam tenerent; eorum litteras posuit *H. Chr. Senckenberg,* Sammlung von Ungedruckt- und raren Schriften I, Frankfurt am Mayn 1745, 306—313.

[3] Ioannes von der Leyen. [4] S. Pii V.

[5] Decreta dogmatica concilii tridentini significat; vide supra p. 230 234. Natalis, cum a. 1562 et 1563 Germaniae et Austriae Socios iussu Lainii praepositi generalis „visitaret", ea visitatione ad tempus intermissa, a m. Decembri a. 1562 ad m. Februarium a. 1563 Tridenti apud Lainium moratus erat (*Can.* III 568; IV 62. Cf. Epp. *Nadal* III 96[1]).

scrittura separata piu al lungo[a], la explicatione delle nostre responsioni[b].

Et tutte queste scritture si mandano à V. P. per il fine gia detto, perche temiamo grandemente, che s' in questo negotio[c] tanto importante et pericoloso, se[d] uà in fretta, non si uenghi ad una grande rottura, et danno irrecuperabile[e], secondo le circonstantie[f] del paese, tempo, et persone, et non pretendemo altro, se non che informato l' amico di[g] Rodriguez[h], possi ordinare quello, che sempre pensaremo, sarà maggior seruigio[i] de Christo Nostro Signore . et[k] il punto de tutto è questo . cio è, che non essendo chiaro, che[l] il Recesso[m] [1] sia in pregiudicio[n] delli dogmi etc.[o] non pare esser la uolontà dell' amico[p], che si ponghi la cosa in cosi gran[q] pericolo, essendo tempo etiam dopo la Dieta, di fare[r] con maggior[s] conseglio authorità et prouidenza, la protesta[t], conciò che adesso consti come gia procura l' Agente di fare, che non consente ne il amico ne lui etc. La Paternità V.[u] per l amore d' Iddio raccomandi[v] et faccia[w] raccommandare al Signore Dio[x] questo negotio, che pare essere delli piu importanti, et faccia subito l' officio con l' amico[y], et con[z] altri, che puono agiutare caldissimamente . et per questa[aa] non mi occorre[bb] altro[cc], il Signor sia con noi . ora pro nobis, Pater. Augustae. a .4. di Mayo de .1566[dd].

D. V. P.
seruo in christo[ee]
Natal. P. Canisius. Ledesma[ff].

Litterae hae, quamquam a tribus Sociis subscriptae sunt, ab uno tantum sunt compositae; id ex numero singulari intellegitur, qui saepe per eas occurrit; ut „scriuerò"; „risponderò"; „dirò"; „voglio dire"; „ho sentito" etc. Reliqui ergo duo nomina subscribendo significarunt, litteras suo etiam nomine et ex suorum animorum sententia scriptas esse. Neque Canisius (id quod Boero affirmavit) litterarum auctor est; nam de Canisio „in tertia persona", ut dicere solemus, scribitur; atque particula aliqua litterarum („a los fueros" — „protestacion") hispanico sermone scripta est; id quod unquam a Canisio factum esse compertum non est. Litteras scripsit Natalis; huic enim litterae illae autographae Borgiae 5. Aprilis missae erant (vide supra p. 251); atque Natalis nomina illa secreta „amicus Rodericii", „Montoya" etc. adhibere solebat; in eundem hispanica illa verba „a los fueros" etc. optime conveniunt.

Harum litterarum exemplum alterum (W) Romae alicui ex cardinalibus (Alexandrino?) vel etiam ipsi pontifici traditum atque ita in archivum vaticanum illatum esse videtur. Exemplum autem V a Borgia domi asservatum est.

a) lungho *W*. b) separata la esplicazione delle nostre risposte *Bo*. c) che in questo negozio *Bo*. d) *In W* sj *corr. est ex* se; se si *Bo*. e) irreparabile *Bo*. f) cirunstantie *W*. g) de *W*. h) informato il Papa *Bo*. i) seruiggio *W*. k) *Bo. omittit hoc v.* l) ch' *W*. m) *Bo. addidit:* del 1555. n) preiudicio *W*. o) *Bo. omittit hoc v.* p) del Santo Padre *Bo*. q) grande *W*. r) far *W*. s) magior *W*. t) *Bo. omittit vv. sqq., usque ad* etc. *incl.* u) Là Paternita Vostra *W*. v) raccommandi *W*. w) et facci *W*. x) Jddio *W et Bo.*; raccommandare à Jddio *X*. y) con Sua Santità *Bo*. z) *In W hoc v. supra versum scriptum est.* aa) questo *W*. bb) occurre *W*. cc) *Bo. omittit 9 vv. sqq.* dd) 4 Maij Augustae 1566. *W*. *Eadem prorsus habet X. Bo. vv. sqq., usque ad* christo *incl., omittit.* ee) D V P serui en christo *W*. ff) *Bo. in capite epistulae posuit:* Al molto reverendo Padre Francesco de Borgia Preposito Generale della Compagnia di Gesù.

[1] Recessum significat, quo a. 1555 Augustae „pax religionis" sancita erat; quam pacem recessu horum comitiorum (a. 1566) confirmaturi erant; vide supra p. 233.

Quid his litteris apud Borgiam et per Borgiam apud ipsum pontificem effectum sit, ex Borgiae epistula 18. Maii 1566 ad Natalem data cognoscitur; quam, quia ad huius tractationis historiam illustrandam plurimum confert, huc transcribo ex exemplo archetypo[a] et ipsius Borgiae manu subscripto, quod in „E B" n. 179 (58) exstat (primum typis exscripta est epistula in Epp. *Nadal* III 130—132). Ita igitur *S. Franciscus Borgias* Natali scripsit:

„Jhesus. Molto Reuerendo in christo Padre. Pax christi etc. L' Auditor del Illustrissimo Legato[1], mi diede le lettere de V. R. de .5. del presente con le copie sottoscritte de sua mano, et di quella delli Padri Canisio, et Ledesma, et tutto il resto, et quel di medesimo[2], et quasi l' istessa hora, uedendo cio che importaua il negocio, letta la sustanza dele lettere, et inteso ciò che mi disse de parolla detto auditor, men' andai[b] all' Illustrissimo Cardinale Granuela, il quale non haueua ancora letto il suo spaccio, et tutta uia, per informatione che prima haueua, et quella ch' li hauemo[3] data, ci[c] disse il suo parere . li fù rapresentato d' andar ad informar Sua Santità et quantunque non li parse douer far questo, senza esser ricercato, fece pure buon officio la mattina seguente col Illustrissimo Cardinal Alessandrino[4] al quale io mandai anche il medesimo giorno[d] per intendere, se ci era alcun segno della uoluntà di Sua Santità et occasione di andarli à parlare, et ci fece intendere[e] che staua nel medesimo parer che prima, et che saria bene che noi li parlassimo, perchè il Cardinal granuela non lo haueua fatto, benche era stato con esso Alessandrino. Li fù ricordato saria bene che facessi qualche officio sua Signoria Illustrissima et che al meno rapresentassi à Sua Santità il consultar in cosa d' tanta importanza alcuni Cardinali ò altri quali giudicassi haueriano buon parere in questo negocio, per maggior sua satisfattione, massime essendo di parer, delli Dottori di là, et di quelli che lo haueuano studiato in casa nostra, conforme. Andò subito il Cardinal dal Papa, et dipoi mi fece dir' che uolentieri uederia Sua Santità li dubij che ci erano, et che li pareua ben noi li portassimo, et così il medesimo giorno[5] li portammo, et li sono stati lasciati in mano li quattro scritti notati per A. B. C. E[6] che già haueua riceuuto di mano dell' Auditor detto il recesso del .1555.[7] gli hauemo anche detto all' hora, et un' altra uolta che li parlamo di questa materia, il nostro parer, et restò Sua Santità à considerarlo, et ci esortò à raccomandarlo à Iddio N. Signore et prima che partessimo da lei, pare daua segno di rimettersi all' discrettion dell' Illustrissimo Legato, quando non ui fossi cosa alcuna che si approuassi, ò consentisse contra gli dogmi del Concilio Tridentino il che procurauamo noi mostrar fossi cosi . non[f] [?] iudicaua però Sua Santità espediente, che facessi absentia[g] [?] l' Illustrissimo Legato al tempo che si approuassi il recesso detto del 55. poiche ad ogni modo non doueua interuenire in quello. La conclusione che ha fatto Sua Santità s' intendera in particolare per sue lettere, quel che quà intendemo è, che non uorrà si faccia protesto, benche in tutti li modi possibili, hauera piacer che l' Illustrissimo Legato tenga conto come il douer uole, con euitar ogni preiudicio del Concilio Tridentino, et della Sede Apostolica, et però non importando la fretta di pochi dì, non rimanda in dietro detto Auditore, ma scriue per la uia

a) *In Cod. „Germ. 65" f. 112 exstat huius epistulae commentarium (C); cuius partem primam Polancus sua manu scripsit; reliqua a Pol. multis locis emendata sunt.* b) *In C sequuntur vv.* menando meco il Padre Polanco; *quae vv. Polancus sua manu scripsit, postea autem oblitteravit.* c) *Sic Pol. in C correxit ex* ho data, mi. d) *In C sequuntur vv.* il Padre Polanco, *oblitterata.* e) *In C a Pol. correctum ex* et li disse. f) g) *Ita etiam C; attamen res ipsa exigere videtur, ut aut hoc* non *oblitteretur, aut pro v.* absentia, *quod sequitur, ponatur* assistentia *vel v. simile.*

[1] Joannes Andreas Caligari; vide supra p. 233.

[2] Die 12. Maii; vide infra monum. aug. (c 21) (c 22).

[3] Borgias et Polancus; vide supra adn. b et c.

[4] Michaele Bonello O. Pr.; hunc sororis nepotem S. Pius V. cardinalem creaverat et negotiorum praecipuum administrum constituerat.

[5] Die 13. Maii. [6] Haec vide supra p. 230—247.

[7] Vide supra p. 233 et infra monum. aug. (c 21).

ordinaria di Venetia. Dio N. Signore sia laudato, che ha dato al Suo Vicario il zelo tanto santo et forte nelle cose della Religion catholica, et d' altro canto anche lo tempera con la santa discrettione, accioche li infermi et deboli di spirito, possano conseruarsi, et s' aspetti miglior disposition delle cose, per passar più inanzi, come si desidera à gloria d' Iddio N. Signore et ben della Santa Chiesa. De Roma li .18. di Maggio .1566. De V. R. sieruo en Christo,

Francisco."

Merito notat *Laderchius* (l. c. n. 14), quam inconsiderate hac de re scribat *Thuanus;* hic enim primum narrat, Pium V. Commendono, ut si religionis negotium in comitia deduceretur „suo nomine publice protestaretur", mandasse, Commendonum vero litteris ad pontificem datis ea protestatione opus esse negasse; deinde addit: „Verum homo imperiosus, et qui nullas rationes voluntati suae contrarias admitteret, alteris mandatis enixe magis quam prius iniunxit, vt si mentio vlla de relligionis negotio in comitijs fieret, publice protestaretur, et Caesarem atque alios principes Pontificis nomine a communione Christiana excluderet . sed neque secundis mandatis minister hero prudentior paruit : et commodum accidit, vt cum secunda mandata venerunt, iam illud caput in aliud tempus dilatum esset:" *Jacobi Augusti Thuani* Historiarum sui temporis lib. XXXIX (Tom. I, Francofurti ad Moenum, s. a., p. 724).

1319. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 5. Maii 1566.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; $1^1/_2$ pp.; in p. 4 inscriptio, eaque manu P. Didaci Jimenez S. J. posita, et pars sig.); litterae exstant in „E. C. II" n. 170 (89). Litterarum particula posita est a *Sacchino,* Can. 232, et ex Sacchino a *Dorigny* l. c. 269 (gallice), *Michel* l. c. 312—313 (gallice), *Boero* l. c. 304 (italice), *Séguin* l. c. 192 (gallice); eadem ex Dorigny a *Pythone* l. c. 231 in latinum sermonem est reducta. Ex autographo complures epistulae partes transcriptae sunt in Epp. *Nad.* III 35^2 180^2 759—760. Eadem usus est *Agricola* l. c. Dec. 3 n. 156; usus sum ego in *„Stimmen"* etc. LXXI 166.

Censet Natali, intermissa ad tempus collegiorum visitatione, valetudinis gratia ad aquas spadanas abeundum esse. Sociis in comitiis plurimum est laborandum. Incertum, num caesar et ordines catholici decretis tridentinis plane palamque assensuri sint; neque tamen, si tergiversentur, statim dure plectendi sunt. Caesariani queruntur Socios negotiis publicis se inserere. Canisius, ne iisdem post comitia quoque inseratur, pontifici persuaderi cupit. Commendonum rogatus commendavit. Consecratio archiepiscopi treverensis. Coloniense indultum et collegium.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Quod ad P. Natalem Visitatorem nostrum attinet, queritur saepe uires paulatim labefactari, et debilitatem ex diuturno catarro augeri sibi, ut pene diffidat de profectione reliqua conficiunda. Quoniam uero admoniti sumus, ut nostram de illo sententiam isthuc perscriberemus [1], non habeo quod dicam aliud, nisi consultum uideri mihi, vt ad confirmandam et instaurandam ualetudinem se totum ille conferat [a], neque hanc optimam temporis negligat [b] occasionem, sed relictis uisitationis curis recta et primo quoque tempore proficiscatur [c] ad salutares aquas, quas multi non procul a Leodiensi agro experiuntur mense Junio et Julio [2]. Nam ut affligat magis ualetudinem et senectam

a) *A C. correctum ex* conferret. b) *A C. corr. ex* negligeret. c) *A C. corr. ex* proficisceretur.

[1] Natalis ipse admonuisse videtur (Epp. *Nad.* III 109).

[2] Ad aquas spadanas (Spa); vide supra p. 226.

perlonga et difficili peregrinatione in Poloniam, Boemiam, Austriam, Hungariam usque, nec ipse ualde cupit, nec ego absque periculo futurum esse puto. Nisi firmiorem habeat valetudinem, uix[a] paucis collegijs uisitandis suffecturus uidetur. Quocirca securius arbitror fore, vt optimi Patris ualetudini curandae omnis detur opera, et uisitatio, quae corpus utcunque robustum requirit, in tempus aliud reijciatur. Et haud scio, an sit operae pretium P. V. literas hic expectare, si commoditas illi[b] forte ad aquas illas abeundi daretur. Quamquam satis prouideo, non illum ex hac prouintia discessurum, nisi accepto ex Vrbe responso P. V. quae proculdubio consulet illius sanitati, vt postea utcumque per Dei gratiam et aquae dictae beneficium[c] restitutus, Christo, sibi et societati nostrae diutius inseruire ac prodesse possit.

Vt ad Comicia veniam, nunc in his plurimum scribimus, consultamus, currimus, laboramus, nihilque nobis otij superest ad reliqua curanda. Quid apud Lactantium[d] [1] effici et profici possit, nondum intelligimus. Fidem Catholicam in genere profitemur: sed in specie fidem et dogmata Concilij Tridentini profiteri saxum est ingens quod uoluitur, et nescimus, quo pacto promoueri possit, quod mouere coepimus. Difficultas principalis in eo versatur, quantum sit satis ab his aegrotis impetrare, quos si omnino ad firmiorem statum nequeas adducere, tamen nolis occidere. Concilium hoc optaremus diserte quidem hic approbari, sed si hoc obtinere non possumus, desertores Religionis Germanos protestando facere, et infirmos in fide[2] sic reijcere, non huic quidem tempori consentaneum arbitramur. Quid postulet Ausonius[e] [3] intelligimus, ut[f] uero admoniti et tergiuersantes statim dure plectantur, atque sic maior in hac parte scissura fiat[4], non puto esse suadendum.

Certe nos hic male audimus apud Caesarianos, uelut nostrae professionis obliti, curemus publica, quae nihil ad nos attineant. Si forte et isthic non probentur consilia nostra, grauior etiam conditio foret[5].

a) *Hoc v. a C. supra versum scriptum est.* b) *A C. supra vers. scriptum.* c) *V. sequens a C. in margine additum est.* d) *Vide infra adn. 1.* e) *Vide infra adn. 3.* f) *A C. corr. ex* quid.

---

[1] *Polancus* super verbum „Lactantium" scripsit „imperatorem"; quam interpretationem veram esse censeo. Ex proximis quidem verbis conieceris Fridericum Wedanum archiepiscopum electum coloniensem significari; hoc enim tempore Commendonus Pii V. mandatu Augustae multum laborabat, ut Wedanus professionem fidei tridentinam faceret (*Pogiani* Epistolae IV 288—301. *Laderchius* l. c. in a. 1566 n. 267. *Schwarz* l. c. 16 22—23). At hic, puto, a Canisio non secreto sive alieno, sed suo nomine significatus esset; neque Socii singulare illud negotium multum curasse videntur. [2] Rom 14, 1.

[3] *Polancus* supra hoc verbum notam quandam sive siglum posuit, quo significabat, pontificem hoc loco Ausonium vocari. Quid S. Pius V. Commendono mandaverit, vide supra p. 252. [4] Mc 2, 21; cf. 1 Cor 11, 18; Mt 9, 16.

[5] Consilia dicit, quibus Socii impedire studebant, quominus cardinalis Commendonus contra pacis augustanae confirmationem „protestationem" facere iuberetur;

Sed haec incommoda tempus hoc infelix aduehit secum. Caute nobis agendum est: tantum ne implicer ego post Comicia negotijs publicis[1], id uero Pontifici persuaderi uelim maxime, praesertim ne propter vnum Societas nostra pergat audire male, quemadmodum scriptum est alias, et P. Natalis postulat suadetque fieri uehementer[2]. Dominus in suam gloriam omnia[3].

Scripsi adiunctas rogatus, et propter testimonium, quod isthic extare cupiunt in boni uiri commendationem[4].

Jmpetrauit tandem Archiepiscopus Treuirensis[5] optatam a Pontifice gratiam, ut consecrationis munus adire possit. Non repetam Coloniensium quos nuper commendaui, negotium[6]. Si his fauebit Pontifex, facilius Coloniae nostri promouerentur ad meliora, si Pontifex idem commendet Senatui collegium.

Ora pro nobis colende Pater. Comicia intra dies 14 hic finem habitura videntur. De alijs alij plura scribent. Augustae 5 Maij .1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Jhesus. Al Molto Reuerendo Padre Nostro in Christo, Il Padre [Fra]ncesco de Borgia Preposito generale della [Compagnia] de Jesu etc. Roma.

Borgias Canisio respondit 16. Maii 1566.

1320. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci de Borgia, praeposito generalis, CANISIO.

(Epistula prior.) Roma 7. Maii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Augusta P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 107b—108a.

P. Natalis collegii dilingani ac reliquas Germaniae superioris res bene constituet. Fr. Vallonus ex Turcarum servitute redimi poterit 100 ducatis; cuius pecuniae Germania superior magnam partem tribuit. Socii romani operam civitati coloniensi, si quam eius procuratores petierint, praestabunt. De collegio herbipolensi Natalis statuet. Canisii labores Deus prosperet.

Si sono riceuute quelle di V. R. et del P. Theodorico de .5. [*etc., ut supra p. 219—220*].

---

vide supra p. 233 251. Timebant illi, ne a Lancellotto, cuius sententiam graviter impugnabant, Romae accusarentur; id quod ex proximis epistulis satis certo colligitur; cf. infra n. 1325 et monum. aug. (c 16) (c 18) (c 21).

[1] Pontificiae ad Germaniae episcopos principesque legationi; v. supra p. 163 200.

[2] *Prosper ab Arcu,* caesareus apud Pium V. orator, Roma 13. Iulii 1566 ad Maximilianum II. haec, praeter alia, de pontifice rettulit: „Mi vien ancora detto che ha non solo in Italia, ma anco fuori d' Italia per tutti i regni et stati spie, che gli dano minuto raguaglio della vita et costumi de principi, de ministri loro et di quelli, che sono loro appresso" (*Hopfen* l. c. 244).

[3] De hoc epiphonemate vide *Can.* II 115[4]; cf. etiam *Can.* III 528; IV 512 683.

[4] Litteras 4. Maii 1566 in cardinalis Commendoni commendationem a se datas dicit; quas vide supra p. 248—249.

[5] Ioannes von der Leyen: de eius causa vide supra p. 134—136 200.

[6] Indultum tertiae gratiae ad 12 annos a pontifice sibi prorogari cupiebant; vide supra p. 116 208.

Delli particolari de Dilinga perche si potranno trattar col Padre Natal non occorre dir altro, detto Padre non partira tanto presto della Superior Germania che non habbia lasciato qualche bon ordine nelle cose della Prouincia.

Delli denari per il rescato di Bartholomeo, non ci ancora dettero[a] niente quelli che V. R. scriue li hanno à pagare, se li daranno, seruiranno per quella bona opera[1], perla quale ci hanno scritto de Constantinopoli, si credeua bastarebbono 100. ducati, o uero cechini[2], et la Prouincia di Germania fa assai bona parte, il resto cercaremmo, come meglio si potra.

Quando faranno ricorso à noi, quelli che fanno li negotij della città di Colonia[3], uolentieri li aiutaremo in quel che potremo . il negocio del collegio de herbipoli è rimesso al Padre maestro natal[4],

De litteris et nummis Theodori Lindani [v. supra p. 204].

Le fatiche di V. R. de questa Quaresima, habbia fatto molto fruttuose Iddio N. Signore[5] et cosí tutte le altre che alla giornata piglia per il suo seruicio . tutti ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li .7. di Maggio .1566.

Vel cum hac epistula, vel cum ea, quam proxime ponam, Canisio missum est praeceptum, quo Borgias providebat, ut provinciis Austriae, Germaniae superioris et inferioris magistri noviciorum Romae instituerentur. Sic enim *notatum invenio: „A di 7. di maggio 66. si mandò un capitolo sopra la cura de mastri di case di probationi, accio li mandino à Roma per meglio esser instrutti et per gouernar meglio li nouitij. P. Canisio, P. Lanoy, P. Costero.“ (Cod. „Def.“, Diuersi ordini, in a. 1566).

Una cum Polanci litteris ad Canisium datis Augustam missa est epistula ab ipso *S. Francisco Borgia* 7. Maii 1566 ad P. Natalem data. In qua Borgias, quae Canisius in P. Ludovico de Mendoza S. J. cardinalis Ottonis Truchsess confessario et in Ioanne eius socio notaverat (vide supra p. 226), ita significabat esse corrigenda: „Jntendo che si lasciano ueder poche uolte il padre Luiggi et il suo Compagno, V. Reuerenza proueda come li parera conueniente, et se in casa, non possono aloggiar per la stretezza, o per respetto dell' Illustrissimo Cardinal al meno uengano speso, et si confessino tutti duoi in casa, et quando la Dieta fussi finita, et il Cardinal stessi in Dilinga doueranno stare nel Collegio, et di la potranno seruire al Cardinale“ (ex archetypo, quod exstat in „EB“ n. 175; etiam in Epp. *Nadal* III 114).

a) dette *ap.*

---

[1] De Fr. Bartholomaeo Vallono vide supra p. 58 207 225.

[2] Zecchini = genus quoddam ducatorum italorum.

[3] Caspar Gropper et Arnoldus Vogelsang; Groppero hoc tempore maxime curandum erat, ut indultum tertiae gratiae ad 12 annos prorogaretur; vide supra p. 116 213.

[4] *Natalis* Augusta 25. Maii 1566 ad Borgiae litteras 7. Maii 1566 datas respondens suadebat, ne spirense collegium admitteretur ante collegium „d' Herbipoli, di doue il Cancellario fà tanta instanza che è confussione nostra per la parola che Jl Padre Canisio in nome de V. P. ha dato al Vescouo di quella Chiesa et città, et à grand' instantia dimandano che uada uno de nostri per ueder' li edificij (ex archetypo, quod exstat in Cod. „EN“ n. 131; etiam in Epp. *Nadal* III 142).

[5] Canisius et multas contiones habuerat et plurimas confessiones exceperat; vide supra p. 224—225 et infra monum. aug. (a 12) (b 15) (b 16).

Borgiae litteris Polancus scidulam adiunxit, eamque ad Natalem quidem datam, sed ad Canisium quoque spectantem (cf. supra p. 208). Ita enim *Polancus:* „Hà inteso Sua Santità che li soggetti, che possono far' qualche frutto nelli Collegij nostri di Germania, et intorno a quelli non si potriano mandar discosto sanza scommodo importante di detti Collegij, et forse pericolo loro; et pare come pratico nelle Religioni, lo crede molto facilmente, et non ha fatto instantia alcuna che si mandassino, in modo che penso si contentara Sua Santità che li nostri operarij di Germania si essercitino come adesso fanno doue hanno le residentie ferme, ò in luoghi uicini, accio possino tornar presto alli Collegij, et conseruarsi con la disciplina Religiosa" (ex archetypo, manu ipsius Polanci subscripto, quod exstat in „EB" n. 176; etiam in Epp. *Nadal* III 115).

Canisius ad „capitulum" de magistris noviciorum ad se missum 25. Maii 1566 per P. Natalem respondit.

1321. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

(Epistula altera.) Roma 7. Maii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, ead. manu: „Alemagna Padre Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 106b.

Dilingam mittuntur P. Henricus Paez, FF. Simon Leodiensis et Robertus Leodiensis, ut loco PP. Torrensis, Valentiani, Hernath theologiam et philosophiam doceant; Robertus etiam graecas litteras tradere poterit. Praeterea ad studendum mittitur Fr. Benedictus Treverensis, quem aer romanus male habebat; is Dilingae impensis provinciae rhenanae vivet.

Pax *etc.* Molto Reuerendo in christo Padre.

Scriuendo V. R. che bisognarebbe un Theologo in luoco del P. D. Torres in Dilinga[1], si manda il Padre Paez[2], portator dela presente, il qual fara questo officio, come persona esercitata et dotta . occorrendo etiam bisogno de mandar in Francia il Padre Jacomo Valentiano, in locho di esso si manda mastro Simone Leodiense, ilqual legera il corso, essendo giouene dotto et sufficiente, perche anche già deue esser uenuto il tempo, nelquale il P. Pietro Hungaro, debbia andare nella Prouincia d' Austria finito il suo corso, acciò ui sia uno che possa esser sustituto d' un mastro che mancassi, si manda il mastro Roberto Leodiense Diacono, ilqual potra con la prima commodità farse anche sacerdote, et a un bisogno potrebbe leggere una lettion de greco, il 4º che si manda[a] è mastro benedetto Treuerense, ilquale era uenuto à Roma per studiare, ma lo tratta male questo aere, et però si rimanda in Germania . ua à spese del Collegio di Treuere, et non grauara anche la Prouincia della superior Germania per il tempo che ui stara studiando in Dilinga che V. R. potra hauer ricompensa dal Prouinciale del Rheno, ne altro per questa occorre dir, senon che ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li .7. di Maggio .1566.

a) mando *ap.*

[1] Vide supra p. 209.

[2] De hoc et de reliquis Sociis, quorum Polancus in his litteris facit mentionem, vide, quae sub ipsas litteras dicentur.

Has litteras, ut ex ipsis intellegitur, Canisio attulit „Pater Paez“. Henricus Paez ulissiponensis a. 1551, annos natus fere 22, Conimbricae Societatem ingressus erat; postea Cordubae (Cordoba) et Salmanticae docuerat, contiones habuerat, confessiones exceperat. Dilingae pro P. Hieronymo Torrensi theologiam tradere iussus erat etiam ideo, quod P. Natali ipse affirmaverat: „Inclinado me siento, si los superiores quisiesen, de ir á Alemania más que á otra parte, por ser inclinado á destruir herejías y arraygar la fe de la iglesia“ (Epp. *Nadal* II 554; III 113 214[4]). Eum ineunte m. Maio 1566 non Romae, sed Bononiae versatum esse intellegitur ex *litteris a *Polanco* Roma 7. Maii 1566 Bononiam ad eum missis (ex apogr.; „Germ. 65“, f. 106[b]—107[a]).

Cum Paezio alii aliquot Dilingam missi sunt. Cum enim Societas „cursum“ philosophicum Parisiis in collegio claramontano autumno a. 1566 incohare statuisset idque officium magistro „plus quam mediocri“, ut Borgias Natali scripsit, committere vellet neque alius praesto esset, quam Iacobus [Borrassa; vide supra p. 111[5]] Valentianus sive Valentinus (de quo *Sommervogel*, Bibl. VIII 401), qui in collegio dilingano philosophiam docebat (Epp. *Nadal* III 332), in Valentiani locum substitutus est „Simon Leodiensis“. Accedebat, quod P. Petrum Hernath hungarum (cf. *Can.* IV 8[7]) provinciae Societatis austriacae, ut promissum ei exsolveretur, restitui oportebat (Epp. *Nadal* III 113); is quoque philosophiam Dilingae tradebat (*Can.* IV 496).

Simonis Leodiensis nomen gentilicium ab aliis aliter ponitur: „Emrius“ (Epp. *Nadal* III 471[5]. *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 5, n. 99); „Demesius“ (Epp. *Nadal* l. c. *Agricola* l. c. I Dec. 3, n. 171 206); „Demerius“ (Epp. *Nadal* III 765[4]). In **Catalogo* collegii dilingani Dilingae 31. Decembris 1566 (quo tempore Simon ibidem degebat) conscripto asseritur: „Simonem Damerium“ Leodiensem 22 annos natum esse; eum a. 1559 Romae Societati nomen dedisse, eodem anno vota scholasticorum nuncupasse, in Societate litteris et humanitati studuisse ac cursum philosophicum absolvisse („GSC 66“ f. 403[a]). De hoc Simone id, quod in Polanci et Natalis (l. c. III 142) epistulis obscure significatur, in Borgiae litteris eodem die ad Natalem datis apertius exprimitur: Dubitabant Socii, num ille in Societate perseveraturus esset (Epp. *Nadal* IV 113 174); quos merito dubitasse postea tristis eventus probavit. Cum Simone Dilingam missus est etiam „Robertus Leodiensis“: huic nomen gentilicium erat non „Byrulio“ (*Can.* III 186[4]), sed „Girulio“; ita enim *ipse* et in „examine“ P. Natali tradito (Epp. *Nadal* II 581), et in „*Litteris annuis“ collegii oenipontani, Oeniponte 1. Iulii 1566 a se datis (ex archetypo; „G. Ep. VII“ f. 234[a]) scripsit; in eiusdem collegii **Catalogo* exeunte a. 1566 scripto dicitur, „Robertum Leodiensem“ Coloniae a. 1558 in Societatem intrasse, ibidem philosophiae studuisse et „praelegisse ad tempus Ioannem de sacrobusto“, deinde in collegio pragensi Dialecticam tradidisse et „studiorum praefectum“ fuisse, postea Romae per 1½ annos theologiae operam dedisse („GSC 66“ f. 413[b]). Antequam autem Pragam venit, Ingolstadii aliquamdiu versatus erat. Aestate anni 1566, cum Dilingae sacerdotium suscepisset, Oenipontem ad rhetoricam tradendam missus est (Epp. *Nadal* II 447 581; III 143 173 185 332 765). Tribus hisce Sociis Romae adiunctus est „M. Benedictus Trevirensis“; neque dubitari potest, quin P. *Antonius Vinck* provinciae rhenanae praepositus hunc Benedictum significet, cum in **Catalogo* quodam eiusdem provinciae, exeunte a. 1566 composito, affirmat: „P. Benedictus Kyrhhoff cochimensis modo ex italia propter infirmitatem redijt“ (ex autogr. „G. C. 67“ f. 43[a]); idem in **Catalogis* moguntinis paullo post scriptis „P. Benedictus Kirchhoff cochimensis [Kochem, pagus ad Mosellam, haud ita procul ab urbe treverensi situs] mosellanus Treuirensis“ vocatur (l. c. f. 27[b] 31[a]).

Vel cum hac epistula (id quod mihi multum probatur), vel cum alia aliqua ex epistulis sub hoc tempus Roma ad Canisium datis missam ad eundem esse puto tertiam ex quattuor illis „de rebus pontificis“ epistulis, quarum Canisius in litteris 6. Iulii 1566 ad Borgiam datis mentionem facit; quam eandem esse censeo atque „communem“ illam, quam Romae 30. Aprilis 1566 a P. Ioanne de Polanco hispanice

scriptam P. *Ludovicus Delplace* S. J. una cum versione latina a se conscripta vulgavit in „*Analectis* Bollandianis“, T. VII secundo loco, sive p. 50—56; ad Canisium tamen eam missam esse dixerim vel italice vel latine scriptam. Hic unam eius particulam ponendam esse existimo; ea enim de P. Gregorio Roseffio S. J. est, qui Canisio brevi in cathedralis ecclesiae augustanae sacro suggestu, atque aliquanto post etiam in praepositi provincialis officio successurus erat; atque eadem verisimile efficitur, anno 1566 in ipsis aedibus pontificiis Canisii catechismum explicatum esse. Haec autem praemoneo: *Borgias* Roma 27. Aprilis 1566 Augustam ad Natalem de Roseffio Romae degente scripsit: „Su Santidad informado del buen fructo que ha hecho con los Tudescos de su guardia esta quaresma le ha mostrado uoluntad que alguna uez les predique este uerano“ (ex epistula archetypa, quae in Cod. „EB“ n. 174 exstat; etiam in Epp. *Nadal* III 86). Roseffium igitur *Polancus* significat, cum in „communibus“ illis litteris exeunte m. Aprili 1566 datis de S. Pio V. haec, praeter alia, refert: „Porque los soldados de su guardia, que son Alemanes, no fuesen privados de la ayuda del verbo divino, pidió uno de nuestros sacerdotes, que en una capilla del palacio les predicó, tanto á ellos como á sus mujeres y hijos en lenga Tudesca y les esplicó el catecismo catolico con tanta satisfaccion y buen fructo de ellos, que cuando despues de pascua fué á besar el pié de Su Santidad le mostró especial amor y le encomendó que á lo menos una vez al mes continuase de predicarles“ (*Analecta* l. c. 51).

Eodem tempore *Borgias* per omnem Societatem mandavit, ut pro S. Pio V. singuli Societatis sacerdotes singulis hebdomadis missae sacrificium offerrent; *ita enim habet Cod. „Def.“: „1566 . A di 29. di Aprile ordine di raccomandare à Dio S. Santita et che ogni Sacerdote dicesse una messa per ogni settimana insino che si dia altro ordine dapertutto“ (Messe . . . per lj Benefattori, in a. 1566).

1322. CANISIUS VENERABILI **MAGDALENAE**, Austriae archiducissae. Augusta Vindelicorum 11. Maii 1566.

Ex P. Natalis epistulis archetypis (ab ipso subscriptis), quae exstant in Cod. „EN“ n. 125 128. Natalis epistulae ex archetypis primum editae sunt in Epp. *Nadal* III 115—121 132—134.

Ipsam atque Margaritam et Helenam sorores monet: Si Societatis sacerdotibus peccata confiteri velint, necesse esse, unus confessarius ipsis sit communis, isque aut P. Dyrsius, aut P. Halbpaur. Quod si de neutro inter ipsas convenerit, proponi iis P. Lanoium; hunc tamen Germaniae superioris lingua haud ita bene uti. Suadet deinde, ut per 3 dies missas orationesque dicendas curent ac postea, nullo consulto atque humanis rationibus sepositis, ipsae, quid in maiorem Dei gloriam cessurum sit, constituant.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator in „Postscripto“, quod epistulae Augusta 11. Maii 1566 ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem S. J. a se datae adiunxit, haec rettulit de Magdalena, Margarita, Helena archiducissis Oeniponte degentibus, quae sacerdotes Societatis sibi a sacris confessionibus esse magnopere cupiebant, ita tamen, ut prima P. Hermeti Halbpaur reliquarum confessario (Augustam paullo ante evocato), secunda (et tertia, ut videtur) P. Ioanni Dyrsio Magdalenae confessario nollent confiteri: „Despues de auer escrito esta hauemos acordado el padre Canisio y yo que Maestro Hermes de su parte escriuiese ala 2ª persona que el entendia ser necessario resoluerse todas Tres en elegir Vno, y yo he escrito lo mismo al Padre Dirsio que de su parte[a] diga lo mismo ala primera y auemos escrito a[b] las dos que se pongan en indiferencia y hagan dezir missas y oraciones tres dias y se determinen de si mismas sin consejo de ninguno buscando lo que es mayor seruicio de Dios sin ningun respecto ni affecto humano, y esto he escrito yo a Maestro Dirsio diga de su parte, mas que lo afirme totalmente, esperamos que el Señor nos dara claridad en esta parte etc.“ Idem eidem Augusta

a) *Sequitur* lo, *oblitteratum.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

19. Maii 1566: „Escreui a V. Padernidad la semana passada la determinacion que auiamos tomado para escreuir a las tres personas de donde esta .D. y hasta aora no tenemos respuesta.“

Quia in hac re Magdalena et Margarita inter se discrepabant, equidem puto utrique seorsum scriptum esse; certe scriptum est Magdalenae; haec enim natu maxima et reliquarum paene mater erat. Fortasse Natalis et Canisius eas monuerunt communibus litteris sive ita, ut alter non suo tantum sed alterius quoque nomine scriberet. Natalis germanice non sciebat; quare litteras germanicas a Canisio datas esse dixeris[1].

Canisii litterae perisse videntur; quid autem Canisius scripserit, magis singillatim intelligere vel saltem conicere licet ex iis, quae *Natalis* in epistula 11. Maii data, quam modo dixi, de archiducissis ac de PP. Halbpaur et Dyrsio Borgiam monuit: „La resolucion“, inquit, „de Maestro Canisio y mia hasta aora es esta que ellas se determinen de confessarse con Vno delos dos, lo qual vix tenemos[a] esperança hagan, y asi necessariamente venimos en Lanoy, mas hazenme una difficultad El Padre Canisio y Maestro Hermes, que el Padre Lanoy no sabe tanto Tudesco para confessarlas[2], y asi creemos sera necessario adigere eas que se resueluan o en Dirsio, o en Hermes, mas como quiera que sea, no pueden estar los dos alla, si fuese Hermes, deuria ser Juntamente Rector del Collegio, si Dirsio, auremos de dar otro predicador por el Padre Hermes y pensamos que podria ser el D. Thomas Gallo; no sabemos por aca otro remedio, sino uno que es el mejor de todos, dezir a estas personas que la Compañia no las puede confessar, siendo tan ocupada en diuersas otras cosas; Si a esto auemos de venir, o, no. V. P. lo Juzgara, que Realmente padre en lo que aora pasa se uee, la infinita difficultad que terna la Compañia de aqui adelante con estas mugeres. Dire breuemente otra vez lo que les queremos proponer, que todas elijan vno destos dos, y si no se conciertan, elijan todas al Padre Lanoy sabiendo la imperfection de su lengua, y si esto no quieren yo no se remedio ninguno en Alemania, sino ligasemos alli al Padre Canisio, que me paresce no es de pensar“ (l. c. n. 125; Epp. *Nadal* III 120—121).

1323. CANISIUS **MARGARITAE,** Austriae archiducissae.
Augusta Vind. 11. Maii 1566.

Vide epistulam superiorem (n. 1322).

1324. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vind. 13. Maii 1566.

Ex epistularum ad Canisium datarum apographis eodem tempore scriptis. „Germ. 65“ f. 138 143[a] 156[a].

Alberti V. Bavariae ducis pietatem laudat et Borgiam rogat, ut Albertum in negotio episcopatus frisingensis in Ernestum filium conferendi apud pontificem adiuvet.

S. Franciscus de Borgia Societatis praepositus generalis Roma 18. Iunii 1566 Canisio scripsit: „L' ultima che di V. R. habbiamo è de .13. de Maggio . et quanto al raro esempio di pietà et Religione, dell' Illustrissimo Duca di Bauiera, tutti siamo

a) *Primum scriptum erat:* no tenemos.

---

[1] Magdalena ad Lainium Societatis praepositum generalem 16. Decembris 1564 et 23. Ianuarii 1565 epistulas dedit germanicas, adiunctis versionibus latinis, ab alio vel aliis (ut videntur) curatis (*Can.* IV 949—950). Neque tamen negarim Magdalenam aliquam linguarum latinae et italicae scientiam habuisse. Certe *Egolphus Altheer* S. J. affirmat, [dass sie] „sich in den Buechern gemeldter Sprachen, nit anderst als ain Ymbl in den schönen lieblichen Bluemen übete, vnd den besten Safft darauß saugete“ (Das Leben der Durchleuchtigsten Königin Magdalenae Ertzhertzogin zu Össterreich etc., Ynssprugg [1625], 20—21). [2] Belga is erat.

molto informati[a] *[?], et parte per questo, et*[b] *[?] parte per l' obligo speciale, che noi hauemo, non mancaremo di far qualsi uoglia bono officio, che in suo seruitio secondo la nostra professione, potremo fare à gloria d' Jddio N. Signore." Atque etiam Roma 6. Iulii 1566 Borgias Canisio scribens, mentionem facit [di] „quelle di V. R. di .13. di Maggio d' Augusta". Polancus autem in epistula Roma 23. Iulii 1566 ad Canisium data: „Hauendo", inquit, „N. Padre Generale fatto risposta alle ultime di V. R. che erano se mi ricordo de .19. de maggio et .15. di giugno . questa sara" etc. Ubi pro „.19." omnino videtur ponendum fuisse „.13."; neque enim epistula, qua Borgias ad litteras a Petro Canisio 19. Maii ad se datas responderit, in Borgiae registro comparet; facile autem fieri poterat, ut Polancum ea in re memoria falleret; die enim 19. Maii Theodoricus Canisius Borgiae scripsit [vide infra monum. varia (13)], et hae duae Canisiorum epistulae Romam simul perlatae esse videntur; certe Borgias, cum 18. Iunii Petro Canisio responderet, se ea ipsa epistula etiam Theodorico respondere velle significavit.*

Quid a Canisio scriptum sit, magis singillatim intellegitur ex ipso Canisio, Dilinga 6. Iulii 1566 Borgiae ad ipsius litteras 18. Iunii datas haec, praeter alia, respondente: „Quello ch' io scrissi in commendatione del Duca, fù fatto all' instantia delli suoi Conseglieri, li quali[c] lessero quella lettera, piacendoli ancora al Padre Natale. Jo certo farei mal uolontieri tali seruitij di promouere un giouane à Prelatura. Ma quelli agenti del Duca, che stanno in Roma, dettero questo conseglio à quelli del Duca" (ex imagine photogr., de qua infra ep. n. 1336).

Alberto V. Bavariae duci tres erant filii vivi: Guilielmus, Ferdinandus, Ernestus. Cum autem lex primogeniturae, quam vocant, in familia ducum Bavariae initio saeculi XVI. lata, nondum plene in tuto collocata vel firmiter stabilita esset, Alberti multum intererat, ut Ferdinando et Ernesto, unde vivere possent, provideretur. Curatum est igitur, ut Ernestus (huius animum ad genus vivendi ecclesiasticum inclinasse ferunt) a. 1565 capitulorum metropolitanorum salisburgensis et coloniensis, m. Februario a. 1566 cathedralis capituli herbipolensis canonicus crearetur. Id quoque agebatur, ut Ernestus episcopus constitueretur frisingensis. Frisinga (Freising) prope Monachium sita est; Bavariae pars haud exigua atque ipsa urbs monachiensis in episcoporum illorum sacra dicione ac potestate erant; ex altera parte duces illi ecclesiae frisingensis erant patroni („Schirmvögte"), ac principatui civili, qui cum episcopatu illo coniunctus erat, optime consulebatur, si potentissimi illi Bavariae duces eum tuebantur. Atque ita et Mauritius a Sandizell episcopus in Ernesti gratiam officio se abdicare, et cathedrale capitulum Ernestum episcopum sibi deligere parati erant. Albertus igitur initio a. 1566 Martinum Eisengrein et Ioannem Pfister (v. supra p. 146[9]) Romam misit, qui una cum Io. Paulo Castellinio procuratore suo romano a S. Pio V. impetrarent, ut et Mauritium episcopatu solveret et cum Ernesto dispensaret. Is enim 17. Decembris 1554 natus erat; iure autem canonico iam olim cautum erat, „ut nullus in episcopum eligeretur, nisi qui iam trigesimum annum aetatis exegisset" (c. 7., X 1, 6); id quod denuo confirmatum erat a concilio tridentino (Sess. XXIV. De ref. c. 1). Pius vero, ut erat legum ecclesiasticarum diligens exactor, ducis voluntati morem gerere gravabatur ac rem ad consistorium cardinalium deferendam esse dicebat (*Pfleger*, Martin Eisengrein 47—52). Haec cum ita essent, Alberti consiliarii Augustae comitiorum causa versantes, inprimis Simon Thaddaeus Eck cancellarius, collegarum Romae agentium suasu Canisio instabant, ut litteras Romam mitteret, quibus Ernesti causa apud pontificem adiuvaretur. Ceterum eidem causae etiam cardinales Moronus, Truchsess, Commendonus, alii favebant.

Fortasse Canisius etiam cardinali Amulio ea de re scripsit.

Borgiam Alberto gratificari, quantum fieri posset, studuisse colligitur ex eiusdem *Alberti* epistula Monachio 17. Ianuarii 1567 ad Borgiam data; dux Borgiae „singularem humanitatem et benevolentiam" ab Ioanne Pfistero oratore suo magnopere

a) *Sic ap.; an librarius scribere debuerat:* edificati? b) *Alterum hoc* et *supervacaneum esse videtur.* c) *In archetypo sequitur* ancora, *oblitteratum.*

„praedicari“, eundem Pfisterum „commode perfrui studio“ Borgiae, Eisengreinium quoque Borgiae laudes praedicasse scribit (*Theiner*, Schweden II 171).

Pius V. tandem m. Decembri a. 1566 hac via ex difficultatibus exiit: „Temporalia“, quae vocant, Ernesto, „pontificalia“, dum is iustam aetatem adipisceretur, episcopo auxiliari sive suffraganeo Frisingae degenti, iurisdictionem sacram simili ratione capitulo cathedrali commisit administranda (*Lossen*, Köln. Krieg, Vorgesch. 69—85. *Pfleger* l. c. 53—54).

1325. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 16. Maii 1566.

Ex archetypo (2⁰ min.; pp. 3; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quod est in „EB“ n. 178. Epistulae apographum eodem tempore scriptum exstat in „Germ. 65“ f. 111ᵃ—112ᵃ. Integra epistula ex archetypo primum edita est in Epp. *Nadal* III 125—129. Particulam posuit (germanice) *Kröss* l. c. 177.

De P. Natalis valetudine et visitationibus. Sociorum per Germaniam missiones non urgentur a pontifice; cui placet, Socios ministeria sacra obire in collegiis et locis vicinis, unde in disciplinam religiosam revertantur. Oenipontem P. Lanoius ibit; is nomen quidem provincialis Austriae retinebit, administrationem autem provinciae P. Magio permittet. Tribus archiducissis Oeniponte unus erit confessarius; quem convenit esse Lanoium. Socii illis operam non praestabunt ad monasterium Franciscanorum comparandum; nec sicubi monasterium virginum constituerint, earum confessiones excipient. De pecuniis caute agent. Cardinalis Amulius per ipsum Canisium moneri debebat, Socios non debere negotiis publicis se inserere. Coloniensis respublica in negotio „indulti“ tractando a Sociis romanis iuvabitur; expediet tamen ab ea aliquem ad id ipsum mitti Romam.

Praefatio editoris. *S. Franciscus Borgias* in litteris brevissimis quas Roma 11. Maii 1566 Augustam ad P. Hieronymum Natalem misit: „Se risponderà“, inquit, „quel che occorrerà al P. Canisio“ (Epp. *Nadal* III 124). Quod promissum Borgias persolvit 16. Maii 1566, non quidem seorsum ad Canisium scribendo, sed epistulae ad Natalem missae aliqua inserendo, quae ad litteras a Canisio datas spectabant („In questa si fa anche risposta alle lettere del P. Canisio“). Haec tantum ego hic pono; nam integra Borgiae epistula longior est atque exstat l. c. 125—129.

Borgias Roma 16. Mai 1566 P. Hieronymo Natali Augustae cum Canisio versanti haec, praeter alia, scripsit:

Hò riceuuto quella di .V. Reuerenza et del Padre Canisio, Ledesma, et Ximenez di .27. del passato .4. et cinque del presente; et quanto alle cose per le quali è uenuto l' Auditor dell' Illustrissimo Legato[1] si scriuira de aparte[2]: *De valetudine R. V. medicum consulat et deinde, quod ipsa censuerit, libere faciat, neve de collegiorum visitatione praestet, nisi quae commode praestare poterit. . . .*

Delle missioni[3] non c' è fretta di trattar col' Illustrissimo Legato: gia si dete auiso, come informato Sua Santità de alcune cose non insiste niente in queste missioni, anzi li pare bene, che li operarij che ui saranno seruano per li Collegij nostri et luoghi uicini, in modo che possino tornare a detti Collegij per uiuere sotto disciplina Religiosa. . . .

---

[1] Ioannes Andreas Caligarius, a cardinali Commendono Romam missus.
[2] Has litteras, 18. Maii 1566 ad Natalem datas, vide supra p. 254—255.
[3] Vide supra p. 166—167 208—209.

Nelle cose de Hispruch mi pare che quanto prima ui uada il padre Lanoy etiam ritenendo il titulo de Prouincial di Austria per qualche tempo, quantunque lasci al padre Lorenzo Maggio[1] la cura della Prouincia con titulo de Viceprouincial, et se parera à V. Reuerenza esserui inconueniente alcuno in queste cose, mi dia auiso del suo parer et delle Ragioni che lo muouono. Mi pare anche a me molto bene che si dia a quelle tre persone[2] un solo confessore, il quale hauerei charo fusse detto Padre Lanoy, il qual trattassi con loro, non il Rettor[3], ò altro: si che in queste cose et in mettere ò leuar di la gente che conuiene, mi rimetto à V. Reuerenza. Et giudico sia bene non concorrere con loro quanto al pigliar quel monasterio[4]: cio che di quà se li è scritto in questa materia lo uedera per un capitulo che quì ua[5]. In caso che si hauessi li ò altroue di far monasterio di monache, mi pare bene che non le confessino li nostri, ne anche cerchino denari alcuni per adesso [et] siano moderati nel accettar presenti. . . .

Poi che in questa si fà anche risposta alle lettere del padre Canisio, diro, che mi pareria ben representassi lui istesso al Cardinal Amulio quel che mi scriue, de che saria bene non si intromettessino li nostri in cose publiche, et se di quà ci fusse disparer de alcuno[6], credo saremo ancora noi intesi, et faremo l' ufficio che conuiene. Del' negocio delli Coloniensi[7] uederemo ui[a] [?] sia raccomandato . uero è che pareua à Monsignor Gropero[8], et credo l' ha scritto che mandassino huomo proprio di quella città per uisitare Sua Santità. Quando non lo facessino saremo parati à far di quà quel che potremo. . . .

Canisius Borgiae respondisse videtur 15. Junii 1566.

1326. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis Iesu visitator, suo et CANISII nomine **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vindelicorum 25. Maii 1566.

Ex archetypo a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et manu P. Natalis subscripto, quod exstat in Cod. „EN" n. 131 (f. 97[a]). Integra epistula primum ex archetypo typis exscripta est in Epp. *Nadal* III 140—144.

Canisius valde occupatus est. Ipse et Natalis rogant, ut vir cuiuscunque nationis, qui latine sciat, ad magistri noviciorum munus obeundum mittatur in Germaniam superiorem; ibi enim non esse, qui vel id officii administrare vel Romam, ut ad illud instituatur, mitti queat. Instant etiam, ut Fr. Ioannes Petrus Maffei

a) *Sic ex archetypo Epp. Nadal. Legendumne* li *[i. e. al cardinal Amulio]?* li *est in apogr., quod supra dixi. Vide etiam supra p. 206.*

---

[1] Rectori collegii vindobonensis.

[2] Magdalenae, Margaritae, Helenae archiducissis; v. supra p. 228—229 261.

[3] P. Ioannes Dyrsius, collegii oenipontani rector.

[4] Monasterium S. Crucis oenipontanum, quod Franciscani tenebant; vide supra p. 229. [5] Vide *Kröss* l. c. 176 177.

[6] Ob Sociorum a Lancellotto dissensionem; v. supra p. 238 240.

[7] De „indulto tertiae gratiae"; vide supra p. 116 208.

[8] Caspari Groppero auditori Rotae.

epistulas indicas vertere iubeatur; id enim Societati, maxime in Germania, utilissimum fore. Preces sacras petunt.

P. Hieronymus Natalis Augusta 25. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam longas dedit litteras, quarum hic eam partem pono, quae Canisii quoque nomine scripta est: Jl Padre Canisio per altre occupationj non può scriuer' a V. P.: Hàmi detto ch' io scriua il suo parer' et il mio sopra quello che V. P. scriue che si mandi di qua persona che se puotessi essercitar' di là per puoter' poi esser' Maestro de Nouitij[1]. Noi padre nò habbiamo in questa Prouincia, ne[a] chi sia Maestro de Nouitij, ne chi mandar' per esser' instrutto là, et però supplichiamo a V. R. che pigli uno de qualsi uoglia nation' là et lo facci instruire per tal' officio, et instrutto ci lo mandi per amor' de Dio . bastara che sappia parlar' latinò, come è bastato a Maestro Dominico[2].

Jl Padre Canisio et io altra uolta dimandiamo instantemente dalla P. V. per amor' de Dio che subito Gioan Pietro mettà mano alle lettere d' Jndia per quello ch' importa à tutta la Compagnia specialmente in Germania[3]. Nelli santi sacrificij et orationj de V. P. dimandiamo esser' molto raccomandati tutti questi padri et io, et similmente in quelli delli Padri Assistenti del Padre D. Madrid, P. Polanco etc.[4]

Borgias Roma 18. Iunii 1566 ad has Natalis litteras respondit: „Quanto al mastro di Nouitij quà si fara quello che si potrà. Il fratello Giouan Pietro gia ha cominciato la tradution delle lettere del Japon" (ex archetypo, in Cod. „EB" n. 181 posito; etiam in Epp. *Nadal* III 160).

1327. P. IOANNES DE POLANCO, Societatis Iesu secretarius et collegii germanici superintendens, PP. HIERONYMO NATALI et PETRO CANISIO. Roma 10. Iunii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Augusta P. Natal ò Padre Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 124[a]. Epistula ex eodem apogr. transcripta est in Epp. *Nadal* III 156.

Kilianus Freymiller, in collegio germanico aliquot annos versatus, in Germaniam reverti ob infirmam valetudinem debet. Is non solum in catholica religione perseverare, sed etiam Sociorum in Germania consilia sequi deliberatum habet. Item in convictorum contubernium dilinganum admitti cupit; quod si fieri non poterit, certe Socii diligenter eum adiuvabunt.

a) *Sequitur* que, *oblitteratum.*

---

[1] Vide supra p. 258.

[2] Iam a. 1564 supremi Societatis moderatores P. Dominicum Menginum, lotharingum, qui Monachii magister noviciorum erat, in Galliam mittere cogitaverant (*Can.* IV 601).

[3] Vehementer illi optabant, ut in locum indignae illius „Epistolarum Indicarum" editionis, quae paullo ante Lovanii vulgata erat, alia substitueretur per Ioannem Petrum Maffei, optimae latinitatis virum, qui Romae Societatis novicium agebat; vide infra monum. litt. (16).

[4] Borgiae praeposito generali m. Iulio a. 1565 a Societatis congregatione generali additi erant „assistentes": PP. Antonius Araoz, Benedictus Palmius, Everardus Mercurianus, Iacobus Miro (*Sacchinus,* Hist. S. J. III l. 1, n. 34). Araozium autem varia ab eo officio suscipiendo impediverunt (*Astrain* l. c. II 224—230).

Pax *etc.* Jl portator dela presente è Chiliano[a] Todesco, il quale é stato alcuni anni nel Collegio Germanico et non si trouando ben disposto in Roma, si torna in Germania con animo però non solamente di perseuerar nella bona strada, della[b] Religion catholica[1], ma etiam nel seguitar li consegli et institutioni de nostra Compagnia et però se lui potesse esser accettato nel collegio de conuittori in Dilinga, lui l'haueria molto caro, si questo non se potessi, qualsi uoglia bon partito et honesto che se li cercassi[c], credo lo pigliara uolentieri, lo[d] raccomandamo molto alla charita de V. R. perche desideramo molto non si perdano li boni principij che in lui sono, anzi uengano à maturità di qualche bon frutto; quà noi[e] ci strachauamo di tenerlo, et uolentieri li sariano fatte le spese per alcuni anni, ma come ho detto la dispositione sua corporale ha ricercato il tornar in Germania . ci raccomandiamo tutti molto alle orationi et sacrificij de V. R. con tutti gli altri che costì sono. De Roma li .10. di Giugno .1566.

Canisius ad has litteras respondit epistula 10. Augusti 1566 ad Borgiam data.

1328. CARDINALIS **MARCUS ANTONIUS AMULIUS,** episcopus reatinus, CANISIO. Roma medio fere m. Iunio 1566.

Ex apographo et ex imagine photogr., de quibus infra n. 1331 et 1336.

Borgias Canisio, Roma 18. Iunii 1566: „Qui ua una lettera del Cardinal Emulio." Canisius Borgiae Dilinga 6. Iulii 1566 respondet: Se Borgiae litteras accepisse „con l'altre del Cardinale Amulio, il qual non scriue niente che io uadi, como prima, à uisitar questi Prelati di Alemagna".

Amulius ad Canisii litteras sub 5. (sub 12.?) Aprilis 1566 datas respondisse videtur; de quibus v. supra p. 219—220.

1329. CANISIUS CARDINALI **MARCO ANTONIO AMULIO,** episcopo reatino. Oeniponte sub 15. Iunii 1566.

Ex apographo et ex imagine photogr., de quibus infra n. 1335 et 1336.

Cur non expediat se denuo pontificia apud episcopos Germaniae legatione fungi.

S. Franciscus Borgias, praepositus generalis S. J., Roma 6. Iulii 1566 Canisio scripsit: „Dopo quelle di V. R. di .13. di Maggio d' Augusta, alle quali si è fatta risposta . la prima che si è riceuuta è di 15. del passato fatta in Jspruch, et uni altra dela qual si fa mentione peril Cardinal Emulio, non l' habbiamo uista, forsa il medesimo D. Lancilloto que ci mandó questa à casa dette ricapito à l altra, si procurara quando si trattassi di continuar la legatione, di representar gli inconuenienti di quella, ma non lo temiamo troppo, et facilmente il Cardinal Amulio che ha pro curato questa cosa, credo si fara capace che non conuiene." Atque eodem die 6. Iulii 1566 Canisius Dilinga ad Borgiam de eodem Amulio scripsit: „Non scriue niente che io uadi, como prima, à uisitar questi Prelati di Alemagna. Spero che

a) Quiliano *Epp. Nad.* b) *A libr. correctum ex* nella. c) *Corr. ex* chese ricercassi d) *Corr. ex* li. e) *Sic ap.; legendumne* non? *Ita certe correctum est in Epp. Nad.*

[1] Kilianus Freymiller, ex Schwäbisch-Hall (urbe tunc imperiali [et lutherana], nunc wurttembergensi) ortus, 30. Novembris 1562 in collegium germanicum admissus (*Can.* III 517[3]). Ex Polanci verbis conieceris Kilianum olim lutheranum fuisse.

lui si contentarà per le raggioni miei à lui scritte d' Ispruch, et questo sarà piu espediente senza dubio per maggior bene di Nostra Compagnia."

Canisius 29. Maii 1566 Augusta Oenipontem profectus erat, ut de confessario archiducissarum aliisque negotiis ageret; vide supra p. 223 et infra mon. oen. (3)—(5).

Amulius Canisio medio fere m. Iulio 1566 rescripsit.

1330. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 15. Iunii 1566.

De rebus Oeniponte cum archiducissis a se constitutis etc.

Vide epistulam proxime antecedentem et (infra n. 1335) Borgiae litteras 6. Iulii 1566 datas, quibus is Canisio respondit. Ipsa enim epistula Canisii perisse videtur. Ceterum eiusdem epistulae mentionem fecit etiam Borgias Roma 6. Iulii 1566 P. Natali scribens: „Lo de Hispruch tengo auiso del P. Canisio que se comenzó bien á disponer." (Epp. Nadal III 177.) Et Polancus Roma 23. Iulii 1566 Canisio scribens memorat eiusdem litteras „de ... 15. di giugno" ad Borgiam datas (vide infra n. 1340).

Canisius apud Magdalenam, Margaritam, Helenam archiducissas effecisse videtur: 1. ut P. Nicolaum Lanoium pro P. Ioanne Dyrsio collegii oenipontani rectorem constitui aeque ferrent; 2. ut desisterent consilio monasterii S. Crucis a Ferdinando I. conditi et Franciscanis dati in monasterium virginum, quod ipsae archiducissae ingrederentur, ex dispensatione pontificia convertendi; 3. ut uno confessario per Societatem ipsis designando contentae essent; plura vide infra, monum. oen. (3)—(5).

1331. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 18. Iunii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Augusta P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 138. Epistula usus est *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 6.

P. Thomae Darbishiro (cum P. Valentiano, si hic nondum discessit) Dilinga Parisios eundum est; Darbishirus enim cum P. Haio collegii parisiensis rectore episcopum Montis Regalis a pontifice ad Mariam Stuartam legatum in Scotiam comitari debet. Gerardus Pastelius et exhortatione et precationibus iuvandus est. Gerardus Lapidanus ad Societatem est reductus. Matthaei Michonis proposita. Dilingae ex contubernio S. Hieronymi parvus fructus colligi dicitur, quia ab instituendi ratione Romae in collegio germanico usitata discrepant. Provincialis officium facultatesque. Roma autumno Socii mittentur; quos P. Natalis distribuet.

Pax *etc.* L' ultima che di V. R. habbiamo è de .13. de Maggio . et quanto [*ut supra p. 262*].

Sua Santitá manda in Scotia, per suo Nuncio, il Vescouo del Mondeui[1], et per aiutarlo nelle cose della Religione, et del[a] seruitio diuino, secondo il nostro instituto, manda doi de nostri, uno il Dottor Emundo Hayo Scosese, quantunque sia Rettor del collegio de Parigi,

a) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] Pius V. Vincentium Laureo (1523—1592), episcopum Montis Regalis (Mondovi in Sabaudiae ducatu), nuntium apostolicum in Scotiam destinavit, qui Mariae Stuartae reginae pecunias afferret eamque in angustiis, in quas per homines sediciosos et catholicae religioni inimicos adducta erat, solacio et consilio iuvaret (*Laderchius* l. c. in a. 1566 n. 371—372; *Gabutius* l. c. 657; *Alph. Bellesheim,* Geschichte der katholischen Kirche in Schottland II, Mainz 1883, 59—60; *J. Hungerford Pollen* S. J., Papal Negotiations with Mary Queen of Scots, Edinburgh 1901, 263—264 496—497).

l' altro è il Dottor Thomaso Jnglese, ilqual sta in Dilinga[1], ma parte per quelli che si sono mandati questo anno, parte per quelli che si mandaranno l' autunno, speramo si potra mandar detto Dottor Thomaso, senza detrimento che importi del Collegio di Dilinga. V. R. dia ordine che lui se ne parta la uolta de Parigi, et se all' arriuo di questa non fossi partito mastro Jacomo Valentiano, potriano andar li doi insieme, et il uiatico sara fatto bono al collegio de Dilinga, et perche sta uicina la partita del Nuncio detto, conuerra che si spediscano, perche lui andara per la posta . et si parte hoggi ò domane al Mondeui, et di là pigliara la uia di Francia.

Quanto à Mastro Gierardo, conuerrebbe aiutarlo, acciò restassi di là se si potra, et dico aiutarlo non solo con la esortatione, ma ancora con la oratione[2].

Ci siamo rallegrati in domino, di quel che scriue il Padre Theodorico[3] Viceprouinciale, à .19. di Maggio, de mastro Gierardo Lapidano[4], riguadagnato al seruitio diuino, et de li boni propositi di Matthia[a] [?] Polono[5].

Nel Collegio di .S. Hieronimo[6] intendo si fa poco frutto, per non si guardar quel modo che quà si guarda nel collegio Germanico, V. R. ò il P. Theodorico, scriuano in che consiste questa differentia, et chi da impedimento di non si accomodare alla forma che quà si tiene, poiche la giudicano più fruttuosa,

L' officio del Prouinciale per le occupationi non si è mandato prima, ma si mandara presto insieme con le facoltà ordinarie[7].

Del mancamento de ministro[8] non ho che dir altro, senon che al principio dell' autunno, si mandara di quà l' aiuto che si potra . et di là il Padre Natal uedera come si faccia la distributione à maggior seruicio diuino.

Qui ua una lettera del Cardinal Emulio, per V. R. nelle cui orationi, et di tutta sua Prouincia molto mi raccomando, et specialmente in quelle del Padre Theodorico, à cui lettera anche si é risposto quì et hauera questa per propria. De Roma li .18. di Giugno .1566.

a) *Sic; scribendum fuerat:* Mattheo; *vide infra adn. 5.*

---

[1] Pius Haium nominatim designaverat; praeterea Borgiae placere sibi, quod P. Thomam Darbishirum cum eo mitteret, significaverat (Epp. *Nadal* III 159—160; *Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 2, n. 6).

[2] P. Gerardum Pastelium, in collegio dilingano versantem, dicere videtur.

[3] Canisius.

[4] Is Petri Canisii opera ad Societatem, quam ante sex annos deseruerat, reductus erat; plura vide infra monum. varia (15).

[5] Matthaeum Michonis, Societatis fratrem scholasticum, dicit; de quo *Can.* IV 648[3] 682—683.

[6] In dilingano illo adulescentium litteris studentium contubernio; vide supra p. 14—15 86.

[7] De his regulis facultatibusque vide infra n. 1340.

[8] P. Stephanus Liberius, collegii dilingani minister (* *Theodoricus Canisius* Borgiae, Dilinga 18. Maii 1565, „G. Ep. VI" f. 100), exeunte m. Aprili 1566 valetudinis recuperandae gratia Oenipontem profectus erat (Epp. *Nadal* III 83).

Una cum hac epistula, ut ex Polanci litteris eodem die ad Canisium missis cognoscitur, Augustam ad Canisium missa est epistula eodem die a *Borgia* ad P. Hieronymum Natalem visitatorem data; ex qua aliqua, quia ad Canisium quoque pertinent, ponuntur: „Intendiamo, che sta sua santità assai contento del successo della Dieta, confessendo lui istesso, che non lo aspettaua tanto buono, et li catholici massime Prelati hanno etiam superata laspettatione, massime quanto allo accettar il Concilio[1], dil che tutti ci siamo consolati in Domino. . . . Quel che V. Reuerenza scriue non li pare debbia accettarsi altro collegio in Germania prima di quello de Herbipoli attenta la promessa[2] etc. mi pare anche à me bene. . . . Sua Santità non fà più mentione delle missioni, ne anche si tratta della andata del padre Canisio, anzi pare probabile non si fara troppo instantia per l'auenire in questa parte per l'information che s'è data" [3] (ex archetypo ab ipso Borgia subscripto, quod exstat in Cod. „EB" n. 181; etiam in Epp. *Nadal* III 159—160).

Praeterea, puto, cum his litteris ad Canisium missum est *praeceptum, de quo in Cod. „Def." notatum inveni: „A di 14. di giugno 1566. fù ordinato che ogni sacerdote della Compagnia dicesse due messe, et li fratelli facessero due uolte oratione per il Signor Pedro Quadrado fundator insieme con sua moglie uiua del collegio di Medina del campo per tutto" (Messe . . . per li Fundd., in a. 1566). Petrus Cuadrado mercator opulentus, qui una cum uxore Francisca Manjón a. 1557 collegium methymnense (Medina del Campo) incohaverat, 14. Aprilis 1566 vita cesserat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 1, n. 116; *Astrain* l. c. II 42). *Borgias* Roma 19. Decembris 1567 P. Laurentio Magio provinciali Austriae *scripsit: „Quando li sacerdoti dicono le messe, per li fundatori, li fratelli sogliono dir in luoco dela messa una corona, hor trouandosi à quella, hor non" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 92^{b}—93^{a}).

Canisius S. Francisco Borgiae respondit 6. Iulii 1566.

1332. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, CANISIO. Roma 18. Iunii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Eidem"; proxime autem ante hoc apogr. positum est apogr. litterarum a Borgia ad Canisium 18. Iunii 1566 datarum. „Germ. 65" f. 138^{b}.

De compluribus epistulis ad eos, ad quos a se datae sint, perferendis.

V. R. mi mandò questi dí passati un plico di lettere, d' Vratislauia, del D. Theodoro Lindano . alqual faccio risposta conla inclusa, V. R. per charita gliela mandi; in Vratislauia, et se andaranno quí lettere per il P. Natale . anche le indrizzi doue lui sta, scriuo ben al P. Dirsio, che se lui sa certo, che sia andato in Vienna, li mandi sue lettere, et anche quelle del P. Lanoy.

Polancum harum litterarum auctorem esse intellegitur ex ipsis rebus, et maxime ex epistula Dyrsio rectori oenipontano destinata (apogr. eod. temp. scriptum exstat in „Germ. 65" f. 138^{b}—139^{a}), quae in iis memoratur; hanc enim a Polanco ad Dyrsium datam esse certum est; ac Polancum Canisio 18. Iunii 1566 scripsisse cognoscitur ex eo, quod in registro et litteris proxime antecedentibus, et epistulae proxime sequenti is dies ascriptus est.

Polancus una cum his litteris Canisio etiam „communes" illas misisse videtur, de quibus in Cod. „Def." *notatum est: „A di 18. di giugno 66. si mandò una commune latina di cose di edificatione del Papa . alli seguenti luoghi, Austria, Superior Germania, Rheno, Jnferior Germania, Polonia, Aquitania, Francia, Spagna, Sardegna, Lombardia, Toscana, Napoli, Sicilia." (Diuersi ordini, in a. 1566.) Quae litterae editae sunt a *Lud. Delplace* S. J. in *Analectis* Bollandianis VII 56—63.

---

[1] Cf. supra p. 249 et infra monum. aug. (c 20).

[2] Canisius Borgiae nomine episcopo id promiserat; vide supra p. 105 129 et infra monum. germ. l. (7). [3] Cf. supra p. 259 264 267—268.

1333. WENDELINA CANIS, Godefridi vom Triest consulis vidua (uxor?), CANISIO. Noviomago inter m. Febr. et Aug. 1566.

Ex apographo, de quo infra, n. 1364.

Canisius Oeniponte 8. Octobris 1566 Wendelinae sorori scripsit: „Zweyerley Schreiben habe ich auff eine Zeit von Euch empfangen" etc.

De utraque epistula — neutra enim nunc exstare videtur — vide Canisii litteras, quas dixi, atque etiam eiusdem epistulas 2. et 8. Octobris 1566 ad P. Leonardum Kessel datas, infra n. 1360 1365. Cf. etiam supra p. 184—185.

1334. BARTHOLOMAEUS VALLONUS, scholasticus S. J., CANISIO.
Ex navi, qua mare mediterraneum vel hadriaticum transibat, 4. Iulii 1566.

Ex autographo (2^{0}; $1\frac{1}{2}$ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sigilli), quod exstat Guelpherbyti (Wolfenbüttel) in bibliotheca ducum brunsvicensium, Cod. „36. 24. Aug.", f. 168 et f. non sign., quod medium est inter ff. 170 et 171.

Turcarum servitute liberatus est. Summas calamitates perpessus, tandem Alexandriam venit. Ibi mercator venetus, re ex Valloni litteris ad Venetorum ducem datis comperta, ipsi redimendo nummos et apud mercatores collegit et ex sua re familiari expendit. Vallonus Socios germanos salutat et de parum emendata scriptione se excusat.

Jhesus.

Pax Christi.

Admodum Reverende in Christo pater. Summus ille dolor, quem tibi Reuerende pater, attulit captionis meae nuncius[1], fecit ut, oblitus timoris hostium, maris tempestatum, molestiarumque nauis hanc scriberem epistolam, quae bonum libertatis meae nuncium afferens maiori laetitia Reuerentiam tuam afficeret, quam seruitute tristitia affecta fuerat. Solent enim res, quibus antea priuati eramus gratiores, charioresque nobis esse. Hinc Marco Tulio Ciceroni post exilium patria dulcior uidebatur[2], pastor euangelicus oue inuenta cum amicis gratulatur[3], Mulier dragma[a] reperta gaudet cum uicinis[4], pater laetus epulatur. Quia filius, qui mortuus fuerat reuixit, et qui perierat inuentus est[5]. Quod tantae est uirtutis, ut etiam locum in caelis habeat. Gaudium, inquit veritas, erit in caelo super

a) *Sic; scribendum fuerat:* drachma.

[1] Fr. Bartholomaeus Vallonus S. J., siculus, a Canisio m. Februario a. 1565 Ingolstadio Romam missus, cum navi Venetiis Anconam veheretur, a Turcis captus, primum in Albania, deinde Constantinopoli servitutem serviverat; v. supra p. 58 207.

[2] „Ipsa autem patria, di immortales! dici vix potest quid caritatis, quid voluptatis habeat; quae species Italiae, quae celebritas oppidorum, quae forma regionum, qui agri, quae fruges, quae pulchritudo urbis, quae humanitas civium, quae rei publicae dignitas, quae vestra maiestas! Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis; sed tamquam bona valetudo iucundior est iis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui numquam aegro corpore fuerunt, sic haec omnia desiderata magis quam adsidue percepta delectant": *Cicero,* Oratio post reditum ad Quirites habita c. 1, n. 4. Cf. etiam eiusdem *Ciceronis* orationes: De domo sua ad pontifices c. 28, n. 75 76; In L. Pisonem c. 22, n. 51 52; Pro Sestio c. 63, n. 131.

[3] Cf. Lc 15, 3—6; Mt 18, 12 13. [4] Cf. Lc 15, 8 9. [5] Lc 15, 32.

uno peccatore poenitentiam agente, quam supra nonagintanouem iustis, qui non indigent poenitentia[1]. Sed, ut ad rem ueniam, post tandem[a] uincula, carceres, uerbera, cruciatus, famem, sitim, frigus, calorem, infirmitates, contumelias, uulnera, et innumerabilia seruitutis aduersa, placente[b] misericordiarum patre[2], veni Alexandriam, ubi ut sperabam, inueni unum mercatorum Societatis Jesu studiosissimum[3], qui Reuerendos patres Christopherum Hispanum, et Joannem Baptistam Romanum ibi cognoscens[4] non tam cito literas, quas ego uinctus ex terremi[c][5] ad magnificum dominum venetorum consulem[6] latine scripseram, audiuit, quam libertati meae studere coeperit, dando operam, ut pecunia redemptionis meae amore Dei a dominis mercatoribus colligeretur. At quia numerus precio minime respondebat, addidit et ipse dominus Paulus Marianus quadraginta quinque aureos, absque illis, quos mihi redimendo amore Dei largitus fuerat, terremis[d] officialibus dederat, et in maritimi itineris[e] necessarijs consumpserat. Alius uidebatur Paulus, qui cum me igni seruitutis uideret uri, urebatur[f] et ipse[7] igni charitatis, cuius ardentissima fornax talem in altum emisit flammam, vtinam summae pauperum mancipiorum necessitati per societatis Jesu patres a summo pontifice succurratur[g], et mea pecunia nunquam restituatur[h] [?]. Plura non dico, mare me perturbat, et res seruitutis ingenij uires eruperat[i] [?]. Tantum rogo, ut meo nomine saluere iubeas Reuerendum patrem Theodericum collegij ingulstadiensis rectorem[8], Reuerendum patrem Tircium[9] Rectorem collegij OEnipontani, et Reuerendum patrem doctorem Pisanum, coeterosque patres fratresque, quorum omnium precibus, et sacrosanctis sacrificijs me commendes, ut Deus optimus maximus sicut libertatem corporis die resurrectionis[k] domini[10] mihi largitus est, ita et animi largiri dignetur. Atque has pauperculas literas euoluere non dedigneris. Non enim studui Parhisijs doctissi-

a) *Sic; scribendum fuerat, nisi fallor:* tandem post. b) *Sic; volebatne scribere:* fauente? c) *Sic; scribendum fuerat:* triremi. *Scripsit in mari iuvenis, qui multos menses in miserrima servitute egerat! Vallonus ipse paullo infra hac ratione se excusat.* d) *Sic; corrige* triremis. e) *Correxi ex* iteris. f) *Correxi ex* urabatur. g) *Correxi ex* succuratur. h) *Sic; rectene?* i) *Sic; volebatne scribere:* corruperat? k) *Sequitur* eius, *a Vall. oblitteratum.*

---

[1] Lc 15, 7. [2] 2 Cor 1, 3.

[3] Paulum Mariani; vide paulo infra.

[4] P. Christophorus Rodericius sive Rodriguez S. J. (de quo cf. supra p. 218[2]) et P. Ioannes Baptista Elianus sive Romanus S. J., Christianus ex Iudaeo alexandrino factus, Cairum ad Cophtorum patriarcham a Pio IV. legati, a. 1561 et 1562 Alexandriae aliquamdiu substiterant (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 135—144; l. 6, n. 142—148. *Sommervogel,* Bibl. III 379—381 v; IX 282—283).

[5] Navem actuariam sive triremem dicit.

[6] Venetorum dux a. 1559—1567 erat Hieronymus Priuli.

[7] Cf. 2 Cor 11, 29.

[8] Collegio ingolstadiensi, cum Vallonus ex eo discessit, P. Theodoricus Canisius praeerat; v. *Can.* IV 777. [9] P. Ioannem Dyrsium.

[10] Die Paschatis; qui eo anno erat 14. Aprilis.

morum uirorum[a] libris; sed in turchia terremum[b] remis. Vale iterum vale.

Reuerentiae tuae indignus filius
Bartholomaeus vallonus, siculus
Societatis Jesu religiosus.

Ex naui Quarto nonas Julij 1566.

Ihesus. Al Molto Reuerendo padre il Padre Petro Canisio dottore in theologia prouinciale della Compagnia di Giesu in Germanea.
Jn Germanea[c].

Alia quadam manu inscriptionis verba postrema („Jn Germanea") oblitterata sunt eorumque loco positum „Augusta". Atque huic litterarum inscriptioni postea manu ignota ascriptum est: „Remittantur Monachium cum [?] primis [proximis?] literis et alijs annuis." Pro „Monachium" deinde Canisius ipse posuit „Augustam". Tandem tota haec adnotatio (Augustae ab aliquo Socio, puto), lineis transmissis, oblitterata est. Ex qua re hoc intellegitur: Hae Valloni litterae Canisii praepositi provincialis iussu per Germaniae superioris collegia perinde, ac de litteris quadrimestribus et annuis fieri solebat (vide *Can.* III LXI), circumlatae sunt; denique Augustam ad Canisium sunt remissae.

Vallonus paullo post in Italiam fauste pervenit; ita enim P. *Caesar Helmi* S. J. S. Francisco Borgiae Venetiis 7. Septembris 1566 *scripsit: „Il fratello Bartholomeo siciliano lunedi o marte[1] arriuò al porto allj due castelli di Venetia in vna naue d'Alessandria: la qual per esser partita di luogho appestato causa che l detto fratello sia ritenuto nel Lazaretto per alquanti giornj sin che si veda se sono liberi tutti glj huominj della naue dalla peste. benche si spera che tra cinque o sei giornj saranno liberati perche già sono quattro mesi in naue et niuno si, è, amalato. è stato riscattato parte di limosina et parte vno ha pagato per luj: Jl qual si chiama Messer Paulo Marianj molto conosciuto dal R. P. Christophoro Rodriguez et dal P. Battista Romano, et ha fatto le spese della naue per amor di Dio: oltre che l detto ha cercato tra li Mercantj d'Alessandria la limosina del riscatto talmente che non è bisogno sborsar delli danarj mandati da V. R. se non 45 ducatos. Jl resto è limosina Deo gratias" (ex autographo. Cod. „Epistolae Italiae 1566 III" f. 237). *Borgias* Roma 14. Septembris 1566 per Polancum P. [Francisco] Adorno S. J. Venetiis versanti *scripsit: „Ci siamo rallegrati in Domino, dela noua di nostro fratello Bartholomeo. V. R. auisi il P. Prouinciale che pó seruirsene delui" (ex apogr. eiusd. temp. „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567" f. 237[a]).

1335. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 6. Iulii 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in marg., eadem manu: „Augusta P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 143[a].

Oeniponte apud archiducissas aliquid effectum esse gaudet. Roma in Germaniam Socii quam primum mittentur. Praepositum provincialem uno loco haerere non convenit. Natalis de aliqua re est consulendus. Reipublicae coloniensis negotium Socii romani iuvabunt; qui tamen a Coloniensium procuratore moneri debebant. Pro certo haberi potest Lancellottum intellexisse, quam bona fuerit Canisii et Natalis de comitiorum rebus disserentium voluntas; pontifex videtur esse contentus; qui, si ita convenire visum erit, de illis rebus certior efficietur. Octavianus Fuggerus et Polancus cognoscere cupiunt, quid Canisius apud Octaviani matrem praestiterit.

a) *Hoc v. a Vall. supra versum scriptum est.* b) *Sic; corrige* triremium *vel* triremum.
c) *Vide, quae sub ipsas has litteras notantur.*

[1] Die 2. aut 3. Septembris.

Pax *etc.* Dopo quelle [*etc., ut supra p. 267*].

Ci siamo rallegrati in Domino che si habbia dato qualche bon taglio in Jspruch in[a] quel negocio che si haueua à trattare conle serenissime Regine[1]. delle altre cose poiche V. R. si rimette à[b] quel che scriuera il P. Natal fatta la uisita, aspettaremo quel raguaglio.

Quelli che si haueranno à mandar in Germania questo autunno, si uedera mandarli quanto prima si potra passati quelli caldi. del fermarsi il Prouinciale in un locho, ben si crede non conuenga, col P. Natale si potra far risolutione di quello che V. R. tocca dell' officio del Prouinciale.

Il negocio coloniense[2] ci sara raccommandato ma ben conuerrebbe che qualcuno a chi fossi particolarmente commesso, ci facessi intendere quando uolessi qualche officio da noi.

Il D. Lancilotto credo hauera cognosciuta la buona intentione con che V. R. et anche il P. Natale hanno parlato nelle cose della dieta[3], et credo il Papa sia ben sodisfatto, se pur conuenessi qualche informatione, si dara al suo loco et tempo.

Ottauiano Fucaro desidera intendere l' officio che V. R. haura fatto conla Signora sua madre[4], et anche io hauero piacere d' intenderlo, et con tanto ci raccommandiamo *etc.* Di Roma li. 6. di Luglio .1566.

Una cum his litteris ad Canisium missae esse videntur „communes" illae, de quibus in Cod. „Def." *notatum est: „A di 6. di Luglio 1566. fù raccomandata l' anima del Signor Dottor Vergara come fundator. per esser molto gran benefattor del collegio di Alcala. da per tutto" (Messe per li Fundd., in a. 1566). Iussi sunt igitur Socii missarum sacrificia et precationes, quae pro fundatoribus collegiorum vita functis fiebant (vide *Can.* III 353), etiam facere pro doctore et canonico Alphonso Ramírez de Vergara, collegii complutensis (Alcalá) insigni benefactore; de quo cf. *Astrain* l. c. I 342; II 595.

Canisius Borgiae respondit 10. Augusti 1566.

1336. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 6. Iulii 1566[5].

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 3 pp.; in p. 4 inscr. et pars sig.), quae exstant in „E.C. II" n. 171 (123 124); Canisius sua manu epistulae verba aliquot ascripsit, nomen („Di V. P." etc.) subscripsit, Postscriptum

a) *Supra versum scriptum.* b) *A libr. correctum ex* rimete alla uisita.

[1] De hoc negotio vide supra p. 229 261—262.

[2] Senatus et universitas coloniensis indultum illud „tertiae gratiae" per pontificem ad 12 annos sibi prorogari cupiebant; vide supra p. 208.

[3] In comitiis augustanis, cum theologi a cardinali Commendono iussi essent de protestatione adversus pacem religionis interponenda sententias dicere, Scipio Lancellottus protestationem (certis cum condicionibus) faciendam esse senserat, Canisius vero et Natalis (cum Ledesma et Sandero) eam vehementer dissuaserant; vide supra p. 238 240 et infra mon. aug. (c 16) (c 18) (c 21).

[4] Octavianum, Georgii Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filium ac collegii germanici convictorem, Societatem ingredi voluisse intellegitur ex Canisii litteris 8. Ianuarii 1567 ad Borgiam datis (vide infra n. 1386); neque tamen Socii adulescentes eiusmodi admittebant, nisi assentientibus parentibus; vide *Can.* III 369 et supra p. 117.

[5] Canisius Augusta 28. Iunii 1566 cum P. Hieronymo Natale, Societatis visitatore, et P. Martino Leubenstain, collegii ingolstadiensis rectore, Dilingam profectus erat (Epp. *Nadal* III 168).

posuit. Epistulae partes aliquot ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 172[4] 761—762; cf. etiam ibidem III 242[4]. Eandem commemoravit P. *Hieronymus Natalis* S. J. in litteris Dilinga 6. Iulii 1566 ad Borgiam datis, Epp. *Nadal* III 173. Ea usi sunt *Sacchinus*, Can. 236, et *Janssen* l. c. V[15—16] 38[3]; eandem adhibui in „*Stimmen*" etc. LXXI 327.

Gaudet cardinalem Amulium de episcopis Germaniae iterum adeundis sibi nihil scribere; id certe Societati commodius fore. Libenter, quia P. Natali ita videtur, in posterum supersedebit epistulis ad curiam romanam dandis. Natalis complures Socios Parisios mittit. Roma idonei aliquot Socii in Germaniam mittendi sunt. Natalis Dilingae ob votorum renovationem valde occupatus est. Qui etiam de collegii dotatione certi aliquid cum cardinali Augustano constituere studebit; commentarium ea de re Roma missum nec cardinali nec Sociis probatur. Natalis profectio austriaca et labores utilissimi. Provinciae Germaniae superioris detrimento fuit, quod et Petrus et Theodoricus Canisii Sociis saepius invisendis per alia negotia prohibiti sunt; quare Natalis P. Hermetem Halbpaur cathedralis ecclesiae augustanae contionatorem pro Canisio instituere vult. Petrus Canisius, ad provincialis officium ineptum se expertus, in Theodoricum fratrem id munus conferre cupit. Variae Sociorum mutationes. Herbipolim episcopus, pulchris scholis aedificatis, Canisium venire desiderat; nonne saltem P. Roseffius ad contionandum et ad collegium parandum ei dandus est? Provinciae ministri et praeceptores, maxime germani, desunt. Canisius in omnibus rebus iudicium maiorum sequetur. Oeniponte archiducissae et regimen contionatorem magis idoneum petunt; quibus Societatem deesse non licet. Epistulis de rebus Pii V. datis Socii delectati sunt. Caesar cum Turcis bellans orationibus iuvandus est. Provincia ex Sociorum „immortificationibus" et „subitis mutationibus" laborat ac magistro noviciorum eget.

Jhesus.

Molto Reuerendo in Christo Padre

Pax Christi etc.

Quelle di 28.[a] di giugno ho riceuto con l' altre del Cardinale Amulio, il qual non scriue[b] niente che io uadi, como prima, à uisitar questi Prelati di Alemagna. Spero che lui si contentarà per le raggioni miei à lui scritte d' Ispruch, et questo sarà piu espediente senza dubio per maggior bene di Nostra Compagnia[1]. Et perche il Padre D. Natal giudica[c], meglio sarà, che io non scriua à questi Prelati di Roma, penso io di farlo molto uolontieri.

Quello ch' io scrissi in commendatione del Duca [*etc., ut supra p. 263*].

Adesso detto Padre Natal sta negotiando per mandar presto à parise M. Giacomo Valentiano col D. Thomaso[d] Anglese[e] et Waltero fratello del P. Etmundo[2]. Sarebbe molto à proposito se alcuni nel autunno se mandassino per questa Prouincia, essendo quì gran carestia di buoni operarij si come il predetto Padre ha scritto et ancora

a) *Sic; sed scribendum fuerat* 18.; *ex ipsis enim hisce litteris patet, Canisium Borgiae ad epistulam 18. Iunii 1566 ad se datam respondere; vide supra p. 268—269; neque facile fieri poterat, ut litterae Roma 28. Iunii datae Dilingam tam cito perferrentur, ut inde rescribi posset 6. Iulii.* b) *Sequitur* pur *vel simile v., a libr. oblitteratum.* c) *Ita in archetypo librarius correxit ex* pensa. d) *Ita libr. correxit ex vv.* con uno Padre, *quae prius scripserat.* e) *Sex vv. sqq. a libr. in margine addita sunt.*

[1] Cf. supra p. 257 267—268.

[2] Cum P. Thoma Darbishiro et Fr. Waltero Haio; vide supra p. 2[2] 268—269.

scriuerà à V. Paternità il quale desidera essere scusato perche adesso non scriue per le sue grande occupationi, hauendo li fratelli di questo Collegio da renouar li uoti nella domenica seguente[1]. Non pensaua egli di restar tanto in questa Prouincia, ma oltra gli negotij, che interuengono nella uisitatione di questi Collegij, uorria ancora Sua Reuerentia concludere con Monsignore Cardinale di Augusta circa la fundatione et dotatione di questo Collegio. Per la qual cosa bisognarà pigliar certi giorni per far una scrittura ben pensata, la qual si mandi presto à Roma, concio sia cosa che quella ultima scrittura òuero minuta, mandata di Roma, non sodisfa ne al detto Monsignore ne à noi per molti respetti[2]. Credo pur che fra 10. ò 12 di il predetto Padre si parterà piacendo al Signore per Vienna, et pensa di tornar per Jspruch circa il mese d'Ottobre con la gratia del Signore.

Quanto alle fatighe passate del Padre Visitator in questa Prouincia, sono state grande et fruttuose in molti modi. Se uede chiaramente, che la Prouincia habbia assai patito per quello mancamento, che ne io, ne mio fratello essendo Prouinciale[3] poteuamo andare intorno per uisitar spesso li fratelli, essendo uno alligato alla catedra di Augusta, et l' altro al Collegio et Rettorato dilingense. Onde il Padre Visitatore pensa in ogni modo di far un Prouincial libero, et monstra segni di uoler confirmare M. Hermete[4] per predicatore di Augusta[a], se si portarà bene in questi mesi doue lui predica con satisfattione[b] degli auditori, di modo che io tornassi all' offitio del Prouinciale et questo almanco in sin che lui tornassi d' Austria. Hor quanto à me, son certo per l' esperientia di tanti anni, quod impar sit onus hoc humeris meis, et io molto mi consolaria della determinatione fatta in Roma da V. Paternità che il mio fratello cominciasse il suo triennio [di][c] [?] questo offitio[5], hauendo gia non poco della esperientia et prudentia conueniente. Prego Jddio, che non permetta per li miei peccatj cascar questo gran peso sopra di me,

a) *Septem vv. sqq. a libr. in margine addita sunt.* b) *Sequitur* de, *oblitt.* c) *Vel hoc vel* in *supplendum esse puto; in imagine photogr., qua usus sum, hoc v., quia in extremo versu positum erat, omissum est. Similiter aliqui ex proximis versibus a photographo paululum mutilati sunt.*

[1] Die 7. Iulii. Dubitari non potest, quin „rationem conscientiae" et „confessionem generalem", quam Socii ex Constitutionum praescripto faciunt (*Can.* IV 435[1] 933), in hac votorum renovatione (vide *Can.* IV 710) Natalis ipse exceperit.

[2] Hoc scripto cardinalis Otto Truchsess comprehendi et exprimi voluerat, quae de collegio dilingano stabiliendo ipse initio a. 1566 Romae cum Borgia constituerat (cf. supra p. 190); Romae adumbratum est a „Quirinotto" sive „Corinot" (Epp. *Nadal* III 57 87 766), qui nescio num idem sit ac „Corinottus, homo gallus" Romae degens, quem *Iulius Pogianus* Roma 21. Septembris 1566 cardinali Truchsess scribens commemorat (*Pogiani* Epistolae IV 122). Scriptum illud post medium m. Maium cardinali allatum est (Epp. *Nadal* III 142); redactum erat, ut videtur, in formam „Motus proprii" a pontifice ferendi („Germ. Sup. Fund. I" f. 184^a—208^b).

[3] P. Theodoricus Canisius, universitatis ac collegii dilingani rector, simul a m. Aprili a. 1565 cum viceprovincialis nomine pro Petro fratre provinciam superioris Germaniae regebat; vide supra p. 33 220. [4] P. Hermetem Halbpaur.

[5] De provincialium „triennio" vide supra p. 220[1].

mass[ime] doue bisognaria hauer un medico bene esperto per le diuerse malatie di questa Prouincia. Pur sopra questo negotio uuol' ancora il Padre Natal parlare col Reuerendissimo Car[dinale] accio lui se contenti della mutatione dello predicator in Augusta, sperando che il de[tto] Padre Hermete se portarà bene col padre Wendelino [1], et credendo che non sia espediente per molti respetti, di mutar il Rettor di Dilinga[a] non restando qui il p. Pietro Vngaro gia fatto dottore [2]. Tutto questo remettiamo alla bontà del Nostro Signore et al giuditio delli Nostri Superiori. Jo fin adesso non mi ho intromesso nelle cose di questa Prouincia, et pero ho scritto ancora poco à Roma. Vedo bene che habbiamo di bisogno di grande agiuto de Dio, et delli Superiori, et de buoni suggetti.

M. Ruberto [3] già è mandato di quà[b] per lettor di Rhetorica à Jspruch ad supplendum locum M. Gaspari [4]. Doctor Thomasso Anglese sta in Monachio per Mastro de Nouitij [5]. M. Scorichio s' è mandato à Roma col Padre Vanegas [6], et ancora altre mutationi se faranno secondo la prudentia del detto Padre Visitatore.

Quanto al Collegio Herbipolense per l' amor de Dio V. Reuerentia ci mandi presto una resolutione[c] quando et in che modo habbiamo da cominciar quello, per che si fa grande instantia, che io uenga presto per concludere ogni cosa, hauendo gia il Vescouo [7] molto fabri-

a) *Decem vv. sqq. in margine addita sunt.* b) *Sequitur* per, *oblitt.* c) *Novem vv. sqq. in margine addita sunt.*

---

[1] Völck, qui Augustae confessiones excipiebat etc. [vide supra p. 225[1] et infra mon. aug. (a 14)]; at *Natalis* eodem die Dilinga ad Borgiam de Hermete scripsit: „Non conuiene con Mastro Vendelino, ni habbiamo sperança che conuerrà" (Epp. *Nadal* III 175).

[2] P. Petrum Hernath d. 2. et 3. Iulii 1566 theologiae licentiatum et doctorem creatum esse notatum est in **Actis* universitatis dilinganae (Cod. diling. „Acta ac. Dil." p. 75). Idem paullo post rector collegii tyrnaviensis constitutus est (Epp. *Nadal* III 236 281). [3] P. Robertus Girulius leodiensis; vide supra p. 260.

[4] Gasparus Textor (vide supra p. 111), cum in collegio oenipontano manere nollet, Dilingam venit ibique ipso hoc m. Iulio a. 1566 votis liberatus et ex Societate dimissus est (Epp. *Nadal* III 173—174 185 765).

[5] P. Thomas Darbishirus ad hoc officium administrandum 3. Iulii 1566 a Natale Dilinga Monachium missus erat (Epp. *Nadal* III 172).

[6] Cum P. Michaele Vanegas S. J. (*Can.* IV 198[3]), qui Antverpia Romam evocatus, m. Maio Augustam venerat (Epp. *Nadal* III 59 123), Romam medio fere m. Iunio 1566 a Natale Romam missus est P. Georgius Schorichius, ut et in pietate, rerum Societatis cognitione, latinae linguae scientia proficeret, et theologiae S. Thomae Aquinatis studeret; ac Socios romanos *Natalis* Augusta 28. Iunii 1566 monuit, „que importa mucho a mi iudicio y tambien del .p. canisio a quien lo he comunicado . . . que no conuiene poner le en probation ni tratar le como nouitio . de otra manera es peligro que no se exaspere perpetuamente como ha acaescido a otros, sino que se aiude con dissimulation y secretamente quanto sera menester, y quando haia de tornar como nos paresce se podria por ordinario a todos los thudescos que hiziessen vnos pocos de exercitios y alguna probation como quien se ha de hazer professo etc." (ex autographo, quod est in Cod. „EN" n. 140; etiam in Epp. *Nadal* III 169—170; cf. ibidem 156—157). [7] Fridericus a Wirsberg; cf. supra p. 129 225.

cato et quasi finito le scole molto belle. Non desidera altro, se non che li nostri uenghino presto. Vegga V. Paternita si al manco lui[a] non merita di hauer per questa inuernata il Padre Gregorio[1] pe[r] predicatore et precursore, poi che la cosa è andata tanto inanzi et che lui[b] aspetta li nostri per alcuni anni. Dall' altra parte io confesso di non poter trouar gente per cominciar questo Collegio, poi che li nostri Collegij non sono bene confirmati[c] co[mo] anche il Padre Natal confessa, et mancano[d] gli Ministri in tutti gli Collegij, oltra li precettori in diuerse classe, et massime di todeschi. Con tutto, quello si farà che sarà giudicato in Roma per espediente.

Vn altra necessità grande hauemo in Jspruch, doue le Regine et gli Signori[2] desiderano hauer un predicator buono in luoco di M. Hermete[3], se lui non ha di tornare perche non gli sodisfa il Padre Georgio[4], essendo tanto giouane et poco dotto. Pare in ogni modo decente, che la Compagnia non manchi in quell' luogo, che tiene molta nobiltà et homini di gran giuditio. Del resto scriuerà il Padre Visitatore per la prima commodità piu difusamente[e]. anzi adesso manda ancora le sue.

Me rincresce di non hauer resposto quanto alle cose del Papa receute in diuersi tempi con consolatione nostra et d' altri. Pur la quarta lettera credo che sia restata in Jspruch[f][5], Se darà ordine, chel D. Theodoro Lindano habbi le sue mandate di Roma[6]. Non altro se non che molto ci raccomandiamo, nelle orationi et sacrificij di V. R. Paternita et di tutta la Compagnia pregando ancora specialmente, che s[ua][g] Cesaria Majestà[h] habbia l' agiuto spirituale tanto necessario in questa guerra molto periculosa in Vngaria, per mezzo della detta Compagnia[7]. Jddio sia con tutti. Di Dilinga alli 6. di Luglio 1566.

Di V. R. P.

Seruo et figliolo indegno
Pietro Canisio.

a) *Hoc v. supra versum scriptum est.* b) *Sequitur* ci *[?], oblitt.* c) *Sic libr. correxit ex* gouernati, *quod primum scripserat.* d) *A libr. correctum ex* mancando. e) *Sex vv. sqq. a Can. ipso ascripta sunt.* f) *Sequitur versus ita oblitteratus, ut legi iam non possit.* g) *Verbum atramento vel alia re maculatum.* h) *A libr. corr. ex* Magestà.

---

[1] P. Gregorium Roseffium, in collegio romano theologiae studentem; vide supra p. 261 et infra mon. herb. (1).

[2] Magdalena, Margarita, Helena archiducissae ac „Domini" (consiliarii etc.) de Austriae superioris „regimine" et „camera" etc.: maxime in „regimine" erant viri et nobilitate generis, et doctrina, prudentia, pietate praestantes; cf. *Can.* III 165[2] 169 247; IV 199[4]. [3] Halbpaur.

[4] In antiqua illa **Historia* collegii oenipontani (vide *Can.* IV LXXVIII—LXXIX) refertur: „P. Hermes . . . successorem Oeniponti habuit P. Georgium Crispum, qui secundum in Parochia egit Concionatorem" (Cod. „Hist. coll. Oen." p. 5). De quo *Natalis* ipso hoc anno: „No sabe nada de theología"; ceterum „es bo" (Epp. *Nadal* III 195 276). [5] De quaternis hisce litteris vide supra p. 167 184 221 260—261.

[6] Vide supra p. 270.

[7] Vide, quae de his precationibus sub ipsas has litteras dicentur.

Vt rectius habeat prouintia nostra, quae prae coeteris laborare uidetur, et magnas in Germanis istis fratribus difficultates, seu ut dicere solemus, immortificationes experitur, maiorem in modum conferret credo, huc probatos et solidos homines mitti, ne ijs qui laxiores sunt, tentationes augeamus.

Deinde ne subitae fiant mutationes ex parte professorum maxime, quas collegijs dispendiosas et externis molestas esse comperimus.

Et quoniam eripitur nobis D. Thomas Anglus, quem unum fecerat P. Natalis Magistrum Nouitiorum, cum non esset alius, ualde optandum uidetur, ut illius loco aliquis ex Vrbe mittatur, qui nostros nouitios rite instituere possit.

Haec ego fidenter R. P. T. cui me in Domino reuerenter commendo, et cuius iudicio stabo lubens per omnia.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre M. Francesco de Borgia [Praepo]sito Generale della Compagnia di Giesu. A Roma.

Una cum hac Canisii epistula, ut ex ipsa intellegitur, Romam etiam missae sunt litterae a P. Natale Dilinga ad Borgiam datae: atque *Natalis* duas eodem die 6. Iulii 1566 ad Borgiam epistulas misit, quarum unam dictavit et subscripsit, alteram ipse scripsit; in utraque autem monet: Socios, qui superioribus temporibus Roma in Germaniam superiorem missi sint, parum prospere egisse, sive ob valetudinis infirmitatem, sive quod in virtute non essent satis confirmati; id ipsum Canisium sibi esse confessum: „Per l' amor de Dio, priego che [quelli che si mandaranno] siano non solamente dotti ma saldi et sanj. E cosa extraordinaria ueder quanto l' habbino fatto in questa prouintia non reuscir quelli che si mandino, il che me ha confessato M. Canisio etc. . . . Per non riuscir le missioni fatte gia, si e fatto che quasi nullo piu di questi padri si fida delle missioni fatte di roma il che mi ha hoggi confessato el .p. canisio. dice di poi maestro[a] [?] di no et io lo credo di poi altra volta l' ha confessato etc. (ex epistulis archetypa et autographa, quae exstant in Cod. „EN“ n. 142 117; etiam in Epp. *Nadal* III 173—175). Haec tamen verba in *Borgiae* vituperationem venerunt; ita enim hic Roma 27. Iulii 1566 Natali respondit: Aliquot certe ex iis, quos Socii romani in Germaniam misissent, ipsorum exspectationem fefellisse; aliquos vel difficilioris ingenii, vel infirmae valetudinis ideoque in patriam remittendos fuisse; „tuttauia il parlar generalmente di non si fidar delle missioni pare hiperbole poco conueniente“ (ex archetypo ab ipso Borgia subscripto, quod est in „EB“ n. 184; etiam in Epp. *Nadal* III 204). Quam vituperationem *Natalis* confirmavit atque etiam amplificavit, Vindobona die 12. Augusti 1566 Borgiae respondens: „Bien me parece á mí, Padre, que no sólo no era hipérbole, mas inobediencia no fiarse por estas prouincias de las prouisiones que se hazen en Roma“; reapse autem eiusmodi diffidentias et in Austria et in Germania superiore exstare (Epp. *Nadal* III 217).

Quodsi Canisius his litteris significabat: desiderare se, ut Maximilianum II. imperatorem in Hungaria adversus Turcas bellantem Societatis homines singularibus precationibus adiuvarent, id a *Borgia* curatum est. In Cod. „Def.“ enim haec invenio notata: „1566. . . . A 13. di Luglio ordine di far oratione per l' Jmperatore contra il Turco . per tutta Jtalia. Germania et Francia“ („Messe“ etc., in a. 1566). Eodem die 13. Iulii 1566 *Polancus* nomine Borgiae Roma Mediolanum ad eum. qui provinciam Societatis lombardicam administrabat (P. Benedictum Palmium, puto), *litteras misit, in quibus haec sunt: „Venendo il Turca contra li christiani, per terra et per mare, é parso nostro debito d' aiutare con quello che é proprio di nostra professione, si diranno adunche le letanie ogni giorno à qualche hora, et non

a) *Verbum obscurius scriptum.*

accadera finirle tutte, ma uenendo fin lì peccatores te rogamus audi nos, si dira gl uerso ut inimicos Sanctae Ecclesiae humiliare digneris . con li .3. uersi seguenti, et agnus dei et un pater nostro, et quel salmo, Deus uenerunt gentes in haereditatem tuam, che è il .78. et il 2º ò 6º nel sabbato, et doppo quello tre orationi, la prima contra pagani la 2ª de Trinitate . la 3ª a cunctis, et una uolta alla settimana faranno alcuni disciplina, intanto che si dice il salmo gia detto, ouero un de profundis dopo le tre orationi, et questo faccia V. R. intendere alli Collegij di sua Prouincia quanto prima. Si dica anche qualche messa nella settimana à questa intentione, secondo che parera à V. R. atteso il numero de sacerdoti" (ex apogr. eiusd. temp.; „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567" f. 199).

Borgias Canisio respondit 3. Septembris 1566.

1337. PP. NATALIS et CANISIUS **IULIO PAVESIO O. Pr.**, archiepiscopo surrentino. Dilinga paulo ante medium m. Iulium 1566.

Ex imagine photographica apographi, quod eodem tempore Dilingae a P. Didaco Ximenez (Jimenez) S. J., Natalis librario, scriptum et ab ipso Natale recognitum, ab eodem Romam ad S. Franciscum Borgiam missum est; quod apographum (2º; 1 p.) nunc exstat in Cod. „E. C. II" n. 311. Litteras ex eadem imagine primum vulgavi in „Historisches *Jahrbuch*" XXX 64.

Pavesium rogant, efficiat apud Pium V., 1. ut Sociis in Germania pontificis ope domus probationis constituatur; 2. ut nuntius apostolicus in Germania degens singulis annis in typographorum catholicorum subsidium pecunias distribuat; 3. ut in Germania typographis catholicis liceat libros Romae editos recudere; 4. ut ex bibliothecis vaticana vel sirletana codices mittantur, qui typis in Germania exscribantur.

Jhesus.

Reuerendissime in Christo Pater ac Domine.

Oramus atque obsecramus D. V. Reuerendissimam per Christum IESVM et singularem illam charitatem et zelum, quo afflictissimam in Germania Religionem prosequitur, ut apud S. D. N. quae subijciuntur ad maiorem Dei gloriam impetrare dignetur.

Primum, ut S. D. N. extremae Societatis IESV in Germania nunc laborantis necessitati subueniat. Nam quum plurimos possemus nouitios ad nostrum institutum, imo ad iuuandam hanc nationem idoneos hic recipere, cogimur tamen multos idcirco reijcere, quod non habeamus unde illos alere et sustentare possimus. Cui necessitati succurreretur, si S. D. N. pro sua summa pietate iuuaret Societatem, ut domum probationis posset erigere in Germania ex prouentibus, quos Sua Sanctitas benigne applicaret.

Secundum, ad imprimendos facilius eos libros, qui aduersus haereticos nunc maxime desiderantur in his Prouincijs, petimus, ut accipiat facultatem Reuerendissimus Nuncius Germanicus[1] a S. D. N. ad sufficientem aliquam pecuniae summam singulis annis distribuendam commode in subsidium Typographorum Catholicorum, quum alias sit experientia compertum, propter scriptorum et Typographorum inopiam, multa supprimi et intermitti opera, quae uehementer et Catholicos confirmarent et haereticos reprimerent, si edita extarent[2].

---

[1] Nuntius „ordinarius", quem vocamus, apud imperatorem degebat; quo officio hoc tempore Melchior Bilia fungebatur.

[2] Vide, quae de hoc capite sub ipsas has litteras dicentur, in n. 2.

Tertium, Qui sunt libri Romae apud Paulum Manutium editi, utile esset inprimis eos etiam a Catholicis Typographis selectis in Germania excudi posse. Hi propter suam pietatem et prohibitionem Summi Pontificis, obseruant quidem interdictum, ne possint Aldi libri alijs in locis excudi, sed interim haeretici impraessores contempta summi Pontificis potestate, illos ipsos passim imprimere non verentur[a] [1].

Quartum, Si aliquem librum aut plures bibliothecae Vaticanae siue ex bibliotheca Jllustrissimi Cardinalis Syrleti habere possemus eos facile et pure curaremus in Germania imprimi: praesertim qui Religionem Catholicam[b] promouere et aduersus haereticos habere uim uiderentur[2].

His litteris, quae certe notatu dignae sunt, aliqua iuverit adnotare:

1. Quando, a quo, ad quem, unde hae litterae datae sint, in exemplo, quo usus sum, non significatur. Aliunde autem [vide infra mon. dil. (15)] haec constant: Iulius Pavesius sive Pavesi († 1571) O. Praed., archiepiscopus surrentinus (Sorrento in regno neapolitano), a S. Pio V. in Belgium missus, ut Margaritam Austriacam (Parmensem) provincias illas auctoritate Philippi II. administrantem laudaret et in religionis studio confirmaret (*Laderchius*, Annales ecclesiastici, in a. 1566 n. 465. *Fam. Strada* S. J., De bello belgico Decas I, Antverpiae 1649, 234), cum ex ea legatione Romam rediret, paulo ante medium m. Iulium a. 1566 4—5 dies moratus est Dilingae, ubi PP. Natalis et Canisius morabantur. Hi cum Pavesio de Germania iuvanda familiariter egerunt et scripto capita aliquot, quae ipsi cum pontifice tractanda essent, tradiderunt. Nominatim Pavesius hoc in se suscepit curandum, ut pontifex Societati amplam probationis domum in Germania conderet. Scripti autem Pavesio traditi apographum a Natale Romam ad Borgiam missum est (Epp. *Nadal* III 193—194 209; IV 215). Si haec expenderis et, quae de exempli a me adhibiti ratione dixi, consideraveris, non dubitabis, quin Pavesio traditae sint ipsae illae litterae, quas modo posui. Datae autem sunt et subscriptae vel a Natale simul et Canisio, vel saltem a Natale non suo solum, sed Canisii etiam nomine („oramus", „cogimur", „curaremus" etc.); Canisius certe necessitates Germaniae, ut nemo melius, noverat; ipse cum sociis et amicis codices romanos in Germania excudendos curare volebat, non Natalis, qui non in Germania morari, sed visitator per eam transire volebat.

2. Quantas difficultates initio saeculi XVI. in Germania scriptores catholici experti sint, colligitur ex litteris Misna 19. Martii 1538 a *Ioanne Cochlaeo* ad Ioannem Moronum datis; in quibus ille: „Antea", inquit, „ubi aegre comparavimus aere nostro typographum qui nostra precio excuderet, non habebamus qui excusa venderet atque in orbem dispergeret; erant enim omnes Lutherani uno excepto Coloniensi, qui tamen mendose excudere solet" (*Walter Friedensburg*, Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter, in „Zeitschrift für Kirchengeschichte", herausgeg. v. *Th. Brieger* u. *Bernh. Bess* XVIII, Gotha 1898, 283). Postea typographorum catholicorum numerus aliquantum amplificatus est. Sub a. 1566—1569 huiusmodi officinas habebant Monachii Adam Berg, Ingolstadii Alexander Weyssenhorn, Moguntiae Franciscus Behem, Dilingae Sebaldus Mayer, Coloniae Maternus Cholinus, Gervinus Calenius, Ioannes Gymnicus, Arnoldus Birckman, alii. Neque tamen hi omnes opibus florebant; ita v. g. Sebaldus Mayer hoc tempore conductam tantum habebat officinam dilinganam; nam a. 1560 rerum suarum difficultate ad eam cardinali Truchsess vendendam coactus erat (*Specht* l. c. [v. supra p. 14[6]] 67. Cf. etiam *Mart. Spahn*, Iohannes Cochlaeus und die Anfänge der katholischen Verlagsbuchdruckerei in Deutschland, in „Katholik" LXXVIII[1] 464—467).

a) *Ita Natalis sua manu correxit ex* imprimere possunt, *quae Jimenez scripserat.* b) *Sequitur* ad, *oblitteratum.*

[1] Vide, quae de hoc capite sub ipsas has litteras dicentur, in n. 3.

[2] Vide, quae sub has litteras dicentur, in n. 4.

Atque etiam scriptores, qui ea aetate rei catholicae propugnandae operam dabant, ut Fridericus Staphylus et Guilielmus Eisengrein, multis rei nummariae angustiis premebantur (cf. *Can.* III 396; IV 971; *Pogiani* Epistolae II 241; *Luz. Pfleger*, Wilhelm Eisengrein, in „Historisches Jahrbuch“ XXV 787—791). Quare etiam cardinalis *Truchsess* in commentario quodam Romae m. Ianuario a. 1566 scripto monuerat, legato ad comitia imperii mittendo curandum fore, ut episcopos Germaniae ad typographos catholicos iuvandos adduceret (*W. E. Schwarz*, Vier ungedruckte Gutachten des Kardinals Otto Truchsess, in „Römische Quartalschrift“ IV 36).

3. Cum ea aetate auctoribus, typographis, bibliopolis leges illae singulares, quibus nunc librorum proprietas vindicari potest, praesto non essent, principes „privilegia typographica“ iis concedere solebant, sive litteras publicas, quibus ipsi poenis propositis interdicebant, ne qui alii in suis terris libros illos excuderent vel venderent (*Friedr. Kapp*, Geschichte des deutschen Buchhandels I, Leipzig 1886, 736 ad 739). Atque pontifices in eiusmodi litteris ipsas etiam excommunicationis et interdicti poenas proponebant. Perdoctus autem vir Paulus Manutius venetus, praeclari illius Aldi Manutii typographi et editoris filius, a. 1561 a Pio IV. Romam accitus erat, ut libros sacros, opera Patrum, insignium theologorum scripta typis vulgaret. Ita a. 1565 tria prima volumina operum S. Hieronymi a Mariano Victorio recognitorum, a. 1566 Catechismus concilii Tridentini ex eius officina prodierunt. Quantae vero difficultates Germanis catholicis ex privilegiis Manutii orirentur, *Natalis* explicavit in litteris Spira 12. Decembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam missis: „Stampano tali libri li heretici, et si burlano della excomunicatione; et li altri catholici, o sono sforzati comprare quelli libri dalli heretici, con pericolo di esser' corrotti, o se li hanno a comparare de quelli di Roma, li comprarano carissimi supra modum“ (Epp. *Nadal* III 345—346). Natalem haud perperam, ne catholici libri in Germania per typographos protestantes corrumperentur, timuisse colligitur ex eo, quod in ipsa etiam Hispania factum esse narrat P. *Dominicus a Soto* (1494—1560) O. Pr., theologiae in universitate salmanticensi professor, in „Commentariis in quartum Sententiarum“, a. 1557 Salmanticae et postea compluries editis (dist. 50, qu. unica, art. 6): „Rudimenta fidei in breui chartula uulgari idiomate simplicissimoque stylo conscripsi. Hanc apud Compostellam praelo commissam impostores quidam haeretici commacularunt, calculis nomine meo imprimentes, quod sacratissima Deipara uirgo non esset tanquam adiutrix et aduocata nostra imploranda. Cuius contrarium ego in proxima praecedenti pagina secundum Catholicam fidem admonueram. Sed ille chalcographus, ob aliam id genus imposturam, patibulo fuit suspensus“ (Commentarii in quartum Sententiarum II, Venetiis 1570, f. 284[b]). Et in Germania doctissimus ille *Ioannes Cochlaeus* (1479—1552) de Lutheranismo affirmavit: „Multum promouit nouum istud Euangelium Chalcographorum ac Bibliopolarum mens, industria, impensa et opera. Nam quicquid pro Luthero erat, quam diligentissime ac emendatissime imprimebatur: Quicquid uero pro Catholicis, ignauissime ac uitiosissime“ (Commentaria de Actis et Scriptis Martini Lutheri I, Moguntiae 1549, 58). Ceterum erraveris, si Manutium privilegiis ad divitias congregandas usum esse dixeris; ipse certe *Manutius* — homo is erat probus et prudens — litteris Venetiis 26. Decembris 1570 ad Horatium Cardanetum datis affirmat, se Romae „decem annorum laboribus vix tria scutatorum millia, id est, quantum ad filiam collocandam requiratur, colligere potuisse“ (Pauli Manutii Epistolarum Libri XII, ed. *Iac. Thomasius*, Lipsiae 1669, 585).

4. Romae pereruditus vir Guilielmus Sirletus (1514—1585), a. 1565 cardinalis creatus (aliquot annis post bibliothecae vaticanae praefectus est), bibliothecam habebat codicibus latinis et graecis refertam (*P. Battifol*, La Vaticane de Paul III à Paul V, Paris 1890, 51—60. *St. Ehses*, Korrespondenz des Kardinals Cervino mit Wilhelm Sirlet [1546], in „Römische Quartalschrift“ XI, Rom 1897, 595—604). Paulo post futurum erat, ut Canisius ipse hac bibliotheca copiose uteretur (*Petr. Canisius*, De Maria Virgine incomparabili, Ingolstadii 1577, 15).

Plura de his litteris vide in „Historisches *Jahrbuch*“ XXX 62—72.

1338. CARDINALIS **MARCUS ANTONIUS AMULIUS**, episcopus reatinus, CANISIO. Roma medio fere m. Iulio 1566.

Ex apographo et ex imagine photographica, de quibus infra n. 1340 1344.

Fore, ut ipse in posterum non instet Sociis per Germaniam ad episcopos et principes mittendis.

P. Ioannes de Polanco, Societatis Iesu secretarius, Roma 23. Iulii 1566 Canisio scripsit: „Questa sara quasi solamente per coprire quella del Cardinal Amulio et drizar" etc. Et Canisius in epistula Ingolstadio 10. Augusti 1566 ad Borgiam data, qua etiam ad illas Polanci litteras respondit: „Vicimus tandem illustrissimum Dominum cardinalem Amulium, Deo sit gratia. Desistet[a] *enim, ut promittit suis literis, mouere saxum de nostris huc illuc per Germaniam destinandis: nec dubito, quin maiore cum fructu societatis nostrae domi*[b] *manere possimus, quam ad Episcopos et principes isto[s] excurrere."*

Amulii epistula perisse videtur. Ceterum cf. supra p. 202 221. *Borgias* Natali scripsit Roma 27. Iulii 1566: „Pare siamo per adesso liberi di quelle missioni, delle quali Sua Santità ci fece parlare, et ci parlò lei stessa." Et Roma die 10. Augusti 1566: „Non crediamo accaderà far instantia, acciò non sia mandato a torno il P. Canisio; perchè non si tratta niente di questo, et colui che prima lo procuraua non crediamo lo procurarà più, per quel che ci ha dechiarato" (Epp. *Nadal* III 205 209).

1339. P. IOANNES CUVILLONIUS S. J. CANISIO.

Ex Italia (Mediolano?) aestate (m. Iulio?) a. 1566.

Ex litterarum Polanci apographo, eodem tempore scripto. „Germ. 65" f. 167[a].

Commentarii in Psalmos a se scripti partem ei mittit.

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, Lugdunum ad P. Ioannem Cuvillonium (Couvillon) S. J. litteras misit Roma 19. Augusti 1566 datas, in quibus: „Riceuemmo anche", inquit, „quelle [di V. R.] di 25. del passato scritte in Milano, et quanto alli salmi, si scriuera al P. Canisio, come V. R. ricerca, si riueda quella parte, che V. R. li mandò."

Cuvillonius in universitate ingolstadiensi Psalmos explicare a. 1556 coeperat; de quibus a. 1558 ibidem librum parabat, quem Alberto V. Bavariae duci dedicare volebat (*Can.* II 16 246 259). Annis 1564—1566 cum primum Oeniponte, deinde in Italia superiore (Muraio de villa di Cordignano, Venetiis) moraretur (*Can.* IV 685 708 695—696 777), eum librum recognovit et expolivit. De quo Venetiis 8. Iunii 1566 P. Ioanni de Polanco (qui Cuvillonii scriptum 1562 vel 1563 Tridenti tempore concilii recognovisse videtur) *scripsit: „V. R. sapia come i miei salmi per gratia d' iddio sono finiti, che cosi si puol dire, essendo che non ne ho d' aggiugnere niente si non qualche cose che occorreranno in fargli riscriuere . . . ho finito questa cosa, che noue anni sono ho incominciato: hauendo speso molto tempo di quello che sono stato in Jspruch et questo che sto in Venetia et anche alcune hore succisiue dil Murazzo in finir la. V. R. per amor di Guesu Christo si guardi di farmi in questo niuna resistenza perche sono ben altri che quei che ha veduto a Trento quanto alle cose, il ordine, il stylo, il numero de i libri et altri moltissimi accidenti. Non voglio si stampino se non lo giudica il Padre Canisio per cui prouincia principalmente si son scritti, a chi penso per vna cagione che adesso s' offerice mandarne alcune cose, cioe le prefationi de tutti i XX. libri, con il primo et 2° quasi integri scritti di buona lettra, et la espositione anche de i primi salmi de molti altri, Non posso esplicare a V. R. l' alegrezza che ho d essere alleuiato dil peso che volontariamente pur hauea assunto, Se non si publicano mi sarano vtili per leggere et predicare con la gratia dil signore, Pur per moltissime cause penso conuenire per il ben di molti publicar

a) *In archet. a librario correctum ex* desistit. b) *In archet. hoc v. supra versum scriptum est.*

si, et si V. R. gli vedessi penso saria il primo che accio insistisse. Jn tutto mi rimetto alla obedienza santa, cui facimus quicquid facimus" (ex autogr.; „Epp. Italiae 1566 III" f. 232). Cuvillonii liber, quod equidem norim, nunquam est excusus; cf. *Sommervogel*, Bibl. II 1594; IX 143—144. Idem dicendum esse videtur de „doi dialogi scritti modo doctrinali de potestate Papae", quos a se compositos *Cuvillonius* Lugduno 23. Decembris 1566 Romam ad Borgiam misit recognoscendos et excudendos, *addens: „il principal scopo mio e giouar la Germania et Franza" (ex autogr.; „Gall. Epp. III" f. 127).

1340. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 23. Iulii 1566.

Ex apogr. eiusd. temp.; in margine epistulae, eadem manu: „P. Canisio"; in margine „Postscripti", eadem manu: „aggionta al medesimo P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 156[a].

Variae epistulae. P. Schorichius Romam advenit. Oeniponte is archiducissas expertus est bene contentas. Qui in Germaniam profecturi sunt, mox ex collegio romano in domum probationis transferentur. In collegium germanicum mittere licet 8—10 convictores, 4 alumnos. Hi tamen, quia aër romanus Germanos haud diu fert, philosophiam vel saltem magnam eius partem novisse debent, ut post 3—4 annos, theologia audita, remitti possint; atque etiam Societatem ament et collegii germanici institutum appetant oportet, ne postea conquerantur etc.

Pax *etc.* Hauendo *etc.* [*ut supra p. 263*]. questa sara quasi solamente per coprire quella del Cardinal Amulio[a] et drizar queste per il P. Natale[1] et P. Antonio Vinck, et per auisar come arriuò sano il P. Georgio Scoricchio il quale scriuera in breue del contento che ha trouato nelle serenissime Regine . etc.[2] presto si metterano nella casa di probatione quelli che si hanno di mandar in Germania[3]. *Orate pro nobis Deum.* De Roma li .23. di Luglio .1566.

Si è scritto al P. Natale che si potranno mandar al collegio germanico quelli per li quali haueua scritto[4], cio é insino à .8, ò 10. di quelli che pagano à sue spese, et insin' à 4. poueri, li quali pero doueriano essere di bona indole, per riuscire in lettere et uirtù . et doueriano esser ben inanzi nelli studij, come sarebbe finito il corso, o bona parte di quello acciò stando qui .3. ò 4 anni, potessero rimandarsi sentita la Theologia . non comportando facilmente questa[b] aria, che ui stiano longo tempo li todeschi . et quanto più amoreuoli fossino alla Compagnia sarebbe meglio, et che intendessero l' instituto di questo Collegio, et desiderassino uenir à quello, perche non dicano come altri che[c] sono stati persuasi .etc. et non ce chi li possa contentare[5].

a) *A libr. correctum ex* Comendon. b) *Correctum ex* questo. c) *Supra versum scriptum.*

---

[1] Haec epistula exstat in Epp. *Nadal* III 200—203. [2] Vide supra p. 274.

[3] Romae igitur ex collegio Societatis, in quo litteris studuerant, in domum probationis (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 54; l. 2, n. 16) missi sunt, ut aliquam „exercitiorum spiritualium" partem facerent et aliqua ex „experimentis", quae ante professionem subiri solent (cf. *Can.* II 396[1]), subirent; vide supra p. 78 277[6].

[4] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[5] De alumnis aliquot duris, ingratis, a Societate alienis vide *Can.* IV 671 695 770—771 et supra p. 3.

Una cum hac epistula, ut ex ipsa cognoscitur, ad Canisium missae sunt litterae eodem die ad Natalem datae, in quibus ipse Borgias Natalem, praeter alia, de iuvenum in collegium germanicum mittendorum ratione instituebat; quas litteras vide in Epp. *Nadal* III 200—203. Natalis enim optabat, ut in collegium illud admitteretur iuvenis quidam confluentinus (Koblenz), qui Ingolstadii theologiae studebat et a Sociis ingolstadiensibus valde ipsi commendatus erat, quod optimus esset et ad Societatis ingressum propensus; duos quoque adulescentes augustanos eosque pauperes in idem collegium recipi cupiebat; praeterea *Natalis* Augusta 28. Iunii 1566 Borgiam certiorem fecerat: Suebiae praefectum, „el gran patrón y defensor nuestro" (Georgium Ilsung; cf. *Can.* III 574[1]) duos filios (Fridericum et Maximilianum?) cum praeceptore velle eodem mittere[1], atque cardinalem Truchsess idem de nepote quodam suo agere statuisse (Epp. *Nadal* III 170—171 193). Equidem conicio, cardinalem ita vel statuisse vel cogitasse de Gebhardo, Guilielmi fratris filio, a. 1547 nato, qui tunc iam erat canonicus coloniensis et augustanus, postea autem, cum archiepiscopus coloniensis esset, a fide catholica defecit. Atque hunc quidem in collegio germanico non fuisse constat; anno tamen 1568 Christophorus et Carolus, fratres eius natu minores, eodem advenerunt (*Steinhuber* l. c. I[2] 74—75).

Praeterea cum hac epistula — id quod ex litterarum 10. Augusti 1566 a Canisio ad Borgiam datarum exordio colligere licet — Canisio missa sunt duo illa scripta, quae ipsi brevi missum iri Borgias 18. Iunii 1566 significaverat (vide supra p. 269): „Officium provincialis" et „facultates ordinariae" eiusdem. Societatis enim congregatio generalis secunda a. 1565 „de usu potestatis Provincialium in suis Provinciis" decreverat: „Ut . . . videatur et declaretur a P. Generali, quae sit ordinaria, omnibus Provincialibus ex aequo conferenda; quae autem extraordinaria, et pro ratione loci, temporum et personarum huic potius, quam illi, communicanda potestas"; et eadem congregatio statuerat: „Regulae officiorum Provincialis, et Rectoris, aliorum etiam Officialium examinentur et contrahantur", atque haec per praepositum generalem praestari iusserat[2] (decr. post el. 10 57 93; cf. Congreg. I decr. post el. 133 [*Institutum* Societatis Iesu II 185—186 196 207 211]). *Polancus* autem in *Litteris annuis Roma 1. Ianuarii 1566 datis rettulit: Iam conscriptum esse „l' officio del Prouinciale riueduto et abbreuiato, et le facoltà ordinarie che à quelli che haueranno tal officio di Prouinciale, si danno" (ex archetypo, Polanci manu subscripto. „Epp. It. 1565 I" f. 11ª). Tum „Officii" illius (cui „Instructio" addita est), tum „Facultatum" exempla illa manu scripta, quae a. 1566 Roma ad Canisium missa sunt, adhuc exstant in Cod. „Can. XSa" (Can. 42) f. 94ª—102ª 104ª—109ª.

Canisius Borgiae respondit 10. Augusti 1566.

1341. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 25. Iulii 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 3 pp.; in p. 4 inscr. et pars sig.) et schedulae iis adiunctae (12°; 1 p.), quae exstant in „E. C. II", n. 172 (128 129). Canisius sua manu litteras paululum emendavit iisque nomen („Di V. P." etc.) subscripsit; schedulam ipse integram scripsit[3]. Prae manibus mihi erat etiam apographum anno circiter 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo exscriptum et sub annum 1891 cum eodem collatum; ac quia in imagine illa photographica aliquae litterae vel syllabae ex extremis versibus exciderant, has ex

[1] Postea et Fridericus et Maximilianus caesarei per Suebiam praefecti officium aliquamdiu administraturi erant (*Paul von Stetten iun.*, Geschichte der adelichen Geschlechter in Augsburg, Augsburg 1762, 111—112).

[2] De antiquioribus „Officiis Provincialium" vide *Can.* III 99[3] 102[4].

[3] Hoc iam anno 1542 *S. Ignatius* Socios serio monuerat, ut si quae secretiora esse deberent, non in ipsis litteris scriberentur, sed in schedula litteris adiungenda (Monumenta Ignatiana, Ser. I, Epistolae I, Matriti 1903, 236—239).

apographo illo supplevi. Borgias has litteras commemoravit, cum 10. Augusti 1566 Natali scriberet (Epp. *Nadal* III 208—209). Complures litterarum partes ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 763—765; praeterea eaedem litterae adhibitae sunt ibidem III 242[2]. Iisdem usus est et aliqua ex iis paene ad verbum expressit *Sacchinus*, Can. 236; item usus est *Kröss* l. c. 177.

P. Natalis visitator navi a cardinali Augustano data Dilinga Vindobonam vehitur, compluribus Sociis Dilinga et Ingolstadio secum abductis. Belli turcici gravitas. Natalis, multum cum cardinali de caerimoniis etc. disputando, tandem effecit, ut litterae fundationis collegii dilingani in formam, quam volebat, redigerentur, universitatis et contubernii hieronymiani regendi libertate Societati permissa. Quam fundationem se exsecuturum cardinalis iuravit; eandem ut Borgias cito confirmet, Canisius et Natalis flagitant. Cardinali summus pontifex certas pecunias in proximos menses promisit. Sociis tamen dilinganis nummi ad victum et ad aedificationem necessarii desunt. Canisium Natalis, contionibus augustanis in P. Halbpaur translatis, Germaniae superioris provincialem agere iussit; cui officio is se imparem censens, a Borgia iuvari cupit. Universitati dilinganae boni magistri Roma mittantur oportet. P. Rabenstein Herbipolim missus est, ut de collegii instituendi ratione certi aliquid ex episcopo cognosceret. Rectoribus ignoscendum est, quod litteras annuas nondum miserunt. Complures novicii Monachio Romam mittentur. Monacenses Socii sperant, bonum magistrum noviciorum Roma esse venturum. Oeniponte rector omnino est mutandus; ibidem contionator aliquis constituendus. Archiducissae, inprimis Margarita, Sociis multum incommodant. Canisius provincialis demisso animo precationes petit. P. Stevordianus, contionator monacensis, libertatem cum exteris agendi petit, etiam invito rectore; quae concedenda illi non est; an ex Societate dimitti debet?

Jhesus.

Admodum Reuerende in Christo Pater.

Pax Christi etc.

A 21. di questo mese si partì di qua il Reuerendo P. Nostro Visitatore[1], et insieme con lui il D. Pietro Hungaro[2], qui magnum sui desiderium multis hoc loco reliquit[3], P. Paes[4], il qual forse sarà predicatore dell' Jmperatrice[5] in Vienna, et il nostro fratello Giacomo, che l' anno passato fù meco in Roma[6], et l' ultimo fù Sigismondo, il qual hauendosi spedito con li suoi in Praga, tornarà di nuouo à Dilinga piacendo al Signore[7]. Oltra di questo pigliarà il detto Padre doi nouitij d' Jngolstadio per menarli[a] con seco in Austria, adiungendo ancora il P. Cimenes suo antiquo scrittore[8]. Per tutti questi Monsignore Reuerendissimo et Jllustrissimo Cardinale di Augusta ha dato

a) *A Can. correctum ex* manarli *vel* monarli.

---

[1] P. Hieronymus Natalis in Austriam abiit.

[2] P. Petrus Hernath; vide supra p. 277.

[3] „Par desiderium sui reliquit apud populum Romanum Labienus" etc. (*Cicero*, Pro C. Rabirio perd. reo c. 5, n. 14).

[4] P. Henricus Paez; de quo supra p. 259—260.

[5] Mariae, uxoris Maximiliani II. et sororis Philippi II.

[6] Is a P. Theodorico Canisio in litteris Dilinga 25. Iulii 1566 ad Borgiam datis „Jacobus Seclerus coadiutor temporalis" vocatur (Epp. *Nadal* III 765). Augustae procurator eius loco constitutus est P. Wendelinus Völck; in reliqua officia, quae ibidem tenuerat, ei successit Fr. Stephanus Kreitzler (ib. III 194—195).

[7] Fr. Sigismundus Dominatius, bohemus; vide supra p. 18 64 86.

[8] P. Didacum Jimenez sive Ximenez.

una naue in sino à Vienna[1]. Et è da credere, che la uenuta del predetto Padre Visitatore sarà à quella prouincia di Austria molto al proposito in questi tempi tanto turbulenti et periculosi per respetto de tante motioni, che procedono per conto di questa grandissima guerra, ita ut de summa rerum et totius Jmperij nunc agi uideatur[2]. Jddio uoglia per la sua bontà assistere alla sua Maiestà et altri Prencipi della afflitta Christianità, massimè in Hungaria et Alemagna superiore et inferiore[3].

Senza dubio V. Paternità per altra uia harà inteso la[a] causa, per la qual il D. P. Natal se sia quì tanto tempo fermato, et come con grandissima fatiga habbia negotiato con Monsignore nostro Cardinale per acconciar l' instrumento della fundatione et dotatione di questo Collegio[4]. Regratiamo al Signore che al fine habbiamo ottenuto tutto quello che se desideraua, si come piu chiaramente si uedrà nel istesso instrumento . il qual adesso à Roma si manda[5]. Speriamo tutta uia, che V. Paternita se contentarà de tutta quella scrittura, et subbito la confirmarà secondo il desiderio del detto[b] Monsignore. Jl quale ha dato molto buon essercitio al detto P. Natale, essercitio dico della patientia, poi che assai replicò con parole brusche per defendere le sue prime idee circa il Collegio di S. Gironimo[6] et circa le Ceremonie[7]. Al fine pur si acquietò al tutto, facendo anche gran cortesia al P. Natale, et contentandosi della libertà nostra nel procedere, et di hauer la piena gouernatione del Collegio Ger[o]nimiano[c] et di tutta questa Vniuersità. Volsi Jddio, che l medesim[o] Monsignore hauendo fatto in nostra Cappella un' atto solenne, nel quale promesse et giurò de fare et essequire tutto che sta nel detto instrumento, poi che tornò à casa, subbito trouò una lettera da S. Santità mandata c[on] promessa de certi denari per questi mesi sequenti[8]. La qual noua molto consolò et confortò il nostro Monsignore della fondatione gia fatta sec[ondo] il detto instrumento. Pur con tutto questo non manca occasion grande di essercitar la patientia delli nostri[d], non potendo hauer li denari necessarij per sostentation quotidiana et per promouer' la fabrica[9]. Faccia Jddio che si come

a) *A libr. corr. ex* ba. b) *In archet. corr. ex* ditto. c) *Correxi ex* Gerominiano, *quod est in archet.* d) *Duo vv. sqq. a Can. ipso posita sunt pro* per, *quod scripserat libr.*

---

[1] Navi igitur illa Socii Dilinga Vindobonam vecti sunt per Danuvium (Donau).

[2] Bellum dicit, quod in Hungaria adversus Turcas gerebatur.

[3] In Belgio Calviniani sedicionem commovebant.

[4] Vide supra p. 205 et infra monum. dil. (16) (17).

[5] De hoc vide infra post ep. n. 1352, et monum. dil. (18) et var. (20).

[6] In hoc contubernio, ab ipso cardinali Truchsess condito, adulescentes litterarum studiosi alebantur, ii maxime, qui aliquando sacerdotes futuri essent.

[7] Cf. *Can.* IV 650 669 et supra p. 65.

[8] S. Pius V. constituit, ut Truchsessio singulis mensibus a curia romana 200 ducati sive scutata solverentur (*Schwarz*, Briefe und Akten I 14).

[9] Cf. supra p. 86 190.

la uolontà de[a] Monsignore è tanto grande, così ancora le sue forze et facultà si augmentino per aggiutar se stesso et li nostri in temporalibus. Finalmente molto desideriamo col detto P. Natale, ch[e] V. Paternità praesto se resolua circa l' instrumento et si è possibile, non muti niente, acciò la cosa non uada piu in longo, et anche per altri buoni respetti, ò uero si c' è alcuna cosa da mutare che subbito si dia auiso al P. [Natale].

Quanto al Prouinciale di questi Collegij, delli quali V. Paternità sta bene in[for]mata circa li suoi grandi bisogni, non posso dir altro, se non chel detto [Padre] Visitator, mi ha lassiato un gran peso, confirmandomi per Prouincial per autorità di V. Paternità[1] la qual io priego per la carità immensa di Christo, quanto posso strittissimamente, che uoglia specialmente aggiutarm[i] ad bibendum istum calicem[2], et ad explendum hoc graue meisque hum[eris] impar ministerium[3]. La mente del P. Visitatore è questa, che io per attender meglio à questo officio, sia liberato della catedra Augusta[na] lassandola à M. Hermete[4], del quale pur non ci potiamo prometter[e] cosa certa, si come per altre lettere si potrà scriuere, Et cosi penso partirmi presto di qua per uisitar li Collegij d' Jngolstadio et Monachi[o] ad confirmandum et exequendum ea, quae Pater Visitator illhic ordinauit[5].

Quanto al Collegio Dilingense le cose stanno mediocremente bene, se [non] che la gran mutatione, che si è fatta del D. Pietro, D. Thomasso et M. Giacomo et anche di alcuni altri[6], potria dare alcun incommodo massime in questa Vniuersità la qual certo rechiede molte persone[b] di qualità. Speriamo nel Signore che V. Paternita ci consolara con quelli, che s' aspettano de Roma per entrar nella messe Germanica, in qua operarij pauci[7].

Quanto al Collegio Herbipolense, hauemo mandato il P. Raibenstain[8] al Reuerendissimo di quel luogo[9], per intendere chiaramente, in che modo uoglino hauer quel Collegio, et che cose promettino per sostentar li nostri et di fondar et dotar quel Collegio, ne ex ignotis

a) *In archet. correctum ex* del. b) pesone *archet.*

---

[1] A m. Aprili 1565 ad m. Iulium 1566 P. Theodoricus Canisius, collegii et universitatis dilinganae rector, cum nomine „viceprovincialis" provinciam Superioris Germaniae pro Petro fratre, qui nomen tantum gerebat „provincialis", administraverat. Natalis vero, antequam in Austriam abiret, sublato viceprovincialis officio, Petrum Canisium in posterum et nomine et ipsa re provincialem esse iussit; vide infra monum. var. (18). [2] Mt 20, 22; 26, 42. Mc 10, 38. Io 18, 11 etc.

[3] Act 12, 25. 2 Par 29, 36. Cf. 2. Tim 4, 5.

[4] P. Hermes Halbpaur S. J. cathedralis ecclesiae contionator constitutus est.

[5] Vide infra monum. ing. (5) (6) et mon. (3).

[6] De PP. Petro Hernath, Thoma Darbishiro, Iacobo Valentiano paulo ante Dilinga in alia loca missis vide supra p. 260 275 286.

[7] Mt 9, 37. Lc 10, 2. [8] P. Ioannem Rabenstein; cf. supra p. 129 190.

[9] Ad Fridericum a Wirsberg, episcopum herbipolensem.

procedamus[1] neue[a] super arenam aedificemus[2]. Del tutto poi se darà auiso à V. Paternità.

Quanto al modo di scriuere alli Superiori, credo che li Rettori di questa Prouincia, habbino un poco mancato, et che non potranno al debito tempo mandar la lettera anniuersaria per monstrarla à gl' altri[3]. Priego V. Paternita che loro siano escusati, poi che in tanti mesi quasi non hanno hauto il Prouinciale. Jo entrando gia in questo offitio, subbito gli auisarò che mandino le lettere, quanto piu presto possono.

Circa quelli che si mandaranno di questa Prouincia à Roma, io uenendo à Monachio, subbito darò ordine secondo quello chel P. Natal ci ha consegliato. Forsi saran mandati cinque ò sei fratelli per quest' anno: et massime delli Nouitij, li quali Jddio ci ha mandato in buon numero per questi mesi[4].

Della casa di probation me remetto à quello ch' ha scritto il medesimo Padre, et stiamo con buon animo per spettar un buon Maestro per li nostri Nouitij in Monachio[5].

Quanto al Collegio d' Jspruch, semo resoluti il P. Natal et io, che ogni modo bisogna mutar il Rettore, uenga il P. Lanoyo ò non[6]. Non si acquieta ancora una delle Regine, et cosi perturba ancora li nostri[7],

a) *Ita in archet. correctum est a Can. vel a libr. ex* uel, *quod primum scriptum erat.*

---

[1] Canisii animo obversata esse dixeris, quae monet *Aristoteles* in Analyticorum posteriorum l. 1, c. 2. [2] Mt 7, 26.

[3] In „*Formula* scribendi", quae a. 1565 iussu secundae congregationis generalis composita et ab eadem approbata est (decr. 16 54), haec de his „litteris annuis", quas vocamus, praecipiuntur: „Litterae ad aedificationem spiritualem scribantur a singulis Rectoribus et Praepositis localibus semel in anno; et illarum tot fiant exempla, quot nationes a R. P. Generali designatae fuerint." Hoc quoque in eadem „Formula" praeposito generali „relinquitur": Ut, „ad quale anni tempus annuas litteras scribere debeant", statuat (*Institutum* S. J. II 205—206). P. *Ioannes de Polanco,* Societatis secretarius, in Societatis *Litteris annuis Roma 1. Ianuarii 1566 datis: „Molte cose che la medesima Congregatione generale non potè finire, et le raccommandò al Preposito Generale, in parte si son fatte, come è . . . il modo di scriuere" (ex exemplo archetypo, a Polanco subscripto. „Epp. It. 1565. I" f. 11[a]). In hoc autem *„Modo scribendi" praecipitur: „Annuae . . . mittentur . . . ex Prouincia Rheni, superioris Germaniae et Austriae, in 3[o] trimestri, scilicet Iulio, Augusto et Septembri" (ex apogr. eodem fere temp. in collegio ingolstadiensi scripto. „Antiqu. Ingolst." f. 89[a]). [4] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[5] *Natalis* litteris Dilinga 6. Iulii 1566 datis vehementer a Borgia petierat, ut Monachium mitteret magistrum aliquem noviciorum; neque enim in Germania superiore quemquam ad id officium idoneum esse; sibi autem P. Joannem Javier aptum videri; certe viro opus esse optimo; optimos enim adulescentes Societati in Germania nomen dare (Epp. *Nadal* III 172).

[6] Natalis in locum P. Ioannis Dyrsii rectoris oenipontani P. Nicolaum Lanoium provinciae austriacae praepositum substituere statuerat; vide supra p. 229 et infra monum. oen. (4).

[7] *Natalis* Dilinga 20. Iulii 1566 Borgiae scripsit, Margaritam archiducissam Oeniponte Augustam ad P. Hermetem Halbpaur (qui Oeniponte ei a sacris confessionibus fuerat) multas epistulas mittere, „cuyas letras no creo que le hagan mucho prouecho" (ex archetypo, quod est in „EN" n. 144; etiam in Epp. *Nadal* III 196).

di modo che molto habbiamo di patire per respetto di queste donne. Vorria il P. Natale che mai hauessimo pigliato ne ancora pigliassimo cura di queste Signore le quale troppo si attaccano alli nostri. Jddio ci aggiuti per tutto. Resta che ancora trouiamo un Predicatore Todesco per Jspruch[1], et[a] questo molto ho raccomandato al P. Natale.

Quanto al resto, io come nouo et indegno Prouinciale recomando me et tutta questa Prouincia alli sacrificij et orationi di V. Paternità et di tutta la Compagnia desiderando in questo nouo stato una noua et efficace benedittione de Dio eterno et di V. Paternità. Di Dilinga alli 25 di Luglio 1566.

Di V. P.

Jndegno figliolo nel Signore
Pietrus[b] Canisius.

Saepe scriptum est a nostris de M. Martino[2] contionatore Monachiensi, qui post discessum P. Natalis cum Rectore suo[3] conuenire non potest, ut ipse scribit, neque se cum nostris mansurum dicit, nisi sit ipsi liberum cum exteris colloqui et conuersari, etiam hoc prohibente Rectore. Judicamus autem id minime conuenire, si grauiora quaedam incommoda iam ante probata euitare uelimus. Veremur prorsus, ne tandem hunc dimittere cogamur, si pergat sui similis esse, ut saepe sumus experti. R. P. Natalis putabat non tolerandum esse, si sua libertate ita uellet abuti, neque locum obedientiae daret. Judicabit autem P. T. quid a nobis fieri uelit in hoc negotio, simulque pro nobis Deum roget.

Jdem Canisius.

† Al molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre M. Frances[co] Borgia Preposito generale della Compagnia di Giesv. Jn Roma.

Hae Canisii litterae quasi supplentur capite aliquo epistulae, quam *Natalis* visitator quattuor diebus ante ad Borgiam dedit. Ita enim ille, a Canisio multum rogatus, Ingolstadio 21. Iulii 1566 suo et Canisii nomine scripsit de noviciis, qui proxime ex Germania Romam abituri essent, inde, cum ad rhetoricam et humanitatem tradendas apti evasissent, remittendis: „Haseme acordado auisar a V. P. que se embiaran este año nouicios y no veteranos desta Prouincia a Roma porque aquellos estan ocupados en classes que no pueden dexar de Retorica y humanidad, y ansi pedimos a V. P. el padre Canisio y yo, que los que se embian nouicios en siendo para poder suplir aca para las classes de Rhetorica y humanidad V. R. los

a) *Hic a libr.* di *supra versum scriptum, sed postea oblitteratum est.* b) *Ita Can. ipse correxit ex* Piedro.

[1] Cf. supra p. 278.

[2] Albertus V. Bavariae dux P. Martinum Stevordianum Coloniam abire (vide supra p. 193 210) non permiserat; idem sua auctoritate ac Sociis invitis Stevordianum in praecipua urbis ecclesia, quae erat ecclesia collegialis Beatae Mariae Virginis, contiones habere iusserat; ad quas audiendas plurimi concurrebant (Epp. *Nadal* III 167 181—182 216).

[3] Natalis in visitatione collegii monacensis ab ineunte ad medium m. Iunium a. 1566 habita pro P. Paulo Hoffaeo rectorem constituerat P. Dominicum Menginum (ibid. 167 181).

enbie, esto escriuo especialmente porque el padre Canisio me lo ha encargado mucho para que Veniendo estos se puedan inbiar los Veteranos que leen a estudiar facultades mayores" (ex archetypo a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et ab ipso Natale subscripto, quod est in Cod. „EN" n. 145; etiam in Epp. *Nadal* III 198—199).

Borgias Canisio respondit 3. Septembris 1566.

1342. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis visitator, CANISIO.
Vindobona sub initium m. Augusti 1566.

Ex Natalis ad Borgiam epistula archetypa, a P. Didaco Jimenez S. J. scripta et ab ipso Natale subscripta; quae exstat in Cod. „EN" n. 141 et primum ex archetypo edita est in Epp. *Nadal* III 206—208.

De profectione sua. Se exeunte m. Septembri Oenipontem venturum.

Natalis Vindobona 4. Augusti 1566 Romam ad Borgiam rettulit: Se 27. Iulii Vindobonam advectum esse, sub 10. vel 12. Augusti Tyrnaviam iturum, inde Olomutium petiturum esse. „Di là andarò à Praga uerso il fine di questo mese, et spero di puoter esser' di uolta in Jnspruch, àl fine di Settembre con l'aiuto Diuino, come hò anchora scritto al Padre Canisio."

Idem *Natalis* Borgiae Vindobona 10. Augusti 1566: „El deseño mío es partir de Praga mediado Setiembre derecho á Inspruch, adonde estarán ya el P. Lanoy y el P. Canisio" (l. c. 214).

1343. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI**, visitatori Societatis Iesu.
Dilinga sub initium m. Augusti 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1344.

De collegio Herbipoli incohando eiusque rei difficultatibus.

Canisius die 9. Augusti 1566 Dilinga Ingolstadium advectus, inde 10. Augusti ad Borgiam praepositum generalem scripsit cum de aliis rebus, tum de collegio Herbipoli incohando; atque herbipolense hoc caput his verbis terminavit: „Scripsi de his ad P. Visitatorem, expectaturus et illius et paternitatis V. responsum."

Canisii ad Natalem litterae perisse videntur; de quibus vide eiusdem Canisii epistulam, quam dixi, ad Borgiam datam. Hic autem hoc tantum noto: Canisius Borgiam monet, episcopum petere, ut mittantur „concionatores et Philosophi duo, personae in uniuersum 20 uel paulo amplius", quae etiam alumnis quibusdam episcopi praesint eosque „in usu cantandi festis diebus" exercitent; atque „in his", inquit, „uideo difficultates nobis superesse, ad quas amoliendas" Natalem suo tempore Herbipolim venire expediet. *S. Ignatius* certe praescripserat: „Non conuenit ullam Collegii dotationem admittere, per quam ad dandum Concionatorem . . . Societas obligetur" (Constitutiones S. J., P. 4, c. 7, n. 3). Atque in „Formula acceptandorum collegiorum" a *Lainio* praeposito generali data cautum erat, ne collegia, in quibus praeter litteras et humanitatem etiam „cursus" philosophiae traderetur, minus quam 50 Socios haberent (*Institutum* S. J. II 215). Neque cantum pueros docere Socii solebant (*Can.* II 9[5]; Epp. *Nadal* IV 255).

1344. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu.
Ingolstadio 10. Augusti 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 4 pp.) et schedulae iis adiunctae ($^1/_4$ p.), quae exstant in „E. C. II" n. 173 (329 330). Canisius sua manu et litteras subscripsit („Seruus" etc.), et schedulam integram scripsit. Prae manibus erat etiam apographum sub a. 1860 a P. *Ios. Boero* S. J. ex archetypo exscriptum et sub a. 1891 cum eodem collatum; ex quo litteras aliquas vel syllabas, quae in imagine illa photographica ex extremis versibus exciderant, supplevi. Duae litterarum partes ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 767—768. Litteris usi sunt *Steinhuber* l. c. I[2] 23—24 et *Duhr*, Jes. I 122.

Provincialium regulae et facultates. Kilianus Freymiller ex collegio germanico remissus Dilingae legibus contubernii se subicere noluit. In eodem contubernio facile collocabitur Adam Wagner, valetudinis causa Roma abire cupiens. Octaviani Fugger ingressus in Societatem. Collegium germanicum a cardinali Granvella laudatum est. Ursulae Fuggerae pietas. Placet, Romae Socios in Germaniam profecturos ad pietatem exerceri. P. Rabenstein Herbipolim missus est; collegii ibi incohandi aedes, personae, reditus, alumni, cantus, „praecursor"; negotium per P. Natalem expediendum est. Iacobus Rabus, filius superintendentis protestantium ulmensium, in collegium germanicum veniet. Cardinalis Augustanus ad synodum dioecesanam a Natale vel Canisio iuvari cupit, ad concilium autem provinciale Canisium secum adducere vult; idem contubernium dilinganum ex collegii germanici regulis reformare cogitat. Num scholasticis, ut Romae fieri dicunt, precationum pensum cotidianum relaxandum est? Quo die agendum festum S. Dominici? Provincialibus Germaniae facultates ad haeresim (lectionem librorum, absolutionem relapsorum etc.) spectantes dandae sunt. Repetine debet baptismus Calvinianorum? Ingolstadii in locum eorum, qui philosophiae tradendae labore tantum non consumuntur, alii substituantur necesse est.

† Jhesus.

Pax christi admodum Reuerende in christo Pater.

Accepi literas P. T. 18[a] [?] Julij scriptas: et alias per Chilianum germanum ad me datas[1], vna cum reliquis, que ad P. prouincialem RHenensem et Austriacum, imprimis uero ad P. Visitatorem[2] scribebantur.

Accepi praeterea officium, et facultates Prouincialium[3]: in quibus nihil praetermissum esse puto; Deum precor, ut hoc munere et potestate nostra porro rite fungamur, adiuti P. tuae precibus sacrificijsque.

De Chiliano hoc dicere habeo, non defuisse nobis studium, illum Reuerendissimo Domino Cardinali Dilingae comendandi: Sed ille, nescio cuius libertatis amans, oblatam inter alumnos illius conditionem honestam, detrectauit, ne comunibus illic legibus, quas reliqui sustinent alumni astringeretur[4]. Nunc in patriam Luteranam[5] se contulit, reuersurus ad nos fortasse, sed cui difficile sit, qualem ipse cupit, conditionem nancisci, praesertim cum pauci nunc se patroni offerant studiosis, in his locis gratis alendis. Audio Adamum germanum hoc optare, ut ualetudinis curandae causa, ex Collegio germanic[o] ad nos reuertatur[6]; Huic facilius Dilingae prospiciemus, si locum inter alumnos dicti Cardinalis non recusabit. Neque negligemus tamen causam Chiliani, si quid effici poterit nostra comendatione et ille uolet morigerus esse.

Repetiui apud matrem Foggeram octauiani filij negocium, quae promittit, se responsuram per literas, et cupit constantiam eius magis

a) *Sic archet.; sed omnino videtur scribendum fuisse 23; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.*

[1] Litterae, quas Kilianus Freymiller, collegii germanici alumnus, Canisio attulit, 10. Iunii 1566 datae erant; vide supra p. 267.

[2] Ad PP. Antonium Vinck, Nicolaum Lanoium, Hieronymum Natalem.

[3] De his vide supra p. 285.

[4] De his legibus vide supra p. 14[6].

[5] Halam Suebiae (Schwäbisch-Hall); vide supra p. 267[1].

[6] Adam Wagner burghusanus (Burghausen, Bavariae superioris oppidum) a. 1561 in collegium germanicum venerat; vide *Can.* III 192[5].

probari. Cum patre nihil agendum putat hoc tempore[1]. Js filium utrumque lubentius atque diutius istic relinquit, [praesertim][a] [?] quoniam institutum collegij Germanici nuper illi comendauit Jllustrissimus Dominus Car[dinalis] Granuellanus, cuius iudicium apud multos ualet. Fuggera uero partui [est] proxima, ut eo magis pro illius salute sit Deus nobis precandus, quae in spiri[tuali]bus quidem studijs et pietatis operibus, insignem se nobis praebet ac admirabilem.

Vicimus [*etc., ut supra p. 283*]. Jllud praeclare fieri putamus, ut qui sunt ex urbe mittend[i,] in domo probationis colligant sese ad tempus, prius quam in German[icam] messem[b], quae magnis tentacionibus est obnoxia, destinentur[2]. Jllorum aduentu[s] non poterit nobis non esse gratus;

P: Rabanstain[3] suum confecit negocium apud Episcopum Herbipolensem de collegio fundando, sicut illi fuerat demandatum. Jtaque cognouimus structuram illius Collegij strenue promoueri, sed ante festum Pa[schae][c] [4] uix absolutum iri; habitacionem nostris commodam fore. Petuntur concionatores et Philosophi duo, personae in uniuersum 20 uel p[aulo] amplius, quae iuxta instituti nostri rationem praesint etiam alumnis, quos non procul a Collegio Episcopus sustentabit, et in usu cantand[i] festis diebus, praesertim Missae et Vesperarum tempore, uellet exercitari, ut illi paulatim ad Ecclesiasticas functiones facilius assuefiant. Promittit mille trecentos florenos, in sumptus annuos collegij, et ope[ram] dare statuit, ut hi prouentus authoritate Pontificis collegio appli[centur][5]. Jn his uideo difficultates nobis superesse[6], ad quas amoliendas consu[ltum] ego putarem, ut P. Visitator non adiret prouinciam RHenensem, nisi salutato Episcopo Herbipolensi, ut coram ipse intelligat ac iudicet, quid ad maiorem Dei gloriam Societas nostra ferre ac promittere habeat. Dictus P. Rabanstain hoc solum respondit Episcopo, superiorum sentenciam de re tota expectandam[d] esse. Cupiebat interim ille sicut et antea, concionatorem quamprimum ad se mitti, qui nostro[rum] ueluti praecursor esset, maioremque nobis gratiam apud clerum et populum magna ex parte Haereticum conciliaret. Imo desiderauit idem Episcopus, hoc etiam anno uenire primos scholae nouae professores, quibus promisit non modo uiaticum, sed etiam[e] comodam habitacionem, quam diu collegium non erit exedificatum. Verum non uideo, cur

a) *In archet. post* relinquit *positum est v., quod iam paene evanuit; Bo. hoc loco posuit* praesertim. b) messam *archet.* c) *Supplevi et hic et identidem infra ex Bo.* d) expectandum *arch.* e) *In arch. sequitur* omnibus, *oblitteratum.*

---

[1] Philippus Eduardus et Octavianus, Georgii II. Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filii, convictores erant collegii germanici; Octavianus id agebat, ut in Societatem reciperetur; cf. supra p. 274[4]. [2] Vide supra p. 284[3].

[3] P. Ioannes de Rabenstein, Herbipolim ad Fridericum de Wirsberg episcopum missus; vide supra p. 288—289. [4] Pascha a. 1567 futurum erat 30. Martii.

[5] De bulla herbipolensi cf. supra p. 198 206.

[6] De his vide supra p. 291.

tantopere[a] properemus, nisi rebus firmius constitut[is]. Quod praesenti quidem anno fieri non posse duco. Scripsi de his ad P. Visitatorem, expectaturus et illius et paternitatis V. responsum.

Jacobus Rabus Romam ueniet breui, et fortasse cum Illustrissimo Cardinali Commendono ueniet, ut in collegium Germanicum admittatur sicut ante promissum illi fuit . meretur enim hanc gratiam, qui inuito parente magni nominis apud Vlmenses Sectario[b] et concionatore[1], ad nostros Dilingenses, uelut alter Martinus, confugit, ut in Catholica fide fieret cathecumenus[2].

Cardinalis noster in postremo colloquio ualde rogauit, ut Paternitatis T. bona uenia, redirem mense sequenti . cum enim in animo habeat, Diaecesanam[c] Synodum Dilingae celebrare, P. Visitatoris, aut saltem meam desiderat operam, ad rem tantam rectius instituendam. Erit ille labor unius fortasse mensis. Expectat etiam Synodum Metropolitanam Archiepiscopi sui Moguntini[3], ad quam profecturus me sibi comitem esse uellet, sic etiam Archiepiscopum postulasse dicit. Mihi gratius nihil erit, quam superiorum[d] meorum audire ac sequi sentenciam. Quanquam in hac penuria THeologorum difficile uideatur his praesulibus qui sunt in Germania praecipui, nostram omnem operam in re tanti momenti denegare.

Promissum est nobis ex urbe aliquando Dilingam[e] mittere collegij[f] germanici Regulas, quibus nunc magis egemus, quod Cardinalis cupiat collegium S. Hieronymi[g] [?] legibus nouis reformari[4]. Rogamus igitur, ut Roma[h] [?] regulas diutius expectare necessum non sit. Non repetam alia, quae fuse scripsi Dilingae, et de quibus etiam monui[i] Patrem Visitatorem. Expectamus P. [V.] consensum circa ea, quae promisit idem Cardinalis in suo instrumento[5].

Audimus Romae studiosos societatis nostrae, qui uersantur in studijs, non eas[dem] recitare preces quotidie, et pensum illud nonnullis relaxari[k] et condonari a Confessarijs: Qua de re cupimus reddi

a) *Ita libr. correxit ex* quo tam propere, *quae prius scripserat.* b) *In archet. correctum ex* Sectarium. c) *Ita libr. correxit ex* Diaecenasum, *quod scripserat.* d) *V. sequens a libr. supra versum scriptum est.* e) Diligam *archet.* f) *In archet. sequitur alterum* collegij. g) idem *archet.; sed scribendum fuerat* collegium S. Hieronymi *vel* collegium hieronymianum*; v. infra adn. 4.* h) *Ita Bo.;* Romanas? *In imag. phot. hic versus mancus est.* i) *Hoc v. in arch. supra versum scriptum est* k) *In archet. corr. ex* relaxare.

¹ Vide supra p. 201³ et infra mon. var. (5).

² S. Martinus Turonensis, „cum esset annorum decem, inuitis parentibus ad ecclesiam confugit seque catechumenum fieri postulauit“: *Sulpicius Severus,* Vita S. Martini c. 2 (Opera, rec. *C. Halm* I, Vindobonae 1866, 112; *Migne,* P. lat. XX 161).

³ Danielis Brendel ab Homburg. Archidioecesis moguntina hos habebat episcopatus suffraganeos: argentoratensem, augustanum, constantiensem, curiensem, eystadianum, halberstadiensem, herbipolensem, hildesiensem, paderbornensem, spirensem, verdensem, vormatiensem.

⁴ Ferebant (ut Borgias 18. Iunii 1566 Canisio scripsit), collegium S. Hieronymi dilinganum minus prospere procedere, idque eo, quod adulescentium instituendorum ratio in collegio germanico usitata illic non servaretur; vide supra p. 269.

⁵ In litteris fundationis collegii dilingani; vide supra p. 287—288.

certiores, an haec sit probanda et nobis imitanda libertas, qua forte nonnulli[a] possent abuti[1]. Praeterea festum transfigurationis Domini dubitamus, praecedat ne an sequatur festum S. Dominici, quod Paulus IIII Pontifex decreuit, ni fallor, quarto Augusti celebrandum esse. Et hunc nodum expediet nobis dissolutum esse, ut ad uerum usum Ecclesiae Romanae proxime accedamus[2]. Nec esset abs re fortasse, si P. Tua certi aliquid prouincialibus Germanicis praescriberet, quatenus facultatem habeant extraordinariam in casu Haeresis[3], qui sane frequenter occurrit tum propter libros tum propter conuersationem, et necessariam refutationem scriptorum HAereticorum in germanica lingua, tum propter absolutionem HAereticorum, qui sunt relapsi, sed ita tamen, ut expresse antea in iudicio non fuerint condemnati, uel pro Haereticis nomin[atim] declarati. Caeptum est etiam a nostris dubitari, an sint[b] rebaptisand[i,] quos pro suae fidei ratione, Caluiniani baptizarunt, non credentes scilic[et,] baptismum esse necessarium paruulis, quibus ad salutem sit satis f[ides] parentum: Putant ergo quidam tutius fore, ut sub conditione tales baptisentur, hoc modo, Si NOn es Baptisatus etc.[4] Ac de ijs quidem omnibus pergratum erit Scire[c] quidquid responderit Paternitas T. cuius precibus et sacrificijs in Domino et nos et prouinciam nostram in christo plurimum c[omen]damus. De hoc collegio, quod heri primum ingressus sum, alias plura. Ingolst[adij] 10 Augusti anni 1566.

Seruus in Christo indignus
Petrus Canisius.

a) nonulli *archet.* b) sit *archet.* c) *Hoc v. a libr. supra versum scriptum est.*

---

[1] Vide, quae de hoc „penso" sub ipsas hasce litteras dicentur.

[2] Calixtus III. a. 1457 constituit, ut dies festus „Transfigurationis Domini", qui iam olim multis locis agi coeptus erat, per universam ecclesiam 6. Augusti ageretur, atque ita perennis exstaret memoria victoriae a. 1456 apud Belgradum de Turcis relatae (*Bullarium* Romanum V 133—138). Gregorius IX. autem, cum a. 1234 Dominicum, fundatorem ordinis Praedicatorum, 6. Augusti 1221 vita functum, in Sanctorum album referret, die 5. Augusti eius festum agi iussit (*Acta* Sanctorum Augusti I, Antverpiae 1733, 529). Atque hoc die nomen S. Dominici comparet v. g. in kalendario quodam augustano saeculo XIII. vel XIV. scripto et in kalendario frisingensi, quod ad saeculum XV. pertinet (*Ant. Lechner,* Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern, Freiburg i. Br. 1891, 112 253). A. vero 1558 Paulus IV. considerans, 5. Augusti etiam festum „Beatae Mariae a Nivibus" agi ideoque ecclesiam, eo die veneratione Dei genitricis „plurimum occupatam", colendo S. Dominico „plene vacare nequire", huius sollennem memoriam ubique 4. Augusti fieri iussit (*Bull.* Rom. VI 543—545). Neque vero haec constitutio statim ubique recepta esse videtur; erant enim etiam saeculis XVIII. et XIX., qui a Clemente VIII. (1592—1605) d. 4. Augusti S. Dominico consecratum esse censerent; ut Iacobus Echard O. Pr. (*Iac. Quetif* et *Iac. Echard* O. Pr., Scriptores Ordinis Praedicatorum I, Parisiis 1719, 46, adn. E.; *J. Guiraud,* Saint Dominique, Paris 1899, 194[2]). Societas, inquit *S. Ignatius,* in caerimoniis „usum romanum . . . quantum patietur regionum varietas, sequetur": Const. S. J. P. 4, c. 8, n. 2.

[3] In „Facultatibus ordinariis" (vide supra p. 285) haec tantum erant (n. 30): „Per se, et per alios possit absoluere ab haeresi (praeterquam in locis ubi officium inquisitionis uigebit, ut in Hispanijs, Sicilia, Sardinia et Maiorica) in foro interiori" (Cod. „Can. XSa" f. 108[b]). [4] De baptismo Calvinianorum vide *Can.* IV 850.

Valde male habent P. Henricus Arboreus et M. Marquez in hoc munere Philosophiam quotidie profitendi [1]. breui uidentur sub tanto hoc pondere collapsuri. Quare nihil illis conuenientius, et huic Gymnasio vtilius fore putarim, quam si duos illis lectores substituere liceret, priusquam illi prorsus hic ptisici efficiantur, et magis magisque consumantur. Dilingae unus erit satis Philosophus. hic duos desideraremus, si ullo modo mitti ex Vrbe possent. Fiat autem voluntas Domini [2] et P. T. cui necessitates nostras cogimur aperire, diuinae interim prouidentiae reliqua committentes. Jngolstadij 10 Augusti 1566.

Jdem indignus filius P. Canisius.

Ex ipsa hac Canisii epistula intellegitur, Canisium per eam respondisse ad duas epistulas romanas: eam, quam 10. Iunii datam Kilianus ei attulerat (vide supra p. 267), et eam, cui in Registro Borgiae dies 23. Iulii ascriptus est (vide supra p. 284); atque recte hic dies, non dies 18. Iulii, huic epistulae ascriptus est; nam litterae quoque Natali destinatae, quae, ut ex ipsa cognoscitnr, ei adiunctae sunt, datae sunt 23. Iulii (Epp. *Nadal* III 202). Quare Canisio in huius epistulae exordio scribendum fuisse censeo: „Accepi literas P. T. 23 Julij datas"; accedit, quod in Borgiae Registro litterae non comparent, quas vel ipse vel Polancus 18. Iulii ad Canisium dederit. Ac facile fieri poterat, ut Canisium memoria falleret; nam Borgias ei scripserat 18. Iunii.

Ceterum ex hac epistula hoc cognoscitur: Rumor erat (quem falsum fuisse paulo infra ostendetur), Romae nonnullis Societatis iuvenibus, qui litteris studerent, sive „scholasticis" precum cotidie recitandarum „pensum" per confessarios „relaxari", et Canisius, ne ille mos in Germaniam quoque induceretur, metuebat. Qua in re *S. Ignatius* de scholasticis praescripserat: „Praeter sacramenta confessionis ac communionis, ad quae octavo quoque die accedendum erit, et praeter Missam, quam quotidie audient, horam unam impendent recitando Beatissimae Virginis Officio, ac examinandis bis quotidie suis conscientiis, cum aliis orationibus, pro cuiusque devotione, usque ad praedictam horam explendam, si expleta non fuerit. Quae omnia iuxta ordinationem ac iudicium Maiorum suorum . . . facient." Atque amplioris „declarationis" gratia haec, praeter alia, addiderat: Propter „rationem specialem" „possit etiam aliquando Missa intermitti, et in quibusdam augeri et minui praescriptum orationis tempus. Et haec omnia Superioris prudentiae relinquentur: quamvis unius horae, plus minus, tempus ad Beatissimae Virginis preces recitandas assumendum erit. In Scholasticis tamen, qui ad dicendum officium divinum non tenentur, facilius suis temporibus haec ratio commutari poterit, ut, loco precum Beatae Virginis, meditationes et alia spiritualia exercitia succedant (dum tamen hora in illis compleatur). . . . Dum Missa dicitur, quandiu Sacerdos submisse loquitur ut populus non audiat quae is dicit, num Scholastici possint, necne, recitare partem precum suarum, ad quas horam habent designatam, Maiorum vel Superiorum arbitrio id relinquetur" (Constitutiones S. J., P. 4, c. 4, n. 3, B). De scholasticis autem, qui sacerdotes essent, *Ignatius* hoc significaverat (quamquam in Constitutionibus positum non est): Sufficere iis missam, horas canonicas, bina illa „examina conscientiae"; posse tamen eos his exercitiis mediam horam orationis adiungere (*Astrain* l. c. II 439). Ac cum a. 1565 secunda Societatis congregatio generalis praepositi generalis arbitrio permisisset, ut „tempus orationis" amplificaret (decr. 29. *Institutum* S. J. II 201—202),

---

[1] In universitate ingolstadiensi Socii tres scholas philosophicas habebant, e quibus unam Henricus Arboreus, reliquas duas Ioannes Marquez administrabant: de logica, de physica, de anima (Epp. *Nadal* III 184).

[2] Act 21, 14; cf. 1 Mach 3, 60; Mt 6, 10 etc.

S. *Franciscus Borgias* mandavit, ut singuli Societatis homines, praeter binos quadrantes, quibus meridie et vespere „examen conscientiae“ fieret, cotidie mane per tres quadrantes (in Hispania per horam), vespere per unum orarent, idque vel ore vel mente tantum, pro singulorum ingenio et facultate ac pro arbitrio praepositorum; atque his potestas concedebatur ea in lege dispensandi (*Astrain* l. c. II 441[3] 442. *Pierre Suau*, St François de Borgia, Paris 1905, 162. *Duhr*, Jes. I 570). Ceterum vide infra monum. var. (23).

Borgias ad pleraque huius epistulae capita 3. Septembris 1566, ad alia autem (per Polancum) 15. Octobris 1566 respondit.

1345. P. HIERONYMUS NATALIS, visitator Societatis Iesu, CANISIO. Vindobona 12. Augusti 1566.

Ex Natalis ad Borgiam litteris archetypis, ipsius Natalis manu subscriptis. „G. Ep. VII“ f. 44[a]. Eaedem litterae ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 213—220.

De iuvenibus Romam in collegium germanicum mittendis.

P. Hieronymus Natalis Vindobona 12. Augusti 1566 ad S. Franciscum de Borgia, Societatis praepositum generalem, haec rettulit de convictoribus et alumnis Romam in collegium germanicum mittendis (vide supra p. 284): „Para el Collegio Germanico que paguen la espessa ninguno me ha venido, El Padre Mastro Canisio me dixo tenia algunos principales etc. creo le aura dado comission V. P. y yo selo escreuire oy que hasta este numero que dize se puedan enbiar. Quanto alos otros, de Vno escreui yo que esta en Jnglestat, muy bueno y theologo, y escriuo oy que lo embien, encomendandolo a V. P. si se pudiese hazer diligencia con algunos exercicios inclinarlo ala Compañia.“

1346. P. IOANNES DYRSIUS, rector collegii oenipontani, CANISIO. Oeniponte medio fere m. Augusto 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1351.

De morte Bartholomaei Meliti novicii.

Canisius Dilinga 29. Augusti 1566 S. Francisco Borgiae, Societatis praeposito generali, scripsit: „Decessit ex hac uita bonus semperque laudatus frater noster Bartholomaeus Germanus, qui suam ptisim, qua[a] *diu laborauit, foelici tandem et sancta morte conclusit, ut scribit Rector eius Oenipontanus. Quare cupimus et rogamus, ut huius fratris anima sit Romae et alibi nostrorum pijs suffragijs Domino commendata.“*

In **Catalogo* collegii oenipontani ibidem exeunte a. 1566 conscripto refertur, eo anno (9. Augusti? Ita **Catalogus* „Defunctorum Prov. Germ. Sup. Soc. Iesu“ 1561—1772, sign. „VI. 16“ f. 1[a]) ibidem mortuum esse „Bartholomaeum Melitum“ tirolensem („GSC 66“ f. 414[b]). De quo *Dyrsius* rector in *Catalogo oenipontano, quem ineunte a. 1565 scripsisse videtur: „Bartholomaeus Mellitus Germanus . annum agit 18.[m]“; Societatem ingressus est a. 1564. „Audiuit lectiones Grammatices. Bonus et simplex. Parum aptus ad studia. Semper ualetudinarius. Studet priuatim“ (ex autogr.; „G. C. 67“ p. 276).

Borgias paulo ante (cf. supra p. 289[3]) de Sociis vita functis *statuerat: „Si quis obierit: primo quoque tempore Prouincialis admoneatur, qui uicinos et Generalem ipsum admonebit, ut consuetis suffragijs Domino commendetur“ (ex apogr. eiusdem fere temp.; „Antiqu. Ing.“ f. 88[b]). De his suffragiis vide *Can.* IV 552.

1347. P. LAMBERTUS AUER S. J., rector collegii moguntini, CANISIO. Moguntia (Spira?) medio fere m. Augusto 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1351.

a) *Ita in archet. a Can. ipso correctum est ex* quoad *(?).*

De collegio Spirae instituendo.

Canisius Dilinga 29. Augusti 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam, Societatis praepositum generalem, haec rettulit de P. Lamberto Auer S. J., rectore collegii moguntini, qui Spirae in ecclesia cathedrali initio a. 1566 contiones habuerat (vide supra p. 225), ac de Marquardo ab Hattstein episcopo spirensi (Speyer) imperiique principe: „Scripsit ad me D. Lambertus bonam esse spem de Spirensi Collegio inchoando, et Episcopum una cum Clero literis in Vrbem datis hoc negotium serio agere."

Capitulum cathedrale compluries, atque etiam in congregatione generali die S. Antonii habita, de collegio condendo deliberavit (*Remling*, Bischöfe II 376), ac tandem episcopo assentiente constituit, ut 15 Sociis domum, templum, bibliothecam, 700 florenos annuos cum 50 „malteris siliginis", 20 malteris hordei, 5 plaustris vini darent, illi autem contionem ecclesiae cathedralis, unam „lectionem theologicam", 5 scholas, in quibus grammatica, litterae humaniores, rhetorica traderentur, susciperent; paulatim autem ac pedetentim haec consilia ad effectum deduci debere censebant. Litterae, quas canonici huius rei gratia Spira 14. Augusti 1566 ad S. Franciscum Borgiam, praepositum generalem, dederunt, exstant in Epp. *Nadal* III 769—771. Cf. etiam ibidem p. 234—235.

1348. P. DOMINICUS MENGINUS S. J., rector collegii monacensis, CANISIO. Monachio sub med. et exeunt. August. 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1351.

Canisius Dilinga 29. Augusti 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam, praepositum generalem, rettulit de P. Dominico Mengino S. J., quem P. Natalis sub medium m. Iunium rectorem creaverat (vide supra p. 290[3]): „P. Dominicus, quem P. Visitator Monachiensem Rectorem constituit, non diu in hoc munere conseruari poterit: adeo petit et rogat sedulo, ut susceptum onus deponat."

Plura vide infra p. 303; cf. etiam supra p. 290.

1349. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI**, visitatori Societatis Iesu. Ingolstadio (Dilinga?) medio vel exeunte Augusto 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1351.

Canisius Dilinga 29. Augusti 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam, praepositum generalem, rettulit: Se ad P. Natalem visitatorem scripsisse de episcopo herbipolensi collegium Herbipoli proxime incohare cupiente et de P. Dominico Mengino semel atque iterum, ut officio rectoris monacensis liberaretur, precato. Plura vide in Canisii ad Borgiam epistula, quam dixi; nam epistula, quam ad Natalem ille dedit, perisse videtur.

Ad eandem epistulam spectare puto, quae *Natalis* Borgiae scripsit Oeniponte 19. Octobris 1566: „Da Praga, si mandorono a questa Prouincia tanto per isgrauare quel Collegio quanto perche con instanza mi haueua domandato il P. Canisio alcuni scolari, quattro scolari, et Vno non prouaua bene nella probatione . tutti m' aspettano in Jngolstadio, penso che li 4 farò uenire à questo Collegio à studiare che sono humanisti li 3. et un Rhetorico . dell' altro uederò, che conuerrà fare." [1] Et Dilinga 14. Novembris 1566: „Mandai da Praga quatro scholari de nostri à questa prouincia, perche mi dimandò Maestro Canisio che mandasi alchunj. . . . Questi padre sono uenuti in questa Prouincia a instanza de Maestro Canisio: . . . certo io padre non li uoleua mandar' in questa Prouincia se non per lettera del Padre Canisio" (ex archetypis, quae sunt in Cod. „EN" n. 155 158; etiam in Epp. *Nadal* III 272 299).

In numero scholasticorum provinciae Societatis austriacae, quos Canisius hoc tempore provinciae Germaniae superioris a Natale impetravit, erat Iacobus Spanmiller sive Pontanus, Ponte (Brüx) Bohemiae oppido (a. 1542, ut videtur) ortus,

[1] Ioannem Lucium significat; de quo vide infra monum. var. (21).

qui postea Augustae Vindelicorum in Societatis gymnasio et poeticam rhetoricamque maxima cum laude docuit et universo litterarum studio praefuit atque etiam libros, inprimis vulgatissima illa „Progymnasmata latinitatis", edendo (vide *Sommervogel*, Bibl. VI 1007—1019; IX 779) de litteris et humanitate optime meruit (*Franc. Ant. Veith*, Bibliotheca Augustana V, Augustae Vindelicae 1789, 119—149; VI, Augustae V. 1790, 210. *Janssen* l. c. VII[13—14] 271—272. *H. Bremer* S. J., Das Gutachten des P. Jakob Pontan, in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXVIII 621—631. *Duhr*, Jes. I 671—673). P. Natalis, cum m. Novembri a. 1566 Dilingae moraretur, Pontanum Ingolstadio Dilingam evocari et „tum in classe rhetorices tum privatim" cum Fr. Matthaeo Michonis polono per Fr. Leonardum Boschium (in litteris graecis et in dialectica) „exerceri" iussit (Epp. *Nadal* IV 261 263). In **Catalogo* collegii dilingani 31. Decembris 1566 conscripto dicitur, eum 25. Mai 1564 Pragae Societatem ingressum esse, 24. Iunii 1566 vota scholasticorum nuncupasse, in Societate litteris humanioribus et rhetoricae studuisse, „talentum singulare ad docendum et concionandum habiturum videri" („GSC 66" f. 404[a]). Eum a. 1566 Pragae rhetoricae operam dedisse cognoscitur ex huius collegii catalogo (Epp. *Nadal* IV 263[2]).

Tres reliqui fratres scholastici, quos Canisius a Natale impetravit, in **Catalogo* collegii oenipontani exeunte a. 1566 scripto ita recensentur: „Joannes Vngarus, patria Bereksbaz" [Beregszasz]; 18 annos natus; Societatem ingressus a. 1564; vota emisit Pragae 1566: „in probatione fuit per biennium". „Martinus Bozik Bohaemus"; 18 vel 19 annos natus; ingressus a. 1563; vota emisit Pragae 29. Iunii 1566. „Thomas Natione Sclauus, cognomento Negalicz"; 18 annos natus; ingressus a. 1564; vota emisit Pragae. Praeterea de singulis notatum est: „nunc studet humanioribus" („GSC 66" f. 414[a]). De Thoma et Martino cf. Epp. *Nadal* II 445 448 588. Quod autem ad Ioannem Hungarum attinet, dubium esse vix potest, quin Ioannes hic sit ille idem, quem P. *Paulus Hoffaeus* in *Catalogo eorum, qui ipso viceprovincialem et provincialem Germaniae superioris agente in ea provincia morati sint, „Ioannem Lelesium Hungarum" vocat (Cod. „VI 35" f. 82[a]). Ioannes Leleszi, cum in Bavaria complures annos docuisset ac sollemnem votorum professionem emisisset, in Transsilvaniam ad Christophorum Battorium (Bathori) principem missus est; cuius filium Sigismundum ad litteras et pietatem instituit; Societatis quoque collegium Claudiopoli (Klausenburg, Koloszsvár) aperuit et multos protestantes ad ecclesiam reduxit; multa denique pro fide catholica passus, Laureti in Italia a. 1594 cum eximiae pietatis fama mortem obivit (*Jos. Juvencius* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars quinta, Tomus posterior, Romae 1710, l. 12, n. 134. *Math. Tanner* S. J., Societas Iesu usque ad sanguinis profusionem militans, Pragae 1675, 26—27).

1350. P. LEONARDUS KESSEL S. J., rector collegii coloniensis, CANISIO. Colonia m. Augusto (exeunte?) 1566.

Ex autographa Canisii epistula, de qua infra n. 1360.

Canisius Monachio 2. Octobris 1566 Kesselio scripsit: „Quas ad me Augusto mense dedistis, his diebus accepi."

Kesselii litterae perierunt; de quibus vide plura in Canisii, quam dixi, epistula; ex eadem conieceris, Kesselium Canisio scripsisse, cum in Belgio iam coepissent imagines sacras evertere; id quod sub medium m. Augustum factum est.

1351. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 29. Augusti 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; pp. 3; in p. 4 inscr. et partes sig.), quae exstant in Cod. „E. C. II" n. 174 (135 136). Canisius sua manu ultimum litterarum caput („P. Dominicus, quem" etc.) scripsit nomenque subscripsit. Aliquot litterarum capita ex archetypo transcripta sunt in Epp. *Nadal* III 772—773.

Fr. Melitus mortuus, P. Liberius brevi est moriturus. Ingolstadienses res tranquillae sunt, nisi quod Marquetii anima corpusque alibi sanentur oportet. P. Arborei valetudo. Cardinalis Truchsess synodum dioecesanam differt in annum proximum. Archiepiscopus moguntinus per litteras graviter conquestus est, quod Romae nihil impetrasset atque etiam male audiret; eum tamen cardinalis Truchsess et solatus est et compluribus cardinalibus commendavit et a Borgia cupit adiuvari; idem archiepiscopus, ut in Germania nemo alius, erga Socios liberalem se praebuit. Romana curia archiepiscopos germanos molliter tractare atque etiam honorare debebat. Adversus „Assertiones" dilinganas librum amarulentum ediderunt Bidenbach et Osiander tubingani, a Iesuitis sibi timentes; de respondendo cum P. Natale agetur. Onuphrii Panvinii etc. scripta vulganda sunt. Profectio monacensis. Episcopus herbipolensis, viatico misso, Socios exspectat; at res cum eo nondum sunt satis constitutae. Collegium spirense. Novi Socii. „Annuae". P. Menginus rectoratu monacensi, quem aegre sustinet, levandus est.

Jhesus.

Pax Christi Admodum Reuerende in Christo Pater.

Scripsi postremas Jngolstadij, et hoc quidem mense[a], nec ullas interim Romanas accepi. Decessit ex hac uita bonus semperque laudatus frater noster Bartholomaeus [*etc., ut supra p. 297*], Nec diu supererit P. Stephanus et ipse Ptisicus, de quo iam et medicus ipse desperat Augustae[1]. Sit illi nobisque propitius Deus, qui uitae et mortis est dominus[2].

Jngolstadij statum Collegij utcunque tranquillum reliqui, minusque negotij illic mihi[b] fuit, cum P. Visitator non multo antea suum apud Fratres munus obiuerit, multaque correxerit pro sua prudentia[3]. Notus est M. Marquetius[4], quem rectius alibi quam apud nos in utroque homine curari posse censemus. Scripserit de illo P. Visitator, ut arbitror, Expectamus et optamus, ut Paternitas Tua successorem illius, si fieri queat, cito designet. De P. Henrico Arboreo iam ante quoque scriptum est, quia et ipse magis ac magis ad ptisim declinare uidetur[5]. Adsit nobis et Prouinciae nostrae Dominus pro immensa in nos benignitate sua per sacrificia et preces Paternitatis Tuae, ac totius nostrae Societatis.

Dilingam redij[6], a Reuerendissimo Domino Cardinali accersitus. Voluit enim deliberare mecum de Synodo instituenda, quam reijciet

a) mensse *archet.* b) *In arch. correctum ex* illhi mihic, *quae primum scripta erant.*

[1] P. Natalis visitator m. Iulio a. 1566 praeceperat, ut P. Stephanus Liberius (cf. supra p. 8 164) „cum commoditate" Monachio Augustam mitteretur; ibi enim Ursulam Fuggeram eius valetudinem diligenter esse curaturam; vide Epp. *Nadal* IV 242.

[2] Cf. Dt 32, 39; 1 Rg 2, 6; Sap 16, 13 etc.

[3] Vide Epp. *Nadal* III 167 183—184 189 767; IV 778. De rebus Ingolstadii a Canisio gestis vide infra monum. ing. (5)—(7).

[4] Ioannes Marquez, philosophiae professor in universitate ingolstadiensi; vide supra p. 51 122 147.

[5] Arboreus et ipse philosophiam in universitate tradebat; vide supra p. 88[2].

[6] Die 26. Augusti primo mane Ingolstadio abiit; vide infra monum. ing. (7).

in futurum annum, ut uideat prius exemplum synodi Prouincialis[1]. Jnter caetera multis egit mecum de Archiepiscopo Moguntino[2], qui literas ad Cardinalem dedit, grauiter et permoleste ferens, quod Romae nihil eorum, quae ad conseruandam et promouendam Religionem Catholicam petiuit, obtinere possit a Pontifice Maximo, imo quod etiam isthic male audire cogatur, nihil alioquin tale promeritus hoc tempore. Scribit igitur Cardinalis ad illum ipsum, ut optimum Archiepiscopum in hac perturbatione consoletur atque confirmet in offitio: Scribit etiam ad Cardinalem Alexandrinum, Araecaeli[3], Amulium, ut huius Principis Electoris rationem iustam habeant, et si bene uelint Germaniae, non duriter illum tractari sinant, qui hactenus cum laude suum et primarium illum locum in Jmperio tuetur. Quare uoluit idem Cardinalis ut ego ad Paternitatem Tuam scribens illud quoque monerem, magni referre, ut hic singularis noster patronus per omnem occasionem et excusaretur a nobis, et apud maximos quosque Romae commendaretur. Nullum habemus Germanum, qui se hactenus erga nostros liberaliorem ac beneficentiorem ostenderjt[a]: contulit, opinor, in[b] Scholae et Collegij Moguntini utilitatem plus minus uiginti milia florenorum, multo plura etiam collaturus, si quae antea petiuit, Romae concessa fuissent. Verum de his plura nouit P. Euerardus[c][4], cui etiam obscurum esse non potest, permultum referre, ut[d] in hoc rerum statu Archiepiscopi nostri commode molliterque tractentur[5], ac si fieri potest, etiam honorentur, quod aduersus haereticos tandiu tanque periculose se ac suos in Catholico officio tueantur, digni sane, quibus pia mater Sancta Romana Ecclesia suam et gratiam et beneuolentiam libenter impendat, si quid ego iudicare possum.

Professores Theologiae duo, qui Tubingae docent, sub Principe Witembergensi[e][6], scriptum ualde amarulentum et maledicum edi-

a) *In arch. correctum ex* ostenderet. b) *In arch. sequitur* Mo, *a libr. oblitteratum.* c) *In arch. sequitur* quj, *a libr. oblitt.* d) *A libr. corr. ex* si, *quod primum scripserat.* e) *Sic; scribendum fuerat* Wirtembergensi *vel* Wurttembergensi.

[1] Cardinalis Truchsess, antequam Dilingae synodum dioecesanam haberet, interesse volebat concilio ab ecclesiastica provincia moguntina, ad quam dioecesis augustana pertinebat, habendo; vide supra p. 294.

[2] Daniele Brendel. De eius in Societatem Iesu amore et beneficentia vide, quae narrat *Nic. Serarius* S. J., Moguntiacarum rerum Libri quinque, Moguntiae 1604, 921—936. Archiepiscopi moguntini archicancellarii Germaniae erant et inter omnes imperii principes (post imperatorem et regem Romanorum) primum locum tenebant.

[3] Michaelem Bonellum O. Pr. et Clementem Doleram O. F. M.

[4] P. Everardus Mercurianus, qui a. 1558—1565 Germaniae inferioris praepositus provincialis fuerat, a Societatis congregatione secunda unus ex praepositi generalis „assistentibus" renuntiatus, apud Borgiam potissimum res Germaniae et Galliae curabat.

[5] Praeter moguntinum Canisius maxime significare videtur archiepiscopos treverensem (Ioannem von der Leyen) et salisburgensem (Ioannem Iacobum Khuen de Belasy); atque mihi quidem verisimile est, etiam archiepiscopos coloniensem (Fridericum de Weda) et cameracensem (Maximilianum a Bergis) eius animo obversatos esse.

[6] Sub Christophoro, Wurttembergae duce.

derunt, quo respondent ad Jesuitarum assertiones Dilingae disputatas ex Epistola prior[e][a][?] ad Timotheum[b], quibus totum Papatum, ut illi uocant, nos stabilire conamur[c][?]. Editionem libri praefatione sua comprobat Brentius. Harum[d] assertionum, quas illi tam hostiliter quam maligne oppugnant, author fuit D. Torres Dilingae professor, nihil minus quidem cogitans, quin[e] [?] ut hos crabrones irritaret[1]. Placet nobis idcirco liber, quod ostendat aduersarios a Jesuitis uicinis magnopere sibi formidare, ne ipsorum causa per nos labefactetur atque passim obscuretur. Mirabuntur plaerique Romae, ut arbitror, cum uiderint aliquando, in quo[f] genere certaminis cum istis bestijs nostros pugnare[2] necesse sit. Liber in Vrbem fortasse mittetur, si commodam mittendi rationem reperiemus. Verum de respondendo tum statuemus, cum redierit ad nos P. Visitator, ante Octobrem scilicet, uti speramus. Benedictus Deus[3], qui nos pro causa Religionis ad istorum[g] calumnias ferendas dignos reddjt[h] [4]. Vellemus interim Onofrij[5] et aliorum Doctorum scripta isthic in lucem prodire, quae ad uanitatem et falsitatem istorum rectius detegendam magnam saepe uim adferunt.

Vix ultra triduum hoc loco uersabor, abiturus deinde Monachium, ut Nouitij nostri in Vrbem cito discedant.

Reuerendissimus Herbipolensis[6] ad nos misit 100 ducatos, ut hanc pecuniam expenderent uenturi fratres in suum uiaticum, quos ante hyemem ex Jtalia mittendos esse putat, praecipue quidem Concionatorem Germanum requirens. Respondimus, aegre id hoc anno esse futurum, nec statui posse quicquam, nisi Romanum responsum prius accipiamus. Arbitramur autem Paternitatem tuam aeque ac patrem Visitatorem[7], cui hac de re scripsimus, non consensurum[i] [?], ut ullus nostrorum Herbipolim hoc anno mittatur, praesertim cum structura Collegij nondum sit absoluta, neque firma satis principia et fundamenta cum ipso fundatore constituerimus. Pecuniam uero

a) *Vel* priori, *ut est in Epp. Nad.* b) *In arch. corr. ex* Thimoteum. c) *Sic; scribendum fuisse dixeris:* conemur. d) *In arch. sequitur* dis, *a libr. oblitt.* e) *Ita, ut videtur, a libr. corr. est ex* quam, *quod primum erat scriptum.* f) *Sequitur* gnris *vel simile v., oblitt.* g) *Sequitur* pe, *oblitt.* h) *In arch. corr. ex* reddat. i) *Sic; scribendum fuisse dixeris:* consensuram.

[1] Vide, quae de P. Hieronymi Torrensis „assertionibus" ac de maledicentissimo illo Guilielmi Bidenbachii et Lucae Osiandri libro sub ipsas has litteras dicentur.

[2] *S. Paulus* 1 Cor 15, 32: „Ad bestias pugnavi" („ἐθηριομάχησα") sive, ut plerique haec interpretantur, cum hominibus inimicissimis pugnavi. Cf. Ps 73, 19; Tit 1, 12. Canisii animo, puto, etiam obversabatur illud *S. Ignatii Antiocheni,* ad Romanos (V 1) scribentis: „A Syria Romam usque cum bestiis pugno" („θηριομαχῶ") etc. (Patres Apostolici, ed. *F. X. Funk* I, Tubingae 1901, 258—259. *Migne,* P. gr. V 810). Quod Ignatii dictum etiam saeculo XVI. valde notum erat ex *S. Hieronymi* libro „De viris illustribus" c. 16 (*Migne,* P. lat. XXIII 633).

[3] 2 Cor 1, 3. Eph 1, 3. 1 Petr 1, 3.

[4] Cf. Act 5, 41; 2 Cor 12, 10 etc.

[5] P. Onuphrii Panvinii (1529—1568) veronensis, ordinis Eremitarum S. Augustini, viri historiae peritissimi; de quo plura infra.

[6] Fridericus a Wirsberg. [7] P. Hieronymum Natalem.

acceptam Episcopo restituere[a] nobis difficile non erit. Scripsit ad me D. Lambertus [*etc., ut supra p. 298*]. Sed iudicabit P. Visitator postea, expediatne Herbipolim primum, uti promissum est, an uero Spiram nostros destinari. Saepe monui ex his quidem Collegijs nostris perpaucos posse dimitti. Augeat Christus operarios in sua messe[1]. Nouos quidem ex Vrbe non possumus non desiderare. Commendamus nos demum et Collegia nostra quotidianis precibus Paternitatis Tuae. Doleo Rectores nostros in scribendis annuis esse tardiores[2], sed cito tamen illae mittentur. Dilingae 29 Augusti 1566.

P. Dominicus[3], quem P. Visitator Monachiensem Rectorem constituit, non diu in hoc munere conseruari poterit: adeo petit et rogat sedulo, ut susceptum onus deponat. Nec satis consultum fuerit, inuitum illum hoc loco retinere. Monui hac de re P. Visitatorem per literas, et monebo iterum, cum redierit idem ex Austria Oenipontum, vbi P. Lanoium Rectorem fore speramus, ut varijs tentationibus, quae illic subinde sese produnt, finem imponamus. Dominus nobiscum.

P. T.

Jndignus filius

Petrus Canisius.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre Il Padre M. Francesco de Borgia Preposito Generale [della] Compagnia di Giesv. Jn Roma.

In his Canisii litteris notatu digna sunt, quae de libello a Lutheranis wurttembergensibus adversus Iesuitas dilinganos edito narrantur. Dilingae a. 1566 ex typographia Sebaldi Mayer variae „Theses“ in lucem prodierant, ut: „De peccato originali, et concvpiscentia in renatis assertiones Theologicae ... in Academia Dilingana, Christo duce et auspice, publice disputandae“ (4°; 14 pp. non sign.), et „De libero hominis arbitrio, gratia et ivstificatione Assertiones Theologicae, ... in Academia Dilingana, Christo duce et auspice, publice disputandae“ (4°; 25 pp. non sign.); de his m. Iulio, de illis Iunio disputatum est; atque prioribus hisce in extremo libello haec adnotata erant: „Praeside R. P. Hieronymo Torrensi Doctore Theologo Societatis Iesv, et Professore Ordinario, ad has Theses, pro S. Theologiae Licentia, respondebit M. Petrvs Hernath Pannonius, Societatis lesv, eiusdem Theologiae facultatis Baccalaureus formatus“ (*Sommervogel*, Bibl. VIII 126). Hac igitur occasione ad Iesuitas impugnandos usi sunt duo illi theologi tubingani: Guilielmus Bidenbach (1538—1572), qui Stugartiae (Stuttgart) sub a. 1559 parochus, sub a. 1563 contionator constitutus est atque etiam unus ex ducis wurttembergensis consiliariis fuit, et Lucas Osiander „senior“ (1534—1604) norimbergensis, Stugartiae a. 1562 parochus et superintendens institutus, qui paulo post sub Ludovico duce magnam auctoritatem consecutus est et contionando, scribendo, negotia ecclesiastica tractando protestantismum magnopere iuvit. Itaque in lucem prodiit: „AD IESVITA- RVM ASSERTIONES, EX | EPISTOLA PRIORI DIVI PAV- | li ad Timotheum, in Schola Dilingana disputatas, | quibus totum Papatum stabilire co- | nati sunt, pia responsio. | AVTORIBVS | *D. Wilhelmo Bidenbacchio, & D. Lu- | ca Osiandro Theologiæ Docto- | ribus, &c.* | *TVBINGÆ, M. D. LXVI.*“ In extremo libro: „*TVBINGÆ*, | Apud viduam Vlrici Morhardi. | Anno 1566“; 4°; pp. 233 (addito folio titul.), et praeterea in fine 3 pp. non sign.

a) *In archet. sequitur* non, *oblitteratum.*

[1] Mt 9, 38. Lc 10, 2. [2] De hisce „litteris annuis“ vide supra p. 289[3].
[3] Menginus.

Responsioni praeposita est (p. 3—4) commendatio quaedam, qua *Ioannes Brentius* (Brenz), praepositus stugartianus et theologorum lutheranorum per Wurttembergam princeps (cf. *Can.* II 202[5]; IV 350—352), „pium Lectorem" docebat: „Cum hodie Jesuitae deletorum Cananaeorum, hoc est, Monachorum et Sacrificulorum reliquiae, armis sacrarum Scripturarum oppugnantur, isti clauda et caeca veteris Idolomaniae Sophismata, iamdudum eneruata, conuicta, confusa, explosa et in talparum cauernas abiecta in aciem producunt. Etsi autem tam imbellis discinctorum et inermium militum turba rideri potius debebat, quam oppugnari, tamen, quia Iesuitae, vel ipso Goliathe, quamuis toties refutati, securiores, agminibus Dei viuentis adhùc exprobrare et sanctum Israel blasphemare non verentur, hoc impune ipsis licere non debet."

Sequitur ipsa auctorum „Praefatio"; quae sic incipit: „Aeditae sunt a Iesvitis, nouo hypocritarum genere, assertiones" etc.; deinde Iesuitae „impii homines", „falsarii", „praedones" vocantur (p. 5 6). Beluina potius, quam humana sunt, quae in extremo libro de concilio tridentino dicuntur (p. 230): „Quis in eo praesedit, nisi Antichristus, et Antichristi satellites? quales nam homines, Deus bone? Iudices ijdem et rei: et rei atrocissimorum criminum, idololatriae, blasphemiae, magiae, fraudum, mendaciorum, sacrilegiorum, et aliorum scelerum, rei denique laesae Maiestatis diuinae, et spretae Maiestatis Caesareae" etc. Cf. etiam, quae de „pio" hoc libro scribit *Janssen* l. c. V[15—16] 553.

Borgias Canisio respondit 13. Septembris 1566.

1352. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 3. Septembris 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine epistulae, eadem manu: „P. Canisio"; in margine prioris Postscripti, eadem manu: „P. Canisio aggionta"; in margine alterius: „P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 176[a]—177[b] 179[a]. Particula epistulae latine versa exstat in Cod. monac. „Resp." f. 116[b]. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 246.

Officium provincialis patienter sustinendum est Canisio; qui precibus Sociorum iuvabitur. Octaviani Fuggeri Societatem ingredi volentis causam apud eius matrem sustentari convenit. Ursulae Fuggerae partus. Duo collegii germanici alumni Canisio commendantur; duo alii ad seminarium archiepiscopi strigoniensis loco Sociorum iuvandum mittuntur. De contionatore collegioque herbipolensi Canisius cum P. Natale consilia conferet; alumnorum cura domestica haud facile est suscipienda. Iuvenes in collegium germanicum mittendi. Canisius, num cardinali Augustano in synodis dioecesana et metropolitana adesse debeat, cum P. Natale considerabit. Natalis profectio oenipontana. Regulae Societatis nondum sunt recognitae, praeter communes; regulae alumnorum collegii germanici mittentur. Romae cum scholasticis Societatis de tempore orationis haud facile dispensatur. Ad alia postea respondebitur. Dies S. Dominici agitur 4. Augusti. Complures ex iis, qui in Germaniam superiorem vel missi sunt vel nunc mittuntur, ad philosophiam tradendam apti sunt. Mittuntur difficultates quaedam de litteris fundationis dilinganis ortae. „Annuae". De P. Stevordiano cum P. Natale agi debet. Socii a Pio V. iussi sunt Catechismum romanum germanice reddere; versionis faciendae initium quidem P. Roseffius Romae posuit; quia tamen hic in Germaniam remittitur, P. Hoffaeus, pontifice probante, versioni curandae delectus est; quem Canisius censura iuvabit; versio autem Romam est mittenda; nam ibi fortasse excudetur. Epistulae ad Natalem datae.

Pax *etc.* Si è riceuuta quella di V. R. di 10. del passato, et anche altre di 6. et .25. di Luglio . et quanto all' officio confirmato [1] .V. R. habbia pacientia, et tutti pregaremo Jddio N. Signore sia per maggior seruicio et gloria sua.

---

[1] Officium dicit praepositi provincialis Germaniae superioris.

Si è inteso quello che ha passato conla Signora Fuchera sopra ottauio[a], et sta bene questa cosi si trattenghi per adesso, senza rumore, à detta signora dia felice parto Jddio N. Signore[1].

Circa Quiliano, si tornara, mi rimetto alla charita di V. R. Adamo si partira di mane di quá, et forsa pigliara uolontieri quel partito del Collegio de Dilinga, che .V. R. tocha[2], altri doi si mandano in Austria, Paulo et Conrado[3], acciò aiutino si accadera quel Seminario, del' Arciuescouo Strigoniense per liberar li nostri de lí[4].

Jntorno al Collegio de herbipoli[b], V. R. lo tratti col P. Natale, al quale mi ho rimesso, ma il pigliar l' assunto delli suoi alunni, intendendo di hauer la cura domestica loro, non pare peso di accettarlo uolontieri, et de[c] simili pesi non uorrei si grauassi nostra Compagnia . senon sera troppo fuora di mano al P. Maestro Natale, uerrebbe assai al proposito, pasassi per herbipoli . del mandarli qualche predicatore in questo mése, uederasi quel che si potra far, et quel che parera conueniente, et tanto faranno. Jacomo morauo[5][d] uenghi in bon hora, et se altri de più hauera nominati il P. Natale . et delli conuittori nobili, delli quali ci si è scritto, potranno anche uenire alcuni.

Dell' accompagnar l' Illustrissimo Cardinal per la Synodo sua et la metropolitana, V. R. trattara la cosa col P. Natale, et spero prima si trouara in Jspruch, se accadessi dar algun ordine alle cose di sua Prouincia.

Le regole del collegio germanico non si marauigli V. R.[e] che non li siano mandate perche insino adesso, non habbiamo hauuto tempo di riuederle, infuora delle communi[6], et se si intende di quelle

a) *Sic; scribendum fuerat:* ottauiano; *vide infra adn. 1.* b) *A libr. ipso correctum ex* deherpipoli. c) *Supra versum scriptum.* d) *Sic; sed scribendum fuerat* Rauo *vel* Rabo; *vide infra adn. 5.* e) *Sequuntur vv.* de non, *oblitterata.*

---

[1] Octavianus Fugger, collegii germanici convictor, nominis Societati Iesu dandi licentiam, ut videtur, ab Ursula matre petierat; vide supra p. 274 292. Ursulam 21. Augusti 1566 Georgio marito Ioannem Georgium edidisse filium affirmat *Nic. Rittershusius*, Genealogiae Imperatorum etc., ed. 2., Tubingae 1658, Fuggeri B. Ab aliis vero filius eo die natus vocatur „Albertus“ (Stemma fuggericum apud *Meyer*, Chronik; vide supra p. 44[5]).

[2] De Kiliano Freymiller et Adamo Wagner, collegii germanici alumnis, vide supra p. 267 292.

[3] „Paulus Macrobius Olomucensis“ (alias: „Paulus Phorsterus Macrobius“) 17. Iulii 1562 in collegium germanicum admissus erat. Ita antiquissimus collegii **Catalogus* (Cod. rom. „All. coll. Germ.“ p. 16). De Conrado Transser ratisbonensi 23. Novembris 1561 admisso cf. *Can.* III 192[5].

[4] Nicolaus Olahus archiepiscopus hoc seminarium, puto, instituerat vel instituere volebat Tyrnaviae, ubi Societas Iesu exiguum quoddam habebat collegium.

[5] Iacobus Rabus (Rabe); de quo supra p. 201 294.

[6] Anno 1565 secunda congregatio generalis Societatis decreverat, ut variae illae Societatis regulae, praeter „generales“ sive eas, quae „Summarium Constitutionum“ vocari solent, „et examinarentur et, quoad eius fieri posset, breviores fierent“ (decr. 57; Institutum S. J. II 206).

deli todeschi[1], non ui sono se non quelle prime fatte al principio, lequali forsa si mandaranno quí[2].

Quà non si usa facilita in dispensare nel tempo dell' oratione con li scholari, quando pure il bisogno lo ricercassi con qualcuno, le constitutioni uogliono si possa usar dispensa[3].

Alli casi che V. R. propone dell' assoluere li relapsi, et del ribattizare li caluinisti, se li fara risposta forsa per il primo[4].

Quanto alla festa di .S. Domenico, tuttauia quà osseruamo farla alli .4. di Agosto, come lo ordinò Paulo .IIII.[5]

Per leggere la philosophia in Jngolstadio, ouero in Dilinga, sara al proposito il P. Simon Pruteno[6], o mastro Carlo Vrsino[7], anche l altro Simon Leodiense, et mastro Roberto[8], mandati questa prima uera, potriano far qualche cosa, similmente Alessandro Sassone, che adesso si manda, se altri rispetti non impediscono[9], et alcuni degli altri, che quì hanno finito il corso, et si partirno hieri, et per tutto questo mese piacendo à Iddio, saranno in Germania[10].

Si è riceuuto l' instrumento dela fondatione et dotatione de Dilinga, et quí forsa andara un scritto di qualche dubio che teniamo intorno al detto instrumento[11], credo anche scriuero io all' Illustrissimo Cardinale[12].

Le lettere annuali si mandino, quando si potra bonamente.

---

[1] Regulas ipsis collegii germanici alumnis (qui gratis alebantur) servandas significat; praeter hos enim in collegio erant tum convictores ex variis nationibus orti et suis expensis viventes, tum homines Societatis, qui alumnos et convictores regebant et instituebant.

[2] De his regulis vide quae sub ipsas has litteras dicentur.

[3] Vide supra p. 294—297. [4] Vide supra p. 295. [5] Vide supra p. 295[2].

[6] Simon Hagenau (*Can.* IV 611 796[1]). Quem, quia in collegio braunsbergensi haud ita bene se gesserat, alio mitti Borgias paulo ante iusserat (Epp. *Nadal* III 45 161 210).

[7] Carolus Ursinus (Orsini?), romanus, iuvenis erat magnae virtutis ac spei (*Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 6, n. 18); is hoc tempore in collegio pataviensi versabatur; ubi etiam rhetoricam tradiderat (Epp. *Nadal* III 225 226). In collegii ingolstadiensis * *Catalogo* exeunte a. 1566 scripto dicitur, Carolum 22 annos natum esse, Romae 17. Septembris 1558 in Societatem intrasse et 1. Novembris 1558 eiusdem vota nuncupasse; eum philosophiam tradere et linguae germanicae studere; „habet singulare donum in docendo, disputando, concionando, et cum proximo conuersando" („GSC 66" f. 407[b]).

[8] De FF. Simone Damerio et Roberto Girulio vide supra p. 260 277.

[9] De Fr. „Alexandro Saxone" in * *Catalogo* collegii oenipontani exeunte a. 1566 scripto (Alexander tunc ibi infimae classis praeceptorem agebat) notatum est: Eum brunsvicensem esse et in Societatis collegio romano 2. Februarii 1561 vota nuncupasse atque Romae per quinque annos philosophiae et theologiae studuisse („GSC 66" f. 413[b]). In Germaniam remissus est ita, ut, si male se gereret, a Natale visitatore vel, eo absente, a praepositis provincialibus ex Societate dimitti posset (Epp. *Nadal* III 226 227 479).

[10] De his cf. Epp. *Nadal* III 210—212 224—226.

[11] Hoc scriptum vide infra p. 308.

[12] De his litteris ad cardinalem Truchsess datis vide infra monum. dil. (20).

Le cose del P. Martino[1] conferisca V. R. col P. Maestro Natale, et facciano come meglio li parera in Domino.

Questi giorni passati, per parte di Sua Santitá é stato dato l' assunto à quelli dela Compagnia quí di uoltar il catechismo nouo[2] in todescho, et il P. Gregorio[3] cominciò la translatione, ma douendo lui mandarsi in Germania, et laudandoci il maestro Georgio Scoruccio[4], la elegantia del D. Paulo[5] nella lingua todesca, si é parlato à sua santitá che si contentarebbe che il detto D. Paulo la facessi in Germania perche anche ui saria la censura de V. R. et si accadessi de alcuno altro de nostri, et li parse bene, et fatta la translatione bisognera rimandarla à Roma, perche forsa quì la uorrà stampare. V. R. ne habbia cura di questa cosa, et conferira questo col P. Natale, si scriuera anche al D. Paulo ui attenda[6]. il medesimo P. Gregorio dira più in particolare alcune cose, ne altro occorre in risposta, senon che tutti ci raccomandiamo *etc.* De Roma li 3. di settembre 1566.

in caso che il P. Natale fossi andato à Polonia, V. R. apra le lettere che portano per lui li nostri hieri partiti per Germania[7], et altre se ui fossino.

Quì si mandano alcuni ponti annotati sopra l' instrumento de Dilinga, et si non li risoluono facilmente[a] il P. Natale et V. R. bisognera si conferiscano conlo Illustrissimo Cardinale.

S. *Franciscus Borgias* Roma 3. Septembris 1566 P. Natali scripsit: „Del contratto de Dilinga si mandano alcuni dubbij li quali non si risoluendo chiaramente senza mostrarli all' Illustrissimo Cardinal se li potranno mostrare. credo si drizaranno al Padre Canisio“ (ex archetypo ab ipso Borgia subscripto, quod est in „EB“ n. 186; etiam in Epp. *Nadal* III 230). Atque tum ex altero illo Postscripto, quod modo posui, tum ex Canisii epistula Dilinga 22. Septembris 1566 ad Borgiam data intellegitur, reapse annotationes illas 3. Septembris 1566 ad Canisium missas esse. Eas hic pono ex apographo (A) eodem fere tempore in Borgiae Registro („Germ. 65“ f. 178; in margine, eadem manu: „P. Canisio“) posito, quod contuli cum altero

a) *In ap. sequitur* V. R., *oblitt.*

[1] P. Martini Stevordiani; vide supra p. 290.

[2] Cum concilium Tridentinum „Catechismum“ in usum parochorum, qui doctrinam christianam populo expondituri essent, per delectos patres conscribi et per summum pontificem absolvi et evulgari iussisset (Sess. XXIV, c. 7 de ref.; Sess. XXV de indice etc.), iussu Pii IV. et curantibus cardinalibus S. Carolo Borromaeo et Guilielmo Sirleto eiusmodi liber a viris doctissimis, ut Leonardo Marino O. Pr. archiepiscopo lancianensi, Aegidio Foscarario O. Pr. episcopo mutinensi, Francesco Forerio O. Pr., compositus et a Iulio Pogiano homine latini sermonis peritissimo verborum elegantia ornatus est, atque ita Romae a. 1566 insignis ille „Catechismus“ romanus sive tridentinus, quem vocant, iussu S. Pii V. primum in lucem est emissus.

[3] P. Gregorius Roseffius; vide supra p. 261.

[4] P. Georgius Schorichius, haud multo ante Romam advectus; vide supra p. 284.

[5] P. Pauli Hoffaei; qui hoc tempore Monachii degebat.

[6] Has litteras vide infra monum. var. (20).

[7] Binas hasce litteras vide in Epp. *Nadal* III 224—225.

apographo (B), quod, et ipsum Romae eodem fere tempore scriptum et sic inscriptum: „Alcune cose notate sopra il Contratto del Collegio et Vniuersita di Dilinga“, exstat in „Germ. Sup. Fund. I“ f. 157. Ita igitur *Borgias:*

alcune cose notate soprail Collegio et vniuersità de Dilinga.

Al foglio .10. uerso il principio . et fog. 11. pag. 2. obliga l' Illustrissimo Cardinale se et li suoi successori et non uediamo come possa un prelato obligar il suo successore[a] quia par in parem[b] etc.

nella medesima pagina 2ª dice cosi sed ita tamen ut pecuniae[c] ex mulctis[d] et alijs accidentalibus [quae][e] colliguntur hucusque conuertantur . forsa è errore del scrittore[f] che ha detto hucusque per dir in hunc usum . perche le mulcte pecuniarie[g] solite raccogliersi [per li defecti][h] incorsi nelle schole al tempo che erano mastri secolari non conuiene che[i] [?] raccogliano in tempo della Compagnia. Fora delle schole per li diffetti loro, se il gouernatore li uorrà multare, non è inconueniente . conuerrebbe adunche esplicarre che non si tratta delle mulcte, per li diffetti che occorrono dentro delle schole, ma che si lasciassi alli nostri il suo solito modo di corregere;

Quanto all' intratta, delli mille e quattrocento fiorini, uedasi si conuerrebbe il consenso del collegio di .S. Hieronymo poiche gia uidetur illi ius quaesitum, ouero se l' Illustrissimo Cardinal tiene auttorità Apostolica per poter transferire la detta intratta, pare doueria[k] far[l] mentione di quella, et quando si tratta di applicar questa summa, al Collegio della Compagnia pare anche si doueria specificar che detti mille et 400. fiorini, si transferiscano del Collegio di .S. Hieronymo (doue si soleuano spendere peril salario et uitto delli mastri) nel Collegio della Compagnia di Jesu .etc.

Vedasi ancora se detti mille e quattrocento Fiorini, o il suo ualor uendendoli, saria bene inuestirli in parte piu sicura, et cosi anche delle altre intratte[m] chesi potriano comprare acciò non pendessi il Collegio della discrettione de populi de diuerse [?] Religioni[n] [?]. sono ancora alcune cose che pare siano errore del scrittore . come nel foglio primo al principio . manca anno primo . al fin della pagina dice uenerabiles fratres, et uolse dir patres . foglio .3. philosopia[o] pro philosophia, fo. 6º sexcenti, per dir sexcentos, et cosi nelle summe che seguitano . foglio .7º fecit pro feci . ibidem[p] pag. 2. libitum pro licitum . fol. 8. trium millium pro tria millia, fol. 10. unus pro unum . et disotto cholares pro scholares, et di sotto: possimus, deest ut.

fol. 10. interdum, pro interim, et cosi potriano essere ancora altri falli del scrittore, quali non sono emendati per essere authentico l' instrumento.

a) *In A sequitur* che, *oblitteratum.* b) *B perperam:* par imparem. c) pecunia *A.* d) *In A correctum ex* multis. e) *Hoc v. supplendum esse intellegitur ex ipsarum litterarum fundationis exemplo, quod exstat in „Germ. Sup. Fund. I“ f. 339b.* f) error del scrittor *B. Similes lectiones variantes in B saepe comparent; quas hic notare non vacat.* g) *Sequuntur vv.* per il, *a libr. oblitt.* h) *Supplevi ex B.* i) *Malim legere* se, *quod est in B.* k) *Sequitur* espre, *a libr. oblitt.* l) doueueria *B.* m) *Quae sequuntur, usque ad* acciò *excl., supra versum scripta sunt. Eorum loco in B supra versum scripta sunt vv.* da comprar. n) *Malim legere* diuersa Religione, *ut est in B.* o) *Ita B et apogr. litterarum fund., de quo infra p. 309 (f. 333a);* philosophia *A.* p) *Ita B;* ibi. *A.*

Ad haec intellegenda necesse est haec scias: Instrumentum sive *Litterae fundationis et dotationis collegii dilingani iussu cardinalis *Ottonis Truchsess* Dilingae in sacello S. Hieronymi die 20. Iulii 1566 testibus Famiano Massario de Gallesio medicinae doctore, Benedicto Cathaldo presbytero recanatensis dioecesis, Gasparo Lemechen clerico romano Ottonis cardinalis familiaribus ab Horatio Corbolo clerico fesulano et notario publico conscriptae sunt; quarum exemplum archetypum ab Ottone Romam ad S. Franciscum Borgiam, praepositum generalem, missum (cf. supra p. 287 306) Borgias prae manibus habuisse videtur, cum Roma 3. Septembris 1566 ad Canisium scriberet; nunc vero tantum praesto est earundem apographum eodem tempore scriptum; quod, si foliorum paginarumque numerum spectes, ab exemplo archetypo discrepat, in ipsis tamen verbis et rebus cum eodem tantopere congruit, ut etiam menda a Borgia notata (v. g. „fratres", „sexcenti", „feci", „libitum") in eo compareant; in cuius apographi tergo ipse cardinalis Otto scripsit: „Instrumentum Concordiae Circa Collegium et Vniuersitatem Dilingae." Instrumenti huius breves summae (quae tamen etiam aliqua complectuntur, quae annis proximis constituta sunt) positae sunt ab *Ad. Flotto* S. J., Historia Provinciae S. J. Germaniae Superioris, Pars tertia, Augustae Vind. 1734, 233 (n. 517); *G. M. Pachtler* S. J., Ratio studiorum S. J., I, Berlin 1887, 357—359; *Specht* l. c. 61—62. Quoniam vero ipsum instrumentum typis non est exscriptum, illos ipsius locos, quos Borgias commemorat, hic pono: „Circa reparationem", inquit cardinalis *Truchsess*, „omnium Aedificiorum ecclesiae Auditorij Sancti Hieronymi et Vniuersitatis, Ego et successores mei obligati erimus proprios redditus ad hoc opus constituere, et applicare, sed ita tamen ut pecuniae ex mulctis, et alijs accidentalibus, quae a scholaribus colliguntur, hucusque conuertantur. Verum circa impensas alias in Ecclesia collegij Sancti Hieronymi seu in Vniuersitate faciendas ad quas dicta accidentalia non sufficerent, Episcopus pro tempore existens (ut iam dictum est) tenebitur obligatus" („Germ. Sup. Fund. I" f. 333[a]). Volebat igitur cardinalis certis quibusdam impensis in collegium et universitatem faciendis non se solum, sed eos etiam, qui in episcopatu augustano ipsi successuri essent, obligare. Quare *Borgias* ei in memoriam revocavit illud iuris: „Non habet imperium par in parem" (c. 20 X 1, 6). Hoc quoque cavendum esse censebat, ne Socii discipulos poenis nummariis multare iuberentur; ex Constitutionum enim Societatis praescripto (P. 4, c. 7, n. 2 D; c. 16, n. 5) in pueros non nummariis poenis, sed verberibus animadvertebatur, idque, quantum fieri poterat, per externos „correctores" (*Pachtler* l. c. I 160. *Bernh. Duhr* S. J., Die Studienordnung der Gesellschaft Jesu, Freiburg i. Br. 1896, 54—56). Quod autem ad reditum illum attinet, cardinalis, cum se olim collegio S. Hieronymi a se condito 1400 florenos rhenenses auctoritate Iulii III. papae et Caroli V. imperatoris „pro salarijs et uictu" rectoris et professorum „in perpetuis redditibus" applicasse eamque pecuniam iis „semper fideliter numeratam et solutam esse" affirmasset, „promitto", inquit, „et teneor Dilingae integrum collegium pro ut societas in locis ubi collegia societatis Iesu cum vniuersitate coniunguntur[a], quam primum Deo adiuuante, potero erigere[b], et perficere, et de certis fixis exigibilibus perpetuis redditibus ad minus trium millium Florenorum Rhenensium in moneta prouidere applicare, et in perpetuum stabilire. Cum uero nunc temporis sim adhuc aere alieno in bellis superioribus contracto grauatus, neque cum Capitulo cathedralis ecclesiae meae neque cum Prelatis atque clero totius meae Diocesis potuerim circa erectionem, et dotationem huius tam necessarij operis, conuenire, uolui tamen interim quantum in mea potestate est, auctoritate etiam apostolica accedente ad minus nunc de praesenti dimidiatum Collegium cum redditibus duorum millium Florenorum Rhenensium . . . stabilire, uidelicet, quod pro parte dotationis dimidiati Collegij Patribus Societatis, tamquam capiti et membris principalioribus Collegij Sancti Hieronymi, et vniuersitatis pro sustentatione Rectoris, et professorum sint illi redditus mille quadringentorum florenorum. . . . Itaque plene et libere cedo et renuntio dictae Societati dictos Mille quadringentos florenos, et eosdem uelut annuos eidem applico cum suo capitali in

a) *Supplendumne* consueuit *vel* constituit *vel* in more habet? b) errigere *ap.*

perpetuum et cedo irreuocabiliter“ (l. c. f. 333[a]—339[b]). De collegii hieronymiani dotatione a. 1550—1557 ex bonis monasteriorum per protestantes sublatorum facta vide *Specht* l. c. 11—13.

Praeterea cum his litteris Canisio missa est, ut ex eius litteris 22. Septembris 1566 ad Borgiam datis cognoscitur, epistula illa, de qua in Cod. „Def.“ *notatum est: „A di 30. di Luglio 66. si mandò la commune di edificatione del PP. alli seguenti luoghi, Spagna, Austria, Superior Germania, Rheno, Fiandra, Francia, Aquitania, Polonia, Lombardia, Toscana, Napoli, et Sicilia“ (Diuersi ordini, in a. 1566). De eadem epistula *Polancus* in „litteris communibus“ Roma 21. Octobris 1566 datis: „Nel fine di luglio“, inquit, „scrissi d' alcune cose d' edificatione del Papa“ (*Analecta* Bollandiana VII 64).

Ex Canisii litteris, quas modo dixi, hoc quoque intellegitur: Die 3. Septembris 1566 Canisio a S. Francisco Borgia missae sunt etiam primae regulae sive „regulae communiores“ alumnorum collegii germanici, eaeque ab ipso Sancto Ignatio sub a. 1552 conscriptae, quas una cum tribus praeceptis, quae idem S. Ignatius a. 1554 ad eas addidit, primum typis exscripsit P. *Fridericus Schroeder* S. J., Monumenta quae spectant primordia Collegii germanici et hungarici, Romae 1896, 93—96 195—197. Illud igitur harum regularum exemplum, quod m. Aprili a. 1566 Canisio missum erat (vide supra p. 227), in eius manus pervenisse non videtur (nisi malis dicere, in Cod. „Def.“ tempus haud recte notatum esse).

Canisius Borgiae respondit 22. Septembris 1566.

1353. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu et superintendens collegii germanici, CANISIO.

Roma 3. Septembris 1566.

Ex Cod. „Germ. 65“ f. 180[a].

Commendat ei Adamum Wagner.

In „Registro“ Borgiae haec notata sunt de Adamo Wagner, qui ob infirmam valetudinem ex collegio germanico rediturus erat et studiorum theologicorum absolvendorum gratia Dilingae per cardinalem Truchsess in numerum alumnorum contubernii S. Hieronymi ascisci cupiebat (vide supra p. 292): „A di .3. di settembre 1566. si scrisse al P. Canisio in raccomandatione di Adamo, il quale per sua indispositione corporale si mandò in Alemagna, ua con animo di finire li suoi studij di Theologia, fra li alunni del Cardinale . lo habbia per raccomandato V. R.[a] *etc.* De Roma li .3. di settembre 1566.“

1354. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis visitator, CANISIO.

Praga (?) circa initium m. Septembris 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1358. Haec litterarum particula exstat etiam in Epp. *Nadal* III 774.

Canisius Dilinga 22. Septembris 1566 ad Borgiam praepositum generalem scribens haec notat de Borgiae epistula 3. Septembris 1566 ad P. Natalem data (vide Epp. Nadal III 225—230), quae Canisio missa erat: „Quella scritta al P. D. Natale se darà à lui, poi che sarà tornato di Austria, et come ha scritto, uerrà presto con la gratia del Signore.“

Natalis 28. Augusti Olomutio Pragam profectus esse videtur; unde 19. Septembris Oenipontem versus abiit (Epp. *Nadal* III 223 238).

a) *Sequitur* perche, *oblitteratum.*

1355. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Jesu, CANISIO. Roma 12. Septembris 1566.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine: „P. Natale P. Canisio P. Antonio Vinck . tre copie sene fecero". Cod. „Germ. 65" f. 180. Epistula ex eodem apographo primum typis descripta est in Epp. *Nadal* III 232—234.

Cardinali Granvellae nuntiatum est: Fridericum Palatinum, Calvinianorum in Germania patronum, cum Beza consultasse; ac, quoniam in comitiis augustanis cautum esset, ne in imperio consistere permitteretur nisi iis, qui aut Catholici, aut Augustanae confessionis essent, eundem Palatinum id agere, ut in conventu Erfordiae brevi habendo Lutheranis persuaderet, se quoque ac suos Augustanae esse confessionis. Quamquam autem utraque pars pro more suo in opinione sua permanebit, timendum est, ne Calviniani externa quadam specie Lutheranis se iungant; id quod Catholicis incommodissimum foret. Quare Granvella pontificem monuit, Catholicorum multum interesse, efficeretur, ut Erfordiae Calviniani et Lutherani inter se disiungerentur. Placuit consilium pontifici, neque tamen eius ad effectum adducendi ratio alia ei occurrit, quam ut res commendaretur Societatis hominibus germanis, qui et ipsi et per alios eam curarent. Operam conferre poterunt cardinalis Augustanus, archiepiscopus moguntinus, dux Bavariae, amicos, qui ipsis inter Lutheranos sunt, edocendo, Calvinianismum a Lutheranismo multum differre ac Calvinianos Lutheranis in errores suos pertrahendis operam dare. Expediet etiam epistulam, qua eadem ostendantur, componi et apud Lutheranos, nomine viri ipsis haud ingrati vel etiam nullo nomine ascripto, disseminari; qua in re fortasse Martinus Eisengrein aliquid officii praestabit. Quam primum autem ista facienda sunt, ne sero fiant. Ad P. Natalem quoque et ad Societatis provincialem rhenanum eadem scribuntur.

Pax *etc.* Jl Cardinal Granuela hebbe auiso come il Conte palatino[1] con Theodoro Beza capo di Caluinisti, faceuano certo conciliabulo in una terra del detto conte, per trattar del modo di farsi accettar nel numero de confessionisti, per rispetto di quel decreto dela dieta augustana, il qual solamente accetta la Religion catholica Romana, et la setta dela confession Augustana, et pare che loro uanno cercando modo di persuadere à quelli dela detta confessione Augustana, che sono una cosa con loro, et per tal effetto se intende che molto in breue si hanno à radunare in Elfordia[2], et si reputa sarebbe

[1] Fridericus III. princeps elector palatinus.

[2] In „recessu" sive decreto, quo Augustae 30. Maii 1566 comitia imperii terminabantur, Maximilianus II. imperator edicebat, inter se et imperii ordines convenisse, „dass solcher Secten vnd jrrigen Opinionen, so . . . sich von beyden der alten Religion, vnd Augspurgischen Confession absondern, oder denselben zuwider seyn, vermög dess Religion Friedens, keine gelitten noch gedult, sonder allenthalben der Gepür vnnd dem Religion Frieden gemäss, gäntzlich abgeschafft werde" (Aller . . . Reichstäg . . . *Abschied* [cf. supra p. 230²] 555). De capite illo pacis a. 1555 Augustae in comitiis imperii factae, quo tantum Catholicos et, qui „Confessionem augustanam" sequerentur, „pace religionis" comprehendi edicebatur, vide supra p. 244. In ipsis comitiis augustanis a. 1566 habitis complures principes lutherani Fridericum monuerant, ipsum pacis augustanae participem esse non posse; nam calvinianam doctrinam ei Confessionis augustanae capiti, quo Christi corpus in caena dominica vere sumi doceretur, manifeste adversari; quamquam postea, Augusto Saxoniae electore Friderico connivente, Lutherani rem nonnihil dissimularunt et Fridericum pro Confessionista se gerere passi sunt. Imperator vero 14. Maii Friderico coram electoribus et principibus mandavit, ut Calvinismum, quippe qui cum

molto grande inconueniente facessino tal unione, et ben si crede che in Realita non la faranno, perche ogni uno sara ostinato al suo solito nella sua opinione, ma con qualche apparentia potrebbe essere si sforzassino li caluinisti di coniungersi conli confessionisti. trattò detto Cardinal granvela con sua santità[1] rapresentandoli che sarebbe molto espediente, procurar la disunione fra quelle due sette al tempo che staranno in Elfordia, et anche à sua santità parse bene, ma non li occorreua mezo più al proposito che raccomandar questa cosa à quelli dela Compagnia nostra di Germania, acciò per se et per altri cognosciuti, facessino qualche bon officio, presuposto che la disunione[a] di costoro, torna in utilità grande dela Chiesa catholica, come anche il contrario [in gran danno di essa][b] [?]. hor V. R. ueda se potra far qualche bon officio à questo proposito. quà ci occorreua che l' Illustrissimo Cardinal d' Augusta et etiam l' elettore Magontino[c][2] in cui diocesi è elfordia, potriano quí far qualche cosa bona, potrebbe anche assai aiutar il Signor Duca di Bauiera[3] perche tutti questi potriano hauer amici[d] dela istessa confessione Augustana, liquali si facessino capaci dela differentia che c' e dell' una setta à l' altra, et come li caluinisti intrando con questo color pretendono tirar tutti li altri alli suoi errori .etc. forsa giouarebbe che si scriuessi alcuna lettera bona et si spargessi fra li confessionisti, in nome di alcuno à loro non ingrato, o senza nome, laqual tochasse li fundamenti dela diuersità fra quelli doi .etc. Forsa il Signor Dottor Martino Esengrenio[4] potrebbe far qualche cosa di bono, basta hauer dichiarato à V. R. la mente di sua santità et nostra, lei ueda quel che potra far, aduertendo che quanto prima sarà meglio, acció non passi il tempo nelquale hanno di star costoro congregati in Elfordia, altre tanto come questo[e] si scriue al P. Natale, et al P. Prouincial del Rheno[5], di altre cose si scriuera à V. R. per altre lettere, nelle sue orationi et sacrificij tutti molto ci raccomandiamo. Di Roma li .12. di settembre .1566.

Canisius Borgiae respondit die circiter 29. Octobris 1566.

a) *A libr. correctum ex* unione. b) *Haec vel similia supplenda esse res ipsa videtur monstrare.* c) *Sequitur* più, *oblitteratum.* d) *Sequitur* et cono, *oblitt.* e) *Verba* come questo *a libr. supra versum scripta sunt.*

pace religionis pugnaret, ex Palatinatu tolleret; ac Fridericus recusabat quidem mandatum, paratum tamen se esse dicebat ad theologos, qui cum Lutheranorum theologis de difficultatibus illis consilia conferrent, aliquo mittendos; atque sub comitiorum exitum inter Fridericum principesque lutheranos convenit, ut huius rei incohandae gratia utriusque partis consiliarii sub initium m. Septembris congregarentur Erfordiae (Erfurt); quae urbs, sub archiepiscoporum moguntinorum dominationem et sacram et civilem subiecta, hoc tempore omne fere eorum imperium detrectabat et Lutheranismum fovebat (*Donawer* l. c. 82—117. *Häberlin* l. c. VI 157—236. *Heinr. Heppe*, Geschichte des deutschen Protestantismus in den Jahren 1555—1581, T. II, Marburg 1853, 164—165. *Janssen* l. c. IV[15-16] 223—239). Plura vide infra ep. n. 1371.

[1] Pio V. [2] Otto Truchsess et Daniel Brendel. [3] Albertus V.
[4] Martinus Eisengrein; de quo supra p. 146[9]. [5] Antonio Vinck.

1356. P. CONRADUS SWAGERIUS S. J. CANISIO.
Alburgo (?) sub ineuntem vel medium m. Septembrem 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1358.

Canisio auctore cardinalem Augustanum de fama sua detraxisse.

Canisius Dilinga 22. Septembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec, praeter alia, rettulit de P. Conrado Swagerio S. J., qui cum in universitate dilingana theologiam docuisset, m. Aprili a. 1566, PP. Natalis, Canisii, aliorum monita neglegens, votis religiosis non solutus, a Societate discesserat, ita tamen, ut aliquam resipiscendi spem reliquam faceret [vide supra p. 193 et infra monum. dil. (12)]: „Nunc intelligimus, duobus aut tribus in locis illum hoc agere, vt egregiam accipiat conditionem, ac munus Ecclesiasticum impetret, quo sese honeste alere possit. Fatetur se Dillingensem fuisse professorem, non fatetur quod Societati quicquam debeat. Jmo scriptum amarulentum ad me misit, grauiter conquerens de accepta iniuria, uelut author sim ego testimonij, quod Cardinalis noster me prorsus inconsulto scripsit aduersus illum Episcopo Passauiensi, illum velut inconstantem ac apostatam perstringendo."

Probabile est, Swagerium haec scripsisse Alburgi (Alburg, vicus Bavariae inferioris); nam constat, eum ibi degisse 19. Septembris 1566; vide infra mon. dil. (23).

Swagerius ad professionem sollemnem in Societate nondum erat admissus; simplicia tamen vota nuncupaverat illa, quae scholasticorum vocantur (vide infra ep. n. 1358) et homines vere „religiosos" sive „regulares" efficiunt (*Can.* II xxvi 261[2]; III 704[4]). Si ergo praepositis invitis a Societate discedebat, crimen „apostasiae a religione", quod canonistae vocant, committebat et merito ab Ottone cardinali Augustano in litteris ad Urbanum a Trennbach, episcopum principem passaviensem (Passau), datis „apostata" vocabatur; id quod ex litteris apostolicis a Paulo III. Roma 18. Octobris 1549 et a Pio V. 17. Ianuarii 1566 in Societatis gratiam datis plane constat (*Litterae* apostolicae etc. 41 101). De Swagerii querimoniis cf. infra monum. dil. (10) (23).

P. *Theodoricus Canisius*, collegii universitatisque dilinganae rector, in *„Indice tertio particulariore" huius collegii sub a. 1565 vel 1566 scripto et Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem misso Swagerium ita depingit: „Conradus notus est; ab obedientia, oratione, mortificatione, mansuetudine nonnihil alienus videtur: acer et frequens in reprehendendis publice patribus et fratribus, si quid ei in ipsis displiceat: Suas contra Superiores vel alios tentationes, libere fratribus aperit, aliosque perturbat propterea et male eos de alijs sentire facit. Scrupulosos appellat, qui regulas diligentius seruant. Sibi in rebus suis multum placet, nec admonitiones vel reprehensiones admittit etc. raro celebrat" („G. C. 67" p. 271).

1357. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.
Roma 14. (13.?) Septembris 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Augusta P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 181[b]—182[a].

Novi Socii in Germaniam missi sunt. Fr. Bartholomaei Meliti et P. Stephani Liberii excessus e vita. Quo plenius Canisii desiderio satisfiat, etiam Carolus Ursinus et Simon Hagenau Germaniae superiori dantur; quam etiam iuvare poterunt Alexander Saxo, dummodo disciplinae religiosae se accommodet, et alii. Archiepiscopum moguntinum Socii, quantum poterunt, apud curiam commendabunt; qui id certe meretur; ceterum etiam cardinales, quibus scriptum est, officia ei praestabunt. De Bidenbachii et Osiandri libro, collegio herbipolensi, rectore monacensi cum P. Natale consultandum est. Romae ne praelatis quidem librorum haereticorum legendorum facultatem concedi ferunt. Borgiae et Mercuriani infirma valetudo.

Romae multi homines aegrotant; quos pontifex iuvat; multi quoque de Societate eorum animis et corporibus curandis occupantur. Litterae.

Pax *etc.* Si è riceuuta quella di V. R. di .29. del passato, doppò di hauer fatto risposta alle precedenti come gia al principio di questo mese si mandorno di Roma quelli che per questo anno poteuano mandarsi in Germania.

al fratello Bartholomeo tengha in suo Santo Regno Christo N. Signor et dispona del P. Stephano Liberio, come sia per maggior sua gloria[1]. per maggior sodisfattione de V. R. et per poter dar aiuto al collegio de Jngolstadio, si manda anche di Padoa mastro Carlo Vrsino, oltra che si è scritto ritengano il P. Simon Pruteno nella sua Prouincia, quando uerrà de Prusia, se gia non è uenuto[2], per aiutar anche li lettori che adesso ui sono, potrebbono seruire alcuni deli già mandati, come sarebbe Jacomo Spirense, o Gioan Jnglese[3], et anche Alessandro Sassone quanto alla sufficientia, se nel resto si accomodera, come ha promesso al uiuere religioso[4], senza questi anche ui era mastro Roberto, et mastro Simon Leodiense mandati la prima uera[5], uedano di aiutarsi come meglio, si potra.

Perlo elettore maguntino[6], si faranno quelli migliori officij che si potranno, che realmente lo merita, come potremo far testimonio, tutti quelli che habbiamo notitia della persona sua . crediamo pero che li Cardinali alli quali si é scritto, faranno in tal modo, che sara poco necessario l' officio nostro.

Circa quel libro de li professori di Tubinga[a] [7], et del Collegio di Herbipoli, et anche de la mutatione del P. Domenico Rettor di Monachio[8], V. R. tratti col P. Maestro Natale, quà dal canto nostro non

a) *A libr. correctum ex* Dubinga.

---

[1] Fr. Bartholomaeus Melitus 10. Augusti Oeniponte, P. Stephanus Liberius (id quod Polancus nondum acceperat) 12. Septembris Augustae vita cesserant; vide supra p. 297 et infra p. 320—321.

[2] De Carolo Ursino et Simone Hagenau sive Pruteno vide supra p. 306.

[3] De „Iacobo Ernfelder, alias Spirensi" in **Catalogo* collegii oenipontani exeunte a. 1566 conscripto notatum est, eum 21 annos natum atque ex „Wabstatt" (Waibstadt, nunc magni ducatus badensis) ortum esse, Societati a. 1562 nomen dedisse, eiusdem vota a. 1563 Romae nuncupasse, philosophiae ibidem studuisse, quartae classis praeceptorem Oeniponte esse („GSC 66" f. 413[b]). Philosophico cursu absoluto Roma initio m. Septembris in Germaniam missus, Oeniponte „secundam grammaticae classem" regere iussus est (Epp. *Nadal* III 226 330). A *Polanco* in litteris m. Augusto 1566 ad Natalem datis „molto buon giouane" vocatur (l. c. 211). Ab anno 1588 ad 1595 provinciae rhenanae Societatis praepositus fuit (*Duhr,* Jes. I 94[2]). De Ioanne Anglo (Vicaeo, Vico, Wick) oxoniensi vide *Can.* IV 288; qui et ipse ineunte m. Septembri 1566 Roma abierat (Epp. *Nadal* III 224).

[4] De Alexandro vide supra p. 306[3].

[5] Robertus Girulius et Simon Damerius; vide supra p. 259—260.

[6] De hoc Danielis Brendel archiepiscopi moguntini negotio vide supra p. 301.

[7] „Responsionem" dicit a Guilielmo Bidenbachio et Luca Osiandro theologis lutheranis Tubingae a. 1566 adversus Socios dilinganos editam; vide supra p. 302—304.

[8] P. Dominici Mengini; vide supra p. 303.

habbiamo troppo affettione à leggere questi libri, massime che in Roma etiam ali Prelati intendiamo si[a] nega la facolta di leger libri heretici.

N. P. Generale sta un poco indisposto et con qualche febre, benche non crediamo[b] [?] sarà niente, il P. Euerardo[1] non si pò ancora rihauer dela sua, ma gia sta fora di pericolo parecchi dì sono, roma sta molto inferma in alcuni luoghi non pero[c] [?] di mal contagioso[2], l' aiuta assai la charita del Papa, et anche la compagnia ui attende, occupando grande numero di persone in cose[d] spirituali et corporali de amalati[3]. tutti ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li .13.[e] [?] di settembre 1566.

Le lettere che uanno perla Prouincia del Rheno[f], haueriamo caro hauessino bon ricapito.

In Registro dies quidem 13. Septembris 1566 harum litterarum apographo ascriptus est; sed puto ascribendum fuisse d. 14.; nam *Canisius* 21. Octobris 1566, has litteras significans, Borgiae sua manu scripsit: „Accepi datas 14 Septembris, sed tardius, quae fratres ex Vrbe missos commendant"; vide infra ep. n. 1369. Atque etiam epistula a Polanco nomine Borgiae ad P. Natalem data, quae una cum his litteris missa esse videtur, 14. Septembris data est (Epp. *Nadal* III 235).

Canisius Borgiae respondit circa 29. Octobris 1566.

1358. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 22. Septembris 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; pp. 3; in p. 4 inscr. et particulae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 175 (137); Canisius sua manu alteram litterarum partem scripsit, incipiendo ab „Jn Germania superiore grauius metuunt" usque ad „Seruus in Christo P. Canisius" incl. Aliquae litterarum partes ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 774—775. Epistula usi sunt *Sacchinus,* Can. 238—239, et *Steinhuber,* Gesch. d. Koll. Germ. I² 23—24.

Indiculus Sociorum vita functorum et alia Augustam allata sunt. Cum P. Natale ex Austria redituro de collegiis dilingano et herbipolensi ac de Sociis Roma missis consultabitur. Singulisne Societatis scholasticis officium B. Mariae V. vel simile recitandum est? Romae in ea re confessarii facile dispensare dicuntur. Catechismi Romani versio germanica emendatius in Germania quam Romae excudetur. Homines Romam in collegium germanicum et in Societatis tirocinium mittendi. Fr. Vallonus ex servitute liberatus. P. Liberius, Augustae pie mortuus et amicorum cura honeste sepultus, per totam Societatem Deo est commendandus. Wisensteigae duae strigae, antequam ob horrenda maleficia igni cremabantur, ex lutheranismo, cuius ministri eas destituerant, per Canisium ad ecclesiam catholicam reductae et a peccatis absolutae sunt. Ibidem Canisius et aliquot nobilium confessiones excepit, et Udalrici comitis ab Helfenstein ex lutheranismo reducendi iustum fecit initium. Comes Canisio multas

a) *Sequitur* legga, *a libr. oblitteratum.* b) *Sic; corrigendumne* benche crediamo non? c) *Vide infra adn. 2.* d) *Sequitur* corporali, *a libr. oblitt.* e) *Sic apogr.; sed puto corrigendum esse* 14. *Vide quae sub ipsas has litteras dicuntur.* f) Rhemo *ap.*

[1] Mercurianus, unus ex Borgiae praepositi generalis „assistentibus".

[2] *Ioannes Franciscus Lombardus* cardinali Hosio, Roma 8. Octobris 1566: „Quae scribam de iis, quae Romae fiunt, pauca habeo. Quamplurimi sunt, qui hoc autumno ex febre pestilenti morboque contagioso intereunt" (*Cyprianus* l. c. 422—423). Quid Romae ad aegrotos sublevandos Socii praestiterint, narrat *Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 2, n. 8 9. [3] Cf. *Analecta* Bollandiana VII 71—72.

contionatorum protestantium fraudes et vitia patefecit; idem cum cardinali Augustano de templo wisensteigensi canonicis restituendo totaque terra ad ecclesiam reducenda coram aget, ac filium collegio dilingano instituendum tradet; idem totius Societatis sacris precibus vult esse commendatus. Canisius Monachium et Oenipontem ibit. Belgicae sedicionis rapinae et sacrilegia; urbium aliquot constantia; contiones protestantium; bonorum metus. Sigettum a Turcis expugnatum est. P. Conradus Swagerius, monita Sociorum et vota sua spernens, a Societate se segregat, munus ecclesiasticum captat, Socios criminatur; quid de eo est agendum? Socii adversus Turcas precationes et flagellationes usurpant. P. Menginus instat, ut rectoris monacensis officio levetur.

Jhesus.

Pax Christi Reuerende admodum in Christo Pater.

Ho receutto quella di tre di septembre con la schedula delli sette morti Padri et Fratelli[1], etiam con le Regole del Collegio Germanico, et con le buone noue di S. Santita delle quali molto ci consolamo nel Signore[2]. Quella scritta al P. D. Natale se darà à lui, poi che sarà tornato di Austria, et come ha scritto, uerrà presto con la gratia del Signore. Con lui anche confereremo delli ponti annotati sopra l' instrumento di Dilinga[3], et del Collegio di Herbipoli, et non manco della buona distributione di quelle persone, che di Roma si mandano à questa Prouincia. Faccia Jddio che arriuino[a] tutti sani et ben disposti à fruttificare in questa Vigna del Signore tanto bisognosa.

Desidero ancora intendere, si come scrissi l' altra uolta delli scholari della Compagnia se s' habbia da osseruar una certa et medema forma de far l' oratione uocale, ciò è, che ogn' uno dica l' offitio della Madonna ouero altro offitio simile, poi che s' intende, che in Roma li Confessori in questo facilmente dispensino. Altremente io non penso di haber scritto, se s' habbia da usar alcuna facilità in despensar nel tempo dell' oratione con li scolari[4].

Aspettaremo ancora la resposta delli casi per assoluere li relapsi et de rebattizar li Caluinisti etc.[5]

Spero che il P. D. Paolo sarà bastante de uoltar il Catechismo nouo in todesco, et poi se remandara quella translatione à Roma, secondo che ha ordinato la sua Santità[6]. Pur crederei, che se stamparia nel Alemagna questo libro molto piu emendatamente, Et sopra ciò confererò ancora con il Padre Natale et con il Padre Gregorio[7],

a) *V. sequens supra versum scriptum est.*

---

[1] De precibus sacris, quae praepositi generalis cura pro Sociis vita functis per universam Societatem Deo offerebantur, vide supra p. 297.

[2] De his regulis et litteris vide supra p. 310.

[3] De litteris fundationis collegio dilingano dandis; v. supra p. 308—310.

[4] Vide supra p. 294—296. [5] Vide supra p. 295.

[6] P. Paulus Hoffaeus Catechismum Romanum, quem vocamus, a S. Pio V. Romae ipso hoc anno latine editum germanice reddere iussus erat; vide supra p. 307.

[7] Roseffio; vide supra p. 307.

sperando che quel Catechismo se portarà per li nostri che uengono di Roma, perche gl' essemplari qui non si trouano[a] [?][1].

Non sapemo ancora, quanti Todeschi mandaremo per il Collegio Germanico, ma non saranno oltra cinque, come ci è stato[b] ordinato. Et quanto alli Nouitij, uuole ancora il Padre Natal dar ordine, quanti s' habbino à mandare à Roma per questo anno.

Molto siamo consolati nel Signore per una lettera del nostro Charissimo Fratello Bartholomeo Siciliano, il qual ci scriuì della barca, como do poi grandi et uarij trauagli et afflitti[oni] Jddio l' habbia liberato dalle mani delli Jnfideli nel giorno santo de Pascha[2].

Credo già sia scritto à V. Paternità della felice morte del P. Stephano Liberio, al quale Jddi[o] ha fatto gran misericordia et gratia nella sua malatia tisica, et non li ha mancato l' honesta sepoltura in Augusta, per gran fauore delli nostri amici[3]. Preghiamo che l' anima sua sia raccommandata al Signore per tutta la Compagnia. Obdormiuit in domino[4] 12 Septembris Jn Augusta, si come il nostro fratello Bartholomeo[5] morse alli 10 di Agosto in Jspruch. Requiescant in Sancta pace.

Per l' instantia del Monsignore Cardinale et de doi Conti Thodeschi io son stato fuora per 12 giorni in Sueuia[6], et regratio al Signore che ha uoluto in questo mezzo per me conuertire doe Donne Lutherane incarcerate, hauendo confessate[c] [?] li homecidi et grandi peccat[i] che per molti anni fecero per l' arte uenefica, hauendo etiam prima abnegato la fede et molto perite in[d] cose diabolice[e] con grandissimo preiudicio et danno delli fanciulli et altre persone . Et cosi credo gia saranno per questi horrendi[f] et incredibili maleficij dannate al fuoco. Pur quanto all' anima di esse, grande è stata la misericordia di Dio, che al fine se siano reconciliate et redutte alla santa Chiesa, non ostante, che stessero in terra Lutherana sotto il Prencipe Lutherano, abbandonate anche da questi ministri Lutherani[7], li quali

a) *Hoc v. in archet. obscurius est.* b) *Sequitur* referito, *oblitt.* c) *Sic; corrigendum esse videtur* confessato *vel* confessati. d) *Sequitur* di, *oblitteratum.* e) *Sequitur v. oblitteratum, quod legi non potest.* f) *Sequitur* malefici, *oblitt.*

[1] *Io. Franc. Lombardus* Hosio, Roma 8. Octobris 1566: „Catechismi impressio iam absoluta est. Sed nondum tradita est bibliopolis, vt venundetur" (*Cyprianus* l. c. 423).

[2] Hanc Fr. Bartholomaei Valloni ex Turcarum servitute liberati epistulam vide supra p. 271—273.

[3] Vide quae de Liberio sub ipsas has litteras dicentur.

[4] Ita de morte S. Stephani protomartyris dicitur Act 7, 59.

[5] Melitus (Mellitus); vide supra p. 297.

[6] Canisius instante cardinali Truchsess fere a d. 9. ad 21. Septembris Wisensteigae cum Udalrico IV. comite ab Helfenstein, terrae illius principe, de rebus religionis egit. De quibus collationibus plura sub ipsas has litteras dicentur.

[7] Wisensteigae hisce annis Lutheranorum superintendens et parochus erat Iacobus Dachtler; parochi adiutorem („Helfer"), nisi fallor, agebat Albertus Halberger (*Georg Veesenmeyer,* Sammlung von Aufsätzen zur Erläuterung der Kirchen-,

non uolsero impacciarsi con quelle. Spero che secondo la lor promessa siano morte nella fede Catholica, et cosi io le lassai molto consolate do pò la confessione et absolutione. Oltrà queste se[a] confessorno ancora meco alcune Contesse et Gentildonne con un Conte, et pare che restorno tutti molto bene contenti[1]. Jtem se fece un buon principio à conuertire un Conte Lutherano, che uuole restituire una Chiesa officiata dalli Canonici, hauendola àppropriata alli Settarij per molti annj[2]. Jl quale molte cose domandò della nostra fede Catholica, et hebbe molto per bene quella nostra conuersatione, come anche ha scritto al Monsignore dechiarandomj molti inganni et mancamenti delli suoi Ministri Lutheranj et d' altre sette, hauendo gia tanti annj esperimentato gl' effetti et pericoli della noua dottrina. Ha concluso di uenir presto à Monsignore per conferir della mutatione, che uuol far circa la Religione con listesso Monsignore et ancora mandarà il suo figluolo alla schola Dilingense. Mi prego ancora, che io lo facessi raccommandare alle oratione della nostra Compagnia et cosi faccio adesso tanto piu uolentiere, quanto spero maggior frutto per la conuersione de questo Conte, tenendo lui grande parte per tirar ancora altri alla uera conuersione, se una uolta lui fusse redutto con il suo stato alla fede Catholica. Come spero, che Dio darà gratia per mezzo delli sacrificij et orationi di V. Paternita et di tutta la Compagnia.

Hora mi espedirò qui per andar presto alli nostri di Monachio et di là à quelli de Jspruch, per receuere li nostri fratelli mandati da Roma, et per trouar ancora il P. D. Natale. Pur della sua uenuta non sapemo ancora niente de certo[3]. Jl buon Padre trouarà grandissima mutatione et infinite miserie in Fiandra[b], doue gridano li poueri Catholici miserabilmente, quia praeualuit potestas tenebrarum[4], et plena sunt omnia rapinis[5] et sacrilegijs in Brabantia, Holandia, Flandria, Zelandia, Artesia et Hannonia . Jmpune

a) *A librario correctum ex* mi. b) *Sequuntur 2 vv. (1 v.?) oblitterata, quae legi non possunt.*

Litteratur- Münz- und Sittengeschichte, Ulm 1827, 11 30 38). Dachtler cum comitis iussu Wisensteiga abisset, in universitate tubingana litteras hebraicas tradidit et contiones habuit (*Ioh. Iac. Moser,* Mart. Crusii Schwäbische Chronick II, Franckfurt 1733, 314).

[1] Canisio peccata confessas esse censeo Catharinam comitissam de Montfort eandemque Udalrici IV. comitis Helfensteinii uxorem cum Barbara filia (nata a. 1552) et Catharinam Udalrici sororem eandemque Conradi a Bemelberg viduam (*H. F. Kerler,* Geschichte der Grafen von Helfenstein, Ulm 1840, 140 145; cf. Epp. *Nadal* IV 780); confessa est fortasse etiam Maria baronissa ab Höwen (Hebe), quam Sebastianus Udalrici frater reliquerat viduam, cum Barbara filia; „comes" autem ille utrum Swicardus Georgii ab Helfenstein filius idemque Udalrici nepos fuerit, an Udalricus V. (XVIII.) ipsius Udalrici IV. filius an alius nescio; plura vide infra mon. wis. (2) (3). [2] Udalricum IV. ab Helfenstein, quem supra dixi.

[3] Vide supra p. 286—287 303.

[4] Lc 22, 53; Col 1, 13. Nescio an relatio latina, quae sequitur, Canisio ex Belgio missa sit. [5] Mt 23, 25. Lc 11, 39.

libereque uastantur templa, Sacella, Monasteria. Sacrosancta Eucharistia passim nefaria impietate conculcatur atque proteritur, sacra [uasa][a] [?] omnia confringuntur atque dissipantur, in sacris aedibus nullus campanarum auditur sonitus, hymni non decantantur, Nulla legum atque Magistratuum est reuerentia. Brugenses, Louanienses et Bruxellenses aduersus istorum furiosorum impetum se urbesque suas fortiter hactenus defenderunt. Ruralia templa et Abbatiae misere deuastantur. Sunt plures 100 nouitij Contionatores tum Galli, tum Germani ac aliarum Regionum perfidi homines, qui quotidianas ad populum conciones habent . Et concurrunt eo plurimj armis probe instructi. Omnia negotiatorum commertia interm[it]tuntur . Accurrunt fugitiui, proscripti, homicidae, latrones, fures. Qui contemptis magistratibus superbe agunt, et impune peccant . tum quos uolunt, effracto carcere ui eximunt, nec ullos ferunt Magistratus[b] ac Judices. Jgitur boni uiri aut in Angliam, aut in Germaniam, aut alio quopiam se conferunt, ut se, coniuges, liberos ac fortunas praesenti discrimini atque furori subducant. Ciuitates omnes maenia sua maioribus tormentis et portas custodibus munierunt. Summus ubique timor et terror, ne uicinus a uicino prodatur in istis intestinis dissidijs. Metuunt etiam, ne horum tumultuum finem sentiant bonorum omnium direptionem, et apertam in Catholicos tyrannidem[1]. Solus est Deus, qui rebus Jnferioris Germaniae prolapsis opem adferre et ter[c] miserum Ecclesiae statum restituere possit. Verum haec fortasse longius quam deceat, nisi quod iratum nobis Deum ista prodant et ad piam commiserationem pios omnes impellant. Jn Germania superiore grauius metuunt modo sapientes, cum audiant expugnatam a Turcis arcem munitissimam Sigettum[2]. Dominus in suam gloriam omnia[3].

Quod ad Doctorem Chunradum attinet[4], iam ante scriptum est, et suis ipse literis in Vrbem datis confirmauit, magna se cupiditate ferri ad uotorum dissolutionem a maioribus impetrandam. Tentauit hoc iterum apud P. Natalem, qui multis modis illum studuit ad saniorem mentem et Religionis uerae spiritum reuocare. Sed Augustae tandem ostendit, se neque uotorum, neque vocationis suae ratione nobiscum uelle persistere, licet illi hoc liberum relinqueretur, vt ad menses aliquot a collegijs posset abesse curandae ualetudinis causa.

a) *Hoc v. oblivione quadam sive festinatione a libr. omissum esse coniecerim ex vv. proximis.*
b) Magistratos *archet.* c) *Ita libr. ipse correxit ex* tam.

---

[1] Haec sedicionis neerlandicae descriptio confirmatur et illustratur multorum, qui illius aetatis aequales erant, testimoniis: quae exstant apud *F. J. Holzwarth,* Der Abfall der Niederlande I, Schaffhausen 1865, 344—377 460—464; *Kervyn de Lettenhove,* Les Huguenots et les Gueux I, Bruges 1883, 357—377: *Joh. Janssen,* Schiller als Historiker, 2. Aufl., Freiburg i. Br. 1879, 80—86; *Hansen* l. c. 532—533; Epp. *Nadal* III 251.

[2] Sigettum (Szigeth, Szigetvár in Hungaria), a Nicolao comite Zriny diu retentum et fortissime defensum. 8. Septembris a Turcis summa vi expugnatum erat.

[3] Cf. supra p. 18[3]. [4] De P. Conrado Swagerio vide supra p. 313.

Itaque discessit non sine quadam impudentia, ueluti parui ducens uota sua simplicia, et contemnens Patrum, qui aderant, monita salutaria[1]. Nunc intelligimus, duobus aut tribus in locis illum hoc agere, vt egregiam accipiat conditionem, ac munus Ecclesiasticum impetret, quo sese honeste alere possit. Fatetur se Dillingensem fuisse professorem, non fatetur quod Societati quicquam debeat. Jmo scriptum amarulentum ad me misit, grauiter conquerens de accepta iniuria, uelut author sim ego testimonij, quod Cardinalis noster me prorsus inconsulto scripsit aduersus illum Episcopo Passauiensi[2], illum velut inconstantem ac apostatam perstringendo. Jta miser seipsum infamat, ac magis magisque prodit sese omnibus, atque vt aliquam excusandi rationem adferat, nostros incusare, et bonorum oblitus, uitia tantum quae apud quosdam nostrorum ipse non optimus deprehendit, ea repetere et obijcere non veretur. Haec replicare uolui, vt sciam certius quid a nobis fieri velit P. T. cum hoc homine; timemus etenim, ne in hac Contionatorum paucitate locum ille splendidum reperiat, atque ita in sordibus magis magisque sordescat[3]. Parcat illi Deus, et coecos aperiat oculos erranti.

Vt fratres orent contra Turcicam rabiem et recitent Litaniam, iam ante constitutum fuit, nuncque diligentius obseruabitur, cum nouum P. T. mandatum accesserit[4]. Dominus has preces et flagellationes respiciat oculis misericordiae suae.

Pergit Rector Monachiensis P. Dominicus[5] continenter vrgere, vt Rectoratus munere non diu suscepto quamprimum abdicetur. Nec dubit[o] quin Romana disciplina illius morbis optime congrueret, sicut [et] P. Natalis iudicauit. Verum de alio Rectore hoc quidem an[no] substituendo uix credo quicquam consilij nobis superesse. Nunc de alijs prouintiae incommodis nihil dicam, quia cum P. Natale illa conferri poterunt prius, et fortasse aliqua ex parte sanari. Cupimus interim P. T. sacrificijs et precibus Domino inprimis commendari, vt offitio nostro satis faciamus, et has fratrum imbecillitates probe curemus. Dilingae 22 Septemb. 1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre Jl Padre Francesco de Borgia [Prepo]sito Generale della Compagnia di Giesv. Jn Roma.

Id quod Canisius his litteris a Borgia petiverat, statim factum est: „A di 3. di Ottobre [1566] fù raccomandata l'anima del P. stephano Liberio defunto in Augusta à 12. di Settembre dapertutto." Ita *notatum video in Cod. „Def." f. 29[a]. Liberium natione stirum atque (id quod usque adhuc ignotum erat) olim Romae alumnum collegii germanici fuisse refertur in *_Catalogo_ domus Societatis Iesu augustanae exeunte a. 1566 scripto („GSC 66" f. 399[a]). In collegii dilingani *_Catalogo_ 1. Ianuarii 1565 scripto dicitur: Eum dioecesis salisburgensis esse, Romae a. 1555 Societati nomen dedisse, 25. Decembris 1555 eiusdem vota nuncupasse,

[1] Cf. infra monum. dil. (12). [2] Urbano a Trennbach; vide supra p. 313.
[3] Apc 22, 11. [4] Vide supra p. 279. [5] Menginus.

aliquot annos Pragae rhetoricen tradidisse et germanice contionatum esse: contiones germanicas „et nunc Dilingae admodum foeliciter" habet (l. c. f. 375[a]). Cf. etiam *Can.* IV 256[5]. 701. Adiungo aliqua ex Liberii *litteris Dilinga 28. Ianuarii 1564 ad Iacobum Lainium, Societatis praepositum generalem, datis; hae enim litterae usque adhuc fere ignotae erant (pauca tantum ex iis excerpsit *Raderus* l. c. 120—121) et ad Canisii res illustrandas conferunt. Scribit *Liberius* a cardinali Truchsess tres viros ad dioecesim augustanam visitandam delectos esse: „R. domnum Prothonotarium" (Cornelium Herlen a Rosenthal); „alium D. Juris"; se, ut „Theologum" ageret; primum id praestiterunt rogatu „Comitis Friderici Oetingensis" (Öttingen), „uiri uere Catholici et de Christi Ecclesia bene meriti", cuius fratres protestantium doctrinam sequebantur. Cum Friderico comite in ipsius arce tres dies versati sunt: „habet bibliothecam instructissimam, tam latinis quam germanicis libris". Liberius etiam in urbe oettingensi fuit, cuius partem dimidiam comes Ludovicus, „acerrimus haereticus", imperio suo subiectam habet. „Abbas in Nerissaim" (Nerisheim, olim monasterium benedictinum) „omnino uoluit ut in monasterio suo concionarer" (ex apographo eodem fere tempore Augustae a P. Guilielmo Elderen S. J. scripto. Cod. guelph. „36. 24. Aug." f. 136[a]—137[b]). P. *Ignatius Agricola* S. J. de Liberio (quem perperam „Martinum Liberium" vocat) haec refert: „Defuncti corpus, cum locum pro sepultura necdum haberemus, Illsungi Patritij conditorio inferri voluerunt, quod Familiae suae gentilitium habent rubro marmore contectum, sub Templi Cathedralis porticu, quam obscuram Grettam appellant Augustani" (l. c. Dec. 3, n. 165).

Copiosius explicetur oportet harum litterarum caput illud, quo Canisius de rebus wisensteigensibus scribit. Sebastianus et Udalricus (IV., alias XVII.) fratres, comites ab Helfenstein, sub a. 1555 agri wisensteigensis (Wiesensteig, nunc oppidum regni wurttembergici), quem regebant, homines ab ecclesia catholica ad Lutheranismum, ad quem ipsi transierant, traducere, Christophori ducis wurttembergensis ope, coeperunt: sacerdotes catholicos abire iusserunt, ministros lutheranos in terram introduxerunt etc. Qua de causa comitibus actionem apud cameram imperialem intendit Otto cardinalis Augustanus; episcopis enim augustanis ius et potestas erat (quamquam terra ipsa ad dioecesim constantiensem pertinebat) praepositi canonicis wisensteigensibus constituendi; neque tamen Otto quidquam profecit (*Chr. Fr. von Stälin*, Wirtembergische Geschichte IV[1], Stuttgart 1870, 644—645. *Braun*, Bischöfe III 452—454). Atque ineunte a. 1562 Udalricus comes, qui in arce wisensteigensi a se exstructa habitabat, plus 20 mulieres in vincula coniecit, quod de veneficiis et artium magicarum tractatione suspectae essent (*Soldans*' Geschichte der Hexenprozesse, neu bearb. von *Heinr. Heppe* I, Stuttgart 1880, 468). Eodem anno Udalricus carnificem suum, arte confessionis a strigis (Hexen) per tormenta exprimendae conspicuum, Esslingam (Eßlingen) misit, ut cives iuvaret in quaestione, quam, Thoma Naogeorgo ministro lutherano eiusque collegis auctoribus, in mulieres quasdam habebant de horrenda tempestate artibus magicis excitata. Anno autem 1563 Udalricus et Sebastianus in ipsa terra wisensteigensi 63 strigas torquendas et comburendas curarunt (*Janssen-Pastor* l. c. VIII[13-14] 596—597. *Joh. Diefenbach*, Der Hexenwahn, Mainz 1886, 90—92). Ne postea quidem Udalricus (Sebastianus a. 1564 vita cessit) strigarum metu liberatus est. Ita enim P. *Hieronymus Natalis* S. J. (re, puto, ex ipso Canisio vel ex cardinali Truchsess accepta) narrat: Udalricus ex strigis, quas ceperat, diligenter quaerebat, num quid esset, quod ad ipsas a maleficiis cohibendas valeret; earum autem responsa in id congruebant, ut se, ubi catholicorum „aqua benedicta" exstaret, nocere posse negarent. Qua re commotus comes sorori viduae [Margaritae, viduae Georgii de Lichtenstein; v. infra mon. wis. (2)] scripsit, curaret, ut vir doctus, qui se fidem catholicam diligentius doceret, ad se veniret; atque illa a Canisio petiit, ut et fratri et toti illi terrae opem ferret [Epp. *Nadal* IV 779—780; ipsa verba hispanica ponam infra mon. wis. (2)]. Neque vero vacat repetere, quae de strigis magisque disserui *Can.* IV 401—402. Haec tantum noto: Canisius idem de strigis magisque sentiebat, quod fere omnes illius temporis aequales, sive catholici sive protestantes, sive theologi sive iurisperiti.

sentiebant (vide *Can.* IV 400—402 876—877 880—883; *Nic. Paulus* in „Historisches Jahrbuch" XXVII 342). Multi certe homines magorum et strigarum nomine occidebantur, qui vel omni labe vacabant, vel tantum somniabant et hallucinabantur; neque tamen omnino ab eo numero aberant, qui vera veneficia aliave crimina perpetrassent; cf. *Janssen-Pastor* l. c. VIII[13-14] 581 583.

Anno 1895 *Richardus Dipper* protestantium wisensteigensium minister Geislingae excudendum curavit libellum „Reformation, Gegenreformation und Wiederaufblühen des evangelischen Glaubens in Wiesensteig"; in quo de Udalrico IV. comite eiusque ad ecclesiam catholicam reditu multa quidem narrat (p. 5—17); id vero, quod olim notum erat, ipse aut ignorat, aut silentio dissimulat: Canisium cum comite coram egisse eiusque ad ecclesiam reducendi initium fecisse.

Borgias per Polancum Canisio respondit 15. Octobris 1566.

1359. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Monachio 28. Septembris 1566.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; pp. 2; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 176 (318).

Patris Natalis reditum avide exspectat. Bavariae dux oratorem Romam mittit; Ernestus eius filius futurus est episcopus frisingensis. P. Georgius Schorichius Roma ad ducis matrem litteras dedit, in quibus multa vituperanda sunt. Curandum est, ut Schorichius, quod ad scribendum attinet, serio se emendet. P. Ninguarda O. Pr. Romae moneri debet, ne denuo litteris secretis P. Martinum Stevordianum ad contionatoris munus Salisburgi suscipiendum pelliciat. Stevordianus Monachii et auditorum applausibus et aulicorum nummis in periculum Societatis deserendae inducitur. Augustae P. Halbpaurii in ecclesia cathedrali contionantis insolentia a Sociis diutius ferri non potest; quare P. Roseffius in eius locum substituatur necesse est. P. Hoffaeus Monachii prospere contionatur.

† Pax Christi nobiscum admodum Reuerende Pater.

Nudius tertius Monacum accessi, acturus per Dei gratiam, quae ad collegij huius profectum spectant[1]. Expectamus quotidie R. P. Natalis reditum, cuius dilatio aliquid nobis adfert incommodi, tum quod nihil constitui possit de mittendis in Vrbem fratribus[2], tum quod studiorum in collegijs renouatio ex illo ipso pendeat[3]. Speramus breui nos aliquid certius habituros de ipsius aduentu.

Nunc mittitur a Duce Bauarico Sacellanus et Contionator eius M. Georgius[a] Lautherius, nescio quorum negotiorum gratia. Episcopatus Frisingensis, ut audio, Principis filio[4] est isthic occulte promissus. Caeterum quoniam[b] multae literae ad M. Schorichium transmitti putantur ex aula Monacensi[5], quales etiam hic Contionator forte

a) *Hoc v. a Can. supra versum scriptum est.* b) *Sequitur* aud, *a C. oblitteratum.*

[1] De rebus a Canisio Monachii gestis vide infra mon. monac. (3).

[2] Cf. supra p. 289—291 302.

[3] Autumnalis haec „studiorum renovatio" sub ipsum hoc tempus facienda erat; vide *Can.* II 443[2].

[4] Ernesto: vide supra p. 262—264.

[5] P. Georgius Schorichius S. J. contiones habuerat et apud ducem et in monacensi Eremitarum S. Augustini ecclesia, qua etiam Socii utebantur. Mense autem Iunio 1566 eum P. Natalis visitator, ducis venia haud sine difficultate impetrata, Romam miserat, ut theologiae studeret et in pietate proficeret (Epp. *Nadal* III 156—157 et supra p. 277 284).

reddet secreto, non possumus non rogare P. V. vt hac in parte tum P. Schorichio, tum prouintiae et societati nostrae pro sua consulat prudentia. Nam allatae sunt huc literae prolixae, ab eodem Patre ad matrem Principis missae[1], quas nostri perlegerunt. Jn his repetit promissionem suam, quod soli huic Principi contionari habeat, et commemorat de statu Principum Ferrariensis et Florentini . quae ualde odiosa sunt, et non sine magno periculo scribuntur a nostris[2]. Praeterea sugillat nostros etiam, uelut sit extrusus loco suo Monaci, multisque rebus et curis ad se nihil pertinentibus immiscet sese, vt etiam hoc loco facere solebat. Haec scribendi confidentia non aedificat seculares, et offendit nostros, et confirmat quarundam personarum[a] de nostris falsam persuasionem, tum alit grauiores quasdam in animis tentationes, vti veremur. Quare iuuari cupimus bonum Patrem, vt de honore suo tuendo, et de retinenda magnatum erga se beneuolentia minus esse sollicitus uelit. Scimus mirum esse illius ingenium et singularem astutiam in se excusando et re dissimulanda. Judicabit autem rectius P. T. et efficiet spero, vt aut nunquam, aut sobrie et sincere scribat ad magnates et seculares, obseruata nimirum regula nostri instituti[3].

Veniet Romam Doctor Felicianus a Reuerendissimo Archiepiscopo Salisburgensi missus Theologus, qui in synodo Tridentina fuit[4]. Hunc .P. T. commonere libere posset, vt abstineat ab eo scribendi genere, quo aliquoties usus est ad P. Martinum, missis ad illum secreto literis, quibus pelliciebat eum ad contionandi munus Salisburgae obeundum: Archiepiscopum promisisse, vt nihil desideraret sed haberet quae uellet, etiamsi inuitis Patribus Societatis accederet[b]. ⌊si⌉c enim literas intelligimus, et si hoc expresse non adiungatur. Sunt plures, qui similia illectamenta bono, nec satis tamen confirmato in vocatione Patri

a) *Hoc v. a C. supra vers. scriptum est.* b) *Decem vv. sqq. a Can. in margine addita sunt.*

[1] Iacobam Badensem, Guilielmi IV. Bavariae ducis viduam.

[2] Florentiae P. Guilielmus Elderen S. J. a sacris confessionibus erat Ioannae, filiae Ferdinandi I. imperatoris uxorique Francisci ducis Tusciae, et Ferrariae Barbara, eiusdem imperatoris filia Alphonsique ducis ferrariensis uxor, confessarium habebat P. Laurentium Hermanutium S. J. (vide supra p. 118). Anna quoque, Alberti V. coniux, ex Ferdinandi filiabus erat. Per Florentiam autem transire Schorichius iussus erat ab ipso P. Natale (Epp. *Nadal* III 157); ubi Ioanna quidem morum disciplinaeque severitate florebat; aulici vero, et ipsemet Franciscus dux, levius vivebant (*Lossen* l. c. I 339. *Alfr. von Reumont,* Geschichte Toscana's seit dem Ende des florentinischen Freistaates I, Gotha 1876, 245 313).

[3] „Ut plenius possit Societas rebus spiritualibus iuxta suum Institutum vacare, quoad eius fieri poterit, a negotiis saecularibus abstineat. . . . Eis aedificationi esse quibuscum agitur, curent“: *S. Ignatius,* Constitutiones S. J. P. 6, c. 3, n. 7; P. 7, c. 4, n. 2.

[4] Die 8. Maii 1562 Tridentum advenerunt Hercules Röttinger episcopus lavantinus et P. Felicianus Ninguarda O. Pr., a Ioanne Iacobo Khuen de Belasy archiepiscopo salisburgensi procuratores et oratores ad concilium missi; v. *Can.* III 468[2].

Martino[1] subinde proponant, augentque tentationes illius, quas pergraues his annis experimur, ut opus non sit eundem ad defectionem[a] sollicitare. Dominus nostros custodiat a consilijs aulicorum, qui Monaci etiam insidiantur. Non possumus huic Patri non metuere uehementer, tantoque magis, quod auditorum applausum maiorem habeat, quam unquam antea, concurrentibus ad eius contiones aliquot millibus[2]. Jnterim secreto illi dantur nummi a Dominis[3], et admonetur, quot uelit accipiat in priuatos usus. Rector[4] intellexit haec consilia, et rogat, quid facto sit opus. Saepe audire cogitur, Non possum, non uolo manere[5]. Cupit ad mensas et amicos ire, et se recreare poculis. Ni multum indulgeamus, peiorem fore sumus experti. Augustae nimium sibi permisit, et hanc uiuendi licentiam sumpsit[6]. Retinemus illum quamdiu possumus, et aegre quidem retinemus aduersus illa quae diximus, illectamenta et promissa secularium. Apud P. Natalem se inconstanter gessit, ut modo diffidentis et desperabundi, modo meliora pollicentis personam ageret[7]. Nullum habemus in aula, cui possimus in hoc negotio fidere, ut amputemus occasiones et abrumpamus laqueos, qui homini nunc ad luxum assueto saepe obijciuntur. Oramus P. V. vt suas nobis preces applicet ad tentationes Sathanae amoliendas ab hoc fratre.

M. Hermes Augustae contionatur[8], et offendit domesticos omnes, quibus intollerabilis etiam videtur, si ita pergat licenter contendere et insolescere. Adest illi bonus et sincerus P. Vendelinus[9], qui aperte testatur, se cum illo diutius manere non posse. Jtaque Augustana Cathedra, quae firmum in spiritu Concionatorem postulat, non solum P. Martinum, sed etiam P. Hermetem reddidit deteriorem, et ad elation[em] studiumque ventris propensiorem. Multis ego rationibus cum M. Herme[te] frequenter egi, sicut et P. Visitator[10]: sed opus esse puto mutatione, si M. Hermeti et alijs, qui Augustae morantur, consultum esse uelimus. Jgitu[r] cum P. Natale coram tractabo de illo in collegium aliquod reducendo, ubi propius ad spiritum nostrae vocationis accedat, et de P. Gregorio[11] Augustae collocando Contionatore.

a) *Sequitur* imbecillem *vel simile v., a C. oblitt.*

---

[1] Stevordiano S. J.; cf. *Can.* IV 525[6].

[2] Ducis iussu Monachii in ecclesia collegiali Beatae Mariae Virginis (quod nunc templum est metropolitanum) contionabatur: vide supra p. 290[2].

[3] Ab officialibus ducis. [4] P. Dominicus Menginus.

[5] In Societate; vide supra p. 193 290.

[6] Ibi a. 1565/6 per 9 fere menses contionator ecclesiae cathedralis fuerat.

[7] *Natalis,* cum m. Iunio 1566 per duas hebdomadas collegium monacense „visitaret“ (Epp. *Nadal* III 153 164 182), P. Dominicum Menginum collegii rectorem monuit: „P. Martini perfectio et obedientia curetur a P. Dominico: tractet illum familiarissime: ille est pollicitus se omnes regulas obseruaturum. . . . Singularem habeat curam P. Martini, quem benigne consolabitur et in vocatione adiuvabit“ (Epp. *Nadal* IV 234—235 236).

[8] P. Hermes Halbpaur ab exeunte m. Aprili a. 1566 in ecclesia cathedrali contionabatur. [9] Völck. [10] Natalis. [11] Roseffio.

Dominus Germanis nostris adesse dignetur, vt de se ipsis[a] humilius sentiant et in vera simplicitate consistan[t,] cum se vident aliquid in contionando valere.

Doctor Paulus auxit P. Schorichij auditorium, et magnam in hoc munere laudem obtinet[1]. Dominus suam nobis gratiam augeat, vt alijs simul et nobis ipsis prodesse possimus per sacrificia et preces P. V. ac totius societatis. Monaci 28 Septemb. 1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo patri, P. Francisco Borgiae Praeposito generali Societatis JESV. Romae.

Borgias Canisio respondit 26. Octobris 1566.

1360. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Monachio 2. Octobris 1566.

Ex autographo (2°: 1⅓ pp.; in p. 4 inscriptio et pars sigilli). Cod. colon. „Epp. ad Kess. I" f. 181 (179) et sq. non sign. Complures epistulae partes ex eodem autographo vulgavit *Hansen* l. c. 534.

P. Natalis. Iconoclastae in Belgio. Spes de Philippi II. adventu concepta. Coloniensis reipublicae pietas. Cardinalis Truchsess Gebhardum nepotem Coloniae inter canonicos commoraturum Sociorum curae commendat. Aes alienum. Soror vidua eiusque filius. Leichii „schola pestilens". Mortui. Confessio Augustiniana. Tempus non debet perdi calumniis refutandis. Exercitus caesareus in Hungaria. Cantiones germanicae.

Pax Christi Reuerende pater.

Quas ad me Augusto mense dedistis, his diebus accepi, dum in collegio nostro Monacensi uersor, ubi P. Visitatoris[2] ex Austria reditum in diem expecto. Speramus Colonienses pro sua ueteri et constanti pietate facturos, ut nihil detrimenti accipiant a foedissimo exemplo Iconoclastarum, qui in templis Belgicis furiose grassantur[3]. Et ex his quidem malis magnum et publicum commodum consecuturum multi arbitrantur, cum Rex catholicus has turbas nonnihil composuerit coram[4]. Annuas uestras[5] nondum accepimus, et nostras quidem breui habebitis. Confirmet clementissimus Deus, quod in messe uestra copiosa bene coepistis : augeatque uobis gratiam apud Colonienses, de quorum zelo in tuenda religione, non possumus nobis et ecclesiae non gratulari.

Reuerendissimus Cardinalis breui mittet suum nepotem, qui inter canonicos templi primarij commoretur[6]. Petit autem maiorem in

a) *Ita correxi ex* ipso, *quod Can. vitio calami posuit.*

---

[1] P. Paulus Hoffaeus Monachii in templo augustiniano contionabatur.

[2] Hieronymi Natalis. [3] Vide supra p. 318—319.

[4] Id etiam cardinalis Granvella atque ipse Pius V. Philippo II. commendabant: at is maluit domi manere et per ducem Albae Belgis caedem et horrorem inferre.

[5] Litteras annuas collegii coloniensis; vide supra p. 289³.

[6] Gebhardus Truchsess, a. 1547 ex Guilielmo „iuniore" libero barone a Waldburg cardinalisque Ottonis fratre ac Ioanna comitissa a Fürstenberg ortus, a. 1561 metropolitanae ecclesiae coloniensis canonicatum nactus erat (*Ennen* l. c. V 7);

modum, ut eidem consilium praebere, et adesse uelitis : ut rectius gerat sese, quam solent id genus alij. Deinde postulat, ad se uel ad nostros a uobis perscribi, quae in illo ipso nepote poterunt desiderari, aut reprehendi. Qua in re Doctorem Henricum rogo, ut et Cardinalis piae expectationi, et Domini Gebhardi profectui faciat satis pro sua diligentia et charitate[1].

Ago gratias quod operam uestram in admonendo Doctore Costero[2] pollicemini, ut M. Praxilis nos magnis debitis, quibus iniuste grauamur, liberet tandem[3]. Et ualde rogamus, ut hoc cordi sit uobis[a] negotium.

Scitis uiduam nunc esse meam sororem[4], quae utinam consolatione quoque uestra, et praesertim Doctoris Henrici in grauissimo moerore, frueretur aliquando[5]. Cupit filium[6] in Gallias mitti : vestrum exquiro consilium, quo in loco illum rectius collocari posse putetis. Manet adhuc Louanij, ut arbitror. Doleo uidentibus omnibus extingui non posse flammam, quam semel in hanc Remp. intulit Loechius cum sua schola pestilenti[7]. Sic scilicet ignem in sinu[8] fouemus. Obijt apud nos M. Stephanus Liberius, et Bartholomaeus[9], proximis mensibus. Pro illis dominum precemur quaeso, sicut et pro defunctis amicis Neomagij[b] . . . Commendamus nos et prouinciam nostram

a) *In autogr. sequitur alterum* hoc. b) *Hic a C. in margine verbum additum est, quod legi non potest.*

---

anno 1562 etiam cathedralis ecclesiae augustanae canonicus factus est (*Corbin. Khamm* O. S. B., Hierarchia Augustana, P. I., Augustae 1709, 623).

[1] P. Henricus Dionysius a. 1564—1565 Dilingae rector universitatis et collegii erat; unde facile fieri poterat, ut Gebhardum ipse nosceret. Ceterum Canisius, cum haec scriberet, nondum cognoverat, Dionysium aliquot hebdomadis ante Colonia Mosaetraiectum (Maastricht) transmigrasse ad religionem catholicam adversus Calvinianorum impetum defendendam (*Hansen* l. c. 534—535. *A. F. Haakman* S. J., Levensschets van Henricus Dionysius, S. J., Apostel van Maastricht, Maastricht 1871, 12—13).

[2] P. Francisco Costero, praeposito provinciali Germaniae inferioris.

[3] De his vide supra p. 77. Georgius Peraxylus (Eyndhouts), cum ex Societate dimissus esset, uxorem duxit Cuneram van Fleru (*L. van Miert* S. J. in „Studien" LXVI, Utrecht 1906, 281[1]).

[4] Wendelinam, Godefrido vom Triest, senatori noviomago, matrimonio iunctam; vide supra p. 184—185.

[5] P. Henricus Dionysius noviomagus et Canisiis etiam genere propinquus erat; cf. Can. III 815.

[6] In „*Fastis et Ephemeridibus Gymnasij noui Trium Coronarum Societatis Iesu Coloniae" (1556—1590 1622) magnam partem ab ipso P. *Ioanne Rethio* S. J. gymnasii „regente" conscriptis inter discipulos, qui 26. Aprilis 1563 ex schola grammatices ad poësim ascenderunt, „Jacobus Tryst" comparet (Cod. „Fasti" etc. f. 134[a]. Coloniae in archivo historico urbis). De eodem vide infra mon. germ. l. (19).

[7] M. Jacobus Leichius, Coloniae a. 1556 ob lutheranismum ex gymnasio trium coronarum, cuius „regens" fuerat, migrare iussus, scholam privatam instituerat; quam etiam cum reipublicae senatus eiusmodi scholas proscripsisset et ipsum urbe exire iussisset, retinere et sustentare conabatur (*Reiffenberg* l. c. I 51—54. *Hansen* l. c. 514[2] 529[3]). [8] Prv 6, 27. [9] Melitus; vide supra p. 297.

omnem, Sacrificijs et precibus R. Tuae ac totius collegij, quod Christus numero et uirtute semper augeat.

Nunc Dillingae confessionem Augustinianam edimus[1], sed quae ante mercatum Francfordiensem[2] in lucem non prodibit. Aduersarij blaterent ac nugentur contra nos, quantum uolent. Nolumus in refutandis illorum calumnijs bonas horas perdere male: Solidiorem fructum in melioribus studijs ponemus. Saluto Doctorem Henricum D. Rhetium M. Buserum[3], ac reliquos fratres omnes in domino mihi charissimos, quorum precibus Domino uelim semper esse commendatus. Nec obliuiscamur in precando exercitus Caesarij, qui se hactenus praeclare gessit in hostilibus Turcarum conatibus depellendis. Dominus nobiscum. Monaci postridie Calendarum Octobris 1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

De cantionibus Germanicis probo sententiam D. Rhetij, et urgeo causam piam, et Ecclesiae salutarem[4].

Reuerendo in Christo patri .p. Leonardo Kessel, eorum qui sunt societatis IESV praeposito. Coloniae in Bursa noua coronarum.

Inscriptioni huic manu alicuius Socii coloniensis (Kesselii?) ascriptum est: „D. Costero, sed remittet Coloniam." De P. Francisco Costero vide supra p. 326 [2] [3]. Ex hac et superioribus epistulis facile patet, quam non recte scripserit *Io. Dorigny* S. J.: „La Diéte étant . . . terminée, Natal qui avoit ordre du Pere General, de faire la visite des Maisons que sa Compagnie avoit en Allemagne, pria Canisius de l'y accompagner . . .: il le fit . . . Au bout de quatre ou cinq mois, Natal aïant pris le chemin de l'Autriche, renvoïa Canisius dans sa Province" (La Vie du Reverend Pere Pierre Canisius, Paris 1707, 278—279). Dorignium secutus est *Python* (l. c. 236—237) et aliqua ratione etiam *Riess* (l. c. 358 359). Ac *Boero* de Natale narrat: „Invitó il Canisio ad accompagnarlo nella visita dei Collegi della sua provincia: e il sant' uomo . . . acconsentí di buon grado . . . Andarono amendue primieramente a Dilinga . . .: indi passarono ad Ingolstad, a Monaco e ad Inspruch . . . Ito poi il Natale alla visita dei Collegi dell' Austria, fu chiamato . . . il P. Canisio nella Svevia" etc. (Can. 306).

---

[1] Vide supra p. 216.

[2] Francofurti ad Moenum is futurus erat Quadragesima anni 1567.

[3] P. Petrum Busaeum (de quo *Hansen* l. c. 781—784).

[4] Canisius cantiones germanicas in ipsismet ecclesiis nonnunquam usurpari cupiebat atque hanc „causam piam" et a. 1561—1564 Augustae e cathedralis ecclesiae sacro suggestu, et, ut videtur, a. 1567 Dilingae in dioecesana synodo urgebat; vide *Can.* III 650—652; IV 889—891. Coloniae autem saeculis XVII. et XVIII. Sociis curantibus vel iuvantibus plurimi „Psalterioli", „Psälterlein" sive piarum cantionum tum latinarum, tum germanicarum libelli in lucem prodierunt; vide *Sommervogel*, Bibl. IV 298; IX 475. Fortasse igitur etiam in libellis cantionum germanicis, qui saeculo XVI. Coloniae editi sunt (*Wilh. Bäumker*, Das katholische deutsche Kirchenlied in seinen Singweisen I, Freiburg i. Br. 1886, 68—75) eorundem Sociorum opera intercessit. Vindobonae a. 1569 Socii diebus dominicis, cum catechismum explicarent, pueros orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum apostolicum germanice cantare iubebant (*Duhr*, Jes. I 455—456); et Leonardo Kessel *Canisius* Dilinga 18. Iunii 1569 scripsit: „Lubens videro catechismum in rithmos redactum, quem audio pueris ad cantandum proponi" (*Hansen* l. c. 569).

1361. CANISIUS **P. IOANNI DE POLANCO**, secretario S. J. et superintendenti collegii germanici. Monachio 2. Octobris 1566.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 1/3 p.; in p. 2 inscr. et reliquiae sigilli); quae exstant in „E. C. II" n. 177 (319); Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit.

Petrum Damianum et Andream Ierinum in collegium germanicum proficiscentes commendat. Ipse Oenipontem iturus est.

Jhesus. Pax christi Reuerende pater.

Honesti sunt et graues hi duo Magistri artium Germani, quos ad collegium mittimus Germanicum, ubi alijs Germanis ut spero erunt exemplo. Alter est M. Petrus Damianus, alter M. Ferynus[a], quos ambos charitati t. R. plurimum in Domino commendamus. Nunc plura non licet addere: Nam oenipontum proficiscor excepturus nostros ex Vrbe missos. Oret pro nobis t. R. et ueteri quidem amicitia nos in domino[b] complectatur oro. Monaci 6 nonas Octobris 1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† [Ad]modum Reuerendo in Christo Patri [P.] Ioanni Polanco Doctori [Th]eologo Societatis IESV. Romae.

Petrus Damianus „Macherentinus" (Macra Comitis, Grevenmacher, nunc magni ducatus luxemburgensis oppidum) postea licentiatus theologiae creatus est, in archidioecesi treverensi clero reformando utilem operam navavit, Limburgi (Limburg, nunc civitas episcopalis Borussiae) magna cum laude decanum ecclesiae collegialis et contionatorem egit; idem erga Societatem Iesu se valde beneficum praestitit (*Steinhuber* l. c. I² 77 172; II² 222. *Mart. Blum*, Das Collegium Germanikum zu Rom und dessen Zöglinge aus dem Luxemburger Lande, Luxemburg 1899, 4 67—68. *W. E. Schwarz*, Die Nuntiatur-Korrespondenz Kaspar Groppers, Paderborn 1898, 109 173).

S. *Franciscus Borgias* Roma 26. Octobris 1566 Canisio scripsit: „Hieri comparsero Mastro Pietro Damiano et Mastro Andrea Erino, et si sono amoreuolmente riceuuti nel collegio Germanico" (vide infra ep. n. 1370) Andreas Ierinus, Riedlingae (Riedlingen, Suebiae bavaricae vicus) a. 1541 natus, Dilingae litteris operam dederat et Lovanii apud Carolum et Christophorum Truchsessios, cardinalis Augustani nepotes, praeceptoris munus administraverat. Postea Dilingae parochus, Vratislaviae capituli cathedralis canonicus et praepositus seminariique rector, tandem 1585—1595 episcopus princeps vratislaviensis fuit; qui religionis catholicae in Silesia instaurandae studio ac diligentia summam sibi laudem comparavit; eam tamen postremis vitae annis nonnihil obscuravit (*Steinhuber* l. c. I² 78 288 325—327. *Joh. Soffner*, Geschichte der Reformation in Schlesien, Breslau 1887, 394—397. *Jos. Jungnitz*, Die Breslauer Germaniker, Breslau 1906, 8—20).

Cum ex Borgiae litteris constet, Damianum et Jerinum 25. Octobris 1566 Romae fuisse statimque in collegium germanicum receptos esse, nescio qua ratione in antiquo illo collegii germanici * *Catalogo* notatum sit, Damianum 22. Novembris 1566, Jerinum 19. Augusti 1567 in collegium esse admissos (*Blum* l. c. 67; Cod. rom. „All. coll. Germ." p. 20).

1362. P. CONRADUS SWAGERIUS S. J. CANISIO.
Alburgo (?) sub initium m. Octobris 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1366.

Canisius Oeniponte 14. Octobris 1566 ad S. Franciscum Borgiam Societatis praepositum generalem de P. Conrado Swagerio S. J., theologiae doctore (de quo

a) *Sic; sed scribendum fuerat:* Ierynus; *vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.* b) dno *archet.*

supra p. 319), scripsit: „Doctor Chunradus, de quo scripsi alias, literis ad me datis obtineri postulat sententiam P. T. vt sibi liceat bona venia non redire ad Societatem."

Epistula periit; de qua vide litteras, quas dixi, Canisii, et cf. supra p. 313.

1363. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 8. Octobris 1566.

Ex imagine photographica litterarum ipsius Canisii manu (excepta inscriptione) scriptarum (2°; 1 p.; in p. 4 inscr. et particulae sig.); quae exstant in Cod. „E. C. II" n. 178 (159). Aliquae litterarum particulae ex autographo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 251[3].

Adest P. Natalis. Advenerunt Socii Roma missi. Et ad collegia Germaniae superioris iuvanda et ad P. Natalis valetudinem conservandam confirmandamque conferet, ipsum novi anni initium exspectare ad iter rhenanum suscipiendum. In quam rem inclinare videtur etiam ipsius Natalis animus. Eius „Dialogi".

† Pax Christi nobiscum aeterna

Admodum Reuerende in Christo Pater.

Quoniam adest R. P. Visitator ex Austria modo reuersus[1], qui partim scripsit, partim scripturus est de praecipuis quibusque rebus prouintiae nostrae, omniumque collegiorum, nihil esse opus arbitror me admonitore. Accesserunt salui, uno, ni fallor, excepto, qui fuerunt ex Vrbe missi[2] . de his porro idem Pater statuet; cum Jngolstadium ac Dilingam inuiset, ut e re praesenti certius iudicet pro sua prudentia. Hoc vnum nunc uisum est indicare, optimum et sexagenarium hunc Patrem consultius forte esse facturum, si principium anni noui expectet in hac prouintia nostra. Nam et superiore anno didici[3], hybernicas profectiones robustis etiam ac sanis permolestas et dispendiosas esse. Deinde plus commodi[a] praesentia sua nostris adferret collegijs, quam reliquis Rhenensis prouintiae sic satis recte constitutis[4], fortasse quod paucis ab hinc annis Rectores saepe mutauerimus, et eos ferre coacti fuerimus, qui huic muneri parum satisfaciebant. Fatetur et P. Kymenez, saeuientem brumam P. Natali multum negotij exhibere, vt aliquando multis diebus decumbere debuerit, quod hyemis saeuitiem ferre non posset[5]. Quare cupiebam, vt[b] P. T. literis Dilingam datis quamprimum suam explicaret sententiam, velletne bonum Patrem post medium mensem Nouembris

a) *Duo vv. sqq. a Can. in margine addita sunt.* b) *Sequitur* hu *vel* hic, *a C. oblitteratum.*

[1] Natalis die 3., Canisius 4. Octobris Oenipontem advenerunt; vide infra mon. oen. (6).

[2] Undecim Socii (3 sacerdotes, 8 fratres) Roma missi salvi advenerunt Oenipontem sub exitum m. Septembris; Hieronymus Treverensis autem, missus et ipse ac provinciae rhenanae destinatus, ob infirmitatem Patavii remansit (Epp. *Nadal* III 225 238 269—270; et vide infra ep. n. 1367).

[3] In legatione pontificia per Franconiam, Hassiam, Westphaliam etc. administrata: vide supra p. 157 181.

[4] Moguntino, treverensi, coloniensi.

[5] P. Didacus Jimenez sive Ximenez (vide supra p. 187) Natalem autumno a. 1562 per Germaniam et autumno a. 1566 per Bohemiam et Austriam comitatus erat (Epp. *Nadal* II 104 122; III 222[2] 236[1]).

progredi, an potius hyemare nobiscum vno atque altero saltem mense, vt in sequentem annum[a] confirmatis uiribus ad reliquum iter paratior et expeditior foret. Interea turbae Belgicae[1] sapientur, ut speramus, et pestis Treuerica finem accipiet[2], ac scriptos quosdam dialogos suos qui ualde desiderantur, idem Pater absoluet[3], nostramque prouintiam commode simul administrabit. Sed ex voluntate ac responso P. T. pendemus. Ego hac de re liberius idcirco scribo, quod idem Pater in consultationem adduxerit, essetne commonendus a se hoc nomine P. praepositus Generalis. Putauit autem Romae huius rei curam habituros Patres, etiam se non commonefaciente[4]. Dominus in suam gloriam conatus nostros et res Germanicas male constitutas prosperare dignetur. Commendo me totum et prouintiam hanc omnem sacrificijs et precibus P. T. omniumque fratrum in Christo domino nostro. Oeniponti 8 Octob. 1566.

P. V. Jndignus in Christo seruus Petrus Canisius.

† Jhesus. Admodum Reuerendo in Christo Patri Nostro Francisco a Borgia Societatis Jesu Praeposito Generali etc. Romae.

Canisius, cum in his litteris Borgiae significaret, Natalis animum ad hiemandum in Germaniae superioris collegiis inclinare, eius consilia haud ita bene perspecta habebat; nam ipse *Natalis* Oeniponte 6. Octobris 1566 Borgiae scripserat: „Jo penso padre stare qua 8. o dieci giorni, dipoi partirmi co'l Padre Canisio, et passar' per Monachio Jngolstadio, et Augusta, et star'doi o tre giorni per loco, et manco si posso, et andar' à Dilinga di doue andarò prima a Herbipoli, di la a Spira, et di qui a Maguntia." Et Oeniponte 15. Octobris 1566 eidem scripsit: „Non fù Volonta mia, che il Padre Canisio scriuesse à la R. V. quello che harà uisto per le sue circa il ditenermi per questo Jnuerno in Germania, ne sua R. mi disse mai parola di questo se non dopoi d' hauerlo fatto et gia dato le lettere . questo dico uolontieri, accioche sappia V. R. che per parte mia non desidero, ne di stare ne di andare, ma solamente di fare quello, che per la santa obedientia mi sarà significato essere più seruitio di Dio et se le piace, ch' io le dica, doue sento maggiore inclinatione, in quanto à me, le confesso ingenuamente che è l' andare . perche adesso mi truouo assai[b] sano et forte" (ex epistulis archetypis, ab ipso Natale subscriptis, quae in Cod. „EN" n. 148 150 exstant; etiam in Epp. *Nadal* III 247 251—252).

Borgias Canisio respondit 26. Octobris 1566.

1364. CANISIUS **WENDELINAE VOM TRIEST** sorori, viduae Godefridi vom Triest consulis noviomagi. Oeniponte 8. Octobris 1566.

Ex apographo (2°; 2 pp.), in cuius pagina priore manu antiqua (alicuius, puto, ex collegii coloniensis Sociis) notatum est: „Winandus Weidenfelt Rector Coll. Embricensis misit 1657. ineunte Maio Coloniam, descriptam a P. Johanne Vestening"

a) annem *Can.* b) *Hoc v. ab ipso Natale additum est.*

[1] Vide supra p. 318—319.

[2] *Natalis* Borgiae scripsit Oeniponte 15. Octobris 1566: „Il Collegio di Treuiri, stà tuttauia dissipato per la peste, et li nostri sono molto afflitti" etc. (ex archetypo, quod est in „EN" n. 150; etiam in Epp. *Nadal* III 251).

[3] Natalis duos „Dialogos" latine composuit, quorum altero doctrinae protestantium refutantur, altero institutum Societatis explicatur et defenditur (Epp. *Nadal* I xxxv—xxxvii. *Can.* III 579).

[4] Vide tamen, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

(Vestenino?). Cod. colon. „Epp. ad Kess. I" f. 182. Epistulae mentionem fecit *Hansen* l. c. 534[3].

Ad binas litteras simul sibi allatas respondet. Sororem mariti et filiae morte afflictam consolatur. Tristes isti sunt casus; sed Deo ita placuit; illos ipse dedit, ipse abstulit. In vera fide et divina gratia vita cesserunt; sin autem diutius vixissent fortasse a novis sectis essent seducti. Deus rogandus est, ut eos, omnibus peccatorum paenis levatos, in caelum recipiat. Sorori expedit, non inire novum matrimonium, sed, spe in Christo collocata, sanctam agere viduitatem, singulis mensibus sacram eucharistiam sumere, pauperes diligenter iuvare, ex oratione subsidium et solacium quaerere. Iacobum Wendelinae filium Lovanii usque ad Pascha manere convenit; deinde videbitur, num is, Gallia pacata, illuc ire possit. Canisius, quomodo Iacobus in litterarum studiis proficiat, ex ipso accipere cupit. Pecuniam annuam a sorore promissam non admittit; sed collegii coloniensis Socios ex aere alieno laborantes ei commendat; quod his dabitur, ipsi, immo Christo dabitur. Clara quoque soror (Clarissarum abbatissa) iuvanda est; quae orando multum valet apud Deum. Sororibus reliquis, sororum maritis, fratribus Canisius misericordiam in pauperes et constantiam fidei catholicae commendat. De suo in patriam adventu nihil promittere potest.

† JESU CHRISTI Gnade vnd frid sey mit allen betrübten Hertzen vnd wölle sie am Leib vnd Seele trösten.

Zweyerleij Schreiben habe ich auff eine Zeit von Euch empfangen mein liebe vnd getrewe Schwester Wendel, vnd weiss nichts Besseres darauff zum ersten zu antworten den das ich mit Christe dem Herrn sage: Noli flere du solt nit weinen[1]. die Natur vnd Sinligheit muss sich darüber entsetzen vnd betrübt werden wie auch in Christo geschahe, wan das bittere Leyden von aussen oder von innen den Menschen vberfelt[2]. Es ist schwärlich vnd kläglich, wan der Man vnd die Tochter die Frawe vnd die Mutter absterben, vnd sie also lassen in allerleij Haussorg vnd zeitlicher Bekümmernuss[3], Sterben das macht einen das Hertz schwer kleinmütig vnd beangticht also das einer ettwan nit weiss was er thun oder lassen soll, vnd wie er sich selbst hab zu trösten vnd zu stercken.

Aber liebe vnd freundtliche Christliche Schwester, wer kan oder soll dem Willen Gottes des allmächtigen widerstreben?[4] Hat er vns alles gutes Man vnd Tochter geben vnd lange Zeit zu trost vnd wolfahrt vns beijwohnen lassen, vnd ist vns doch nichts schuldig, warumb mag er vns auch nit abnehmen vnd entziehen das

[1] Ita Christus ante portam civitatis Naim dixit viduae. cuius „defunctus efferebatur filius unicus": Lc 7, 11—13.

[2] Christus ante passionem „coepit contristari et moestus esse", „coepit pavere et taedere", „ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem" (Mt 26, 37 38. Mc 14, 33 34). Cf. etiam Mt 27, 46: Io 11, 33—35.

[3] Godefridus vom Triest maritus Wendelinae idemque consul noviomagus aliquot mensibus ante (sub m. Martium, ut videtur) vita cesserat; vide supra p. 185. Mortua erat etiam, id quod ex ipsis his Canisii litteris primum intellegitur, aliqua ex Wendelinae filiabus; cuius nomen non repperi. Libri mortuorum aut eo tempore Noviomagi non erant, aut postea perierunt.

[4] Rom 9, 19. Cf. Est 13, 9; Iob 9, 4 etc.

gegeben gutt vnd alle zeitliche gaben?[1] Er ist vnd muss sein allein der Herr vnd Regierer aller Ding, er weiss, wie vnd was seine Creaturen sollen haben diss oder das, wie lang oder kurtz, wie gut oder boss; er sol allein der Meister vnd Hausshalter sein, was er schaffet das ist gut vnd das beste, ob wir schon anders meinen vnd gedencken. Das blat felt nicht von dem baum[2], dan nach einem gewissen Göttlichen willen, ein haar verlieren wir nit vom haupt[3] dan so es ihm also wolgefelt. Darumb wären wir halb vngläubig wan wir daran zweifflen wolten, ob auch Gott eweren lieben Man vnd Tochter hat berufft auss diesem iamerthal[4]: hat es aber Gott gethan vnd ist sein Gnädiger will ietzunder ahn ihnen beijden erfüllet, warumb wolten vnd solten wir vnordentlich trauren, vnd einem solchen getrewen lieben almächtigen Vatter widersprechen? Nit das Vnsere, sonder das seine hat er gefordert vnd genommen. es wär solches gutt, wir soltens für gross achten das wirs so lang haben geniessen vnd gebrauchen mögen. eij so seij den des Herrn Namen gebenedeyt, er gibt er nimbt nach seinem freijen vnd Vetterlichen willen[5].

Vnd warumb willen wir vns selbst mit weinen vnd klagen also hart plagen vnd beschedigen? Selig die sterben in dem Herrn[6] zu dieser gefehrlicher zeit, dieweil die welt nie ist böser betriglicher vnd verführlicher gewesen. Ihr habt nit mehr zu sorgen des Mans vnd Tochter halben, in dem wahren Christlichen Glauben haben sie gelebt vnd ihren Geist Gott dem Schöpffer auffgeopffert[7]: Sie hetten mit der Zeit mögen von den newen Secten verführt vnd befleckt werden. Sie seind gestorben im stand der Gnaden vnd liebe Gottes, in einigkeit der Catholischen Seligmachenden kirchen, im Christlichen frieden mit Gott vnd ihrem Nechsten wie ich gentzlich hoffe. Ist ihnen da recht vnd woll geschehen, haben sie das böss die Sünde vnd stricke des Teuffels[8] des fleischs vnd der welt vberwunden[9], seind sie in dem Herrn gedültiglich geschieden, eij so haben wir vns desto weniger zu beklagen, ia so sollen wir desto danckbarer sein gegen Gott den almächtigen vnd nit zweifflen, es ist ihnen nutz gewesen, das Sie also beyde sein von vns gezogen in ihres wahres vnd ewiges Vatterland so wir alle begehren zu erben vnd zu besitzen nach Christi verheissung[10].

---

[1] Cf. Iob 1, 21. [2] Ps 1, 3. Ez 47, 12.

[3] Lc 21, 18. Act 27, 34. Cf. 1 Rg 14, 45; 3 Rg 1, 52; Mt 10, 30 etc.

[4] Cf. Ps 83, 7. [5] Iob 1, 21.

[6] Apc 14, 13. [7] Cf. 1 Petr 4, 19.

[8] 2 Tim 2, 26; cf. 1 Tim 3, 7; 6, 9.

[9] Cf. Ps 118, 110; 141, 4; Ir 18, 22; Io 16, 33; Rom 8, 13; 12, 21; Gal 5, 24; 1 Io 2, 13; 5, 4 5; Apc 15, 2 etc.

[10] Cf. Mt 5, 3—12; 25, 46; Io 3, 13—16; 5, 24 29; Hebr 13, 14; 1 Petr 1, 3—9 etc.

Habt ihr dan Gott lieb so werdet ihr Euch in Gott zu frieden stellen vnd mit gedult tragen das er nach seinem lieben vätterlichen willen hat geschickt vnd geordnet. Habt ihr aber eweren Man vnd Tochter lieb, so werdet ihr ihnen vergünnen das sie von dem sündigen leib vnd leben sein erlediget vnd als rechte Christen in das ewig leben eingetretten oder auff dem Weg der Seligkeit sich noch finden lassen[1]. Wir wöllen für ihre Seelen Gottes gnad begehren, das sie mit den lieben Heiligen den ewigen frid erlangen, vnd von aller pein der Sünden erledigt werden[2]. Demnach lasset für sie Gott betten das sie mit allen vnsren lieben freund vnd wolthäter vor Gottes angesicht frölich vnd selig erscheinen vnd auch für vns im Himmel bitten mögen.

Nun dieweil Gottes will vnd ordnung ist, liebste Schwester, das ihr sollet ein Widue sein, so bitte ich erstlich das ihr auss der Noth ein tugend machet, vnd diesen seligen stand mit gutem vnd Christlichen gemüth anfahet, vnd Gott den Herrn bittet, er wölle Euch in diesem stand bestendig erhalten. habt ihr Gott gedient in dem Jungfrawen stand, seit ihr so lang gewesen in dem Ehestand zu Gottes lob vnd ehre, so ist es ietzunder zeit auch in diesem seligen Standt mit den Heiligen wituen Judith[3], Anna[4], Elisabeth[5] die letzte zeit eweres leben zuuerzehren. Das Jhr euch wider sollet verheirathen, wolte ich nit rathen, sondern ich sage mit S. Paulo: Seliger ist die witfraw wan sie also in ihrem stand bleibet[6]. Liebste Schwester setzt ewer hertz vnd hoffnung auff Christum, der seij Ewer trost vnd freude in disem kurtzen betrübten ellendigen leben. Der wird Euch nimmer absterben, der kan Euch vnd ewere kinder[7] ernehren vnd behüten, der ist auch der beste haussvater vnd beschirmer in allen anligen. Seit nit so fast bekümmert in das zeitliche, das ihr euch verhindern lasset in dem geistlichen. Jetzunder möget ihr erstatten vnd bezahlen, das ihr ewer lebenlang habt versaumt an dem dienst Gottes. Schicket euch

[1] Significare videtur eos, si forte in caelum nondum intraverint, certe in purgatorio versari, ex quo suo tempore caelum ingressuri sint.

[2] Cf. 2 Mach 2, 46. [3] Cf. Idt 8, 1—8 etc. [4] Cf. Lc 2, 36 37.

[5] Non existimo, Elisabeth S. Ioannis Baptistae matrem (Lc 1, 4—25 39—80) a Canisio significari; nam Zachariam quidem maritum eius ab Herode eo fere tempore, quo pueri bethlehemitici trucidabantur (Mt 2, 16—18), occisum esse, Elisabetha et Ioanne ex Herodis insidiis evadentibus, fabula est antiqua, quae exstat in „*Protevangelio Iacobi*" c. 22—23 (*I. C. Thilo*, Codex apocryphus Novi Testamenti I. Lipsiae 1832, 262—268), in *S. Petri Alexandrini* „Epistola canonica", can. 13 (*Migne*, P. gr. XVIII 504) etc.; sed haec fortasse minus nota erant. Puto igitur, Canisium scripsisse vel de S. Elisabetha Lusitaniae regina (1271—1336), quae 11 annos sanctam egit viduitatem, vel, id quod mihi maxime probatur, de S. Elisabetha Thuringiae et Hassiae landgravia (1207—1231), quae per 4 annos vidua fuit.

[6] 1 Cor 7, 40.

[7] Wendelinae (praeter filiam a. 1566 mortuam) minimum duo erant liberi: Iacobus (de quo supra p. 326) et filia aliqua: de qua v. supra p. 184.

zu dem H. Sacrament alle Monat, suchet trost vnd freude in Gott vnd Göttlichen dingen, seit fleissig in den wercken der barmhertzigkeit gegen den lieben Armen, vnd habt ewere fürnembste zuflucht in dem leyden vnd anfechtungen zu dem H. Gebett, das macht vns frolich in der traurigkeit, bestendig in der kleinmütigkeit, gedültig in dem Creutz, vnd zu allem guten geneigt vnd bereit.

So uill aber Ewer Sohn Jacob belanget, ich rathe das ihr lasset ihn bleiben zu Löuen biss auff Ostern[1], dan es ietzund nit wol stehet in franckreich, vnd darenzwischen mögen wir sehen vnd hören, wie die zeit sich stellen wirdt zum frieden. Da es mögte bald etwas Vbels entstehen vnd vnsre anschläge verändern[2]. Ich verhoffe ihr werdet mir darauff weiter noch schreiben, ich warte auch auff eweres Sohnes brieffe, vnd wolte gern vernehmen, wie seine studia ein fortgang haben.

Ich dancke Euch liebe Schwester das ihr auss gutem freyen Hertzen vnd willen mir verheisset alle iahr so viele thaler[3]. In diesem aber sollet ihr gantz vngebunden vnd vngezwungen sein. Ich begere nichts anders dan das ihr lasset euch befohlen sein die Herrn vnd Brüder vnser Geselschafft zu Cölln, dieweil sie mit allerleij schulden beladen sein, was ihr denselbigen reichet vnd mittheilet, das ist so viel als ob ihrs mir hett gegeben; ia als ob ihrs Christo dem Herrn hett bewiesen[4]. Derselbig wird es auch im Himmel ewiglich belohnen, vnd ihr werdet darumb an gutt nit armer werden.

Vergesset auch nit vnsrer l. Schwester Clara zu Vamel den sie vermag viel beij Gott mit ihrem gebett vnd soll vns billig befohlen sein in diesen theuern schwären zeiten[5].

Ich bitt auch Jeliske, Elisabeth vnd Apken[a] [?] vnsre liebe Mitschwesteren sie wöllen gegen den armen barmhertzig vnd im Catholischen Glauben mit ihren lieben Männern meinen Schwagern bestendig sein. Dasselbig begehre ich auch von vnsren Brüdern Otto, Girard vnd Gisbet[b] [?], die wöllet mir alle grüssen in dem Herrn. Doctor Derrich vnser bruder ist noch gesund vnd lasset euch alle grüssen freundlich. Ich werde Ewer vnd Jacobi nit vergessen, allein lasset vns getrew sein Gott vnd der kirchen Gottes das wir nit weichen von dem wahren glauben vnserer frommen Elteren vnd wider Gott nit sündigen sonder ihm dienen vnd gehorchen so uill

a) *Sic apogr.;* Jaapke *[Jacobulam]?* Abke? Aafke? *Vide infra p. 335.* b) *Sic ap.; Canisium scripsisse puto:* Gisbert.

[1] Vide supra p. 326.

[2] In Belgio paulo ante Geusii ecclesias devastaverant et horrendos tumultus fecerant (v. supra p. 318—319); in Gallia autem Hugonotti sedicionem commovebant.

[3] Triginta; vide infra ep. n. 1365. [4] Cf. Mt 25, 40.

[5] Clara, una ex Canisii sororibus, abbatissa Clarissarum vameliensium erat. De Clara et de sororibus fratribusque, quos Canisius proximis verbis commemorat, plura sub ipsas has litteras dicentur.

moglich[1]. ich kan ietzunder nichts verheissen meines ankumbs halben. Gott wölle vns in dem ewigen Vatterland versamblen vnd vereinigen. Datum zu Augsburg ahm 8 Octobris 1566.

Ewer getrewer Bruder

Doctor Petrus Canisius.

Der ersamen frawen Wendel des Herrn von Triest Selig Bürgermeisters gelassener Haussfrawen meiner lieben vnd getrewen Schwester. In Nimmegen.

De sororibus fratribusque, quorum Canisius in his litteris mentionem facit, haec notari iuverit: Cliviae (Cleve) in tabulis ecclesiae collegialis et parochialis haec scripta sunt: Rerum ecclesiae curatoribus („Kirchmeister") 16. Martii 1581 datos esse 10 thaleros pro sepultura „Clarae Canis" abbatissae monasterii virginum Vameliae (Wamel) prope Tilam (Tiel, oppidum provinciae geldricae regni neerlandici) constituti (*Rob. Scholten,* Die Stadt Cleve. Beiträge zur Geschichte derselben, Cleve 1879, 440). P. *Joannes Jacobi Astensis* S. J. ad P. Everardum Mercurianum praepositum generalem Traiecto (Maastricht) 15. et 16. Augusti 1577 de itinere 6 fere hebdomadum, ex quo in collegium modo redierit, referens, * narrat: „Salutatis Nouiomagij paucis amicis Tilam excurri ad consolationem virginum Clarissarum et praecipue Abbatissae sororis vtriusque Canisij p. petri et p. Theodori . vtilissima fuit ista visitatio et vtrinque plena consolationis post vnam aut alteram ibi habitam exhortationem" (ex autographo, „Epp. Germ. 1574" f. 486—487). Cum haec Canisii soror ab aliis „Gerarda" vocetur, P. *L. van Miert* S. J. coniectat, Gerardam ex antiquiorum ordinum religiosorum more, cum ordini S. Clarae nomen daret, pro „Gerarda" vocari coepisse „Claram" (Canisiana VI, Amsterdam 1908, 9). Noviomagi autem hae degebant Canisii sorores: 1. Wendelina, de qua supra p. 184; 2. Aegidia (dialecto Germaniae inferioris „Gilliske", „Jeliske"), primum (ut ferunt) Rudolpho Valkenborgh, deinde (a. 1560, si non ante) Theodoro vel Theodorico van Riswick sive Rijswick († 1592), qui Noviomagi unus ex „scabinis" erat, matrimonio iuncta, a. 1598 mortua (*L. Ph. C. van den Bergh,* Het Nijmeegsche geslacht Kanis, in „Bijdragen voor de vaderlandsche geschiedenis", cur. *J. Nijhoff,* Arnhem 1866, 155 156*. *H. J. Allard* S. J., Pater Joannes Hasius S. J., in „Studien" D. XLI p. 160. Bijl.. *Can.* I 116[1]. *J. Kleijntjens* S. J., Canisiana, in „Limburg's Jaarboek" XIV, Sittard 1908, 192); 3. Elisabetha; quae (ut tradunt) a. 1549 Laurentio Owens sive Uwens, et, eo a. 1558 vel iam ante mortuo, a. 1560 vel paulo ante Joanni Verheijden sive Verheijen nupserat; quocum minimum usque ad a. 1572 vitam produxisse dicitur (*Van den Bergh* l. c. p. 156* et 170 [„Tafel van het geslacht Kanis"]; *Kleijntjens* l. c. 194); 4. Jacoba, quam sexto circiter post patris mortem mense natam esse et anno 1572 (ac fortasse iam a. 1565) Hermanno van Riswick (Rijswick) matrimonio iunctam fuisse ferunt (*Van den Bergh* l. c. *Can.* I 116[1]. *Kleijntjens* l. c. 196). Atque hoc certum est: Wendelina Petri Canisii soror et ex patre (Jacobo Kanis) et ex matre (Aegidia van Houweningen sive Hoveningh) erat; Gerarda autem et Elisabetha et Jacoba filiae erant Wendelinae van den Bergh sive Berch, quacum Jacobus secundum matrimonium inierat. Aegidiam vero alii ex Hoveninga, alii ex Berchia natam esse affirmant. Praeterea in tabulis genealogicis, quas sub a. 1600 a Iacobo Kanis, filio Ottonis Kanis (qui ex Beati Petri Canisii fratribus erat), compositae esse traduntur, hae comparent Iacobi Kanis et Wendelinae van den Berch filiae: Hildegardis (Hilleken), Gertrudis, Tresia (Tresbia?), Lucia; ibidem narratur, Gertrudem Cornelio van Udem nupsisse et filiam „Metgen" (Martham?) genuisse,

[1] Calvinistae m. Augusto a. 1566 Noviomagi a senatu urbis ecclesiam S. Ioannis extorserant; ex qua tamen m. Septembri a populo catholico eiecti sunt (*G. A. Meijer* O. Pr., Katholick Nijmegen I, Nijmegen 1904, 37—40).

reliquas vero nunquam viro nupsisse (*Kleijntjens* l. c. 195—196). Fratres autem Petro Canisio hi erant: P. Theodoricus (Derrich) S. J., Gerardus (Gerrit), Otto, Gisbertus; qui omnes Wendelinae van den Berch erant filii; de his plura dicentur infra mon. germ. l. (18).

1365. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Oeniponte 8. Octobris 1566.

Ex apographo, in Societatis collegio coloniensi eodem fere tempore scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 107^{b}.

De pecunia annua collegio a sorore danda et de gratia ei referenda.

— — Scribit ad me soror Vidua[1] se publico instrumento firmasse donationem, quod velit quotannis donec viuam numerare mihi 30^{a} daleros. Respondeo adiunctis literis agoque gratias[2]. Peto etiam quidquid in me collatum velit, collegio vestro Coloniensi applicet: hoc non solum in me sed in Christum ipsum collatum videri. Quare non erit abs re vt si quando se offeret occasio, vestrum quoque in gratificando studium illa cognoscat *etc.* — —

Apographo eadem manu haec inscripta sunt: „Ex literis P. Canisij 8 Octobris Oeniponti scriptis". Litteras ad Kesselium datas esse cognoscitur ex ipsis rebus quae in iis tractantur.

Dubitari vix potest, quin Canisius de sororis „donatione" in collegium coloniense conferenda consuluerit P. Natalem Oeniponte secum versantem, qui in Germania praepositi generalis vices agebat omnibusque ipsius facultatibus instructus erat (Epp. *Nadal* III 1—2). Fortasse hac ipsa ex causa non d. 2. Octobris (vide supra p. 327), sed 8. Kesselio de hac re scripsit, quod primum cum Natale eam tractare volebat. Postea (a. 1682) in Societate universa constitutum est, ut „pensiones huiusmodi, quoad eius fieri posset, certo alicui Societatis domicilio applicarentur" (Congr. XII, decr. 37, n. 2; *Institutum* S. J. II 398).

Nescio an ex his et ex superioribus (supra p. 334) Canisii litteris corrigenda sint, quae *Raderus* (Can. 222—223) scribit: Ineunte a. 1544 Noviomagi, cum Iacobus Canisii pater vita cessisset, Canisium a Wendelina sorore monitum esse, ut saltem aliquid paternae hereditatis in usus necessarios et casus ultimos sibi reconderet; „addiditque" soror „de suo se illi quotannis triginta aureos adiecturam. Grata fuit Canisio pietas sororis, sed reiectis omnibus respondit: nihil sibi his opus esse; sua se ei credidisse, qui possideret omnia, et qui centuplo compensaret in praesenti, et deinceps vitam praestaret sempiternam" etc.

1366. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 14. Octobris 1566.

Ex imagine photographica litterarum (2°; 2 pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.) autographarum (inscriptio manu P. Ioannis Dyrsii S. J. posita est), quae exstant in „E. C. II" n. 179 (161). Litteris usus est *Kröss* l. c. 177.

Commendat iuvenes Societatis ex Germania superiore et Austria Romam euntes, ac nominatim Vitum Liner, qui magister noviciorum futurus est. Nummi et equi iis dati. Debita Romae solvenda. Novus rector oenipontanus; archiducissarum confessiones. P. Swagerius ex Societate dimittendus est.

---

[1] Wendelina, vidua Godefridi vom Triest, consulis noviomagi, aliquot mensibus ante mortui; v. supra p. 184—185.

[2] Has Canisii litteras v. supra p. 331—335.

† Pax Christi nobiscum aeterna.

Reuerende admodum in Christo Pater.

Visum est P. N. Visitatori, e prouintia nostra quinque, et selectos quidem illos tyrones, in Vrbem uelut ad spiritualem academiam, mittere. His adiuncti sunt alij tres ex Austriaca prouintia. De omnibus idem Pater suam scribet sententiam. Ego Vitum [1] Brixinensem, qui ducem agit omnium, non possum non commendare. Jnuiti propemodum illius fratris caremus praesentia, quod apud nouitios et fratres alios singulari tum pietate, tum prudentia multum ualeret. Speramus autem Deo fauente meliorem adhuc esse futurum, et suo ad nos tempore rediturum, cum Romae didicerit, quae ad alios praesertim nouitios, rite[a] instituendos pertinent. Judicabit P. T. de singulis, et sicuti confidimus, offendet in his Germanis germanam simplicitatem atque sinceritatem. Putabamus illos ad Cursum philosophiae post tempus nouitiatus exactum isthic[b] admittendos non esse nisi apud nos primum rectius essent in humanioribus literis instituti. Verum sapientes monere necesse non est.

Quod ad sumptus attinet, dati sunt illis 150 ducati et amplius in viaticum [2]. Adferunt etiam equos tres . numeraturi, quaecumque ipsis pecunia post aduentum in Vrbem reliqua fuerit. Rogamus, vt hinc exoluatur pars debitorum, quae Romanis Patribus debentur a prouintia nostra, praesertim ob missos nuper Patres et fratres [3]. Nam graues hi sumptus uidentur nostris Rectoribus, dum vno atque altero mense tam multi mittuntur atque remittuntur. Multa etiam insumsimus in D. Thomam [4] et M. Jacobum Valentianum, cum eos Lutetiam ante paucos menses ut iussum erat, mitteremus. De his libentes stabimus iuditio P. T. et scribemus Dilingae diligentius, quae ad rationes omnes pertinent, ut de sumptibus nulla sit controuersia. Pretium equorum trium, quum isthic vendentur, posset[c] fortasse nostrae et Austriacae prouintiae applicari. Sed nolumus de temporalibus anxij esse.

Rectius habere coepit hoc collegium mutato Rectore[d] [5]. Oramus, ne[e] P. Lanoium facile dimoueri sentiamus, cum illius praesentia tum

a) *A Can. correctum ex* ritu. b) *Hoc v. a Can. supra versum scriptum est.* c) *In autogr. corr. ex* possent. d) *Sequitur* quem, *a Can. oblitteratum.* e) *Duo vv. sqq. a C. in margine addita sunt.*

[1] Liner; de hoc et de reliquis qui cum eo missi sunt vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] *Natalis* Borgiae, Oeniponte 14. Octobris 1566: „Del viatico scriue il P. Canisio per la sua, come io le ho detto" (Epp. *Nadal* III 250).

[3] V. supra p. 259 306 307. [4] P. Thomam Darbishirum; v. supra p. 275 288.

[5] Natalis pro P. Ioanne Dyrsio collegii rectorem constituit P. Nicolaum Lanoium; quem etiam Magdalenae. Margaritae, Helenae archiducissis dare volebat confessarium; sed instantibus Simone Botsch aulae praefecto, Sebastiano Zott regiminis consiliario, Christophoro Klöckhler eiusdem cancellario concessit, ut — id quod illae ipsae petierant — P. Dyrsius Magdalenae, P. Paulus Hetzcovaeus reliquis duabus a sacris confessionibus essent: vide Epp. *Nadal* III 270—271 276.

ob nostros ad veram disciplinam reuocandos, tum ob Reginas istas prudentius a nostris gubernandas hic multum momenti habeat ac authoritatis.

Doctor Chunradus[1], de quo scripsi alias, literis ad me datis obtineri[a] postulat sententiam P. T. vt sibi liceat bona venia non redire ad Societatem, cui se toties uotis Deo factis obstrinxit[2]. P. Natalis absoluendum negat. nec meretur sane il[le] hanc gratiam. Hoc solum petitur, iudicetne P. T. cum illo qui alioquin esset apud nos intolerabilis[b], mitius agendum esse, cum petat hanc gratiam in medio generationis prauae[3] cumque Princeps Bauariae[4] illum ad maiora promoturus breui uideatur. Nunc si quid grauius designet, Jesuita fecisse uulgo dicetur. Precamur illi et apostatis[5] omnibus mentem meliorem, nosque commendamus P. T. sacrificijs et precibus in Christo JESV Domino nostro, qui gratia nos sua dignetur semper augere. Oeniponti 14 Octobris 1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri d. Francisco de Borgia, Praeposito generalj Societatis IESV. Romae.

Has litteras, ut ex Borgiae epistula 9. Novembris 1566 ad Canisium data (infra n. 1372) cognoscitur, Romam secum attulerunt 8 Societatis iuvenes a P. Natale visitatore Romam missi; e quibus hi tres provinciae austriacae erant: Paulus Neukirch silesius et Ioannes Rukius saxo novicii; hic Vindobonae, ille Trebonae in Societatem erat admissus; tertius erat Fr. Nicolaus Salius, qui Pragae cursum philosophiae audierat, rhetoricam docuerat, bohemice contionatus erat (* *Catalogi* collegii Romani a. 1568 scripti, in Cod. „Cat. Rom. Tusc. 1559—72“ f. 63[a] 66[a]. Epp. *Nadal* III 248—249 272). Ex provincia Germaniae superioris praeter Fr. Vitum Brixinensem venerunt 4 novicii; *Natalis* Oeniponte 14. Octobris 1566 Borgiae scripsit, eos vocari Ludovicum, Matthaeum, Hieronymum, Ferdinandum atque in Societatem receptos esse Monachii proximis mensibus, incipiendo a m. Iunio (l. c. 248 249). Ludovico nomen gentilicium fuisse videtur „Haberstock“ (* *Catalogus* collegii monacensis exeunte a. 1566 scriptus. „GSC 66“ f. 409[a]—412[a]); a Natale „Bavarus“ appellatur (l. c. 436); ex Alberti V. Bavariae ducis cantoribus erat; Monachii voluntatem nominis Societati dandi habuerat infirmam; Romae ineunte a. 1567 ab ea discessit, nummis aliquot, ut Romae locum aliquem sibi comparare posset, donatus; affirmabat enim Canisium id sibi promisisse; id quod Natalis ignorabat (Epp. *Nadal* III 363—364 375). „Matthaeus“ ille erat, puto, Matthaeus (alias: Mathias) Sayn (Sain) sive Zein athesinus (artesinus); qui Romae 1. Ianuarii 1567 Societatis vota nuncupavit, in collegio oenipontano a. 1568 „scholasticus et credentiarius“ fuit, in collegio ingolstadiensi a. 1574 et 1575 versatus est, ibidem a. 1575 vita cessit et „in veteri Collegio in sacello Sanctae Catharinae sepultus“ est (* *Catalogus* monacensis, quem modo dixi; * *Catalogus* oenipontanus de a. 1568, in „GSC 66“ f. 359; * *Liber* professionum ingolstadiensis [vide supra p. 51[5]] f. 27; * *Catalogus*

a) *Hoc v. a C. in marg. additum est.* b) *In aut. corr. ex* intollerabilis.

[1] P. Conradus Swagerius; vide supra p. 319—320.

[2] Canisius renovationem votorum religiosorum significat, quam in Societate, qui nondum ad professionem vel vota coadiutorum formatorum admissi sunt, bis singulis annis facere debent; vide *Can.* IV 710[1].

[3] Dt 32, 5. Ps 77, 8. Act 2, 40.

[4] Albertus V. dux. [5] Cf. supra p. 313.

Sociorum Ingolstadii mortuorum, a. 1691 ibidem a P. *Georgio Biegeisen* S. J. conscriptus [Cod. 299 bibliothecae universitatis monacensis] p. 7—8). Hieronymus sive Marcus Hieronymus „Thatius" sive Tatius frisingensis a. 1566 vel 1567 Roma Monachium remissus est (* *Catalogus* monacensis, quem dixi; * Catalogus monacensis, m. Octobri 1567 a P. *Dominico Mengino* collegii rectore scriptus „GSC 66" f. 385); Societatis vota primum nuncupavit Dilingae a. 1567; a. 1573 fuit in collegio ingolstadiensi; vel eodem anno vel postea ex Societate dimissus est (* *Liber* profess. ingolstad. f. 25[a]). Ferdinandus „Alber" oenipontanus Romae in domo professa Societatis primum eiusdem vota (1. Ianuarii 1567, puto) emisit (* *Catalogus* monacensis exeunte a. 1566 scriptus, l. c.; * *Liber* profess. ingolstadiensis f. 23[a]); postea († 1617) provinciarum austriacae et Germaniae superioris provincialis, provinciae rhenanae visitator, Claudii Aquavivae praepositi generalis „assistens", totius Societatis vicarius generalis fuit (*Iul. Cordara* S. J., Historiae Societatis Iesu Pars sexta, Tom. 1, Romae 1750, l. 2, n. 36. *Duhr*, Jes. I 93[1] 94[3] 188[1]).

Horum igitur noviciorum in peregrinatione romana ducem egit „Vitus Brixinensis"; de quo in *Catalogo* monacensi 1. Ian. 1565 scripto notatum est: Vitum „Liner" Brixina (Brixen, in Tiroli) ortum et 19 annos natum esse, 12. Martii 1563 in Societatem intrasse, 30. Novembris 1563 eiusdem vota nuncupasse; „regit classem minorem Grammaticae" („GSC 66" f. 376[b]). *Natalis* 14. Octobris 1566 Borgiae de eo scripsit: „Ha aiutato assai al mastro de nouitij in Monachio per lo gouerno delli nouitij, non solo dopoi ch' è uscito di nouitiato, ma etiandio essendo nouitio. . . . Si manda per intento che, alcun tempo sentendo alcuna lettione d' humanità et altra de' casi di conscientia, si applichi ad essere instrutto delle cose del gouerno de nouitij" (Epp. *Nadal* III 249). De rebus postea ab eo gestis hoc tantum dico: In antiquo *„*Libro* professionum" collegii ingolstadiensis, quem dixi, de eo notatum est (f. 10[b]) manu antiqua: „dimissus ad ordinem S. Benedicti in Nideraltteic" (Niederaltaich, in Bavaria inferiore).

Borgias Canisio respondit 9. Novembris 1566.

1367. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 15. Octobris 1566.

Ex apographo (A) eiusd. temp. (in margine, eadem manu: „Augusta P. Canisio"), quod exstat in Cod. „Germ. 65" f. 186[b]—187[a]. Epistulae archetypae particulam („Concesse anche" usque ad „heresia" incl.) Canisius sua manu transcripsit (B) in Cod. „Can. X Sa" (Can. 42) f. 104[a]. Litterarum particula latine versa exstat in Cod. monac. „Resp." f. 117[a].

De P. Swagerio votis religiosis solvendo et de oratione a Sociis facienda P. Natalis constituet. Pontifex, de Canisii dubitationibus per cardinalem Gambaram certior effectus, respondit: Sociis potestatem esse eorum, qui vel in librorum prohibitorum lectionem vel in pravam cum haereticis conversationem recidissent, absolvendorum; de iis vero, qui in haeresim recidissent, Romam esse referendum. Quae si Canisius ad Germaniam iuvandam sufficere non existimabit, Socios romanos monebit; qui denuo operam suam praestabunt. Respondit praeterea pontifex: Socios germanos diem S. Dominici sive 4. sive 7. Augusti, ut ipsis liberet, agere posse; de baptismo Calvinianorum repetendo denuo consultari oportere; Sociis in terris septentrionalibus versantibus facultatem concedi sacerdotum, qui sine auctoritate homines ab haeresi absolvissent, absolvendorum. In thesibus de ieiunio a P. Pisano Ingolstadii propositis asseritur, ieiunandi officium aetate 50 annorum terminari; quae sententia Romae non tenetur; quomodo res se habet? Pontifex suo tempore monebitur, Catechismi Romani versionem germanicam commodius in Germania, quam Romae, excudi. Idem mandat, ut in germanica illa editione (id quod in prima editione latina omissum est) partes et capita distinguantur. Rector monacensis. Fr. Hieronymus Treverensis Patavii mortuus est.

Pax *etc.* Si è riceuuta quella di V. R. di .22. del passato . et ringratiamo Jddio N. Signore del buon successo di quella sua andata in Sueuia, poco di poi speramo sara tornato di Bohemia il P. Maestro Natale, col quale potra V. R. trattare, il negocio del D. Conrrado, poiche potra risoluerlo, et anche ordinare con autorità di N. Padre ciò che li parera espediente[1],

Dela commutacion dela oracion uocale dira il medesimo, benche anche le constitutioni parlano assai chiaro[2].

Si è presentato à sua Santità[3] per mezo del Cardinal Gambara Jnquisitore[4], quello che V. R. mostra dubitare . à .10.[a] di Agosto, et quello che ci ha risposto è, che si possano assoluere quelli che ricascano nella lettion de libri prohibiti, et conuersatione con heretici[5], ma quelli che sono relassi in heresia, non è parso à sua santità si debbiano assoluere, ma che si dia auiso di quà. Se V. R. giudicara[b] questo non essere conueniente per aiuto della Germania, torni a replicare, et si fara l' officio di nouo, si è ben esplicato che li relapsi non fossino prima dechiarati in iudicio ne dechiarati come haeretici[c] [6].

Del Celebrar la festa di .S. Domenico, dice che si celebri quando li piacera, cio è ali 4. di Agosto, o uero alli .7.[7]

Si conuenga rebatizar li batezati per Caluinisti[8], uolse che di nouo si trattassi di questa difficultà.

Concesse anche[d] perli nostri, che stanno nei luoghi settentrionali, possano assoluere li sacerdoti, quali senza autorità hanno assoluto[e] altri dal[f] caso di heresia[9].

Quì sono uiste certe conclusioni de Jngolstadio de ieiunio fatte per il P. D. Pisa; doue dice che auanti li .20. anni, et doppò li .50. non[g] obliga la Chiesa al ieiuno, non so se questo sia fallo della stampa, perche non teniamo quá tal[h] opinione, che doppo li .50. cessi l' obligho, V. R. intenda qual fossi sua intencione et fundamento[10].

a) *Correxi ex* 20, *quod est in A; nam Canisii epistula, quam Pol. significat, 10. Augusti 1566 data est; v. supra p. 295.* b) *Quae sequuntur, usque ad* torni *excl., in A supra versum scripta sunt.* c) heraetici *A.* d) *In B sequuntur vv.* il Papa. e) assoluti *B.* f) del *B.* g) *Sequitur v. a libr. ita oblitteratum, ut iam legi non possit.* h) *Sequitur* concetto, *a libr. oblitt.*

---

[1] P. Conradus Swagerius votis simplicibus sive „scholasticorum“, quibus Societati se devinxerat, solvi cupiebat (v. supra p. 319 338). Cuius solutionis potestas ex Constitutionibus Societatis (vide *Can.* II 393[3]) penes praepositum generalem et eos, quibuscum ipse eam communicaverit, est; de Natalis potestate vide Epp. *Nadal* III 1—2 9. [2] De hac re vide supra p. 294—297 316. [3] S. Pio V.

[4] Ioannes Franciscus cardinalis Gambara (1533—1587) brixiensis, ex comitibus Virolae, a S. Pio V. inter summos inquisitores annumeratus, erat, ut *Laurentius Cardella* inquit, „di un carattere inclinato più tosto alla severità“ (Memorie storiche de' Cardinali V, Roma 1793, 50).

[5] De hac lectione et conversatione vide, quae notavi *Can.* IV 862—863; de absolvendi facultatibus Sociis concessis ibidem 492 533[3] 599.

[6] Vide supra p. 295. [7] Vide supra p. 295[2]. [8] Vide supra p. 295.

[9] De huius peccati reservatione vide *Can.* IV 508—509 588.

[10] Non erravit typographus in eo numero ponendo; attamen P. Alphonsus Pisanus se purgavit; vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. S. *Franciscus Borgias*

Circa la uersione[a] del cathechismo[1], quando sia fatta, si uedera di far' intendere al Papa il parer di V. R. de che sia meglio stamparla di là, mi è stato ordinato, auisasi à chi fara la uersione[b] germanica che faccia distintione non solamente delle parti principali, ma anche deli capi in ogni parte, il che manca nel catechismo latino in questa prima editione, ma ha ordinato sua santità si facessi la distintione detta, per laltra prima stampa[2];

Del nouo Rettor di Monachio[3], non accade di quà scriuir altro, poi che di parola potra V. R. trattarlo col Padre Maestro Natale.

Al fin di settembre credo arriuorno di là[c], quelli che si mandorno per la superior Germania et Austria, uno solo che si mandaua per il Rheno, Hieronymo Treuerense, restò amalato in Padoa, et[d] se ne

a) l'auersione *A.* b) l'auersione *A.* c) *Sequitur* li, *a libr. oblitt.* d) *In A hoc* et *positum est ante* restò.

ipsius S. Ignatii iudicia et praecepta (Constitutiones S. J. P. 3, c. 1, n. 18 et O; P. 4, c. 5, n. 4; P. 8, c. 1, K etc.) secutus, in *Decreto m. Novembri 1565 de sententiis per Socios docendis edito haec, praeter alia, monuerat: „Nil defendatur contra communissimam philosophorum aut Theologorum Sententiam.... Nulla opinio defendatur contra Communem, inconsulto superiore et praefecto [studiorum]“. „Nulla noua opinio in philosophia aut Theologia introducatur, inconsulto superiore et praefecto“ (ex apogr. eiusdem fere temporis; cf. Epp. *Nadal* IV 50, op. 24, et *Gomez Rodeles* l. c. 787). Certe si quis omnes, qui 50 annorum aetatem excessissent, ecclesiastico ieiunio immunes esse affirmabat, cum „communissima Theologorum sententia“ pugnabat. Erant quidem, ut B. *Angelus Carletus* O. F. M. († 1495) testatur (Summa Angelica, Argentinae 1479, f. CLX[b]), aliqui, qui homines, cum 55 annos egressi essent, ea lege solvi affirmarent; alii certum aetatis senilis annum assignare nolebant, ut S. *Antoninus* O. Pr. († 1459) archiepiscopus florentinus (Summa maior, P. 2, tit. 6, c. 2, § 6 [Argentinae 1496 f. y 5[b]]); plerosque ex antiquioribus theologis 70 annos exegisse ostendit *Io. Azor* S. J., Institutiones morales P. 1, l. 7, c. 17 (Coloniae Agr. 1613, p. 464); sed 60 annos „ut plurimum“ sive „communiter“ et „ordinarie“ sufficere ad homines ieiunii lege eximendos, post cardinalem *Caietanum* (Thomam a Vio † 1534) O. Pr. (Commentaria in secundam secundae S. Thomae, qu. 147, art. 4 [Parisiis 1519 f. CCCXXXII[a]]) saeculo XVI censuerunt theologi graves, ut *Martinus Azpilcueta* († 1587) sive Navarrus (Manuale Confessariorum c. 21, n. 16 [Parisiis 1602, p. 618—619]), *Emmanuel Sa* († 1596) S. J. (Aphorismi Confessariorum, in v. „Ieiunium“ [Antverpiae 1599, p. 149—150]), *Petrus Binsfeld* († 1598) suffraganeus episcopus treverensis (Enchiridion Theologiae pastoralis, Coloniae Agrippinae 1625, 543); quam sententiam cardinalis *Franciscus Toletus* († 1596) S. J. „communem“ appellat (Instructio Sacerdotum l. 6, c. 4, n. 1 [Venetiis 1644, p. 520]). Ceterum, quod ad mulieres attinet, pauci iam eo tempore (nisi fallor), aliquot certe paulo post comparuerunt viri docti, qui 50 annos natas ieiunandi officio liberarent; de quibus v. *Antonin. Diana* Cler. Reg., Resolutionum Moralium Pars nona, Antverpiae 1650, tract. 7, res. 73, et *S. Alphonsum de Ligorio*, Theologia moralis l. 3, tr. 6, c. 3, dub. 2, n. 1037. (De sententia theologorum recentium v. *Fr. A. Göpfert*, Moraltheologie II[4], Paderborn 1903, n. 206, et *H. Noldin* S. J., Summa Theologiae moralis II, Oeniponte 1902, n. 676.)

[1] Versionem germanicam „Catechismi Romani“ dicit, quam P. Paulus Hoffaeus facere iussus erat; vide supra p. 307.

[2] Pius V. Roma 28. Septembris 1566 cardinalem Hosium monuerat, ut catechismum eundem polonice vertendum et in partes dividendum singulasque partes suis capitibus distinguendas curaret; litteras posuit *Laderchius* l. c. in a. 1566 n. 343.

[3] P. Dominicus Menginus rectoris officio levari cupiebat; vide supra p. 303 319.

andò à miglior uita, suggietto bonissimo et finiti li studij di Theologia, sia laudato Jddio N. Signore. N. Padre General et tutti ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li .15. di ottobre 1566.

Polancus has litteras adiunxit *epistulae Roma 15. Octobris 1566 Oenipontem ad P. Ioannem Dyrsium S. J. Magdalenae archiducissae confessarium a se missae, in qua hunc monet: „Quod attinet ad Serenissimae Reginae Magdalenae animum, quo Collegium aenipontanum fouere, et aedificia promouere pergit, nihil miramur cum a consueto charitatis studio in ea parte non recedat, sicut et in Romanis rebus promouendis, ad dei gloriam, an autem expediat, ut re ipsa exequatur quod pie meditatur, alia est ratio, et si uobis aderit P. Natalis, aut certe P. Canisius Prouincialis, aut P. Lanoyus, res cum eis conferri poterit, isthuc mitto litteras ad P. Natalem, ac P. Canisium destinatas, quodsi iam inde recesserint, ad eos transmittendas, curabit, et interim eas leget quae apertae mittuntur, ex Jndia, et deinde alligabit litteris P. Natalis uel P. Canisij“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65“ f. 187[a]).

Nescio an una cum his litteris etiam missae sint „Regulae ministri“ a Borgia recognitae (cf. supra p. 285). Sic certe invenio *notatum: „A di 6. di ottobre .66. si mandò l' officio di Ministro à Sardegna, Spagna, Austria, Superior Germania, Rheno, Fiandra, Francia, Aquitania, Lombardia, Toscana, Napoli, Sicilia, Frascati, Tiuoli, Amelia, collegio nostro, collegio germanico, Seminario.“ Ita Cod. „Def.“ (Diuersi ordini, in a. 1566), in quo tamen temporum rationem haud ita certam esse existimo. In eodem Codice *notatum est, „officium rectoris“ 20. Augusti 1566 in Germaniam superiorem missum esse. Exstat adhuc utrumque officium; hoc ita est inscriptum: „Per il Padre Canisio et tutta sua Prouincia“; illud ita: „Officium Ministri pro Prouincia superioris Germaniae“ („Can. 42“ f. 110[a]—119[b]; 120[a]—121[a]).

Hae Polanci ad Canisium litterae causa fuerunt *epistulae, quam P. *Alphonsus Pisanus* S. J., theologiae in universitate ingolstadiensi professor, Ingolstadio 26. Decembris 1566[1] Romam ad Polancum dedit; pauca hic pono ex autographo („G. Ep. VIII“ f. 216): De sua illa „Disputatione de Jejunio“ Pisanus: „Vbi“, inquit, „titulo, Qui non tenetur jejunare, Thesi quinta quae sic habet. Robusta aetas quaenam sit, quod ad militiae laborem spectat Num. primo explicatur, a vicesimo videlicet anno usque ad quinquagesimum, secundum Josephum[2]. A quibus mensuris non admodum discrepat ecclesiae praxis, quae ad Jejuniorum militiam et juniores his, et seniores non astringit. Hac (inquam) Thesi visus sum asserere, quinquaginta annos praetergressum ad jejunium non teneri, nisi esset error typographi.“ Neque vero typographi vitio id factum est; Pisanus satis clare id significat. Qui etiam fatetur: „Praxim ecclesiae, cum Romae catechismum memoriter in probatione addiscerem[3], legi, ut antea noueram, post 21 annum juuenes ad jejunium obligari; post 60 vero senes non obligari.“ Neque tamen id negavi, ait, eamque assertionem rationibus probat. „Propter has causas crediderim, non hic quicquam obseruasse patres, quibus tradidi Theses corrigendas. Pater prouincialis[4] partem tantum emendauit priorem, quod tum concionibus et comitijs esset distractus. P. Visitator commisit negocium primo Patri Ledesmae, qui Theses laudauit. R. P. Visitator ijs non contentus voluit ipse videre, sed in hac re nil obseruauit. Sed

---

[1] *Pisanus:* „die S. Stephani 1567“; sed res ipsae, quae ab eo scribuntur, ostendunt, eum aut lapsu quodam memoriae vel calami „1567“ pro „1566“ posuisse, aut annum 1567 more antiquo die Nativitatis Domini proxime antecedente incohasse.

[2] Nm 1, 3 18 20 22 etc.: „A vigesimo anno et supra“ (de numeratis viris „fortibus“ et „procedentibus ad bellum“). Et Ex 30, 14: „A viginti annis et supra“ (de „ferenda summa filiorum Israel iuxta numerum“ et „pretio dando“ ab iisdem). *Flavius Iosephus* autem dicit pretium illud dedisse „*τοὺς ἀπὸ εἴκοσι καὶ ἄνω ἐτῶν ἄχρι πεντήκοντα γεγονότας*“ (Antiquitates Iudaicae l. 3, c. 8, n. 2).

[3] Sub a. 1554: vide *Can.* II 503[7]. [4] Canisius.

adhuc jussit, ut ex Ingolstadio Augustam denuo remitterem, et neque tunc aliquid ipsum offendit [1]. Nihilo minus fateor, egomet mihi non placebam hoc loco. Videbam enim rem obscure propositam, nec satis firmiter probatam, imo quae in malum sensum intelligi ab aliquo posset. proinde dum Theses excuderentur. Vltimo Titulo Quod facile sit nostro tempore jejunare Thesi decima addidi probationem ex Augustino sermone 28 ad fratres in Heremo, quem prius non videram, quamuis non ignoro, quibusdam videri sermones illos omnes non esse Augustini. Hec probatio quod verbis Augustini proponeretur. majoris momenti et clarior. et quae minorem calumniam pateretur, visa est. Vbi ait. Num cum videam inter vos quosdam sexagenarios etc. [2] et ad verborum Augustini calcem, sequuntur hec mea. Hec ille. Quibus obiter indicauit, quinam sint senes, qui ad jejunia ecclesiastica non tenentur." *Natalis* aestate anni 1566 in collegio ingolstadiensi haec, praeter alia, praescripsit: „Quae erunt imprimendae positiones, illae erunt, quoad eius fieri poterit, doctissimae, atque accuratissime conscriptae et elaboratae. Positiones imprimendae primum emendabuntur in collegio . . .: deinde tempestiue quidem mittendae sunt ad Provincialem, cuius erit imponere vltimam manum." (*Caec. Gomez Rodeles* S. J. etc., Monumenta paedagogica Societatis Iesu quae primam Rationem studiorum anno 1586 editam praecessere, Matriti 1901, 786—787.)

Ceterum eo harum litterarum capite, quod de hominum in haeresim relapsorum absolutione est, etiam ipse *Natalis* in magnam redactus est difficultatem: quam ipse litteris Aschaffenburgo 1. Decembris 1566 ad S. Franciscum Borgiam datis sic exponit: „Jo consultai in Augusta co' l Padre Ledesma et Padre Canisio, per certe parole che mi dise il Papa alla partita [3] se puoteuamo noi assoluer' li heretici simpliciter in foro conscientiae sine abiuratione, et trouando vn viuae uocis oraculo de Pio 4º dato al Cardinale Alessandrino che adesso è Papa, che puotesimo assoluer' in his regionibus de tutti li casi reseruati in coena Dominj [4], risolsemo che puoteuamo; et tamen io dete ordine che ricercaseno [a] la abgiuratione in foro exteriori coram duobus e nostris, et non puotendosi questo hauere da loro, gli facesero fare in confessione l' abgiuratione. Dipoi partendomi io della Prouincia d' Alamagna hò saputo in Herbipoli da Maestro Canisio [5], che lui scrise a V. P. dubitando se li relapsi puono esser' assolti da noi: Et la risposta che hà dato Sua Santità la quale spero nel signore che temperarà Sua Beatitudine et tutto questo modo iuridico di proceder' nelle heresie, in Alamagna. Perche realmente se si dimanda in foro exteriori abgiuratione iuridica, et se relapsi non si assolueno, questo necessariamente s' hà da sapere, perche li medesimi con chi si farà questa diligenza lo publicarano, il che intendendosi da alchuni essercitati in iure, uerrano à dire che il Papa ha speranza et fà quello che può per essercitare l' officio della Jnquisitione in Germania, il che uede la P. V. quanta offensione puotrebbe esser' à tutti li Catholici, non solo à heretici [b], impedimento di non redursi." Haud facile confessarios

a) *Sequitur* tamen, *oblitteratum.* b) *Sequitur* et, *oblitt.*

[1] P. Natalis visitator et P. Ledesma 6. Martii 1566 ex Italia Augustam advenerunt (Epp. *Nadal* III 14—15). *Natalis* Augusta 16. Martii 1566 Borgiae scripsit: „Jl Padre D. Pisa hà fatto certe conclusione de ieiunio à proposito per questo tempo, et hanno contentato àl Padre Ledesma et à me, habbiamole reuisto et si stamparano subito" (ex archetypo manu Natalis subscripto, quod exstat in Cod. „EN" n. 103; etiam in Epp. *Nadal* III 26).

[2] *Migne,* P. lat. XL 1286. Hic „in Coena Domini" sermo certe non est Augustini.

[3] Natalis, Roma profectus 7. Februarii 1566, cum PP. Iacobo de Ledesma et Petro Canisio Augustae fuit a d. 6. Martii ad 29. Maii 1566 (Epp. *Nadal* III 14 153 755[2]).

[4] Significare videtur „vivae vocis oraculum" illud, quod posui *Can.* IV 601—602; ceterum cf. *Can.* III 70 548; IV 474 492 533 599 698.

[5] Exeunte m. Novembri 1566; cf. infra mon. herb. (3).

res in confessione auditas in forum externum deducere posse. Paucos haereticos conversum, reliquos in haeresi offirmatum iri. Periculum fore, ne Socii ex Germania abire cogantur, hominibus existimantibus, Iesuitas id moliri, ut inquistionis officium in Germaniam introducatur. Fore, ut collegiorum quoque fundatores metuant, ne in eandem suspicionem ipsi apud protestantes veniant; atque horum timore perterritos fundatorum animos a Societate aversum iri. „Sà la Paternita V. per li nostri priuilegij et bolle de summi pontifici, specialmente di Paolo 3º che non conuiene alla Compagnia impacciarsi in cosa de iurisditione specialmente quae possit attinere ad inquisitionem[1]. . . . Non ho uoluto lasciar' di scriuere, per la difficoltà che quella lettera de Maestro Canisio hà posto à lui, et à me . à lui di reuocar' tutte le facoltà che erano date alli nostri, nelle quali non erano eccettuati relapsi, et dico alla Paternita V. che non hò hauutto ardire di scriuer' a Vienna doue è gran pericolo che le nostre lettere siano aperte, confidandomi che Sua Beatitudine mutara la sententia, et etiam forsan non è obligata l' altra Prouincia[2] ne io; perchè posso interpretare in odiosis che quello che si scriue a Maestro Canisio in particolare, non si scriue à tutti li altri. Principalmente perche la risposta del Papa è stata solo alla difficoltà de Maestro Canisio, la quale non dubito che non fù ben proposta. Et quello mi muoue in primis che questa resolutione di Sua Santità secondo che colligo della lettera del Maestro Canisio[3], non è determinata totalmente, perche è cum modo aliquo, che dice che noi scriuiamo le raggioni, et che [si] uedera di proueder' meglio (penso che queste o simili parole habbi la lettera, la quale non ho quà) di doue intendo che Sua Santità non è dal tutto risoluta, et cosi mi è parso riseruare l' essequutione nelle altre Prouintie; et nella sua a Maestro Canisio li hò consegliato che lui significhi alli confessori, l' ordine che li viene nuouo." Si tamen pontifex, his rationibus cognitis, in sententia permanserit, Socios suo iudicio plene abiecto eidem esse obtemperaturos (ex archetypo, manu P. Didaci Jimenez scripto et a P. Natale subscripto, quod est in Cod. „EN" n. 163; etiam in Epp. *Nadal* III 316—319).

Natali hoc quoque displicuisse videtur, quod de „relapsis" non absolvendis Polancus Canisio praeposito provinciali scripserat, Natali visitatori non scripserat. Certe *Natalis* Spira 12. Decembris 1566 ad Borgiam scribens ita questus est: „Hò esperimentato . . . specialmente nella Prouincia di Germania, che si scriuono alchune cose, quae attinent ad gubernationem, àl Prouinciale, delle quali nisuna cosa si scriue à me, come ho alcuni essempi. il che pare, rimettendomi simplemente al giudicio della P. V., che puotria esser' impedimento dell' unione et buon gouerno al manco per quel tempo che stà il Visitatore co' l Prouinciale" (ex archetypo, ab ipso Natale subscripto, quod exstat in Cod. „EN" n. 166; etiam in Epp. *Nadal* III 347).

Canisius Borgiae respondit 14. Decembris 1566.

1368. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu et superintendens collegii germanici, CANISIO. Roma 19. Octobris 1566.

Ex apogr. eiusd. temp.; in margine, ead. manu: „Augusta P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 187^b.

Franciscum Trevirensem collegii germanici convictorem ei commendat.

pax christi. Molto Reuerendo in christo Padre.

Il portator dela presente è il mastro Francisco Treuerense, figliolo de una persona honorata in Treuere, et raccomandato assai da quelli padri, si rimanda la uolta di sua casa hauendo lo ricercato il suo

---

[1] Vide *Can.* IV 255. [2] Societatis provincia austriaca.

[3] Polanci epistulam ad Canisium datam, quam modo posui, significat.

Padre: et perche la prouisione che li mandaua, non so per che causa differiua il mercadante de quì di dargliela, et pur si accostaua l' inuernata, quà li hauemo imprestato .25. scudi quali crediamo li basteranno per il suo uiaggio, quando pur qualche cosa li manchassi per finirlo lui dimandò lo raccomandassimo à V. R. et cosi lo faccio. Si è[a] [?] anche nelle cose spirituali occorressi darli alcuno aiuto, V. R. per sua charita procuri darglielo, nelle cui orationi et sacrificij N. Padre Generale et tutti molto ci raccomandiamo. Di Roma li 19. di ottobre .1566.

Franciscum ex collegii germanici convictoribus fuisse facile intellegitur ex ipsis Polanci verbis. Nomen autem gentilicium „Buchell" ei fuisse colligo ex *epistula a P. *Oswaldo Redtlingen* (Ridlingen) treverensi Moguntia 10. Novembris 1567 Romam ad P. Everardum Mercurianum missa (autogr.; „G. Ep. VIII" f. 337[a]).

Canisius rescripsit 14. Decembris 1566.

1369. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 21. Octobris 1566.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; $1^1/_3$ pp.; in p. 4 inscr.), quae exstant in „E. C. II" n. 180 (171). Litterarum particulam germanice posuit *Kröss* l. c. 176 177 et (ex Kröss) *Duhr*, Jes. an Fürstenhöfen 74 et Jes. I 688.

Monachium iturus est. P. Natalis visitator in collegio oenipontano collapsam disciplinam instauravit. P. Lanoius ibi rector institutus est. Magdalenae archiducissae concessum est, ut P. Dyrsius ei a confessionibus esset. Alia quoque sunt mutata. Rector haud facile mutetur oportet. Neque facile permittendum est, ut Socii feminarum quantumvis illustrium curam suscipiant. Etiam ducissarum florentinae et ferrariensis confessarii sibi cavere debent. Canisius censet, in Germania Socios vita functos non romano more, ut P. Natalis constituit, sed patrio sepeliendos esse. Parocho cuidam dispensatio ad simoniam spectans providenda est.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Cras discessurus Monachium duce Christo, dicam de his aliquid, quae R. P. Visitator[1] de huius Oenipontani collegij rebus constituit. Nullum erat collegium prouintiae nostrae, quod maiore quidem uisitatione ac reformatione tum in capite, tum in membris egebat. Itaque multum curae et laboris bonus pater impendit, ut renouatio quaedam totius collegij appareret. Mutatus est Rector et necessario quidem, ut ego monui saepe. Et cum antiquo Rectore multum negotij fuit, qui aegre tandem placatus est, et seniori Reginae donari debuit[2]. Faxit Deus, vt quietus ille maneat in sua vocatione, neque turbas excitet nouas nouo Rectori[3]. Sub aegro capite membra multa languebant. Jgitur quosdam e nostris Pater alio misit, ut rectius haberent,

a) *Sic ap.; hoc v. omittendum fuisse videtur.*

¹ P. Hieronymus Natalis.

² P. Ioannes Dyrsius studiorum praefectus constitutus est; simul Magdalenae archiducissae magnopere instanti concessum est, ut Dyrsius in posterum quoque ipsi a sacris confessionibus esset (Epp. *Nadal* III 276; vide etiam supra p. 261).

³ P. Nicolao Lanoio; vide supra p. 289[6].

et hic sibi alijsque minus incommodarent. Mutati sunt nonnulli praeceptores, et retenti quidam ex missis nuper ab urbe, ut Joannes Anglus et Jacobus Spirensis[1].

De alijs quae prudenter uel mutata, uel instituta fuere, non agam in spetie. Bona est spes fore, vt accedente noui Rectoris vigilantia collegium hoc quasi restituatur, et ad[a] amissam Societatis disciplinam breui reuocetur. Huc frequentes Patris exhortationes et scriptae leges conferunt, bonamque fratrum uoluntatem renouata in Domino vota confirmant. Quare diuinae bonitati gratias agimus, quae pios Visitatoris conatus ita felices reddidit, ut magna ex parte huic iam collegio prospectum esse uideatur. Tantum oramus duplici nomine P. T. quae opus bene coeptum haud dubie pro sua pietate confirmare studebit. Primum quidem, ne facile mutetur Rector huic collegio tam necessarius[b], quam qui maxime, vt P. Visitator etiam censet. Deinde ut nostri facile nos sinantur faeminarum quantumuis illustrium curam suscipere, quod nostro et collegij huius malo iam simus experti, nostrorum animos in spiritu uocationis suae hac ratione multum debilitari, ut postea propemodum intollerabiles fiant. Conseruet Dominus Confessarios Ducissae Florentinae atque Ferrariensis[2], vt muneri suo absque detrimento spiritus, qui nostram vocationem decet, satis faciant. Optarim illos in scribendo etiam esse cautos, sicut nuper de P. Schorichio monui, ne secularia potius quam spiritualia literis[c] tractare uideamur[3]. Et hactenus de statu huius collegij satis, quod etiam atque etiam P. T. sacrificijs et precibus Domino cupimus commendari.

Inter alia iudicauit P. Visitator, sepeliendos nobis esse mortuos Patres ac fratres, perinde ac Romae fieri solet. Qua in re putamus remittendum esse aliquid, ut sicuti[d] in constitutionibus nostris est admissum, regionum varietati nos accommodare possimus. Non uestiuntur apud nos mortui, non deferuntur ardentes candelae[e], et ubi non est templum nobis ac coemiterium proprium, difficile sit ea cantare, quae Romae nostri circa feretrum psallendo expediunt[4]. Quicquid uero P. T. probauerit, non poterit nobis non gratissimum esse.

Accepi datas 14 Septembris, sed tardius, quae fratres ex Vrbe misso[s] commendant. De his rite distribuendis aget P. Visitator Diling[ae.] De alijs breui plura. Oret pro me P. T. ut rectius fungar meo munere, et pro hac tota prouintia, quae tantum negotij optimis Patribus praebet, Dominus IESVS suam nobis gratiam augeat. Oeniponte 21 Octob. 1566. Seruus in Christo P. Canisius.

a) *Hoc v. a Can. supra versum scriptum est.* b) *Ita Can. correxit, quae prius scripserat:* mutet Rectorem huic collegio tam necessarium. c) *Hoc v. a C. supra vers. scriptum est.* d) *Sequuntur vv.* a P., *a C. oblitterata.* e) *Sequitur* quod *vel aliud v., a C. oblitt.*

[1] Ioannes Wick et Iacobus Ernfelder; vide supra p. 314[3].

[2] P. Guilielmum Elderen S. J., confessarium Ioannae ducissae florentinae, et P. Laurentium Hermanutium, confessarium Barbarae ducissae ferrariensis.

[3] Vide supra p. 323.

[4] Vide, quae de his ritibus sub ipsas hasce litteras dicentur.

De adiuncta scheda scribet P. Visitator et rogo ego quoque vt fiat gratia bono uiro et amico nostro, cuius negotium agitur.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri, P. Francisco de Borgia Praeposito Generali Societatis IESV. Romae.

Canisius adiunxit his litteris, ut ex ipsis intellegitur, *schedulam hanc: „Dominus Erasmus steiner, Parochus in pago Flies Brixinensis diocoesis, uir admodum honestus, priusquam acciperet hanc Parochiam, competitori suo, qui eandem Parochiam sibi quaerebat, alias nolenti cedere, ratione viatici, et sumptuum in eam rem factorum promisit ac numerauit florenos 40. Qua in re idem dominus Erasmus licet a doctis probisque viris a simoniae nota excusetur, tamen pro maiori conscientiae securitate petit sibi a sancta sede Apostolica dispensationem in tali casu ob censuras Ecclesiasticas quomodocunque scienter uel ignoranter incursas" (ex imagine photographica schedulae archetypae, manu ignota scriptae. Cod. „E. C. II" in n. 180, folio altero.) De paenis ab ecclesia simoniae propositis vide supra p. 191[1] 215[2].

Natalis Borgiae scripserat Oeniponte 19. Octobris 1566: „Penso di partirmi, Padre, con la gratia del Signore, lunedì [= 20. Octobris], se posso"; Oeniponte autem 20. Octobris: „Partemo domani Maestro Canisio et io per Monachio" (Epp. *Nadal* III 273 274). Cum vero Canisium et Natalem simul abisse constet (vide infra p. 355), et cum Canisius Oeniponte 21. Octobris Borgiae scribat, se „cras discessurum Monachium", Natalem quoque usque ad 22. Octobris Oeniponte detentum esse dixeris; neque enim sive Natalem sive Canisium in die litteris ascribendo errasse puto.

Quod autem Canisius praepositus provincialis his litteris a Natale visitatore ad Borgiam praepositum generalem appellat petens, ut Socii in Germania — id quod ipsis Societatis Constitutionibus permittatur — germanico, non romano more sepeliri sinantur: S. *Ignatius* in Constitutionibus (P. 6, c. 4, C) Socios de „officio defunctorum" in sodalium funeribus recitando sic monuerat: „Usus habet, ut officium dicatur tono mediocriter alto, sine cantu; praesentibus in ecclesia domesticis cum suis candelis accensis, etc." De iisdem funeribus a. 1558 prima Societatis Congregatio generalis, adhibita Constitutionum (P. 6, c. 2, n. 15) auctoritate, statuerat (decr. 109): „Ut observaretur circa vestitum mortuorum Sacerdotum quod de viventibus dicitur in Constitutionibus: ut scilicet utamur eo modo, quo Sacerdotes honesti eius regionis uti solent. De Fratribus autem, qui Sacerdotes non sunt, ut sepeliantur eodem modo induti, quo alii clerici honesti, qui Sacerdotes non sunt, indui solent. Serventur autem, quod ad officium pro defunctis attinet, Constitutiones ubi in ecclesia nostra funus celebrabitur, et numerus sufficiens Nostrorum erit" (*Institutum* S. J. II 182). Medio aevo clerici (praeter regulares) vestibus ordinis sui induti sepeliebantur (*A. J. Binterim,* Die vorzüglichsten Denkwürdigkeiten der Christ-Katholischen Kirche VI[3], Mainz 1831, 391. *Ludw. Ruland,* Die Geschichte der kirchlichen Leichenfeier, Regensburg 1901, 178). Ita etiam praecipitur in „Rituali Sacramentorum Romano *Gregorii XIII.* Pont. Max. iussu edito" (Romae 1584, p. 407—408): ac de sacerdotibus nominatim statuitur: „Presbyter quidem secularis, et qui simili habitu vtitur religiosus, induatur omnibus suis paramentis ad Missam celebrandam ordinatis, videlicet amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, et casula seu planeta." Id quoque iam saeculo XVI. Romae de omnibus clericis (quamquam in Rituali Gregorii XIII. de solis episcopis planis verbis praescribitur) observatum esse puto, quod nunc in *Rituali Romano* de omnibus clericis mortuis praecipitur: Ut „vestibus suis quotidianis communibus usque ad talarem vestem inclusive, tum desuper sacro vestitu" induerentur (Tit. VI, c. 1, n. 11). P. *Iacobus Gretser* S. J. (1562—1625), qui 26 annos in universitate ingolstadiensi docuit, in opere „De funere Christiano Libri tres" (l. 1, c. 6), primum a. 1611 Ingolstadii edito: „Germani", inquit, „plerumque mortuos linteis obtegunt vel insuunt; exceptis

tamen sacerdotibus, quos ut plurimum sacerdotali amictu ornatos, terrae mandant" (Opera omnia V, Ratisbonae 1735, 93).

Borgias Canisio ad has litteras respondit 9. Novembris et 3. Decembris 1566.

1370. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 26. Octobris 1566.

Ex apographo eiusdem temporis: in margine, eadem manu: „Augusta. P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 192[a].

P. Natali permittit, ut quamdiu ipsi visum fuerit, in Germaniae superioris collegiis maneat; eidem valetudinis curam commendat; ineuntis novi anni tempus certe durius erit, quam exeuntis autumni. P. Schorichio cura, quam Canisius commendat, impendetur; item P. Felicianus Ninguarda monebitur. Quomodo PP. Stevordianus et Halbpaur iuvari possint, Canisius cum Natale videbit. MM. Damianus et Ierinus in collegium germanicum amanter recepti sunt. Rector ingolstadiensis domestica quidem bene curare, ad universitatem vero professoresque adiuvandos haud multum inclinare dicitur. Dilingae cardinalis Truchsess exigit, ut, cum nobiles venerint, ex tempore contiones latinae habeantur, et ut ipsi in pontificalibus sacrum facienti 8 vel 12 Socii superpelliceis induti assistant; Canisius igitur vel ipse vel per alium efficere studeat, ut, quantum suaviter fieri poterit, ea collegii onera minuantur, et imprimis provideat, ne apud posteros quoque episcopos eadem sustineri debeant. Collegium dilinganum etiam ministro et idoneo exactore, qui germanice sciat, indiget.

Pax *etc.* Due lettere di V. R. ho riceuute de .28. del passato, et 8. del presente : et perche si scriue piú diffusamente al Padre Maestro Natale, la risposta sara tanto piú breue. Circa il fermarsi detto Padre Natale, più tempo, o manco, in Dilinga, o altro collegio della superiore Germania io mi ho rimesso à lui intieramente raccomandandoli anche il tener conto con sua sanità, uero è, che si come V. R. scriue si hauessi à partir al principio dell' anno seguente, il tempo sarebbe più duro, che per questo fine dell' autunno.

Si è inteso quel che si scriue del Padre Georgio[1], et si hauera la cura che V. R. raccomanda. Si parlera anche al Dottor feliciano[a 2] come uenga di là . col P. Natale ueda V. R. quel che si ha di fare per aiutar quelli doi predicatori di Monachio et Augusta[3].

Hieri comparsero Mastro Pietro Damiano et Mastro Andrea Erino, et si sono amoreuolmente riceuuti nel collegio Germanico[4].

Scriue uno delli Consultori de Jngolstadio, che il Rettor[5] de li, benche per aiutar le cose domestice sia idoneo, si mostri poco inclinato all' aiuto dell' Vniuersità et professori di quella.

a) *Correxi ex* pelliciano, *quod est in apogr.; v. infra, adn. 2.*

[1] De P. Georgio Schorichio contionatore monacensi Romae theologiae studente; vide supra p. 322—323.

[2] P. Feliciano Ninguardae O. Pr.; vide supra p. 323—324.

[3] PP. Martinum Stevordianum et Hermetem Halbpaur; vide supra p. 324—325.

[4] De his vide supra p. 328.

[5] P. Martinus Leubenstain († 1596). De rebus ab hoc viro pie et fortiter variis locis, maxime Lucernae, gestis multa in sequentibus huius operis voluminibus dicentur; interim vide *Duhr*, Jes. I 212—222 452 558—559.

Jl Padre Gaspar Anglo[1], scriue si dia qualche peso non senza molestia al Collegio, in far alla improuista prediche latine quando uengono alcuni nobili à Dilinga[2], et quando celebra in Pontificalibus il Cardinale il quale ricerca, 8, o 12. delli nostri assistenti con le cotte . pare sia bene che V. R. o chi li paressi atto, facessi diligentia col Cardinale procurando renderlo capace, et sforzandosi ad allegerir quanto si pò buonamente il nostro Collegio et specialmente procurando che non restassi questo oblighо perli successori;

scriue anche il P. Torres[3], che sarebbe necessario un ministro lí, et un bon exatore che intendessi la lingua todescha[4], non occorre scriuer altro in questa, senon raccomandarci *etc.* Di Roma li .26. di ottobre .1566.

Borgias in harum litterarum exordio Canisium ad epistulam remittit, quam ad P. Natalem det. Haec et ipsa 26. Octobris data et una cum litteris Canisio destinatis Augustam missa est; ex ea caput illud hic pono, quod etiam ad Canisium pertinet. Ita igitur *Borgias* Natali (Alberti V. Bavariae ducis consiliarios aulicosque et aliqua ratione ipsum etiam ducem significans, qui PP. Georgium Schorichium et Martinum Stevordianum, S. J. contionatores monacenses, cum disciplinae religiosae detrimento colebant et fovebant: v. supra p. 323 324): „Jntendendo quel che V. Reuerenza scriue, che non si curano molto quelli signori etc. di fauorire quelli che uanno male nell ubbidientia, mi pare cosa degna di procurar li rimedio, hor sia parlando con detti signori V. Reuerenza ò il padre Canisio, hor procurando faccia l' ufficio l' Illustrissimo Cardinal di Augusta, hor in altro modo perche uolendo loro seruirsi per il ben spirituale di quelli stati dell' opera delli nostri conuerrebbe aiutassino alla disciplina Religiosa di quelli, poi che quanto migliori, tanto più utili ministri saranno per loro. Veda .V. Reuerenza di gratia, che rimedio si può usar della parte di la, et ci auisi se sarebbe cosa conueniente procurarne alcuno di quà. . . . Del padre Georgio Schorichio, io hauero la cura che V. Reuerenza scriue" (ex archetypo, manu Borgiae subscripto, quod exstat in Cod. „EB" n. 187; etiam in Epp. *Nadal* III 282—283). Haec Natali et Canisio cordi fuerunt; *Polancus* enim Roma 25. Februarii 1567 P. Dominico Mengino rectori collegii monacensis *scribens commemorat „li boni officij che fece l' Jllustrissimo Cardinale col Principe et li suoi intorno à quelli che si separanno dalla obedientia" (ex apogr. eiusd. temp.: „Germ. 65" f. 228ᵇ).

In Codice „Def." *notatum invenio: „A di 26. di ottobre 66. si mandò una commune di cose di edificatione del Papa, a Polonia, Aquitania, Francia, Spagna, Austria, Sup. Germania, Rheno, Jnf. Germania, Sardegna, Lombardia, Toscana, Napoli, et Sicilia." Fortasse huic relationi de S. Pio V. scriptae etiam adiunctae

---

[1] P. Caspar Haivodus; vide supra p. 84². Scripsi ego Casparem in Anglia aliquamdiu munere pueri regii apud Elisabetham Henrici VIII. filiam functum esse (*Can.* IV 459—460). Neque vero recte ita scripsi. Ioannes enim Casparis pater apud Henricum VIII. et Mariam eius filiam symphoniacum („player of the virginals") agebat; qui aliquando in concentu coram Maria edendo a liberis iuvabatur (*C. von Hoiningen-Huene,* Neues aus der Geschichte der Jesuiten, in „Preußische Jahrbücher" CXXVIII, Berlin 1907, 271).

[2] Eiusmodi contiones exigebat cardinalis Otto Truchsess (*Gomez Rodeles* l. c. 773).

[3] P. Hieronymus Torrensis, theologiae professor in universitate dilingana.

[4] Exactor disciplinae academicae, sive gubernator vel gubernatoris adiutor, loco Cornelii Herlen vel Iosephi Edlinger? Cf. *Can.* IV 920 926.

sunt „conclusiones“ (theses collegii romani?) illae, quas 29. Octobris 1566 tum ad alios tum ad Canisium missas esse in eodem Codice narratur (Diu. ordini, in a. 1566).

Canisius Borgiae respondit 14. Decembris 1566.

1371. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Monachio sub 29. Octobris (?) 1566.

Ex apographo, de quo infra n. 1376, et ex Borgiae epistula archetypa (ipsius manu subscripta), quae exstat in „EB“ n. 190. Borgiae epistula primum ex archetypo edita est in Epp. *Nadal* III 321—327.

De conventu, quem protestantes Erfordiae habere statuerant, consiliarii bavari narrarunt: Eum ne incohatum quidem esse; tantum enim contionatores aliquot lutheranos venisse; calvinianos non venisse.

Borgias Roma 3. Decembris 1566 Canisio scripsit: „L ultima di V. R. é di .15. del passato. . . . Quella di V. R. sopra il conuenticolo di Elfordia, fù data à Sua Santità, ragguagliandolo anche di parola, dela sustantia, dil che pare mostrassi sodisfattione.“ Idem Borgias eodem die P. Hieronymo Natali Societatis visitatori scripsit: „Cio che fù scritto sopra il Conciliabulo de Erfordia fù referito à Sua Santità lasciandoli in mano una lettera sopra cio scritta dal padre Canisio, se se intendessi, che di nuouo trattano di edificar quella torre Babilonica, V. Reuerenza stara preuenuto per fare quello, che potrà per confunder le lingue loro.“[1]

Natalis Oeniponte 20. Octobris 1566 Borgiae ad epistulam 12. Septembris ad se datam (eadem et Canisio et Vinckio scripta erant; vide supra p. 312) respondens: „Qui“, inquit, „si siamo informati del Conciliabulo, che fanno li Protestanti, in Erfordia . et benche non si dice cosa certa, tamen pare, che Vno habbi detto, prima, che non si sono potuti accordare li Augustani, et Caluinianj, et oltre di questo, che li dell' Augustana, si sono uniti fra se più, determinandosi di seguitare Vne cirimonie et particolarmente nella loro Messa, che è senza Canone ordinariamente . et quando fanno la cena loro, mettono altre parole, che noi, loco Canonis Catholicj . et specialmente si dice, che hanno eletto seguitare le cirimonie, Ecclesiae (come dicono loro) Norimbergensis[2]. Fin adesso non possiamo sapere altra nuoua. la lettera si è cominciata à fare. Partemo domanj Maestro Canisio et io per Monachio, doue sapremo il certo di tutto dal Cancellario Echio, et faremo tutto l' officio che potremo caldissimamente et con lui, et col Duca, et col Cardinale et con l' Eysingrerio[3], con la gratia del Signore et finiremo la lettera con uere informationj“. Idem *Natalis* Borgiae scripsit Monachio 29. Octobris 1566: „Del Conciliabulo di Erfordia, siamo informatj dal Cancellario Echio, et altri delli Consiglieri del Duca. La risposta hò detto che scriua il P. Maestro Canisio . cuya summa è, che non si è fatto il Conuenticulo, non sono uenuti Principi . solo sono uenuti alcuni predicanti dell' Augustana . li Caluinisti non sonno uenuti . Jtaque ne inchoatus quidem fuit Conuentus, come questi signori dicono . et cosi noi habbiamo lasciato la cura, la quale haueuamo pigliato secondo l' ordine di V. P.“ (ex epistulis archetypis et Natalis manu subscriptis, quae exstant in Cod. „EN“ n. 151 156; etiam in Epp. *Nadal* III 273—274 286).

Neque quae Oeniponte „aliquis dixisse videbatur“, neque quae Monachii Natali et Canisio a consiliariis ducis narrabantur, cum ipsis rebus plene congruebant. Nam sub initium quidem mensis Septembris complures principes utriusque partis Erfordiam consiliarios miserunt, ut electores Palatinus et Saxo, landgravius Hassiae, dux Wurttembergae, alii; sed quia maior principum protestantium pars legatos non miserat, de theologorum conventu nihil poterat certi constitui; itaque consiliarii, qui aderant, 6. Septembris 1565 „recessui“ cuidam subscripserunt, quo principibus

[1] Gn 11, 7. Cf. Gn 11, 1—9. [2] De his vide Can. II 628.

[3] Cum Simone Thaddaeo Eck, Alberto V., cardinali Ottone Truchsess, Martino Eisengrein; vide supra p. 312.

magnopere commendare statuebant, ut proximo vere loco et tempore per electores Brandenburgensem et Saxonem designandis et oratoribus electoris Saxonis praesidentibus eiusmodi theologorum conventus haberetur ad eumque omnes ordines protestantes invitarentur (*Heppe* l. c. II 165—167).

Canisium de conventu erfordiensi ex ipsa urbe monacensi, in qua consiliarii bavari de eo narraverant, Romam scripsisse epistulamque litteris Monachio 29. Octobris 1566 a Natale ad Borgiam datis adiunxisse paene certum est; qui sub diem 24. Octobris Monachium advenisse, die 29. inde discessisse videtur (Epp. *Nadal* III 279 286 et supra p. 345). Canisii litterae, ut ex Borgiae epistulis intellegitur, S. Pio V. traditae sunt.

1372. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 9. Novembris 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 195.

Socii ex Austria et Germania missi advenerunt salvi, praeter unum, qui aegrotat. Vitus Liner ad res, quarum causa missus est, exercitabitur. De reliquis, cum probationis tempus absolverint, videbitur, utrum litterarum studiis addicendi an in Germaniam remittendi sint. De viaticis eorum ac P. Darbishiri etc., quod aequum erit, praestabitur. Placet, collegii oenipontani res bene se habere. De P. Swagerio P. Natalis constituet. P. Lanoius haud facile Oeniponte avocabitur, neque facile personarum quantumvis illustrium cura suscipietur.

Pax *etc.* Si sono riceuute quelle di V. R. di .14. et 21. del passato . et hieri tutte duoi. Li fratelli che portorno la prima [1] stanno bene infuora d' uno che si è amalato per la strada [2], et anche speramo che Dio N. Signore li dara la sanità. Vitto Brissinense si esercitara in quelle cose perlequali è mandato [3], et come siano prouati anche gli altri, si uedera si senza altri studij, conuerrà mandarli [a] in Germania [4]. Del uiatico che li è stato dato, auanzano .76. scudi, fra tutti ,8, et questa summa con quella che si hauera deli caualli, si fara bona, à chi ha dato questi danari, come è il douere, quello etiam che [b] fù datto al P. Thoma [c] Anglo [5], et mastro Jacomo Valenciano, si uedera non graui li collegij di Germania.

Ci rallegramo in domino, che le cose del collegio de Jspruch stanno in boni termini.

Circa il Dottor Conrrado [6], V. R. informi il Padre Natale, di tutto quello che gliene pare, perche io mi rimetto al suo giudicio. Spero V. R. sara sodisfatto in quelle due cose che ricerca, quanto è dal

a) *Correxi ex* mandarlo, *quod est in apogr.; v. supra p. 337 et Epp. Nadal III 289.* b) che *a libr. correctum est ex* chesi spese. c) *A libr. corr. ex* Gio. *vel simili verbo.*

[1] Attulerunt eam 8 Societatis scholastici et novicii, a P. Natale visitatore ex provinciis Austriae et Germaniae superioris missi; vide supra p. 337—339.

[2] Ferdinandus Alber, ut videtur; vide Epp. *Nadal* III 322.

[3] Fr. Vitus Liner, ad officium magistri noviciorum in Germania superiore administrandum destinatus; vide supra p. 337.

[4] Id Canisius petierat; vide supra p. 337.

[5] Darbishiro, in Galliam misso. De hoc viatico vide ep. n. 1444.

[6] P. Conradum Swagerium, Societatis desertorem, dicit; vide supra p. 338.

nostro canto, dico di non mutar il P. Dottor Lanoy facilmente[1] ne anche pigliar cura di quanti[a] [?] si uoglia Illustri et grandi Signori[a] [2] [?].

Con la prima commodità, si uedera di aiutar quel bon parrocho brixinense[3] in quel scrupulo suo.

R. V. litteras, quas adiungimus, sibi commendatas habeat. Deum pro nobis orate. Di Roma li 9. di nouembre 1566.

Canisius Borgiae respondit 14. Decembris 1566.

1373. P. CONRADUS SWAGERIUS S. J., CANISIO.

Ex comitatu hagensi (?) inter med. m. Oct. et med. m. Dec. (?) 1566.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1386.

Se in terra ducis Bavariae imperio subiecta (in comitatu hagensi?) contionando multos ex Lutheranismo ad ecclesiam reducere.

Canisius Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit Dilinga 8. Ianuarii 1567: „Hauemo receuto quella di 3. et 14. di Decembre. Quella scritta al D. Conrado, li è stata mandata, et io con quella mandai anche la mia, et aspetto la resposta di ambe doe. Mi ha scritto prima, che adesso stà in una terra del Duca di Bauiera, doue essendo tutti quasi Luterani, dici lui, che per mezzo delle sue prediche molti se conuertiscono alla santa Chiesa. Pur sta molto indisposto, quanto alla sanità corporale, come[b] io intendo, ne facilmente pare se ne guarirà. Dio li dia la sanità del annima."

Borgias P. Conrado Swagerio (cf. supra p. 338) scripsit Roma 2. Decembris 1566 [vide infra monum. dil. (23)]. Quas litteras ante d. 13. Decembris 1566 Canisio allatas non esse cognoscitur ex eiusdem epistulis 14. Decembris 1566 et 8. Ianuarii 1567 ad Borgiam datis (vide infra n. 1378 1379 1386), si inter se conferantur. Puto igitur Borgiae litteras paulo post medium m. Decembrem Canisio traditas et brevi post ab hoc una cum ipsius epistula Swagerio missas esse. Iam antea autem Canisius epistulam Swagerii, cuius mentionem facit, acceperat; quare Swagerium inter medium m. Octobrem et medium m. Decembrem scripsisse coniecto; nisi haec Swagerii epistula eadem fuerit atque illa, quam sub initium m. Octobris 1566 datam esse monui supra p. 328.

Ex Canisii litteris 17. (12.?) Iunii 1567 ad Borgiam datis conicere licet, Swagerium in comitatu hagensi (Haag) moratum esse. In quam parvam terram, in media Bavaria sitam, sed solius imperatoris imperio subiectam, Ladislaus comes circa a. 1556 protestantismum induxerat; sed cum Ladislaus 31. Augusti 1566 sine liberis decessisset, Albertus V. Bavariae dux, Ladislai successor ab imperatore designatus, terram occupavit eique ad ecclesiam reducendae diligentem operam navavit (*Aretin* l. c. 192. *Riezler* l. c. IV 469—474 538).

Canisius Swagerio respondit a. 1566 paulo post medium (ut videtur) m. Decembrem.

1374. CANISIUS SANCTO FRANCISCO DE BORGIA, praeposito generali Societatis Iesu.

Dilinga 15. Novembris 1566.

Ex imagine photographica litterarum (2°; 2 pp.; in p. 4 inscr. et particulae sig.) archetyparum, quae exstant in „E. C. II", n. 180[bis] (144). Canisius sua manu nomen („Seruo" etc.) subscripsit.

a) *Sic ap.; librario scribendum fuisse dixerim:* quanto et Signore*; vide infra adn. 2.* b) *Ita in archetypo correctum est ex* quanto, *quod prius scriptum erat.*

[1] P. Nicolaus Lanoius paulo ante rector collegii oenipontani constitutus erat.

[2] Canisius petierat, ne Socii „facile sinerentur faeminarum quantumvis illustrium curam suscipere" (earum confessarios agendo etc.); vide supra p. 346.

[3] Erasmum Steiner; vide supra p. 347.

PP. Elderen et Hermanutius ducissarum florentinae et ferrariensis confessarii iam in Germaniam revocandi esse videntur; nam ad annum tantum dati sunt; quare ducissae illae per sororem natu maiorem efficere student, ut in officio confirmentur; cum autem in messe germanica paucissimi sint messores, duo illi in Germania meliora officia praestabunt, quam in Italia. Etiam si instituto Societatis non repugnet, Socios in aulis principum feminis famulari, tamen et Monachii et Oeniponte experientia cognitum est, eos cum mulieribus nobilibus familiariter agendo facile in disciplinae religiosae studio tepescere. Dubium non est, quin Natalis Borgiam de Societatis puritate et libertate ea in re conservanda monuerit. Confessarii germani, si in hac opportunitate ablati non erunt, postea difficilius auferentur; ducissae enim paulatim maiore voluntatis propensione in eos retinendos inclinabunt; quamquam ipsae fortasse malent Germanis peccata confiteri, quam Italis. P. Natalis mox Herbipolim cum Canisio ibit ad res collegii cum episcopo constituendas; quod collegium utilissimum erit toti Franconiae haeresibus corruptae et pessimis cleri moribus refertae. Collegium idem potius rhenanae provinciae est ascribendum, quam provinciae Germaniae superioris, a cuius collegiis longe distat. Bene aget Augustae P. Roseffius, cum in locum P. Halbpaur Spirae contionaturi substitutus erit.

Jhesus. Molto Reuerendo in Christo Padre.

Pax Christi etc.

Quanto al P. Guilelmo Eldrense et al P. Lorenzo, li quali sono adesso Confessori delle Illustrissime Duchesse de Fiorenza et Ferrara [1], ho pensato di rapresentar à V. Paternità se li paresse conueniente, di far instantia de rechiamarli in questo tempo, et de remandarli in Alemagna . prima perche gia è l' hanno [a] [?] finito, del qual fù detto al principio, che la Compagnia hauesse la libertà sua di poi de reuocarli ò mutarli, secondo la necessità presente. Et de questo anche se recordano queste Duchesse et però scriuono, come io intendo, alla sua serrella [b] [?] piu uecchia [2], che procuri appresso di noi, de confermar per il tempo sequente la gratia gia per un' anno concessa. 2º pare che quelli doi padri seruerebbono meglio in Alemagna, che in Jtalia al prossimo, sapendo bene la lingua todesca, poi che habbiamo tanti pochi operarij todeschi in questa messe copiosa [3]. 3º in questo modo se tagliarebbe questa nuoua usanza, che li nostri habbino à seruire nelle corte et alle donne. La qual cosa ancor che non fussi contra il nostro instituto [4], tamen come pare, da grande occasion alli nostri de desuiarsi, et de raffreddarsi nella sua vocatione

a) *Sic archet.; corrigendum esse videtur* l' anno. b) *Sic archet.; corrigendum esse puto:* sorella.

[1] Sub m. Novembrem 1565 P. Guilielmus Elderen Ioannae ducissae florentinae et P. Laurentius Hermanutius Barbarae ducissae ferrariensis (et Germanorum, qui ipsis famulabantur) constituti erant; vide supra p. 118. Quae ducissae Ferdinandi I. imperatoris filiae atque Annae ducissae Bavariae et trium „reginarum" Oeniponte degentium (Magdalenae, Margaritae, Helenae) sorores erant.

[2] Annae. [3] Cf. Mt 9, 37; Lc 10, 2.

[4] *S. Ignatius* constituerat: „Homines . . . huius Societatis . . . non debent curam animarum, neque item mulierum religiosarum, vel aliarum quarumcumque suscipere, ut ordinarie illarum confessiones audiant vel ipsas regant." Idem tamen praeposito generali potestatem esse voluit, qua, ubi opus esset, vel ipse vel per alios in Societatis Constitutionibus dispensare posset (Constitutiones S. J. P. 6, c. 3, n. 5; P. 9, c. 3, n. 8 et D).

et disciplina religiosa. Non accade in questo dar molti exempli poi che l' esperientia di questo et in Monachio et in Jspruch e stata molto chiara [1], et anchora non mancano mali effetti di questa familiarità, che i nostri tengono, come confessori, con le donne Nobili. Ne dubito che sopra cio il P. D. Natal habbia dato boni et sufficienti auisi à V. Paternità accio la[a] purità et libertà della Compagnia in questa parte sia defesa et conseruata [2]. 4º Se adesso non se farà mutatione circa questi Confessarij, pare, che sara piu difficile per l' auenire de rechiamarli da questo offitio. Et queste Duchesse porrano à poco à poco piu affettione uerso quelli Padri . et sarà piu difficile di farle capace, che piglino altri Confessori Jtalianj ancor che sapessino, come io credo, ben parlare italiano. Vero è che l' inclinatione di esse potria essere de confessarsi piu presto ad un Todesco nella lingua materna, che in Jtaliano. Con tutto questo uedrà V. Paternita quello che sara piu spediente al magior seruitio di nostro Signore et per magior bono della Compagnia.

Jl P. D. Natal uolendo presto andar à Herbipoli, pensa piglia[r] seco me, per concludere col Reuerendissimo Herbipolense [3] di quel Collegi[o] il qual, par sarà di grande importanza per tutto il Ducato di Franconia assai corrotto di Heresia, et pieno delli grandissimi abusi del Clero, come sa meglio il Padre Euerardo [4]. Et ancora che il P. Natal monstra uolontà in parte, che quel Collegio se applicasse à questa Prouincia [5], tamen dal altra parte per molte raggioni pare che li nostri in Herbipoli hauerebbono piu agiu[to] dalla Prouincia del Reno, di modo che io anche desideraria[b] per non hauer questo carico, de attender' à quello Collegio tant[o] lontano dalli altri nostri Collegij, perche è distante quasi per quatro giornate. Pur sia fatta sempre la uoluntà de Dio et delli Superiori.

Non permette il tempo di stendermi piu per adesso. Jl P. Gregorio, come speriamo, starà molto bene in Augusta [6], come à[c] [?] dessiderato il nostro Reuerendissimo [7] in luogo del P. Hermet[e] che adesso andarà col P. Natal per predicar in Spira, dou[e] anche starà meglio che in questa nostra Prouincia [8]. V. Paternità uoglia racco-

a) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* b) *Sequi videtur breve aliquod v., quod iam legi nequit;* lo? c) *Corrigendum esse videtur* ha.

[1] Vide supra p. 37 223 229 289[7] 323—324 etc.

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [3] Friderico a Wirsberg.

[4] Everardus Mercurianus, unus ex Borgiae praepositi generalis „assistentibus", usque ad a. 1565 praepositus provincialis Germaniae inferioris fuerat.

[5] Provinciae Germaniae superioris.

[6] P. Gregorius Roseffius initio m. Novembris Augustae a P. Natale visitatore domui Sociorum cum „superioris" nomine praepositus erat; idem pro P. Hermete Halbpaur contionatoris officium in ecclesia cathedrali auspicaturus erat proxima Dominica, quae erat 17. Novembris (Epp. *Nadal* III 301).

[7] Cardinalis Otto Truchsess.

[8] Natalis iam statuerat, ut collegium Spirae condendum ad Societatis provinciam rhenanam pertineret (l. c. III 287).

mandarci al Signore nelli suoi Sacrificij et nelle orationi di tutta la Compagnia. Di Dilinga alli 15 di Nouembre 1566.

Seruo in Christo P. Canisio.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre Il P. M. Francesco di Borgia, [Praepo]sito General della Compagnia di Giesu. Jn Roma.

Una cum his litteris Romam ad Borgiam missa est epistula Dilinga 14. Novembris 1566 a P. Hieronymo Natale visitatore ad eundem data, in qua is haec, praeter alia, commendabat: Societas aut confessarios suos a Magdalena, Margarita, Helena archiducissis omnino auferat, aut saltem continuo instet, ut tribus illis unus confessarius communis sit. Ducissarum autem florentinae et ferrariensis confessarii, quod ad annum tantum ipsis promissi sint isque annus m. Novembri a. 1566 terminetur, in Germaniam revocentur; quodsi confessarios de Societate ducissae habere et praepositus generalis concedere voluerint, collegiorum illorum rectores eo munere fungi poterunt; nam ducissae illae iam sciunt italice; confessarii igitur germani, quas nunc habent, negotium istud cum iis tractabunt (Epp. *Nadal* III 309).

Natalis his litteris adiunxit epistulae germanicae Oeniponte sub medium m. Octobrem 1566 a Magdalena archiducissa ad P. Ioannem Dyrsium S. J. confessarium suum datae versionem latinam eamque manu Canisii scriptam (atque ab eodem — id satis certum est — factam); qua epistula Magdalena gratum significabat erga Natalem animum, quod is peccata Dyrsio confitendi in posterum quoque facultatem sibi concessisset; simul per Dyrsium Natalem rogabat, ne Margarita soror „sinatur . . . mecum agere . . . de mutando confessario meo“, ac varia dona eidem mittebat Natali (qui omnia recusavit). Canisii versio exstat in Epp. *Nadal* III 784—785.

Borgias Canisio respondit 3. Decembris 1566.

1375. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., collegii oenipontani rector, CANISIO. Oeniponte paulo post medium m. Novembrem 1566.

Ex autographa Lanoii ad Borgiam epistula. „G. Ep. VII“ f. 207ª.

Scholasticos per P. Natalem Praga in Germaniam superiorem missos et collegio oenipontano destinatos, qui Ingolstadio Oenipontem petiverint, sed ob pestilentiam in eam urbem illapsam ex itinere redierint, iam posse mitti; periculum enim cessasse.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii oenipontani rector, de quattuor illis Societatis fratribus scholasticis, quos P. Natalis visitator ex collegio pragensi in provinciam Germaniae superioris Canisii praepositi provincialis rogatu miserat (vide supra p. 298), Oeniponte 20. Novembris 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem rettulit: „Quanto a questo Collegio . . . si espettauano quatro fratelli venuti a Jngolstadio di Praga per ordine del P. Visitatore, ma essendo partito col Padre Prouinciale Canisio di qua, soprauenne vn principio di tribulatione nel suburbio di questa cità scoprendose la peste nella casa del bottaro della corte et del Collegio nostro . vn di li mori vn seruitore il quale col' suo patrone duoi o tre giornj auanti che morsse era stato nella cantina di questo Collegio con li nostri per racconciare certi vasi etc. et anchora morirono duoi putti in quella medesima casa, Vnde per ordine del Regimento, si parti di la quel bottaro con la sua moglie et altra fameglia et fu transferito in vna certa casa fabricata da nouo per stare li apestati vn puocco lontana della terra, Lui finalmente et la sua moglie et duoi o tre altrj sono mortj risanandosi alchunj etiam perseuerando li altri senza infirmita nessuna, Jo ho scritto questi giorni al P. Prouinciale che si possono mandare quelli fratelli liquali erano gionti insin a Monachio per venire quà ma tornati in drieto per questo nouo pericolo, essendo come tutti speramo quel principio di fuoco per la diuina gratia di maniera smorzato, che non passara ad altre case et si confirma questa commune speranza per questa raggione che quel male contagioso non nacque in quella casa ma fu apportato da quel seruitore che in essa morj.“

1376. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 3. Decembris 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu „P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 201ᵇ.

De ducissarum florentinae et ferrariensis confessariis germanis revocandis, si quid suaviter praestari poterit, praestabitur; optandum est certe, ut illae, cum italice sciant, rectoribus collegiorum illorum peccata confiteantur. PP. Roseffius et Halbpaur. Si in Germania, quae de Sociorum sepeliendorum ratione decreta sunt, non servantur, significandum est, qua de causa non serventur. Conventus erfordiensis.

Pax *etc.* L ultima di V. R. é di .15. del passato . et quanto al reuocar li confessori dell' Serenissime Duchesse di Fiorenza et Ferrara [1], uederasi quello che si potra far bonamente, non pare pero cosa facile, cosi presto retirarli, benche seria da desiderar che loro si contentassero di confessarsi conli Rettori, sapendo già la lingua Italiana, perle raggioni che V. R. scriue.

Circa il Collegio Herbipolense, se si pigliara, io mi ho rimesso al giudicio del Padre Natale, quanto al metterli in una Prouincia, o altra [2].

Il Padre Gregorio speramo la fara bene in Augusta, et anche il Padre Hermete in Spira [3].

Circa la sepultura deli nostri, scriue V. R. che il Padre Natale ha ordinato si serui la usanza di Roma [4], uorrei esser auisato, si [non] [a] [?] osseruando quella, si osseruara anche il decreto 30. tit. 6º dela prima Congregation [5] et si di quello si separanno, che raggioni muouono al separarsi; di altre cose si scriue al Padre Natale, et pero sarò tanto più breue.

Quella di V. R. sopra il conuenticolo di Elfordia [*etc., ut supra p. 350*], tutti ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li 3. di decembre 1566.

Una cum his litteris Canisio missa est constitutio a S. *Pio V.* Romae 24. Octobris 1566 data, qua pontifex omnes licentias et facultates ingrediendi monasteria ac domos quorumcumque regularium ordinum „mulieribus, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, et quacumque dignitate ac praeeminentia praeditis, etiam comitissis, marchionissis, ducissis" concessas irritas esse iubebat et, gravibus poenis propositis, ne mulieres monasteria illa domosve ingrederentur vel religiosi viri eas introducerent admitterentve, interdicebat (*Bullarium* Romanum VII 487—488). Ita enim in Cod. „Def." *notatum est: „A di 3. di decembre 66. si mandò una Bolla di PP. Pio .V. sopra la prohibitione del intrar nei monasterij .etc. Ispruch, P. Lanoy,

a) *Ut hoc verbum suppleatur, ipsae res exigere mihi quidem videntur; v. supra p. 346—347.*

[1] PP. Guilielmum Elderen et Laurentium Hermanutium, Ioannae et Barbarae ducissarum florentinae et ferrariensis confessarios; vide supra p. 353.

[2] In provinciam Germaniae superioris aut in rhenanam; vide supra p. 354.

[3] P. Gregorius Roseffius, cathedralis ecclesiae augustanae contionator domusque Sociorum augustanae superior, ac P. Hermes Halbpaur, Spirae in ecclesia cathedrali contionatorem agere iussus; vide supra p. 354.

[4] Vide supra p. 346—348.

[5] Ita decretum, quod posui supra p. 347, signatum est in primae Congregationis actis manu scriptis; quod postea, cum decreta maioris momenti typis exscriberentur, numero 109 notatum est (*Institutum* S. J. II 149 182).

P. Natale, et P. Canisio" (Div. ord.: in a. 1566). Cur autem hae litterae pontificiae illis missae sint intellegitur ex P. *Hieronymi Natalis* epistula Monachio 29. Octobris 1566 ad Borgiam data; in qua ille de Magdalena, Margarita, Helena archiducissis Oeniponte degentibus interrogabat, „se si hà da dispensare, che queste 3 persone con li loro seruitori et Virgini, ò etiam con pochi de suoi, entrino nel Collegio ò nell' Horto". Atque ipse quidem existimabat, „che si possa dispensare: Ma auertirle, che lo faccino raramente" (ex archetypo, quod exstat in Cod. „EN" n. 156; etiam in Epp. *Nadal* III 285 286; de clausurae lege eo tempore vigente vide *Can.* IV 564[1]). *Borgias* vero Roma 3. Decembris 1566 Natali respondit: „Del entrar dentro del nostro collegio, ò del horto dette signore pare sia prohibito per un breue che di nuouo ha fatto il Papa, . . . et forse si mandara qui una copia di detto breue" (ex archetypo, ab ipso Borgia recognito et subscripto, quod exstat in „EB" n. 190; etiam in Epp. *Nadal* III 323—324).

Ac quoniam *Borgias* ad has suas litteras Canisium in epistula, quam modo posui, remittit, ex ea aliqua pono, quae ad Canisium quoque spectant: „Quanto al dar conseglio in Hispruch sopra il monasterio delli frati etc. quel che mi pare è che li nostri non se intromettano [1]. Se accadessi, che intrasino quelle tre persone nel detto monasterio, li nostri potranno sentire lor confessioni senza intrare però dentro del monasterio, con l' altre monache se ui fussino conuerra osseruare nostro instituto [2]. . . . Quantunque .V. Reuerenza sia fuora delle due Prouintie di Austria et Superior Germania hauera pur la cura di quelle, et la essercitara in quello che potrà buonamente . . . y [a] avnque este en francia tenga cura de germania . y escriuanle . y responda, hasta que sea acabada la visita del todo [3]. . . . De alcuni inconuenienti, che nella Prouintia di Germania superiore si sono uisti, temo sia stata in parte causa la poca oratione, che intendo hanno usata et poca recollettione, et anche poca osseruatione della pouertà, massime quanto all' uso di certe cose, che non quadrano bene alla pouertà di nostro instituto, come il portar Barrettigni di setta [4] etc. Credo .V. Reuerenza hauera prouisto doue s' è àcorto del bisogno, et quando non, sara ben prouedere. . . . Quando si potessi fare [b] [?] con consenso delle parti la cura di tutte tre [persone] [5] sarebbe da desiderare, quando questo non si possa il ridurle tutte ad un confessor, mi pare anche bene, se si potrà suauemente fare, è pur necessàrio farlo cum grano salis. . . . Ci ha dato non poca consolatione . . . l' essersi chiariti li ministri del Duca [6] del modo che conuiene tener con li soggetti di nostra Compagnia" (ex archetypo, quod supra dixi; etiam in Epp. *Nadal* III 323—326).

Praeterea vel cum his litteris vel certe sub hoc tempus Canisio praeposito provinciali missum est exemplum (italicum vel latinum, puto) litterarum communium Roma 14. Novembris 1566 S. *Francisci de Borgia* mandatu a P. Ioanne de Polanco

a) *Hoc v. et quae sequuntur, usque ad* todo *incl., manu ipsius S. Francisci addita sunt.* b) *Sic archet.; sed ipsae Natalis litterae, ad quas Borgias respondet, exigere videntur, ut aut* lasciare *ponatur pro* fare, *aut* lasciar *inseratur post* parti; *v. Epp. Nad. III 309.*

[1] Canisius m. Iunio 1566 Oeniponte Magdalenae, Margaritae, Helenae archiducissis vehementer dissuaserat, ne monasterium S. Crucis, quod Franciscani Oeniponte habebant, in monasterium virginum immutandum curarent; vide infra monum. oen. (5). [2] Vide supra p. 353[4].

[3] Borgias 26. Octobris 1566 iussit Natalem etiam provincias Franciae et Aquitaniae, praeter quattuor Societatis provincias germanicas, visitare (Epp. *Nadal* III 281).

[4] „Pileolos sericos": Ita Cod. monac. „Resp." f. 117[b], in quo hic de paupertate locus latine positus est. In indiculo „Consuetudinum Dilingae receptarum, quae non videntur alibi vsitatae", sub a. 1566 Dilingae conscripto dicitur: „Vtuntur nostri pileis paruis domi, vt quadratis parcant, vel propter frigus" (Epp. *Nadal* IV 265).

[5] Tres illas archiducissas oenipontanas significat; vide supra p. 268 346.

[6] Consiliarios et aulicos Alberti V. Bavariae ducis, inprimis Simonem Thaddaeum Eckium cancellarium; cf. supra p. 323—324 et infra monum. monac. (4).

datarum, de quibus in Cod. „Def." *notatum est: „A di 14. di nouembre 66. si mandò la commune accio mandino li voti delli professi insieme conli uoti simplici. P. Carillo, Spagna, Sardegna, Aquitania, Francia, Lombardia, Toscana, Napoli, Sicilia, Austria, Superior Germania, Rheno, Jnferior Germania" (Div. ord., in a. 1566). Exstat adhuc harum litterarum exemplum hispanicum („Epp. Hisp. 1564 1566" f. 257[b]—258[a]), cui eadem manu adnotatum est, epistulam esse „Commun para todos los Prouinciales". Borgias his praeceptis ea, quae Lainius praepositus generalis a. 1564 de re statistica, quam vocamus, Societatis constituerat (*Can.* IV 720—722), confirmavit et amplificavit. Quae hic pono, quia ad germanorum quoque Sociorum veteres catalogos, votorum libros, similes tabulas intellegendas utilia sunt:

„Para que se puedan ordenar ciertos libros y escripturas que es[a] menester[b] se ordenen, V. R. procure que de todos los professos de .4. y .3. uotos[c], se imbien a N. Padre firmadas sus professiones con los uotos simples, que despues de la profession se han de hazer, poniendo el lugar y tiempo y nombre de aquello en cuyas manos[d] se ha hecho; y lo mesmo se haga de los coadiutores formados, spirituales y temporales, y de los scholares aprobados[1], aunque estos uotos podran uenir con alguno que no sea correo[e] [?], porque seran en mayor numero. De donde no se ha imbiado el origen principio, y progresso, de cada collegio, o Vniuersidad, o casa, se imbien junto con las obligaciones o condiciones que ay, y con auisar de la renta, esprimiendo quantos[f] se pueden mantener con ella ordinariamente . y quantos mantienen de presente.

Asi mesmo los que no han imbiado las copias de las fundaciones, y contrachos mas importantes, las imbien, o a lo menos una summa que contenga la substantia dellos, quanto [a] los bienes, rayzes, y censos, y uenga esta cosa firmada del Prouincial y Rector.

Tam bien los que no le han imbiado, imbien una nota, de las bulas, y otros titulos de sus bienes y si halgo les falta, para la firmeza, auisen dello,

Quando imbiaron[g] [?] la informacion annua, auisen de los salidos, y despedidos en su Prouincia, despues de los uotos hechos, y tam bien de los nouicios admitidos y despedidos, y uenga la informacion[h] como se escriue en las cartas, porque de cada Prouincia se haga su quaderno."

Canisius Borgiae respondit 8. Ianuarii 1567.

1377. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis visitator, CANISIO.
Spira inter 7. et 12. Decembris 1566.

Ex Natalis ad Borgiam epistula archetypa, a P. Didaco Jimenez scripta et ab ipso Natale subscripta, quae exstat in Cod. „EN" n. 165. Integra epistula primum ex archetypo typis exscripta est in Epp. *Nadal* III 327—341.

P. Georgium Bader non esse Dilingae licentiatum theologiae creandum, nisi praepositus generalis id permiserit.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Spira 12. Decembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem de rebus Dilingae sub medium m. Novembrem a se et a Canisio gestis haec, praeter alia, rettulit: „Haueuamo designato di far licentiato in Theologia à Maestro Giorgio, perche habbi maggior authorità venendo a Herbipoli, mà dipoi mi son ricordato, che la P. V. hà dato un' ordine à Maestro Canisio che pare generale, ut nullus promoueatur ad gradum aliquem; senza consultar' la P. V. et però hò scritto a Maestro Canisio che non faccino quello, se non co' l consenso della P. V."

a) *A libr. correctum ex* esta *vel* estan. b) *Antecedit* ordenado, *a libr. oblitteratum.* c) *Sequuntur vv.* y de, *a libr. oblitt.* d) mano *ap.* e) *Ita corrigendum esse puto ex* correcto, *quod est in ap.* f) quanto *ap.* g) *Sic ap.;* imbiaran? h) *A libr. corr. ex* esta informacion.

[1] Huius capitis exemplum, latine, paullo tamen brevius scriptum, transcriptum est saeculo XVII. vel XVIII. in Cod. „E 11" p. 1, qui olim collegii moguntini fuisse traditur.

Natalis cum Canisio fere usque ad d. 4. Decembris fuit Herbipoli; unde Canisius Augustam rediit; Natalis autem Spiram advenit 7. Decembris (Epp. *Nadal* III 337 340).

De P. Georgio Bader (1541—1612), quem Natalis his verbis significat, in **Catalogo* collegii dilingani 31. Decembris 1566 conscripto notatum est, eum „Germanum, Rattenbergensem" (Rattenberg, pagus tirolensis) esse, Romae a. 1557 Societati nomen dedisse, Laureti 25. Decembris 1557 vota scholasticorum nuncupasse, in Societate 1 annum rhetoricae, $3^1/_2$ annos philosophiae, 2 annos theologiae studuisse, Dilingae „ministri" munere fungi („GSC 66" f. 402[b]). P. *Antonius Vinck* S. J. in *Catalogo collegii herbipolensis 9. Decembris 1567 scripto notat, Baderum Laureto „profectum coymbricam Lusitanie, deinde reuersum Romam, missum esse Dilingam" („G. C. 67" f. non sign.). Qui Roma 2. Septembris 1566 in Germaniam missus (Epp. *Nadal* III 224 226), Dilingae a Natale iussus est praecipuam operam dare „priuato studio theologiae", inprimis earum partium, quas nondum audisset, et controversiarum, ac praeterea „sub nomine ministri" non culinam quidem nec mensam, sed alias collegii res curare, „ut usum aliquem gubernationis habere posset, si rector postea mitteretur Herbipolim" (l. c. IV 262). Bader igitur, cum a. 1567 Dilingae philosophiam tradidisset (*Specht* l. c. 286), a. 1568 primus collegii herbipolensis rector institutus est (*C. Braun*, Geschichte der Heranbildung des Klerus in der Diöcese Wirzburg I, Wirzburg 1889, 133). Postea collegii germanici rector et provinciarum Germaniae superioris atque Austriae praepositus provincialis fuit (*Steinhuber* l. c. I² 195. *Pachtler*, Ratio Studiorum I xv xvii. *Sommervogel*, Bibl. I 757; VIII 1723). Quod autem ad Baderi promotionem attinet, *Borgias* *litteris „communibus" Roma 11. Ianuarii 1566 datis constituerat: „Per che il grado del mastro in arte, et dottore in Theologia, non si ha a dare nella Compagnia, si non per qual che buon fine, et a persone tanto sufficiente, quanto recercano le nostre Constitutioni[1], mi è parso ordinare, che niuno sia promosso a simili gradi, senza che io ne sia prima auisato, et che si habbia [risposta] di Roma: et in cio si eccettua l' India[a] per essere cosi remota" (ex apographo eiusd. fere temp.; „Antiqu. Ingolst." f. 90[a]). Hae autem litterae 23. Ianuarii 1566 missae esse videntur in Germaniam superiorem (*„Def.", Diu. ord., in a. 1566); quam illis mensibus pro Petro Canisio provinciali Theodoricus Canisius „viceprovincialis" regebat.

Borgias Roma 26. Februarii 1566 Natali respondit: „Quanto alla promotione alli gradi, sta ben quel che V. Reuerenza ordino al padre Canisio sopra maestro Georgio, pur generalmente quanto alla promotione à questi gradi io mi rimetto a V. Reuerenza . lei adunque considerarà quel che conuiene" (ex archetypo, manu Borgiae subscripto, quod exstat in „EB" n. 194; etiam in Epp. *Nadal* III 401). Bader in. universitate dilingana 2. Octobris 1567 licentiatus theologiae creatus est (*Cod. diling. „Acta ac Dil." p. 76).

1378. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula prior.)

Augusta Vind. 14. Decembris 1566.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; 3 pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 181 (105 106). Aliquae litterarum partes editae sunt in Epp. *Nadal* III 778—779. Litteris usus est et aliqua earum verba expressit *Sacchinus*, Can. 240—241.

a) l' Imbia *apogr.*

---

[1] *S. Ignatius* de „gradibus tam magisterii Artium, quam doctoratus Theologiae" haec, praeter alia, praeceperat: „Ne quis nisi diligenter et publice examinatus per personas designatas, quae bene suum officium faciant, et idoneus ad praelegendum eamdem scientiam inventus, promoveatur; sive ille de Societate sit, sive extra eam": Constitutiones S. J. P. 4. c. 15, n. 4.

Cur nec scripserit nec catalogos vel litteras annuas mittat. Paenitentiam pro exeuntis anni delictis et benedictionem pro novo anno petit. Ad collegia adibit. Collegium herbipolense. In haeresim multi relabuntur; quos si non licebit absolvere, et ipsi detrimento afficientur, et confessarii angentur atque inquisitionem inducere videbuntur; reliqui sacerdotes excommunicationem illam neglegunt; episcopi dissimulant. Baptismi Calvinianorum. Versio germanica Catechismi Romani; quem ut in Germania excudere liceat, a pontifice petunt. P. Schorichii epistulae aulicae. Rectores monacensis et ingolstadiensis officio parum sunt apti. Difficultates dilinganae sublatae sunt; P. Georgius Bader „minister" etc. Socii Romam missi; viatica. Dispensatio. Collegium spirense. Qui Dilingae philosophiam tradunt, officio non satisfaciunt. Aegrotat unus ex professoribus ingolstadiensibus. Oeniponte duo ex magistris nimium sibi indulgeri volunt.

† Pax Christi et felix annus ad maiorem Dei gloriam admodum Reuerende Pater.

Respondeo primum literis ternis ad me datis, nimirum 15 et 26 Octobris, et 9 Nouembris. Et fui quidem hactenus in scribendo minus sollicitus, quamdiu mansit in prouintia nostra R. P. Natalis, ad quem ueluti Visitatorem et P. V. Vicarium plaeraque referenda esse putaui. Deinde quoniam satis negotij fuit vtrique nostrum, cum ex uno collegio in aliud proficiscimur, non parum impedimenti allatum est, quominus expedirem ea, quae ad offitium scribendi meum spectabant[a]. Itaque nondum licuit catalogum fratrum huius prouintiae omnium mittere, et ea quae ad annales Augustanas pertinent, nunc primum confecta sunt[1]. Qua in re commissae qualiscumque negligentiae culpam deprecor, veniamque pro his et alijs totius anni delictis humiliter peto, amplexurus poenitentiam libenter, quamcumque iniunxerit inobedienti filio mihi P. T. cuius benedictionem ad innouandum spiritum[2] etiam atque etiam desidero, vt et nostris, et obedientiae sanctae in hoc munere, quod valde indignus gero, rectius faciam satis[3].

Sunt dies nunc decem, quibus discessit a me P. Natalis, cum Herbipoli essemus ambo, unde profectus est ille Spiram, ego vero huc redij Christo duce, profecturus intra triduum ad collegia vicina. Quid uero de collegio Herbipolitano sit transactum, aliunde cognoscet P. T. et praesertim ex literis P. Visitatoris[4] et Reuerendissimi Domini Herbipolensis[5]. Dicam et ego aliquid in separato scripto.

a) *A Can. ipso correctum ex* spectant.

---

[1] In „Formula scribendi" a. 1565 iussu secundae *Congregationis* generalis composita et ab eadem approbata (decr. 1654) constitutum erat: „Rectores Collegiorum et Praepositi locales catalogum Patrum ac Fratrum conficiant, et informationem communem semel in anno ordinarie, et ad suos Provinciales mittant, qui illos ad Praepositum Generalem mittent" (*Institutum* S. J. II 198 205—206). De litteris annuis vide supra p. 289[3]. Annuis augustanis anni 1566 Kalendae Septembres ascriptae sunt; vide infra mon. aug. (a 14). [2] Ps 50, 12.

[3] Munus significat praepositi provincialis Germaniae superioris.

[4] Cf. infra mon. herb. (3).

[5] Has Friderici a Wirsberg litteras ponam infra mon. herb. (6).

Quod ad nouam difficultatem nobis iniectam, ne absoluantur relapsi, attinet, scio scripsisse P. Natalem diligenter[1]: scribit et Reuerendissimus D. Cardinalis[2] in Vrbem. Nec dubito, quin P. V. intelligat satis, quantum angoris et periculi ex hac difficultate redire possit ad nostros Confessarios, quibus tam frequens casus de haeresi apud Germanos occurrit. Soli fere nostri admonent confitentes de excommunicationis sententia, quae apud sacerdotes alios negligi solet. Jam si confitentes ipsos consideremus, in medio haereticorum quotidie versantur, illorum colloquia, disputationes et commercia deuitare non possunt plurimi, mouentur nonnunquam, vt fit, auditis ratiunculis et argumentis haereticorum, et facilis est relapsus ad haereses, quas antea imbiberunt, et quasi cum materno lacte suxerunt. Redeunt ad mentem tamen admoniti, et petunt a nostris absolui. Per Christum rogo, ne linum fumigans hic cogamur extinguere[3], et hoc loco ministerium nostrum apud multos probrosum reddere[4], quia nouae inquisitionis rigorem inducere uelle uideamur. Non sic aedificabimus, sed destruemus potius[5], ut uereor, in Germanica messe, quae si nostros amittat operarios, etiam longe peius habebit, etsi nunc habeat pessime. Vt autem S. D. N. uoluntati satisfiat, admoniti sunt Confessarij omn[es,] ut absolutionem circa relapsos tantisper suspendant, donec e[x] Vrbe respondeatur, quid tandem in hoc negotio sit faciundum. Jlludque rem difficiliorem facit, quod Episcopi dissimulent atque conniueant circa casus reseruatos[a], ut ignoremus, quo relegari possint, qui a nobis non absoluuntur[b]. Nam vt Romam petere iubeantur, frustra et fortasse cum periculo monebim[us] miseros. Laudamus interim Pont. Max. zelum ardentem, se[d] rogamus etiam supplices, ne claudantur nobis manus ad [Ger]manis pereuntibus opitulandum, praesertim ubi plena sun[t] haeresum et excommunicationum omnia, vt in errorem etiam si fieri possit, inducantur electi[6]. Certe magnam capiemus consolationem, cum primum accipiemus hac in parte nost[ris] esse concessum, quod ob anxias tantum conscientias iuuandas petimus. Nec sit mora quaeso in petenda gratia.

De baptizandis aut rebaptizandis Caluinianis responsum etiam expectabimus. Nuper eadem de re scripsi[7].

Posteriorem partem Catechismi Romani nondum accepimus, quam[c] [?] D. Paulus[8] Monachij Germanice vertet, obseruatis etiam distinctionibus paragraphorum[d], licet has rectius cognosceremus ex altera, quae succedet, editione Romana[9]. Caete[rum] interpres idem

a) *A Can. corr. ex* reseruatios. b) *A C. corr. ex* absoluantur *vel* absoluentur. c) *Vel* quem*; obscurius scriptum est.* d) paraghorum *Can.*

[1] Vide supra p. 343—344. [2] Otto Truchsess. [3] Is 42, 3. Mt 12, 20.
[4] Cf. 2 Cor 6, 3. [5] Cf. 2 Cor 10, 8; 13, 10.
[6] Mt 24, 24. [7] Vide supra p. 295 316.
[8] P. Paulus Hoffaeus; de hac re vide supra p. 307 316—317.
[9] Prima editio romana non erat in capita sectionesve distincta; vide supra p. 307.

ante Paschatis festum[1] non absoluet[a] uersionem totius operis tum propter Aduentuales, tum ob Quadragesimales contiones[b], quibus iam satis es[t] impeditus. Scripsit Reuerendissimus Dominus Cardinalis, Pont. Max. rogans, permittat ut librum Latine et Germanice ap[ud] Germanos edi. Jdque multis modis expedire putamus, s[al]ua interim S. D. N. authoritate[2].

Gaudemus M. Georgij Schorichij curam peculiarem a P. V. ess[e] susceptam. Scribent de illo fortasse Monachienses, quod suas adhuc literas in aulam transmittat, et sine fructu exiguo, vt indicant[3]. Efficiat nos Christus uere simplices et obedientes.

Rector Monachiensis P. Dominicus nunc tollerandus uidetur P. Visitatori, quando substitui alius in hoc munere nullus potest[4]. Et Rector Jngolstadiensis[5] rectius Ministrum quam Rectorem collegij alicuius praeberet, vt idem Pater iudicat Natalis. Verum temporis necessitati parendum est, quoad Dominus nostri misereatur[6]. Agetur cum eodem Rectore, vt faueat studij[s] et professoribus gymnasij[7] magis quam antea.

Dilingae sublata uidentur impedimenta, quae P. Gaspar et D. Torrez annotauerant. Suam enim operam interposuit P. Natalis[8], et Ministrum illic instituit P. Georgium[9], qui simul studia nonnunquam tractet et absoluat usque ad gradum futurae promotionis, si V. P. permittat.

Gaudemus nouitios nostros in Vrbem peruenisse. Sanet Christus aegrotum fratrem[10], quisquis ille sit. Quod ad rationes et sumptus

a) *Sequitur* editionem, *a C. oblitteratum.* b) *A C. ipso corr. ex* occupationes.

---

[1] Ante d. 30. Martii 1567.

[2] S. *Pius V.* a. 1566 „sub excommunicationis latae sententiae poena" omnibus typographis et bibliopolis „tam extra, quam intra Italiam" interdixerat, ne quis (praeter Paulum Manutium typographum romanum) Catechismum illum „latinum, aut in vulgarem sermonem translatum intra quinquennium proximum posset imprimere, vel ab aliis impressum vendere, ac ne post quinquennium quidem absque licentia" sedis apostolicae (*St. L. Corvin von Skibniewski,* Geschichte des römischen Katechismus, Rom u. Regensburg 1903, 134—135). [3] Cf. supra p. 323 348.

[4] P. Dominicus Menginus valde instabat, ut munere levaretur; vide supra p. 303 320. [5] P. Martinus Leubenstain.

[6] Ps 66, 2; 122, 2 3. Is 33, 2. 1 Mach 4, 10 etc.

[7] Universitatis ingolstadiensis.

[8] Vide supra p. 287. Natalis permisit, ut in posterum quoque cardinali „in pontificalibus diuina officia celebranti, in sacello vniuersitatis" complures ex Sociis assisterent „pluuialibus et aliis sacris vestibus induti", et ut „in simili habitu comitarentur eum in publicis supplicationibus"; ipsum enim cardinalem id instanter petere, neque alios sacerdotes ei praesto esse. Idem *Natalis* praecepit: „Vt euitetur anxietas et difficultas, quae obuenit quando praelati uel principes sunt excipiendi orationibus, uel possent parari orationes ex locis communibus in classe rhetorices ab auditoribus, tum a praeceptore, tum a domesticis, qui essent idonei. Idem potest curari in epigrammatis"; quod si fieri non posset, mandavit, ut se excusarent cardinali: hunc autem, ut Socios mature moneret, rogavit (Epp. *Nadal* III 340—341; IV 265. *Gomez Rodeles* l. c. 767). [9] Bader; vide supra p. 358—359.

[10] Ferdinandum Alber; vide supra p. 351.

viaticorum spectat, breui plura scribemus, ut recte constent omnia nihilque nos isthic debeamus. Fortasse nunc etiam accesserit M. Marquezius cum equo suo . dubitamus tamen de Lucio puero et eiusdem comite, quem adiunxit P. Natalis, qui de vtroque perscripsit[1].

Expectat bonus pastor Brixinensis[2] gratiam, et nos[a] illi ut antea, ualde cupimus esse bene consultum in hoc scrupulo.

Plane confidimus, ad Decanum[3] et Canonicos Spirensis Ecclesiae iam allatas esse literas P. V. sicut etiam ad P. Prouintialem Rhenensem[4] alteras. Quae per procuratorem Reuerendissimi nostri[5] mittuntur, certius celeriusque huc mitti uidentur, etsi Dilingam prius perferantur . Atque hactenus ad scripta P. V. sit responsum.

Dilingae philosophiam profitentur M. Gerardus Louaniensis et M. Symon Leodiensis[6]. Priorem iudicat P. Natalis omnino liberandum hoc docendi onere tum ob infirmitatem corporis, tum ob debilitatem oculorum, qui lectionem ferre aegerrime possunt. Nunc cogimur[b] alere puerum, qui tantum illius amanuensem agat, vt excipiat quae lecturus ille dictat in cubiculo, priusquam veniat ad classem. Deinde M. Symon uti Romae sŭo Rectori non satisfecit, ita Dilingae idem neque nostris quibuscum uersatur fratribus, neque in docendo discipulis facit satis. Est hoc ingenium quale Romae norunt et experti sunt, minime tutum ac solidum, ut doleamus classem philosophicam, quae sub alijs egregie habebat, nunc aegrotis istis traditam adeo laborare. Quam ob rem oramus, sicut et orabit P. Natalis[7], vt mittatur anno sequenti aliquis idoneus professor ad logicam classem. Jngolstadienses etiam rursus queruntur de valetudine P. Henrici Arborei, qui magis ac magis ad ptysim accedit, et hoc docendi onere cupit in tempore liberari[8]. Verum respiciet nos Dominus[9], et iuuabunt, uti speramus, superiores tempore suo[c]. Vereor ne in petendo immodici uideamur.

M. Robertus ad Logicam profitendam aptus non videtur[10], et est superioribus utcumque molestus, tam multa sibi cupit indulgeri. Vnde

a) *Sequitur* illum, *a C. oblitt.* b) *Sequitur* sum. *a C. oblitt.* c) *Sententiam sequentem Canisius postea adiecit.*

[1] De Ioanne Lucio novicio vide infra mon. var. (21); de P. Ioanne Marquez cf. supra p. 300.

[2] Erasmus Steiner; vide supra p. 347.

[3] Philippus a Walsbronn († 10. Novembris 1568) cathedralis ecclesiae decanus erat (*Remling,* Bischöfe II 835). [4] Antonium Vinck.

[5] Romae id officium tenebat Ioannes Paulus Castellinius; cf. supra p. 263.

[6] Gerardus Pastelius et Simon Damerius (vide supra p. 84—85 260 et Epp. *Nadal* III 174 332).

[7] Natalis 12. Decembris id praestiterat (l. c. III 332—333). Idem Canisio planis verbis mandaverat, peteret a Borgia, ut pro P. Pastelio alius philosophiae professor mitteretur; vide infra mon. herb. (5).

[8] Arboreus in universitate logicam tradebat (l. c. III 379).

[9] Eccli 36, 1. Cf. Lv 26, 9; Ps 89, 16; Is 64, 9 etc.

[10] Robertus Girulius Oeniponte rhetoricam tradebat (Epp. *Nadal* III 332).

P. Natalis illum quoque reprehendit, et nunc Rector Oenipontanus[1] de illo queritur. Sic M. Joannes Anglus etiam vrget, vt a communi ratione victus domestici liberatus, habeat multa peculiaria[2]. Veretur ergo Rector, ne sub spetie infirmitatis, quae minime grauis videtur, libertatem carnis isti venentur. Sed necesse est semper pauperes esse nobiscum[3], et imbecillitates infirmorum sustinendae sunt, iuuantibus nos precibus et sacrificijs R. V.[a] cui nos in Christo plurimum commendamus. Augustae 14 Decemb. 1566.

Seruus in Christo P. Canisius.

Francisco Treuerensi non defuere nostri Augustae, sed abeunti addiderunt sex coron. de quibus alijsque Romae datis mutuo illi pecunijs P. Prouintialem Rheni admonebimus.

† Admodum Reuerendo in Christo patri P. Francisco a Borgia Praeposito generali Societatis IESV. Romae.

Borgias Canisio respondit 25. Ianuarii 1567.

1379. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula altera.)

Augusta Vind. 14. Decembris 1566.

Ex imagine photographica litterarum (2^0; $3^1/_2$ pp.) archetyparum (Canisius sua manu eas emendavit et nomen [„Seruus“ etc.] subscripsit); quae exstant in „E. C. II“ n. 182 (107 108). Canisius in earum pag. 4 sua manu haec inscripsit: „De collegio Herbipolensi proxime tractata et conclusa cum Reuerendissimo Domino Herbipolensi mense Nouembri 1566.“ Litterarum exordium ex archetypo transcriptum est in Epp. *Nadal* III 779—780. Earum summam posuit *Duhr*, Jes. I 122—123; iisdem usus esse videtur *Sacchinus*, Can. 239—240.

Canisius Herbipoli contionatus est. Ibidem PP. Natalis et Canisius cum episcopo et cancellario de collegio incohando et dotando haec statuerunt: Collegii erit monasterium S. Agnetis et reditus 1500 florenorum; qui postea amplificabitur. Episcopus 1 contionatorem et 9 magistros petit; quos non oportet statim mitti omnes. M. Octobri scholae sollemniter incohabuntur. Canisius per Quadragesimam Herbipoli contionabitur. „Stipendiatos“ regent Socii, quibus episcopus „oeconomum“ adiunget. Episcopus publicas huius dotationis et promissionis tabulas praeposito generali mittet approbandas. Canisius his capitibus aliqua adnotat, quae ad collegii reditus, ipsius contiones, alumnorum curam, magistrorum numerum spectant. Canisio collegium valde arridet; sed quia Germaniae superiori tam multi magistri non suppetunt, ipse collegii curam provinciae Societatis rhenanae committi cupit. De PP. Fahe et Rabenstein Herbipolim evocandis ac de rectore creando et magistris mittendis aliqua notat monetque. Qui theologiam Herbipoli tradunt, viri sunt docti. Negotium herbipolense difficile est; sed aderit Deus.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater

Nihil dubito iam isthuc esse perscriptum, P. Visitatorem D. Natalem, P. Ximenez et me simul esse profectos ad Reuerendissimum

a) *Ita C. correxit ex* P. T.

[1] P. Nicolaus Lanoius.

[2] Ioannes Wick (vide supra p. 314) Oeniponte litteras graecas et logicam docebat (Epp. *Nadal* III 330).

[3] Christus discipulis: „Semper pauperes habetis vobiscum“ (Mt 26, 11. Cf. Mc 14, 7; Io 12, 8).

Herbipolensem, a quo humaniter quidem sumus omnes accepti atque dimissi[1]. Bis ego sum illi concionatus, in arce nimirum coram aulicis, et in Ecclesia Cathedrali[2]. De Collegio Herbipolensi an et quomodo instituendum illud esset, praecipua cura nobis fuit, et frequens cum eodem Reuerendissimo eiusque Cancellario tractatio intercessit. P. Natalis rationem instituti nostri non solum proposuit sed etiam ursit diligenter. Et graues quidem causae offerebant sese, cur putaremus bonum Episcopum sua spe et certa expectatione de nobis concepta, multisque annis confirmata, post tot tantosque sumptus in Collegij et Scholae structuram collatos, minime frustrandum esse. Tandem igitur uentum est ad certos articulos, quibus ueluti summa totius negotij de fundando, dotando et inchoando Collegio comprehenderetur, ut utrinque constaret tam ex Reuerendissimi quam nostra parte, quid ad eam rem facto opus esset. Quam summam P. Natalis ad haec referri capita passus est.

1 Primum scribet Reuerendissimus Dominus Herbipolensis ad Generalem Praepositum Societatis Jesu, se consentire, ut futuro Collegio incorporentur bona Monasterij desolati S. Agnetis iuxta Concessionem Sanctiss. Domini nostri[3] iam[a] ante impetratam. His bonis addet idem Reuerendissimus quingentos florenos ita ut singulis annis habeat Collegium mille quingentos florenos omnibus computatis.

2 Pollicetur etiam Reuerendissimus, quod uelit suo tempore, cum primum fieri commode poterit, summam reddituum augere, ut Societatis Instituto satisfiat, et spes futurae auctionis Collegij relinquatur[b][4].

3 Petet is ipse Reuerendissimus a P. Generali ad se mitti a Societate illos, qui praesint nouem classibus nouae Scholae, et praeterea

a) *Sequens v. a Can. supra versum scriptum est.* b) *Ita Can. sua manu correxit ex* concipi possit, *quae a librario scripta erant.*

[1] Natalis et Canisius cum P. Didaco Jimenez (vide supra p. 329[5]) et equite, quem cardinalis Truchsess viae ducem ipsis adiunxerat, Dilinga 19. (20.?) Novembris profecti, Herbipolim ad Fridericum a Wirsberg episcopum 24. Novembris advenerunt: atque tum eodem die, tum postridie mane cum Balthasare ab Hellu episcopi cancellario egerunt; vide infra mon. herb. (2)—(4).

[2] Canisium contionatum esse puto 30. Novembris, qui dies S. Andreae apostolo sacer est, in arce Montis Beatae Mariae Virginis (Marienberg) urbi imminentis, quae episcoporum sedes erat, et 1. Decembris, quae Dominica prima Adventus erat, in ecclesia cathedrali; plura vide infra mon. herb. (3).

[3] Pii IV.; vide infra mon. germ. l. (7).

[4] Cancellarius integrum magistrorum numerum, quem in Societatis universitatibus habere solebant, petebat (Epp. *Nadal* III 335). Verum Societatis Congregatio generalis secunda (can. 6) decreverat, ut, si quae collegia admitterentur, „ita dotata" essent, „ut non tantum Operarii sustentari possent, sed et is etiam numerus Scholasticorum, iuxta Formulam datam pro accipiendis Collegiis a R. Patre nostro Laynez, qui pro Seminario sit eidem Collegio futurus ad sui conservationem". In ea autem Formula exigebatur, ut universitates haberent, unde 70 Socii vel plures ali possent (*Institutum* S. J. II 215 531). In Germania tamen satis esse, si 60 Socii victum haberent, idem *Lainius* censuerat (*Gomez Rodeles* l. c. 51[3]); et Herbipoli eum numerum etiam paulum imminuendum esse idem censebat (Epp. *Nadal* III 336).

unum ut minimum concionatorem germanicum. Ex his praedictis erunt duo Theologi, duo Philosophiae Professores, unus Rhetor, unus qui literas humaniores doceat, et praeterea tres Grammatici praeter graecum et hebraicum professorem. Sed anno proximo sat erit ex his unum Theologum et unum Philosophum illic adesse. Nam Reuerendissimus reliquos duos dabit. Sequenti autem anno secundus etiam Theologus et secundus Philosophus ex Societate mittetur.

4 Ad initium uel medium mensis Octobris anno sequenti solemne Principium publicarum lectionum erit. Praecedet autem solemnis indictio et publicatio aperiendae Scholae per Franconiam.

5 Mittetur D. Canisius ad Quadragesimam, ut Herbipoli concionetur, et simul praecursorem aget[a], illumque post Pascha discedentem sequetur alius ex Societate ad Collegium praeparandum.

6 Cura Stipendiatorum, quos alet Reuerendissimus[1], erit hoc anno penes Doctorem Sebastianum[2], sed sub Societatis superintendentia. Deinde uero quam primum fieri poterit, unus ex Societate dabitur, uel plures, si necesse fuerit, ad Stipendiatos eosdem in literis et moribus gubernandos. Nam administratio temporalium Oeconomo committetur a Reuerendissimo.

De his Capitibus inter nos ita conuenit, ut Reuerendissimus Dominus coram Notario[b] et testibus uoluntatem suam scripto declararet, simulque solemnem donationem et pollicitationem supradictam Societati eiusque Praeposito generali commendaret. Et est a nobis quoque concepta huiusmodi formula liberae donationis et promissionis. Sperat P. Natalis nobiscum, eandem formulam a Reuerendissimo isthuc breui esse mittendam[3], nimirum ut accedente P. V. consensu et factam huiusmodi fundationem ac dotationem approbante finis tandem optatus huic negotio imponatur . Persuasum est Reuerendissimo, hunc Societatis esse morem, ut post liberam[c] huiusmodi fundatoris dotationem[d] obliget se primum Societas ad ea seruanda, quae honeste petuntur. Qua de re plura scribet haud dubie P. Natalis, ut opus non sit pluribus agere[4].

De primo et secundo Capite hoc dicam[e], nullum in Prouincia nostra Collegium institutum esse, quod maiorem fundatoris liberalitatem principio experiretur, ac maiorem etiam de se fructum in

a) *Ita in archet. correctum est ex* agat. b) *A C. corr. ex* Notato *vel simili v.* c) *Sequens v. a C. supra versum scriptum est.* d) *Sequitur* oblatam, *oblitteratum.* e) *Sequitur v. oblitteratum, quod iam legi nequit.*

[1] Fridericus non tantum iuvenes clericos, sed etiam alios pueros, qui postea sive ecclesiastica officia (si ad clerum transire ipsis placuisset), sive civilia administraturi essent, alere statuerat (*Braun,* Heranbildung des Klerus I 139—149).

[2] Faber? (*Braun* l. c. I 111. *Ant. Ruland,* Series et Vitae Professorum SS. Theologiae, qui Wirceburgi . . . docuerunt, Wirceburgi 1835, 230).

[3] Borgiae missa est ex Monte Beatae Virginis 14. Ianuarii 1567: vide infra mon. herb. (6).

[4] Vide infra mon. herb. (3).

Domino nobis polliceretur ob ingentes quae[a] illo in loco reperiuntur, commoditates.

De 4º et 5º Capite, non habeo quod dicam proprie, nisi de me ipso, qui fortasse non sine aliquo Collegiorum nostrorum incommodo duobus mensibus abero tam procul, sed scribam tamen, ut spero, singulis mensibus ad Collegia semel atque iterum.

Jn 6º Capite est aliquid difficultatis, sed quam defugere non licuit propter regendos alumnos Reuerendissimi quorum causam diligenter urserunt, et quibus uicinas Collegij aedes iam assignarunt[1].

Jn tertio Capite praecipua residet difficultas. Jgitur obstitimus primum sed frustra, ne tam multi professores tam uarias et[b] graues lectiones inde a principio auspicarentur[c]. Tandem cessit P. Natalis eorum importunitati, qui ex dignitate tum Reuerendissimi, tum Scholae huius fore putabant, ne deessent omnis generis Professores, quod scirent plurimos etiam studiosos undique libenter conuenturos esse.

Tantum accessit ea mitigatio, ut ante duos fere annos nobis opus non sit, alterum Theologum et Philosophum illuc destinare. Duos etiam Concionatores germanos expetebant, sed unum duntaxat promisimus, quem uolunt in Ecclesia Cathedrali hoc munus subire.

Ego ut simpliciter dicam quod sentio, ualde opto et cupio Collegium hoc in messe illa pulcherrima et in medio[d] gentis ualde corruptae institui: vereor autem ne mihi nostraeque Prouinciae[2] sit difficile supra modum, eos reperire professores, qui nouem Classibus praesint eo quidem loco, qui apud doctos homines doctos etiam et utcunque probatos professores requirit. Vnde aliquando desiderabam, ut scripsi, munus hoc Collegij huius instituendi, non mihi, sed Rhenensi Prouinciali[3], qui melioribus abundat operarijs, demandari. Jdipsum adhuc desidero, si obtinere queam[e], paratus interim illi, quoscunque possum, lectores suppeditare.

Promittit P. Natalis fore, ut P. Petrus Fahe ex Polonia euocatus a P. V. Herbipolim ueniat, futurus post pascha Concionator[4]. Vellem id ego sane, atque ut ita fiat, quoniam dare[f] alium germanum Concionatorem non possumus, maiorem in modum rogo.

Jdem P. Natalis huc transferri suadet Patrem Rabenstein Franconicum, et illi Reuerendissimo gratum. Sed Cardinalis noster illum

a) *Hoc v. in archet. supra versum scriptum est.* b) *Sequitur* tam, *oblitt.* c) *In arch. correctum ex* explicarentur. d) *Sequitur* nationis, *oblitt.* e) *A C. corr. ex* queo. f) *In arch. ita correctum est ex* abundare.

---

[1] Assignarunt „domum e regione“ monasterii S. Agnetis „ultra plateam vulgo ‚zum Fresser‘ appellatam“, ut Fridericus episcopus in litteris publicis Herbipoli 19. Maii 1568 datis ait (*Fr. X. von Wegele*, Geschichte der Universität Wirzburg II, Wirzburg 1882, 66); eadem domus etiam „der Hof zum großen Fresser“ vocabatur. Cf. *Braun* l. c. I 142 143.

[2] Provinciae Germaniae superioris, cuius praepositum provincialem Canisius agebat. [3] P. Antonio Vinck.

[4] Is in collegio braunsbergensi, ubi contionatorem agebat, ob linguae diversitatem haud ita bene intellegebatur (vide supra p. 38 138 et Epp. *Nadal* III 338).

in Collegio suo Hieronymiano retinere cupit, tantisper, dum noui Collegij nostri structura Dilingae per aestatem absoluatur[1]. Js ipse Rectorem Collegij agere posset Herbipoli, si quem loco illius Dilingae successorem apud Collegas inueniremus[a]. P. Natalis consulit eo traduci e classe P. Gerardum[2].

De P. Georgio[3] nihil dubitarim, quin Professorem Philosophiae praestare posset. Nam haud scio, an dignus sit qui Doctor Theologiae promoueatur, qualem esse necesse est[b] Theologum a nobis mittendum. Et hic satis habebit negotij cum Theologis alijs Herbipoli modo docentibus et in disputando sic satis exercitatis[4].

Placet mihi Consilium P. Natalis, si executioni demandari potest, ut duos Theologos et duos philosophos primo etiam anno mittamus, ne alioquin cum exteris istis professoribus opus sit aliquando litigare, neue illi nostrorum aucthoritatem et doctrinam obscurent, aut ius aliquod in nostros usurpent, ut[c] in huiusmodi congressibus professorum[d] uarios fines spectantium facile fieri solet.

Praeterea in humanioribus lectorem aliquem fortasse reperiremus. De Rhetore quem nobis .P. Natalis indicauit, ualde dubitamus ob notum eius ingenium. Desunt autem grammatici tres, deest graecus et haebreus Professor: deest Minister cum reliquis, quos uenire multos necesse sit ad Collegium hoc recte instituendum, undecunque tandem illi colligantur.

Ex his facile intelliget P. V. huius noui ordiendi operis difficultatem . quae me quidem multis modis deterret, si nostras uires et personas paucas intuear, quae illi praeclaro loco et multorum bonorum amplae de nobis expectationi faciant satis . Verum maior est Dei uirtus et gratia, quam humana quaeuis industria et fortitudo esse possit. Judicabit igitur in Domino P. V. quid ad maiorem Dei gloriam faciundum uideatur: quicquid autem illud fuerit, cupio scire quam primum fieri potest, ut rectius hoc negotium dirigatur, praesertim post meum reditum ad Herbipolenses. Nam siue scripserit, siue non scripserit Reuerendissimus ex capitibus illis praecedentibus rerum transactarum satis lucis apparet, uelit ne P. V., si idem Episcopus

a) *Sequens sententia manu ipsius Can. addita est.* b) *In arch. sequitur alterum* esse. c) *Sequuntur vv.* facile fieri solet, *oblitterata.* d) *Sequitur* ad, *oblitt.*

---

[1] P. Ioannes Rabenstein nobilis Franco ex pago Marktbibart ortus (*Can.* III 519) Dilingae contubernium S. Hieronymi regebat et aedificationi collegii, quod cardinalis Truchsess Societati parabat, praeerat; vide supra p. 110 190. Idem aestate a. 1566 Herbipolim ad res collegii, quod episcopus petebat, cognoscendas missus erat; vide supra p. 288 293.

[2] Optabat, ut P. Gerardo Pastelio pro cura scholae philosophicae, quam habebat, cura contubernii illius traderetur; vide supra p. 363 et infra mon. herb. (5).

[3] Bader; vide supra p. 359.

[4] Theologiam P. Antonius Rescius O. Pr. docebat (*Wegele* l. c. I 107. *Braun* l. c. I 110); qui autem praeter eum docuerint theologiam (Paulus Altdörfer? Christophorus Caseanus?) et philosophiam, minus certum est.

conuentis stabit, firma et rata habere consilia, quae a P. Natali sunt hactenus instituta, ut certo iam illi confidant, nostros diutius quam ad Octobrem usque non a[b]futuros[a] esse. Christum precor ut suam gratiam nobis augeat ad hoc scholae et Collegij institutum sapienter atque faeliciter promouendum. Augustae 14 Decembris[b] — 1566.

Seruus in Christo P. Can[isius].

Mandatu P. Natalis visitatoris tum universa haec epistula a Canisio ad Borgiam data est, tum singillatim Borgias a Canisio est monitus de PP. Fahe, Rabenstein, Pastelio, ac de mittendis statim binis philosophis theologisque: v. infra mon. herb. (5).

Fundationis herbipolensis, quae in hac epistula ponitur, alterum exstat exemplum, idque archetypum: quod nescio an P. Didacus Jimenez Natalis librarius scripserit et ipse Natalis Herbipoli secum ablatum postea Romam miserit (Cod. „Rhen. Sup. Fund. Coll. A—W" f. 252); idque inscriptum est: „Jhesus. *Tractata* de Collegio Herbipolensi capita quaedam, die 25 Nouembris 1566." Capita, si rerum summa spectatur, eadem sunt atque illa, quae supra posui; attamen sermonis genus multis locis minus politum est. Capiti autem 2. haec sunt addita: „Hanc pollicitationem coniunget [Illustrissimus Princeps] cum donatione, quam de monasterio (quoad eius necessum erit) et de reliquis faciet Societati, qua donatione complectetur aedificia, ecclesiam, hortum, et omnia quae pertinent ad monasterium." In 3. capite: „Petet Reuerendissimus ... concionatorem", neque tamen additur „germanicum", neque professor „hebraicus" commemoratur. Post caput 6. haec dicuntur: „Sunt capita rerum haec, quae cum erunt conficiendae scripturae, et ueniendum ad Doctorem Canisium, distinctius explicabuntur, et accuratius digerentur."

Haec in adversa sive priore folii pagina scripta sunt; in pagina autem aversa *Canisius* sua manu haec de Friderico episcopo *notavit:

„Timet, nostros praetextu suorum priuilegiorum recusaturos ea seruitia, quae caeteri religiosi Episcopo deferre solent, ut minus paratos sese offerant, si iam huc, iam illuc ab Episcopo uocentur ac mittantur.

Vellet saltem post primum annum duos e nostris adesse contionatores, et forte hoc promitti postulat in scripto, quod unum tantum ad minimum dicit adfuturum.

Videtur contionatori nostro designare locum in aede summa ad contionandum. Et hinc Canonicos aliquid numeraturos, vt conficiatur summa 1500 florenorum pro Collegio. Ergo si alter in templo Collegij contionabitur, duos alere contionatores necessum est.

Subueretur, ne rigidius cum ipso quam cum alijs agamus et plura etiam postulemus. Dicit Duci Bauariae et Archiepiscopo Moguntino[1] ius[c] et potestatem in nostros huc illuc mittendos manere, sicut intellexerit.

Optat huc transferri M. Rauenstein ex collegio Dilingensi, seque per Legatum super hoc acturum cum [Canisio][d] [?]."

Exstant praeterea (l. c. f. 248) *„*Capita* rerum ad Collegium Herbipolense spectantium de quibus inter Reuerendissimum Dominum Herbipolensem et Societatis JESV Visitatorem, Mense Nouembri Anno M. D. LXVI. tractatum fuit." Quae capita, quod ad rerum summam attinet, cum superioribus illis congruunt; neque tamen ita distincta sunt; quamquam aliqua etiam habent, quae in illis non comparent. Ita

a) *Sic in arch. correctum est ex* adfuturos. b) *Sequitur v. compendio obscuriore scriptum.* c) *Sequuntur duo vv., a Can. oblitterata.* d) *Hoc v. dixerim esse supplendum; Natalis certe 12. Decembris 1566 Borgiae scripsit, cancellarium episcopi sub Natalem Domini Dilingae vel Augustae cum Canisio esse acturum; v. infra, mon. herb. (3). Fortasse autem supplendum est:* cardinali Augustano; *nam hic, ut Canisius Borgiae scripsit (supra p. 367), Rabensteinium, ad tempus saltem, Dilingae retinere volebat.*

[1] Alberto V. fundatori collegiorum ingolstadiensis et monacensis ac Danieli Brendel fundatori collegii moguntini.

dicitur, fructibus et reditibus monasterii, a praefecto, per episcopum „ad hoc deputando annuatim colligendis“, additum iri „in promptis pecunijs“ tantum, ut quotannis collegio 1500 floreni „vsualis monetae Herbipolensis pro quolibet floreno quindecim Bazones computando tribuantur“. Promittit etiam episcopus „Suppellectilem et alia quae in nouo Collegio bene instituendo, iuxta Societatis huius morem solent desiderari“. Erit „Graecus etiam et Hebraicus professor“. „Doctor Canisius ad Quadragesimam redibit proximam, partim ut Sacro hoc tempore ad Pascha contionetur in Ecclesia Cathedrali, partim vt quae ad Collegium bene constituendum spectant, mature praeparet. Et hunc sequetur alius ex eadem Societate, cum a Paschate fortasse ille discedet.“ Quoniam in aedibus Collegio vicinis iuvenes quidam litterarum studiosi alentur, horum regendorum cura primo anno erit penes Doctorem Sebastianum.

S. Franciscus Borgias Canisio respondit 8. et 25. Ianuarii et 22. Februarii 1567.

1380. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 14. Decembris 1566.

Ex epistulae canisianae imagine photographica, de qua infra n. 1386, et ex epistularum Polanci apographis eodem tempore scriptis, quae sunt in „Germ. 65“ f. 209ᵃ et in „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—67“ f. 289ᵃ.

De sacellano aliquo Ferrariam in aulam ducissae mittendo.

Canisius Dilinga 8. Ianuarii 1567 Borgiae scripsit: „Hauemo receuto quella di 3. et 14. di Decembre.“ Ac Polancus Societatis secretarius iussu Borgiae Roma 14. Decembris 1566 P. Theodorico Canisio rectori dilingano scripsit: „Le ultime di V. R. sono di 19. et 23 di settembre con le lettere annue; et perchè si é scritto al P. Natale, et al P. Prouinciale Canisio, tanto più breue risposta accadera à quelle di V. R.“ Atque exstat quidem adhuc epistulae 14. Decembris 1566 ad Natalem a Polanco datae et exemplum archetypum (vide Epp. Nad. III 350[1]), et apographum in Borgiae „Registro“ germanico positum („Germ. 65“ f. 209ᵃ); neque vero epistula eodem die ad Canisium a Polanco data comparet. Eam tamen Polancus significare videtur, cum eodem illo die 14. Decembris 1566 mandatu Borgiae P. Fulvio Androtio (Androzi) S. J. rectori collegii ferrariensis de regina Barbara, ducissa ferrariensi, ac de P. Laurentio Hermanutio S. J. Barbarae confessario (cf. supra p. 353) scribit: „L' hauer proposto alla Signora Duchessa, che licenciassi, il Cappellano, o Confessore non è paruto quà bene, che si sia fatto senza significarlo à N. Padre o al meno al suo Prouinciale[1], et pare che il Padre lorenzo (essendo le cose in tali termini) che s' impacci poco col detto Cappellano ma attenda à far il fatto suo, come conuiene à un Religioso, con tutto ciò, si scriue al Padre Canisio se trouara alcuna persona atta da poterla far venire à Ferrara per questo effetto.“[2]

Dixeris fortasse eandem Polanci ad Canisium epistulam commemorari etiam in Borgiae litteris Natali missis, quae exstant in Epp. *Nadal* III 358; at hae ad m. Decembrem a. 1567, non 1566 pertinent; id quod suo loco apparebit.

Ceterum ad Petrum Canisium spectabant etiam ea, quae *Polancus* in *epistula 14. Decembris 1566 Dilingam ad Theodoricum Canisium collegii et universitatis rectorem missa de cardinali Ottone Truchsess ac de PP. Gasparo Haivodo et Hieronymo Torrensi, eius universitatis professoribus, monebat: „Jl Padre Gaspar Anglo, scriue che l' Jllustrissimo Cardinale domanda alle uolte prediche latine ex improuiso, cosa scommoda assai, pare à N. Padre che il Padre Prouinciale o V. R. o chi si

---

[1] P. Christophoro Rodriguez, provinciali Tusciae.

[2] Ducissae, ne P. Hermanutius Ferraria avocaretur, vehementer petenti *Borgias* Roma 12. Ianuarii 1567 *rescripsit, eum Ferrariae mansurum esse (ex apogr. eiusd. temp.; „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567“ f. 294ᵃ)

reputara più atto, [lo faccia capace,][a] che questo non conuiene, similmente, quanto all' impiccio di dar, 8, o 10, o piú che assistano à sua S. Illustrissima quando celebra in Pontificalibus[1], si ueda etiam si se pò guadagnare qualche cosa et quando li nostri bonamente, non si potessino liberar, per il debito nostro col Cardinale accio che in futurum non restiamo oblighati, et bastara questo in risposta dela lettera del detto Padre Gasparo, con aggiongere che maestro Andrea[2], raccomandato quanto prima per V. R. et per lui, è stato accetatto uolentieri nel Collegio germanico. . . . Il Padre Hieronymo Torres, s' auisa che quanto al choro, . . . pare bastarebbe[b] seruissero quelli di .S. Hieronymo et quelli che hanno à essere ecclesiastici et obligar li altri solamente à sentir la messa ogni dí, et le domeniche[c] et feste il Vespro, se di questa cosa non hauesse V. R. tratatto col Padre Natale, lo potra far per lettere, et col medesimo, ouero col Padre Prouinciale si potrebbe trattar de[d] un ministro et esatore conueniente deli studij[3], qual scriue detto Padre Torres, sarebbe conueniente, et questo anche basti in risposta di sua lettera, con raccomandarci tutti noi á lui et alli altri consultori[e]. et quando di alchune cose di qualche momento scriueranno à N. Padre Generale, V. R. li potra far aduertiti, che prima lo debbiano proponere al Prouinciale o al Padre Natale, et auisar anche N. Padre che glielo han proposto" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 209).

Existimo una cum his litteris Canisio „litteras communes" aliquas missas esse. Ita enim in antiquo illo Codice „Def." *notatum est (dierum ratione haud ita diligenter, ut iam monui [supra p. 342], servata): „1566 . . . A di 9. di decembre si mandò la poliza sopra il non scriuere lettere superflue . alli seguenti luoghi. Lombardia, Toscana, Napoli, Sicilia, Augusta, Milano. . . . A 12. di decembre ordine del far cessare le litanie et discipline per conto della guerra dell' Jmperatore contra il Turco"[4] (Div. Ord., in a. 1566; Messe per li Beneff., in a. 1566). Dubito autem num cum Canisio etiam communicata sint ea, quae P. *Ioannes de Polanco* iussu Borgiae praepositi generalis Roma 14. Decembris 1566 Neapolim ad P. Alphonsum Salmeronem, provinciae neapolitanae S. J. praepositum, scripsit: „Scriuero . . . de due cose à V. R. . . . L' altra, sarà commune à V. R. conli altri Prouinciali alli quali ha ordinato N. Padre si scriuessi che la facoltà di assoluere in casu haeresis, non li pare debbiano usarla altri [che] li Prouinciali et Rettori, et se occorressi bisogno di assoluere alcuna persona in foro conscientiae, che hauessi tal caso, li confessori la potranno drizare, accio che si confessi col Superiore, quando pur giudicassi V. R. che conuenessi dar autorità ad alcun altro, potra dar auiso à N. Padre" (ex apogr. eiusd. temp.; „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567" f. 290[a]; etiam in „Epistolis P. *Alphonsi Salmeronis* Societatis Iesu" II, Matriti 1907, 111).

1381. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Augusta Vind. 15. Decembris 1566.

Ex Lanoii autographo. „G. Ep. VIII" f. 168[a].

Eum reprehendit, quod superioribus non consultis permiserit, ut P. Hetzcovaeus Margaritam archiducissam Andecium peregrinantem comitaretur.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii oenipontani rector, Oeniponte 17. Februarii 1567 S. Francisco de Borgia praeposito generali scripsit

a) *Haec vel similia supplenda esse res ipsa ostendit; cf. etiam supra p. 349.* b) *In ap. correctum ex* bastarebbeno. c) *Duo vv. sqq. in ap. supra versum scripta sunt.* d) *In ap. sequuntur vv.* pax christi. Molto Reuerendo in christo Padre, *oblitterata.* e) *In ap. sequuntur vv.* Di Roma li, *oblitt.*

---

[1] Vide supra p. 349 362. [2] Jerinus; vide supra p. 328 348.

[3] Cf. supra p. 349[4].

[4] Vide supra p. 279—280 320. Neapolin ad P. Salmeronem *Borgias* iam scripserat Roma 3. Novembris 1566: „Las letanias y disciplinas se pueden dexar pues la guerra contra los Turcos ya a cessada" (Epp. Salmeronis II 106).

de Margarita archiducissa (quae multis et corporis et animi molestiis affligebatur et proximo mense vita decessura erat): „Douendo partirse de Monachio per tornare a Jnsprug scrisse che per l' amor di Dio (partito gia Mastro Hermete per andar piu lontano) li venesse il P. Paulo[1] *gia ordinato il suo Confessore per confessar se a lui et andare in pelegrinagio al monte santo*[2]*, luogho di molti miracoli. Onde non hauendo altrementi ordine speciale circa questo jo lo le mandai accompagnato con alchunj et della corte et del Regimento*[3]*. Jl chè intendendo il P. Prouinciale a 15 di decembre mi scrisse.*

Miror vnde acceperit Regina potestatem P. Paulum ad se vocandj P. Natale et me prorsus inscijs et videndum est ne pergant istae suo in nos Jmperio vtj et nescio an R. T. potuerit Reginae petenti statim annuere et indulgere.

1382. CANISIUS **P. CONRADO SWAGERIO S. J.**
Augusta Vind. (?) paulo post med. m. Decembrem 1566.

Ex imaginibus photographicis epistularum ad Borgiam datarum, de quibus plura suis locis dicentur.

Literas praepositi generalis ei mittit eumque amanter monet, ut ad Societatis oboedientiam revertatur.

Ex Canisii litteris 8. Ianuarii 1567 ad S. Franciscum Borgiam datis intellegitur: Canisium Swagerio paulo post medium m. Decembrem 1566 Borgiae epistulam 2. Decembris datam misisse; addit Canisius: „Io con quella mandai anche la mia." Eandem epistulam suam Canisius significare videtur, cum Borgiae scribit Dilinga 12. Iunii 1567: „Ante menses aliquot scripsit ad me D. Conradus, sed ita, ut pro literis, quas ad illum amicissimas dederam, scriptum exulceratum redderet." Et Dilinga 24. Iulii 1567: „D. Conradus literas Paternitatis Vestrae meis alligatas accepit, mihique respondit proterue satis, cum alioquin peramanter illum ad saniorem sententiam reuocassem."

1383. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., collegii oenipontani rector, CANISIO. Oeniponte inter m. Novembrem 1566 et Februarium 1567.

Ex Lanoii ad Borgiam epistula autographa. „G. Ep. VIII" f. 171^{b} (312^{b}). Etiam (ex eodem autogr.) in Epp. *Nadal* III 275[5].

Queritur, P. Hetzcovaeum collegii „ministrum" officio deesse.

P. Nicolaus Lanoius, novus collegii oenipontani rector, de P. Paulo Hetzcovaeo, eiusdem collegii ministro et Margaritae archiducissae confessario, haec ad S. Franciscum de Borgia Societatis praepositum generalem rettulit Oeniponte 7. Februarii 1567: „Il Rettor nouo sta senza Ministro et tienne d' affare piu che maj. Jl P. Paulo tienne il nome . mà l' offitio suo non essercita quasi in nessuna maniera. Spesso sta occupato con la Regina Margareta, laquale sta tutta via debole et senza speranza di poter viuere longo tempo, nel resto sta retirato senza fare cosa veruna di questo ministerio, et di questo gia piu volte ho scritto alli P. Natale et Canisio."

---

[1] Pro P. Hermete Halbpaur S. J., Oeniponte Augustam, inde Spiram discedere iusso (vide supra p. 229 354), P. Paulus Hetzcovaeus Margaritae reginae confessarius constitutus est; vide supra p. 337[5].

[2] Andechs; vide *Can.* III 643.

[3] „Regiminis" Austriae superioris, quod Oeniponte erat.

Hetzcovaeus confessarium agere coepit Margaritae archiducissae, cum haec Monachio Oenipontem redisset; quae ante exitum m. Octobris non rediit (Epp. *Nadal* III 279 291). Quare Lanoium epistulas illas ad Natalem et Canisium dedisse puto inter m. Novembrem 1566 et Februarium 1567.

1384. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis visitator, CANISIO.
Moguntia exeunte m. Decembri 1566.

Ex Natalis ad Borgiam epistula archetypa, a P. *Didaco Jimenez* S. J. scripta et ab ipso Natale subscripta, quae est in „EN" n. 171, et ex imagine photographica, de qua infra n. 1390. Natalis epistula integra ex eodem archetypo edita est in Epp. *Nadal* III 369—382.

Ex epistula a S. Francisco Borgia praeposito generali ad se data aliquot capita cum Canisio communicat, quae ad archiducissas oenipontanas et ad ipsum Canisium spectant: Pretiosam quandam crucem non esse admittendam; archiducissis suaviter persuadendum esse, ut collegio pro cibis cotidianis aliam stipem dent; debere Socios in admittendo difficiles potius quam faciles se eis praebere; neque tamen stipem, quam collegio romano mittere velint, reiici. Si urbe exeant, confessariis ad tempus eas sequi licere, consulto prius, si fieri possit, praeposito generali; si qua mulier domi peccata confiteatur, efficiendum esse, quantum fieri possit, ut confessarius a comite videatur. A Borgia praeceptum esse, ut Natali visitatori, etiam cum is extra Germaniam versaretur, Germaniae provinciales etc. scriberent; neque tamen, quae scribenda sint, Natali perspectum esse.

Natalis Moguntia 20. Februarii 1567 Borgiae scripsit: „Jn questa respondero a quatro lettere che mi ritrouo hauer' della P. V. dipoi che non li ho scritto, delli .3. 14. et 22. di decembre, et 8 di Genaro, queste due ultime ho riceuutte hoggi, quella de 14 in Aschemburg, quella de .3. al fine di quel mese[1]*. Et quanto à questa: . . . Alchuni Capitoli che mi*[a] *scriue la Paternita V. per le cose pertinenti alle .3. persone subito li mandai al Padre Canisio benche penso, li medesimi esserli stati mandati dalla Paternita V. Li hò anchora mandato quel breue de Sua Santita sopra il non entrar done etc." Quodsi ea, quae Natalis de provinciis a se visitatis etc. subiungit (vide, quae paulo infra ponam), cum Canisii epistula 31. Ianuarii 1567 ad Borgiam data contuleris, intelleges, Natalem Canisio cum „capitulis" illis aliud quoque praeceptum vel monitum Borgiae misisse; ita enim Canisius Borgiae Dilinga 31. Ianuarii 1567: „Faremo come V. Paternita scrisse al P. Visitatore, che li diamo conto delle cose occorrente in questa Prouincia. Vero è che lui sta dubitando come dice,* quibus de rebus ad P. Generalem, quibus etiam ad P. Visitatorem Prouinciales Germaniae scribere debeant."

Natalis igitur ex Borgiae epistula Roma 3. Decembris 1566 ad se data capita illa, quae ad Magdalenam, Margaritam, Helenam archiducissas (hae enim nomine „3 personarum" designabantur; vide supra p. 262 265) spectabant, exscribenda curavit et ad Canisium misit. Horum autem capitum aliqua iam posita sunt supra p. 357. Quibus haec addo: „Quanto alli doni di quelle tre persone, il crucifisso

a) *Hoc v. supra versum positum est.*

[1] Natalem exeunte m. Decembri a. 1566 Moguntiae degisse intellegitur ex eius epistulis (Epp. *Nadal* III 354 357).

non pare si debbia aceptare, essendo cosa più rica, et curiosa di quello che sia decente a nostra pouertà [1]. Quel piato che mandano al Collegio ogni dì, si buonamente si potessi, pare sarebbe da persuaderli non lo mandassero, et si scriuira al Rettor de lì, che se si potrà buonamente et senza offensione si leui tal usanza. più presto pare, si potrebbe pigliare la equiualencia di quella lemosina in altro modo che non fusse cosi facile à notarsi. Quanto agl' altri doni ne conuiene in tutto refutarli, ne anche senza discrettione accettar ogni cosa, perche conuiene hauer rispetto à non li lasciar grauare facendo sopra lor forze, ne alli fratelli [2] ad hauerlo per male, si che conuerra stare in su la mediocrita, et più presto lasciar che loro ricerchino, che rendersi facili à demandarli, ò ad accettar di loro. Quella lemosina, che hanno hauuto diuocion di mandar à Roma in denari per sustentar alcuni Tudeschi continuando quello che la buona memoria del suo Padre faceua io non uorrei impedirla parendomi sia per molto seruicio de Jddio nostro signore [3]. Quando accadessi che andassino fuora de Hispruch, li nostri che le confessano potranno obseruar il Decreto dela Congregacion [4], non lasciando di andar ad tempus, se ocorresse caso urgente, et consultandomi in questo mezzo, quando la cosa dessi luogo, auanti che uadano fuora, mi consultino et si aspetti risposta. Jn germania et negl' altri luoghi uniuersalmente parlando pare si debbia guardar quella Regula che il confessor sia uisto del Compagno quando confessa qualche donna in casa, questo però si ha de intendere in quanto si puo moralmente, doue non si potessi. hauera loco la dispensacion" (ex archetypo, ab ipso Borgia subscripto, quod est in „EB" n. 190; etiam in Epp. *Nadal* III 323—324).

Natalis, ut supra dixi, cum Canisio etiam id communicavit, quod Borgias in eadem epistula de visitatoris officio per illum administrando constituerat; ita enim *Borgias* Natali: „Quantunque .V. Reuerenza sia fuora delle due Prouintie di Austria et Superior Germania hauera pur la cura di quelle, . . . y escriuanle, y responda, hasta que sea acabada la visita del todo" (vide supra p. 357). Quid autem Natalis Canisio scribens huic constitutioni adnotaverit, clarius etiam quam ex Canisii verbis supra memoratis colligere licet ex iis, quae in Natalis epistula 20. Februarii 1567 ad Borgiam data comparent: „Temo padre", inquit *Natalis*, „che non sia graue alli Prouinciali et etiam in quello che tocca a scriuer' alli Rettori, hauer' di scriuer' à me et alla P. V. et hò gia esperienza non, che si grauino, mà d' alchune difficoltà, perche da Dilinga et etiamdio da Jnspruch mi scriueno le medesime cose che hanno scritte alla P. V. et è necessario che anchora che io risponda, aspettino risposta dalla P. V. etc. Quello che à me occorre, è, che la P. V. scriuese alli Prouintiali, che si pensasino hauer' prima risposta dà me che dalla P. V. non puotendo aspettar tanto, scriuessero à me, et etiam delle cose che sono congionte con la mia visita" (ex archetypo, quod est in Cod. „EN" n. 171; etiam in Epp. *Nadal* III 370).

1385. SANCTUS FRANCISCUS BORGIAS, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 8. Ianuarii 1567.

Ex „regesto", quod est in „Germ. 65" f. 215b, et ex imagine photographica, de qua infra n. 1406.

---

[1] Margarita imaginem Christi cruci affixi auream multisque gemmis ornatam, quam 400 ducatis aestimabant, Sociis romanis mittere volebat (Epp. *Nadal* III 279 285).

[2] Maximilianum II. imperatorem, Ferdinandum (II.) et Carolum archiduces significat.

[3] Ineunte a. 1565 romano Societatis collegio 400 ducatos illos donaverant, quos ei Ferdinandus I. imperator iam inde ab a. 1555 singulorum annorum initio solvendos curaverat ad Societatis scholasticos bohemos, germanos etc. alendos, qui studiis absolutis in patriam redituri essent; vide *Can.* IV 793[8].

[4] Societas a. 1565 secundae Congregationis generalis decreto 40. (ms. 57.) caverat, ne quis ex Sociis „aulas sequeretur et in eis habitaret, nisi forte ad perbreve tempus unius vel duorum mensium"; vide infra monum. it. (29).

De epistula Borgiae ad P. Natalem mittenda et aliis rebus (litteras fundationis dilinganas admitti; curandum tamen esse Natali et Canisio, ut certa quaedam capita immutentur. De collegii herbipolensis fundatione, relapsorum absolvendorum facultate, pluralitate beneficiorum, Catechismo Romano extra Romam excudendo, sartore mittendo. Videndum esse, ut Romam mittantur catalogi votorum religiosorum a Sociis emissorum, relationes de singulorum collegiorum ortu, fundatione, oneribus, bonis; efficiendum esse, ut bona per litteras publicas in tuto collocentur; mittenda esse exempla bullarum, brevium etc. vel totam Societatem vel singulares domos spectantium, et indiculos dimissorum; curandum, ut singula collegia librum habeant, in quem Sociorum res ad pietatem excitandam accommodatae referantur).

In S. Francisci Borgiae praepositi generalis „Registro" notatum est, Roma 6. Ianuarii 1567 Canisio epistulam a Borgia eodem die ad P. Hieronymum Natalem visitatorem datam missam esse, ut eam Spiram, vel si quem alium in locum Natalis profectus esset, perferendam curaret. Canisius autem Herbipoli 10. Martii 1567 Borgiae scripsit: „Accepi quae scripsit ad me Paternitas Vestra 8° et 25° Ianuarij."

Die igitur 8. Ianuarii 1567 Borgias Canisio scripsit. Idem de epistula Natali destinata dicendum est; cui in Registro quidem 6. Ianuarii, in archetypo vero 8. ascriptus est (Epp. *Nadal* III 361[1] 366). Quid autem Canisio scriptum sit, colligere licet — ipsa enim epistula perisse videtur — ex *Borgiae* litteris 25. Ianuarii 1567 ad eundem datis; ubi ille: „Circa li relapsi", inquit, „gia fù scritto, che V. R. et li Rettori che paressino al proposito poteuano absoluerli" etc. (vide infra p. 384). Et copiosius ex *Borgiae* epistula Roma 8. Ianuarii 1567 ad Natalem data; ubi Borgias monet: „Jntorno alle cose di Dilinga il contratto qua s' è uisto, et essendosi accomodate le cose più importanti tutti habbiamo desiderato fussi spedito[1]. Si sono ben trouati alcuni errori quali si potranno senza alterar la substantia emendar' con la procura, che s' è mandata allo Agente dell' Illustrissimo Cardenal[2]. Qualche altro punto se li representara, che ci pare saria bene si emendassi, mà non obstante questo hò accettato il contratto come uiene. Quì andarà la nota di quelli punti, et una simile si mandarà anche al padre Canisio[3] dicendoli pur faccia secondo l' ordine di .V. Reuerenza, cui disegno pare buono di metter' un procurator' in Santo Hieronimo, che attendessi alle cose pecuniarie, et se col tempo si potessi anche trouar Regente[4] à nostro modo che non fussi della Compagnia sarebbe da desiderare, massime in uita del Cardinale. Sta ben etiam che non si sia toccato troppo nell' Vniuersità per buoni rispeti. . . . Jntorno ala fundatione de Herbipoli s' è uisto quanto scriue V. Reuerenza et anche il padre Canisio alli .14. del passato, et non si puo fare risolutione quà insino a tanto che uenghino le lettere del Vescouo[5], et uediamo, che cosa scriuera sopra quello, che gia fù ragionato con lui, et lasciatoli in scritto. Se acc[epta]ra quelli punti, che quà mi sono stati mandati[6] in parte mi paiono bene, qualche cosa però si potrebbe accomodar. . . . Quanto alli Relapsi s' era pur fatto moto à Sua Santità representandoli il frutto, che se impedirebbe probabilmente di molte anime, se si hauessi di dar auiso de ogni uno à Roma[7]; et Sua Santità s' è contentato che il Prouintiale, et quelli Rettori che pareranno idonei, habbino questa facoltà di reconciliare li tali Relapsi, con questa conditione però, che auanti duoi

[1] De his litteris fundationis collegii S. J. dilingani, Dilingae 20. Iulii 1566 datis et ibidem sub medium m. Novembrem 1566 recognitis. vide supra p. 309 et maxime infra monum. dil. (16)—(18).

[2] Ioanni Paulo Castellinio, romano cardinalis Ottonis Truchsess procuratori; vide infra monum. dil. (18).

[3] His quidem diebus haec capita Natali missa non sunt; vide infra p. 383.

[4] Regens contubernii sive convictus S. Hieronymi.

[5] Friderici a Wirsberg. [6] Vide supra p. 365—366.

[7] De hominibus in haeresim relapsis cum S. Pio V. actum est; vide supra p. 295 340 361.

testimonij detti Relapsi abiurino li errori, et che se ne pigli nota della abiuratione sottoscriuendo li medesimi, ò se non sano scriuere, alcun altro in loco lorò. Ben intendiamo, che, anche questo ne ha difficultà assai, tutta uia è qualche cosa, poi che solamente dalli Relapsi si ricerca tale abiuratione, et senza uenir à Roma si puo terminar di la. Darase auiso di questo al padre Canisio, et io nominaro oltre di lui al Dottor Theodorico, et Dottor Lanoy [1]. .V. Reuerenza potrà nominar gl' altri che li pareranno al proposito in tanto che si procura più copiosa gratia dalla sede Apostolica. . . . Della pluralita di Canonicati, et parrochie durante la carestia di soggetti catholici [2], . . . et anche del stampare il catechismo [3] altroue che in Roma, come ho detto, si dara ricordo à Sua Santità . . . Giouan Battista sartore [4] se uedera se si potrà rimandar in Germania, et si scriuira al Rettore di Fiorenza [5] doue sta. . . . Se alcuno delli Prouintiali non hauessino mandato à Roma le professioni di 4 ò tre uoti, et quelli di Coadiutori formati di sua Prouintia, ci li mandino, o almeno la nota del loco et tempo, et in cui mani si fecero. . . . [6] Vorrei anche saper se ui fossi alcun originale, di Bolla ò Breue, o Signatura del Papa, che tocchi al ben uniuersale della Compagnia oltre li particolari delli suoi collegij. Di questo potra hauer cura il Padre Ximenez [7] di ricordarlo, et cosi ancora delli uoti delli scholari approbati, quali lui potrà ricogliere, et con comodita mandarli, o portarli. Doueriano anche auisare di quelli che sono usciti, o licentiati doppo li tali uoti, et anche delli morti se non l' han fatto: et l' altre cose che furno dette quando si trattò della forma di scriuere si esseguiscano, et in ogni Collegio et casa, si tenga un libro doue si mettano le cose notabili de edificatione con ogni uerità; et potrebbe essere questo fatto delle copie delle lettere Annue" (ex archetypo a P. Ioanne Fernandez S. J. scripto et ab ipso S. Francisco Borgia subscripto, quod exstat in Cod. „EB" n. 166; etiam in Epp. *Nadal* III 361—366).

Rerum, quas modo posui, maximam vel saltem magnam partem etiam cum Canisio communicatam esse conieceris ex Borgiae et Canisii epistulis, quas supra dixi. Ceterum confer, quae notabuntur infra post epistulam n. 1410.

1386. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 8. et 9. Ianuarii 1567.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2⁰; $3^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 185 (245 246 244). Canisius sua manu et litteras subscripsit („Di V. P." etc.), et integrum „Postscriptum", quod vocamus, posuit.

Pontifex in cardinali Delphino puniendo iustitiae studium declarat. P. Natalis Spirae negotia prospere expedivit; superest, ut et Spirae et Herbipoli capitula cathedralia rata habeant quae de collegiis statuta sunt; Canisius per Quadragesimam Herbipoli contionaturus Sociorum sacris precibus se commendat. Domus augustana ad meliorem disciplinam reducitur per P. Roseffium superiorem; cuius contiones Augustanis placent; spes est, ex iuventutis institutione Augustae multos fructus collectum iri; novae aedes. Octavianum Fuggerum mater monuit, ut se Societatem

[1] PP. Theodoricum Canisium et Nicolaum Lanoium, rectores collegiorum dilingani et oenipontani.

[2] De canonicatibus vide supra p. 201—202. Die 12. Decembris 1566 Natalis in litteris ad Borgiam datis hoc et suo et Canisii nomine commendaverat: Ut in Germania, donec plures sacerdotes boni praesto essent, binae vel plures parochiae uni parocho probo traderentur; vide infra monum. var. (25).

[3] Catechismum Romanum significat; vide supra p. 307 316 362.

[4] Ioannes Baptista Italus sive Calaber, frater laicus S. J. (v. supra p. 32 53); de quo plura infra. [5] P. Alphonso Sgariliae.

[6] Sequuntur (italice) praecepta, quae posui (hispanice scripta) supra p. 358.

[7] P. Didacus Jimenez scriptor P. Natalis.

ingredi velle ipse declararet; eadem, salva tamen collegii germanici disciplina, cupit famulum Philippo filio adiungi, ut famulos regere discat. Canisius Monachii fuit; noviciorum monacensium moderatores. Licentiam petit Canisius Romam aliquos, qui vel Societatem ingredi velint vel in collegio germanico alumni esse cupiant, mittendi. Dilingae in locum P. Pastelii P. Bader substitutus est professor philosophiae; et huic et P. Roseffio permittendum esse videtur, ut ad licentiam in theologia promoveantur; Bader Herbipolim mittetur. Collegio dilingano inprimis professores philosophiae sunt providendi. Cardinalis Truchsess fundator collegio multa, quae debet, non praebet; neque tamen Socios coeptis desistere oportet; ipse cardinalis rei familiaris angustiis premitur; ex scholasticis tamen multum capitur fructus. Mittuntur tabulae pecuniarum debitarum et solutarum. Mittentur catalogi et similia. Convenit P. Pastelium et oculorum et motuum animi sanandorum gratia ad tempus Romam venire; ita et ipse Pastelius et reliqui Socii censent; postea is contubernio S. Hieronymi praeesse poterit.

Ihesus. Pax Christi admodum Reuerende in Christo Pater.

Hauemo receuto quella di 3. et 14. di Decembre. Quella scritta [*etc., ut supra p. 352*].

Quanto al R. Padre Natal, io li mandarò la lettera scritta da V. Paternità con quelle nuoue del Cardinale Delfino, per il qual uedemo la giustitia de S. Santità non dubitando, che habbia molto buona raggion de dimonstrar questo suo santo zelo[1]. Credemo chel detto P. Natal se fermarà per piu tempo nella Prouincia del Rheno poi che ha bene negotiato in spira per quello Collegio . Resta solamente in Spira, come ancora in Herbipoli, che gli Canonici uoglino consentire et approbare quello, che ha proposto il P. Visitatore. Et pare, che in questo faranno piu difficultà quelli di Herbipoli. Pur io penso di andar per la Quaresima in Herbipoli per predicar, come il P. Natal m[i] ha ordinato, confidandomi nelli sacrificij et orationi di V. Paternita et de tutta la Compagnia raccomandando me[a] . et tutta questa fatica, à quelli humilmente.

Hieri io arriuai quà, hauendo prima ordinato la casa in Agust[a,] doue[b] adesso hauemo tre sacerdoti et quattro altri Coadiutori temporali, li quali à poco à poco se reducono à meglior dissiplina, sotto il Padre Gregorio superior loro[2]. Et hauemo da rengratiar il Signore, che

a) *A libr. corr. ex* mi. b) *Antecedit v.* per, *a libr. oblitteratum.*

[1] Cardinalis Zacharias Delphinus, cum se Romae tute esse posse non existimaret, inde m. Septembri discesserat et, cum Pius V. bis eum iussisset Romam redire, Vindobonam profectus erat. Quare pontifex in consistorio 11. Decembris 1566 habito eum suffragio tum activo tum passivo privavit (*Schwarz*, Briefe und Akten I 45). Attamen, inquit *Polancus* Roma 14. Decembris 1566 P. Salmeroni *scribens, „à preghiere delli Cardinali li dette termino di esser in Roma per tutta la ottaua dell' Epifania, et si non uiene la sententia restara ualida" (Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567 f. 290[b]). Ceterum vide quae de Delphino scripsi supra p. 198[3].

[2] P. Gregorius „Rossephius" superior et cathedralis ecclesiae contionator, P. Wendelinus „Volkius" confessarius et „minister" domus, P. Balthasar „Sammarayr" confessarius erat; quibus accedebant Stephanus „Creutzler" procurator, Mattthias Kessel ianitor, Simon „Wetin" coquus et „emptor", Joseph „Branttstetter" novicius „ad domestica" ministeria destinatus: Ita * *Catalogus* domus augustanae exeunte a. 1566 conscriptus („GSC 66" f. 356[a]).

gli Augustani molto ben si contentano delle prediche di questo Padre[1]. E, da sperar, che li nostri haueranno gran messe in Agusta, quando potranno agiutar la Giouentù nelle lettere, si come li nostri potranno fare pededenti[m,] poi che staranno nell' altra casa piu commoda, la qual gli ha promesso il Monsignore Reuerendissimo circa il mese di Maggio[2].

La Signora Fuggera se marauiglia, che hauendo lei scritto al figliolo Ottauiano[3], che monstrasse suo animo et proposito circa la uocation della Compagnia non ha riceuto da lui nessuna resposta. Jtem pensaua lei, che forsi saria espediente al suo figluolo Philippo, che potesse in questo ultimo anno, che ha da fare in Roma, hauer con seco un seruitore, poi che hauerà molti tali da poi, acciò à buon tempo imparassi costì, come si habbia da gouernarsi con simili gente. Pur non desidera nessuna cosa in pregiuditio del Collegio.

Son stato ancora in Monachio, doue non hauemo altro Maestro delli Nouicij se non il Padre Michael[4] costì ben conosciuto, et è aggiuta[to] dal nostro fratello Giacomo Genoese, che è stato ancora nouitio in Roma[5]. Jddio ci aggiuti in tutto.

Desideriamo licentia da V. P. che possiamo con la prima commodità mandare doi ò tre boni giouani Thodeschi, li quali per alcuni buoni respetti desiderano piu presto in Roma, che qui entrar nella Compagnia et pare, che tengono le parte assai sofficiente per quella[6].

Son altri doi subietti qualificati, per sentir philosophia ò Theologia et[a] uno fra loro è prete et predicatore. Costoro uenerebbono

a) et *ab ipso libr. corr. est ex* per che.

[1] P. Roseffius cathedralis ecclesiae augustanae sacrum suggestum ultra 36 annos tenuit (*Raderus*, Can. 155).

[2] Cardinalis Otto de Truchsess domum canonicalem Gebhardi de Truchsess nepotis iis promiserat; de qua re plura infra.

[3] Octavianus et Philippus Eduardus, Georgii Fuggeri et Ursulae de Lichtenstein filii, in collegio germanico inter „convictores" degebant.

[4] Marium (v. supra p. 110). Canisius paulo post medium m. Decembrem Monachium venisse videtur; vide supra p. 360.

[5] Iacobus Genuensis italus 27 annos natus erat; qui Romae 26. Augusti 1565 in Societatem admissus (* *Catalogus* monacensis exeunte a. 1566 scriptus, „GSC 66" p. 411[a]), inde m. Augusto a. 1566 in Germaniam erat missus (Epp. *Nadal* III 224).

[6] P. *Martinus Leubenstain* rector Ingolstadio 30. Martii 1567 Borgiae *scripsit: „Latores harum sunt duo nouitij, qui 20 Decemb: superioris anni a R. P. provinciali sunt recepti, interim tamen, sicuti antea, cum conuictoribus nostris habitarunt. Junior Mathias scilicet Mairhofer per aliquot annos perseuerauit petendo, et nunc primum voti compos factus est, interea semper frequentauit sacramenta, sicuti nostri. Cornelius Sibenburger non tam diu petijt, est tamen fere alteri in virtute comparandus, quia et ipse sedulo sacramentorum vsum frequentauit. Sunt honestorum parentum filij, fuerunt nostris Conuictoribus semper exemplo, satis dediti etiam poenitentijs fuerunt, ita vt plures illis negare opus esset, quam concedere.... Admissus est etiam alius Georgius scilicet Nepelius 1 Feb:, quem iussu R. P. prouincialis Monachium misi. fuit eiusdem eruditionis sicuti sunt isti duo, qui audiuerunt iam maiorem partem Logices, et aliquid etiam in physicis" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 209[a]).

uolentieri al Collegio Germanico, potendo hauer lì la sostentat[ione] gratuita. Veda V. P. se gli uol[a] [?] far questa gratia, se non per questa prima uera, almanco per l' autunno[1].

Delle altre lettere, che si mandano insieme con queste s' intende[rà] la necessità, che ci ha sforzato de liberar il P. Gerardo[2] dalla sua Classe philosophica, et de sostituirli per soccessore il P. Georgio[3], il qual potria con il tempo esser promosso qui ò in Jngolstadio Baccalaureo et Licentiato di Theologia per hauer piu authorità in queste bande. Et il medemo se puo dir del P. Gregorio[4]. Onde forse non saria male, se V. P. gli desse questa licentia di promouersi secondo il giuditio delli loro superiori di questa Prouincia. Disse il P. Natal, quando era presente, che scriuessimo à V. P. sopra cio quanto al Maestro Georgio, deputandolo[b] [?] uno delli megliori subbietti, che si hanno à mandar in Herbipoli al suo tempo, come per altre e[c], stato scritto.

Pregghiamo molto V. P. che habbia per raccomandato questo Collegio di Dilinga, massime circa li Professori di Philosophia[5], delli quali ancora il P. Natal ha scritto. Vero è, che molto manca il Fundatore[6] circa quelle cose ch' appertengono alla fondatione et dotatione, d' un pieno Collegio. Pur hauendo[d] noi pigliato questo peso della Vniuersità, pare, che non possiamo mancare et lassar quello che è cominciato, come anchè ordinò il P. Visitatore. Le cose de Monsignore uanno alle uolte tanto strette, che bisogna à noi, come à gli al[tri] hauer buona patientia[7]. Pur il frutto, che se fà nelli scolari per la gratia del signore ci consola, poiche non manca, di patir in tutti gl' altri[e] luoghi in questi tempi tanto miserabili.

a) *Vel* puo; puol *archet.* b) *Sic; sed malim legere:* reputandolo. c) *Sequitur* ch *vel* et, *oblitt.* d) *Sequens v. supra versum scriptum est.* e) *Sequitur* case *vd* cose, *oblitt.*

---

[1] Horum alterum puto fuisse Henricum Winichium (Wineken, Wynick) a. 1544 ex oppido Uelzen (nunc provinciae hannoveranae regni borussici) ortum, qui postea Halberstadii, deinde Hildesii cathedralis ecclesiae canonicus et contionator fuit ac de ecclesia catholica utroque loco optime est meritus: is certe, cum Ingolstadii philosophiae studuisset, a. 1567 collegium germanicum ingressus est (*Steinhuber* l. c. I[2] 264—265).

[2] P. *Theodoricus Canisius*, rector dilinganus, Dilinga 9. Ianuarii 1567 Borgiae *scripsit: P. Gerardum Pastelium ne ope quidem externi scriptoris adhibita aspectus amittendi periculo esse levatum (cf. supra p. 363); ideo eum „et Medici et P. Prouincialis sententia" philosophiae docendae officio liberatum esse; ipsum provincialem cum cardinalis medico (cf. infra p. 380[4]) consilia contulisse, et utrique placuisse, ut Pastelius Romam mitteretur, „praesertim quod morbo oculorum, aliqui etiam mentis morbi accedere videntur, qui iudicio ipsius infirmi, serijs probationibus Romanis, quas vnice ipse expetit, curari tantum posse videntur" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 127[a]). [3] Bader; vide supra p. 359 368. [4] Roseffio.

[5] Vide supra p. 363. [6] Cardinalis Otto Truchsess.

[7] „Magnos sustinet propter multorum principum et nobilium accessum, picturas, Reliquiarum ornatum et id genus alia, sumptus": * *Theodoricus Canisius* rector dilinganus Borgiae, Dilinga 9. Ianuarii 1567 (cf. supra adn. 2).

Jo mando il conto delli debiti et del pagamento di questa Prouintia, accio si conferisca con quello, che li nostri in Roma potranno hauer annotato, per che non desideriamo, che li Charissimi Fratelli di Roma per respetto nostro patischino alcun danno. Mandaremo ancora presto gli Cataloghi delli Collegij et de tutte le persone di questa Prouintia, dando ancora raguaglio de cio, che V. P. uuole, che si scriua per il nouo ordine, che ci è, stato mandato [1]. Con questo molto mi raccomando nelle orationi et sacrificij di V. P. et de tutti li P. Assistenti [2] et fratelli Charissimi. Jddio sia con noi sempre. Di Dilinga alli 8. di Genaio .1567.

Di V. P.

Seruo et figliolo Pietro Canisio.

Addam pauca de M. Gerardo [3] Louaniensi, qui hoc mecum coram egit, quod scripto isthuc misso explicat, vt Romam abire possit [a] ad curandam vtriusque hominis valetudinem. Medicus quidem Reuerendissimi [4], qui nunc recta Romam contendit, Romae Patrem hunc rectius in oculis habiturum iudicat, ubi fuit iam antea curatus cauterio [5], cuius nullus fere vsus in Germania esse solet. Deinde nostri putant, eundem Patrem post paucos menses ex Vrbe remissum in Germaniam, et sibi, et nostris, et alijs magis in Domino satis facturum ac profuturum esse, si interea, ut optat ipse, aliquam probationis partem pro spiritus sui renouatione praestet [b], siue apud nouitios, siue alibi Romae constitutus. Notum est autem huius M. Gerardi ingenium, qui post susceptum sacerdotij gradum rectius hic habuit: sed qui tamen graues illos concitatae naturae impetus non ita frangit, quin et domesticis, et exteris sit molestus aliquando. Quae res illi maiora praebet desideria, vt aliquandiu a nobis remotus, se colligat et vincat magis, praesertim a Romanis patribus adiutus. Rogamus igitur, vt breui scribatur ad nos de P. T. sententia, velit ne illum Romam cito mitti, vnde responsum aeque facile atque a P. Visitatore [6], qui forte Moguntiae iam esse desijt, adferri posse putabamus. Non desunt alioquin huic Patri talenta seu dona Dei peculiaria, quibus ad Germanica collegia iuuanda idem vti possit. Verum oculorum uitium non admittit, vt tutum sit illum aut studijs, aut contionibus adhiberi. Visus est P. Natali ad gubernationem collegij Hieronymiani aptus fore, ut Patri Rabenstain substitueretur suo tempore.

Jdem P. Canisius subscripsit.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre il Padre Francesco de [Borgi]a Preposito Generale della Compagnia di Giesv. Jn Roma.

a) *Ita Can. ipse correxit ex* iussit, *quod scripserat.* b) *A Can. corr. ex* praestaret.

[1] Vide supra p. 358 376. [2] Vide supra p. 266[4]. [3] Pastelio.

[4] Famianus Massarius de Gallesio; v. supra p. 309. Idem vocatur „Famianus Mecharius" a *Car. Stengelio* O. S. B., Rerum Augustan. Vindel. Commentarius, Ingolstadii 1647, 287.

[5] Instrumento, quo ignito notae et stigmata carni inurebantur. [6] Natale.

Adiuncta est his Canisii litteris *epistula a P. *Theodorico Canisio* ipsius fratre, qui universitatis collegiique dilingani rector erat, Dilinga 9. Ianuarii 1567 ad Borgiam data; epistulae partem hic pono; valde enim utilis est ad ea, quae Petrus Canisius vel iam ante scripserat, vel proximis mensibus scripturus erat, intellegenda. Ita igitur Theodoricus Canisius: „Sumus hoc loco 29 personae Societatis, ex quibus tres in Collegio D. Jeronymi occupantur, Decem alij professores agunt, Octo studijs vacant, Reliqui officia alia obeunt . . . Non minuitur studiosorum numerus, sed nec augetur multum, propter hospitiorum inopiam et incommoditatem. Habet enim hic locus pagi magis quam ciuitatis faciem, et praeter Aulicos Reuerendissimj nostri [1], plaerique omnes sunt rustici, qui studiosis non oblectantur, sicut nec ipsi Aulici. Accedit, quod pauperes fere sunt oppidani omnes, qui dum ex studiosis praepropere ditari volunt, misere eos et indigne tractant. Taceo interim loci vilitatem et angustias. Jpsa Reuerendissimi praesentia et Collegium Sancti Hieronymi, in quo ditiores fere studiosi viuunt, vtcumque honorem huius Academiae tuentur, et amplius etiam tuebuntur, vbi exaedificato Societatis Collegio, capaciorem pro Conuictoribus locum habebimus. Nostra exercitia circa solos pene studiosos versantur, nam externis nos communicandi et occasio et facultas deesse videntur. ... Rusticus admodum est hic populus . . ., et templum nullum, praeter domesticum sacellum, habemus. Audimus interim et credimus per hanc Academiam multa mala impediri et plurimos, praesertim Nobilitatem Sueuicam quae magna ex parte Catholica adhuc est, in officio contineri, dum suum ad nos refugium habent, suosque nobis filios erudiendos tradunt." In iisdem litteris *Theodoricus Canisius* de Elisaeo Haivodo (Haywood, Heywood) haec refert: „Adest nobis frater Germanus P. Gaspari Angli, natu maior, et in Societatem admitti rogat. Homo praediues est, annorum 34 plus minus, iurisperitus, natura et studio pius; donis naturae pluribus ornatus, et ad gubernationem talentum habens. ... Ad probationem a Patre Prouinciali mittendus videtur Monachium, Vixit aliquando Romae, sed Romanum eius valetudo non fert aerem" (ex autogr.: „G. Ep. VIII" f. 127).

Ipse autem (ut hanc tractationem semel absolvam) P. *Caspar Hairodus* S. J. Dilinga 15. Ianuarii 1567 ad Borgiam praepositum generalem *litteras dedit, quibus eum, a Canisio praeposito provinciali „non semel" iussus (ut ipse ait), certiorem faciebat, „Elizeum Heiuuodum" [2] fratrem Dilingam „inexpectatum" venisse, Societatem ingredi velle, Dilingae testamentum suum rescribendum curasse ita, ut omnia ipsius bona Societati obvenirent. „Ego", inquit Caspar, „sicuti huius rei author non fui, jta nec quem exitum habebit judicare possum." Deinde Borgiam rogat, ut pro patre 70 annos nato, qui superiore anno ex Anglia aufugerit et Coloniae Deo famulari velit [3], „pro hac vna vice" omnium Societatis sacerdotum Romae degentium sacrificia eucharistica et omnium fratrum romanorum „rosaria" „concedere velit"; simul commendat animam Guilielmi Rastelli avunculi ante annum Lovanii mortui, cuius fuerint ea bona, quae Elisaeus frater Societati offerat, atque addit: „De nepote meo Gulielmo qui ex Collegio Germanico tanquam ex portu salutis discessit, doleo peccata mea hoc flagellum Dei commeruisse. . . . Adolescens ad me nondum venit; gravi enim jn via jnfirmitate percussus est." Mittit etiam apographum testamenti Dilingae 13. Ianuarii 1567 ab Elisaeo facti, quo hic „haeredem suum ex asse uniuersalem" P. Franciscum Borgiam generalem praepositum

---

[1] Cardinalis Ottonis Truchsess.

[2] Londini a. 1530 natus, Oxonii ad ius civile institutus, in familiam cardinalis Reginaldi Poli receptus est; atque a. 1556 Florentiae dialogum „Il Moro" inscriptum vulgavit. Postea Antverpiae „praefectum rerum spiritualium" et contionatorem egit; vita autem cessit a. 1578 in collegio lovaniensi (*Morus* l. c. [cf. supra p. 54[1]] 23. *Foley* l. c. [cf. supra p. 54[1]] VII[1], 349—350).

[3] Haud recte igitur *Thomas Tannerus* scribit, Ioannem Haivodum, Elisaei patrem, Mechliniae a. 1565 mortuum esse: Bibliotheca Britannico-Hibernica, Londini 1748, 401.

Societatis „et successores suos“ constituit, „tam in 330 florenos annuos perpetui mei redditus super Ciuitate Antwerpiae, quam in predium meum, fundos, agros, prata, pascuas, siluas, aedificia, possessiones . . in Parrochia de Northminis in Comitatu Hertfordiae[1] in Anglia“ exstantes; ita tamen, ut monialibus anglis aliisque pauperibus Anglis ob fidei catholicae confessionem exulantibus certam pecuniam[2] det (ex autographo, „Germ. Sup. Fund. I“ f. 211[a] 214[a]—215[b]).

Quamquam Canisius his litteris suis diem 8. Ianuarii 1567 ascripsit, tamen et ipse in litteris 31. Ianuarii 1567 ad Borgiam datis, et Polancus in litteris 15. Februarii 1567 ad Canisium datis eas 9. Ianuarii datas esse affirmant; vide infra n. 1390 1393. Unde equidem conicio, „Postscriptum“ 9. Ianuarii a Canisio iis adiunctum esse. Certe ante 9. Ianuarii Dilinga Romam missae non sunt; nam Theodorici Canisii epistula, quam modo dixi, 9. Ianuarii data est, neque dubitari potest, quin una cum Petri Canisii litteris missa sit.

Borgias Canisio per Polancum respondit 15. Februarii 1567.

1387. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.,** rectori collegii oenipontani. Dilinga sub medium vel exeuntem m. Ianuarium 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1390.

Afflictum et mutationem personarum collegii desiderantem solatur.

Canisius Dilinga 31. Ianuarii 1567 Borgiae haec rettulit de P. Nicolao Lanoio S. J., rectore collegii oenipontani: „Jl Rettore se monstra molto trauagliato nel gouerno, et dessiderarebbe gran mutatione, mas[sime][a] *delli Confessori Reginali. Jo lo consolo et essorto alla patientia in questi tempi molto necessaria.“*

De P. Ioanne Dyrsio, qui venerabilis Magdalenae reginae confessiones excipiebat, et de P. Paulo Hetzcovaeo, qui Margaritae et Helenae reginarum confessarium agebat, vide supra p. 345 355 372.

Lanoius Oeniponte 4. Ianuarii 1567 Francisco Borgiae praeposito generali de collegio suo *scripsit: „Mi pare vna Babilonia per rispetto delli altri Collegij doue jo son stato, li quali sono come paradisi.“ Quibus verbis ipsos collegii Socios significat; de discipulis enim externis Oeniponte 19. Februarii 1567 Borgiae *refert: „Li nostri scolarj sono piu deuoti qua et modesti che non sono in molti altri Collegij della Compagnia nostra in Germania“ (ex autographis; „G. Ep. VIII“ f. 167[a] 170[a]).

1388. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI,** Societatis visitatori. Dilinga sub 22. Ianuarii 1567.

Ex imaginibus photographicis, de quibus infra n. 1390 1392, et ex Natalis epistula archetypa, a P. Didaco Jimenez S. J. scripta ab ipsoque Natale subscripta, quae exstat in Cod. „EN“ n. 171. Natalis epistula ex archetypo primum typis exscripta est in Epp. *Nadal* III 369—382.

Borgias capita quaedam misit, quae in litteris fundationis dilinganis per cardinalem Truchsess emendanda curare Canisium iubet; quid Natali videtur? Idem cardinalis instat, ut Canisius in synodo dioecesana habenda opem sibi praestet. Universitas dilingana vehementer indiget duobus philosophiae professoribus. Cardinalis ob bellicos rumores, num Canisius Herbipoli contionari possit, per cursorem ex episcopo quaerit.

a) *Hoc supplevi ex exemplo B, de quo infra p. 384.*

---

[1] North Mimms, pagus comitatus „Hereford“ sive „Hertford“.

[2] Plura v. apud *Foley* l. c. 350; prima huius testamenti scriptio dilingana 26. Decembris 1566 facta esse videtur.

Canisius Dilinga 31. Ianuarii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali haec rettulit de cardinali Ottone Truchsess, qui m. Novembri 1566 litteras fundationis collegii dilingani a se emendatas Borgiae miserat [cf. infra mon. dil. (22)]: „Ha receuuto li punti del Padre Polanco circa la correttione del suo instrumento[1]*, et hauemo scritto al Padre Visitatore, che ci mandi il suo parere del tutto.“ Et paulo infra: „Ha concluso di uoler fare la sua sinodo Diocesana dopo la pascha. ... Onde lui uorria ogni modo, che io hauendo finito le prediche in Herbipoli, me trouasse quì presente per aggiutarlo et che V. P. se degnasse concedermi questa licentia. Ho scritto ancora sopra cio al p. Visitator.“ Eandem epistulam, nisi fallor, Canisius etiam significat in litteris 6. Februarii 1567 ad Borgiam datis; ibi enim apud Borgiam (cuius nomine Polancus „puncta“ illa sive capita miserat) excusare et purgare studet Natalem, qui in fundatione dilingana collegium Societatis „caput et membrum principale collegii S. Hieronymi“ appellandum curaverat; deinde dicit, fortasse ea de re scripturum esse ipsum Natalem, „alquale li habbiamo dato raguiaglio del tutto“. Natalis autem ad Borgiae epistulam Roma 8. Ianuarii 1567 datam Moguntia 20. Februarii 1567, quo die epistula illa ipsi allata erat, respondens: „Delli punti“, inquit, „che di piu hà notati la Paternita V. nel contratto de Dilinga, m' haueua gia scritto Maestro Canisio et il suo fratello*[2] *dicendo, che me li mandauano et non li hanno mandati, il medesimo me dice la P. V. nella sua, et credo s' è smenticato di mandarli il Padre Gioan Fernandez*[3]*. ... Per li doi philosophi, fanno molto gran instanza li doi Canisij*[4]*, et realmente padre sono necessarij, la P. V. padre per amor de Dio proueda. Quanto à Herbipoli hò dubitato io se il Padre Canisio andarebbe per li rumori che ci sono di guerra contra l' inimici di quella cità et paese, et credo che per questo il Cardinale (secondo che il Padre Canisio mi scriue) hà fatto*[a] *[?] un huomo à posta àl Vescouo*[5] *per uedere se conuenghi che lui vadi à predicare là questa quaresima, non sò che si sara fatto.“*

Cum Ioannes Fridericus Saxoniae dux lutheranus et Guilielmus eques a Grumbach et ipse lutheranus, qui Herbipolim a. 1563 expilaverat, a. 1566 a Maximiliano II. imperatore proscripti, ei obsequi recusassent, imperatoris mandatu exercitus Augusti Saxoniae electoris a m. Decembri 1566 ad Aprilem 1567 Gotham urbem, in quam se receperant, in obsidione tenuit. Ferebant autem Ernestum a Mandelsloe cum multis militibus conducticiis iis suppetias laturum esse (*Janssen* l. c. IV[15—16] 249—252). Qua re etiam episcopatus herbipolensis Saxoniae finitimus in discrimen vocabatur.

1389. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 25. Ianuarii 1567.

Ex apogr. eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio“. Cod. „Germ. 65“ f. 220[b]—221[a].

Litterae annuae allatae sunt. De collegio Herbipoli incohando definietur, cum episcopi litterae Romam perlatae erunt. Facultas absolvendi homines in haeresim relapsos Canisio et rectoribus, qui ad id idonei visi erunt, conceditur, ita tamen, ut abiuratio haeresis coram 2 testibus fieri et a relapso vel alio subscribi debeat; attamen curabitur, ut condicio abiurandi ex ea facultate tollatur. Post Pascha duo

a) *Legendumne est:* ha fatto andare? *Vel:* ha mandato?

[1] Haec capita cum Borgiae epistula Roma 8. Ianuarii 1567 ad Canisium data videntur esse missa (vide supra p. 375); quare fieri poterat, ut 22. Ianuarii Dilingae praesto essent.

[2] P. Theodoricus Canisius, rector collegii dilingani.

[3] Borgiae librarius.

[4] Dilingam unum duosve Socios mitti cupiebant, qui in universitate philosophiam traderent; vide supra p. 363.

[5] Friderico a Wirsberg.

philosophiae professores Dilingam mittentur. Catechismus Romanus. Dispensatio quaedam. Ferdinandus Alberus novicius matri scribit.

Fù riceuuta quella di V. R. di .14. del passato, con alcune annali, doppò la sua tornata de Herbipoli, non posso dir altro intorno al negocio lì trattato, insin' à tanto che uediamo quel che scriue il Vescouo[1], Circa li relapsi, già fú scritto, che V. R. et li Rettori che paressino al proposito poteuano assoluerli, facendo loro l' abgiuratione auanti doi testimonij, et sottoscriuendola per se, o per altro[2], più inanzi si procura che sua santità leui questa restrittione dell' abgiuratione nelli relapsi, quando uederemo[a] l' effetto che seguira, si dara auiso à V. R.

Per Dilinga ho gia fatto electione de doi boni suggetti per leggere la philosophia, ma per li tempi tanto asperi, si fa conto aspettar passi la Pasqua[3], et cosi partirebbono di qua al principio di Aprile. Con loro si potra mandar la parte che resta del catechismo romano, se gia non fossi là mandato tutto intiero[4].

Non ci ricordiamo quà, che gratia sia quella del Pastor di Brixina[b][5], saria bene che si scriuessi la summa di nouo di quel che si ricercaua . al resto si rispondera un' altra uolta, Quí ua una lettera per la madre di Ferdinando Aenipontano[6], ricercata dal Padre Dottor Lanoy, alqual si scriue per altra uia .V. R. potra mandar questa, et[c] con tanto ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li 25. di Gennaio 1567[d].

Canisius Borgiae respondit 10. Martii 1567.

1390. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 31. Ianuarii 1567.

Ex imagine photographica archetyparum (A) litterarum (2°; $3^1/_4$ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II“ n. 186 (241 248); Canisius sua manu nomen („Seruus“ etc.) subscripsit. Praesto erat etiam litterarum apographum (B), sub a. 1860 a P. *Ios. Boero* S. J. ex archetypo exscriptum et postea cum eodem collatum.

Instat, ut sibi ad superiores litteras brevi respondeatur. Herbipoli per Quadragesimam contionaturus, Societatis sacras preces petit. Elisaeus Haivodus Monachii in Societatis tirocinio bene se gerit; quid statui oportet de eius bonis distribuendis?

a) uedermo *apogr.* b) Brixida *apogr.; vide supra p. 347.* c) *In ap. sequitur* raccomandarci, *oblitteratum.* d) 1566 *apogr.*; *sed librarium scribere voluisse* 1567 *cognoscitur ex plurimis epistularum apographis, quae hoc apographum sive antecedunt sive sequuntur; idem ex ipsis rebus, quae scribuntur, elucet.*

---

[1] Litteras, quas de Societatis collegio Herbipoli incohando Fridericus a Wirsberg episcopus Herbipoli 14. Ianuarii 1567 ad Borgiam dedit, vide infra mon. herb. (6). Cf. etiam Epp. *Nadal* III 362.

[2] De hac homines in haeresim „relapsos“ absolvendi facultate a S. Pio V. Sociis concessa 8. Ianuarii 1567 ad Natalem copiosius erat scriptum; vide supra p. 375—376. [3] Pascha futurum erat 30. Martii. [4] Cf. supra p. 361—362.

[5] Vide supra p. 347 363.

[6] Ferdinandus Alberus in Societatis tirocinio romano degebat; vide supra p. 339 351.

Mittuntur catalogi; quomodo de collegiorum ortu et de Sociis vita functis Romam referendum est? Deus orandus est pro Fr. Io. Clivensi Dilingae mortuo. Octavianus Fugger matri scripsit, se de Societatis ingressu Augustae acturum; in proposito enim nutat. Aegroti. Ferdinandus archidux Oenipontem intravit. Si ferrariensis ducissa mortem obierit, eius confessarium in Germaniam superiorem redire conveniet. Quae de collegii dilingani fundatione a Polanco notata sunt, haud difficulter a cardinali concedentur; multum erit, si a. 1567 collegii aedificatio absolvetur; cardinalis, aere pressus alieno, potius convictum S. Hieronymi aedificare, quam Societatis collegium maiore reditu stabilire cogitat; Canisium in synodo dioecesana sibi adesse cupit. Si collegium herbipolense proxime admittetur, ecclesiae cathedrali P. Fahe contionator detur necesse est. Roma P. Schorichium nec multum nec imprudenter (querendo de Sociis) Monachium scribere oportet.

Jhesus. Pax Christi Molto Reuerendo in Christo Padre.

L' ultime mie sono state scritte alli 9. di questo mese, et in questo mezo[a] non ho receuuto niente di Roma, benche molto aspetto la resposta circa la facultà di poter absoluere li relapsi, et ancora circa il Collegio Herbipolense, del P. Gerardo, che ancora sta male con gl' occhi[1]. Jtem delli Nouitij et altri scholari, che desiderano entrar nella Compagnia in Roma, ò studiar nel Collegio Germanico. De queste et altre cose molto uolontiere haueria la resposta d' inanzi la mia partita per Herbipoli la qual sarà, come io penso alli 3. di Febraio con la gratia del Signore per predicare alli Franconi in questa santa quadragesima[2]. Per la qual cosa desidero molto esser aggiutato per li sacrificij et orationi di V. Paternità et di tutta la nostra Compagnia.

Quanto al Maestro Eliseo Anglo et suo testamento, non repeterò quello ch' ha scritto il Padre Rettor de quà[3]. Adesso lui sta fra gli Nouitij in Monachio, et si porta[b] bene con la gratia del Signore. Aspettaremo ancora la resposta de V. Paternita circa la distributione delli suoi beni, benche non penssiamo sia necessario far fretta in questo negotio. Lui ancora ha sperimentato l' aere Jtaliano, che non li conuenga, come lui dice.

Faremo come [*etc., ut supra p. 373*].

Mando con queste[c] ò con le prime altre li Catalogi di tre Collegij[4] et della casa Aug[u]stana[d]. Se mancarà in quelli alcuna cosa, dessideriamo esser auisati [per] emendarci. Li Rettori non sanno, in che modo bisogna scriuere l' or[igi]ne delli lor Collegij, et però forsi saria bono ueder una forma conueniente . Delli Fratelli morti se scriuerà per altra uolta[5].

a) *Ita in archet. correctum est ex* mese. b) *In arch. correctum ex* potta *vel simili v.* c) *Quinque vv. sqq. supra versum scripta sunt.* d) *Quae hic et infra uncis quadratis inclusa cernuntur, suppleta sunt ex B; in A enim, quia in extremis archetypi versibus posita sunt, photographice exprimi non poterant.*

[1] P. Gerardum Pastelium Romam mittere volebat; vide supra p. 379[2].
[2] Initium Quadragesimae futurum erat 12. Februarii.
[3] Quid P. Theodoricus Canisius hac de re scripserit, vide supra p. 381.
[4] Collegiorum ingolstadiensis, monacensis, oenipontani. [5] Cf. supra p. 376.

Vorria ancora intendere come habbiamo da notare li nomi che se mandano delli Fratelli defunti, se bisogna repetere tutti quelli nell[a] resposta. Quelli de Dilinga mandorno il suo catalogo in questo m[ese] scriuendo ancora della morte del nostro Charissimo Fratello Giouanne Cliuen[se] che (otto di fà) rese il suo spirito al creatore[1]. Onde dessideriamo, che l' anima sua sia partecipe delli sacrificij et orationi solite della N. Co[mpagnia].

Ottauiano Fuggero ha resposto alla sua Madre[2], et toccando que[l] ponto della sua determinatione fatta per la Compagnia non dice a[ltro] se non che sopra ciò trattarà uenendo in Augusta. Jn questo lui po[co] mi contenta, et intendo poi delle sue tentationi contra questa vo[ca]tione. Ma non diremo niente alla Madre, se non habbiamo altro ordine da V. Paternità.

Jl Rettor Dilingense et alcuni altri stan mal sani, per li quali dessideriamo l' aggiuto spirituale. Habbiamo detto hoggi messa per il P. Prouinciale Austriaco[3], intendendo il pericolo[a] della morte su[a] secondo il giuditio delli Medici.

L' Archiduca Ferdinando gia è arriuato in Jspruch[4], uedremo come si portarà uerso li nostri. Jl Rettore [*etc., ut supra p. 382*]. Jn caso, che la Ducessa di Ferrara moresse presto, come temono, speramo chel P. Lorenzo tornarà in questa Prouintia[5], doue spenderebbe molto bene il suo talento.

Monsignore Reuerendissimo ha receuuto li punti del Padre Polanco circa la correttione del suo instrumento, et hauemo scritto al Padre Visitatore[6], che ci[b] mandi il suo parere del tutto. Non pensiamo, che sarà gran difficultà in conciar queste cose. Jn questo anno non sarà poco, se possiamo ottener tanto da Monsignore che sia finita la fabrica del Collegio. Non mancano molti debiti al detto Monsignore et con questo dessidera anche fabricar il Collegio di S. Gironimo piu presto, che attendere all' augmento et perfettione della dotatione di questo Collegio.

Jl medesimo Monsignore ha concluso di uoler fare la sua sinodo Diocesana dopo la pascha, et presto se mandarà l' intimatione ò indittione à tutti li essentiali di questa sinodo. Onde lui[c] uorria ogni modo, che io hauendo finito le prediche in Herbipoli, me trouasse

a) *Correxi ex* perico, *quod est in arch.* b) *In arch. ita correctum est ex* si. c) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

---

[1] De Clivensi (Sedulio) vide supra p. 83. In *„*Historia* collegii dilingani", ibidem sub a. 1573 conscripta, refertur, Dilingae 23. Ianuarii 1567 „Joannem Cliuensem infimae scholae Professorem, summae virtutis et simplicitatis fratrem", mortuum esse („Ass. Germ. Fund. I" f. 47[b]). [2] Ursulae, uxori Georgii Fuggeri.

[3] Laurentio Magio. [4] Die 17. Ianuarii (*Hirn* l. c. I 64).

[5] Barbarae archiducissae a. 1565, cum Alphonso Ferrariae duci nuberet, concessus erat confessarius P. Laurentius Hermanutius.

[6] Natali. De litteris fundationis collegii dilingani a cardinali Truchsess datis earumque emendatione vide supra p. 307—310 375.

quì presente per aggiutarlo[a] et che V. P. se degnasse concedermi questa licentia. Ho scritto ancora sopra cio al p. Visitator.

Presoposito chel Collegio di Herbipoli s' habbia d' accettare in questo anno, si come scrissemo altre uolte, bisognarebbe subbito dopo la Pascha hauer un' predicator delli nostri nel Domo. Onde molto aspettamo il P. Pietro Fae[1], del quale[b] ha scritto il Padre Natal, accio sia il mio soccessore in quella Chiesia.

Quanto al Padre Scorichio mi remetto anche à quello, che scriuerà il Padre Visitatore, et uorressino li nostri di Monachio, che quel buon Padre scriuesse poco et piu discretamente, non tanto lamentandosi delli nostri, poi che li ha parlato il Padre Polanco delle sue lettere. Jddio ci dia la sua santa gratia sempre per li sacrificij et orationi di V. Paternità, delli Padri Assistenti, et di tutta la Compagnia alli quali in Christo tutti ci raccomandiamo humilmente. Di Dilinga al' ultimo di Genaio 1567.

Seruus et filius P. Canisius.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre il Padre [Franc]esco[c] de Borgia Prepo[sito gener]ale della Compagnia di Giesu. Jn Roma.

Borgias Canisio per Polancum rescripsit 15. Februarii 1567.

1391. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Dilinga circa 6. Februarii 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1392.

De catalogo Romam mittendo.

Canisius Dilinga 6. Februarii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali, qui paulo ante singulorum Societatis collegiorum „catalogos" Romam mitti iusserat (cf. supra p. 358 376), haec de collegii oenipontani rectore scripsit: „Il P. Lanoyo mandarà presto il resto del suo Catalogo, come io li scriuo di nouo."

1392. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 6. Februarii 1567.

Ex imagine photographica archetyparum (A) litterarum (2°; 3 pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 187 (249 250); Canisius sua manu nomen („Filius" etc.) subscripsit. Praesto erat etiam litterarum apographum (B), idque sub a. 1893 ex archetypo exscriptum.

Professi 4 votorum, quos provincia Germaniae superioris habet, vota litteris consignarunt; quae Romam mittuntur. Missi sunt etiam vel mittentur collegiorum catalogi et litterae fundationis. In provincia nec coadiutores formati, nec professi 3 votorum exstant. Collegium dilinganum alere et potest et solet 28 homines ex 2000 flor.; certi tamen sunt ei tantum 1400; 1500 floreni annui et monachiensi collegio sunt, et ingolstadiensi; quibus 24—26 Socii sustentari queunt; Ingolstadii tamen de eo numero 3—4 desunt. Oenipontani 23—24 Socios et alere possunt et alunt. Augustanae domui certus reditus non suppetit; dantur tamen pro principio quodam collegii a cardinali 500, a capitulo 200 floreni, quibus ali possunt 10,

a) *Ita in arch. correctum est ex* per aggiutar Monsignore. b) *Sequitur* mi, *oblitteratum.* c) *Quae hic et paulo infra suppleta sunt, in ipso archet. omnino desunt.*

[1] Vide supra p. 367.

aluntur autem 7. Quid de collegiorum origine et rationibus singularibus scribendum sit, rectores planius edoceri cupiunt; neque enim eiusmodi praecepta adeo paucis verbis exprimi oportebat. Nec pacta, nec bullas similesve tabulas collegia habent; in catalogis si quid desiderabitur, Socii moneri cupiunt. Cardinalis non gravatur fundationem dilinganam ita, ut romanis Patribus visum est, conscribendam curare; prudenter a P. Natale cautum est, ut Societatis collegium diceretur esse collegii S. Hieronymi caput etc.; de contubernii hieronymiani disciplina, re cum cardinali collata, nihil videtur in fundatione esse immutandum; cardinalis successores iam non obligantur, sed rogantur; quare fundationis litterae iam videntur esse cito absolvendae. Rector dilinganus aegrotat. Canisius profectionis herbipolensis opportunitatem exspectat. „Confessio Augustiniana" modo prelum reliquit.

Jhesus. Pax Christi. Molto Reuerendo in Christo Padre.

Hauendo io scritto otto di fà, principalmente dirò adesso de quelli punti, che V. Paternità ci mandò con un nouo ordine di scriuere gli Catalogi, Voti etc. et à Roma mandargli[1]. Quanto alli sei professi di questa Prouintia[2], il Rettor d' Jspruch[3] mandarà le forme delle professioni loro con proprie mani scritte; insieme conli Voti semplici, che gli medesimi hanno fatto do pò la professione[4]. Gli altri Rettori mandano hora, come quello d' Jngolstadio et Monachio[5] il Catalogo delli suoi Collegiali. Jl Rettor di Dilinga[6] l' ha mandato inanzi . il P. Lanoyo mandarà presto il resto del suo Catalogo, come io li scriuo di nouo. Quanto alli Coagiutori formati temporali et spirituali, et insieme con quelli professi di tre uoti solamente[7], non se truouano sin adesso in questa Prouincia, ne il P. Visitatore[8] essendo di questo ammonito, ci ha lasciato ordine alcuno.

Quanto al Collegio Dilingense et la sua origine, fundatione, Conditioni etc. potrà sapere V. P. per l' Jnstrumento[9] gia mandato per il P. Visitatore. Et il Rettor ha scritto alias, che con doi milia fiorini annui, che adesso se receuono, non pare si possino sostentar commodamente piu di 28. persone, massime in questi tempi, et quasi ordinariamente son tante, che se sustentano. Ma quanto à questi doi milia fiorini non siamo certi, se non de mille et quatrocento fiorini, gl' altri seicento pagarà il Cardinale[10] de sua borsia mentre che uiue.

Quanto al Collegio Monachiense, l' intrata di esso è mille et cinque cento Fiorini Rhenensi, come se uedrá nel' Jnstrumento autentico et sigillato, che se mandarà presto, il qual anche è comune al

[1] Haec praecepta vide supra p. 358 376.

[2] Sollemnem quattuor votorum professionem emiserant PP. Petrus Canisius (*Can.* I 655—657), Nicolaus Lanoius (*Polancus,* Chronicon II 581), Alphonsus Pisanus, Paulus Hoffaeus, Theodoricus Canisius, Hieronymus Torrensis (Epp. *Nadal* II 591—592). [3] Nicolaus Lanoius.

[4] Verba quattuor votorum sollemnium ab ipso *S. Ignatio* praescripta sunt in Constitutionibus S. J., P. 5, c. 3, n. 3. De votis simplicibus professorum v. *Can.* I 656[1]. [5] PP. Martinus Leubenstain et Dominicus Menginus.

[6] P. Theodoricus Canisius.

[7] De Societatis coadiutoribus formatis spiritualibus et temporalibus v. *Can.* II 515[4]; III 760[2]; de professis trium votorum (sollemnium) *Can.* III 77[2].

[8] Natalis. [9] Vide supra p. 309. [10] Otto Truchsess.

Collegio de Jngolstadio[1], il qual tiene la medesima intrata, con la quale ciascuno di loro puol[a] [?] sostentare 24. ò 26. persone. Hora in Monachio se sostentano tante, ma in Jngolstadio tre ò quatro manco.

Quanto al' Jnstrumento del Collegio fondato et dotato in Jspruch[2], se loro non l' hanno mandato, faremo, che ancor loro lo mandino, i qual[i][b] possono sostentare, come adesso sostentano 23 ò 24. persone. Et in tutti questi Jnstrumenti facilmente se uedranno gl' oblighi et condi[tio]ni principali, che tengono gli Collegij di questa Prouintia. Perche quanto alla casa di Augusta non ci è alcuna cosa certa del intrata. Hora tengono cinquecento Fiorini dal Cardinale et doi cento dal Capitolo Catedrale, come per principio del Collegio, si come piu largamente ha scritto il P. Visitatore, della qual somma se possono sostentar 1[0] persone, hora se sostentano sette.

Quanto all' origine delli Collegij, uorressimo intendere, come al[tra] uolta ho scritto, che cosa particular se rechiede circa quello. Ne oc[cor]re, che habbiamo da dire circa le conditioni particulari di ciascuno Colle[gio.] Preghiamo, che V. P. dia piu lume à gli Rettori, poi che questi punti parono molto generali, et non poco danno da fare à qualch' uno, che qua[c] [?] non sanno come habbino da respondere et resoluersi in tutte le cose, che se domandano cosi breuemente.

Quanto alli Contratti, non ci occorre nessuno fin' adesso, massime [non][d] hauendo gli Collegij beni stabili, ma solamente censi. Cosi ancora n[on] sapemo delle bolle et altri titoli delli beni di questi Collegij. Se manca alcuna cosa nelli Catalogi, che se mandano, molto dessideriamo esser auisati et informati[e] circa questa noua usanza di scriuere gli Catalogi et le informationi annue.

Quanto al Reuerendissimo Cardinale tutta uia se contenta chel suo instrumento sia conciato secondo il parere di V. P.[3] ciò è, che non se metta altra ob[li]gatione se non della Germania superiore insieme col P. Generale. Jl P. Natal per buoni respetti messe quella clausula, quod Collegium no[strum] esset caput et membrum principale Collegij S. Hieronymi[4], et massim[e] per obuiare alle contradittioni et inconuenienti, che potriano forsi nas[cere][f] dopò la morte del Cardinale circa l' Instrumento dell' intrate, che hora tenemo, nelle[g] [?] quali[h] [?] se fà spressa mentione del Rettore et professori, come membri principali del Collegio di S. Geronimo in quel tempo, quando ancora non se pensaua della Compagnia. Et essendo la

a) *Sic; corrigendum esse videtur* puo. b) *Quae hic et infra uncis quadratis inclusa cernuntur, suppleta sunt ex B; in A enim, quia in extremis archetypi versibus posita erant, photographice exprimi non poterant.* c) *Ita AB; an ita supplendum:* quasi*?* d) *In B hoc v. omnino deest; in A hoc loco leve quoddam vestigium alicuius v. comparet; ipsa autem res exigit, ut* non *suppleatur.* e) informati *A.* f) nasce *B.* g) h) *Sic archet.; scribendum fuerat (nisi fallor):* nel quale *vel* nello quale.

[1] De communibus hisce fundationis litteris v. *Can.* IV 939—940.
[2] De his litteris v. *Can.* IV 580[5]. [3] Vide supra p. 308 375.
[4] Hanc „clausulam" vide supra p. 309.

Compagnia soccessa in luogho del Rettore et professori sopra detti, parue bene al P. Visitatore di ponerci quella clausula anche per la Compagnia la qual pare possi hauer buon senso, et forsi il P. Natal scriuerà sopra di questo, alquale li habbiamo dato raguiaglio del tutto.

Quanto alli Collegiali de S. Geronimo et altri Conuittori [1], hauemo anche conferito col Reuerendissimo et pare, che per buoni respetti non importi de far alcuna mutatione nel' Jnstrumento circa quelli nella disciplina, lassiando la cosa come adesso ua in buona [a] prattica.

Che non siano obligati gli Vescoui successori ancora piace al Monsignore et pero fece quel aggiunto, che siano preghiati per tal effetto [2]. Di modo che non uedemo nessuno impedimento per il che s' habbi à mutar il detto Jnstrumento, Et dessideriamo che presto se spedisca totto [b] si come anche Monsignore al suo Agente in Roma [3] comanda.

Jl Rettor di questo Collegio [4] per alcuni giorni sta mal desposto. Jo ogni di aspetto occasione de partirmi per Herbipoli, doue ancora gli Canonici non hanno fatto la resposta sopra il contratto del Collegio, come de cio piu largamente s' è scritto altre uolte. La Confessione Augustiniana [5] hoggi se finisse di stampare non senza gran fatica delli nostri, ma con buon frutto delli lettori, come speriamo nel signore, il qual ci dia la sua Santa gratia in questa santa Quaresima per aggiutar noi et gli prossimj per mezo delli sacrificij et orationi di V. P. et de tutta la Compagnia alle quali noi tutti ci raccomandiamo humilmente . di Dilinga alle 6 de Febraio 1567.

Filius et seruus indignus P. Canisius subscripsit.

† Al Molto Reuerendo in Christo Padre Il P. Francesco de Borgia [Preposito] [c] Generale della Compagnia di Giesu. Jn Roma.

Borgias Canisio respondit 22. Februarii 1567.

1393. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 15. Februarii 1567.

Ex apographo eiusd. temp.: in margine, eadem manu: „Herbipoli P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 223[b]—224[a].

Litterae sero allatae. Polancus Canisio Herbipoli contionanti gratiam divinam precatur. Herbipolim eum Sociorum numerum, quem episcopus petit, mittere onerosum est; videbitur tamen, quid episcopus scribat, et quid capitulo placeat. Licet Canisio tres novicios illos, quos Romae Societatem ingredi debere censet, atque etiam P. Pastelium mittere; Pastelius autumno ad collegium S. Hieronymi Dilingae iuvandum aptus

a) *Hoc v. ab ipso Can. supra versum scriptum est.* b) *In archet. sequuntur vv.* l'Instrumento, *oblitterata.* c) *Quae hic suppleta sunt, in ipso archet. omnino desunt.*

[1] In eo contubernio adulescentes alii cardinalis vel episcopatus augustani impensis ad sacerdotium in ea dioecesi administrandum instituebantur, alii suis vel parentum sumptibus alebantur, quodvis postea vitae genus suscepturi.

[2] Has emendationes a cardinali factas vide infra mon. dil. (22).

[3] Ioanni Paulo Castellinio. [4] P. Theodoricus Canisius.

[5] De hoc libro a P. Hieronymo Torrensi edito vide infra mon. litt. (21).

erit. Octavianus Fuggerus matri scribet; Philippo eius fratri in collegio germanico famulus non datur, quia de ipso valetudinis causa domum remittendo agitur. In idem collegium autumno duos tresve mittere licet, aptos tamen, et qui ecclesiasticum vitae genus suscipere velint; quod suscipere noluit iuvenis quidam a Canisio valde commendatus. P. Natalis arbitrio permissum est statuere de gradibus academicis in Socios conferendis. Brevi cum Bavariae ducis oratore aliquis mittetur, qui Dilingae philosophiam tradat; neque statim omnes, quibus opus est, mitti possunt. Valde placuit Elisaei Haivodi pium propositum; qui cum aerem romanum non ferat, Monachii Societatis probationem subibit.

Pax *etc.* Si è riceuuta quella di V. R. di .9. del passato[a] [1], laquale tardò assai, et poco di poi si è riceuuta un' altra dell' ultimo del medesimo . per tutte due intendiamo l' andata di V. R. in Herbipoli, per predicare questa Quaresima, Dio N. Signore li dia suo spirito et gratia copiosa, per far molto frutto in quella[b] parte di sua uignea. Quanto al Collegio de Herbipoli, non si pó fare risolutione compita insin' à tanto che si ueda quel che scriue il Vescouo, et si consente il capitolo, solamente si pó dire, che ci pare un peso graue, tener tanti nostri[c] in quel luogho [2], pur quando s' intendera la risolution deli detti, N. Padre scriuera la sua.

Jntorno alli tre nouitij, che giudica V. R. doueriano intrar in Roma, N. Padre si contenta li mandi al nome d' Jddio [3], et cosi anche sia detto del Padre Gerardo [4], poi che giudicano li sia conueniente per tutti i conti, uenir à Roma questa estate, acciò torni tanto più idoneo l' autunno, per aiutar le cose del diuino seruicio specialmente uel collegio di Santo Hieronymo.

Si uedera ch' ottauiano scriua alla Signora Orsola[d] sua madre, et perche si tratta de la tornata in Germania del Signor Filippo suo fratello [5], per non si trouar troppo sano (ben che stia con mediocre sanità) non si trattara adesso del seruitore, non li manca però il seruicio conueniente nel Collegio.

Quelli altri doi o tre gioueni todeschi, che V. R. uorrebbe mandar per il Collegio Germanico, potran uenir all' autunno che uiene, sarebbe pur da desiderar fossino persone cognosciute et reputate al proposito per il fin di quel Collegio, et che intendessino douer essere ecclesiastici, et per non uoler pigliar tal stato, se ne andó uia un gìouene che V. R. haueua assai raccomandato [6].

a) *Sic corrigendum esse ex* presente, *quod in apogr. est, facile cognoscitur ex proximis vv.; vide etiam supra p. 382.* b) *Tria vv. sqq. in apogr. supra versum scripta sunt.* c) mostri *ap.* d) *In ap. correctum ex* Vrsula.

---

[1] Vide supra p. 377—382.

[2] Fridericus a Wirsberg episcopus contionatorem et 9 magistros petierat; vide supra p. 365—366. [3] Horum nomina vide supra p. 378[6].

[4] Pastelio, quem, cum convaluisset, Dilingae regentem contubernii S. Hieronymi constituere cogitabant; vide supra p. 368 380.

[5] De Octaviano et Philippo Eduardo Fuggeris, collegii germanici convictoribus, vide supra p. 378.

[6] Eustachius Germanus; vide infra mon. var. (24).

Circa li gradi per il Padre Georgio et P. Gregorio[1] et gli altri delle 4 Prouincie di Germania N. Padre si è rimesso al giudicio del Padre Natale.

Vn Filosopho, per il collegio de Dilinga, si mandará insieme con l' Jmbasciatore dell' Illustrissimo Duca di Bauiera questa Quaresima, piacendo à Jddio[2], dell' altri si uedera col tempo, et adesso non si pò tutto[a] [?] mandare.

Circa il Fratello del Padre Gasparo Jnglese, ci siamo consolati in Domino, d' intendere sua bona risolutione[3], un' altra uolta si rispondera alle lettere del detto Padre Gasparo, et poi che l' aria di Roma non li conuiene, pare bene à N. Padre faccia sua probatione in Monachio. Dio N. Signore li dia perseuerantia et aumento di suo spirito; ad altre cose se risponderà un' altra uolta, questa riceuera come propria il Padre Rettor de Dilinga[4], al Padre Gerardo[5] basta etiam il capitolo che li tocha per risposta. N. Padre [et tutti][b] ci raccomandiamo nelle orationi et sacrificij di V. R. etc. Di Roma li .15. di Febraro 1567.

Canisius Borgiae respondit 17. Aprilis 1567.

1394. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI**, Societatis visitatori.
Dilinga (?) medio fere m. Februario 1567.

Ex Natalis epistula archetypa, a P. Didaco Jimenez S. J. scripta et ab ipso Natale subscripta; quae exstat in Cod. „EN" n. 172 (f. 527a). Natalis epistula integra primum ex archetypo in lucem emissa est in Epp. *Nadal* III 382—396.

Collegii herbipolensis fundationem probat; cuius litteris archetypis Dilingae relictis, apographum mittit Natali; ex quo quaerit, num ea fundatio Borgiae praeposito generali mittenda sit, ut ab eo confirmetur.

Natalis in litteris alteris, quas Moguntia 20. Februarii 1567 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem dedit (binas ad eum illo die dedit), haec notavit de litteris fundationis collegii herbipolensis, quas Fridericus a Wirsberg episcopus, rebus cum ipso Natale et cum Canisio collatis, dare volebat (vide supra p. 366): „Quanto alla fundatione d' Herbipoli Jl Padre Canisio mi scriue che nisuna cosa lo offende che sia d' importanza, et che hà lasciato, partendosi per Herbipoli, il contratto autentico al Padre Theodorico[6] mandandomi à me la copia accio che vedendola io, possi dire se quello s' hà da mandare alla P. V. ò, non, Nel quale io (non sò se m' inganna l' affettione che hò a quell' opera) non trouo ancora cosa per la quale pensi non hauersi di mandare, ben notarò alchune cose" etc. Sequuntur aliqua in litteris fundationis a Natale notata.

a) *Vel* tutti; *obscurius scriptum est.* b) *Haec fere supplenda esse facile patet, praesertim si has cum aliis Polanci litteris contuleris; cf. supra p. 342 345 et infra p. 397.*

[1] Canisius optabat, ut PP. Georgio Badero et Gregorio Roseffio permitteretur, ut in dilingana universitate gradum „licentiatorum sacrae theologiae" sibi compararent; vide supra p. 379.

[2] Missus est cum Ioanne Pfister canonico frisingensi, quem Albertus V. ad pontificem legaverat, Fr. Paulus Veggianus sive Vizanus.

[3] Elisaeus, P. Gaspari Haivodi frater natu maior, Societatem ingredi eandemque heredem omnibus bonis instituere statuerat; vide supra p. 381—382.

[4] Theodoricus Canisius. [5] Pastelio.

[6] Canisio, rectori collegii dilingani.

Natalis, cum 20. Februarii 1567 priores litteras ad Borgiam daret, ignorasse videtur, utrum Canisius Herbipolim profectus esset necne (vide supra p. 385). Fortasse igitur litteras canisianas, quas in alteris hisce litteris commemorat, ipso hoc die 20. Februarii, cum priores illas iam scripsisset, accepit; unde coniectarim, Canisium Dilinga, cum fere profecturus esset Herbipolim, Natali scripsisse; profectus est autem paulo post medium m. Februarium [vide infra mon. herb. (8)].

Exstat adhuc * *Fundationis* herbipolensis exemplum quoddam Romam ad Borgiam (initio a. 1567, puto) missum; in eo *Fridericus* episcopus narrat, se a sede apostolica monasterii S. Agnetis in collegium convertendi facultatem petisse et aliqua in eo aedificasse; monasterio in Societatem transferendo assentitur; Societati aedificia illa donat; promittit, se Sociis et supellectilem, et quidquid praeterea necessarium esse duxerint, subministraturum ac reditui ex monasterio provenienti tantum additurum esse, ut Societas quotannis 1500 florenos habeat; atque etiam hanc pecuniam a se auctum iri dicit; rogat denique praepositum generalem, ut contionatorem et magistros mittat, et sperat confiditque fore, ut post annum alumni sui „gubernatores" ex Societate habeant („Rhen. Sup. Fund. Coll. A. W." f. 253).

1395. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis visitator, CANISIO.
Moguntia 20. Februarii 1567.

Ex Natalis ad Borgiam epistula archetypa, quae est in Cod. „EN" n. 171, et ex litterarum Canisii imagine photographica, de qua infra ep. n. 1406. Natalis ad Borgiam epistula exstat etiam in Epp. *Nadal* III 369—382.

Canisium videre iubet, num in collegiis maior Sociorum numerus ali possit, quam is, qui singulis sit assignatus. De „relapsis", P. Fahe, Canisii laboribus.

Natalis, cum a. 1566, quot Socios singula Germaniae superioris collegia alere et quid eadem ad totius provinciae novicios Monachii sustentandos conferre deberent, constituisset [vide infra mon. var. (22)] et in eo scripto pauca quaedam Borgiae praeposito generali minus probari ex eiusdem litteris 8. Ianuarii 1567 datis et 20. Februarii 1567 sibi traditis (Epp. Nadal III 363 375) intellexisset, Moguntia eodem d. 20. Februarii 1567 Borgiae haec, praeter alia (l. c. 375), respondit: „Hò gia dato ordine àl Maestro Canisio che ueda se si possono, secondo che la esperienza muostrarà, in ogni collegio sustentare piu de quelli che sono nominati."

Eandem epistulam, puto, significat Canisius, cum Herbipoli 10. Martii 1567 Borgiae de Natale scribit (res pono, non verba): Censet facultatem hominum in haeresim relapsorum absolvendorum, quae a pontifice concessa sit, Germaniae confessariis non sufficere. P. Petrum Fahe brevi Herbipolim venturum esse putat ad contiones in ecclesia cathedrali habendas. Probat Canisium statim post Pascha Herbipoli Dilingam redire ad cardinalem Truchsess in synodo dioecesana iuvandum.

1396. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 22. Februarii 1567.

Ex epistulae commentario, quod ab ipso Polanco Societatis secretario correctum est; in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 226.

Visa sunt Romae capita fundationis herbipolensis. Cum Societati per constitutiones non liceat se in contionatores et theologiae professores (universitate nondum constituta) dandos obstringere, curandum est, ut episcopus pro ratione reditus, quem assignat, contentus sit collegio, in quo litterae latinae graecaeque tradantur; experientia etiam compertum est, res melius succedere, si a scholis inferioribus incipiatur, non a philosophicis et theologicis; praesertim cum discipuli vix ad has futuri sint idonei, antequam duos tresve annos illis operam dederint; atque interea episcopus deliberabit, num universitatem fundari expediat; principium tamen aliquod philosophiae, si necesse erit fierique poterit, etiam prius fiet; et Societas, licet contionatori, confessario, theologiae professori praebendis se obligare nequeat, tamen, quae

expedire iudicaverit, praestabit; ita etiam difficultas quaedam pecuniaria tolletur. Elisaei Haivodi testamentum, ut ratum esse possit, ita est conscribendum, ut bona non praeposito generali eiusque heredibus relinquantur, sed Societati dentur, praepositi generalis arbitrio distribuenda. Canisius de negotiis praepositum generalem consulet; si quid tamen commode per P. Natalem constitui poterit, huic scribet. Cardinalis Truchsessii animus ad fundationem perficiendam potius, quam ad alia est inclinandus. Cui viro cum Societas plurimum debeat, Canisius in synodo habenda operam praestabit. Octavianus Fuggerus. Hosius. Mittetur ratio scribendi de collegiorum initiis.

Jhesus *etc.* Si sono ueduti li capi mandati dal Padre Natale sopra il negotio di Herbipoli[1], et[a] ci pare[b] di non poter ne douer obligarsi à dar predicatori, ne Professori di Theologia[c], non ui essendo anchora instituito studio generale, perche sarebbe contra le Constitutioni della Compagnia[2], et perciò si ueda se Monsignor il Vescouo[3] si contentarà di un Collegio di lettere humane latine et greche secondo la proportione dell' entrata che assegna: Oltra che cominciandosi il Collegio da questi studij inferiori, si giudica et conosce per isperienza[d] d' altri assumpti simili che la cosa succederà meglio, che non farebbe se dal principio si cominciasse con lettioni di Theologia et Philosophia, massime essendo uerisimile che al presente non si ritrouariano auditori idonei per quelle facoltà ne prima che habbino atteso alle inferiori. Et cosi par che sarebbe meglio preparar, et dispor per doi, o, tre primi anni, quelli che ci fussero, alla Philosophia et Theologia: Et in questo mezo il Vescouo uederebbe se si deliberarà di fundar un studio generale. Et se pure si stimasse esser

a) *Sequens v. in commentario supra versum scriptum est.* b) *Sequitur v. vel duo vv., quae postea ita oblitterata sunt, ut iam legi non possint.* c) *In comm. sequuntur vv.* ne simili cose, *oblitt.* d) *Quattuor vv. sqq. manu ipsius Polanci supra versum scripta sunt.*

[1] Vide supra p. 365—366 369.

[2] „Cum tam proprium sit nostrae professionis, nullum temporale praemium accipere pro spiritualibus ministeriis, in quibus iuxta nostrum Institutum in proximorum auxilium occupamur; non convenit ullam Collegii dotationem admittere, per quam ad dandum Concionatorem, aut Confessarium, aut Lectorem aliquem Theologiae Societas obligetur. Quamvis enim aequitatis et gratitudinis ratio nos ad serviendum cum maiori diligentia in dictis ministeriis, quae nostri Instituti sunt propria, moveat in Collegiis, quae maiori cum liberalitate et devotione fundata sunt; non tamen sunt recipiendae obligationes vel conditiones, quae sinceritatem impediant nostri in procedendo modi, qui est dare gratis, quae gratis accepimus: quamvis pro eorum sustentatione, qui communi bono Collegiorum serviunt, vel propter illud student, dotatio, quam fundatorum charitas assignare ad divinam gloriam solet, admittatur. . . . Ubi Praepositus Generalis vel Societas curam susciperet alicuius Universitatis, non repugnaret huius Constitutionis intentioni, ut sese ex consequenti obligaret ad lectiones illius ordinarias, quamvis inter illas aliquae theologicae essent": *Constitutiones* S. J. P. 4, c. 7, n. 3 et E. In „Formula acceptandorum Collegiorum" a *Iacobo Lainio* praeposito generali data cautum erat, ne Societas universitatis (in qua praeter „artium liberalium cursus" traderentur „scholastica Theologia et Sacra Scriptura") curam susciperet, nisi „commode provideretur, unde septuaginta aut iis plures Collegae possent ali, . . . partim Praeceptores, partim discipuli" (*Institutum* II 215). Longe autem aberat, ut reditus collegio herbipolensi destinatus tanto numero sustentando sufficeret; vide supra p. 365.

[3] Fridericus a Wirsberg.

bisogno di[a] qualche[b] principio di Philosophia, essendoui Auditori capaci, et il modo di trattener il Professore, si potrebbe cominciar più presto. Quanto al predicator confessor et Professor di Theologia se ben come ho detto, non potiamo[c] obligarsi, nè metter' tal cose nel contratto, nientedimeno si[d] farà secondo che giudicaremo[e] esser p[iu] espediente per seruitio di Dio N. Signore et aiuto dell' anime. Et in questo modo, si torrebbe uia la difficoltà delli 500 fiorini, se ci è tra il Vescouo, et il Capitulo[1]. Nel resto puo esser certo detto Monsignore che[f] desideramo[g] sodisfar et compiacer S. S. Reuerendissima in tutto quel che si potrà secondo l' Instituto nostro.

Circa il Testamento de m. Eliseo[2], V. Reuerenza potrà significar al Rettore[3] che se hà da esser ual[ido,] si deue lasciar alla Compagnia la robba, a dispositione del Generale, et suoi successori, non al Generale et suoi heredi, come fu fatto[h], però si muti il modo di parlar, altramente nel modo che stà, non ualerebbe niente[4].

Quanto allo scriuere V. Reuerenza potrà far ricorso ordinario quà essendo[i] che il Padre Natale poco tempo sarà nelle parti d' Alemagna, ma in quello che il Padre Natale potrà commodamente risoluere, potra scriuer á lui.

Del negotio della fundatione di Dilinga, V. R. uegga con li mezi piú conuenienti di inclinar il cardinale[k] à uoltarsi più presto alla fundatione perfetta, che ad altro[5].

A detto Monsignore per esser tanto amoreuole della nostra Compagnia, et noi tanto obligati a S. S. Illustrissima non si può mancar di seruirlo in quello che si può, non essendo alieno del nostro Jnstituto. Et così V. Reuerenza potrà, se lo comportarà il gouerno della sua Prouincia, trouarsì al Concilio Prouinciale che esso Monsignore uuol fare[6].

a) *Hoc v. in comment. supra versum scriptum est.* b) *In comm. sequitur* bisogno, *oblitt.* c) *Ita in comm. correctum est ex* il nostro Padre non uuol. d) *Hoc v. in comm. supra versum scriptum est.* e) *Ita in comm. correctum est ex* giudicarà *vel simili v.* f) *Sequuntur vv.* N. Padre, *oblitt.* g) *Ita Pol. correxit ex* desidera. h) *Ita in commentario epistulae ipse Polancus correxit ex* non potendo il Generale esser herede. i) *Ita in comm. correctum est ex* essendosi. k) *Ita Pol. correxit ex* di inclinarla.

---

[1] De his vide supra p. 365.

[2] Elisaei Haivodi, qui Monachii in Societatis tirocinio degebat et bona sua eidem Societati legare volebat; vide supra p. 381—382 385.

[3] Nescio utrum significetur P. Dominicus Menginus rector monacensis an P. Theodoricus Canisius rector dilinganus; Dilingae certe testamentum illud conscriptum erat, et Theodoricus Canisius de eo ad Borgiam rettulerat; v. supra p. 381.

[4] „Non solum particulares Professi, vel Coadiutores formati haereditariae successionis non erunt capaces; verum nec Domus, aut ecclesiae, nec Collegia eorum ratione. ... Quidquid stabile illi [i. e. Societati professae] datum fuerit, teneatur eo, quam primum poterit, se exuere ac vendere; ut pauperibus Societatis vel externis sua in penuria subveniatur. Quamvis hoc ita se habeat, temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda": *Constitutiones* S. J. P. 6, c. 12, n. 12 et E.

[5] Ad novas aedes contubernio S. Hieronymi exstruendas; vide supra p. 386.

[6] Memoria hic fefellit Borgiam; cardinalis enim Truchsess synodum dioecesanam (non concilium provinciale) habere statuerat; vide supra p. 386.

Et questo è quanto m' occorre dirli per hora. Con che fo fine *etc.* Di Roma li 22. di Febraro 1567.

Circa ottauiano Fuccaro si uedera quel che bisognarà.

Si mandara da parte il modo di scriuer l' origine de i Collegij.

Al Cardinale Warmiense[1] si è scritto[a] per conto del P. Phae acciò uenga in Herbipoli.

De *praecepto quodam, quod his litteris adiunctum esse videtur, haec invenio notata: „1567 . . . A 21. di Febraio ordine di far oratione per un negotio d' importanza alle Prouincie d' Jtalia, Francia et Germania" („Def.", Messe et orr. per la Comp.).

Canisius Borgiae respondit 17. Aprilis 1567.

1397. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 25. (26.?) Februarii 1567.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Herbipoli P. Canisio". Cod. „Germ. 65" f. 230b—231a.

Romae germani quidam Societatis iuvenes, quantum fieri poterit, iuvabuntur. Benedictio, quam Canisius ad novum annum prospere agendum a praeposito generali sibi dari cupit, datur quam copiosissime. Paenitentiae loco Canisius provincialis officium sustinebit. Socius Romam advectus; duo alii ex Societate dimissi sunt. P. Arboreus non est gravandus laboribus. Herbipoli gradatim procedatur oportet, non peccando in Societatis institutum. De relapsis aliquid impetrabitur per procuratorem cardinalis Truchsess.

Pax *etc.* Stando .V. R. occupato nelle prediche di Quaresima, non ricercara longa lettera . Con Gioanne[2] Augustano, si fà quel che si pò per aiutarlo, no so quanto sarà capace, come ne anche gioanne Vienense[3].

La benedittione che V. R. dimanda per principio d' anno, N. Padre gliela manda quanto che può copiosa, et si ha uoglia di penitencia, faccia quella che le impose l' anno passato[4]. gia credo che V. R. è auisato, come arriuò Maestro Marches, et che de li nouitij, Ludouico[5] Bauaro, se ne ando fuorà, gioanne muramer si è raccomandato alli Rettori di Fiorenza et Ferrara[6], accio li cerchino qualche partito con li todeschi[7].

a) *Sequitur* perche u, *oblitt.*

[1] Stanislao Hosio; cf. supra p. 138 367.

[2] Lucio (Lutz?); vide supra p. 298[1]. [3] Vide supra p. 45 64.

[4] Significari censeo administrationem provinciae Germaniae superioris; mense enim Iulio a. 1566 Borgias, sublato viceprovincialis officio, Canisium in officio praepositi provincialis confirmaverat eique, ut provinciam ipse regeret, commiserat; vide supra p. 288 304.

[5] Haberstock; vide supra p. 338. P. *Natalis* Treveris 11. Aprilis 1567 Borgiae de eo scripsit: „Io non [lo] hauerei mandato [a Roma] se maestro Canisio m' hauesi parlato chiaro di luj" (ex archetypo, quod in Cod. „EN" n. 178 exstat; etiam in Epp. *Nadal* III 436).

[6] PP. Alphonso Sgariliae et Fulvio Androtio.

[7] De Ioanne Georgio Murhaimer (Mursamer), e Societate dimisso, cf. supra p. 201.

Circa il Padre Henrico arboreo, V. R. credo, hauera ordinato, si tenga cura di sua sanitá, et di non lo lasciar grauar di troppo faticha[1].

Del collegio de Herbipoli si scriue de à parte[2], conuerrebbe non ricercar dala Compagnia obligationi, contra l' instituto, come di predicar et di Theologia[3], et se si cominciassi poco a poco, saria forsa più riuscibile, perche tanti Theologi et Philosophi et altri lettori, pare sarà difficile trouarli nela sua Prouincia, et anche il mandarli di Roma, lo uedo più che mediocremente difficile.

De la cosa di relapssi, per mezo dell' Agente del Cardinale[4] si aspetta qualche bona risolutione, N. Padre et tutti ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li 25.[a] [?] di Febraro 1567.

Canisius, cum 17. Aprilis 1567 ad hanc epistulam respondet, eam 26. Februarii datam esse scribit.

Adiuncta huic epistulae esse videtur alia sive epistula sive schedula. In Borgiae enim registro germanico („Germ. 65“ f. 231ᵇ) apographum comparet *litterarum 25. Februarii 1567 a *Polanco* mandatu Borgiae ad P. Antonium Vinck provinciae rhenanae praepositum datarum, in quibus haec de P. Ferdinando Solier monentur: „Del negocio di .S. Barbara, si dara cura al Procuratore generale, che è il P. Dottor Solier, per cui sostentatione et de li suoi compagni, col sollicitatore forestiero, et Aduocato, non tocano alla Prouincia del Rheno, senon 4. scudi l' anno . essendo la spesa di più di 300. l' anno.“ Huic autem sententiae manu eiusdem temporis in margine adnotatum est: „Commune alli Prouinciali“. Atque in Germaniam quoque superiorem hoc monitum die 25. Februarii 1567 missum esse notatur in Cod. „Def.“ (Diuersi ordini etc., in a. 1567).

Praeterea, puto, huic epistulae Canisio destinatae (quam non recta Herbipolim, sed Dilingam, ut inde Herbipolim perferretur, missam esse conicio) adiunctae sunt *litterae Roma 25. Februarii 1567 a *Polanco* iussu Borgiae ad P. Gasparum Haivodum, collegii dilingani sodalem, datae; in quibus Polancus Gasparum de testamento Elisaei fratris (vide supra p. 381) ita instituit: „Oporteret Patrem nostrum Praepositum sic institui haeredem, ut in usum Societatis cessura esse bona declararetur, et ita non essent nominandi haeredes eiusdem P. Praepositi sed potius successores in officio quo fungitur, habet enim ille alios haeredes in seculo, quibus iam uale dixit, quando ergo expedire uideretur ut testamentum praedictum ualidum fieret, hoc quem dixi modo, confici deberet“ (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65“ f. 229ᵃ).

Eodem illo die 25. Februarii 1567 *Polancus* mandatu Borgiae ad P. Nicolaum Lanoium rectorem oenipontanum, ut ad eius epistulas superioribus mensibus missas responderet, *litteras dedit, quarum capita aliqua etiam ad Canisium spectant. Ita

a) *Sic apogr.; corrigendumne 26.? Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.*

---

[1] De hoc universitatis ingolstadiensis professore vide supra p. 296 300.

[2] Epistulam superiorem (vide supra p. 394) significari censeo. Epistulae diebus 22. et 25. (26.) Februarii ad Canisium datae simul eidem missae esse videntur: certe simul ei allatae sunt; vide ep. n. 1424. [3] Vide supra p. 394².

[4] Ioannem Paulum Castellinium, cardinalis Truchsess procuratorem romanum, significat. *Borgias* Roma 26. Februarii 1567 P. Natali scripsit: „Quanto alla facoltà di absoluere li Relapsi, solamente in foro interiori, le ragioni di .V. Reuerenza si sono uiste, et s' è fatta una informatione, la quale de parte del Cardenal d' Agusta s' è data illi Jnquisitori, et letta auanti il Papa, et spero si farà qualche buona prouisione, perche le ragioni di non ricercar abiuratione etc. pareuano assai efficaci“ (ex archetypo a P. Ioanne Fernandez S. J. scripto et ab ipso S. Francisco subscripto, quod exstat in „EB“ n. 194; etiam in Epp. *Nadal* III 401).

Polancus: „Circa il Padre Georgio Crispo, poi che sta il Prouinciale più uicino con chi potra V. R. conferire, non se li rispondera altro in particolare. ... Perche questo anno si a di cominciar il studio di Theologia et Philosophia in Padoa piacendo à Jddio, potrebbe essere che per il Padre Georgio Crispo, hauessi locho, non lasci V. R. di far ricordo al suo tempo. ... Ferdinando [1] ha scritto à sua madre et io drizai la lettera al Padre Canisio, credo anche scriua Godofrido [2] del Collegio Germanico, non so chi altro stia lí di Jspruch. Circa le usure di Germania, come anche de altri paesi, si é parlato á sua Santitá [3] et ci ha raccomandato si facci qualche studio sopra perche forsa si fara qualche determinatione di parte dela Sede Apostolica. Del PP. si potriano dir molto bone cose, ma sará con un poco di comoditá di tempo (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65“ f. 229ᵇ—230ᵇ).

1398. P. CONRADUS SWAGERIUS S. J. CANISIO.

Ex comitatu hagensi inter m. Ianuarium et Aprilem 1567.

Ex imaginibus phot. epistularum Canisii, quae sunt in „E. C. II“ n. [1] 97 200.

Ex Canisii epistulis Dilinga 17. (12.?) Iunii et 24. Iulii 1567 ad S. Franciscum Borgiam datis cognoscitur, Swagerium inter m. Ianuarium et Aprilem 1567 ex comitatu hagensi „exulceratam“ et „proteruam satis“ epistulam ad Canisium dedisse. „Adiunxit etiam“, inquit Canisius, „se post hac nobis non esse scripturum, quasi spem emendationis nobis omnem de se uellet auferre.“

1399. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI,** Societatis visitatori.

Herbipoli (Dilinga?) inter med. m. Febr. et 10. Martii (?) 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1406. Pars huius capitis ex Canisii litteris exscripti excusa est in Epp. *Nadal* III 786.

De numero classium Herbipoli instituendarum.

Canisius Herbipoli 10. Martii 1567 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem de collegio, quod Herbipoli Fridericus a Wirsberg episcopus proximo autumno a novem Societatis magistris, qui litteras, philosophiam, theologiam tradituri essent, incohari volebat (vide supra p. 366), referens: „Speramus“, inquit, „iam isthuc esse perlatum dotationis seu fundationis huius instrumentum authenticum. Ego uero ad P. Visitatorem scripsi, forte tutius consultiusque nobis fore, si non primo statim anno tot classes hoc loco instrueremus, quae res varias secum adferet difficultates tum ex parte lectorum, qui non facile colliguntur, tum ob discipulos, qui tam multis professoribus inde ab initio non indigebunt.“ Ceterum vide Canisii ad Borgiam litteras, quas dixi.

1400. CANISIUS **P. MARTINO LEUBENSTAIN S. J.,** rectori collegii ingolstadiensis.

Herbipoli (Dilinga?) m. Februario vel Martio 1567.

Ex Leubenstainii litteris autographis. „G. Ep. VIII“ f. 209ᵇ.

De professione fidei a Pio IV. promovendis praescripta.

P. Martinus Leubenstain S. J., rector collegii ingolstadiensis, Ingolstadio 30. Martii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: „Nuper accepi quasdam literas R. P. Visitatoris [4], vbi ipse inter alia agebat de decreto Pij 4.ⁱ de fidei professione a promotis, et promouendis emittenda [5] in haec verba. Quanto alli

---

[1] Ferdinandus Alber Societatis novicius; vide supra p. 362.

[2] Godefridus, Sebastiani Zott de Pernegg consiliarii oenipontani filius et collegii germanici convictor; v. supra p. 3.

[3] S. Pio V.

[4] Hieronymi Natalis.

[5] Vide supra p. 23 37 50.

externi, doue non habbiamo tutta la potesta di promouer', como è in Jngolstadio, ne dent nostri suffragium, nisi Catholicis, et his sub conditione, vt professionem fidei iuxta decretum Pij 4.[1] *emittant, et sera bene che dimandiate da Roma l'originale di quella bolla, Cioe vna Copia impressa. et si hauerete in questo qualche difficulta, scriuetela al nostro Padre Generale. Jdem scripsit R. P. Prouincialis, idem rector Dilinganus.*" [1]

1401. P. THEODORICUS CANISIUS S. J., collegii dilingani rector, CANISIO. Dilinga sub initium m. Martii 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1406.

De collegio. De valetudine sua.

Canisius Herbipoli 10. Martii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: „Collegia prouintiae nostrae sic satis recte habere uidentur, quantum e Rectorum literis percipio, sed rarius tamen huc illae perferuntur. Tantum Rector Dilingensis male ualere pergit, vt illius imbecillitati timere cogamur."

Praeter rectorem dilinganum Canisio praeposito provinciali parebant rectores ingolstadiensis, monacensis, oenipontanus, qui erant PP. Martinus Leubenstain, Dominicus Menginus, Nicolaus Lanoius.

S. Ignatius constituit: „Rectores . . . Praeposito suo Provinciali singulis hebdomadis, si fieri potest, scribere debent" (Constitutiones P. 8, c. 1, L). Idem praescriptum est in „Formula scribendi" a. 1565 a secunda *Congregatione* generali Societatis approbata (*Institutum* S. J. II 205).

1402. P. DOMINICUS MENGINUS, rector collegii monacensis, CANISIO. Monachio sub initium Martii 1567.

Vide epistulam superiorem.

1403. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., rector collegii oenipontani, CANISIO. Oeniponte sub initium Martii 1567.

Vide epistulam n. 1401.

1404. P. MARTINUS LEUBENSTAIN S. J., rector collegii ingolstadiensis, CANISIO. Ingolstadio sub init. Martii 1567.

Vide epistulam n. 1401.

1405. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.,** rectori collegii oenipontani. Herbipoli sub 10. Martii 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1406.

Canisius Herbipoli 10. Martii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: „Scribo Oenipontum, vt iterum notent, quae sit causa pastoris Brixinensis, non solum a nobis, sed etiam a P. Natale ante quatuor menses commendata."

Vide supra p. 347 352.

1406. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Herbipoli 10. Martii 1567.

Ex imagine photographica litterarum (2°; $2^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.) autographarum (inscriptio manu aliena posita est), quae exstant in „E. C. II"

[1] Theodoricus Canisius.

n. 188 (407 408). Epistulae partes aliquot ex autographo exscriptae exstant in Epp. *Nadal* III 786. Epistula usi sunt *Sacchinus,* Can. 241, et *Boero,* Can. 309 ad 310.

Curandum, ut homines in haeresim relapsi sine abiuratione et testimoniis absolvi per Socios possint; reliqui confessarii id libere faciunt. Novi professores dilingani. Catechismi Romani versio germanica. Canisii contiones herbipolenses; episcopi favor; admissio collegii; quod ut initio inferiores tantum scholas habeat, suadendum est; sed P. Natalis 9 classes promisit; primum contionator et procurator mitti debent. Dioecesana synodus Dilingae habenda. Franconum, maxime nobilium et clericorum, fides moresque corrupti. Canisii catecheses herbipolenses; institutio confessariorum. Rector dilinganus nimium laborando effectus est infirmus. „Expressius" respondendum est.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Accepi quae scripsit ad me Paternitas Vestra 8° et 25° Ianuarij. Quod ad facultatem relapsos hic absoluendi[1], sentio idem quod R. P. Natalis, largiorem dispensationem nobis necessariam esse. Nec idonei sunt Rectores ad eam exercendam, non Doctor Lanoius, non P. Dominicus, non frater etiam[2], qui aut imperiti sunt Germanicae linguae, aut nullam habent commoditatem cum relapsis agendi, quos non Dilingae, sed Augustae, Monachij, Jngolstadij et alibi reperimus. Jgitur ne impediantur nostri quaeso, cum volunt et possunt de relapsis bene mereri, sed impetretur illis facultas amplior in hoc difficili statu Religionis, et haec absoluendi potestas ad ordinarios Germanorum Confessarios unum et alterum in quouis collegio extendat sese, quoad eius fieri pot. Monachij hac indigeret potestate D. Paulus[3] et P. Theobaldus[4], Augustae P. Gregorius[5] et P. Vendelinus[6], Oeniponti P. Georgius[7] et P. Dirsius . Jngolstadij P. Henricus[8] et D. Theodorus[9]. Jntelligit haud dubie P. V. quantum horroris allaturum sit Germanis, si ad abiurationem et testimonia veniatur, praesertim ab ijs, qui magis culpa pastorum quam sua saepe aut dubitant, aut errant circa fidem et Religionem. Jnterim soli Jesuitae non possunt, quod apud Confessarios Germanos omnes libere committi et ab Episcopis probari quotidie comperimus. Verum haec salua semper obedientia et reuerentia Sanctae Sedi[a] Apostolicae debita dixerim.

Pergratus erit nobis aduentus duorum Philosophorum, quos Dilingae maiorem in modum expectant. Catechismus Romanus in Germaniam coepit inuehi, et nondum est integre conuersus a D. Paulo[10]. Reuerendissimus Cardinalis noster opus hoc Germanicum Dilingae

a) *A Can. correctum ex* Sedis.

[1] Vide supra p. 340 343—344.

[2] PP. Nicolaus Lanoius, Dominicus Menginus, Theodoricus Canisius, rectores collegiorum oenipontani, monacensis, dilingani. Lanoius et Theodoricus linguae Germaniae superioris aliquam habebant scientiam, haud ita tamen magnam; v. *Can.* III 694 et supra p. 262.

[3] Hoffaeus. [4] Stotz. [5] Roseffius. [6] Völck. [7] Crispus. [8] Arboreus. [9] Peltanus. [10] Hoffaeo.

curabit excudi[1]. Cuperent quidam, vt non solum parochis, sed etiam alijs liber hic esset conscriptus: sic enim studiosius a laicis perlegeretur.

Scribo Oenipontum *etc.* [*ut supra p. 399*].

Sum hactenus hoc loco ter in hebdomada contionatus, nec defuit frequens auditorium, quod alijs quidem deest[2]. Reuerendissimum habemus fauentem nobis, qui plane cupit me non discedere, nisi relicto in summi templi Cathedra successore: ac praeterea responsum P. V. desiderat de dotatione collegij admissa atque probata, sicut illam P. Visitator[3] admisit et comprobauit.

Speramus iam isthuc esse perlatum dotationis seu fundationis huius instrumentum authenticum. Ego uero *etc.* [*ut supra p. 398*]. Itaque desiderabam hic interponi iudicium et sententiam P. V., quae in suis ad Reuerendissimum literis rationes quasdam posset adferre, quominus commodum putet, vt in superioribus quidem classibus lectores statim instituerentur: praesertim ubi societas nostra non habet ad manum, quales hic esse necesse est doctos et bene fundatos in spiritu ac Latinae linguae peritos professores. Sperabam igitur Reuerendissimum non omnino repugnaturum, si ad hunc modum scriberet P. V. et quasi collegium dimidiatum primo anno hic ordiendum curaret, in quo Rector, Contionator, unus et alter sacerdos praeter inferiorum classium lectores constituerentur.

Verum haec tardius a me fortasse nuntiantur. Deinde P. Visitator iam ante recepit conditionem, et promisit adfore, qui Octobri mense satis essent ad nouem classes instituendas. Praeterea difficilius est fere lectores inferiorum, quam superiorum classium dare . eos enim Germanos esse necesse est, quorum inopia in Collegijs saepe laboramus.

Haec in vtramque partem dicta sint, vt iudicet rectius P. V. cuius responsum ego cum Reuerendissimo uehementer expecto. Opus interim erit hic Patrem Fahe contionatorem adesse[a] quem P. Natalis cito uenturum putat, et alterum quoque ueluti procuratoris loco, qui et Fabricam hac aestate absoluendam urgeat, et supellectilem nostris necessariam praeparet. Reuerendissimus Cardinalis cupit reditum meum, vt statim a paschate ad se suamque synodum[4] accedam. Idem probat P. Natalis, neque sinunt res aliorum collegiorum, vt hic diu mane[am].

a) *Sex vv. sqq. a C. in margine addita sunt.*

[1] De hac editione vide infra mon. litt. (20).

[2] Canisius, cum 22. Februarii vel paulo ante Herbipolim advenisset et cum Friderico de Wirsberg episcopo consilia contulisset, tres singulis hebdomadis contiones suscepit in ecclesia cathedrali habendas, easque diebus Dominicis ac diebus (nisi fallor) Martis et Veneris; eum 23. Februarii, quae erat Dominica II. Quadragesimae, dictionem auspicatum esse censeo; vide infra mon. herb. (8) (9).

[3] Hieronymus Natalis; vide supra p. 365—366.

[4] Cardinalis Truchsess synodum dioecesis augustanae habiturus erat Dilingae; vide supra p. 386—387.

Corruptissimam hic messem experior. Inter nobiles, qu[i] sunt plurimi, tres aut quatuor tantum Catholici numerantur. Audio uix adesse Herbipoli Confessarium, qui norit formam absolutionis probe recitare. Prophanus Clerus omnium ocul[os] et animos uidetur offendere . militaria sunt studia, in quibus plaerique exercentur . distracti et perturbati omnes fere ordines uidentur. Jtaque Franconica messis non parum probatos et aptos requirit operarios, qui uelint et possint charit[atem] et patientiam sedulam exercitare. Ego ad Catechismum reuoca[re] studeo iuuentutem contionibus extraordinarijs[1], et curare perg[o] vt Confessarij a Reuerendissimo admoneantur de praecipuis, quae ad poenitentes iuuandos pertinent[2]. Oret pro nobis P. V. cum reliqua societate, vt fructum aliquem spiritualem hoc misero loco colligamus, praesertim ad finem Quadragesimae. Dominus JESVS gratiam nobis suam augere dignetur, vt ad felicem resurrectionem nos aliosque[a] promoueamus.

Collegia *etc.* [*ut supra p. 399*]. Tantum Rector Dilingensis[3] male ualere pergit, vt illius imbecillitati timere cogamur. Supra uires laborauit hactenus in vtroque collegio[4] gubernando, Rector simul et Minister diu fuit, cum alium illi socium dare non possemus. Semel et iterum procul[b] vocatus a Reuerendissimo medicus accessit, sed parum[c] iuuit. Dominus illum nobis restituat, ut diu prodesse et praeesse possit. Fortasse Dilingae plura de hoc scripta sunt. Ego aliquando responsum expressius desidero, sed forte scriptor properat, aut sic visum est P. V. cui me totum subijcio atque commendo in Christo Jesu Domino nostro. Herbipoli 10 Martij 1567.

Jndignus filius P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri P. Francisco de Borgia Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

Borgias Canisio respondit 5. Aprilis 1567.

1407. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., rector collegii oenipontani, CANISIO. Oeniponte 11. Martii 1567.

Ex autographa Lanoii ad Borgiam epistula. „G. Ep. VIII" f. 172.

P. Natalis P. Georgio Crispo respondit, ob collegiorum parisiensis et lovaniensis inopiam sodaliumque ibi degentium multitudinem fieri vix posse, ut Crispus studiorum causa eo veniret, nisi saltem pro alimentis pecuniam daret; ideo ei potius Dilingam vel Ingolstadium eundum esse. Crispi animus in id inclinat, ut privatim studeat vel Ingolstadii vel si quo alio loco commode poterit; primum tamen Lauretum excurrere cupit atque ita cavere, ne Oenipontani, quibus eius opera in confessionibus

a) *Sequitur v. a Can. oblitteratum, quod legi non potest.* b) *Hoc v. a C. supra versum scriptum est.* c) *Sequitur* iuuatur *vel* iuuatum, *a C. oblitt.*

---

[1] Diebus Lunae et Mercurii in ecclesia Minorum Conventualium totius urbis pueris famulisque catechismum explicabat; vide infra mon. herb. (9).

[2] Vide infra ep. 1412 et mon. herb. (11). [3] P. Theodoricus Canisius.

[4] Collegio Societatis et contubernio studiosorum, quod „collegium S. Hieronymi" vocabatur.

excipiendis gratissima est, offendantur. Si Crispum abire placuerit, alius providendus erit, qui infirmos invisat et P. Merquitium in contionando adiuvet.

Lanoius rector Oeniponte 11. Martii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: „Hieri riceuessimo vna del P. Natale, conforme a quella della P. V. quanto alli studij del P. Georgio Crispo[1]*, il quale li hauea anche scritto del suo desiderio di studiare in Pariggi o in Louanio doue non fosse impidito come in Germania in sentire confessionj*[2] *[et] predicare. La sua risposta e stata chè per conto de la pouerta et moltitudine delli nostri in quelli Collegij non vede il modo come potria ui stare senza almanco pagare per il suo vitto et che si*[a] *cosi parera, che piu tosto resti in Jngolstadio o Dilinga: sopra di questo ho hoggi essaminato il detto P. Crispo per intendere la sua inclinatione auanti di scriuere al P. Prouinciale, et è questa chè piu tosto vorria studiare priuatamente, doue hauessi per cio maggior commodita o in Jngolstadio o altroue, niente di manco vorria prima fare vn escurso insin a Laureto et sotto questo pretesto partirsi di quà tornando d'Jtalia per non dare offensione a molti di questo populo, alli quali la sua opera et trauagli sono molto gratj*[b] *in Confessionj. Ho donque auisato di questo jl P. Prouinciale. Lui tienne buon ingenio, et feruente, ma assai impetuoso . et è debole di capo . et credo bene che l'aria calda et sotile come la romana li nocerebbe quanto alla sanita sua*[c]*. Adesso si è determinato di stare in Dilinga per studiare, saluo che vorria prima fare vn escurso in Loreto et oltra et visitare li Collegij di Jtalia. . . . Auanti che fosse serrata questa mi diede jl P. Giouanne Saxone*[3] *vna poliza scritta di sua mano, la quale jo mandaro al P. Prouinciale acio proueda come gia l'ho auisato in caso che partesse il P. Georgio Crispo et è tale:*

Reuerende Pater hoc mihi videtur in Domino dicendum antequam concludatur de discessu P. Georgij vt prouideatur de alio confessore et de alio in concionibus Coadiutore. Nam secundum quod mihi in conscientia videtur, non possum ego infirmos inuisere sicut Pater Geor. hactenus fecit. Jtem non possum cum conseruatione sanitatis concionarj per totum annum die dominico et die veneris semper et in singulis festiuitatibus quarum aliquando duae et etiam tres in septimana occurrunt. In alijs vt possum strenuum me gratia Christi geram. Sed hoc admoneo ne postea dicatis, quare non citius monuistj alia."

Quo melius Lanoii litterae intellegi possint, partem hic pono *epistulae Oeniponte 4. Ianuarii 1567 ab eodem Lanoio ad Borgiam datae: „Gia scrissi", inquit *Lanoius*, „alla P. V. de la venuta del P. Ioanne Merquitzio Sassone et del suo paesante M. Alessandro mandati di Dilinga[4]. Jl primo per predicare saltem le Domeniche et cosi per alleuiare il peso dil P. Georgio Crispo il quale dopoi la partita di Maestro Hermete[5] ha predicato le domeniche et le feste et ancho il Venerdi d'ogni settimana, dipoi che fu ordinato dil Jmperatore chè alhora si predicasse et si cantasse vna messa et le letanie in ogni parochia et luogo solito di predicare[6]. Adesso donque il P. Georgio non predica le domeniche, et l'intentione delli Padri visitatore et Prouinciale[7] è di leuarlo di qua incirca della pasca[8], jmperocche per le frequenti prediche della quaresima sara necessario per aiutare il P. Merquitzio jl quale dopoi (come li detti Padri suppongono) potra solo sostenere tutto

a) *Hoc v. a Lanoio supra versum scriptum est.* b) *Ita L. correxit ex* è molto grata. c) *Quae sequuntur, usque ad* Jtalia *incl., a L. in margine addita sunt.*

---

[1] Vide, quae de hoc sub ipsas has litteras dicuntur.

[2] Crispus (ita *Lanoius* in ipsis hisce *litteris) dicere consueverat, „che lui solo era l'asino di casa in sentire confessioni di pouerj".

[3] De P. Ioanne Merquitio vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[4] Vide supra p. 306[9]. [5] Halbpaur.

[6] Dubitari vix potest, quin Maximilianus II. ita iusserit fieri potissimum ad Dei opem adversus Turcas implorandam.

[7] Natalis et Canisii. [8] Pascha futurum erat 30. Martii.

il peso delle prediche, Habilita non li mancara, ma si puo dubitare delle sue forze. Piaceno (come jo intendo et come jo credo) a tutti le sue prediche et tanto piu quanto manco hanno piaciuto quelli delli predicatori precedenti Hermete et Georgio, li quali per la loro durezza, colera et indiscretion nel reprendere li vitij, si sono fatti odiati. Jl P. Sassone piu tosto pare inclinarsi a l' altro estremo et descendere a certa legierezza nel suo disputare et raggionare. Et per ordine delli sudetti Padri, lui ci recita tutta la sua predica futura et quasi sempre si tagliano o mutano alchune cose che paiono hauer sapore di curiosita o fuor di proposito per edificare questo populo" (ex autogr. „G. Ep. VIII" f. 167[a]).

1408. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Herbipoli inter exitum Febr. et init. Apr. 1567.

Ex exemplo archetypo ep. n. 1429.

Canisius Dilinga 29. Aprilis 1567 Kesselio scripsit: „Herbipoli scripseram et miseram quaedam de Catechismo quae nescio an sint uobis reddita."

1409. **SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA**, praepositus generalis Societatis Iesu, PP. HIERONYMO NATALI et PETRO CANISIO. Roma 22. Martii 1567.

Ex exempli Canisio destinati apographo (A) eodem tempore scripto et in Cod. „Germ. 67" f. 1[a]—2[a] posito; quod contuli cum exemplo (B) Natali destinato, eoque ab ignoto homine scripto, ab ipso autem S. Francisco Borgia recognito et subscripto; quod exstat in „EB" n. 199. Exemplum Natalis ex archetypo primum typis exscriptum est in Epp. *Nadal* III 414—418.

Editoris praefatio. Apographo, quod modo dixi, in Registro Borgiae manu librarii antiqui in margine adnotatum est: „Commune per il Padre Natale et Padre Canisio." Et eodem illo die 22. Martii 1567 Polancus Societatis secretarius Canisio scripsit: Mitti ad ipsum epistulam Borgiae eamque exemplum sive apographum quoddam esse litterarum, quae de collegiis herbipolensi et spirensi datae mitterentur ad Natalem; v. infra p. 408. Has igitur litteras, ut ex eodem Registro („Germ. 67" f. 3[a]) cognoscitur, Polancus Moguntiam ad Societatis homines misit, ut hi eas ad Natalem perferendas curarent. Sin autem exemplum Canisio destinatum cum litteris ad Natalem datis contuleris, intelleges in exemplo Canisii aliqua mutata, complura omissa esse; quae suis locis notabo. Unum tantum, quia magni momenti est, statim subiungo: In litteris ad Natalem missis post primam sententiam haec (quae non sunt in epistula Canisio missa) dicuntur: „et per occasione di quella [i. e. della fundatione del Collegio de Herbipoli] si è trattato generalmente del modo di far le obligationi che alcuni ricercano nelle fundationi de Collegij. Et consultando la cosa più uolte et raccomandandola à Dio N. Signore hò fatta questa risolutione, che non solamente la Compagnia nostra non si oblighi ad altri, nelle cose prohibite per le Constitutioni nostre, come sono le prediche, confessioni, et lettioni di Theologia [1], ma ne anche se stessa, da poi che l'altra parte habbia fatta la donatione, massime se la fece con speranza che seguitarebbe poi dalla parte nostra tale obligatione. Non sara dunque inconueniente obligarci, quando ci parerà conuenir al seruitio diuino, à lettioni di lettere humane, latine, greche, o Hebraiche, ne alla Rhetorica ne alla Philosophia, ma à dar predicatori o confessori o lettori di Theologia, se non fusse pigliando l' assunto dell' Vniuersità, in questo ultimo [2] non mi pare si faccia obligatione alcuna etiam obligando la Compagnia se stessa. Ma in tutta questa parte chi uorrà Collegij, douerà fidarsì della nostra Compagnia, cui fine essendo l' aiuto dell' anime, et essendo anche noti li ministerij spirituali che usa secondo il suo Jnstituto, non sarà gran cosa che si fidino di noi, lassando à noi la

[1] Vide supra p. 394[2]. [2] Vide supra p. 365—367.

cura di essercitar quelli ministerij che sono proprij di nostra Compagnia in quel modo che ci parerà più conueniente per l'aiuto delli paesi, doue ci trouaremo. Et questo sia detto in Generale".

De litteris fundationis collegii herbipolensis ab episcopo propositis haec notantur: Societas litteris et humanitati atque etiam cursui philosophiae tradendo se obligare potest, neque tamen magistris theologiae praebendis se astringere potest, quia Herbipoli non est universitas, cuius curam Socii suscipiant, neque reditus ad universitatem sustentandam sufficit. Si per aliquot annos aliqui, qui brevi in vinea Domini laborare incipiant, instituentur, id Franconiae sacerdotum inopia laboranti utilius erit, quam si iisdem in philosophia et theologia scholastica fundandis multum operae dabitur: quae res fortasse prospere non succedet, vel si ita successerit, illi maiora, quam curam animarum, ambient. Ne contionibus quidem habendis vel catechismo casibusve conscientiae explicandis Societas se obligabit; sed eam libere praestare oportet, quae caritas et studium animarum dictaverint. Si episcopo placuerit, initium aliquod collegii fiet in eoque Societatis opera ad ea, ad quae in similibus collegiis extendi solet, extendetur. Procuratorem tamen, quem episcopus instituere vult, pendere oportet ex arbitrio Societatis bona libere administraturae. Quodsi episcopus collegii reditum a se amplificatum iri promittit, cum his promissis congruit, ut plures magistri ei promittantur; neque vero congruit, ut statim dentur. Quaerendus est homo externus, qui convictorum disciplinam domesticam curet; Societas nullam in eos habebit iurisdictionem, toti tamen rei praeerit; atque etiamsi forte seminarium clericorum in litteris fundationis sit significatum, ea res, antequam difficultates ex decreto congregationis ortae sublatae erunt, confirmari non poterit. Ideo non episcopo, sed tantum Natali scribitur et Canisio; qui cum episcopo negotium tractabit. Litterae fundationis collegii spirensis confirmari poterunt ita, ut Societas litteris et humanitati tradendis se astringat; de contionibus vero et scholis theologicis Societati fidant oportet, experientia, quid haec libere praestare soleat, edocti. Natalis autem, qui litteras fundationis herbipolenses archiepiscopo moguntino ad imitandum proposuit, monetur, in omnibus fundationibus de oneribus suscipiendis eam servandam esse rationem, quae modo proposita est. Plurima certe monasteria et ordines religiosi fundati dotatique sunt non susceptis aliis officiis atque iis, quae cum eorum instituto convenirent. De aliis rebus seorsum scribetur.

Ihesus[a] *etc.* Si è riceuuto l' instrumento del Reuerendissimo Vescouo Herbipolense[1] sopra la fundatione del Collegio de Herbipoli[b]. Hor quanto al Collegio de Herbipoli, presupposto quello che gia si è detto, la Compagnia nostra si potra obligare à dar quelli mastri di lettere humane che l' instrumento ricerca, et anche un corso delle arti, dando il Reuerendissimo Vescouo quelli mille et[c] cinquecento fiorini che si contengono nel detto instrumento. Lettori di Theologia non si potra la Compagnia[d] obligare à darli, poiche non ui è Vniuersità in Herbipoli, della quale piglia assunto la Compagnia[2]. ne manco si uede che ci sia per adesso tal intratta con la quale si possa sustentare studio generale, quando col tempo si leuassi questa

a) *Ponam tantum illas ex lectionibus variantibus exempli B, quae maioris sunt momenti.*
b) *In A sequuntur vv.* et per occasione di quella si è trattato generalmente del modo, *oblitterata.*
c) *Hoc v. non est in B.* d) *Ita in A correctum est ex* potra dare.

[1] Friderici a Wirsberg.

[2] In exemplo Natali misso scriptor addidit: „o altre parole equiualenti", et ipse *S. Franciscus Borgias* haec sua manu adiunxit: „de tal manera que entiendan, que si dexasemos de proueher no se pudiesen lamentar. pues quedamos libres. y siendo esto ansi el Señor ajudara".

difficoltà, si potrebbe trattar di nouo di tal assunto, et realmente pare che per aiuto dela Franconia, essendoui la penuria che intendiamo di operarij, più pare importarebbe, per qualche anno attendere alla instruttione de alcuni, che[a] possono[b] [?] presto lauorare in uinea Domini con la instruttione del Catechismo .etc. che se si attendessi à fundarli molto [adagio][c] nel corso delle arti et Theologia scholastica. potrebbe anche essere che doppo di[d] hauer speso molto tempo in questo, ò non riuscisseno molto litterati, ò uero se si trouassino[e] dotti, non uolessero poi pigliare la cura delle anime[f] pretendendo cose maggiori[g], col tempo potrebbe essere che la gente più fundata nel corso che [se][h] [?] adesso si cominciarebbe, fossi[i] anche più idonea per sentir la Theologia che non sarebbe adesso.

Del dar predicatore, non conuiene si faccia, come si è detto, obligo alcuno, ne[k] [?] cosi de altre cose spirituali, benche in uero, la Compagnia non uogli mancare al seruicio del Reuerendissimo Vescouo in questa parte, ne all' utile della sua città, et dominio, il medesimo s' intenda quanto al legere[l] il Catechismo, ò casi di conscientia, pur in queste cose la Compagnia nostra debbe[m] procedere liberamente secondo che dittarà la charità et zelo delle anime, et non secondo li oblighi che per alcun contratto si pigliassero[n].

Quando piacessi piú al Reuerendissimo Vescouo che si dessi adesso un principio al Collegio de Herbipoli, solamente con[o] quella Intratta del Monasterio applicato, si potrebbe fare, et si stenderebbe la Compagnia à quello che in Collegij de simile intratta et numero, suole estendersi, conforme al suo instituto, et hor sia nel[p] un modo, hor nell' altro, il procuratore che uuole dar il Reuerendissimo Vescouo per ricuperar li frutti del Monasterio unito, conuerrebbe esplicare che questo pendessi dell' arbitrio dela Compagnia alla quale bisogneria lassiare la administracion libera, et che si aiutassi di quel Procuratore, ò no, come meglio li paressi.

Circa le promesse del Reuerendissimo Vescouo quanto all' augmento, meritamente si deue far conto, come di tal Prelato, et Principe, mà con tal speranza metter[q] realmente tutti li mastri che ricerca un studio pieno, non pare sarebbe cosa proportionata, ma più presto conuerrebbe dar speranza di detti mastri per il suo tempo, quando la Vniuersità et dotatione di quella si facessi.

Jntorno alli conuittori V. R. intenda che la Compagnia sta molto posta in escusarsi quanto[r] potra di simili assunti, ma conuerrebbe cercar qualche persona beneuola et bona, laqual pigliassi il gouerno domestico et il Collegio nostro di fora, senza hauer iurisdittione[s] alcuna, aiutarebbe con la superintendentia et direttione che potessi.

a) *Ita posui ex B; A perperam:* con. b) *Ita A; corrigendum esse puto* possino; *ut est in B.* c) *Hoc v., quod non est in A, supplendum esse existimo ex B.* d) *Hoc v. non est in B.* e) trouassero *B.* f) *In A sequuntur vv.* col tempo fundan, *oblitt.* g) aspirando ad maiora *B.* h) *Nescio an hoc v. (quod ne in B quidem comparet) supplendum sit.* i) fusse *B.* k) *Corrigendumne* et? *Ita certe B.* l) legger *B.* m) deue *B.* n) *In B hic aliqua addita sunt; cf. supra p. 405*[2]. o) con solamente *B.* p) in *B.* q) *In A correctum ex* metterla. r) quanto si *B.* s) iurisdittitione *A.*

non intendiamo che sia seminario, ma casa de alunni, ò conuittori quella de che si fa mentione, ma si ben fossi seminario, V. R. sa le difficoltá che ci sono etiam di parte dela Congregatione generale[1], insin' à tanto che queste difficoltà siano spianate, non si manda la confirmatione, ne anche è parso scriuere al Reuerendissimo Vescouo, ma solamente à V. R. et al Padre Dottor Pietro Canisio, acciò tratti questa cosa col Vescouo, et peró haueriamo caro lo trouassi questa lettera in Herbipoli.

Quanto al Collegio di Spira, V. R. può di quá Colligere[a] la risposta che si potra dare, si potra confirmare quel contratto che quà si è mandato[2], non si obligando la Compagnia ad altro che alle lettioni che ricercano di lettere humane, per quello che si appertiene alle prediche et lettioni di Theologia, è necessario si fidino della Compagnia nostra, gia che lei non[b] può ne deue obligarsi per ragion del suo instituto, et tanto più facile serà questa confidentia[c], quanto s' intende per la esperientia quello che suole la Compagnia usare doue procede con libertà secondo che la charita et[d] gratitudine lo insegna[e].

et perche V. R. scriue, che[f] ha datto al Reuerendissimo Arciuescouo elettore di Magontia[3] questa medesima formula[g] de Herbipoli, ho uoluto auisarla, che in ogni fundatione che si habbia à fare, conuiene tenere questa forma che io ho scritto, quanto alle obligationi[h], et poi che tanti altri monasterij et Religioni, si sono fundate et dotatte senza altri oblighi che quelli del suo instituto, potrebbe la nostra anche fundarsi et dotarsi senza obligarsi[i] al meno alle cose che non possiamo[k] per il medesimo instituto . de altre cose si scriuera separatamente hoggi si se potra . ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li 22. di Marzo 1567[l].

a) cogliere *B.* b) *In A sequitur* si, *oblitt.* c) confidanza *B.* d) *In B sequitur* discretione et; *in A sequitur* discrecion, *oblitteratum.* e) l' insegna *B.* f) *Hoc v. in A supra versum scriptum est.* g) forma *B.* h) all' obligatione *B.* i) obligarci *B.* k) potiamo *B.* l) *De „Postscripto" vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.*

---

[1] In secunda *Congregatione* generali Societatis, a. 1565 habita, ita erat actum et decretum: „Propositum fuit: an Seminaria Episcoporum, de quibus in Concilio Tridentino est actum, admittenda a Societate nostra viderentur, si eorum gubernationem Nostris committere ipsi Episcopi vellent. Et, re satis agitata, constituit Congregatio: non admittenda videri. Si tamen fundatio perpetua et insignis huiusmodi Seminariorum ita fieret, ut simul etiam coniunctum Collegium nostrum valde promoveretur, et abundaret Societas Operariis idoneis, et libera eidem Societati gubernatio committeretur; placuit admitti posse ex dispensatione Praepositi Generalis, et non aliter. Sed, si quando admitteretur tale munus, constituit Congregatio: ut ne Praeceptores huiusmodi Seminariis darentur separati ab iis, qui in scholis nostris pro Societatis nostrae Instituto praelegunt" (decr. 18; *Institutum* S. J. II 198).

[2] Natalis exemplum fundationis spirensis, quae herbipolensis instar facta erat, cum hac Romam misit 20. Februarii 1567. Marquardus ab Hattstein episcopus et capitulum cathedrale exegerant, ut Socii contionandi munus in templo cathedrali administrarent, scholam theologicam haberent, quinque scholis litteras et humanitatem traderent; neque tamen haec praestari volebant omnia, nisi post tres quattuorve annos (Epp. *Nadal* III 389 394 770). [3] Danieli Brendel.

In Registro sequitur duplex „Postscriptum"; cui manu librarii in margine adnotatum est: „ayunta Padre Natal"; ergo Natali hoc est missum, non Canisio; excusum est in Epp. *Nadal* III 417—418; ubi etiam refertur, Postscriptum illud (praeter particulam, quae de „praesentiis" est) ipsius Borgiae manu additum esse. *Borgias* Natalem monet: Si forte canonici spirenses „praesentias" (stipendia significat, quae intra canonicos etc., qui officio divino interfuerant, cotidie distribuebantur) in Socios sustentandos impendere velint, certiores eos faciendos esse, pontifici eam pecuniae pendendae rationem non placere; neque id mirum est; nam paulo ante *Concilium Tridentinum* distributionum cotidianarum morem confirmaverat et, sicubi non exstaret, induci iusserat (Sessio XXI, c. 3 de ref.). Praeterea *Borgias* Natali refert: Cardinalem Marcum Sitticum episcopum constantiensem, ut Socii Constantiae collegium instituant, instare, ac Pium V., ut ibi monasterium quoddam iis tribueretur, concessisse; nescio autem utrum concesserit constantiense Minorum Conventualium monasterium, an monasterium S. Petri, quod sacrarum virginum Ordinis Minorum erat, sed eo tempore prorsus vacasse videtur; de utroque enim monasterio in Socios conferendo aliquamdiu actum est (*Konr. Gröber*, Geschichte des Jesuitenkollegs und -Gymnasiums in Konstanz, Konstanz 1904, 4). Aliud quoque monasterium idque in alia regione situm pontifex concessit; nisi autem fallor, ait Borgias, concessit treboniense. Trebonae (Wittingau) certe in Bohemia amplissima exstabat canonia regularis ordinis S. Augustini, in qua unus tantum canonicus isque haud ita bene audiens, degebat. Quare Guilielmus a Rosenberg, summus per Bohemiam camerarius, cuius dominio ea terra subiecta erat, et Antonius Brus archiepiscopus pragensis canoniam illam in collegium Societatis immutare volebant; quod consilium Maximilianus II imperator Pio V litteris 6. Octobris 1566 datis commendavit (Epp. *Nadal* III 238—239 268—269. *Schwarz,* Briefe und Akten I 34—36).

Canisius Borgiae respondit 17. Aprilis 1567.

1410. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci de Borgia, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 22. Martii 1567.

Ex apographo eiusdem temporis. „Germ. 67" f. 3ᵃ.

Mittitur exemplum quoddam litterarum a praeposito generali de collegiis herbipolensi et spirensi ad P. Natalem datarum. Quod exemplum rector dilinganus aut Herbipolim mittet aut, quoad Canisius inde redierit, secum servabit; optandum autem est, ut Herbipoli eae litterae in Canisii manus perveniant.

pax *etc.* Gia questa trouera V. R. doppo le fatiche dela Quaresima, Dio N. Signore si habbia molto seruito del suo ministerio. Quí ua una lettera di nostro Padre quasi copia d' un altra che si manda al Padre Natale, sopra li Collegij de Herbipoli et Spira, et perche il tempo ricerca altri essercitij[1], non dirò altro, se non che[a] in absentia di V. R. aprirà questa il Padre Theodorico[2], il quale hauera cura di mandar la lettera di N. Padre in Herbipoli, o riseruarla insino alla sua tornata, come li parera meglio . benche molto sarebbe al proposito si questa la[b] trouassi in Herbipoli, ci raccomandiamo *etc.* di Roma li 22. di Marzo .1567[c].

Huic epistulae adiunctas esse litteras quasdam „communes" cognoscitur ex Cod. „Def." (Messe et orr. p. l. Comp.); ibi enim in a. 1567* notatum est, missum

a) *In ap. sequitur* ne, *oblitteratum.* b) lo *ap.* c) 1566 *ap.*

[1] Polancus potissimum significare videtur confessiones paschales, quae eo die Romae incipiebant; scribebat enim pridie Dominicae Palmarum.

[2] P. Theodoricus Canisius, rector collegii dilingani.

esse „a 22. di marzo ordine sopra il raccomandare à Dio N. Signore la mission di quelli che han di andar alla Florida, et Jndie occidentali, à Francia Germania et Jtalia". Ex Sociis hispanis Floridae destinatis primi tres navem conscenderant 28. Iunii 1566. Ex iis autem, qui Philippo II. petente regno peruano (Peru) destinati erant, primi octo 2. Novembris 1567 navigare coeperunt (*Astrain* l. c. II 287 305—307).

Fortasse adiunctae sunt etiam binae aliae „litterae communes", sive dies 22. Martii 1567 his quoque ascriptus est, sive ascripti sunt dies, quos statim ponam. In Cod. „Def." enim *notatum est in d. 13. Martii 1567: „Fù raccomandata l'anima del P. Antonio de Cordoua come Fundator delli collegij di Cordoua et Salamanca dapertutto" („Messe et or. per li Fund."). Et in d. 15. Martii 1567: In Germaniam superiorem missas esse litteras, quibus proponebatur negotium collegii bellimarensis et simul praecipiebatur, ut quot singula collegia haberent Socios, quantum reditum annuum, quantum aeris alieni, Romam ad praepositum generalem referretur („Diuersi ordini" etc.). Nobilissimus et religiosissimus vir P. Antonius a Corduba S. J. m. Ianuario a. 1567 Oropesae (Oropesa) mortuus erat (*Astrain* l. c. II 472). Quae missarum sacrificia et quae precationes in Societate pro fundatoribus collegiorum vita functis Deo offerantur, vide *Can.* IV 110[1]. In pago Bellímar prope Burgos in Castella sito Benedictus Uguccionius metropolitanae ecclesiae burgensis canonicus anno 1560 Societati parvum quoddam collegium condiderat. Quod cum tantum 100 fere ducatos annuos haberet, duos tantum sacerdotes cum uno fratre laico et uno iumento alere poterat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 4, n. 172. *Astrain* l. c. 54 487[1]). Quare Borgias dubitabat, utrum retinendum an relinquendum esset. *S. Ignatius* autem constituerat: „Praepositus Generalis, simul cum Societate, num admissa iam Collegia vel Domus relinqui debeant, an retineri, statuat. Id tamen in Congregatione generali fieri posset; et etiam sine illa, missis nimirum suffragiis ab iis, qui ius habent suffragii" (Constitutiones S. J., P. 4, c. 2, A). Canisius, quid de ea re sentiret, 14. Aprilis 1567 Borgiae scripsit.

Denique ex Canisii epistula, quam modo dixi, intellegitur, ipsi vel simul cum his Polanci litteris vel paullo ante allatas esse *litteras Roma 3. Martii 1567 a *S. Francisco Borgia* datas, quas praepositis provincialibus communes („Commune alli Prouinciali") esse in germanico Borgiae Registro notatum est, et quas m. Martio 1567 in Germaniam superiorem missas esse cognoscitur etiam ex Cod. „Def." („Diuersi ordini" etc.; 3. Martii 1567). Ita igitur Borgias: „Come in dimandano suggietti di diuerse bande, et è necessario tal uolta siano accomodati, del Viatico, et altre spese necessarie per il uiaggio, questa cosa graua molto la casa de Roma, laquale ha patito questo peso quando non si poteua far altrimente, adesso che gia le Prouincie potranno meglio aiutarsi, et à ogniuna sarà poco quel peso che à Roma sarebbe troppo per tutti, mi è parso ordinare che non si dimandino più suggetti di Roma senza mandar credito, per darli il uiatico, del quale credito non si pigliara più di quanto sarà necessario per il uiaggio, diasi anche ordine à saldar li conti uecchi, pagando ogniuno quello[a] che deue per detti uiatici" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 235[a]).

In libello quodam, in quem *Canisius* in usum suum multa praecepta ac responsa etc. vel sua manu referebat, vel per alios referenda curabat, haec comparent, manu librarii alicuius *scripta: „Consultus Pontifex a P. Generali, an liceat in mutuo quinque pro centum pacisci respondit non esse a nostris absoluendos qui sic paciscuntur. Cauendum tamen istic, ne quid nostri de hoc genere publice disputent aut contionentur: Sic Pater N. Generalis ex Vrbe 16. Martij 1567 (Cod. „Can. 10" p. 56). At librarius pro 1567 scribere debuit 1576. Nam ita a Gregorio XIII. responsum esse Everardus Mercurianus praepositus generalis Roma 16. Martii 1576 ad P. Paulum Hoffaeum scripsit; v. *B. Duhr,* Die deutschen Jesuiten im Fünfprozent-Streit des 16. Jahrhunderts, in „Zeitschrift für katholische Theologie" XXIV 223—224.

a) quelle *ap.*

1411. CANISIUS **FRIDERICO A WIRSBERG**, episcopo herbipolensi et Franciae orientalis duci. (Litterae priores.)

Herbipoli inter 31. Martii et 2. Aprilis 1567.

Ex exemplo (A), quod videtur esse apographum idque eodem fere tempore a theologo aliquo, qui de Friderici episcopi „consilio ecclesiastico" erat, vel eiusdem theologi iussu scriptum (4°; 4½ pp.). Exstat Herbipoli in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Würzburg A. N. 14" n. 2. Litteras primus (ex alio exemplo) typis exscribendas curavit *N. Reininger* (R), Die Weihbischöfe von Würzburg, in „Archiv des historischen Vereines von Unterfranken" XVIII, Würzburg 1865, 182—185. Litteris usi sunt et aliqua ex iis vel latine vel germanice protulerunt *Riess* l. c. 364—365 et *E. Reimann* in „Forschungen zur deutschen Geschichte" XI 33—35; etiam plura ex iisdem germanice posita sunt a *C. Braun*, Heranbildung des Klerus I 114.

Ut in universa Germania ecclesiae reformentur, extrema exigit necessitas; qua in re nec rigida sunt adhibenda remedia, nec segniter agendum est. Pauci ad ecclesiam redeunt, multi ab ea deficiunt. Equester ordo paucos catholicos habet. Magistratus catholici aegre in officio continentur. Populus ad defectionem multis rationibus sollicitatur. Clerus iura quidem et privilegia retinet, pessimos vero mores emendare recusat. Episcopi, quibus metum augent consiliarii, nec visitationes nec synodos habent nec concilium promulgare audent.

2.[a] Theses generales, ex quibus ueluti fundamentis ad meditandam reformationem Ecclesiarum Germanicarum facilius Lector potest adducj.

Videntes ac uolentes perimus, nisi de morbis ac remedijs Germaniae, quae ueluti moribunda ac desperabunda iacet, serio deliberetur.

Catholica religio in praecipuis Germaniae Ecclesijs, non minus clam a domesticis, falsisque fratribus[1], quam ab externis hostibus et haereticis palam oppugnatur.

Jnter haec duo extrema fere uersamur: Aut restituenda et uindicanda, aut turpiter nobis deserenda est religio.

Temporum iniquitas aegre fert uindicari serio religionem: potest[b] tamen multorum metus esse maior quam debeat, dum humana potius quam diuina spectantur praesidia, et diffidentiae magis, quam sanctae confidentiae capiuntur consilia in iuuandis rebus afflictae Ecclesiae.

Deserere uero causam religionis neque licet neque decet, neque expedit, siue temporalia, siue spiritualia, siue aeterna simul bona querimus. Omnia demum religionis et salutis aeternae negotio posthabenda sunt: in fide sectarijs nefas est cedere, Conciliationes exitium adferunt religionj.

Videntur quidam, sed qui pauci hodie comperiuntur[c], in sanandis his Germaniae morbis rigidos et seueros medicos agere, dum statim ad uiuum resecant omnia, uel asperiora praescribunt[d] remedia, quam inueterati morbi et aegrotorum imbecillitates in hoc rerum statu ferre posse uideantur.

a) *Sic A et R. In fasciculo, quem supra dixi, antecedunt litterae quaedam a Canisio aliquanto* post *(inter m. Aug. et Dec. a. 1567, puto) ad Fridericum episcopum datae; fortasse igitur hanc ob causam (manu posteriore?) numeri* 2. *et* 3. *his et proximis litteris ascripti sunt.* b) poterit *R.* c) *R haud recte:* cooperiuntur. d) *R haud recte:* proscribunt.

---

[1] 2 Cor 11, 26. Gal 2, 4.

Alij sunt nimium[a] in curando lenti, segnes, meticulosi, ut nihil certi remedij meditentur, aut aggrediantur, ueluti noua quaedam e coelo miracula expectanda essent. Nobis interim stertentibus aut aliud agentibus ingrauescunt morbi, crescunt haereses, pereunt animae, uigent scandala, dissipantur cleri bona, prophanantur Ecclesiae, tota pietas et disciplina passim[b] collabascit.

Est in confesso, e sectarijs ad Ecclesiam Catholicam perpaucos redire, quantumuis illa[c] [?] multa concesserimus, plures autem ab ea deficere, et negotio religionis nouandae fauere cernimus. Equestris ordo uix paucos habet catholicos, si cum aduersaria quidem parte conferatur[1].

Magnates et magistratus qui supersunt Catholici, aegre in officio continentur. Tum ubi religionem illi mutant, partam[d] [?] habent statim[e] gratiam patronorum et uicinorum, quorum blandimentis[f], promissis et muneribus ad sectas facile pelliciantur.

Nutat[g] populus uehementer in fide, magnaque ui praeceps fertur ad eam religionem, quae specioso libertatis et Euangelij titulo doctis etiam et catholicis frequenter imponit. Nec sit difficile uulgi animos: qui Ecclesiasticum fere iugum detrectant ab auita illa tum simplicitate tum obedientia: ad sectariorum liberam disciplinam transferre.

Clerus nec suos morbos nec vlla[h] propemodum remedia ferre posse uidetur. Videt aduersarijs grauem datam esse causam, et dari adhuc, incusandi mores et abusus Ecclesiasticorum: sed adeo intellectum illi[i] non tribuit haec tot annorum vexatio[2], ut malit quasi perire funditus rem Ecclesiasticam, atque ut sinat se ad sacerdotale officium et obseruationem Canonum reuocari[3].

Vrgent ac retinent mordicus usitatam hactenus uitae morumque licentiam, quae per se quidem uidetur intollerabilis, et summum probrum adfert[k] toti ordini[l]. At interim nihili pendunt veteres, receptas et laudabiles consuetudines et constitutiones in his quae ad cultum diuinum, curam animarum, et uitae honestatem maxime pertinent: in caeteris nihil remittunt de suis iuribus, priuilegijs et consuetudinibus.

Episcopi et alij Praesides Ecclesiastici, qui sunt hodie cordatiores, metuunt se repulsam passuros si a Canonicis: uel leuia quaedam: ad

a) *R minus recte:* nimirum. b) *Hoc v. non est apud R.* c) *Ita A R; corrigendumne* illis? d) *Sic A R; corrigendumne* paratam? e) *Hoc v. non est apud R.* f) plandimentis *A.* g) Mutat *R.* h) *R minus recte:* illa. i) illis *A; R non habet hoc v.* k) *Ita in A alia quadam manu antiqua correctum est ex* adferet. l) *Manu, quam supra (adn. k) dixi, 4 vv. sqq. in A suppl·ta sunt.*

---

[1] Canisius proxime significat Franconiae nobilitatem; de qua cf. supra p. 128.

[2] Is 28, 19.

[3] Similibus verbis circa idem tempus de cleri bavari vitiis ex ipso sacro suggestu semel atque iterum conquestus est Martinus Eisengrein, consiliarius ducis Bavariae et praepositus mosburgensis; v. *Pfleger,* Martin Eisengrein 16—17.

reformationem postulent. Terrentur consideratione[a] [?] temporum miseranda[b] [?], nouos semper motus timent, alius alium expectat, qui primus glaciem frangat, Et frigidum[c] [?] suffundunt, Consiliarij et politici homines. Jta multis annis intermittuntur uisitationes Ecclesiarum, non celebrantur Synodi, non recipitur et publicatur concilium Tridentinum, ordinandi non rite examinantur, regnant impune nefanda clericorum crimina. Sic dormiente Petro et vigilante Juda[1] in peius abeunt omnia, ut demum uix umbram ueteris Ecclesiae retineamus. Est summopere timendum, ne respectus et affectus humani multos praelatos impediant, quo minus hi[d] rite perpendant, quam Christo, quam Ecclesiae eius, quam ouibus fidei suae concreditis debeant hoc tempore curam, uigilantiam, operam atque diligentiam in arcenda luporum rabie, in ouili conservando[2], in uindicanda religione, in reformatione Ecclesiastici ordinis aliqua saltem ex parte instituenda.

Commentario huic, a quo, ad quem, quando, unde datus sit, non est ascriptum. Recte tamen *Reininger* et *Riess* dixerunt, eum a. 1567 in usum episcopi et dioecesis herbipolensis compositum esse. Nam si has „Theses generales" ad omnes Germaniae ecclesias pertinentes cum thesibus sive consiliis ad unam ecclesiam spectantibus, quae proxime ponam, et cum „Consilio Theologico", quod in volumine VI. ponam, contuleris, tres hosce commentarios inter se valde coniunctos et ab eodem conscriptos esse dices; commentariis autem secundo et tertio eodem fere tempore, quo ipsi conscripti sunt, adnotatum est, eos a Canisio compositos esse. Cum qua re congruunt, quae Canisius de rebus Herbipoli a. 1567 Quadragesimae et Paschatis tempore a se gestis ad S. Franciscum Borgiam rettulit Herbipoli 10. Martii 1567 et Dilinga 17. Aprilis 1567: „Ego . . . curare perg[o] vt Confessarij a Reuerendissimo admoneantur de praecipuis, quae ad poenitentes iuvandos pertinent. ... Reuerendissimo author fui, ut de sua diocesi rectius constituenda, uocatis in hoc uiris doctis et sapientibus, serio coeperit deliberare" (vide supra p. 402 et infra ep. 1424). Praeterea ex actis conventus, quem Herbipoli 2. Aprilis 1567 „consiliarii ecclesiastici" praesidente ipso episcopo et praesente Canisio habuerunt, cognoscitur, a Canisio „Theses" „pro reformatione Ecclesiasticarum personarum compositas" et episcopo „exhibitas" esse, atque „circa negotium visitationis" ecclesiarum „Theses" a Canisio compositas esse, „ex quibus conspicitur quae videantur necessaria, in juuandis morbis collapsae fere Ecclesiae", et episcopi theologis concessum esse, ut singuli thesium illarum „copiam conscriberent" [v. infra mon. herb. (11)]. In „Consilio" denique, quod dixi, Canisius: „De subditis", inquit, „quomodo illis Ordinarius habeat attendere, nunc monendi locus non est, et multa de hoc negotio scripta dedi Herbipoli post festum paschatis, quae nunc repetere non attinet." Quodsi has „theses" sive scripta Herbipoli quaesieris, alia tibi non occurrent, quam quae supra posui et proxime (ep. n. 1412) ponam; haec igitur Herbipoli inter 31. Martii et 2. Aprilis 1567 a Canisio data et episcopo tradita sunt. Ac tametsi hoc scriptum singularem episcopi commemorationem non habet, proximum

a) b) *Sic A R; sed malim legere aut:* consideratione temporum miserorum *(vel* miserandorum*), aut id quod mihi etiam magis probatur:* conditione temporum miseranda. c) *Sic A R; legendumne* frigidam *[i. e. aquam]?* d) *R perperam:* si.

---

[1] Cf. Mt 26, 37—50; Mc 14, 37—45; Lc 22, 45—47. „Non unus est Iudas. Unus malus corpus malorum significat; quomodo Petrus corpus bonorum, imo corpus Ecclesiae, sed in bonis." *S. Augustinus,* In Ioannis Evangelium Tract. 50, n. 12. Cf. eiusdem Enarrationem in Ps. 108, n. 1. (*Migne,* P. lat. XXXV 1762; XXXVII 1431—1432.) [2] Cf. Io 10, 1—15; Act 20, 28 29; 1 Petr 5, 1—4 etc.

autem eum tantum in tertia persona, ut dicere solemus, commemorat, tamen et ex actis illis consiliariorum ecclesiasticorum, et ex ipsis scriptis colligitur, utrumque proxime et potissimum ipsi episcopo a Canisio destinatum esse.

Riess, quo anni 1567 tempore haec scripta esse censeat — utrum sub Pascha an sub m. Iulium — haud ita plane significat; in m. Iulium inclinare videtur (l. c. 363—365). Labitur certe *Reimann,* cum ea fere ineunte m. Iulio conscripta esse affirmat (l. c. 35[3]).

1412. CANISIUS **FRIDERICO A WIRSBERG,** episcopo herbipolensi et Franciae orientalis duci. (Litterae alterae.)

Herbipoli inter 31. Martii et 2. Aprilis 1567.

Ex exemplo (A), quod videtur esse apographum, idque eiusdem rationis, atque illud, quod supra p. 410 littera A notavi (4°; $6^1/_2$ pp.); exstat Herbipoli in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Würzburg A. N. 14" n. 3. Ibidem (l. c. n. 4) exstat aliud exemplum (B), quod eiusdem fere rationis est atque superius; alia tamen manu scriptum est, neque postremas quinque „theses" habet, et ita (eodem tempore) inscriptum est: „D. Canisij Theses". Litteras primus (nescio quo exemplo adhibito) typis exscribendas curavit *Reininger* (R) l. c. [vide supra p. 410] XVIII 185—189. Iisdem usus est et ex iis germanice complura protulit *Riess* l. c. 364. Ex iisdem multa germanice vertit *C. Braun* l. c. 114—115.

Qua ratione episcopatus herbipolensis reformandus sit: Curetur, ne Lutherani ad Calvinianos transeant, ac cognoscatur, num eorum ministri recedant a Confessione augustana; quae sola (praeter catholicam) in Germania admissa est. Invigiletur in libros novos. Subinde quaeratur, quid in rebus religionis agant vicini. Serio consideretur, num, ut sepulturis protestantium opera sacerdotum interponatur, concedi et nova quaedam permitti possint. Sacerdotum concubinariorum, ab ordine religioso apostatarum, a casibus reservatis temere absolventium, simoniacorum, alias infamium etc. crimina vel auferantur, vel saltem imminuantur. Eorum ecclesiae reconciliandorum facultas a pontifice impetretur. Poenitentiarius et visitatores constituantur. Singulorum officialium episcopalium officia certa ratione definiantur, et ipsi ad diligentiam incitentur. Si qui ex malis sacerdotibus ad tempus tolerari debeant, serio tamen moneantur. In ecclesiis collegialibus simoniae, luxuriae, summo legum et officiorum ecclesiasticorum neglectui aliqua saltem remedia adhibeantur, meliores instituendo decanos, studiorum litterariorum rationem habendo, peccata annotando. Apud religiosos episcopus potestate a concilio tridentino sibi data utatur; decreta concilii urgeat; personas suspectas e monasteriis eiciat; saltationes, compotationes, vagationes proscribat.

3.[a] Videndum imprimis de quibus aegrotis curandis aut saltem a grauiori morbo liberandis potissimum in hac ecclesia[1] sint[b] instituenda concilia[c] [?].

Aegroti[d] sunt maxime, qui relicto catholicae[e] communionis[f] Symbolo, quod in sumptione uenerabilis sacramenti cernitur[2], sectarios se palam profitentur et in spiritualibus episcopi sui contemnunt authoritatem.

Hic adiungendum[g] [?] uidetur, ut ne fiant de Lutheranis Caluiniani id est sacrilegi [et][h] intolerabiles catholicorum persequutores.

a) *De hoc numero vide supra p. 410, adn. a.* b) sunt *R.* c) *Sic; corrigendumne* consilia? d) 1. Aegroti *R.* e) *Hoc v. non est apud R.* f) Religionis *B.* g) *Sic; sed malim legere:* adui-gilandum. h) *Hoc v. supplevi ex BR.*

[1] In episcopatu herbipolensi; vide supra p. 412.
[2] Cf. 1 Cor 10, 17.

Conferret etiam obseruare, quibus in rebus consentiant et dissentiant noui praedicatores, et praesertim si noua quaedam et pestifera dogmata inuehant, longiusque discedant a confessione augustana cuius professio tantum a statibus imperij fuit admissa [1].

Praeterea uidetur habenda ratio scriptorum eorum, qui noua quaedam aedunt aut spargunt hoc tempore, ut quo ad eius [a] fieri potest, perniciosa uulgi curiositas, et temeritas, in nouis libris emendis et legendis coerceatur.

Nec esset abs re si Reuerendissimus per quosdam fidos [b] et secretos amicos uel nuncios id curaret, ut de statu uicinorum in religione, subinde certior redderetur, ne hac etiam in parte segniores catholici quam aduersarij uideantur.

Dubium est interim an Reuerendissimus possit uel debeat [c] concedere, ut sacerdotes, cum cruce uel alijs ceremonijs adsint sepulturae [d] haereticorum, et an aliquid noui in sacris, sit sectarijs permittendum.

2 Aegroti sunt in clero maxime qui licet catholicos se profitentur [e] [?] tamen ad excommunicatos et irregulares pertinent, his annumero sacerdotes coniugatos [2] uel [f] apostatas, qui citra ullam dispensationem et facultatem summi [g] pontificis, uel ordinis sui, sine habitu religioso [h] uiuunt [3], qui praeterea ante legitimam aetatem sacerdotalem ordinem sine ulla facultate sunt consequuti [4]. Jtem qui libere et sine debita facultate absoluunt in casibus maioris excommunicationis, uel reseruatis sedi apostolicae, quos uix pauci cognoscere uidentur [5], adiungi possunt aperte Symoniaci [6], et publice concubinarij et infames alij [7].

a) *R hoc v. non habet.* b) per fidos quosdam *R.* c) habeat *R.* d) sepulterae *A.* e) *Sic; corrigendumne* profiteantur? f) et *BR.* g) *BR non habent hoc v.* h) religiose *A.*

[1] De hac re vide supra p. 244. In episcopatu herbipolensi plurimae regiones, neque tamen omnes, civili quoque episcoporum imperio subiectae erant. Notanda sunt etiam, quae de concessione a Ferdinando I. Lutheranis facta rettuli supra p. 244[5].

[2] Hos „excommunicationis sententiae ipso facto subiacere" pronuntiatum erat a *Clemente V.* in oecumenico concilio viennensi (Clem. l. 4, cap. unic.).

[3] Non „apostatas a fide", sed eos significat, qui vel „apostatae ab ordine religioso" sint (de hoc crimine vide supra p. 313) vel saltem „apostatae ab habitu" sive vestibus religiosis, quos vocant; nam *Bonifacius VIII.* constituerat, ut si quis religiosus post professionem „temere habitum religionis suae dimisisset", „excommunicationis incurreret sententiam ipso facto" (c. 2 in VI 3, 24).

[4] Notum est, eos, qui (sine dispensatione) ante vicesimum quintum aetatis annum sacerdotium susceperunt, ex „defectu aetatis" irregulares atque ita ad sacerdotum munera ineptos esse.

[5] Ita v. g. *Paulus III.* a. 1536 eos, qui homines a casibus Bullae Coenae (cum excommunicatione maiore coniunctis et sedi apostolicae reservatis) absolvere „praesumpsissent", „excommunicationis sententia innodaverat" (*Bullarium* Romanum VI 223). Attamen id quod doctissimus vir Iacobus Lainius (Laynez) anno 1564 Canisium monuit (*Can.* IV 588), hic quoque, nisi fallor, notari potest: Haud pauci ex sacerdotibus illis excommunicationis poena vacabant ob eam legis ignorantiam, in qua culpa gravis non erat.

[6] De simonia et de excommunicatione ei coniuncta vide supra p. 191[1].

[7] Irregulares ex „defectu famae".

Hic diligenter consultandum uidetur, qua ratione haec [tanta][a] [?] scandala et crimina, si non omnino tolli, saltem imminui ac mitigari possint[b], ne in his tam crasse plaerique peccent, ex diuini et Canonici iuris ignorantia inexcusabili.

Deinde considerandum, an opus sit his iuuandis aegrotis maiorem authoritatem et dispensationem a Pontifice maximo impetrare, ut saltem si qui uellent, se deo et ecclesiae reconciliare, legittime et tuto possint absolui, uidetur autem omnino poenitentiarius aliquis, sicut Augustae fit, et alibi constituendus, et publice indicandus, quem omnes in huiusmodi casibus grauioribus adeant, consulant et sequantur[c], qua de re admonere posset suos pastores Reuerendissimus in capitulis (quae uocant) ruralibus[1], uel in ipsa uisitatione.

3 Non parum expediret fortasse uisitatores quosdam designari, qui specialem curam haberent eiusmodi[d] grauiores casus obseruandi et cum Reuerendissimo communicandi, non enim dubium uidetur quin multi tam scienter quam ignoranter sint excommunicati, irregulares, et ad omnem actum sacerdotalem[e] inhabiles prorsus, quos[f] saltem de salutis suae periculo conuenit admoneri, ut Reuerendissimus suam et aliorum conscientiam utcunque[g] liberet.

4. Facilius ad meliora hi aegroti reuocarentur, si saepius Reuerendissimi nomine uisitarentur, uel ab officialibus eius ad reddendam officij sui rationem euocarentur, uel certo[h] [?] sibi praescriptos haberent limites, inter[i] [?] quos consistere iuberentur, donec de melioribus remedijs aliquid rectius et diligentius a Reuerendissimo constituatur.

5. Conferret etiam, si officiales Reuerendissimi principales inter se huius ecclesiae gubernandae onera partirentur, ut constaret certius, quando de[k] quibuscunque rebus ecclesiastici debeant consulere uicarium, officialem, sigilliferum et fiscalem Reuerendissimi. Verendum enim haec officia saepe confundi, et ex omnibus uix unum aut alterum serio putare se obligatum iri, ut saltem extraordinarie miserrimis pastoribus et sacerdotibus consilium et auxilium adferat. Rogati et moniti tandem facimus quod ultro et tempestiue facere debebamus, si nobis cordi esset[l] cura tam ecclesiae quam pastorum et ouium christi. Verum hoc citra cuiusquam praeiudicium et offensionem dictum uelim.

6. Ex aegrotis supradictis, quidam prorsus uidentur intolerabiles, quia plus destruunt quam aedificant in ecclesia[2], qui uero propter necessitatem saltem ad tempus tolerandi uidentur, amicis admonitionibus et christianis uisitationibus ad meliora excitandi et paulatim

a) *Hoc v. in B R est, in A non est.* b) *Ita B R;* possunt *A.* c) *R minus recte:* consequantur. d) hujusmodi *R.* e) sacerdotalem actum *R.* f) quo *A B.* g) utrinque *R.* h) *Sic; legendumne* certos *vel* certe? i) *Ita A; malim legere:* intra; *quod est in B R.* k) *Ita ut corrigatur ex* et, *quod est in A B R, et leges grammaticae et omne, quod hic agitur, negotium exigere videntur.* l) *Apud R sequitur* et.

[1] In conventibus, quos ruri aliquotiens singulis annis singularum provinciarum sive „decanatuum" parochi eorumque adiutores praesidentibus decanis habere solent.
[2] Cf. 2 Cor 10, 8; 13, 10; Rom 14, 20; 15, 2 etc.

adducendi[a] essent. Maneat interim fixus scopus Reuerendissimo et officialibus eius ut primum quum fieri potest, rectius prospiciant[b] ecclesijs, in[c] quibus sacra indigne, et non sine ministrorum excommunicatione tractantur.

7. Supersunt tertij generis aegroti in ecclesijs collegiatis, qui graues uulgo notos abusus adferunt, plaerique per Symoniam ingrediuntur, non est animus ecclesiae, nisi ad tempus propter lucrum inseruiendi, omittunt horas canonicas persoluere, pudet gestare habitum ecclesiasticum, ac etiam quidam canonici et decani nolunt sacrificare, aut sacerdotes effici. Jntermittuntur sacra et alia multa, quae pij fundatores in diuino cultu exerceri uoluerunt, domi aperta illorum turpitudo cernitur, ocio, luxui, crapulae, et aleae uacant, sunt saepe ciuibus inhonestiores, delectum ciborum, et praescripta ecclesiae ieiunia non sine magno scandalo negligunt et contemnunt[1].

8. Difficile quidem sit horum temporum canonicos et uicarios ad officium reuocare. Sed aliquid tamen hic efficeretur, si meliores praelati[2] in huiusmodi ecclesijs eligerentur, si electi de oportunis remedijs adhibendis a Reuerendissimo admonerentur, uel in aliqua congregatione inter se ipsi conferrent, quantum hoc quidem tempore a suis impetrari posse putarent. Nam si ita dissimulanter in peius abire cuncta permittimus, nec ullam curationem adhibemus, certo certius iram Dei magis, magisque prouocamus[3], et ueluti gladium damus hostibus, quo et nosipsos feriant, et ecclesiam perdant funditus, iusto dei iudicio[4], ut plane timent sapientes.

9. Prodesset etiam, si a Canonicis quum primum[d] assumuntur, professio certa fidei catholicae exigeretur, praeterea si[e] diligens haberetur studiorum ratio, et locorum, in quibus juniores canonici sint instituendi. Demum si quotannis decani suorum defectus, et excessus maiores annotarent, [et annotatos][f] cum Reuerendissimo uel officialibus eius conferrent. Nam hinc timor fortasse aliquis quibusdam inijceretur, probi uero rectius in officio continerentur[g].

10. Quartum infirmorum genus in monasterijs reperitur, ubi plerique sine religione, sine ordine et regula uiuentes promissae pauper-

a) *Ita recte R;* abducendi *AB.* b) prospiceant *R.* c) *Hoc v. deest in BR.* d) quamprimum *R.* e) si praterea *R.* f) *Haec 2 vv. supplevi ex B.* g) *Quae sequuntur, in B desunt.*

[1] In ipsa urbe herbipolensi 3 exstabant ecclesiae collegiatae: Equestris S. Burchardi, utriusque S. Ioannis in Haugis (Haug), Novi Monasterii (Neumünster). Fridericus a Wirsberg episcopus litteris a. 1568 ad capitulum cathedrale missis vehementer querebatur: Capitulorum cathedralis et reliquorum canonicos vicariosque atque etiam alios ecclesiasticos in horis canonicis recitandis valde negligentes esse; eos eo uti vestitu, quo a laicis non distinguantur; esse, qui vix semel singulis annis, et esse, qui nunquam sacram eucharistiam sumant; vicarios palam vivere in concubinatu; cathedralis et aliarum ecclesiarum canonicatus aliaque beneficia palam vendi et emi etc. (*C. Braun,* Heranbildung I 151—153).

[2] Decani, praepositi etc.

[3] Iob 36, 13. Cf. Dt 4, 25; 9, 18; 3 Rg 14, 9 etc.

[4] Rom 2, 5. 2 Thess 1, 5.

tatis, continentiae, et obedientiae prorsus immemores esse uidentur, et exiguam diuini cultus, suaeque professionis rationem habere uidentur.

11. Contra hos Reuerendissimus utatur potestate et facultate, quam satis amplam accepit a Concilio Tridentino[1].

12. Exigatur[a] ab illis, uel praelatis illorum, ut obseruentur Decreta eiusdem concilij de regularibus, quo ad id[b] [?] eius fieri potest.

13. Non tollerentur personae suspectae in monasterijs uirorum uel mulierum cohabitantes aut aperte luxuriantes, seuere prohibeantur choreae, frequentes commessationes, et ex hominibus diuersi sexus, familiares congressus, aut crebrae conuersationes.

14. Opus est hic seria reformatione, ut saltem a compotationibus et commessationibus, uanitatibus, uagationibus et inhonestis studijs, alijsque scandalis ad sinceriorem uitae rationem monachi et monachae reuocarentur[c] [?], et secundum ordinis sui professionem uiuere cogantur.

Vide, quae de harum litterarum auctore et tempore etc. disserui supra p. 412.

1413. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., rector collegii oenipontani, CANISIO. Oeniponte sub initium m. Aprilis 1567.

Ex Lanoii ad Borgiam litteris autographis. „G. Ep. VIII" f. 173.

Aliquos ex collegii oenipontani sodalibus neque exhortationibus neque reprehensionibus ad mores emendandos induci posse. Eos fortasse ex aliis collegiis Oenipontem ut in exilium quoddam amandatos esse; neque tamen in tota Societate aliud collegium magis ad pericula gignenda et fovenda accommodatum esse, quam oenipontanum. Quare petit, ut avocatis duobus tribusve meliores sibi mittantur.

a) Exigantur *AR.* b) *Ita AR; sed leges grammaticae exigere videntur, ut aut* id *aut* eius *omittatur.* c) *Sic; sed corrigendum esse videtur:* reuocentur.

[1] *Concilium Tridentinum* (ut saltem praecipua capita hic ponam) constituit: „Nemo secularis Clericus, cujusvis personalis, vel regularis, extra monasterium degens, etiam sui ordinis privilegii praetextu, tutus censeatur, quo minus, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones visitari, puniri et corrigi valeat" (Sess. VI de ref. c. 3). Item statuit, ut, si monasteriorum superiores ab episcopis paterne admoniti illa „intra sex menses" non visitassent vel correxissent, episcopi „etiam ut Delegati Sedis Apostolicae" eadem visitare et corrigere possent (Sess. XXI de ref. c. 8). Ac „monasteria omnia, quae generalibus Capitulis aut Episcopis non subessent, nec suos haberent ordinarios regulares Visitatores", in „congregationes" redigi, vel, si id neglexissent, episcopis dioecesium „tanquam Sedis Apostolicae delegatis, subdi", atque „monasteria Sanctimonialium sanctae Sedi Apostolicae immediate subjecta", „ab Episcopis, tanquam dictae Sedis delegatis, gubernari" iussit (Sess. XXV de regul. et mon. c. 8 9). Interdixit etiam, ne quis regularis in ecclesia, quae ordinis eiusdem non esset, sine licentia episcopi, vel in quacumque ecclesia „contradicente episcopo" contionaretur (Sess. V de ref. c. 2; Sess. XXIV de ref. c. 4), atque sanxit, ne regulares confessiones saecularium excipere possent nisi approbati ab episcopo, et ut hic eius rei gratia „examen" a singulis exigere posset (Sess. XXIII de ref. c. 15). Hoc quoque mandavit episcopis: Quae „decreto de observandis et evitandis in celebratione Missae" (Sess. XXII) ipsis proposita essent, et eorum similia, „pro data sibi a sacrosancta Synodo potestate, ac etiam ut Delegati Sedis Apostolicae" servanda curarent, „non obstantibus privilegiis, exemptionibus" etc. „quibuscumque".

P. Nicolaus Lanoius S. J., rector collegii oenipontani, Oeniponte 5. Aprilis 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: „Sappia V. P. che questo mezzo anno mi ha dato maggior croce et afflittione che tutti li annj passatj del mio stare nella Compagnia per la contradictione, detractione et portamenti male religiosi, d' alchunj. ... Jl remedio vero (non aiutando, exhortationi, ne riprehensionj, lequali tutte quasi da coloro si interpretano per ingiurie), saria leuare alchunj capi, li quali forsi in altri Collegij erano li medesimi et sono stati mandatj qua come in vno certo essilio, non potendo restare altroue senza maggior detrimento et fastidio delli Superiori de tali luoghi, Ma saluo megliore giuditio non cè luogho in tutta la Compagnia doue jo sono stato o passato, piu commodo a notrire et partorire anche tentationj diverse che in questo OEnipontano. ... Post varias tempestates speramus serenos dies ac tranquillitatem . quanto alle cose sudette . leuandosi di qua duoi o tre teste (come jo ho scritto al P. Prouinciale) et dandoci alchuni di meglior edificatione“.

In collegio oenipontano — id quod ex proximis epistulis patebit — sodalium turbulentorum fere dux erat Fr. Alexander Saxo; ac male se gerebant FF. Robertus Girulius, Ioannes Vicus, Petrus Aretinus; atque etiam P. Ioannes Merquitius rectori molestias parabat. De Alexandro Saxone *Lanoius* Borgiae Oeniponte 5. Aprilis 1567 *scripsit: „huomo troppo libero nel parlare delli superiorj, delle traditioni et regole della Compagnia et anche in cose di theologia scolastica, come si lui fosse vn delli principali theologi di Sorbona, pure jo credo chè questa troppo liberta sua li venga piu tosto di ligierezza chè di malitia“ (ex autogr.; „G. Ep. VIII“ f. 173[a]).

Canisius Lanoio respondit inter 8. et 10. Aprilis 1567.

1414. WENDELINA VOM TRIEST vidua CANISIO fratri.

Noviomago ineunte fere m. Aprili (?) 1567.

Ex Canisii epistulis Dilinga 29. Aprilis 1567 ad P. Leonardum Kessel collegii coloniensis rectorem et ad ipsam Wendelinam sororem datis intellegitur, ipsam paulo ante ad Petrum fratrem „anxie scripsisse“ de „negotio“ Iacobi filii, quem Augustam mittere cogitabat; affirmabat etiam animum suum variis rationibus affligi et contrahi, et ex fratre quaerebat, num ei probaretur, quod ipsa singulis mensibus non semel tantum, sed compluries sacram eucharistiam sumeret. Plura vide in duabus, quas modo dixi, epistulis, infra n. 1429 1432.

1415. CANISIUS P. HIERONYMO NATALI, visitatori Societatis Iesu.

Herbipoli 2. Aprilis 1567.

Ex Natalis epistulis archetypis, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis et ab ipso Natale subscriptis, quae exstant in Cod. „EN“ n. 180 181 (f. 420[a] 422[a]), et ex imagine photographica, de qua infra ep. n. 1424. Binae illae litterae Natalis primum ex archetypis vulgatae sunt in Epp. *Nadal* III 448—459.

Praepositus generalis collegium herbipolense ea ratione, quam Natalis et Canisius cum episcopo constituerunt, admissurus esse non videtur. Canisius episcopo nihil dixit; nam omnia essent perturbata; nec generalis ipsam iam vidit fundationem. Quid dici debet episcopo? Eum Canisius, cum res plene definita erit, per P. Rabenstein certiorem faciet. Scribat etiam P. Natalis! Herbipolimne mittendus est contionator? Eodemne Socii rhenani venturi sunt?

Natalis Treveris 20. Aprilis 1567 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem Societatis haec rettulit de collegio, quod Herbipoli Fridericus de Wirsberg episcopus Societati certis cum condicionibus condere et dotare volebat (cf. supra p. 365): „Quanto alla fundatione et modo d'obligarsi la Compagnia hò lettere de Maestro Canisio de .2. d'Aprile di Herbipoli, (di doue stauà per partirsene à Dilinga) doue mi dice che la risposta della P. V. sopra quel Collegio è de 15 de Febraro et quella

che mi è scritta à me è delli 26 de Febraro[1]*; et mi dice per le cause che luj hauerà scritto (come credo) alla P. V. che non li è parso dire niente àl Vescouo, il che io li hò approbato per lettere et mi scriue*[a] *che ogni cosa s'hauerebbe à turbare se hauesi dato parte àl Vescouo, oltre che la P. V. non haueua ancora riceuutta la donatione del Vescouo*[2]*, et cosi non hauerebbe total informatione del negocio per determinarsi; et che dipoi d' hauer' risposta della P. V. et mia; mandarà à Herbipoli il Padre Rabasten, per dire la resolutione che si farà àl Vescouo; . . . Mi hà consultato ancora il Padre Canisio se il Padre Pietro Fae*[3]*, qual speramo verrà presto, si come mi scriue Maestro Sunier*[4]*, si debbi mandar' à Herbipoli, et io li hò risposto de si, perche in omnem euentum mi pare à me che non hauemo di mancare di quello che hauemo offerto, puotendolo fare sine detrimento obedientiae, et utcunque res fiat, eodem negocio reuocabitur concionator etc." Eandem Canisii epistulam Natalis significat, cum Treveris 28. Aprilis 1567 de herbipolensi hoc negotio ad Borgiam referens, ita scribit: „Vedendo la difficoltà che sente il Padre Canisio che è grande secondo che mi significa chiaramente" etc. Atque epistulam suam Canisius ipse commemorat, cum de eodem negotio Dilinga 17. Aprilis 1567 Borgiae scribit: „Ad P. Visitatorem scripsi, ut suis me consilijs instruat, quo pacto Reuerendissimo respondendum uideatur, ut minore saltem cum offensione hoc inexspectatum nuncium accipiat. . . . Expediam interim responsum, quod expecto a patre Visitatore, si forte scribat et ipse ad Reuerendissimum ut rogaui. . . . Expecto . . . quid respondeat P. Visitator de mittendis ex Rhenensi Prouincia operarijs, si commode fieri possit, ad Collegium Herbipolense, ut saepe rogaui."*

Natalis Canisio respondit medio fere m. Aprili 1567.

1416. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. (Epistula prior.)

Roma 5. Aprilis 1567.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „Germ. 67" f. 6ª 7ª.

Curatur, ut facultas relapsos absolvendi amplificetur. Borgias episcopum herbipolensem remittit ad Canisium; qui ipsi amanter respondebit, ita tamen ut scriptum iam est; pedetentim est procedendum. Socium, qui Canisio in contionibus herbipolensibus succedat, mitti non est necesse. Canisio ad synodum dilinganam et ad episcopum argentoratensem eundum est; ac fortasse etiam ad cardinalem Altaemps, qui collegium opulentum liberumque Constantiae condere vult. Valetudo P. Theodorici Canisii curetur, adiungendo ei ministrum idoneum, et quacunque alia ratione fieri poterit.

a) *Ita in archet. correctum est ex* lettere . Scriuer.

[1] Litteris 15. Februarii datis Canisio primum significatum est in collegio admittendo difficultatem quandam esse; epistulae autem 22. Februarii datae parte priore plane et copiose edoctus est, collegium ea ratione, de qua ipsi et Natali cum episcopo convenisset, admitti non posse; v. supra p. 391 394. Huius autem partis sive „capituli", quod vocabant, apographum litteris Roma 26. Februarii 1567 ad Natalem datis adiunctum esse videtur; nam in his litteris haec tantum dicuntur: „Sopra il Collegio de Herbipoli si scriue separatamente"; nec tamen eiusmodi „separatae" litterae comparent; nisi eas dixeris significari, quae 22. Martii datae sunt; vide supra p. 404.

[2] Litteras fundationis, quas ille Societati offerebat; v. supra p. 366.

[3] Collegii braunsbergensis contionator; v. supra p. 367 401.

[4] P. Franciscus Sunnerius (Sunyer) Poloniae viceprovincialis.

Pax *etc.* Si son receuute, quelle di V. R. di 10. del passato. La facoltà piú larga per assoluere li relapssi si procura, benche per l'altra mano[a] [?] che la nostra[1].

Circa il Reuerendissimo Vescouo de Herbipoli io li rispondo in breue a sue lettere come V. R. uedera rimettendomi á lei[2]. Conuerrà se li faccia risposta dolce et amoreuole, ma in sostanza conforme à quello che ultimamente fù scritto à V. R.[3] et adesso se li manda la copia et laudiamo il giuditio di V. R. che si uede per l' ultima sua del cominciar poco à poco.

Lasciarli successore nel pergolo della Chiesa cathedrale[4] non pare sarà necessario, poi che non é ancora l' acordo della fundatione fatto, et noi ci trouiamo con la penuria de simili suggetti che V. R. sà. Manco potra[b] fermarsi lei douendo uenir alla synodo Augustana[5], oltra quello che per altra si scriue dell' andar al Vescouo di Argentina, et anco al Cardinal de Altaems Vescouo di Constanza, quando lo ricercará con una sua[c] lettera, per che uuole far lí un Collegio grossamente dotato, et senza metterci obligo alcuno se non quello che nostro instituto da noi ricerca.

Quanto alla poca sanita del Padre Theodorico[6], á tutti ci da sollicitudine. V. R. ueda ad ogni modo di sgrauarlo, non solamente prouedendoli di qualche bon suggetto per Ministro, ma in qualsiuoglia altro modo che parera conueniente, et con tanto ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li 5 di Aprile .1567.

Canisius Borgiae respondit 1. Maii 1567.

1417. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. (Epistula altera.)

Roma 5. Aprilis 1567.

Ex commentario, quod P. Ioannes Polancus Societatis secretarius recognovit et magnam partem ipse scripsit; in margine: „Dilinga Padre Canisio". Cod. „Germ. 67" f. 6a[a]—7[a]. Epistula usus est *Boero,* Can. 311.

Cum Romae audierint episcopum argentoratensem senem et infirmum esse atque timeant, ne eo mortuo homo catholicae religionis parum studiosus a capitulo eligatur, rationem eam censent esse ineundam, quam Canisius ipse, cum episcopos aliquot Germaniae invisisset, commendavit: Curetur, ut episcopus ipse, dum inter vivos agit, coadiutorem et successorem sibi provideat. Quare Canisius episcopum adibit et ea de re monebit; ac quamquam ex urbe romana id propositum esse non prodet, rem

a) *Sic corrigendum esse puto ex* manco, *quod est in apogr.; vide infra adn. 1.* b) potro *ap.*
c) *Sic ex* mia, *quod est in ap., corrigendum esse intellegitur ex litteris proximis; v. infra p. 420.*

[1] Per Ioannem Paulum Castellinium, cardinalis Truchsess procuratorem romanum; vide supra p. 397.

[2] Borgiae litteras 5. Aprilis 1567 ad Fridericum a Wirsberg episcopum herbipolensem datas vide infra mon. herb. (12).

[3] Vide supra p. 404—407.

[4] Cathedralem ecclesiam herbipolensem significat; vide supra 401.

[5] Vide supra p. 401.

[6] P. Theodorici Canisii, rectoris dilingani.

a pontifice concessum iri asseverabit. Ibit autem ad episcopum, antequam Constantiam petat; eo enim, ubi a cardinali Altaemps arcessitus erit, proficiscetur. Cancellarius argentoratensis, vir optimus, Canisium adiuvabit. Nec difficile erit, causam argentoratensem Romae urgere; e cuius praecipuis patronis erit cardinalis Commendonus.

Jhesus[a]. Molto Reuerendo in christo padre.
Pax christi etc.

Quì s' intende che il Vescouo de Argentina[1] si troua uecchio et infermo et si dubita etiam che morendo lui, potrebbe farsi per il Capitolo elettione d' alcuno che non fossi troppo al proposito per conseruare et aiutare quelle reliquie della Religione, et il resto della Chiesa Argentinense[2]. Per il che occorreua sarebbe qualche rimedio quello che V. R. ricordò fra altre cose, quando uisitaua alcuni delli prelati dela Germania, cio è che in tanto che uiuono prelati catholici li fosse concesso hauere coadgiutori, quali anche fossero successori loro, essendo persone degne di quel grado[3]. Però uorrei che ad ogni modo V. R. uisitassi detto Vescouo d' Argentina et li ricordassi questo bene, che potrebbe fare à sua Chiesa, procurando hauer un bon coadgiutore et successore, et quantunque non se li dica niente di quello che si scriue di Roma, potrà V. R. assicurarlo, che è tanto bona la mente di sua Santità et tanto il desiderio di aiutar le Chiese di Germania, che non ha da dubitar se li habbia à concedere cosi giusta petitione, et questa uisita potrebbe fare V. R.[b], come credo, prima di andar in constanza, doue per un altra li ho scritto debbia andare, quando sarà ricercato dal Cardinale Altems[c], quanto[d] presto si[e] [?] sara possibile. et il Canceliero[4] (del quale ho noticia, quanto sia de bone qualita) potra credo[f] aggiutar bene, V. R. in questo pio negocio. d' altre cose si scriue per altra, ci raccomandiamo *etc.* de Roma 5 de aprile 1567.

qua in Roma non mancharanno mezi per promouer' questa cosa, apresso S. Santita et fra li principali sara l' Jllustrissimo cardinale

a) *Hoc v. et 8 sqq. a Polanco ipso scripta sunt.* b) *Duo vv. sqq. a Pol. supra versum scripta sunt, oblitterato v.* ó, *quod librarius scripserat.* c) *Sequuntur vv.* ó uero al tornar di lá, ó come li parera meglio, et si ben questo ordine non si da di parte di sua santità V. R. intenda che di cio sarà seruito. etc., *oblitterata.* d) *Hoc v. et reliqua omnia ab ipso Polanco scripta sunt.* e) *Sic; corrigendumne* li *vel* le? f) *Ita Pol. correxit ex* forse, *quod scripserat.*

---

[1] Erasmus de Limburg (de quo v. *Can.* I 555[1]). Canisius, ab eo rogatus, exeunte a. 1557 et ineunte 1558 fere per mensem cum eo degit Tabernis Alsatiae (Elsass-Zabern), ubi sedem habebat (*Can.* II 188—189).

[2] In cathedrali capitulo argentoratensi (Strassburg) canonici aliqui protestantium partes sequebantur; et periculum erat, ne Erasmo mortuo († 1568) Reichardus Palatinus a Simmern, Palatini electoris frater et homo palam cum protestantibus stans, episcopus eligeretur (*L. G. Glöckler*, Geschichte des Bisthums Straßburg I, Straßburg 1879, 413. *M. Th. de Bussierre*, Histoire du développement du Protestantisme à Strasbourg et en Alsace II, Strasbourg 1859, 117—118).

[3] Vide supra p. 169 174—175.

[4] Christophorus Welsinger (cf. *Can.* I 555[2]); „catholicae relligionis deditissimus, et aequitatis observantissimus": *Franciscus Guillimannus*, De Episcopis Argentinensibus liber commentarius, Friburgi Brisgoiae 1608, 453.

Commendon, che l' intende benissimo, et[a] non dubito hauera quella auctorita apresso il papa che si conuiene al suo santo zelo et esperienza nelle cose de germania[b].

Quo liberius Canisius hac epistula uti posset, hoc „Postscriptum" non in ipsa epistula positum, sed in schedula separata scriptum et epistulae adiunctum est; in Registro enim commentario huius Postscripti manu *Polanci* adnotatum est: „[po]sto [?] in vna inclusa".

Dorigny in a. 1567 de Pio V narrat: „Il fit expédier un Bref en faveur de Canisius, par lequel Sa Sainteté luy ordonnait d'aller incessamment trouver de sa part les Evêques de Wirsbourg, et de Strasbourg" (l. c. 288). At huius „Brevis" nullum exstat vestigium; Canisius autem, id quod ex litteris supra positis patet, cum episcopo argentoratensi agere iussus est non per Breve pontificium, sed per epistulam Borgiae. Nimium quoque (quamquam moderatius) dicit *Séguin:* „Il reçut par une lettre de S. François de Borgia, l'ordre formel du Pape de reprendre le titre et les fonctions de Nonce apostolique pour les diocèses de Wurtzbourg et de Strasbourg" (Can. 197).

Ceterum, quod ad collegium constantiense attinet, *P. Hieronymus Natalis* visitator Treveris 28. Aprilis 1567 Borgiae scripsit: „Mi ricordo che dice la P. V. di fundare collegio in Constanza; intese io in Augusta che quella cità è molto mal sana, et cosi il P. Canisio et io, non haueuamo molto desiderio di quel Collegio, non pensando ancora di Spira ne di Herbipoli, questo era la quadragesima passata" (ex archetypo, ab ipso Natale subscripto, quod in Cod. „EN" n. 181 exstat; etiam Epp. *Nadal* III 457—458). Plura vide infra ep. n. 1435.

Canisius Borgiae respondit 1. Maii 1567.

1418. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis Iesu visitator, CANISIO. Treveris inter 4. et 11. Aprilis 1567.

Ex Natalis ad Borgiam litteris archetypis, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis ab ipsoque Natale subscriptis, quae sunt in Cod. „EN" n. 178 (f. 418[a]), et ex imagine photographica, de qua infra ep. n. 1427. Natalis ad Borgiam litterae integrae ex archetypo primum editae sunt in Epp. *Nadal* III 432—438.

Canisium iubet praeposito generali scribere, quo vestitu Socios in Germania uti debere censeat.

Natalis Treveris 11. Aprilis 1567 Borgiae scripsit: „Del modo de vestire in Spira, et etiam nel resto d'Alamagna li nostri. Jo hò detto al Padre Antonio Vinch et àl P. Hermano scriuano i loro pareri, che sarano con queste, et hò scritto al padre Canisio che scriua il suo; il medesimo diro àl padre Costero." [1] *Ac Canisius ipse Dilinga 24. Aprilis 1567 Romam ad S. Franciscum Borgiam rettulit: „Monet P. Natalis, ut isthuc quoque scribam, quid mihi uideatur de nostris in Germania uestiendis, cum in publicum prodeunt."*

Initio Societatis homines in Germania non germanorum clericorum habitu utebantur, sed externorum, et potissimum, nisi fallor, italorum; habebant enim, ut P. *Hermes Halbpaur* S. J. 10. Octobris 1567 Borgiae *scripsit, „uestes domesticas quas sotanas vocant", easque „quasi talares" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 299) et „longas" (cf. *Can.* II 918), ut *Matthaeus Zerer* S. J. eodem die eidem *scripsit (ex autogr.; l. c. f. 300); accedebant „pallia" eaque longa (Epp. *Nadal* IV 258) et pilei quadrati sive biretta (*Can.* I 670; II 918; IV 459 982; cf. etiam *Can.* I 722; IV 348; Epp. *Nadal* III 355; IV 265 333 531). Qui tamen per Germaniam iter faciebant, breviores „sottanas" cum „mantello" habebant (Epp. *Nadal* IV 332 337). In

a) *Sequuntur vv.* è tanto, *oblitterata.* b) *Vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.*

[1] PP. Antonius Vinck et Franciscus Costerus provinciis Rheni et Germaniae inferioris praepositi erant; P. Hermannus Thyraeus collegii treverensis rector erat.

tota Germania superiore, inquit *Arnoldus Havensius* S. J. Colonia 2. Augusti 1567 Borgiae scribens, „nullus plane clericorum quadratis istis pileis nostris et huiusmodi forma vestis vtitur“ [1] (ex autogr.; „G. Ep. VIII“ f. 280ª). De clericorum illius aetatis pileis v. *Jos. Braun* S. J., Die liturgische Gewandung, Freiburg i. Br. 1907, 512—513.

Natalis ea in re Socios ab honestis Germaniae clericis differre non debere censebat; neque tamen a. 1566—1567, cum Societatis provincias germanicas visitaret, quidquam mutare audebat, antequam S. Franciscum Borgiam praepositum generalem consuluisset (Epp. *Nadal* III 355 433—434). Borgias autem praepositorum provincialium sententias exquiri et ad se referri iussit, „perchè qua non manca qualcuno di quelli che sano anche li humori di Germania, che troua difficultà in questa materia“ (l. c. 400).

Canisius 24. Aprilis 1567 ea de re ad Borgiam rettulit.

1419. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Dilinga inter 8. et 10. Aprilis 1567.

Ex Lanoii autographo. „G. Ep. VIII“ f. 179ª.

Lanoium hortatur, ut de magistris in collegio oenipontano mutandis ad praepositum generalem scribat. Fr. Alexandrum Saxonem Oeniponte Augustam mitti posse sub exitum Aprilis; tunc enim Socios ibi alias aedes habituros esse.

Lanoius S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit Oeniponte 13. Aprilis 1567: „Ben chè la settimana passata Jo habbia scritto alla R. P. V. per Mastro Gerardo Louaniense secondo l'ordinario delle cose di questo Collegio OEnipontano non dimeno replicaro in questa alchune, massine admonendome il P. Prouinciale nostro tornato adesso a Dilinga che Jo scriua alla P. V. de la mutatione che si ha di fare in questo Collegio quanto alli lettorj. . . . Jl P. Natale visitando questo Collegio nel mese d'Ottobre del anno 66. leuo di quá Christophoro monachiense [2] maestro de l'ultima Classe et Valentino [3] Maestro della quarta allo quale sucesse in quel officio Maestro Jacomo Spirense mandato di Roma et a l' altro successe Maestro Alessandro Saxone [4] il quale fu mandato da Dilinga non so per qual caggione, et dicendo lui che non era venuto se non per stare quà insin alla pasca secondo che li haueua detto jl P. Natale, mi ha sforzato anche per li suoi portamenti non molto edificatiuj, di scriuere di questo al P. Prouinciale · significandoli chè saria espediente di leuarlo di questo Collegio. Sopra di questo donque responde che si puo mandare alla volta di Augusta incirca il fine di questo mese, quando li nostri Augustanj haueranno vn' altra casa per stare [5] · non ci scriue pero chi hauera di pigliare quel cargo di insegnare puti nella detta classe in luogo di Mastro Alessandro.“

[1] Vide etiam *Duhr*, Jes. I 564—567. Parisiis quoque a. 1548 Sociorum „vestis superior, praeter morem caeterorum Sacerdotum, defluebat ad talos usque“: *Oliverius Manareus* S. J., De rebus Societatis Iesu Commentarius, Florentiae 1886, 34. Quo vestitu Romae tempore S. Ignatii Socii usi sint, vide in „Dictaminibus S. P. Ignatii a *Patre Lancicio* collectis“ (Monumenta Ignatiana Ser. IV, T. I, Matriti 1904, 489—490).

[2] Rosetus? Rosenberger? Hic exeunte a. 1566 Ingolstadii versabatur (* *Catalogus* ingolstadiensis, exeunte a. 1566 scriptus, „GSC 66“ f. 406ª—408ᵇ).

[3] Valentinus Oth, „francus“, ex dioecesi herbipolensi ortus, Oeniponte m. Maio 1562 in Societatem admissus, 1. Ianuarii 1564 ibidem vota scholasticorum nuncupaverat; exeunte a. 1566 in collegio monacensi versabatur; m. Novembri a. 1567, cum annorum esset „21 plus minus“ et „principia grammatices“ per 2 annos docuisset, Dilingae rhetoricae studebat (* *Catalogi* monacensis a. 1566 et dilinganus a. 1567. „GSC 66“ f. 409ª—412ª 382ᵇ).

[4] De Iacobo Ernfelder et Alexandro Saxone vide supra p. 306⁹ 314³.

[5] De amplioribus hisce aedibus vide supra p. 378.

Canisius d. 2. Aprilis Herbipoli fuit [v. infra mon. herb. (11)]. Quare existimo, eum Dilinga inter 8. et 10. Aprilis Lanoio scripsisse.

Lanoius Oeniponte 18. Maii 1567 Borgiae *scripsit: „Paulo Bononiense si parti per Dilinga insieme con Mastro Alessandro Saxone et Andrea scolare et seruitore di questo Collegio, alli 25 [del passato]" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 181[a]). Paulus Vizanus sive Veggianus bononiensis, Bononiae a. 1561 in Societatem receptus, Dilingam ire iussus erat ad philosophiam tradendam; de quo plura infra. De Andrea Kock sive Scoto v. *Can.* IV 577; de eodem in **Catalogo* oenipontano exeunte a. 1566 scripto refertur: „Andreas Coli Scotus, natus in prouincia Gourij" 27 annorum est; Oeniponte a. 1564 admissus est et a. 1566 vota religiosa nuncupavit; „infirmarius fuit biennio integro, curam pannorum etiam habuit, nunc uero studet Rhetoricae" („GSC 66" f. 413[b]—414[a]).

1420. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 9. (8.?) Aprilis 1567.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Sup. Germania Prouinciale P. Canisio". Cod. „Germ. 67" f. 7[b]—8[a].

In Societatis provinciam rhenanam proficiscuntur Oswaldus Redlingen et Ioachim frater laicus. Cum his in Germaniam superiorem ad Canisium mittuntur Hieronymus Thatius, Ioannes Viennensis, Ioannes Lucius. Thatius multum infirmus erat; porrigine tamen, qua laborabat, liberatus est; idem liberior quidem loquaciorque erat, sed in pietate profecit; qui si denuo porrigine afficietur vel continuo caput valde calvum habebit, ad Societatis institutum ineptus erit; caeterum Canisius, consultoribus auditis, statuet utrum in Societate retinendus sit necne. Ioannes Viennensis, quantum fieri poterat, adiutus est, et in valetudinario bene se gessit; ea tamen est indole iisque moribus, qui cum Societatis instituto haud ita congruant; quare Canisio liberum erit, eum vel retinere vel dimittere. In Ioanne Lucio Socii romani operam perdiderunt; eiusmodi homines in domibus probationis et sibi et aliis nocent; dimissus ille iam est ex Societate, licet factum adhuc ignoret; quaeratur ei patronus catholicus, ne cum parentibus haereticis versetur. Huius generis homines Societatem in Germania nil iuvant; neque Romam mitti debebant. Wolfgangus Bohemus quam primum sacerdotio initiandus et deinde cum Christophoro Saxone Vindobonam versus mittendus est.

pax *etc.* Il Portator di questa sará Osualdo, il qual ua alla prouincia del Rheno, insieme con Joachimo coadgiutore[1], per occasione di questa andata sua, si mandano insieme con esso Marco Hieronymo, Gioanne Viennense, et Gioanne Augustano, Il primo[2] é stato dal principio che uenne imo auanti la uenuta molto infermo, et dopo la curatione longha si è impito de tigna, il qual é mal suo uecchio, tuttauia quà lo ha curato Gioan Paulo sottoministro di questa casa, che ha particular dono in questa parte, al principio dormeua molto poco, al presente dorme qualche cosa più, pur intendiamo non passa 4. hore, lui si persuade che ritornera di nouo la tigna, benche Gioan Paulo spera non li[a] tornera, soleua esser libero et parlar troppo, ma

a) *Hoc v. in ap. supra versum scriptum est.*

---

[1] De Oswaldo Redlingen et Ioachimo Bavaro vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Marcus Hieronymus Thatius, m. Octobri a. 1566 a Canisio Romam, ut ibi in Societatem admitteretur, missus; de quo vide supra p. 339.

de alcuni mesi in quà si è aiutato assai, et ha fatto progresso nela deuotione, sa poche lettere. N. Padre General si rimette à V. R. quanto al ritenerlo nela compagnia ò licentiarlo, se lui non conserua la sanità quanto alla tigna, ò uero li resta molto pellata[a] la testa, non serà al proposito per la Compagnia, cessando questi doi inconuenienti[1], V. R. potra uedere, se li parera ritenerlo ò licentiarlo, trattando la cosa con suoi consultori, et tanto potra fare, quanto li parera meglio.

Il 2º ch' è Gioanne Viennense[2], è assai cognoscuito di là, quà nella probatione et fuori di quella, s' è fatto quel che si è potuto per aiutarlo, et si mandò anche all' hospitale delli incurabili[3], doue nell' esteriore si diportò bene, ma in uero si è trouato per esperientia, che la sua natura lo aiuta poco, et meno il giudicio, et pare assai incapace di spirito, per quel che ricerca la Compagnia nostra, è anche libero et in certe sue furie pericolose et da molto poca edificatione ad altri il suo modo di procedere, si rimanda à V. R. aggiongendo che liberamente dispona de lui, come li parera espediente, ò ritenendolo nela Compagnia ò licentiandolo.

Il 3º è Gioanne[b] Augustano[4], col quale si sono fatte molte proue ma poco hanno giouato, pare li manca il naturale in bona parte, oltra li mali habiti che lui si a aggionti, et questo et simili à lui, nelle case di probatione più presto perdono che guadagnano, et anche fanno alli altri danno, che sono atti ad essere aiutati, nelle case dette[c] di probatione, ua realmente licentiato di Roma, come inetto della Compagnia, ma non parse espediente restassi in Jtalia, per esser giouenetto pericoloso, perciò si manda in Germania[d], accio di là li cerchino qualche patrone catholico, col quale possa stare senza tornare

a) *Sic; scribendum fuerat, nisi fallor:* pelata. b) *In ap. ex* Gioane *correctum est* Gioame. c) *In ap. corr. ex* ditte. d) *Sequuntur vv.* di doue ce lo, *oblitterata.*

---

[1] In *Polanci* *litteris Roma 12. Aprilis 1567 ad P. Theodoricum Canisium datis dicitur: „Se si trouarà con sanità et li capilli li cresceranno sufficientemente nel capo, potra seruire" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 10ᵃ).

[2] Vide supra p. 45 64 396. De hoc 10. Februarii 1566, quo tempore Oeniponte secundam classem regebat, P. *Ioannes Dyrsius* collegii rector S. Francisco Borgiae *scripserat: „Jmportunus frater et qui non facile admittit instructionem, obscure docet ipse indoctus, sibj multum placet atque tribuit, negligens in multis" (ex autogr.; „GSC 66" f. 394—395).

[3] Valetudinarium S. Iacobi significatur; in quo etiam ipse Canisius a. 1547 iussu S. Ignatii aegrotis ministraverat (*Pietro Tacchi Venturi* S. J., Storia della Compagnia di Gesù in Italia I, Roma-Milano 1910, 619—620).

[4] Ioannes Lucius; de quo supra p. 298 363 396. M. Ianuario a. 1567 et hic et Ioannes Viennensis et Hieronymus Thatius cum aliis Romae „in parte domus professae pro Nouitiis separata" habitaverant (* *Catalogus* romanus a. 1567). Die autem 22. Martii 1567 *Borgias* Natali scripsit, in domo probationis ad S. Andreae „in Monte Cavallo" aedificata iam omnes novicios germanos cum suo magistro versari (Epp. *Nadal* III 408—409).

alli suoi parenti heretici[1], gia che non è atto al nostro instituto. Quì non se li è detto niente di questa licentia, acciò faccia questo uiaggio, più uolentieri[a].

Parera forsa à V. R. che questa gente non é troppo atta per aiutar li bisogni nostri in Germania, et altro tanto pare à noi, hauendo spese assai fatiche con loro del settembre in quà . et per euitar li inconuenienti dell' una parte et dell' altra, si è scritto che simili suggetti di tanto poca estimatione et indole, non conuerrebbe mandarli à Roma, doue é maggior il danno che fanno alli altri nouicij col esempio suo, che l'utile che in loro si spera. Li altri doi cioè m . Wolfango Bohemo, et Christoforo Sassone[2], non si hanno a fermare[b] nela Superiore Germania ma più presto passare all' Austria, et quanto al Wolfango Diacono, N. Padre Generale hauera caro[c] si faccia sacerdote alle prime promotioni in Dilinga, ò doue parera à V. R. et dopoi subito si potranno tutti doi mandare per il fiume[3] la uolta di Vienna, se altro ordine non hauessero del Padre Lorenzo Prouinciale. nelle oratione et sacrificij di V. R. N. Padre et tutti molto ci raccomandiamo, et scriuendosi conli corrieri delle altre cose, solamente ha di seruir questa d' informatione. Di Roma li 8[d] [?] di Aprile 1567.

Canisius Oeniponte 15. Maii 1567 Borgiae scribens ita has litteras commemorat: „Accepi .9º Aprilis datas". Lapsus ergo esse videtur, qui iis diem 8. Aprilis in Registro ascripsit.

Hanc epistulam Roma ad Canisium perferre iussus est Oswaldus Redlingen (Redlinger, Redling). „P. Osualdus Redtlingen Treuerensis" m. Decembri a. 1567 in collegio moguntino „minister", Decembri autem a. 1570 Treveris „Prefectus nouitiorum, auditor theologie, lector cathecismi in templo Collegij" erat (* *Catalogi* moguntinus, m. Dec. 1567, et treverensis, m. Dec. 1570 a P. *Antonio Vinck* S. J. scripti, „G. C. 67" f. 31[a] 78[a]). Anno 1571 cum primis Sociis Fuldam missus est ad collegium incohandum, cui etiam primus praefuit cum nomine vicerectoris (*Sacchinus,* Hist. S. J. III l. 7, n. 68 69. *G. I. Komp,* Die zweite Schule Fulda's, Fulda 1877, 9 15). Cum Redlingio ad Canisium venit „Ioachim Bauarus"; is, cum 46 fere annos natus esset, Romae 24. Decembris 1566 in Societatem admissus erat; m. Decembri 1567 in collegio moguntino „agebat cocum cum satisfactione et edificatione"; in quo officio perstitit usque ad mortem, quam 28. Aprilis 1568 admodum pie obiit (* *Catalogi* moguntinus, quem modo dixi, et provinciae rhenanae S. J. m. Septembri 1568 a P. *Ant. Vinck* scriptus. „G. C. 67" f. 32[a] 68[b]).

De Wolfgango et Christophoro, qui Societatis provinciae austriacae destinati, cum Oswaldo, Ioachimo, reliquis Roma profecti sunt, S. *Franciscus Borgias* Roma 8. Aprilis 1567 P. Laurentio Magio praeposito provinciali Austriae *scripsit: „Il Padre Wolfango Bohemo, et nostro fratello christoforo sassone . . . uanno insin' ad Augusta, accio pigli il sacerdotio detto Vuolfango alle prime 4. tempora doppo la

a) *Sequuntur vv.* parera forsa, *oblitt.* b) *Sequitur* in, *quod oblitterandum fuisse ostendunt vv. proxima.* c) *Sequitur* che, *oblitt.* d) *Sic ap.; scribendum fuisse videtur* 9. *Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.*

[1] Canisius 15. Maii 1567 Borgiae respondit, eum ex catholicis parentibus ortum esse.

[2] De his vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[3] Per Danuvium.

Pentecoste . . . Il Padre Vuolfango, é stato in Portugallo alcuni anni, et anche in Jtalia, et ha sentito in Roma il corso, et sua parte di Theologia, . . . et é bona persona, benche di natura alquanto simplice . . . christoforo é un giouene molto uirtuoso, era gentilhomo del Cardinale Varmiense, et prima di quello de Mantoa, et di granvela [1], ha pratica della lingua spagnole, francese, italiana, et todesca, . . . lui é tutto bono, come ho detto, et deuoto. . . . Si è considerato che sarebbe forsa più spediente che Vuolfango et christoforo sopradetti d' Jspruch pigliassero la uia de Vienna, doue potrebbe anche promouersi Volfango Diacono al sacerdotio, et il giudicio di quella strada si è rimesso al Padre Lanoy"; Christophorum sacerdotio et ipsum initiari et Pultoviam (Pułtusk) in collegium Societatis mitti posse (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 8^b 10^b). Ad Canisium hi duo non pervenerunt; nam Lanoius eos Oeniponte Vindobonam misit; vide infra ep. n. 1440.

Canisius Borgiae respondit 15. Maii 1567.

1421. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma circa 9. Aprilis 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra ep. n. 1440.

Iuvenes quosdam ei commendat.

Canisius Oeniponte 15. Maii 1567 Borgiae scribens primum litteras superiores (n. 1420) memorat; „quas", inquit deinde, P. Oswaldus Redlingen „huc misit Augusta. Hunc praeuerterunt literis alijs, sed breuibus, Joannes Viennensis, Joannes Lucius Augustanus et Albertus Saxo".

Hos tres (cf. supra p. 424) Oenipontem in collegium Societatis venisse ibique Canisium vidisse dixeris. P. Redlingen vero, ut videtur, recta se contulit Augustam, ubi Canisium degere putabat.

1422. ANONYMUS aliquis CANISIO.

Roma sub 12. Aprilis 1567.

Ex epistulae Theodorico Canisio inscriptae apographo, eodem tempore scripto. „Germ. 67" f. 10^a.

Polancus Societatis secretarius mandatu Borgiae Roma 12. Aprilis 1567 P. Theodorico Canisio rectori dilingano scripsit: „La settimana passata fù scritto al Padre Prouinciale. Quì ua un' altra lettera per lui, et con occasione di coprirla, ho uoluto salutare V. R. con questa."

Nescio num Borgias vel Polancus Canisio scripserit; nam hae litterae in germanico Borgiae Registro non comparent; neque in Canisii litteris memorantur; saltem non plane significantur. Hoc tantum in Cod. „Def." (Diu. ordini etc.) *notatum invenio: Die 14. Aprilis 1567 in Germaniam superiorem missum esse „l' ordine dato da N. P. sopra l' hauer deletto delli soggetti che si mandano à Roma, et che mandino qualche credito per li uiatici etc." Cf. supra p. 409 426.

1423. P. HIERONYMUS NATALIS, Societatis Iesu visitator, CANISIO.

Treveris medio fere m. Aprili 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra ep. 1427, et ex archetypis Natalis ad Borgiam epistulis, quae exstant in Cod. „EN" n. 180 181 (f. 420^a 422^b). Natalis ad Borgiam epistulae primum ex archetypis vulgatae sunt in Epp. *Nadal* III 448—459.

Quomodo collegium herbipolense fundandum et incohandum esse videatur. De sui „obligandi" ratione. Canisio mandat, ut quam primum episcopum herbipolensem

---

[1] Cubicularius fuerat cardinalium Stanislai Hosii, Herculis Gonzagae, Antonii Perrenot de Granvella.

per litteras moneat, ne mandatum, quo Francos ex omnibus Germaniae universitatibus protestantibus revocare velit, in lucem emittat, antequam novae Sociorum germanorum litterae ipsi traditae sint; eos enim, quid tandem praepositus generalis de fundatione illa fieri vellet, nondum accepisse.

Canisius Dilinga 24. Aprilis 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali S. J. scripsit: „His diebus literas accepi P. D. Natalis, quibus potissimum agit de Collegio Herbipolensi, et aliqua ex parte respondet difficultatibus, quas Paternitas tua Romae consideratas nobis communicauit[1]*. De his ait se Romam quoque scripsisse, et rationem reddidisse pactorum, quae nunc magis ac magis urgentur a Reuerendissimo Herbipolensi. Placet autem patri quoque Natali, ut hoc anno dimidiatum duntaxat Collegium illic inchoetur." Ad eandem Natalis epistulam spectare videntur, quae Natalis litteris 20. Aprilis 1567 datis ad Borgiam rettulit: Canisium Herbipoli 2. Aprilis 1567 sibi scripsisse, episcopum herbipolensem nondum a se certiorem factum esse de epistula, qua Borgias in fundatione collegii herbipolensis ab episcopo proposita aliqua sibi non probari significasset; „il che io li hò approbato per lettere"; atque Canisio, num P. Petrus Fahe Herbipolim ad contiones in ecclesia cathedrali habendas mittendus esset interroganti, responsum a se esse: Hominem esse mittendum; ipsa Natalis verba vide supra p. 419. Iterum, idque copiosius, eadem Natalis epistula commemoratur in litteris Treveris 28. Aprilis 1567 a Natale ad Borgiam datis: Ait se PP. Oliverio Manareo et Antonio Vinck Franciae et Rheni praepositis provincialibus et P. Hermanno Thyraeo collegii treverensis rectori ac P. Didaco Jimenez socio suo hanc proposuisse quaestionem: Num consultius esset novum Borgiae responsum exspectari, antequam Fridericus a Wirsberg episcopus et canonici spirenses de difficultatibus in fundationibus collegiorum illorum ortis certiores fierent? Omnes „magno consensu" respondisse, responsum exspectari debere. „Et cosi hò scritto àl Padre Canisio che aspetti questa risposta, et ch' in tanto se vene il Padre Fae, lo mandi, et che scriua primo quoque tempore a monsignore di Herbipoli aduertendolo che non faci la conuocatione delli Franconi, che vuole fare dalle Vniuersità heretice de tutta Alamagna, auanti che habbi altra lettera nostra, et noi possiamo hauere risolutione dalla P. V. sopra quella fundatione la quale non habbiamo ancora."*

Quid Natalis Canisio scripserit de „difficultatibus" a Borgia in fundatione collegii herbipolensis deprehensis et cum Natale Canisioque communicatis, colligi potest ex binis litteris longissimis, quas *Natalis* Treveris 20. Aprilis 1567 ad Borgiam misit; ibi enim ex verbis Constitutionum S. J., ex earundem historia, ex historia collegiorum ante fundatorum ostendere conatur, Societatem in contionatores et theologiae professores (etiam ubi universitatem non habeat) dandos non ita quidem posse se obstringere, ut fundatoribus ex „mutuo contractu" eos dare debeat, ita tamen, ut collegio libere et sine condicione a fundatore sibi donato, ipsa se contionatoribus theologisque mittendis obliget (Epp. *Nadal* III 439—450; cf. III 353). Et fundationes collegiorum olomutiensis, herbipolensis, spirensis proxime factas commemorans: „Si sono murauegliati", inquit, „questi Trè Prouinciali" — Laurentium Magium, Petrum Canisium, Antonium Vinckium dicit —, „che insin' adesso si sono trouati à queste Tre fundationi, che si sono fatte dopo questa mia vltima venuta, che siano venuti li fundatori, in fare le dotationi simpliciter sine conditione". „Hauerà visto la P. V. con quanto amore et confidanza hanno proceduto il Vescouo de Herbipoli et gli Canonici di Spira nelle loro donationj, et in quanta semplicità et purità, lasciandosi guidar' da noi" (ex archetypis, quae sunt in Cod. „EN" n. 179 180 f. 417ᵃ 420ᵇ; etiam in Epp. *Nadal* III 445 450—451). Borgiam denique *Natalis* sic obtestatur: „La P. V. mi risolua con la gratia del Signore, nel modo che vuole obligar' la Compagnia, et quanto piu presto mandi la minuta auanti d' esser' autenticata, àl Padre Maestro Canisio, et Al Padre Maestro Antonio, et etiam à me, et

[1] Vide supra p. 394—395 404—407.

loro procurarano sapere, se contenta àl Vescouo, et a quelli Signori di Spira." Et de fundatione herbipolensi denuo rogat: „La P. V. per amor' de Dio sia contenta che Maestro Canisio et io ci[a] [?] accordiamo in questo secondo l' ordine che la P. V. darà à tutti doi" (ex iisdem archetypis, f. 417[b] 420[a]; etiam in Epp. *Nadal* III 447—448 449).

1424. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula prior.)

Dilinga 17. Aprilis 1567.

Ex imaginibus photographicis litterarum archetyparum (2°; pp. 6) et „Postscripti" archetypi (1/3 p.), quae exstant in „E. C. II" n. 190 (253 254 255) et n. 195 (315); Canisius sua manu nomen et litteris („Seruus" etc.) et Postscripto („Jdem" etc.) subscripsit. Praesto erat etiam litterarum apographum sub a. 1860 a P. *Ios. Boero* S. J. ex archetypo exscriptum. Epistula usus est *Sacchinus,* Can. 241—242, et Hist. S. J. III l. 3, n. 139.

Res herbipolenses: Canisii contiones; exspectatur, qui in eius locum succedat; cleri populique animi corrupti; Iudaea baptizata; consilia episcopo subministrata; Canisii infirmitas; animi Societati conciliati. De fundatione collegii herbipolensis: Ut pacta serventur, exigere videntur promissa, pecuniae in aedificationem collatae, exspectatio communis, auctoritas collegii, necessitas religionis. Neque tamen Canisius discedit a sententia Borgiae Societatis libertatem et leges tuentis; accedit penuria magistrorum. Quid, si Borgias episcopo scribat, se primo anno aliquos tantum mittere, condonando interim episcopo, quae is promisit? Optime egit episcopus, quod administrationem monasterii in se suscepit. Consensus capituli neque impetrari potest, neque necessarius est. Convictorum „superintendentiam" tantum habebit Societas. Difficultas oritur etiam ex salario contionatoris, quod a capitulo acceptum episcopus collegio assignare vult, et ex aedificatione, quae hoc anno non absolvetur. Canisius antequam et Borgiae et Natalis responsa acceperit, cum episcopo non aget. Num contionator et theologus „sine obligatione" mittendi? Unde Socii in collegium herbipolense mittentur? Quos valde bonos esse oportet. Germania superior compluribus magistris orbatur. Augustae scholae incohari debent. Missio Patris Rabenstein. Medicus oenipontanus et Margarita archiducissa vita cesserunt. Ferdinandus II. archidux in sororum gratiam Halae „collegiolum" parat, quod a Societate admissum iri sperat. Quaestiones de collegiis.

Jhesus. Pax Christi admodum Reuerende in Christo Pater etc.

Herbipoli accepi litteras Paternitatis Tuae, quas 15, 22, 26 Februarij ad me dedit. Cum uero Dilingam redissem[1] allatae sunt postremae 22. Martij scriptae et ueluti responsoriae ad[b] scriptum et instrumentum Reuerendissimi Domini Herbipolensis.

Ego Herbipoli hac sum Quadragesima per Dei gratiam concionatus, et fauentes habui auditores tum in Clero, tum in populo[2]. Cum me diutius, ut optabant, retinere non possent, Reuerendissimus[3] et Canonici simul maioris Ecclesiae maiorem in modum orarunt, ut quamprimum in eadem Cathedra substituerem e nostris Concionatorem. Dixi, ex Polonia unum uocatum esse[4] hoc nomine, quem illi uehe-

a) *Vel* si; *alterum ex altero correctum est.* b) *Hoc v. in archet. supra versum scriptum est.*

[1] Dilingam venisse videtur inter 7. et 9. Aprilis; cf. supra p. 424.

[2] Vide supra p. 401. [3] Fridericus a Wirsberg episcopus et princeps.

[4] Vocatus erat P. Petrus Fahe, contionator collegii braunsbergensis; vide supra p. 367 396.

menter expectant. Satis enim intelligunt, multo plus a nostris, quam ab externis et consuetis istis Concionatoribus, posse praestari, nec meliores optant Medicos ad sanandas populi corruptissimi mentes, quae multum impietatis imbiberunt, et a Clero sic satis alienae sunt ob nota et publica scandala Ecclesiasticorum. Baptizaui Judaeam Virginem annorum .18.[1], aliquos haereticos Ecclesiae reconciliaui, et Reuerendissimo author fui, ut de sua diocesi rectius constituenda, uocatis in hoc uiris doctis et sapientibus, serio coeperit deliberare[2]. Herbipoli ad Paternitatem tuam non scripsi[3] partim ob aduersam ualetudinem, quae me rursus Dilingae corripere coepit, partim ob graues Concionum occupationes, quae me satis in uasto illo templo[4] et debili corpore exercuerunt. Debeo Christo gratias, qui tam beneuolos mihi auditores effecit, quique praeterea tum Laycos, tum Ecclesiasticos nobis utcunque conciliauit[a] [?], ut maior de Collegio instituendo concepta expectatio uideatur. Dominus in suam gloriam omnia[5].

Vt ueniam ad literas de hoc Collegio ad me scriptas, prim[um][b] difficultates nonnullas, quae in hoc toto negotio mihi si offerunt exponendas puto . Vna est, quoniam Reuerendus P. Visitator[6] tam multa largitus est atque promisit Reuerendissimo modo Jnstrumentum illud it[a] sicut confectum est, isthuc mitteretur, uix ab inconstantiae nota liberabimur apud huiusmodi[c] Germanos Principes, qui promissorum et conuentorum fidem integram exigunt. Accedit, quod intra menses non ita multos aliquot florenorum millia in Collegij structuram et in nouem classes parandas contulerit Reuerendissimus nihil minus quam de futura repulsa uel mutatione pactorum suspicans. Et iam passim increb[uit] hic rumor, bonisque persuasum est, cito nostros Collegium integrum auspicaturos, in quo praecipui quidam Theologi, Philosophi et bonu[s] Concionator desiderantur. Ad haec aliquot iam annis docetur illic publice Theologia, et audire coguntur multi Ecclesiastici homines, ut minus ualiturum apud Reuerendissimum hoc uideatur, si unius[d] Theologi nostri lectiones tam copioso[e] Clero negare uelimus. Praeterea parum authoritatis Professores reliqui obtinebunt, si absque Theologo, philosopho et Concionatore, hoc est, corpus sine membris principalibus constituatur. Vult Reuerendissimus quemadmodum ingens necessitas postula[t] nostrorum consilijs et opera uti in rebus sacris

a) *Primum, ut videtur, scriptum erat* reconciliauit; *nescio vero, utrum casu an data opera* re *oblitteratum sit.* b) *Quae hic et infra uncis quadratis inclusa cernuntur, suppleta sunt ex apographo Boerii; quae, quia in extremis archetypi versibus posita sunt, photographice exprimi non poterant.* c) *Ita in arch. correctum est ex* liberabimus huiusmodi. d) *Hoc v. supra versum scriptum est.* e) cupioso *arch.*

---

[1] Die 29. Martii, puto; nam verisimile est, Canisium veterem ecclesiae consuetudinem servasse, qua eiusmodi adulti Sabbato sancto baptizabantur.

[2] Vide supra p. 410—417. [3] Scripsit tamen 10. Martii; v. supra p. 400.

[4] Cathedrali; vide supra p. 401 et infra mon. herb. (8) (10).

[5] Vide, quae notavi supra p. 18[3]. [6] Natalis.

et grauioribus, ut et suae conscientiae, et Ecclesiae rite consulat in hac summa Franco[niae] perturbatione, quod ad negotium Religionis attinet. Haec aliaque plura considerauit, ut arbitror, P. Visitator, cum sibi, nobis et Reuerendissi[mo] polliceretur, Jnstrumenti ab eo praescripti pacta isthic satis fore ad Collegium hoc impetrandum. Eadem ratione, ni fallo[r,] promptior fuit in amplectendo Spirae Collegio, ut hac salte[m] ratione consuleret Germanicae necessitati et Principum horum captui.

Verum his omnibus non ita moueor, ut mihi discedendum putem a sententia tuae Paternitatis ut quae potest et debet ea, quae a filijs committuntur improuide, pro authoritate sua corrigere atque supplere. Vindicanda est instituti huius libertas, inhaerendum praescriptis legibus, praeuertenda pericula et incommoda, quae pacta illa secum adferre uidentur, si simpliciter admittantur atque confirmentur. Tum postremo scripsi, quam sit nobis futurum difficile, si tam multos professores hoc anno mittamus, et integrum Collegium, quod promissum fuit, ordiri uelimus. Jgitur ad P. Visitatorem scripsi, ut suis me consilijs instruat, quo pacto Reuerendissimo respondendum uideatur, ut minore saltem cum offensione hoc inexpectatum nuncium accipiat, quod fortasse illius animum a nobis et a toto Collegij instituto potest alienare, et nouas contra Societatem querelas multorum passim excitare . Cogitabam aliquando non abs re fore, si Paternitas Tua hoc saltem responso Episcopum dignata fuisset, se propter causas graues hoc anno missuram tantum aliquos Professores, qui primo anno experirentur capacitatem auditorum et quibus opus esset sumptibus[a] eo in loco ad nostros alendos. Remitteret interim Reuerendissimo illa, quae promisit et obtulit, et se uicissim liberum esse uelle diceret ab omni obligatione. Tale quiddam aliquando fecit sanctae[b] memoriae P. Jgnatius[1]. Verum scio constitutionem nouam obstare[2], et hoc esse officij mei proprium fateor[c], ut quae statuunt et mandant mei superiores, exequar. Alioqui sic nosse uideor ingenium Reuerendissimi, ut parum apud illum lucri facere possimus, si ualde nunc urgeamus ut maiores prouentus applicet Collegio. Neque consultum uisum est Patri Natali, ut bona Monasterij nobis aut Procuratori nostro his primis annis penderentur. Reuerendissimus magnam nobis gratiam fecit hoc onus in se transferendo, ut mille florenos pro bonis ijsdem exoluat Collegio. Alioquin haereticos et improbos rusticos quotidie nobis aduersantes haberemus; in colendas uineas, quarum incertus prouentus est, multum pecuniae toto fere anno absumeremus, et cum feroci gente lites fere perpetuas ad colligendos prouentus Monasterij

a) *Tria vv. sqq. supra versum scripta sunt.* b) santae *arch.* c) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] S. Ignatius cum Alberto V. Bavariae duce ita egit anno 1556, cum de collegio Ingolstadii instituendo tractaretur; v. *Can.* I 600—602 et *Duhr*, Jes. I 55—56.

[2] Vide supra p. 365[4].

gereremus[1]. Jta nunc impetrari quoque non potest, ut Canonicorum consensus accedat in Collegij instituto confirmando. Primum enim inter Reuerendissimum et Canonicos male conuenit, ut rogati illi augere potius odia quam Reuerendissimo suffragari in hac parte uellent[2]. Deinde rogat ipse, ne rem per se non necessariam, sibi uero periculosam, nobis parum utilem urgeamus, quod ex ueteri more facultatem hanc habeat Reuerendissimus de uacuis huiusmodi Monasterijs libere disponendi, praesertim cum Pontifex Max. consenserit.

Quod ad aedes Conuictorum attinet[a], si pacta obseruentur, toto anno illis praeerit alius externus[3] et deinde penes nostros manebit tantum, quam uocant, superintendentia, in literis et moribus, ut nullam oeconomiae aut temporalium rerum curam sustineamus. Verum haec satis in utramque[b] partem a me scripta uidentur. Expediam interim responsum, quod expecto a patre Visitatore, si forte scribat et ipse ad Reuerendissimum ut rogaui, et nihil discedam a praescripto sanctae obedientiae. Misere[t] me interim Germanicae messis, in qua uideo magnam fore difficultatem collegia instituendi, et societatis nostrae rationes alijs[c] comprobandi cum de illius libertate loquemur, et pro nobis tam multa postulabimus, sicut dictum memini in patrum ultima Congregatione. Potens est interim Deus facere supra[d] quam credimus et intelligimus[4], praesertim sacrificijs et precibus multorum intercedentibus.

Hic iam addam aliam et non leuem, ut mihi uidetur difficultatem in hoc negotio. Reuerendissimus quingentos[e] e 1500 a Canonicis accipere cogitat pro salario Concionatoris, et hos Collegio applicare uult. Jd quod sane ferendum non est[5]. Deinde si idem ipse in uita sua dotationem non auxerit, ut promissum est, aegre autem quingentos illos de suo adijciet, nescio quo iure successor illius ad auctionem illam praestandam astringatur, praesertim non intercedente prius

a) *Tria vv. sqq. supra versum scripta sunt.* b) utranque *arch.* c) *Hoc v. supra vers. scriptum est.* d) *Ita in arch. correctum est ex* ultra. e) *Verbum sequens et numerus supra versum sunt.*

[1] Monasterium S. Agnetis saeculis XIII. et XIV. plurimos agros, vineas, villas dono acceperat et coëmerat; quorum indiculum posuit *Ign. Denzinger,* Geschichte des Clarissenklosters zu St. Agnes in Würzburg (Archiv des historischen Vereines von Unterfranken und Aschaffenburg XIII, Würzburg 1855, I 20—48). Quae bona ineunte et medio saeculo XVI. male erant administrata (l. c. 51—53). In **Relatione* quadam a Sociis herbipolensibus anno, ut videtur, 1574 Romam ad summos Societatis moderatores missa affirmatur: „Reditus Collegij sunt maiori ex parte frumentarij, pauci pecuniarij census partim redimibiles, partim irredimibiles, Soluuntur a rusticis, partim nobilibus et alijs Dominis, partim Societati immediate subiectis. Bona immobilia, quae non sint data in emphiteosim, nulla habet praeter duo prata, et exiguam syluam“ (ex archetypo. „Rhen. Sup. Fund. Coll. A—W“ f. 230).

[2] Capitulum suam habebat scholam; de qua v. *Braun,* Heranbildung I 113—117.

[3] Doctor Sebastianus; vide supra p. 366. [4] Cf. Eph 3, 20.

[5] Per Societatis constitutiones interdictum erat, ne Socii pro contionibus stipendia acciperent; vide supra p. 194[2].

pleno consensu Capituli eiusdem Ecclesiae Cathedralis, et nec illum quidem consensum nunc, ut ante dixi, consequi possumus. Praeterea uix hoc anno absoluetur fabrica Collegij, quam ego tamen absolutam uellem ante nostrorum aduentum, quos non suaderem alibi, quam in Collegio uiuere, etiamsi solus primum accederet Concionator, quem Reuerendissimus in Aula sua cuperet alioquin ad tempus demorari.

Quae omnia mihi negotium hoc magis perplexum reddunt, ut consultius fore putem, non modo P. Visitatoris, uerum etiam Paternitatis tuae responsum a me expectari, priusquam certi aliquid ad Reuerendissimum aut scribatur, aut aliquis e nostris ad eundem in hoc proprie destinetur. Nam et illud eget deliberatione, an Concionatorem summis iam uotis exoptatum, si huc e Polonia ueniet breui, ut speramus, Herbipolim mittere debeamus, etiamsi Reuerendissimus illum citra ullam obligationem ad Cathedram a nobis mitti intelligeret atque consentiret. Jtem[a] dubitamus, an placeat Paternitati tuae Theologum e nostris dari, si et ille sine obligatione mitteretur. Vt enim Collegium omni Theologo careat tali in loco, et ubi non desunt alij Theologi, non parum[b] [?] incommodum[c] [?] nostris et alijs allaturum uideretur[d], et praecipui Collegij et scholae authoritatem obscuraret. Postremo indicet nobis quaeso Paternitas tua, quales et quot operarios autumno futuro possit ex Vrbe ad hoc Collegium destinare. Si nullos, frustra sperabimus ex Prouincia nostra uel paucas classes professoribus instruere, cum P. Arboreus Jngolstadij et M. Simon Dilingae nos omnino destituere uideantur, ut nec in locum quidem illorum, quem substituamus inuenire possimus[1]. Jgitur iudicet Paternitas tua de nostris philosophis. Quod ad Professores inferiorum Classium attinet, M. Rubertus[2] Oeniponti Rhetoricae professor consilio P. Natalis in autumno discedet in Rhenensem Prouinciam, sicut idem maxime postulat. M. Reinerus[3] Leodiensis Monachij Rhetor in Vrbem mittendus est, ut P. Visitator decreuit. Monachij quoque[e] desperatum est de uita fratris Christophori[4] Oenipontani, qui Classem tenebat Grammatices. Augustae nostri mutabunt[f] Domicilium, et sicut constituit P. Natalis, in nouis aedibus scholam auspicabuntu[r] paulatim sicut etiam plaerique Ciues exoptant. Huc opus erit nouos praece[p]tores mittere, undecunque illos colligamus. Expecto igitur quid respondeat P. Visitator de mittendis ex Rhenensi Prouincia operarijs, si commode fieri possit, ad Collegium Herbipolense, ut saepe rogaui. Nam qui primi eo mittentur, non solum in uocatione constantes, sed etiam doctrina nonnihil excultos, patientes et exquisitos

a) *Sequitur* iudicet, *oblitteratum.* b) c) *Sic; sed Canisium scribere voluisse puto aut* paruum incommodum *aut* parum incommodi. d) *Ita in arch. correctum est ex* alaturum uidetur. e) *Hoc v. supra vers. scriptum est.* f) *In arch. correctum (ut videtur) ex* mutant.

[1] De P. Henrico Arboreo et de Fr. Simone Damerio vide supra p. 363.
[2] Fr. Robertus Girulius leodiensis. [3] Fabricius (*Can.* IV 727 805).
[4] Neyner (*Can.* IV 410[3]; Epp. *Nadal* III 331); v. infra, ep. n. 1429.

esse oportebit. Dominus pro sua immensa bonitate hoc medium nobis largiatu[r,] ut neque omnino desimus Reuerendissimo et illius Ecclesiae necessitati, neque plu[s] oneris in humeros sustollamus quam nostra ferre imbecillitas possi[t.] Hoc negari non potest, si 12 aut 15 eo mitterentur, satis illis hospitij et habitationis commodae futurum esse. Jgitur accepto Paternitatis tuae responso mittam eo fortasse P. Raibenstein[1], ut qui gra[tus] est Reuerendissimo, ut rem omnem ex praescripto transigat, ne omnino suspensos bonorum apud Francones animos teneamus.

Orent quaeso Patres et Fratres pro defuncto bono amico nostrae Societatis Oeniponti, quem P. Polancus probe nouit, nimirum D. Petro Merenda Reginarum et Collegij nostri Medico, qui Reginam sanctae memoriae Margaretam, pro cuius anima iam nostros isthic orasse putamus, breui est insecutus[2]. Requiescant in sancta pace.

Commendamus nos plurimum sacrificijs et precibus Paternitatis tuae ac totius Societatis in Christo JESV Domino nostro. Haec dictaui sub manibus Medicorum curans ualetudinem. Dilingae 17 Aprilis 1567.

Seruus et filius

P. Canisius subscripsit.

Rector Oenipontanus iam ante scripsit de noua structura, quam Archidux Ferdinandus suis parat sororibus[3], et in earum gratiam uicinum parat Collegiolum, ubi aliquot[a] Societatis personae commode sustententur[b] uno ab oenepontanis miliari Germanico[4]. Ego dixi, hic opus esse consensu Paternitatis tuae. Archidux respondet, societatem nostram id officij nomine et amore domus Austriacae nequaquam denegaturam. Jn specie nihil adhuc actum et transactum est aliud. Proxime respondebitur ad quaestiones quinque propositas de

a) aliqut *archet.* b) *Quinque vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

---

[1] P. Ioannem Rabenstein, ex Franconiae nobilitate ortum.

[2] Oeniponte 12. Martii 1567 P. *Nicolaus Lanoius* collegii rector Borgiae *scripsit: „La Regina Margareta è passata di questa vita in Halla in presentia delle sue sorelle, et delli nostri Dyrsio et Paolo. Jddio li faccia misericordia come lei è stato sempre molto misericordiosa et pietosa alli poueri, jn humilta et diuotione et puritá eccellentissima. Jn questa quaresima lei há dato a questo Collegio .200. libre de carpioni apportati de la Sueuia“ (ex autogr.; „G. Ep. VIII“ f. 172b). Mortem obiit ipso illo die 12. Martii 1567 (*Hirn* l. c. II 462); sepulta est Oeniponte in ecclesia Franciscanorum. *Lanoius* Borgiae Oeniponte 5. Aprilis 1567 *scripsit, P. Ioannem Merquitium S. J. ibi 17. Martii in eius exsequiis „una predica todesca funebre“ habuisse et in „die trigesimo“ iterum dicturum esse (ex autogr.; l. c. f. 173b). De Margaritae virtutibus v. *Altheer* l. c. [cf. supra p. 261[1]] 106—114 et *Ludw. Rapp*, Königin Magdalena von Oesterreich[2], Brixen 1899, 53—55.

[3] Magdalena et Helena archiducissae multos annos Oeniponte in arce sive domo caesarea habitaverant; sed cum Ferdinandus II., Tirolis et Austriae anticae princeps, a. 1567 cum familia Praga Oenipontem transmigrasset, archiducissis ea habitatio minus erat commoda, praesertim cum religiosum quoddam vitae genus instituere vellent. [4] Halae; de qua re multa infra dicentur.

statu et sumptibus singulorum Collegiorum, quoniam singulorum Rectorum expectabo[a] responsum.

Jdem P. Canisius subscripsit.

In Codice „E. C. II“ hoc „Postscriptum“ appositum est litteris Monachio 21. Maii 1567 a Canisio ad Borgiam datis; at perperam id quidem factum est; nam in „Postscripto“ Canisius „de statu et sumptibus singulorum Collegiorum“ proxime responsum iri affirmat; Borgias autem se responsum illud vidisse Canisio significavit 20. (19.?) Maii 1567 (vide infra ep. n. 1441); qua epistula potissimum ad eiusdem epistulas 17. et 24. Aprilis datas rescripsit. Cum igitur Canisius se idem responsum mittere Borgiae 24. Aprilis scripserit (vide infra ep. n. 1427), „Postscriptum“ 17. Aprilis datum esse censeo. Cui tempore hoc quoque congruit, quod „Postscriptum“ ab eodem scriptore scriptum est, cuius opera Canisius Dilingae ad epistulas dd. 17. et 24. Aprilis scribendas usus est. In postrema huius epistulae parte Canisius collegii oenipontani mentionem fecit; et nomini, quod epistulae subscripsit, idem signum (= subscripsit) adiunxit, atque in subscriptione „Postscripti“; quo signo in proxima epistula subscribenda non est usus; ideo Postscriptum non ad proximam epistulam adiunxi, sed ad eam, quam modo posui. Ceterum cum utraque eodem die data sit (altera per alteram viam fortasse missa), fere nihil refert scire, utri sit coniunctum.

1425. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula altera.)

Dilinga 17. Aprilis 1567.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 3 pp.; in p. 4 inscr. et pars sig.), quae exstant in „E. C. II“ n. 189 (256 257). Canisius sua manu nomen („Seruus“ etc.) subscripsit.

Facultas absolvendi homines in haeresim relapsos. Collegium bellimariense. Pecunia contribuetur ad procuratorem generalem et advocatum Romae alendos. Difficile est a Sociis procul agentibus pecunias repetere. Providebitur, qui Romae viatica solvat; viatica praegrandia; debita. Elisaeo Haivodo vires deficiunt; num eiusmodi homines ad vota admittendi sunt? Confessionum sacrarum frequentia in collegiis; conversiones protestantium. Canisius, cum convaluerit, collegia inviset. Synodus dilingana. Rector dilinganus. Monachii consiliariis ducis displicuit, quod Socii convictorum rem familiarem curare noluerunt. Num aliqui Socii Dilingae et Monachii diutius ferri possunt? Stevordianus. P. Natalis. Litterae fundationis dilinganae cardinali redditae sunt. Herlen.

Jhesus.

Pax Christi Admodum Reuerende Pater.

Quanto alla dispensa necessaria delli relapsi, experti sunt nostri hoc sacro tempore difficultatem. Vnde rogamus iterum ut hac in parte cum Germanis mitius agere possimus quam decreuit Pont. Max., utque facultas absoluendi uni et alteri Sacerdoti in quolibet Collegio tribuatur[1].

De Collegio Hispanico in Bellimar idem mihi uidetur quod Paternitati tuae et patribus Assistentibus, nimirum, ut cum bona aedificatione huic Collegio renunciemus, nisi Fundator inuectas obligationes tollat, et domum illam pro membro Collegij Burgensis sinat haberi[2].

a) *Ita in arch. correctum est ex* expecto.

[1] Vide supra p. 400. [2] De hoc negotio vide supra p. 409.

Curabitur, ut in fine annj, uel quando ita uisum erit Paternitati tuae, Prouincia nostra Romae dependat quatuor Coronatos, ò in oro, ò in moneta[1], sicut nobis fuerit constitutum[2], nimirum ad sustentationem Procuratoris Generalis[3] et socij illius[4], simulque aduocati[5]. Jam isthuc misimus per P. Gerardum[6] 80[a] ducatorum mutuo acceptam pecuniam. Et quoniam iubemur ab alijs, qui sunt procul, patribus[7] pecuniam repetere, faciemus id patienter, ut possumus, iam satis experti, quae inde sequantur incommoda, propter quae uisum fuerat P. Visitatori[8] consultius, ut illi Romam potius haec debita mitterent, et credo[b] aliquando scriptum esse, quod partem debitorum Romam miserint Parisienses. Vtinam sola Prouincia nostra plus etiam sustinere oneris et aeris alieni posset, Domino adiuuante.

Obseruabimus et illud nouum decretum[9] Paternitatis tuae, ut cum intelligemus aliquos ex Vrbe nobis esse mittendos, ad manum sit isthic Creditor, qui nostro nomine soluat uenturis uiaticum. Solum hoc quibusdam graue uisum fuit, ut anno superiore pro singulis 13 ducati et amplius, ut arbitror, postularentur. Tanti enim sumptus antea non impendebantur: Nec putamus opus esse rationibus alijs[c], praeteritorum Viaticorum[d], quam quas misit ad nos P. Franciscus Petrarca, qui iam, credo, fatebitur post acceptos 80 ducatos nihil a nobis nostraque Prouincia deberi amplius. Nisi forte noua sunt iam contracta debita propter P. Osswaldum[10], quem quotidie uenturum expectamus.

Juuamus Elizeum[11] ut possumus, in Nouitiatu[12]. Dolemus imbecillitatem corporis illius maiorem esse, quam ut communia etiam onera Societatis ferre posse uideatur. Dubito, an expediat eius generis homines ad uotorum nuncupationem admitti, qui uires corporis iam fractas, utcunque adferunt, et multa sibi concedi postulant in uictu, somno et alibi peculiaria, et mentis applicationem orationis tempore, praestare non possunt sine ualetudinis offensione. Experiemur hunc Elizeum diutius ac studiosius: conueniam illum et ego breui, uti

a) *In archet. sequitur v. vel numerus prorsus oblitteratus.* b) *In arch. sequuntur vv.* ab illis, *oblitt.* c) *Sequuntur vv.* quod ad sumptus, *oblitt.* d) *Sequitur* attinet, *oblitt.*

---

[1] Nummos, nisi fallor, significat minores; ut argenteos.

[2] De hac constitutione vide supra p. 397. [3] P. Ferdinandi Solier.

[4] P. Francisci Petrarchae?

[5] Die 15. Maii 1567, ut videtur, a *Borgia* pro Horatio Mandosio (cf. supra p. 121[5]) „Quintilianus Mandosius Rom." constitutus est advocatus Societatis, assignatis pro annuo eius „honorario siue salario" 50 „scutis" („ad iulios decem pro scuto") (ex *diplomatis commentario, a Polanco composito. „Decr. et Instr. 1540 ad 1573" f. 265[b]).

[6] Pastelium; v. supra p. 391.

[7] Ex horum numero erant Socii provinciae Franciae et nominatim parisienses; vide infra ep. n. 1444.

[8] Natali. [9] Hoc vide supra p. 409. [10] Redlingen; vide supra p. 424.

[11] Haivodum: de quo vide supra p. 381 385. [12] Monachii.

spero, de cuius testamento iam ante scripsit Rector Dilingensis, aut P. Gasparus[1].

Quadragesimae tempore in Collegijs nostris maior quam antea, numeru[s] poenitentium fuit, praesertim Monachij, Oeniponti et Augustae. Jta pa[u]latim spiritualis fructus fit apud nos uberior, Domino cooperante[2], per doctrinae suae ministros[3] et huius desertae messis operarios[4]. Jn annalibus plura scribentur de multorum et praesertim haereticorum conuersione. Sit Christus in omnibus benedictus.

Versor adhuc sub manibus Medicorum, qui quotidiana febri me liberare coeperunt. Restitutus per Dei gratiam, uicina inuisam Collegia. Nam Synodus, quae Dilingae celebranda fuit, in duos menses prorogatur, sed ad quam opus erit me mature huc accedere, ut quae huc pertinent rite constituantur. Qua in re statuit Reuerendissimus mea praecipue opera uti quod mihi sane pergraue est, nec tamen possum recusare laborem. Juuabit ex parte Rector[5] etiam, ut spero, et D. Pisa, qui nunc Dilingae profitetur, sicut D. Torres Jngolstadij, ut constituit P. Visit[ator].

Rector mutandi aeris causa missus est Augustam, ubi rectius ualere coepit, quam Dilingae ualebat, corpore quidem satis debili et languenti, ut Ethicam[a] in illo uereremur. Sed miserebitur nostri dominus[6], uti spero.

Monachij moleste tulerunt Domini[7], ut audio, quod responderent nostri non uisum esse superioribus, ut Conuictorum noua domus aedificaretur, in q[ua] nostri nullam Oeconomiae curam sustinerent, sed pueros tantum in moribus et literis gubernarent. Jgitur ab aedificando animos prorsus reuocarunt[8].

Scribet P. Georgius[9] Collegij huius Minister de fratre uno et altero[b], qui sintne[c] diutius tollerandi, iudicet quaeso Paternitas tua, ne propter unum multi periclitentur[10]. Scribet de alio etiam Rector

a) *Sic archet.; scribendum fuit:* Hecticam. b) *Primum scriptum esse videtur* de fratre quodam *vel* de fratre aliquo *vel similiter.* c) sitne *archet.*

---

[1] De his PP. Theodorici Canisii et Gaspari Haivodi epistulis vide supra p. 381 395 397. [2] Mc 16, 20. [3] Cf. Lc 1, 2; Eph 3, 7; Col 1, 23 etc.

[4] Mt 9, 37 38. Lc 10, 2. [5] P. Theodoricus Canisius.

[6] 1 Mach 4, 10. Cf. Ps 66, 2; 122, 2 3; Mich 7, 19 etc.

[7] Consiliarii Alberti V. Bavariae ducis.

[8] P. *Ioannes de Polanco* mandatu S. Francisci Borgiae P. Dominico Mengino rectori collegii monacensis *scripserat 25. Februarii 1567: „Jntorno al nouo edificio del quale si tratta di darlo à figlioli de nobili conuittori, V. R. tratti col Prouinciale, ma auerta, che se non hanno pigliato fin à mo l'assunto de conuittori, non lo piglino senza noua commissione di N. Padre Generale; quando gia l'hauessino (dil che non ci ricordamo) non parerebbe ancora conueniente perder la liberta ch' hanno, nela sua casa et giardino" (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65" f. 228[b]).

[9] Bader.

[10] Horum unum fuisse Fr. Simonem Damerium colligitur ex litteris 19. Maii 1567 datis, per quas Borgias Canisio ad hanc epistulam respondit; alter fortasse erat P. Thomas Gallus; de quo plura infra.

Monachiensis, illoque iam satis noto[a], in quo tam multa saepe frustra sumus experti nec uideo, qui scandalum euidens deuitare possimus eundem ita ferendo, qui toties relabitur[1]. Quare uideat quaeso Paternitas tua, an illum Principi donare possimus, sicut P. Visitator putauit, sed uotis illi prius relaxatis, de qu[o] statuet Paternitas tua.

Commendamus nos et Prouinciam hanc totam diuinae bonitati per sacrificia et preces Paternitatis tuae ac totius Societatis, quibus ualde nos egere uideo tum propter uarios aegrotos Collegiorum, tum propter tentationes, quibus domi et foris exercemur. Vincat autem Christus in nobis et regnet, quo uocationi nostrae et superiorum uoluntati perfecte satisfaciamus. Dilingae 17. Aprilis 1567.

P. Visitator post festum Paschatis Colonia Treueros est profectus. Jgitur difficile nobis erit ad illum litteras dare[2].

Seruus et filius indignus

P. Canisius.

Reuerendissimus his diebus accepit ex Vrbe formam instrumenti a P. Tua approbati[3], et in eo relegendo delectatur. Totus est in absoluenda nobis fabrica, et in synodo instituenda, seque nobis per quam humanum exhibet. Protonotarius M. Cornelius[4] Gymnasij huius Gubernator non sine graui uitae periculo decumbit. Sanet eum Dominus[5].

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia, Societa[tis JESV] Praeposito Generali Romae.

Borgias Canisio respondit 19. Maii 1567.

1426. P. DOMINICUS MENGINUS S. J., rector collegii monacensis, mandatu CANISII **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vind. 17. Aprilis 1567.

Ex autographo (2°; 1 p.; in p. 2 inscr. et pars sig.) „G. Ep. VIII“ f. 238[a] ad 239[b].

Monachii P. Stevordianus in peccata recidit. P. Vischerius vestitu militari Monachium venit, munus parochiale ambiens. Plurimi ex haeresi sunt reducti. Numerus confessionum. Contionum et catechesium frequentia. Aedificia. Consiliariorum favor. Comoedia coram duce etc. acta. Innovatio studiorum. Infirmi.

a) *Sequitur* de, *oblitt.*

---

[1] Ex Borgiae litteris, quas modo dixi, intellegitur, P. Martinum Stevordianum contionatorem significari. Mengini rectoris litteras vide infra ep. n. 1426.

[2] Natalis 2. Aprilis Colonia discessit; Treveris autem in Belgium erat profecturus (Epp. *Nadal* III 422 438). Tabellarii sive cursores publici Treveros haud ita saepe venisse videntur; *Natalis* enim Borgiae scripsit Treveris 20. Aprilis 1567: „Facio diligenza in mandar' queste lettere alla posta, che sta alchune leghe lontano di qua.“ Et 8. Maii 1567: „Hieri scrisi alla P. V. et mandai le lettere quatro leghe di qua alla posta“ (l. c. III 448 467).

[3] Litteras dicit fundationis collegii Dilingae a cardinali Truchsess instituti; vide supra p. 389.

[4] Herlen. [5] 4 Rg 20, 8. Ps 6, 3. Act 9, 34 etc.

Jhesus.

Pax Christi admodum Reuerende in Christo pater.

Hesterno die Dilinga a Reuerendo P. Prouincialj uocatus Augustam uenj, quj noluit ut de rebus nostris ad tuam R. P. scriberem, praecipue tamen explicarem[a] [?] difficulter sustinendas esse cruces et dolores, quibus molestamur a Patre M.[1] concionatore, quj etsi nonnunquam polliceatur emendationem, tamen subinde ad ingenium redire solet, utj diebus hisce bis terue factum est, non sine aliqualj infamia, et dolore meo, quj nunquam fere hac in parte securus sum. Adfuit etiam Monachij ex patria sua P. Joannes Wischerius[2] in vestitu militarj, ut sibj de aliqua parochia apud Dominos prouideret[3], quem discedere hinc coëgi[b], ne in plures turbas incideremus. Jnuidet nobis Sathan, propter singularem fructum spiritualem quem quotidie colligimus. Siquidem hac quadragesima permulti vtriusque sexus homines, et quidem nobiliores ex profunda et inueterata haeresi ad ecclesiae gremium redierunt, et a nostris catechizati sunt . atque adeo confessi. Per idem quadragesimae tempus poenitentes habuimus 2323, sed multo plures[c] si plures fuissent operarij sacerdotes. Conciones in maiori sunt flore quam antea vnquam, vt pene omnes affirmant[4]: Sed et in catechismo non parum auctus est numerus auditorum[5]. Eodem tempore duo Fratres diuersis in pagis sunt concionatj, ob penuriam sacerdotum in tam ampla messe. Alij in Xenodochijs et apud infirmos uarijs in locis, vnde non parum creuit hic diuinus cultus. Sit Deo laus.

Elapsis diebus tandem conclusere Domini, de non constituendis nouis scholis propter Patrum difficultates, quas frequenter intellexerunt[6]: Promiserunt tamen Domunculam Collegio separatam pro infirmis fratribus nostris: item plenum horti vsum, et fontem in medio horti nostri. Hi sane magnam ergo nos declarant humanitatem et charitatem. Feliciter acta est nostra Comoedia apud Jllustrissimum Princ: 2⁰ in senatu ciuico, et 3⁰ coram populo: omnibus optime satisfactum

a) *Obscurius scriptum.* b) *A Meng. correctum ex* collegi. c) *Supplendum esse dixeris:* habuissemus.

[1] Martino Stevordiano; qui liberius vivebat, potando etc.; v. supra p. 158 324.

[2] Vischerius (Piscator) ex Wurttemberga ortus erat (*Can.* III 267[6]. Epp. *Nadal* II 566). De eo v. *Can.* IV 735 741.

[3] Consiliarios Alberti V. significat. Bavariae ducibus amplum quoddam ius erat homines ad beneficia ecclesiastica praesentandi; cf. *Can.* III 380.

[4] Fratres ordinis Eremitarum S. Augustini unum templi sui altare Sociis ad sacrum faciendum et sacram eucharistiam ministrandam concesserant; in eodem templo Socii diebus sacris contionabantur et confessiones excipiebant (*Can.* II 876). Eam contionem P. Paulus Hoffaeus habebat (vide supra p. 325). De P. Stevordiano *Menginus* Monachio 26. Februarii 1567 Borgiae *scripserat: „P. Martinus ad 8000, (ut uiri sapientes aiunt) auditores habet in diuae Virginis, et quidem huius ciuitatis praecipuos ciues ac nobiles“ (ex autogr.; „G. Ep. VIII.“ f. 223[b]).

[5] Catechismum Socii diebus sacris in sacello S. Nicolai explicabant (*Can.* II 876).

[6] Contubernium adulescentium nobilium aedificare voluerant; v. supra p. 437.

est[1]. His absolutis habita est postea aliqualis studiorum innouatio, praemisso examine, orationibus et carminibus recitatis, hinc fit ut non parum scholae nostrae augeantur.

Multa dici possunt particularia de fructu spirituali collecto, vtilia et iucunda, in quibus singularem ergo nos Dej bonitatem perspicimus. Superioribus diebus grauj infirmitate laborauit P. Theobaldus[2], sed utcumque restituto, pene in extremis reliquj Chrystophorum[3] OEnipontanum vocatus Dilingam ad P. Prouincialem ibj infirmum. Ante tres dies accepi literas de morte parentum, et quibusdam alijs calamitatibus, fiat in omnibus Dej uoluntas[4]. Superest ut me et omnes meos sanctis precibus P. Vestrae commendem. Cras ad collegium Monachiense redeo. Augustae 17 aprilis .67.

V. R. P.

seruus in Christo

Dominicus Menginus.

† Admodum Reuerendo jn Christo Patri D. Francisco de Borgia generali societatis Jesu. Romae.

De „comoedia", quae in his litteris commemoratur, *Menginus* Monachio 26. Februarii 1567 S. Francisco Borgiae * scripserat: „Petiit Jllustrissimus P. ut in festis paschalibus agatur comoedia Ester, quae nunc a nostris fere tota composita et a Patre Prouinc. approbata, paulatim exercetur a discipulis". Cf. etiam *Duhr*, Jes. I 342.

1427. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 24. Aprilis 1567.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 2 pp.; in p. 4 inscr. et particulae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 191 (258). Canisius sua manu nomen („Seruus" etc.) subscripsit et „Postscriptum" addidit. Praesto erat etiam litterarum apographum sub a. 1860 a P. *Ios. Boero* S. J. ex archetypo exscriptum. Duo litterarum capita ex archetypo transcripta sunt in Epp. *Nadal* III 791. Particulam germanice versam posuit *Duhr*, Jes. I 565.

Cum P. Natale sentit, Societatem, cum contionatori et theologiae professoribus Herbipolim mittendis se obliget, constitutiones suas non violare. Si quid autem in litteris fundationis illius mutandum sit, moneri cupit. Episcopatus herbipolensis pessime habet. Licetne archiducissis atque ducissis collegia Societatis intrare? Catalogus. Optandum est, ut Societatis homines honestorum sacerdotum germanorum usui in vestitu se accommodent.

Jhesus

Pax Christi admodum Reuerende Pater noster[a] [?]

His diebus literas accepi P. D. Natalis, quibus potissimum agit de Collegio Herbipolensi *etc.* [*ut supra p. 428*]. Ego minus periculi et incommodi in pactis illis esse putarem, si haec ferant, quae ad obligationes factas pertinent, nostrae constitutiones, sicut P. Natalis

a) *Hoc v. obscurius scriptum est. Legendumne* etc.?

---

[1] De hac comoedia vide, quae sub ipsam hanc epistulam dicuntur.
[2] Stotz. [3] Neyner. [4] Act 21, 14. Mt 6, 10 etc.

ex ijsdem probare uidetur[1]. Nec fortasse rationes desunt, quibus ostendi possit utilitas inde proueniens, cum nostra Collegia honestas sustinent obligationes, in alendis praesertim Theologis et Concionatore, sicut hactenus in multis Collegijs factum uidemus. Verum si aliter uisum erit Paternitati tuae, praescribat quaeso certam fundationis et dotationis formulam, quae bono Episcopo[2] commonstari commode possit, uel breuiter ostendat, quae aut mutata aut expuncta uelit in priore, quod misit Episcopus, Jnstrumento. Jgitur, ut ante[a] dies octo scripsi, totum hoc negotium interquiescet, donec nobis respondeat Paternitas tua, suamque mentem Reuerendissimo explicandam perscribat. De alijs huc pertinentibus nimis multa scripsi proxime, quae repetere modo non attinet. Certe si nostri non succurrent[b] Ecclesiae Herbipolensi, non poterit cum illa non agi pessime, cum et Clerus et Populus in fide et moribus illic misere deprauatus, et omni fere humana ope destitutus iaceat.

Solent Reginae[3] Oeniponti, et Ducissae Bauaricae[4] Monac[hij][c] aliquando nostra ingredi Collegia, idque fieri posse putant no[n]nulli absque periculo excommunicationis nuper ad nos missae, et ab hoc Pontifice Maximo editae[5]. Satis erit nobis R. tuam habere iudicem, eiusque arbitrio stabimus perlibenter.

Mitto responsum ad quaestiones de personis et sumptibus Collegiorum huius Prouinciae, sicut iussi sumus annotare[6].

Monet P. Natalis, ut isthuc quoque scribam, quid mihi uideatur de nostris in Germania uestiendis, cum in publicum prodeunt. Placet mihi sententia bullae Julij Pontificis, quae in 6. parte Constitutionum confirmatur, ut uestitus noster ad usum loci, in quo uiuimus, id est, communi et approb[ato] mori honestorum hic sacerdotum, sit accommodatus[7]. Nam et Hispani et Portugallenses Patres in uestitu habent

a) *In arch. correctum ex* antes. b) *Ita in arch. correctum est ex* succurrant. c) *Quae hic et infra uncis quadratis inclusa cernuntur, suppleta sunt ex apographo Boerii; quae, quia in archetypi versibus extremis posita sunt, photographice exprimi haud ita facile poterant.*

[1] Vide supra p. 428. [2] Friderico a Wirsberg.

[3] Magdalena et Helena archiducissae.

[4] Iacoba Badensis Alberti V. mater et Anna Austriaca eiusdem uxor potissimum significari videntur; fortasse Anna etiam secum adducebat filias Mariam Maximilianam et Mariam, quae paucis annis post Carolo archiduci nuptura erat.

[5] Breve significat, quo Pius V. mulieribus proposita excommunicationis poena interdicebat, ne in virorum religiosorum domus ingrederentur; vide supra p. 356.

[6] Vide supra p. 409.

[7] *Iulius III.* in litteris apostolicis Roma 21. Iulii 1550 datis, quibus Societatis institutum confirmabat: Socii, inquit, „omnes, cum Presbyteri esse debeant, . . . in iis, quae ad victum et vestitum et caetera exteriora pertinent, honestorum Sacerdotum communem et approbatum usum sequantur, ut quod inde, pro cuiusque necessitate vel spiritualis profectus desiderio, subtractum fuerit, ex devotione et non ex obligatione, rationabile obsequium corporis Deo prout expediet offeratur." Et *S. Ignatius* in Constitutionibus Societatis, P. 6, c. 2, n. 15 et L: „In vestitus . . . ratione tria observentur: primum, ut honestus ille sit; alterum, ut ad usum loci, in quo vivitur,

aliqu[id,][a] quo[b] se alijs sacerdotibus illius nationis conformare dicuntu[r]. Nec dubito, quin hac in parte inuidiam effugere, maiorem[que] bonorum gratiam nobis conciliare possemus[1]. Quae tamen sic intelligo, ut nostri cum in alijs, tum in uestitu omnem luxuriam uitent, et promissae paupertatis recordentur.

Commendamus nos plurimum sacrificijs P[aternitatis] Tuae Patrum Assistentium ac totius Societatis in Christo JESv Domino nostro. Dilingae 24 Aprilis 1567.

Seruus in Christo P. Canisius.

Quas misi proxime Germanicas literas ad M. Praxilum[2] scriptas, is uersatur in monte Regali[3] Sabaudiae, et refert literas ad illum perferri.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco Borgia Praeposito [Gener]ali Societatis JESV. Romae.

Borgias Canisio respondet 20. (19.?) Maii 1567.

1428. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI**, visitatori Societatis Iesu. Dilinga 25. Aprilis 1567.

Ex Natalis litteris archetypis, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis et ab ipso Natale subscriptis, quae exstant in Cod. „EN" n. 185 (f. 434[a]), et ex Vinckii epistula autographa, quae est in „G. Ep. VIII" f. 265[a]. Natalis litterae primum ex archetypo editae sunt in Epp. *Nadal* III 467—473.

Natalem rogat, ne aegre ferat, quod Fr. Simonem Damerium ad ipsum mittat. Provinciam Germaniae superioris, inprimis collegium dilinganum, multis calamitatibus affligi, maxime quod attineat ad scholarum magistros.

Natalis Treveris 8. Maii 1567 de Simone Damerio (v. supra p. 260 363), quem Canisius ex collegio dilingano ad ipsum miserat, haec ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem rettulit: „Scriuendosi questa lettera è venuto da Dilinga Maestro Simone Leodiense mandato dal Padre Maestro Canisio secondo che lui mi dice per certe inobedientie di non vuoler' fare certa penitentia[c] che li dauano: Maestro Canisio per lettere de 25 d' Aprile non mi dice altro che questo . cioe.

Speramus R. T. boni consulturam quod uel inuiti mittamus charissimum fratrem magistrum Simonem, causam huius missionis ipse fortasse reddet, et nos alijs[4] poterimus explicare, maluit ipse ad R. T. quam ad R. P. Nostrum Generalem proficisci *etc.*

. . . Con Simone ho riceuutte lettere del Padre Canisio et hauutta compassione delli trauagli, che quella pouera Prouincia sempre patisce,

a) aliquod *Epp. Nad.* b) *In arch. correctum ex* quod. c) *Ita (ab ipso Natale, ut videtur) correctum est ex* certe penitentie.

accommodatus; tertium, ut professioni paupertatis non repugnet (vel saltem quod omnino non recedat)" (*Institutum* Societatis Iesu I 26; II 96 98).

[1] Vide, quae de hoc vestitu notata sunt supra p. 422—423.

[2] Georgium Peraxylum (v. supra p. 326)? [3] Mondovi.

[4] I. e. aliis litteris, quae alia via mittentur; v. infra ep. n. 1438.

specialmente il Collegio de Dilinga, et per consideratione di questo et poca speranza che quella Prouincia possi prouedere àl[a] *Collegio d' Herbipoli son venuto à determinarmi, da mia parte, che quel collegio sia di questa Prouincia del Rheno."*

Eandem Canisii epistulam significare videtur P. Antonius Vinck, provinciae rhenanae Societatis praepositus, cum Treveris 10. Maii 1567 Borgiae scribit: „Adesso torno a scriuere per occasione che alli 7 di questo, di dilinga mandato et[b] *[?] arriuato qui a treuere il fratello .M. Symone Leodiense, com lettere del R. P. Canisio, nelle quale scriue le trauaglie di quella sua Prouintia et massimamente quelle che tocano alli Magistri, per qual causa et per altre (come penso) il Reuerendo P. Nadal ha fatto determinatione che il collegio di herbipoli sia di questa prouincia del Rheno*[c]*, si piacera alla P. V. accettarlo."*

Vinck haec *addit: „Non dubitamo che V. P. non mancará di mandar vno theologo et phylosopho di Roma o d'altroue[d] per herbipolj et dalla Prouintia del Reuerendo P. Canisio vno Rettore et Rhetorico et qualche altra persona di qualita come mi ha detto il R. P. nadal et credo scriue alla P. V., spero, che il R. P. canisio lo fara molto allegramente, potendosi scaricare di tal collegio, dandosi due o tre persone."

Haec quoque ex epistula Natalis, quam dixi, intelleguntur: Natalis animus multum quidem inclinabat ad Damerium statim ex Societate expellendum; attamen, quia omnis eius emendandi spes nondum evanuerat, Parisios eum misit, P. Oliverio Manareo Franciae provinciali permittens, ut eum vel secum retineret, vel peregrinatum mitteret, vel ex Societate dimitteret. Damerius Compostellam peregrinari atque etiam Dilingam redire ibique paenitentiam agere paratus erat (l. c. f. 434[a]. Epp. *Nadal* III 472).

Ex Vinckii litteris aliqua ratione efficitur verisimile, Canisium eodem tempore atque iisdem fere de rebus etiam ad Vinckium scripsisse.

1429. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Dilinga 29. Aprilis 1567.

Ex archetypo, Canisii ipsius manu subscripto (2°; 1½ pp.; in p. 4 inscr. et pars sig.). Cod. colon. „Epp. ad Kess. I" f. 190. Aliquot epistulae particulas ex archetypo posuit *Hansen* l. c. 552[4].

Belgium. Colonia. Collegium coloniense a P. Natale visitatum. Orandum est pro Socio mortuo et pro P. Theodorico Canisio languente. Commendatur Canisii nepos Parisios iturus et negotium P. Haivodi. Fr. Matthias Kessel. Gotha capta, rebelles puniti sunt. Philippus II. Pius V. Acta conciliorum in usum P. Surii Romae transcripta.

Ihesus.

Pax Christi Reuerende Pater.

Gratias agimus Deo, qui tranquillat graues motus in Belgico et hactenus potenter defendit et custodit Remp. Coloniensem. Speramus etiam uestrum Collegium habere melius post multas graues exhortationes et spirituales consolationes, quas P. N. Visitatoris[1] aduentus uobis attulit.

a) *Ita in archet. correctum est ex* all. b) *Sic; ò?* c) *Sex vv. sqq. in margine addita sunt.* d) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] Hieronymi Natalis; cf. *Hansen* l. c. 545, et Epp. *Nadal* III 405—406; 427—431.

Herbipoli *etc.* [*ut supra p. 404*]. Orate Dominum quaeso pro fratris nostri Christophori Oenipontani hoc mense sancte defuncta[a] [?] anima[1] et pro D. Canisio fratre[2], qui longo iam tempore suo languore impeditus non conualescit, et Augustae valetudinem curat quoad eius fieri potest.

Rem gratam sorori meae[3] et utilem filio Jacobo faceretis, si per Maternum[4] uel alium amicum efficere possitis, ut ille Lutetiam commode tutoque proficiscatur. Lutetiae commendatus est praeceptori quorundam patritiorum Augustanorum[5], sicut ex rectore Collegij nostri Parisiensis[6] facile intelliget, et ab eodem praeceptore poterit in offitio contineri. Qua in re si quid consilij habetis primum ad sororem Wendelinam, deinde ad Rectorem ipsum Lutetiam scribendum quaeso curetis pro uestra in me et sororem charitate, quam uos spero libenter exhibituros. De hoc negotio anxie ad me scribit soror, ego rectius illi consulere non possum.

Scribam ipse ad Jacobum quoque nepotem, quem uobis commendatum esse uelim, audio illum studijs parum esse deditum. Commendo me et Prouinciam meam omnem sacrificijs et precibus R. T. ac totius Collegij. De causa Patris Gasparri scripsit uobis P. Natalis et optat negotium a uobis isthic cum illius patre expediri[b], ut necessum non sit illum ad uos mittere[7].

De Matthia Coloniensi cupimus audire[8].

Apud Saxones dedidit sese Gotta, et saeuere puniti sunt qui rebelles erant Imperio[9]. Dominus in suam gloriam prosperet aduentum Regis Philippi[10] sanctosque conatus pij quinti Pont. Max.

Non mitto reliquam partem scriptorum in Vrbe, nam tomos Conciliorum editos uidi[11]. Sed hoc scire cupio, an quae missa sunt isthic

a) *An legendum vel corrigendum est:* defuncti? b) expedire *archet.*

[1] Christophorum Neyner (v. supra p. 433 440) 22. Aprilis 1567 Monachii mortuum esse affirmatur in *Catalogo collegii monacensis ibidem m. Octobri 1567 a P. *Dominico Mengino* rectore conscripto („GSC 66" f. 385).

[2] P. Theodorico Canisio.

[3] Wendelinae, viduae Godefridi vom Triest consulis noviomagi et matri Iacobi, de quo supra p. 326 et infra p. 447.

[4] Cholinum typographum et bibliopolam coloniensem; cf. *Can.* IV 11 337 etc.

[5] Ilsungorum; v. infra p. 445 447.

[6] P. Edmundo Haio; de quo *Can.* III 525[1].

[7] De Ioanne Haivodo, P. Gaspari Haivodi patre Coloniae degente, v. supra p. 349[1] 381.

[8] Vide, quae de hoc sub ipsas has litteras dicentur.

[9] Gotha (vide supra p. 383) 13. Aprilis 1567 ab Augusto Saxoniae principe electore occupata est; atque Ioannes Fridericus Saxoniae dux vinculis constrictus, Guilielmus a Grumbach aliique 18. Aprilis crudeliter occisi sunt.

[10] Sperabant Philippum II. Hispaniae regem in Belgium motuum sedandorum gratia venturum esse.

[11] Cf. supra p. 217. „Concilia omnia, tum generalia, tum provincialia atque particularia" a. 1567 Coloniae ex officina quenteliana, quam Gervinus Calenius habebat et regebat, opera P. Laurentii Surii Cartusiani in lucem prodierunt. Quam

diligenter asseruentur, ut fortasse aliquando suo tempore in alia editione seruire possint. Sciat hoc P. Surius, cui me cupio commendatum esse in Christo. Dilingae 29 Aprilis 1567.

Seruus in Christo P. Canisius.

Reuerendo in Christo Patri Leonardo Kessel Theologo et Collegij Societatis Rectori. Coloniam.

Inscriptioni litterarum manu eiusdem temporis ascriptum est: „Hae litterae remittantur Coloniam.“ Videntur igitur a Kesselio in collegia moguntinum et treverense vel saltem in unum eorum missae esse, ut Socii illi precationes, quas Canisius petebat, facerent etc.

Canisius his litteris ex Kesselio quaerit, quid „Matthias Coloniensis“ agat. De hoc *Borgias* Roma 30. Augusti 1566 Natali scripsit, Bononia in Germaniam superiorem profecturum esse Magistrum Matthiam Coloniensem, „il quale è un suggetto molto buono et uirtuoso, ma non si troua sano in Italia“ (Epp. *Nadal* III 224). In **Catalogo* autem domus augustanae exeunte a. 1566 scripto refertur, „Matthiam Kessel Coloniensem“ 24 annos natum esse; in Societatem admissus erat Romae 23. Iunii 1565; „occupatus fere semper Romae et Perusij in Sacristia et rebus domesticis. Agit modo Janitorem. . . . Jnfirma valetudine“ („GSC 66“ f. 398[b]). Matthias (id quod ex *Natalis* litteris Colonia 1. Aprilis 1567 ad Borgiam datis intellegitur) patre mortuo Coloniam exeunte m. Martio advenerat, ut cum noverca de patrimonio constitueret; atque ipse hereditatem, quae 400 fere talerorum erat, praepositi generalis arbitrio permittebat; quam ut ille collegio coloniensi inopia laboranti assignaret, Socii colonienses instabant (l. c. III 430).

1430. CANISIUS **IACOBO VOM TRIEST** nepoti, litterarum studioso. Dilinga 29. circiter Aprilis 1567.

Ex autographo, de quo infra n. 1432.

Eum monet, ut pietatem colat et in omnibus rebus bene se gerat.

Canisius Dilinga 29. Aprilis 1567 Wendelinae sorori, Godefridi vom Triest consulis noviomagi viduae, ita scripsit de Iacobo eius filio, qui brevi Colonia Parisios studiorum causa profecturus erat (v. supra p. 444): „So hab ich dem Jakob geschrieben, er wille from seyn, vnd sich allenth[albe]n recht halten.“

Si Canisii ad Wendelinam litteras cum eiusdem epistula eodem die ad Kesselium data contuleris (supra p. 443—445), Canisium eodem illo d. 29. Aprilis Iacobo quoque scripsisse dixeris.

1431. CANISIUS **PRAECEPTORI ILSUNGORUM** patriciorum augustanorum Parisiis litteris studentium. Dilinga sub 29. Aprilis 1567.

Ex autographo, de quo infra n. 1432.

Commendat ei nepotem.

Canisius Dilinga 29. Aprilis 1567 Wendelinae vom Triest sorori de Iacobo eius filio Parisios studiorum causa profecturo (vide supra p. 444) haec, praeter alia, rettulit: Iacobus Parisiis inveniet filios domini Ilsungi augustani cum eorum praeceptore, viro prudenti et ad consilia auxiliaque ipsi praebenda idoneo; „d[er w]irdt jm gern zum guten weysen, wie ich dan zu [jm] hab geschrieben.“

Ilsungi e patriciorum augustanorum numero erant. Parisiis autem tunc fortasse morabantur Fridericus et Maximilianus, Georgii Ilsung a Tratzberg, caesarei per Suebiam praefecti, filii: de quibus v. supra p. 285.

---

editionem (et Nicolini Bollanique editionem venetam a. 1585 factam) Coloniae secuta est illa, quam Severinus Binius, metropolitanae ecclesiae canonicus et universitatis professor, a. 1606 primum in lucem emisit (*Hefele*, Conciliengeschichte I[2] 75).

1432. CANISIUS **WENDELINAE VOM TRIEST** sorori, viduae Godefridi vom Triest, consulis noviomagi. Dilinga 29. Aprilis 1567.

Ex autographo (2°; 2 pp.: in p. 4 inscr. et particulae sigilli); quod multis rationibus laesum est.

Sororis moestae animum erigit. Levibus huius vitae calamitatibus caelestium gaudiorum porta aperitur. Deus suis adest, eos vero corpore et sanguine suo corroborat et per Spiritum Sanctum consolatur, eorum precationes admittit. Cavendum autem est a nimia tristitia; Deus constanter est orandus; mala patienter ferri debent; in omnibus rebus Dei voluntati inserviendum est. Soror bene agit, quod singulis mensibus non semel tantum, sed compluries sacram eucharistiam sumit; atque optandum est, ut eam singulis diebus dominicis sumat; neque enim melior exstat animorum medicina certiorve consolatio. Iacobus sororis filius neque Noviomagi versari, neque Augustam (unde Canisius saepe abest) venire, sed Colonia Parisios mitti debet. Pecunia Iacobo necessaria (ne in eius manus veniat) Canisio mitti eiusque cura per Augustanos Parisiis solvi poterit; simile officium per Colonienses praestari poterit. Canisius Cholinum bibliopolam coloniensem ea de re interrogandum curavit et Iacobo quoque scripsit. Hic Parisiis per Ilsungorum praeceptorem iuvari poterit; 40—50 coronae ei sustentando satis erunt; qui nummi Parisios mittendi sunt ad probum aliquem virum, per quem Iacobo, si quibus indigebit, tradantur. Rector quoque collegii parisiensis ei operam praestabit. Optimum erit, si civis aliquis noviomagus vel coloniensis Parisios cum eo proficiscetur et pii alicuius patrisfamilias hospitium ei providebit. P. Theodoricus Canisius aegrotat.

†

Des herren gnad trost vnd hulff sey mit vns liebste schwester allzeit zuuor.

Jch hab kain zweifel daran, ir versuchet itzunder allerley anfechtung, trubsal, trawrigkait vnd klainmutigkait wie jr dan mir schriebet, Gott sey lob, der vns mit dem creutz haimsuchet, vnd die zaichen seiner ewigen liebe vns antzeiget vnd beweiset. Aber dis leiden in disem leben ist kurtz vnd gerin[g, vnd] es ist ain beraitung vnd zuganck zu dem ewigen hym[mel]ischen vnd volkommen freuden[1], Derhalben stercket ewch selbs in dem creutz vnd leiden Christi, folget dem herren na[ch], mit eweren kleinen kreutzlen[2], vnd habt feste vertra[wen,] der getrewe heer[3] verlaßt seine freundte nit, son[der] erhelt sie auff dem weg des creutzs, stercket sie auch [mit] seinem waren leib vnd blut, [tr]ostet sie mit seynem heiligen geist[4], vnd erhöret sie letzlich [in] allen jren anliggen vnd gebett. Wir müssen allein vns nit lassen uberwinden von der onordenlichen trawrigkait, sonder in der gedult müß man die seel bewaren[5], in dem gebett mit andagt wachen, vnd altzeit bereit sein dem lieben willen Gottes so folgen im leben vnd sterbben, in der gesontheit vnd kranckait, in thun vnd lassen. So vil die heilige communion belanget, lob ich billich, das jr alle monat mehr dan einmal zu dem tisch des herren trettet. Ja ich wolte, jr kondte alle sonntag dar zu ewch bereite. kain besserer artzeney, kain sicherer trost, kain gewisser sterckung

---

[1] Cf. 2 Cor 4, 17. [2] Cf. Mt 10, 38; 16, 24; Mc 8, 34 etc.
[3] Ps 144, 13. Cf. Is 49, 7; 1 Cor 1, 9; 10, 13; 2 Cor 1, 18 etc.
[4] Cf. Act 9, 31; 13, 52. [5] Lc 21, 19.

findet man [in de]r gantzen welt, Christum ladet vnd entpfahet offt zu ainem liebl[ichen] gast vnd haußvatter, der ist allein der getrewester freundt und tröster.

Jakob[1] meines erachtens sol nit zu Nimmegen wonen, sonder man mag jn schikken von Collen gen Pariß, so bald er gute geschelsschafft findet, So radte ich nit, das er auff Auspurg komme d[we]il es weit ist au[ß dem] weg, vnd ich vil zu reis[en h]ab, das er mich sel[ten] wurde zu Außpurg f[inde]n, So vil das Gelt b[elan]gt, kunt jr das gen Außpurg schicken zu mir, so kan ich das selbig durch die Auspurchische kauffleut vnd freundt altzeit gewisch z[u e]inem freundt gen Pariß uberschickken vnd bezalen lassen, das es jm nit zu handen kommen soll. So ist noch ain ander weg vorhanden, vnd ich lass mir denselben auch wolgefallen, zu Collen findt man ettliche, die im Frankreich vil zu handlen haben, vnd kunnen alletzeit das gelt auch hinein schickken gen Pariß. vnd in sonderheit hab ich geschrieben dem herren Lenart[2], er wille von der sachen sich erkundigen beij dem buchfurer Materno Cholino zu Collen, der sunst alle gelegenhait kan anzeigen, So hab ich dem Jakob geschrieben, er wille from seyn, vnd sich allenth[albe]n recht halten.

Wan er zu Pa[riß] sein sol, so findt er des Herren Jlsungen von Auspurg kinder[3], vnd jren verstendigen preceptor, bey dem selbigen kan er radt vnd hulff haben, d[er w]irdt jm gern zum guten weysen, wie ich dan zu [jm] hab geschrieben. Jch radte aber nit, das jr Jakob allein lasset in Franckreich reisen, vnd mit 40 oder 50 Cronen hat er genoich zum zergelt, allein müss man von Collen oder Außpurg das gelt gewiß schickken, das er in die kost verzeren wirt, vnd dasselbig kundt man ainem guten weisen vnd getrewen freundt zustellen vnd befelhen, das er sulchs dem Jacob auß der handt nach der not raiche und gebe. So haben wir auch do selbst ain Collegium, des welchen Rector[4] auch wirt gern das best thun, dem Jacob zu nutz [zu s]ein. Wolt [ich] gern sehen liebe schwester, jr sollet [ewch] in dem fall nit so fast bekommeren, sonder das [be]st were, wie mich bedunckt, ainen guten frommen vnd verstendigen burger zu Nymmegen oder zu Collen auff zubrenchen, das derselbig were mit Jacob strachs auff Pariß gezogen, vnd het jn doselbst mit guter freundt radt vnd hulff vnder bracht, vnd ei[nen g]uten anfang gemacht, das Jacob bey ainem [Chri]stlichen hauß uatter wonete. Das sag ich, w[ere] schir das beste vnd gewisseste, Got g[ebe unß v]erstandt vnd weisshait zu allem gutem[5]. Doctor Derrich vnser broder[6] ist zijmlich sch[wa]ch und kranch ettliche monate,

[1] Iacobus, Wendelinae filius; vide supra p. 326 334 444.
[2] P. Leonardo Kessel collegii coloniensis rectori; vide supra p. 443—445.
[3] Vide supra p. 444. [4] P. Edmundus Haius.
[5] Cf. Ps 118, 34 73 125 144 169; Eccli 15, 5; Is 11, 2; Col 1, 9 etc.
[6] P. Theodoricus Canisius, rector collegii dilingani.

Wir hoffen aber, Got sol jm helffe. Bleibet der gnaden Gottes altzeit befolhen[1] in Christo Jesu, der wölle alle freundt, brüder vnd schwester gebenedeyen. [Datum zu] Dillingen am 29 Aprilis 1567.

Ewer liebster brůder
Doctor Petrus Canisius.

Der ehr[samen] frawen [W]endel [von Tr]iest We[due m]einer [lieben Sc]hwes[ter.] Zu Nymmegen.

1433. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI,** visitatori Societatis Iesu. Dilinga sub 29. Aprilis (sub medium m. Iunium?) 1567.

Ex Natalis litteris archetypis, de quibus supra p. 442, et ex imagine photogr., de qua infra n. 1438.

Cur Fr. Damerium ad ipsum miserit.

Canisius Dilinga 25. Aprilis 1567 ad Natalem litteras dedit per Fr. Simonem Damerium, quem ad ipsum mittebat; „causam huius missionis", ita Natali scribit Canisius, „nos alijs poterimus explicare" (vide supra p. 442). Ac Dilinga inter 1. et 9. Maii 1567 Canisius Borgiae de eodem Simone scripsit: „Consensi Patribus, vt in viam se daret atque dimitteretur, literis interim alia uia de illo scriptis ad P. Visitatorem." Atque ipsum Canisium illa „alia uia" scripsisse valde verisimile est; quas literas epistulae ad Kesselium datae, quam posui (supra p. 443), adiunctas esse coniecto. Quid autem scripserit colligere licet ex epistula Borgiae missa, quam dixi.

Epistula haec *Natali* ante m. Iunium tradita esse non videtur. Nam hic Leodio 14. Augusti 1567 Borgiae scripsit: „Quando mandai Mastro Simone verso Pariggi, non haueuo informatione alcuna da Dilinga; la quale hebbi molto dipoi" (Epp. *Nadal* III 514). Damerium Parisios misit sub 8. Maii; ac paulo post Treveris in Belgium discessit (l. c. 474). Canisius autem paulo post Kalendas Maias Dilinga profectus, ante 12. Iunii eo rediit et usque ad 22. Iunii ibidem mansit. Quodsi Canisius ipse Natali non scripsit, aliquis ex Sociis dilinganis ei scripsit Canisii mandatu.

1434. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.,** rectori collegii oenipontani. Dilinga (?) exeunte m. Aprili vel initio m. Maii 1567.

Ex Lanoii epistula autographa. „G. Ep. VIII" f. 181ª.

Alexandrum fratrem laicum, mente turbatum, Oeniponte Augustam mitti iubet.

Lanoius Oeniponte 18. Maii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: „Li Padri spagnuoli Francesco et Bertramo"[2] si partirono „per Vienna alli 28. [del passato] per barca propria[3] alli quali fu dato per Compagno et interprete per le hosterie Alessandro Jtaliano[4], loquale altrementi hauessimo (perche cosi era espediente) mandato alla uolta di Turino secondo la permissione di V. P. Habiamo scritto al Rettore del Collegio Viennense[5], o chè lo mandi a Turino o lo ritenga o lo rimandi quà. Essendo partito venne vna lettera del P. Prouinciale con ordine che si mandasse in Augusta."

Anno 1565 Roma in Germaniam superiorem missus est „Alexander Florentinus" coadiutor (* *Catalogus* Romanus, in Cod. „Cat. Rom. — Tusc. 1559—1572" f. 34ᵛ). Anno 1566 notatum est, Alexandrum „Cololino" ex urbe florentina ortum, 24 annos natum esse, ante 4 annos Romae in Societatem esse admissum, ibidem (in collegio

---

[1] Cf. Act 20, 32.

[2] PP. Franciscus Antonius (Antonio) et Bertrandus de Cetina (Epp. *Nadal* III 402[1]). [3] Per Oenum et Danuvium.

[4] De hoc vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.

[5] P. Emerico Forslero (Forschler).

domoque professa) atque Ingolstadii rem domesticam curasse (Epp. *Nadal* II 530). M. Iunio a. 1566 Alexandrum ex collegio ingolstadiensi avocari necesse fuit (l. c. III 168); nam, ut *Natalis* 19. Iulii 1566 Borgiae scripsit, „siendo coco y bueno, tamen segundo el modo de Roma, quería vsar demasiada autoridad en los otros coadjutores, y ansí se turbauan mucho" (l. c. III 183). In * *Catalogo* oenipontano exeunte a. 1566 conscripto inter „coadiutores temporales" comparet „Alexander Celloius . . . in artib. coquinaria et infirmaria utcunque exercitatus" („GSC 66" f. 413—414). De eo *Lanoius* rector ad Borgiam *rettulit Oeniponte 7. Februarii 1567: „È stato molto male et per maggior sicurta lunedì li dessimo l'estrema vntione, adesso comincia a risanarsi dopo molte purgationi di catiuissime materie." Et *5. Aprilis 1567: „È superfluo in questo Collegio", „mette tutto il Collegio in turbatione", „piglio raggione di turbarsi furiosamente". „Non vedo altro rimedio, senon mandarlo fuor della Germania. Anchora non sta dal tutto risanato di quelle sue turbationj et mentre che si rimette pocco a pocco a megliore dispositione, spero[a] che riceueremo le lettere del P. Prouinciale jl quale potra vedere si potrebbe aiutare qualche altro Collegio. . . . Mandarlo al P. Prouinciale credo, che non sarebbe ad propositum" (ex autographis; „G. Ep. VIII" f. 171[b] 173[b]—174[a]).

1435. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 1. Maii 1567.

Ex imagine photographica (A) litterarum archetyparum (2°; $3^3/_4$ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. [1]92 (259 260). Praesto erat etiam apographum (B) antiquum (Romae eodem fere tempore scriptum) postremi capitis harum litterarum („Benedictus Deus, qui Catholicos" etc. usque ad „reuerentia dicta uelim" incl.), idque (2° min., 1 p.) ita inscriptum: „Ex literis P. Canisij Dilingae Cal. Maij 1567." Praeterea adhibui litterarum apographum (C), quod sub a. 1860 a P. *Ios. Boero* S. J. ex archetypo exscriptum est. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 238—239 et Hist. S. J. III, l. 3, n. 124.

Fr. Neyner vita sancte decessit. Quod ad collegium herbipolense attinet, Canisius iudicio Borgiae stabit; episcopus urget, ut contionator mittatur. Advenit Fr. Veggianus philosophiam traditurus. Oratoris bavari pietas. Fr. Damerius ad P. Natalem profectus est. P. Theodoricus Canisius continuo aegrotans fortasse in patriam versus mittetur; interea collegii universitatisque dilinganae rector constituendus esse videtur P. Bader. Canisius et huius rei et synodi gratia Dilingae diutius mansit. Collegia visitabit, synodo intererit, Argentoratum et Constantiam ibit. Putat se synodi constantiensis causa a cardinali illo retentum iri. De collegiis episcopis argentoratensi et constantiensi concedendis variae Canisio occurrunt difficultates. Comes de Helfenstein ex Lutheranismo sollemniter ad ecclesiam reductus sacerdotes catholicos in terram reducit. His ut Borgias hominum ab haeresi absolvendorum potestatem impetret, et cardinalis Truchsess et Canisius petunt. Sociis ampliorem absolvendi facultatem tribui oportet; episcopi neque Indicem neque Bullam Coenae promulgant.

Jhesus. Pax Christi admodum Reuerende Pater noster.

Accepi a P. T. scriptas 22 Martij et 5. Aprilis cum alijs, quae ad Rectorem Dilingensem et Prouincialem Rhenensem[1] scribebantur. Praeterea de tribus in Christo defunctis schedulam accepimus. His quartum nunc adiungemus, fratrem nostrum M. Christophorum[2] Oenipontanum, qui Monachij lector erat, uitamque suam Religiosam sancto fine conclusit 22. Mensis Aprilis. Pro illo cupimus fieri precationes.

a) spera *autogr.*

[1] PP. Theodoricum Canisium et Antonium Vinck.

[2] Neyner; vide supra p. 444.

De Collegio Herbipolensi non respondebo aliud, nisi quod scripsi me staturum iuditio P. T. quod post acceptas P. Natalis literas de hoc toto negotio fuse disserentes uisum est expectare[1], praesertim, ut societatis nostrae honori, et Ecclesiae Herbipolensis[a] necessitati, ac etiam Episcopi Herbipolensis[2] infirmitati rectius consulatur. Postea cum[b] Episcopo rem ita expediemus, sicut praescripserit R. T. misso ad illum fortasse P. Raibenstein[3], qui coram exponat de obligationibus, Concionatore et Theologo et Classibus demum hoc anno instituendis. Dubium interim nobis manet, sit ne probaturus ille nostra consilia, cum uel maxime urgeat, Concionatorem Cathedraticum et aptum in maiore Ecclesia sibi a nobis perpetuo dari. Verum diuinae prouidentiae et P. Tuae committimus omnia.

Venit ad nos nudiustertius M. Paulus Bononiensis, quia tarde in uia progressus est Legatus Bauaricus, de cuius pietate singulari et erga nostros beneuolentia nobis multa nunciauit[4]. Faxit Christus, ut idem M. Paulus expectationi P. uestrae et nostrae satis faciat in munere profitendi, cum uarias ipse difficultates ex parte ualetudinis et imperitiae seu inexperientiae adferat. Esset alioqui nobis in Classe logica necessarius uehementer.

Cui rei causam praebet M. Simon[5] Leodiensis, qui intra dies octo, cum esset eiusdem Classis lector, ex hoc discessit Collegio, ad Patrem Visitatorem[6] uolens, ut aiebat, proficisci, suasque cum illo rationes conferre. Vis[um][c] est autem huius Collegij Patribus et mihi, non esse retinendum illum inuitum, sed ta[m] illi ipsi, quam alijs hoc loco fratribus expedire[d], ut pro suo uoto abire sineretur. Qua de re alibi plura.

Jncolumitas fratris mei D. Theodorici est mihi merito cordi[e], sicut P. tua monet, cum sciam illius praesentiam hactenus non solum uarijs Collegijs, sed etiam huic toti Prouinciae et Societati magno usui et ornamento fuisse. Pergit autem ille[f] langu[ere][g] et uel ad hecticam[h],

a) Herbipolensi *A*. b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Quae hic et infra uncis quadratis cernuntur inclusa, suppleta sunt (nisi aliud notetur) ex C atque, incipiendo ab* absolutus *(infra p. 452[i]), etiam ex B; in A, quia in extremis archetypi versibus posita sunt, photographice exprimi non poterant.* d) *Sequitur* putantibus, *oblitteratum.* e) *Quattuor vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* f) *Sequitur* sic, *oblitt.* g) *Sequitur* ut *vel* at, *oblitt.* h) *Ita in A correctum est ex* aetica *vel alio v.*

[1] Vide supra p. 428 441. [2] Friderici a Wirsberg. [3] Ioanne Rabenstein.

[4] Dr Ioannes Pfister cathedralis ecclesiae frisingensis canonicus, ab Alberto V. Bavariae duce ad S. Pium V. legatus (vide supra p. 392), praeter Fr. Paulum Veggiano philosophiam Dilingae docere iussum (vide supra p. 392 424) Roma secum abduxerat etiam PP. Franciscum Antonio et Bertrandum de Cetina, S. J., Vindobonam destinatos; his *Polancus* *litteras tradiderat Roma 5. Martii 1567 ad collegiorum italicorum rectores datas, in quibus Pfister vocatur „grande amico et deuoto di nostra Compagnia et al quale N. Padre desidera sia fatta ogni gratiosa accoglienza et seruicio in quello che occorre"; etiam P. Nicolao Lanoio rectori oenipontano *Borgias* *commendavit, ut Pfistero „tutto il seruicio et charezze che potra" praestaret (ex apographis eiusd. temp. „Germ. 65" f. 235[b]).

[5] Damerius; vide supra p. 442.

[6] Hieronymum Natalem, Treveris versantem; vide supra p. 438[2] 448.

uel ad ptisim[1] (uti timemus) declinare, et ad uictus appe[ten]tiam nausiabundus esse, ut nec ipse putet, neque nos confidamus illum breui restitui posse. Vnum fortasse superest remedium, quod nobis etiam nolentibus imponit necessitas, ut quantumuis illius opera indigeamus, illum abire sinamus in patriam, ut loci mutatio et aeris natiui commoditas per De[i] gratiam illi restituat sanitatem, sicut in D. Henrico Dionisio[2] et alijs hin[c] ad suos remissis experti sumus. Qua de re propediem ego hinc iturus Augustam, cum Medico agam, cuius si accesserit sententia, non dubitabo ill[um] primo quoque tempore Spiram, Moguntiam, Coloniam ac fortassis etiam [in] patriam[3] una cum bono socio mittere, si fortassis hac ratione optimo patri et[a] admodum extenuato eius corpusculo consulatur, Domino auxiliante.

Jnterea non uideo, quem huic Collegio praeficiamus nisi eum, qui hacte[nus] Minister fuit, P. Georgium[4], etsi simul in Classe philosophica lectorem agere cogatur, qui nec solum huius Collegij, sed etiam totius Gymnasij[5] Rector esse debebit, si ita uidebitur P. Vestrae, quae huius Collegij difficultate[s] uarias iam antea saepe cognouit, et sub hoc nouo Rectore uel Vicerectore maiores etiam merito expectet. Ego cum haec impedimenta cernerem, hic diutius haerendum mihi putaui, et nonnihil adiuui tum Reuerendissimum[6] in Synodo a[d] medium mensem Junij publicanda, tum Vicerectorem, cuius partes, ut ue[reor,] me quidem absente difficiliores erunt, siue quod ipse in hoc munere nond[um] sit satis exercitatus, siue quod alij alia in nouo desiderent[b] Superiore, ut infirmi fratres facere solent.

Quoniam admonet me Paternitas Tua de profectione Argentinam et Constantiam usque suscipienda[7], primo quoque tempore conabor uicina inuisere Collegia, et uisitationem illorum auspicari. Postulat interim Cardinalis ut nullo modo desim Synodo, quam Junio mense celebrandam dixi, et ut arbitror, non sine graui causa postulat. Deinde uideat ac iudicet P. Tua quam sit futura[c] his Collegijs dispendiosa, ut alij quidem putant, absentia Prouincialis, qui certe multum habet negotij in uarijs patrum et fratrum motibus saepe tranquillandis. Cardinalis Constantiensis[8] fortasse me uolet ad tempus retinere, ut Synodicis consilijs, quae sibi proposuit instituere, meam operam adiungat. De Collegio Constantiae fundando nihil statuet credo, nisi res in Synodum primo adducatur, ut Clerus non solum nostris alendis,

a) *In A correctum ex* sed. b) *In A correctum ex* desiderant. c) *In A correctum ex* futuras.

[1] Utroque verbo, nisi fallor, significare solent tabem illam cum febri sudoribusque coniunctam, quae ex pulmonum vitio oriri solet.

[2] P. Henricus Dionysius noviomagus Dilinga in Germaniam inferiorem (Coloniam et Mosaetraiectum) missus erat; vide supra p. 46 54 171[7] 326[1].

[3] Noviomagum (Nijmegen).

[4] Bader; vide supra p. 362 437.

[5] Universitatis, quam nunc vocamus.

[6] Cardinalem Ottonem Truchsess.

[7] Vide supra p. 421.

[8] Marcus Sitticus ab Hohenems.

sed etiam extruendo Seminario certam pecuniam uel prouentus quosdam beneficiorum addicat atque polliceatur. Audio non satis esse salubrem aerem Constantiae, sicut expertj fatentur. Nec parum referet a nobis prouideri, quando et quibus rationibus utrunque Collegium, si offeratur, ab Episcopo Constantiensi et Argentinensi, uelimus et possimus instituere[1]. Primum ab illis hoc postulabitur, ut Concionatorem aut qui parando aedificio Collegij coram adsit, aliquem e nostris cito mittamus: fortassis unum atque alterum etiam accedere[a] cupient. Quibus de rebus audire cupio sententiam P. Tuae praesertim quod maior quidem mihi difficultas sese offerat ex parte personarum Societatis mittendarum ad huiusmodi noua Collegia constituenda, quam ex[b] parte censuum ac dotationis. Deinde, ut libere dicam, postrema patrum Congregatio me sollicitum[c] ac timidum reddit in nouis Collegijs amplectendis[2], praesertim cum in Spirensi et Herbipolensi tot ac tantae iam[d] incidant difficultates, quibus etiam amotis, aegre conquiremus necessarios illic operarios[e], et constitutis iam Collegijs uulnera quaedam, ut fieri solet, infligemus. Verum de his monere non debeo superiores, qui pro sua prudentia et Charitate rectius quam ego[f] fortasse, Germaniae consultum et prospectum uolunt.

De alijs plura scripsi superioribus literis. Commendo igitur me et prouinciam hanc omnem sacrificijs et precibus P. Tuae ac Patrum Assistentium in Christo JESv.

Benedictus Deus, qui Catholicos in Germania multum hoc tempore consolatur, cum intelligunt praeclarum factum egregij Comitis Vdalrici ab Helffenstein[g] non ignobilis hactenus Lutherani annis fortasse 15.[3] sub quo sex Lutherani concionatores totum illius Comitatum in haeresi continebant[4]. Js uero Dei gratia illustratus et nostrorum admonitione confirmatus, reuocauit tandem haeresim coram multis, et a Patre Raibenstein[h] ad illum his diebus misso non solum ab haeresi solemniter absolutu[s][i] fuit, uerum etiam totius uitae suae Confessionem Generalem fecit, iamque dat oper[am] lupis expel-

a) *In A sequitur v., quod deinde a scriptore prorsus oblitteratum est.* b) *In A sequitur alterum* ex, *oblitt.* c) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* d) *Hoc v. supra versum scriptum est.* e) opaerarios *A.* f) *Hoc v. supra versum scriptum est.* g) *A habet* Herffenstein *vel* Herffenstain; *B:* Herffrnstein; *v. infra p. 453.* h) *Ita A B.* i) *Suppletum ex B C.*

[1] Ad Erasmum a Limburg episcopum argentoratensem adire iussus erat Canisius non tam, ut de collegio cum eo ageret, quam ut eum ad coadiutorem in episcopatu sibi adiungendum adduceret. Ceterum Erasmus iam a. 1556 consilium ceperat collegii Societatis Friburgi Brisgoviae instituendi; v. *Can.* II 29 64 197.

[2] Secundam Congregationem generalem Societatis, quae a 1565 Romae habita est, dicit; haec quid de collegiis decreverit, vide supra p. 121[1].

[3] Vide supra p. 317—318 321.

[4] Praeter Dachtlerum et Halbergerum (vide supra p. 317[7]) hi comparent ministri lutherani comitatus illius: Leonardus Culmann et „D. Laurentius“ (Frisaeus?), a. 1556 una cum Dachtlero ab Udalrico et Sebastiano eius fratre ecclesiis praepositi; Leonardus Eisenhut parochus in Reichenbach (a. 1566); Theodorus Glaser, parochus primum in Westerheim, deinde (1565) in Neenstetten (*Veesenmeyer* l. c. 11 18 38).

lendis uerisque[a] [pastoribus][b] [?] Catholicis in suam ditionem introducendis[1].

Hic iudica[mus][c] [?] operaeprecium fore, ut huiusmodi pastores potestatem habeant ad[d] haereticos il[lic][e] absoluendos ac Dei Ecclesiae reconciliandos. Qua de re scribi a me uoluit Cardinalis qu[i] hoc pium officium Sanctissimo Domino Nostro[2] proponendum Paternitati Vestrae commendat, et pr[ae]terea desiderat nobiscum uehementer, ut maiorem in absoluendo facultatem in his alijsque similibus casibus, praesertim de relapsis[f] et abiuratione, Romae obtineamus German[iae,][g] quae passim tum haeresi tum excommunicatione plena est, ut nostri certe [non][h] possint non angi in hoc munere Confessariorum, nisi priora in absoluendo priuilegia, nobis donata[3] ad haereticos etiam extendantur[i]. Qua de re cupio m[aio]rem[k] lucem certamque sententiam P. Tuae, ut sciam, quatenus Confessarij nostri [in][l] casu haeresis Confitentes absoluere debeant praesertim quandiu Episcopi neque indicem librorum prohibitorum, neque Bullam Caenae domini publicant, neque nobis as[sis]tunt admonentibus, et libenter tollerant[m] absolui passim ab alijs excommunicatos. Rogamus tantum, ne impediantur nostri Germanos Deo et Ecclesiae lucrifacere, et errantibus quacunque ratione auxiliari pro huius calamitosi temporis et loci ratione, quae non sinit frequenter apud aegrotos asperiora illa remedia, quae alibi ualent, experiri. Atque haec omnia saluo meliore[n] iudicio et cum debita Sanctae Sedi Apostolicae reuerentia[o] dicta uelim. Dominus in suam gloriam nostros Conatus bene uertat. Dilingae Kal. Maij 1567.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia Praeposito Generali Societatis JESV. Romae.

Id, quod Canisius in harum litterarum capite postremo de haeresi per Udalricum comitem ab Helfenstein coram P. Rabenstein revocata refert, sic factum est: Udalricus (ineunte a. 1567, ut videtur), cum reditum ad ecclesiam catholicam parans, gravi morbo correptus esset, Michaelem Zeckher, vici Drachenstein haud procul Wisensteiga (ubi Udalricus habitabat) siti parochum, arcessivit, ac cum iam antea coram aliquot civibus iudicibusque ac bonorum capituli wisensteigensis administratore errores revocasset, eos denuo coram parocho illo, Catharina a Montfort uxore, Catharina sorore, Conrado a Bemelberg eius marito, Maria baronissa ab Höwen Sebastiani fratris vidua, Barbara et Udalrico liberis suis, domesticis omnibus revocavit et, quia in vitae discrimine versabatur, peccatorum confessione facta, a parocho

a) *Ita AB; C:* nostrisque. b) uerisque Catholicis *AB;* nostrisque catholicis *C; verum cum, quae proxime antecedunt de „lupis", et quae proxime sequuntur de „huiusmodi pastoribus", considero, in id inclino, ut Canisium verbum* pastoribus *vel simile addere voluisse existimem. Sacchinus, ubi hoc epistulae loco utitur (Hist. S. J. III, l. 3, n. 124): „ad abigendos lupos, inducendosque custodes fidos conuersus."* c) *Supplevi ex B;* iudicavi *C.* d) *In A correctum ex* in. e) *Ita supplevi ex B;* illos *C.* f) *Duo vv. sqq. in A supra vers. scripta sunt.* g) *Ita supplevi ex B;* pro Germania *C.* h) *Ita supplevi ex B; in C hoc v. deest.* i) *B habet tantum:* priuilegia nobis confirmentur, *et omittit omnia, quae sequuntur, usque ad* praesertim *excl.* k) *Supplevi ex B.* l) *Supplevi ex B.* m) *Ita in A (ab ipso Can.?) correctum est ex* neque curant. n) *In A correctum ex* meliori. o) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] Vide, quae de Udalrico sollemniter ecclesiae restituto sub ipsas has litteras dicentur. [2] Pio V. [3] Cf. supra p. 340 375—376.

absolutus et sacra eucharistia munitus est. At parochus, cum absolutio haeresis pontifici (et certis cum condicionibus episcopo) reservata esset (cf. *Can.* IV 508[1] 509[2]) neque ipsi haec absolvendi potestas esset delegata, comitem eo tantum nomine absolvere potuerat, quod ex ecclesiae consuetudine in concilio Tridentino confirmata (Sess. XIV de poenit. sacr. c. 7) „nulla esset reservatio in articulo mortis". Udalricus igitur, cum ex morbo convaluisset, per P. Ioannem de Rabenstein S. J., quem cardinalis Truchsess, a Catharina de Bemelberg Udalrici mandatu per litteras rogatus, Dilinga miserat, ex pontificis auctoritate „subdelegata" ab excommunicatione cum haeresi coniuncta absolutus et in ecclesiam catholicam receptus est. Haec referuntur in litteris publicis, quas eiusdem Udalrici iussu Christophorus Frey, civis et scriba urbis dilinganae ac notarius publicus, in arce wisensteigensi 24. Aprilis 1567 coram Georgio a Rinderbach cardinalis Augustani consiliario et Venerando Gabler medicinae doctore conscripsit. Litteras integras ex autographo in membrana scripto et Doneschingae (Donaueschingen) in archivo principum de Fürstenberg posito vulgavit *Lud. Baumann* in „Freiburger Diöcesan-Archiv" X, Freiburg i. Br. 1876, 115—119. Plura de hac conversione vide infra mon. wis. (1)—(4).

Corrigendus est ex his litteris *Agricola*, qui comitem Helfensteinium Dilingae et confessionem generalem fecisse et ab haeresi sollemniter absolutum esse affirmat (l. c. I, Dec. 3, n. 176); Wisensteigae haec facta sunt. Corrigendus etiam *Boero*, qui de eodem narrat: „Tocco alla fine nel corpo da mortal malattia e nell' anima da virtù celeste, si fece trasportare a Dilinga, e nelle mani del Cardinal Ottone abbiurò solennemente l' eresia" (Can. 306—307).

Borgias Canisio respondit 31. Maii 1567.

1436. P. HIERONYMUS NATALIS, visitator Societatis Iesu. CANISIO. Treveris ineunte m. Maio 1567.

Ex archetypis Natalis ad Borgiam litteris, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis ab ipsoque Natale subscriptis, quae sunt in Cod. „EN" n. 183 (f. 432[a]), et ex imagine photographica, de qua infra ep. n. 1440. Integrae Natalis ad Borgiam litterae primum ex archetypo vulgatae sunt in Epp. *Nadal* III 463—465.

Iubet Canisium, ubi praepositi generalis responsum acceperit, res collegii herbipolensis constituere; ipse collegium utrinque libere et sine pactis instituendum esse opinatur. Canisio potestatem esse fratris cuiusdam ex Societate dimittendi.

Natalis Treveris 6. Maii 1567 S. Francisco Borgiae de collegio herbipolensi, de cuius instituendi et fundandi ratione inter episcopum et Societatem non plene conveniebat (vide supra p. 394), ita scripsit: Se denuo Herbipolim ire non posse. „Mi parse necessario mutar' il proposito, . . . et scriuer' àl Padre Maestro Canisio che lui dia ordine alle cose di Herbipoli secondo che hauerà la determinacione della P. V." Canisius autem Oeniponte 15. Maii 1567 Borgiae scripsit: „Hodie literas p. Natalis accepi, quib: ostendit se nunc iturum esse in Germaniam inferiorem, et simul admonet expectandum responsum Pater. Tuae de postrema sententia ad Collegium Herbipolense pertinente. Nec mihi displicet postremum Consilium p. Natalis, ut sine obligatione scilicet utriusque partis Collegium Herbipoli, sicut alibi hucusque factum est, instituatur." Ad eandem Natalis epistulam pertinere videntur, quae Canisius ad Borgiam alio loco earundem litterarum refert: „Nouit Pater: Tua M. Alex: Saxonem, de quo mihi scripsit pater Visitator, ut si ita conuenire putarem, missum illum prorsus facerem."

Natalis, cum Treveris 28. Aprilis 1567 Borgiae scribit, huius epistulae ad Canisium datae nullam mentionem facit; quare censeo, eum ineunte m. Maio illam ad Canisium dedisse. Natalis 9. Mai Treveris discessit Leodium versus; unde medici suasu ad aquas spadanas (Spa) profectus est (Epp. *Nadal* III 467 495). Fr. Alexander Saxo in collegio oenipontano male se gesserat; cf. supra p. 314 423.

1437. P. ANTONIUS VINCK, praepositus provinciae rhenanae S. J., CANISIO. Moguntia (?) ineunte fere m. Maio 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1443. Etiam in Epp. *Nadal* III 478[2].

De collegiis spirensi et herbipolensi.

Canisius Monachio 21. Maii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: P. Natalem visitatorem tandem decrevisse, ut collegium herbipolense, si instituendum esset, Societatis provinciae rhenanae adiungeretur; ideo et se et P. Antonium Vinck provincialem rhenanum ultimam Borgiae sententiam exspectare. „Jtaque scripsit ad me idem Prouintialis, si uelim et sic iudicem conuenire, suscepturum se onus non solum Spirensis, sed etiam Herbipolensis collegij hoc anno inchoandi, cum annuerit tantum P. T."

1438. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga inter 1. et 9. Maii 1567.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; 2 pp.; in p. 4 inscr. et partes sig.), quae exstant in „E.C. II" n. 223 (293).

Fr. Damerius, cum levem aliquam paenitentiam recusasset et visitatorem appellasset, ad hunc missus est; eius arrogantia, opiniones „peregrinae", prava exempla. FF. Michonis et Saxonis mores parum boni. Opus est novis professoribus philosophiae novisque praeceptoribus scholarum inferiorum. Rectorum infirmitates et difficultates. P. Bader laboribus opprimitur.

Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Quod ad M. Simonem [1] Leodiensem attinet, adhibito Patrum huius collegij iudicio communique consensu, vocatum illum coram Patribus blande monui, vt suum superiorem M. Georgium [2] magis reueretur [a] [?], a quo iniunctam leuem poenitentiam facere [3] semel et iterum monitus, recusabat, cui praeterea nullum externum honorem tribuebat [4]. Verum ille ut antea quoque solebat, meam et Patrum

a) *Sic autogr.; nescio an Can. scribere voluerit:* reuereretur.

---

[1] Damerium; vide supra p. 450.

[2] P. Georgium Bader, collegii ministrum et, ut Canisius in his ipsis litteris (paulo infra) dicit, „vicerectorem"; P. Theodoricus Canisius collegii rector languebat; quapropter vel iam abierat Augustam, vel ipsis illis diebus abiturus erat.

[3] „*Officium* rectoris" sub a. 1566 a S. Francisco Borgia recognitum sic habebat in cap. I n. 10: „Ordinariae poenitentiae, quae iuxta id, quod cuique conuenit, infligi possunt, erunt parua mensa, publica reprehensio, conclusio in circulo, edere sub mensa, osculari omnium pedes, orare in Refectorio, dicere culpam suam, demere paulatim cibum, usque ad panem, et aquam, si res postularet, Disciplina publica in Refectorio (pro qua, et alijs cum secreto fieri debent, deputetur aliquod cubiculum), et exercitia humilia" (ex exemplo archetypo, Roma ad Canisium misso. „Can. X Sa" f. 112[b]).

[4] *S. Ignatius* constituerat, ut Socii inter se „exterius honorem ac reverentiam, quam exigit cuiusque status, cum simplicitate et moderatione religiosa exhiberent" (Constitutiones S. J., P. 3, c. 1, n. 4); singulariter autem instituerat, ut suos quisque praepositos magnopere revereretur (l. c. P. 3, c. 1, n. 23; P. 6, c. 1, n. 1; P. 8, c. 1, n. 3). Et in „Regulis communibus" haec erant (n. 28): „Omnes caput aperiant suis superioribus, et Laici sacerdotibus, discipuli etiam suis praeceptoribus. Omnes autem alloquantur superiores magna cum reverentia, et is quem superior alloquitur, aut reprehendit, humiliter et sine interpellatione audiat" (ex antiquis illis **Regulis* communibus, quae sub a. 1566 Canisio missae esse videntur, Cod.

amicam admonitionem, ueluti disputator, replicator et contemptor excepit, et Rectorem Theodoricum quoque ferre non potuit, vt subinde hunc non parum contristauerit. Jgitur cum diceret, se ad Visitatorem [1] appellare et proficisci cupere, nec alia media quae offerebamus, amplecti uellet, consensi Patribus, vt in viam se daret atque dimitteretur, literis interim alia uia de illo scriptis ad P. Visitatorem [2]. Praecipua quae nobis in eo displicebant, R. T. ex alijs nuper missis [3] potuit cognoscere: haec uero sunt, quod superiores tam irreuerenter ac superbe tractaret, vt illum admonere non auderent, ne deteriorem facerent: quod praeterea ducem et corypheum se praestaret [a] leuioribus et infirmioribus fratribus, quibus exemplum et conuersatio illius multum obfuit, ut certa saepe didicimus experientia. De Patribus et alijs grauioribus licenter pronuntiabat, suas peregrinas opiniones [4], etiam contra b. Virginis [immaculatam] [b] conceptionem et corporalem ignem inferni apud fratres periculose defendebat [5], lectionibus poetarum, praesertim [c] obscena scribentium, indulgebat [6], et ex his amatorios uersus aliquando fundebat, odiose perstringebat fratres, et mirabili arte quos fere vellet, adiungebat sibi, vt ab eius noxio consortio abstrahi non posse uiderentur, etiamsi superiorum praecepto admonerentur. Breuiter, neque cum superiore suo Romae [7] uel Dilingae poterat [d] illi conuenire, neque pacem relinquebat collegio, ut necesse fuerit tandem hoc quod ipse postulabat, concedere, ne propter vnum alioquin multi magis magisque periclitarentur. Experimur in Matthaeo [8] Polono satis, quam illi noxia fuerit huius fratris conuersatio, nec parum ille nobis et Rectori negotij exhibet, satis iam ante Romae notus.

Nunc de alijs et praecipuis difficultatibus nostris pauca dicam, vt P. T. de his iudicet, nosque si potest, in Domino iuuet.

Misimus hinc propter necessitatem P. Gerardum [9] Romam, et M. Simonem Treuiros, vtrumque lectorem philosophiae: misimus praeterea M. Marquezium [10], Monuimus saepe cum P. Visitatore, lectoribus philosophiae tum hic, tum Jngolstȧdij opus esse, praesertim ut P. Henrico Arboreo, qui supra uires in docendi labore cum suo morbo versatur, aliquis tandem succedat [11] [e]. Nunc seipsum conficit M. Georgius [12] misere,

a) *A Can. correctum ex* praestabat. b) *Hoc v. supplendum esse ipsa, quae antecedunt, et, quae sequuntur, Canisii verba facile demonstrant; v. infra p. 458.* c) *Sequitur* de, *oblitteratum.* d) *Ita a Can. correctum est ex* poterit *[?].* e) *Ita Can. correxit ex* aliquis succederet.

„Can. 10" p. 69—76; postea in hac regula aliqua verba mutata sunt; ita pro „Laici" positum est: „ii qui sacerdotes non sunt").

[1] P. Hieronymum Natalem.

[2] Vide supra p. 442. [3] Vide supra p. 363. [4] Cf. Hebr 13, 9.

[5] Vide, quae de hac re sub ipsas hasce litteras dicentur.

[6] Ex horum poetarum numero videtur fuisse Theophilus Folengus, auctor „Operis maccaronici"; vide infra ep. 1443.

[7] Romae in Societatis collegio litteris studuerat; vide supra p. 260.

[8] Michonis; vide supra p. 269 299. [9] Pastelium; vide supra p. 385 391.

[10] Vide supra p. 363 396.

[11] Is in universitate ingolstadiensi logicam tradebat. [12] Bader.

dum et Lectorem et Rectorem hic agere cogitur, non solum domesticis, sed etiam externis gymnasij curis impeditus[1]. Hunc volebat P. Natalis tantum studia sua persequi, et deinde Herbipolim mitti, quod nullo modo fieri potest, nisi mittatur huc Rector alius et professor etiam Philosophiae. Jgitur non habemus hoc loco Philosophos alios, nisi dictum M. Georgium, qui magis ac magis uisum amittit, et M. Paulum[2], de quo ualde dubitari potest, an sit recte hoc loco valiturus, et in classe diu professurus, si ipsi sane credendum est.

De Rhetoricae lectoribus ita decreuit P. Natalis, vt qui est Oeniponti P. Robertus[3], ad Rhenensem prouintiam, sicut ipse postulat, proficiscatur autumni tempore, deinde ut qui est Dilingae P. Gerardus[4], Herbipolim abeat: qui uero Monachij agit M.[a] Reinerus[5] Leodiensis, Romam hoc anno petat. Jgitur non parum laborabimus in nouis istorum successoribu[s] hoc anno uel in proxima studiorum renouatione instituendis, nec adhuc uidere possum[b], quos liceat in prouintia nostra reperire.

Ex professoribus[c] inferiorum classium amisimus Oeniponti M. Alexandrum Saxonem, quem fortasse breui dimittere cogemur[6]. Tam est molestus, insulsus, audax, intollerabilis, ut nullibi tuto collocari posse uideatur. Amisimus et Monachij Christophorum[7] Oenipontanum[d] lectorem, et cum plures in scholis alijs mutandi uideantur, nihil est fere difficilius, quam inferiorum classium praeceptores, qui Germani esse debent, reperir[e.] Nunc Augustae in nouis aedibus et praeceptorem nouum, et Catechistam a P. Natali promissum habere oportebat[8]. Vtrumque dare non possumus.

Rectores quoque difficultates prouintiae nostrae non parum augent. D. Lanoius ob suam austeritatem Oeniponti nostros plus satis exercet, et sentit graue munus suum, de quo saepe queritur. Rector Monachiensis[9] tot iam[e] mensibus parat in patriam iter, et ad profectionem aspirat hactenus, nec habet Magistrum nouitiorum conuenientem[10].

Rector Jngolstadiensis[11] Ministrum, subministrum et coquum simul solet agere: multum rebus externis impeditus.

Nihil addam de P. Georgio[12] huius collegij Vicerectore, cui difficile sit eam apud fratres authoritatem[f] inuenire, quam hoc munus

a) *Sequitur v.* Robertus, *a Can. oblitteratum.* b) *In autogr. correctum ex* possem *vel* possim. c) *Duo vv. sqq. a C. supra versum scripta sunt.* d) *A Can. correctum ex* Oenipontum. e) *Sequitur* de, *oblitt.* f) *Sequuntur vv.* praebere, quam, *oblitt.*

[1] Rector collegii Societatis dilingani simul rector erat universitatis.

[2] Vizanum sive Veggiano; vide supra p. 392 424. [3] Girulius.

[4] Lapidanus; cf. supra p. 269, et Epp. *Nadal* III 331 473. [5] Fabricius.

[6] Is, ut ex Canisii litteris 15. Maii 1567 ad Borgiam datis intellegitur, Oeniponte „diutius tolerari non potuerat"; quare Augustam missus erat; unde Canisius eum Dilingam mittere et „emendationem vitae illius expectare" statuerat; vide infra p. 460 [7] Neyner, sancte mortuum; vide supra p. 449.

[8] Vide supra p. 378. [9] P. Dominicus Menginus lotharingus.

[10] P. Michael Marius novicios regebat; vide supra p. 378.

[11] P. Martinus Leubenstain. [12] Bader.

postulat. Non addam plura, quod putem haec esse satis ad prouintiam nostram utcunque describendam et ostendendam P. V. cui cupio me[a] cum rebus nostris omnibus aperte constare, vt rectius consulat pro charitate et discretione sua nostris tum difficultatibus, tum necessitatibus. Vtinam hi morbi meliorem medicum et Prouintialem haberent, qui suo muneri et tentationibus aliorum faceret satis. Oret pro me P. T. Dominum semper, et per se consideret quaeso singula.

P. T. Seruus et filius P. Canisiu[s].

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia, Societatis Iesu Generali. Ad manus proprias. Romae.

Epistulae huic nec locus nec tempus ascripta sunt. Attamen ex ipsis rebus, quae in ea dicuntur, facile patet, eam a Canisio anno 1567 ex collegio dilingano datam esse: Die 1. Maii 1567 Canisius breviter Borgiam certiorem facit: Fr. Simoni Leodiensi (Damerio) permissum esse, ut Dilinga patriam versus ad P. Natalem abiret; „qua de re", ait Canisius, „alibi plura". Patet autem, eum „plura" illa ad Borgiam referre epistula, quam modo posui; ergo scripsit post Kalendas Maias. Die autem 12. Maii Oenipontem advenit [vide infra mon. oen. (9)]; ubi usque ad 16. Maii mansit; et 15. Maii Borgiae scripsit, Fr. Alexandrum Saxonem a se dimissum esse (vide infra p. 460); de quo in hac epistula dicit: Eum „fortasse breui dimittere cogemur". Scripsit igitur inter 1. et 9. Maii 1567.

Mirum esse non potest, Canisium reliquosque Socios in Fr. Simone Damerio, Societatis fratri scholastico, hoc singulari quadam ratione reprehendisse, quod adversus immaculatam Beatae Mariae Virginis conceptionem et adversus „corporalem ignem inferni" apud fratres „suas peregrinas opiniones periculose defendisset". Nam decretum quidem, quo Synodus basileensis a. 1439 illam de immaculata conceptione doctrinam ab omnibus teneri iussit, legitima auctoritate carebat (v. *Can.* IV 888); ac Sixtus IV. et Alexander VI. (a. 1482 1483 1502) eos tantum damnaverant, qui doctrinam illam vocarent haereticam et contiones, quibus eadem proponeretur, audiri vetarent; et S. Pius V. paucis post annis (a. 1570) planis verbis permissurus erat, ut in conventibus academicis eorumque similibus, ubi, ne animi fidelium offenderentur, timendum non esset, utravis opinio a viris doctis defenderetur, dummodo neutra „veluti erronea praedicaretur". Attamen non solum iam inde a Societatis initio omnes ipsius theologi conceptionem immaculatam asseruerant, sed omnino pauci eo tempore erant catholici, qui eam negarent (*Petr. Canisius,* De Maria Virgine incomparabili, Ingolstadii 1577, l. 1, c. 7, p. 45—46. *Bened. Plazza* S. J., Causa immaculatae Conceptionis, Panormi 1747, 393 400 408 598—599. *Christ. Pesch* S. J., Praelectiones dogmaticae III[3], Friburgi Brisgoviae 1908, n. 349—351). Deinde quod ad ignem inferni attinet, eum „corporeum" („materialem") esse ecclesia nunquam definivit; aliqui ex Sanctis Patribus eum metaphorice interpretati sunt, et ipso saeculo XVI. Ambrosius Catharinus († 1553), ordinis Praedicatorum theologus insignis, eam sententiam multis rationibus defendere conatus est; at plerique ex Sanctis Patribus et doctores scholastici (praeter Catharinum) omnes verum corporeumque esse ignem illum statuerunt (*Fr. Hettinger,* Apologie des Christenthums IV[7], Freiburg i. Br. 1897, 342—343. *P. Mannens,* Theologiae dogmaticae Institutiones III[2], Ruraemundae 1903, n. 991—993). Notandum hoc quoque est, *S. Ignatium* constituisse, ut Societatis homines „in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam sequerentur" (Constitutiones S. J., P. 4, c. 5, n. 4).

Borgias Canisio respondisse videtur 7. Iunii (per Polancum) et 28. Iunii 1567.

a) *Sequitur* et, *oblitt.*

1439. P. IOANNES RETHIUS S. J., gymnasii trium coronarum coloniensis regens, CANISIO. Colonia sub 7. Maii 1567.

Ex Kesselii litteris archetypis. „G. Ep. VIII" f. 275[a].

Negotium quoddam reipublicae coloniensis ei commendat.

P. Leonardus Kessel S. J., collegii coloniensis rector, Colonia 20. Maii 1567 S. Francisco de Borgia praeposito generali scripsit: „Praeteritis hisce diebus Senatus, et Vniuersitas scripsit ad Summum Pontificem ratione quorundam beneficiorum Ecclesiasticorum. Incidit enim quaedam difficultas propter quendam, qui preces habet ab Imperatore, cuius difficultatis decisionem cupiunt a Summo Pontifice pro parte sua. Petierunt autem a P. Rhetio, vt huius rei mentionem vellet facere apud Paternitatem vestram, et apud P. Canisium, sicuti et fecit hisce praeteritis [diebus]."

Borgiae Rethius scripsit 7. Maii 1567 (ex autogr., „G. Ep. VIII" f. 277); sub idem igitur tempus Canisio scripsisse videtur.

Imperatores iam inde ab aliquot saeculis utebantur „iure primarum" sive „primariarum precum", atque ita semel, postquam regnare coeperant, capitulis cathedralibus et collegialibus etc., cum in iis beneficium aliquod vacaverat, hominem offerebant sive „nominabant", in quem beneficium illud conferri vellent; et primum quidem „ex antiqua consuetudine" id ius sibi esse affirmaverant; iam inde autem a tempore Friderici III. etiam per litteras pontificias eam potestatem sibi tribuendam curaverant; ut Maximiliano II. a Pio IV. tributa est (*Paul. Hinschius,* System des katholischen Kirchenrechts II, Berlin 1878, 640—644). Hac igitur potestate cum Maximilianus apud Colonienses usus esset, hi imperatoris factum cum aliquo ex indultis suis pontificiis (cf. supra p. 116) pugnare contendebant (*Laderchius* l. c. in a. 1567 n. 202) atque, ut S. Pius V. planis verbis indultum suum ita explicaret sive declararet, efficere studebant. Hic vero indultum illud „sine praeiudicio precum primariarum" datum esse respondit (*Schwarz,* Briefe und Akten I 79).

1440. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 15. Maii 1567.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 2 pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 194 (151). Litteras scripsit P. Ioannes Dyrsius S. J. et sua manu subscripsit („Seruus" etc.) Canisius.

Iuvenes ex Italia advenerunt. Canisius de aliquo in Societate retinendo deliberabit; aliquem cardinali Truchsess commendavit; duos dimisit; duo Vindobonam missi sunt. Canisius aliquem, ubi facinus commisisse cognovit, ex Societate eiecit. Collegia „percurret". Collegium Spirae incohatum est.

Pax Christi. Admodum Reuerende pater.

Accepi .9° Aprilis datas, quas pater Osuualdus [1] huc misit Augusta [2]. Hunc praeuerterunt literis alijs, sed breuibus, Joannes Viennensis, Joannes Lucius Augustanus [3] et Albertus Saxo. Marcus uero Hieronimus [4], quem nondum vidj, Monachium recta se contulit, Patrem Osuualdum secutus. De hoc ipso Marco agam Monachij coram, et cras illuc statuj proficiscj christo adiuuante, et consultorum adhibebo sententiam, sicut admonet Paternitas tua, an idem nobis in Societate retinendus esse videatur.

[1] Redlingen; vide supra p. 426 436.

[2] Canisius 12. Maii 1567 Oenipontem advenit; vide infra mon. oen. (9).

[3] De his v. supra p. 396 425. [4] Thatius; vide supra p. 339 424.

Priusquam Augusta discederem, Albertum Saxonem Reuerendiss: Cardinalj Augustano Dilingae commendandum curauj[1]: Quid uero haec profecerit commendatio, nondum intellexj. Reliquos duos Joannem Vienn: et Lucium Augustanum propter ea, quae sunt isthic nota, a suorum uotorum vinculis tandem absoluj[2], data illis etiam in viaticum pecunia. Qui in profectione patrj Osuualdo satis molestj fuerunt, et solitum onus, nullum uero subsidium, nobis et Societatj nostrae allaturj videbantur. Posterior, ut intelligo, non Augustanus sed prope Augustam natus, Catholicos habet parentes, et quem P. Natalis Praga secum adduxit, et Romam una cum M. Marchesio misit[3]. Cauebimus nos quidem, ne huiusmodj palmites parum frugiferos in Romanam vineam inseramus[4]. Jdem pater dictum quoque Joannem Vienn: in Jtaliam extrusit.

Visum est patri Lanoyo, ut Wolfgangum Boëmum Diaconum et Christophorum Saxonem recta hinc Viennam mitteret[5], priusquam aliquid ea de re mihi renunciaret. Jgitur officium praestare non potuimus, quod a nobis postulat Pater: Tua, ut idem Diaconus per nos Dilingae ad Sacerdotium promoueretur.

Nouit Pater: Tua M. Alex: Saxonem, de quo mihi scripsit pater Visitator, ut si ita conuenire putarem, missum illum prorsus facerem[6]. Cum is Oenipontj diutius tolerarj non posset, sicut ex p. Lanoy literis isthuc missis credo satis constare, missus est Augustam, vnde porro Dilingam illum transferre, et emendationem vitae illius expectare constitueram. Verum Oenipontj ea cognouj, quae me uel inuitum adegerunt ad illum a Societatis huius corpore abscindendum, statimque dimittendum. Certum habeo pater: Tuam hoc factum meum approbaturam esse, cum primis[a] [?] ex alijs intellexerit foedam hystoriam illo Duce perpetratam. Liberet ac repurget Deus hanc nominis suj Sancti Societatem ab huiusmodj pestibus et quibuscunque turpitudinis authoribus. Sit illi et carnalibus omnibus propitius Christus.

De Collegij rebus alias. Cum enim ad Synodum Augustanam mihi sit redeundum, properandum mihi putauj in hac profectione, ut ante visitationem Collegia Prouinciae nostrae percurram omnia, et qualemcunque illorum statum intelligam, ut postea rectius consuli omnibus possit.

Commendo me et prouinciam hanc omnem sacrificijs et precibus Pat: Tuae ac totius nostrae Societatis in Christo IESV Domino nostro.

a) *Sic; fortasse Can. scribi voluit:* primum.

---

[1] Nescio an hic sit idem, atque ille „Andreas Saxo“, de quo Borgias 20. Maii 1567 ad P. Georgium Bader scripsit; vide infra p. 465.

[2] Lucium iam ipse Borgias ex Societate dimiserat; neque tamen Romae eam dimissionem cum eo communicaverat; vide supra p. 425.

[3] Vide supra p. 363. [4] Cf. Io 15, 2—6; Ps 79, 9—11; Ez 19, 11.

[5] Vide supra p. 426—427. [6] Vide supra p. 306[9].

Hodie literas p. Natalis [*etc., ut supra p. 454*]. Spirense Collegium nunc initium et scholam coepit habere, cuj Herbipolenses possent inuidere[1]. Dominus in suam gloriam omnia[2]. Oenipontj .15. Maij. 1567.

Seruus in Christo P. Canisius.

† [Admo]dum Reuerendo in Christo patri d. [Franci]sco de Borgia Praeposito [Generali] Societatis IESV. Romae.

Borgias Canisio respondit 7. Iunii (per Polancum) et 28. Iunii 1567.

1441. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. (Litterae priores.)

Roma 20. (19.?) Maii 1567.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Padre Canisio". Cod. „Germ. 67" f. 19ª—20ª.

Gaudet, Canisium convaluisse, et sperat, etiam eius fratrem melius habiturum esse. Tres iuvenes, qui mores non emendant, ex Societate tandem convenit dimitti. Mittentur magistri et praepositi; debebat tamen ipsa provincia huiusmodi homines instituere. Fr. Veggiano animum addi oportet; Sociorum valetudo curanda est. Non expedit P. Bader Dilingae simul et regere domum et docere. Si qui Herbipolim mittentur, ita mittantur, ut collegia provinciae non exspolientur; fortasse P. Natalis aliquos supplebit, praesertim cum magistros ex Frisia revocaverit. Cur monacensis magister noviciorum Sociis non satisfacit? Rectoris in patriam profectio. P. Lanoius monebitur, curet, ut et sodales sorte sua contenti sint et ipse bene valeat. P. Sterordianus amandandus est Monachio, rei ratione duce reddita, in provinciam rhenanam; videndum est, ne idem diutius eodem loco subsistat neve familiaritates contrahat. Num P. Vischerius ad Societatis institutum est idoneus? De negotio herbipolensi seorsum scribitur. Pontificis litteris etiam reginae et ducissae prohibentur, ne collegia intrent. De vestitus ratione Sociis adhibenda etiam rectores et consultores sententiam dicant. Relapsi. P. Pastelius. De Elisaeo Haivodo novicio non est desperandum; videndum, ut P. Caspar Haivodus Coloniam ad patrem proficisci possit. Andreae Saxoni victus commoditas extra Societatem provideatur. P. Natale procul agente, Canisio licet Romam de negotiis scribere. P. Gallus scholam theologicam distractam esse queritur; cui malo remedium quaeri convenit. Episcopo herbipolensi fortasse denuo scribetur. Canisius curabit, ut de collegio inter episcopum et Societatem recte conveniat. Quod antequam effectum erit, contionator ei dari poterit, ut eius desiderio satisfiat, non ut initium quoddam collegii fiat. Iuramenta promovendorum in universitate ingolstadiensi; dux moneatur de professione fidei tridentinae promovendis facienda; quae si impetrata non erit, pontifex adiri poterit. Novae aedes scholaeque augustanae. Mortui.

Pax *etc.* Si sono riceuute diuerse lettere di V. R. et le ultime sono de 17. et 24. di Aprile . alle quali si farà risposta, ringratiando prima Jddio N. Signore dela sanità che li ha resa, delaquale intendiamo al medesimo tempo che della infirmità, cosi anche desideriamo hauer noua che si sia rihauutto il Padre Theodorico[3], già che ha cominciato à star meglio col diuino aiuto.

---

[1] Die 5. Maii 1567 tres Societatis magistri Spirae docere coeperant (*Duhr*, Jes. I 116).

[2] Vide supra p. 18³. [3] P. Theodoricus Canisius.

Jntorno à Simone[1] Leodiense, si sono uiste molte cause sufficienti non solamente per mandarlo dal Padre Visitatore[2], ma anche à casa sua, et se V. R. si ricorda, li fù data facultà di poterlo licentiare, quando non si diportassi bene, il medesimo dico di Alessandro Sassone, et di Joanne Viennense[3], et[a] le[b] [?] esperientie di quà et di là che si possono fare per aiutare li[c] tali, conuiene che[d] finalmente ui sia qualche termine, et non si proceda in infinitum, specialmente con danno d' altri.

Si sono intesi li bisogni che V. R. scriue de Philosophi, et de[e] mastri dela prima classe, et anche de superiori, et generalmente parlando fra qualche mese, si potra dare auiso del soccorso che si potra mandar di Roma per il Settembre, in questo mezo si procurara mandar quanto prima che si potra uno per legere Philosophia, benche pare cosa degna di consideratione, come non si alleua nissuno di là che possa supplire à parte deli suoi bisogni. Maestro Paulo é più sufficiente che animoso[4], et però conuiene animarlo, et con questo et con tener cura conueniente, dela sanità et che sian ben trattati li operarij potranno durare. Il Padre Georgio non doueria fare insieme li doi officij di gouernare et legere[5], perche molto difficilmente si possono comportare. Se si mandassino alcuni in Herbipoli, conuerrebbe forsi senza lasciar spogliati li altri Collegij dela Prouincia, pur di questo si[f] trattara di sotto . Se si leua Maestro Roberto, de Jspruch et Rainerio de Monachio[g] et Maestro Gerardo[6], si potrebbe dimandar ricompensa al Padre Natale, che forsa potra dar aiuto, specialmente[h] hauendo leuato li mastri dela Frisia[7].

a) *Sequitur* fatte, *oblitteratum.* b) *Corrigendumne* delle? c) *In ap. correctum ex* quelli. d) *Sequitur v. aliquod, quod omnino oblitteratum est.* e) *Sequuntur vv.* de dar per *vel similia, oblitt.* f) *Sequitur* pur, *oblitt.* g) *Tria vv. sqq. in margine addita sunt.* h) *Sequitur* leuan, *oblitt.*

---

[1] Damerio; vide supra p. 437 455.

[2] Ad P. Natalem. [3] De his vide supra p. 314 396 459—460.

[4] Fr. Paulus Veggiano (Vigiano) sive Vizanus bononiensis, Dilingam ad philosophiam tradendam paulo ante missus; vide supra p. 457; *Polancus* Roma 5. Martii 1567 P. Theodorico Canisio de eo *scripserat: „Nelli costumi anche é molto uirtuoso et buono" (ex apogr. eiusd. temp., „Germ. 65" f. 236[a]).

[5] P. Georgius Bader Dilingae simul vicerectorem collegii agebat et philosophiam in universitate docebat; vide supra p. 451 457.

[6] Robertum Girulium, Reinerium Fabricium, Gerardum Lapidanum (v. supra p. 457).

[7] P. Andreas Boccatius (Bokke) Bruijnsma friso a. 1564 faventibus Viglio Zwichemio et Ioachimo Hoppero Philippi II. regis consiliariis bruxellensibus Ilstae (Ylst) in Frisia occidentali ludum litterarium aperuerat; at cum exeunte a. 1566 eius regionis dominatum Calviniani occupassent, Socii nec contionari nec docere nec palam sacris operari poterant; quare iussu Natalis visitatoris Boccatius tantum cum Philippo Hagen hollando ibi mansit; tres autem magistri cum fratre laico m. Aprili 1567 Coloniam redierunt (Epp. *Nadal* III 422—423 425—427. *Hansen* l. c. 488² 545. *W. van Nieuwenhoff* S. J., Bruijnsma, Cools en Roelandsz. Historische Schetsen, Leiden 1906, 20—34).

Pare significa etiam V. R. che non si tiene la sodisfattione che desidereamo del maestro de nouicij, de Monachio[1], et uorrei intendere la causa perche questo si giudica. Il Rettor de Monachio[2] essendo morti li parenti, hauerà forsa manco occasione de andar al paese.

Al Padre Lanoy si scriuera procuri tener contenti li suoi, et V. R. ancora glielo raccomande insieme con la propria sanità[3].

Jntendendo quello che si scriue del zio del Padre Gulielmo Helderense[4], pare espediente si leui de la[a] Città doue adesso si troua, dando ragione al Signor Duca[5], ò alli suoi, et si mandi alla Prouincia del Rheno, con instruttione al Padre Antonio[6], de come lo ha di trattare, prouando ogni mezo et forsa sarebbe al proposito non lo lasciar fermar troppo in un luoco, ne far radici de amicitie .etc.

Del Padre Vischerio, auisi V. R. se lo tiene atto per la Compagnia et all' hora se dirá quel che ci pare.

Nel negotio de Herbipoli, mi rimetto all' instruttione che quí ua, conforme alla quale hauerei charo procedessi V. R. col Vescouo.

Circa l' intrar ne i Collegij le Regine et Duchesse, pare non si possa fare, et che le comprenda quello ordine del Papa[7], però saria bene fossino auisate[b], auanti che uolessino intrare.

Si sono uiste le risposte sopra le persone et spese deli Collegij, et anche il parer di V. R. circa il uestir deli nostri, pur in questo uorrei che li Rettori et anche li consultori scriuessino il parer loro, ó almeno si sottoscriuessino in quello che scriueranno li Rettori[8].

Tuttauia si sollecita la facoltà per aiutare li relapssi.

Arriuo Maestro Gerardò, et di quello che lui portò[9], scriuera il medesimo[c]; et si altri che sono di[d] costi [si][e] manderanno a Roma quel che deuono alla Prouincia di Germania si farà bono à quella.

Circa eliseo[10] nouicio, non pare si debbia perder animo, benche in tutto non si possa accomodare al commune, perche forsa poco à

a) là *ap.* b) *In ap. sequitur* quan, *oblitt.* c) *Sequuntur aliquot vv. (vel unum), omnino oblitterata.* d) dis *ap.* e) *Hoc v. ut suppleatur, res ipsa exigere videtur.*

---

[1] P. Michaelem Marium significat; vide supra p. 457.

[2] P. Dominicus Menginus.

[3] S. *Franciscus Borgias* P. Nicolao Lanoio rectori oenipontano Roma 20. Maii 1567 *scripsit de collegii illius Sociis: „Procuri tenerli contenti, et consolati in Domino, accio tanto più seruano à Iddio N. Signore cum spirito filiale, etc. si crede ben che sono alcuni difficili, à contentare col giusto et ragioneuole, et per li quali qualche seuerità sia necessaria, si spera pur che il Spirito Santo insegnarà à V. R. à mescolar questa istessa con benignitá paterna“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67“ f. 21[a]).

[4] P. Guilielmus Elderen S. J. nepos erat P. Martini Stevordiani S. J., contionatoris monacensis (*Epistolae* mixtae V 78).

[5] Alberto V. [6] Vinck, praeposito provinciali.

[7] Significantur potissimum collegia oenipontanum et monacense; v. supra p. 441.

[8] Vide supra p. 422 441.

[9] Pastelius (v. supra p. 436) pecuniam secum attulerat.

[10] Haywood; vide supra p. 436.

poco si accomodera meglio, il Padre Gaspar suo fratello, scriue che importarebbe assai, trouarsi lui presente al suo Padre[a] uecchio che sta in Colonia, per aiutarlo à disponere dele sue cose[1], et se si potessi dare à lui questa sodisfattione, al tempo dele uacantie, l' hauerei charo, et non sarà grauato il collegio de Dilinga de uiatico, perche facilmente lo paghera suo padre per l' andare et tornare.

Quanto ad Andrea sassone, fratello del nostro christoforo[2], quel che mi pare è, che non accettandolo nela Compagnia se li procuri dar qualche aiuto ó partito bono fora di quella, come si scriue al Padre Georgio[3].

essendo tanto discosto il Padre Natale, V. R. potra far ricorso ordinario nel scriuere à Roma.

Jl D. Thomas gallo scriue qualche causa per la qual li sia[b] in gran[c] parte disfatta sua[d] schola[e] di Theologia[f] [4], ben sarà considerare se la cosa potra hauer rimedio[g],

Quantunque[h] penso hauer scritto li dì passati al Vescouo de Herbipoli, rimettendo li particolari à V. R.[5] potria essere che adesso si mandassi un' altra simile lettera[6], pur il farlo capace deli motiui nostri, pare lo ha di fare la R. V. Per la fabrica non parese li debbia dar freta, se non saremo prima di acordo, faccia lui[i] da se quello che li parera in questa parte, mandarli predicatore etiam che uenessi il Padre Pietro Phae di Prusia, non conuerrebbe se si mandassi come per dar principio al Collegio insin' à tanto che siamo d' acordo, se si mandassi per darli sodisfattione senza altro rispetto, del futuro Collegio, sarebbe manco inconueniente.

D' Jngolstadio ci auisano, de certe formule de Juramenti, che fanno quelli che si hanno á graduare[7], et non sappiamo se si è fatta

a) *In ap. sequitur alterum* presente. b) *Sequitur* dis, *oblitt.* c) *Hoc v. supra versum scriptum est.* d) *In ap. correctum ex* la. e) *Duo vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* f) *Sequuntur vv.* V. R. intenda, *oblitt.* g) *Sequitur* qu, *oblitt.* h) *Sequitur* qu *vel aliquid simile, oblitt.* i) *Sequitur* quello, *oblitt.*

---

[1] Vide supra p. 381.

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur. [3] Bader.

[4] Gallus litteras longas ad Borgiam Dilinga 30. Martii 1567 dedit et per P. Pastelium Romam misit, quibus scholam „per occasione del gouernatore, per la seuerità, et multe, etc.“ distractam esse querebatur: Ita *Polancus* Roma 19. Maii 1567 ad P. Theodoricum Canisium *rettulit (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67“ f. 20[b]).

[5] Vide infra mon. herb. (12).

[6] Alteras hasce litteras, Roma 20. Maii 1567 ad Fridericum a Wirsberg episcopum datas, vide infra mon. herb. (13).

[7] „Quid iurare debeant“, qui in artibus ad baccalariatum et ad licentiam promoveantur, statuitur in legibus universitatis a. 1472 ab ipso fundatore Ludovico Bavariae duce latis, apud *Mederer* l. c. IV 92—93; et quae iuramenta promovendis in facultate theologica essent facienda, definitum est in eiusdem facultatis „statutis“ a. 1475 latis, apud *C. Prantl,* Geschichte der Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München II, München 1872, 66—68.

diligentia con l' Jllustrissimo Duca, acciò si contenti ordinar si faccia il giuramento che de parte del Papa si é proposto[1], quando questa proua fossi fatta et non riuscisse bene, si potrebbe far quà qualche officio con S. Santità.

La mutatione di stancie in Augusta, sia à gloria d' Jddio N. Signore, et anche il principio delle schole, benche la charestia che ce, de operarij, con questo si aumentarà.

Si raccomandara à Iddio N. Signore il fratello christoforo[2] defunto in Monachio, et il D. Pietro Merenda . et noi ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li 20.[a] [?] di Maggio .1567.

Epistulae huic in apographo quidem dies 19. Maii ascriptus est; sed Canisius in litteris 12. Iunii 1567 datis, per quas Borgiae respondet, eam 20. Maii datam esse affirmat. Quare eam 19. Maii adumbratam, 20. Maii datam esse conicio.

*Litterae P. Georgio Bader „vicerectori" dilingano destinatae, quae in hac epistula memorantur, Roma 20. Maii 1567 sunt datae; in quibus *S. Franciscus Borgias* de Andrea Saxone illo: „Si é inteso", inquit, „di Andrea, alias Christiano, che si è ritirato in Dilinga pentito dela inconstantia sua, quanto ala uocatione. é uero che lui é stato nela probatione di Roma un anno et alcuni mesi, et che uolendo lui andare ad ogni modo a la Carthusia, se li hebbe à dar licentia, quello giouene non è uitioso, ma il suo ceruello e estraordinario, et non atto per l' instituto di nostra Compagnia et manco pare atto per la carthusia, perche si potria temere diuentassi un giorno matto, per la dispositione di testa che in lui si uede; però sarebbe opera di charità che se li cerchassi qualche partito, doue potessi uiuere, et anche attendere alli suoi studij, ò almeno à uiuere uirtuosamente fra catholici, come sarebbe essendo pedagogo de alcuni scholari, ò seruendo al Cardinale di qualche cosa, ò finalmente hauendo altro essercitio honesto" (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 67" f. 22b—23a).

Canisio cum hac epistula missae esse videntur etiam litterae quaedam communes. Nam ita in tabulis antiquis invenio *notatum: „A di 17 di Maggio 67. si mandò la bolla, ó transunto contra li Apostati della Compagnia et communicatione di gratie delle altre Religioni alli seguenti luoghi Lombardia. . . . Superior Germania" etc. Haec bulla, a Pio V. Roma 17. Januarii 1566 data, qua cum Societate etiam omnia privilegia singulis „Mendicantium Fratrum Ordinibus" adversus apostatas concessa communicabantur, exstat in „*Litteris* apostolicis" etc. 96—105. Sin autem has Borgiae litteras cum iis, quae 15. Iulii 1567 ipsius mandatu ad Canisium datae sunt, contuleris, merito, nisi fallor, conieceris, huius bullae „transsumptum" quidem sive apographum m. Maio, authenticum autem exemplum m. Iulio Canisio missum esse. Hoc quoque in Cod. „Def." *notatum est, 20. Maii 1567 in Germaniam superiorem missam esse „la commune sopra il lasciar il collegio di Amelia" (Diu. ord., in a. 1567). Ameria sive Amelia, civitas Umbriae, in qua Socii sub a. 1556 sedem fixerant, ob partium studia, quibus perturbabatur, et victus difficultatem atque episcopi animum alienum Borgiae parum idonea videbatur ad Societatis culturam excipiendam; quare hoc ipso anno collegium ex ea sustulit (*Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 3, n. 99 100). Cur ea de re Canisium sibi censuerit esse consulendum, vide supra p. 409.

Canisius Borgiae respondit 12. et 22. Iunii 1567.

a) 19. *ap.; vide, quae sub ipsas has litteras (proxime) dicuntur.*

---

[1] Professionem fidei tridentinam, a Pio IV. praescriptam; vide supra p. 398.
[2] Neyner.

1442. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Jesu, CANISIO. (Litterae alterae.)

Roma 20. (19.?) Maii 1567.

Ex litterarum commentario, quod exstat in „Germ. 67“ f. 56[a]—57[a]; in margine commentarii, eadem manu: „Padre Canisio“. Litterarum particulae aliquot (ascripto d. 23. Augusti 1567) sunt in Epp. *Nadal* III 796—797. Litterarum mentionem facit Borgias in epistula Roma 20. Maii 1567 ad P. Natalem data (l. c. III 478).

Quod ad collegium Herbipoli instituendum attinet, non placuit sententia P. Natalis existimantis Societatem in contionandum et in theologiam docendam se obstringere posse; neque etiam convenit, tantum istum numerum magistrorum mitti, cum reditus annuus eo longe inferior sit; neque admitti potest salarium contionatoris cathedralis, quod episcopus ita dare vult, ut consensus capituli non accedat, et ut Societas contionatori dando obligetur. Quare Borgias ad episcopum officiosas dat litteras, quibus eum certiorem facit, se rerum usu edoctum ipsi, antequam pactum sibi missum confirmet, per Canisium aliqua de collegii incohandi ratione propositurum esse. Canisius igitur episcopo persuadebit, tam multis scholis collegium incohari non debere; deerunt auditores idonei; fructus is erit, quo collegii fama minuatur. Neque responderi potest, episcopum omnibus imperio suo subiectis edicturum, ut ex reliquis academiis ad collegium veniant; nam primis istis annis, collegio nomen nondum consecuto, vix ita edicet. Et si edixerit, num oboedient? Et si oboedient, vix, quae de fide, religione, moribus tradentur, bonis animis excipient. Violenta non durant. Incipiendum est a grammatica litterisque et humanitate ac, si idonei auditores suppetent, etiam a rhetorica; quibus rationibus cum collegium existimationem sibi paraverit, libenter filios mittent. Adiungi poterit, qui catechismum et casus conscientiae explicet, nullam tamen eius mentionem faciendo in litteris pactionis. Itaque episcopus collegii incohandi rationem Societatis arbitrio permittere debet. Quae capita cum ei probata erunt, de reliquis minor erit difficultas, quia litteris et philosophiae tradendis Societas vere se obligare potest. Quod autem ad theologiam attinet, rerum eventus docebit, num academia instituenda sit. Ne exigantur a Societate, quae ipsa praestare instituto suo vetatur. Sin autem episcopus ad prima consilia mutanda induci non poterit, Canisius se ad praepositum generalem scripturum dicet, ut ille ea de re statuat.

Quanto al negotio del Collegio Herbipolense, presupposto che ci è parso quel modo di obligarsi la Compagnia, che pensaua il padre Natal poter farsi, non esser conforme alle nostre Constitutioni scilicet per esser il predicar et legger cose diuine et simili altri ministerij per tanto proprij del nostro Instituto[1]: Et similmente non è parso esser cosa che conuenga il dar tanti Professori à quel Collegio che bastarebbono per una integra Academia[2] la cui dotatione non basta per nutrir una parte della gente che ui douerebbe essere; Aggiungendouisi che li 500 fiorini che da il Vescouo oltra[a] li mille del Monasterio, come intendiamo, sono il salario del Predicator ordinario di quella Chiesa, et per darle senza il consenso del suo Capitulo et richieder obligatione dalla Compagnia di dar un Predicator'[3], non ci par conueniente di riceuerli, tutto questo come dico presupposto, non ci è parso douer confermar il contratto, parte per esser contra il

a) *In comm. correctum ex* sopra, *quod prius scriptum erat.*

[1] Vide supra p. 394—395.

[2] Professores, qui 9 classibus praeessent, petierat Fridericus a Wirsberg episcopus; vide supra p. 365—366.

[3] De hac re vide supra p. 369—370 393—397 464.

nostro instituto, parte per esser troppo graue; ma scriuo al Vescouo con parole generali, significando d' hauer riceuuto le sue lettere et l' instromenti, et per hauer inteso l' animo di S. S. Reuerendissima tanto sollecito ad aiutar la sua Chiesa et li suoi popoli, et anche inteso l' animo che li nostri han mostrato di seruirli in questo, mi sono rallegrato nel nostro Signore Però hauendo ripensato all' esperienza che di simili imprese habbiamo anche nella germania li hò uoluto rappresentare prima che confermare questo negotio quel che ci è parso de i principij del Collegio che domanda, rimettendomi a quello che V. R. li dirà à bocca[1]. Et[a] questo sarà solo per V. Reuerenza.

Quello dunque che V. R. potrà trattare col Vescouo par sia di persuaderlo che il cominciar da principio[b] con Professori di tante scientie insieme[2], non par che sia per riuscir, ne il frutto delli trauagli che in questo si spenderanno ne manco la reputatione del Collegio che si pretende appresso delli forastieri per maggior aiuto di quella sua prouincia à maggior gloria di Dio N. Signor, perche è cosa come certa che non si ritrouaranno Auditori idonei per tali professioni, massime quanto alla Philosophia et Theologia. Et così queste schole o haueranno auditori incerti, o uero non si cauara il frutto che pretende S. S. Reuerendissima et noi altri, et cosi quello che si comenciasse con gran feruore andarebbe allentandosi col tempo con disgosto del medesimo Vescouo et pregiuditio del nome del Collegio.

Ne si toglie questo inconueniente con dir che il Vescouo con editto publico comandarà a tutti i suoi sudditi[c] che tornino dalle altre Academie et uenghino al Collegio, perche in prima non è uerisimile che S. S. li uoria cosi costringere, massime in questi primi anni, innanzi che il Collegio habbi nome sufficiente. Et anchor che lo facessi si puo dubitare se sarebbe ubbidito in tutto . Et quando ben ubbidissero li sudditi, però hauendosi da riceuer cose della fede et Religione, scientie, uirtù, et costumi, non par che le riceueranno non hauendoci animo et buona uolontà. Ne cosa uiolenta, come si suol dir, è per perpetuarsi[3], ma bisognarebbe cosi ordinare li principij di quello studio in modo che alla giornata si potesse uedere et il frutto nelli scholari, et l' aumento della buona fama appresso li esterni.

Quel che si può sperar, sarebbe se si cominciasse dalla grammatica delle lingue, et dalle lettere humane, et etiam Rhetorica quando

a) *Sequitur* cos, *oblitteratum.* b) *Sequitur* da, *oblitt.* c) *Hoc v. in apogr. supra versum scriptum est.*

[1] Ipsam Borgiae epistulam vide infra mon. herb. (13).

[2] Grammaticae (latinae), litterarum et humanitatis, rhetoricae, linguarum graecae et hebraicae, philosophiae, theologiae; vide supra p. 365—366.

[3] „Violenta nemo imperia continuit diu: Moderata durant“: *L. Annaeus Seneca*, Troades v. 259 260. „*Εἶπον δὲ οἱ Πάτρες, ὅτι πᾶν πρᾶγμα ὃ μὴ θέλει ἡ ψυχὴ, ὀλιγοχρόνιόν ἐστιν*“: S. *Dorotheus* Abbas, Doctrina X, n. 6 (*Migne*, P. gr. LXXXVIII 1732).

si trouassero li scholari idonei, perche è uerisimile che non mancarà buon numero di scholari per questi studij et atti per far[a] alla giornata progresso manifesto, essendo ben fornite[b] et ornate[c] [?] queste classi[d], il che sara molto più facile che d' abbracciar tante cose insieme[e] (nam sat cito, si sat bene[1]), et à questo modo il Collegio s' acquistara facilmente nome et credito per far che li sudditi suoi mandino[f] con soauità li loro figlioli, et anche li esterni.

Et con questo se ui si aggiongesse uno ilquale interpretasse le cose che pertengono al Catechismo[g] et Casi di consciencia, hauerebbe il Vescouo per proueder alli presenti bisogni della sua Chiesa et grege, benche questo Professor' non si hauerebbe da metter nel contratto. Et per queste cause gia dette et altre simili pare che il Vescouo douerebbe ben rimettere il modo di principiar questi studij al giuditio della Compagnia da[h] [?] chi ha da gouernarli, et ha esperienza di cose simili. Et se il Vescouo con queste o altre ragioni si lasciarà persuadere par che li altri punti saranno piu facili perche la Compagnia si può ueramente obligare alla professione di queste lettere et anche di[i] Philosophia[k] quali non insegnarebbe[l] se non[l] [?] per[l] [?] disponere[l] [?] li Auditori alle cose piu proprie del nostro instituto et perciò se ne[m] dourebe fidar.

Et quanto alli altri professori di Theologia il successo insegnarà se sarà conueniente di procurar che sia lì Academia. Ne par che si debba domandare dalla Compagnia quello che secondo il suo Jnstituto non può fare. Et cosi si cominciarebbe il Collegio con questa dotatione assignata in alcun modo conueniente[n] al numero delle persone che richiederanno questi essercitij, Jntendendosi però che quelli 500 fiorini fossero assegnati conuenientemente et sicuramente. Et se queste ragioni non bastaranno à farli mutar li suoi primi concetti à V. Riuerenza toccarà giudicare si sara ben di trattar delli altri punti con lui alla chiara con dir che la Compagnia non giudica esser conueniente ne puo anchor che uoglia pigliar obligatione[o] à quelli ministerij che sono tanto proprij[p] anzi il fine del suo Jnstituto. Et che per hauer tal numero di professori conuerrebbe hauer sufficiente modo di sostentar gente secondo il modo di proceder della Compagnia. Et quando nel Vescouo non si ritrouasse dispositione per trattar questi punti, bastarà dir che[q] V. Reuerenza ci scriuerà le cose che hauera scassate[r] [?] a S. S. Reuerendissima acciò che io mi[s] possa risoluere.

a) *Duo vv. sqq. in margine addita sunt.* b) *Duo vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* c) *Sic; corrigendumne* ordinate? d) *Sequitur* Quello, *oblitt.* e) *Sex vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* f) *Duo vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* g) *Quattuor vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* h) *Hoc v. ex commentario delendum fuisse videtur; nisi Borgias scribere voluit:* da chi hanno da gouernarsi. i) *In comm. correctum* ex alla. k) *VV. sqq., usque ad* ne *incl., supra vers. scripta sunt.* l) *Haec vv. obscurius scripta sunt.* m) *Duo vv. sqq. in marg. addita sunt.* n) *Sequuntur vv.* alli essercitij, *oblitt.* o) *Ita in comm. correctum est ex* non giudica esser conueniente che si pigli obligatione. p) *Tria vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* q) *Duo vv. sqq. supra vers. scripta sunt.* r) passate? *Obscurius scriptum est.* s) *Ita in comm. correctum est ex* che N. P. si.

---

[1] De hoc proverbio v. *Can.* IV 323[6].

Hae litterae, ut ex epistula superiore intellegitur, una cum hac Canisio missae sunt (vide supra p. 463); quare ipsas quoque 20. (19?) Maii datas esse censeo. Canisius Borgiae respondit 12. Iunii (et aliqua ratione 24. Iulii) 1567.

1443. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Monachio 21. Maii 1567.

Ex imagine photographica (A) litterarum autographarum (2°; 3½ pp.; in p. 4 etiam inscriptio posita est); quae exstant in „E. C. II" n. 195 (314 315). Praesto erat etiam apographum (B), quod sub a. 1892 ex autographo exscriptum est. Litterarum particula ex autographo transcripta est in Epp. *Nadal* III 478[2]. Epistula usus est *Kröss* l. c. 177—178.

Fr. Ioannes Vicus Oeniponte Dilingam mittitur, ut corrigatur. Duo dimissi. Maccaronica carmina. Frater aliquis laicus ad Cartusiam aspirat. Num ob pontificis constitutionem reginae et ducissae ingressu collegiorum hortorumque prohibendae? P. Natali id non videtur. Collegium germanicum. Rectorem oenipontanum et aetas et indoles rigidiorem reddunt in eos, quos consolari debet; a sacerdotibus collegii parum ille adiuvatur. Reginarum confessarii mutari nequeunt; expeditne eos cum iisdem Halam transmigrare vel domum Societatis ibidem ab archiduce institui? P. Merquitii contionatoris prosperitas atque miseriae. Monachii collegium floret, nisi quod novicii meliore egent magistro; Thatius; curetur, ne Roma P. Schorichius multum scribat ad aulicos neve brevi Monachium remittatur; contionatores; rector. P. Natalis prudenter collegium herbipolense provinciae rhenanae adiunxit; Canisius ei magistros aliquot subministrabit neque vero rectorem dare potest. Contionatoris herbipolensis desiderium; rectoris dilingani valetudo.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Scripsi postremas Oeniponti, unde huc accessi cum Joanne Anglo fratre nostro[1]. Js enim P. Lanoio Rectori suo erat saepe molestus, neque cum eo facile conuenire posse uidebatur, ut illum alio transferre multorum etiam iudicio expediret. Juuabitur autem Dilingae, quantum per Dei gratiam consequi potuerimus[a] [?], vt desinat[b] [?] minus querulosus et rixosus esse.

Promisi me scripturum de M. Alexandro Saxone, qui vna cum Joanne Anglo collegium Oenipontanum praecipue perturbasse dicitur, et nunc a votorum vinculis est absolutus . . .

V t i n a m a b s c i n d a n t u r[2] eiusmodi pestes omnes, et perturbatores fratrum incorrigibiles, quos non sine aliorum pernicie tolleramus. Similis plane fuit M. Simon[3] Dilingae dimissus, ut ad P. Visitatorem[4] prout flagitabat, proficisceretur. Postea intelleximus, quod vnum e nostris in fide Sacramenti Eucharistiae dubium reddiderit, eique dixerit, se in patriam abiturum, simplicia vota quae fecisset, superueniente matrimonij vinculo inefficacia et libera esse[5].

a) *Sic A; volebatne Can. scribere:* poterimus? b) *Sic; sed si vv. sqq. consideraveris, Canisium* discat *scribere voluisse coniectabis.*

---

[1] Ioannes Vicus (Wick) logicam et grammaticam graecam tradiderat (v. supra p. 364[2]).

[2] Gal 5, 12. [3] Damerius; vide supra p. 455—456. [4] Natalem.

[5] Nondum quidem *Gregorius XIII.* bulla Roma 25. Maii 1584 data sollemniter definiverat: Omnes, qui in Societatem admissi, „biennio probationis peracto", „tria vota substantialia, tametsi simplicia, emisissent", antequam a Societate legitime

alter alteri Macheronica (spurcissimum librum et poetam) dono dederat, atque ex Vrbe deportarat[1]. Ego librum obscoenitatis refertum abstuli, cum essem Dilingae, et cupio uehementer, vt haec amatoria non legantur a nostris Romae, sicut fieri tamen isti dixerunt recreationis tempore, quibus ego fidem dare nollem.

Jtem est Jtalus quidam Oeniponti, qui multo iam tempore ad eam tentationem relabitur, vt transeat ad Carthusianum institutum. Est is Petrus Aretinus coadiutor temporalis, in praestanda superiori obedientia, et fratribus charitate difficilis saepe[2]. De hoc etiam moneri cupio a P. T.

Est alius etiam scrupulus nobis iniectus ob Pontificis prohibitionem, ne mulieres monasteria uel domos religiosorum ingrediantur[3]. Reginae[4] pergunt Oeniponti facere, ut prius, in horto nostro inuisendo. Putant nostri nominatim isthic non recenseri neque intelligi Reginas, quia fit mentio tantum de Ducissis, nisi forte sub generali clausula sequente comprehendantur. Deinde P. Natalis dicere uidetur, hanc excommunicationis sententiam ad monasteria et domos religiosorum, non aeque ad collegia nostra se extendere[5]. Scripsi de hoc alias,

---

dimitterentur, ad matrimonium ineundum „inhabiles, ac contractus huiusmodi nullos et irritos esse“ (*Litterae* apostolicae etc. 236—237). Sed hoc eo etiam tempore omnino planum certumque erat: Simon ille, si votis non solutus, matrimonium inibat, sacrilegium perpetrabat et Societatem, cui se tradiderat, iniuria afficiebat atque votis illis, quantum fieri posset, servandis etiam tunc obligabatur; ita, ut de voto castitatis perpetuae singulariter dicam, debito coniugali et petendo et reddendo, quantum citra uxoris iniuriam fieri posset, abstinere, et novo quoque matrimonio, si forte prius illud morte uxoris vel alia ratione solutum esset, abstinere debebat, nisi dispensatio legitima accedebat.

[1] „Maccheronica“ sive „Macaronica“ vocabantur satyrica quaedam et iocosa carmina, quorum latinitas verbis italicis ad libidinem permixta erat; in quo genere poetico, saeculo XV. invento, Theophilus Folengus (Folengo) benedictinus (1492—1544) famam haud ita bonam collegit (qui tamen postea ad meliorem frugem rediit); fortasse igitur significatur „Opus Merlini Coccaji maccaronicum“ a Folengo primum Venetiis a. 1519 editum; quae editio sane suas habebat obscaenitates (*Gir. Tiraboschi*, Storia della Letteratura italiana VII[3], Modena 1779, 272—274; *Gius. Finzi*, Lezioni di Storia della Letteratura italiana II[3], Torino 1902, 162—163).

[2] In **Catalogo* collegii oenipontani exeunte a. 1566 conscripto comparet: „Petrus Aretinus etruscus“, 22—23 annos natus; is a. 1562 in Societatem admissus, m. Iunio eiusdem anni Romae vota nuncupaverat; „fere semper functus est officio promiconi“ eodemque nunc quoque fungitur („GSC 66“ f. 414[a]). *Lanoius* rector Borgiae Oeniponte 11. Iunii 1567 *scribens eum „credenziario nostro“ (praefectum refectorii) vocat (ex autogr.; „G. Ep. VIII“ f. 183[b]).

[3] De hac Pii V. constitutione vide supra p. 356—357.

[4] Magdalena et Helena archiducissae; quibus, quia Romanorum imperatoris (Ferdinandi I.) filiae erant, ex illius aetatis instituto „reginarum“ et nomen et honor tribuebatur.

[5] Ita etiam postea *Emanuel Rodericus* O. F. M. in „Quaestionum Regularium et Canonicarum Tomo primo“ a se denuo recognito et cardinali Gaetano dedicato (Venetiis 1611) ad hanc Pii V. constitutionem notavit: „Quod hic non prohibetur ingressus Reginarum, Princessarum, et filiarum Regum. Si enim Summus Pontifex eas comprehendere vellet ipsarum meminisset, sicut meminit Comitissarum,

praesertim ut sciamus quid Oeniponti et Monachij sit respondendum Reginis et Ducissis [1], cum aliquando collegia uel hortos uolunt inuisere, nec ab Ordinarijs norunt nouam hanc Pontificis prohibitionem, nisi [a] eandem illis nos promulgare debeamus. Quicquid autem responderit P. T. nos citra discrimen personarum executioni demandabimus.

Admoniti sumus, ne ante proximum autumnum ad collegium Germanicum aliquem mitteremus. Nunc quidam egregij adolescentes eo mitti adhuc postulant; quot autem ali possint non suis, sed collegij sumptibus, ac Romam porro mitti autumni tempore, cupio id nobis explicari.

Quod ad collegium Oenipontanum attinet, satis multas audiui querelas tum Rectoris P. Lanoy contra fratres, tum horum aduersus Rectorem eundem. Redibo ad illos absoluta synodo Augustana, nisi aliud impediat, ac uisitationem [b] singulorum collegiorum ordiar in nomine Domini [2]. Nunc gustum coepi [c] [?] tantum de principali statu rerum, qui est Oeniponti quidem, quam alibi, perturbatior. Causam ego meliorem dare non possum, nisi quod gubernatio huius collegij sub priore Rectore Dirsio laxior fuerit, sub hoc autem seuerior esse coeperit. Conqueruntur ergo ministri, se non posse huic Rectori satisfacere : ingratum esse quicquid ipsi tentarint, se obiurgari durius, et fratres omnes non raro asperius taxari, quod sint iuuenes, aulici, delicati, carnales. Rectorem eundem impatienter et concitate agere, multa saepe mutare, ut se aliosque perturbet, sic timeri magis quam

a) *Sequitur* hanc, *a C. oblitteratum.* b) *Sequitur* et, *a C. oblitt.* c) *Sic; C. scribere voluisse videtur:* cepi.

Marchionissarum, etc. cum in illis maior sit ratio dubitandi, quam in istis." Simul tamen refert, per Gregorium XIII. (1572—1585) religioso cuidam viro ordinis Minimorum, quaerenti, num per eam constitutionem esset „derogatum suae regulae concessioni, vt singulae Dominae de stirpe Regia procreatae, ac etiam omnes huius ordinis fundatrices" monasteria ordinis „visitare tolerarentur", ex sententia Congregationis Concilii Tridentini responsum esse: „Non censeri derogatum quoad Reginas, vel fundatrices duntaxat" (qu. 48, art. 1, n. 1). Atque *Thomas Sanchez* († 1610) S. J. theologus praeclarus censuit ne filias quidem reginarum ea Gregorii XIII. sententia prohiberi, quominus monasteria intrarent; eas enim reginarum nomine comprehendi (Opus morale in Praecepta Decalogi l. 6, c. 17, n. 5; in editione Lugduni 1621 facta II 235). De imperatricibus autem earumque filiabus idem et a multis tradi et ab omnibus servari refert *Luc. Ferraris* O. F. M. († sub medium saec. XVIII); qui etiam addit: „Sic etiam praxis videtur contraria de Ducissis suprema auctoritate, jurisdictione gaudentibus, et de Fundatricibus, apud plures, quia tales Ducissae in suis ditionibus aequiparantur Reginis, cum in ipsis suprema gaudeant auctoritate, et jurisdictione, ac ipsae Reginae" (Prompta Bibliotheca canonica etc., in v. „Conventus" art. 3, n. 20—22; in editione a *I. P. Migne* curata T. II, Parisiis 1861, 1505—1506). Atque haec de superiorum temporum disciplina; neque enim de praesenti aetate quidquam proferre velim. Hoc tantum addo: Sententiam Natalis collegia Societatis de clausura papali, quam vocant, eximentis ipso iam saeculo XVI. sententia contraria vicit superavitque (*Institutum* S. J. I 539).

[1] De ducissis monacensibus vide supra p. 353[1] 441.

[2] Ex 33, 19. Ps 117, 10 11 12 25. Act 4, 10; 9, 28. 1 Cor 5, 4 etc.

amari, et ob timorem non audere fratres cum Patre suo conferre fidenter, et se illi aperire. Ego uero duo uel tria in Rectore hoc maxime desiderarim. Primum quidem ut esset iunior, si fieri posset. Nam uidere uideor, senilem aetatem hanc P. Lanoij uix a quibusdam uitijs uindicari posse. Pergit igitur esse morosior, difficilior, durior, concitatior : sed neque fidelem retinet memoriam ante dictorum, ut sui aliquando uideatur oblitus. Haec senum uitia aetati sunt saepe condonanda, sed quae fratrum tamen et imperfectorum animos non parum exercent, ac gubernationem tranquillam impediuut, praesertim ubi Rector solus fere agit et agere vult omnia, nec habet alios, quibus in ministerio fidat.

Alterum quod in bono Patre notaui, natiua est seueritas et singularis quidam zelus in exigenda et impetranda perfecta uitae religiosae disciplina. Jgitur austerus est sibi saepe, nec indulget corpori, quae ingrauescens aetas postulat : sed qui alijs, praesertim tentatis et ualetudinarijs, minus rigidus esse poterat, eo praesertim in loco, qui non pauca nostris adfert incommoda, praecipue cum sint montibus interclusi, aere sereno et salubri saepe destituti, carnium et piscium penuria laborantes, etc. Jgitur consolatione Rectoris egerent, non minis atque terroribus uel obiurgationibus, quas audio nimis frequentes esse.

Praeterea quod ad uictum parandum attinet, magnam in eo curam ponit Rector, quem victum[a] iudicant nimium esse frugalem et parcum, uel male coctum, ut Gallis uel Hispanis magis quam Germanis satisfacere possit. Hinc accedit postea suspitio tenacitatis, quasi Rector non spiritualia, sed potius temporaria quaerere uideatur.

Ego de his egi cum Rectore coram, suauiter tamen et agam in Visitatione iterum, vt rigorem hunc naturae et disciplinae relaxet, magisque sibi conciliet fratrum animos humanitate quadam et facilitate, si illos in officio tenere uelit, qui paulatim ad perfectiora[1] perducendi sunt, et adhuc lacte indigent, donec in spiritu adolescant[2]. Est interim bono viro condolendum, qui a sacerdotibus P. Dirsio, P. Paulo[3], P. Joanne[4] Saxone nunc contionatore parum accipit subsidij, vt Ministrum et subministrum fidum reperire non possit, et qui uidet seniorum exemplum junioribus nocere[b], tum uix ullum adesse, qui sit in spiritu societatis probe fundatus. Oret pro nobis P. T. ut huic collegio, quod multis est difficultatibus obnoxium, rite consulatur.

Quod ad Confessarios Reginarum spectat, qui saepe languent, non uideo, mutationem ullam institui posse. Quae sorores in vnum consentire Patrem spiritualem nolunt, sed suum quaeque proprium

a) *Hoc v. supra versum scriptum est.* b) *Sequitur* aliquando, *oblitt.*

[1] Hebr 6, 1. [2] Cf. Hebr 5, 12; 1 Cor 3, 2.
[3] Hetzcovaeo. [4] Merquitio.

postulat, vt uiua etiam sorore Margareta factum fuit[1]. Junior imbecillis est ac ualetudinaria, quae non procul a ptisi abesse putatur. Archidux frater nunc nouam[a] extruit domum utrique sorori, ut scripsimus[2], et nostros vult illis esse vicinos in propria domo, quae decem uel duodecim habeat inhabitatores. Qua de re nihil ego apud Archiducem aut sorores eius egi, partim quod expectem P. T. sententiam, quid hac in parte a nobis fieri uelit: partim quod non intelligam istarum Reginarum animos, quibus fortasse uisum est satis, duos e nostris Confessarios perpetuo adesse sibi non secus quam si domestici essent capellani. Credo interim, P. Dirsium et P. Paulum non grauatim ad hunc quietum[b] secessum ituros: sed ambigo, an illis et nobis expediat hanc Reginis seruire seruitutem[3]. Posset interim fortasse domus Professorum[4] aut nouitiorum isthic construi, si Archiducis uel sororum eius animus huc posset permoueri. Verum expectabimus, ut P. Natalis voluit, ex Vrbe responsum.

P. Joannes Saxo mire placet auditoribus, ac etiam Archiduci et nobilibus in contionando. Jngenium uero quale habeat, et quam sit impotens sui, satis isthic notum puto. Timent nostri, ne in medio cursu concidat, aut seipsum perdat: tam uehemens ac tantum non furiosus leui etiam de causa esse solet, aut fugam, aut extrema nobis minitans. Hic eget Rectore placido et saepe indulgente, ipsiusque natiuos impetus arte magis quam ui quadam moderante. Commendo illum peculiariter sacrifitijs et precibus P. T.

Ad collegium Monachiense nunc accedo, quod satis est modo tranquillum et florens Dei gratia. Nunquam antea plures poenitentes, communicantes, discipuli et auditores nostris fuere. Fauent Consiliarij principum istorum, nouitij utcunque se gerunt, nisi quod meliore[c] P. Michaele, indigent praeceptore[5], suntque tres qui se offerunt, vt nouitijs adnumerentur. Jnter hos agit Hieronymus ex Vrbe missus[6] breui, et nunc rectius ualens, ut de illo dimittendo statuere necessarium non uideatur. Tempus interim docebit, quid de illo polliceri nobis possimus.

a) *Ita C. correxit ex* nouo *vel simili v.* b) *Sequitur* succes *vel simile v., oblitt.* c) *Sequitur* quam, *oblitt.*

[1] Margaritae († 12. Martii 1567) et Helenae confessarius erat P. Paulus Hetzcovaeus; Magdalena, natu maxima, sibi a confessionibus esse volebat P. Ioannem Dyrsium; de quo *Lanoius* rector Oeniponte 7. Februarii 1567 Borgiae *scripsit: Margarita et Helena „lo riputano come spione et turbatore di la lor pace" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 171).

[2] De hac Ferdinandi II. aedificatione halensi vide supra p. 434.

[3] Cf. Is 14, 3; Ez 29, 18.

[4] Domum dicit, in qua sacerdotes vota sollemnia Societatis „professi" contionibus habendis, catechismo explicando, confessionibus excipiendis, similibus ministeriis operam navent, stipe, non reditu certo viventes (Constitutiones S. J., P. 3, c. 1, n. 27, X; P. 6, c. 2, n. 2—4).

[5] P. Michael Marius magistrum noviciorum agebat; vide supra p. 378 457.

[6] De Marco Hieronymo Thatio vide supra p. 459.

Cogor de P. Schorichio[1] iterum admonere. Primum quidem, ut ne scribat huc toties ad exteros et personas praesertim aulicas, quia sibi et nobis hac libertate nocet, dum inconsiderate scribit et agit. Deinde uero, vt ne sinatur hoc anno redire Monachium, etiamsi Princeps[2] eodem Schorichio siue instigante, siue nesciente, id postularet. Nam reditus illius multas ob causas collegium hoc et quietam eius gubernationem perturbaret : ut multi iam sibi metuant ab eius expectat. reditu, quem literis quibusdam ad alios datis ille dicitur polliceri. D. Paulus et P. Martinus[3] grati sunt satis in munere contionandi, nihilque negotij nunc habent nostri cum aula, Deo sit gratia. Speramus P. T. id curaturam, vt P. Schorichius in studijs diutius et diligentius retineatur, quem Princeps redire uellet cum honoris uel gradus titulo[4], vt referunt nostri.

Rectori huius collegij P. Dominico[5] magnam consolationem adferret, si P. T. literis in hoc munere confirmaretur, est utilis collegio et utcumque satisfacit huic functioni.

Quod ad collegium Herbipolense spectat, P. Prouintialis Rheni[6] una mecum expectat vltimam P. T. sententiam. Et prudenter tandem statuit P. Natalis, ut si collegium hoc, sicuti speramus, erigendum sit, non nostrae, sed Rhenensi prouintiae, quae uicinior, et fertilior ac modis omnibu[s][a] instructior esse uidetur, illud ipsum adiungatur. Jtaque scripsit ad me idem Prouintialis[b], si uelim et sic iudicem conuenire, suscepturum se onus non solum Spirensis, sed etiam Herbipolensis collegij hoc anno inchoandi, cum annuerit tantum P. T. quam spero facile consensuram esse. Nec ero difficilis in vno atque altero etiam professore illi donando. Theologus autem et philosophus ex Vrbe utinam possent accedere. Miramur de contionatore P. Fae nihil audiri, quando sit adfuturus . nam ingens eius est expectatio[7]. Consilio praeterea lube[ns] iuuero dictum Prouintialem, sicuti postulat, vt res omnis apud Episcopum[8] commodius transigatur. Jllud non uideo qui fieri possit, vt Rectorem Herbipoli demus P. Rabenstein, ex quo pendet collegiu[m] Hieronymianum et nouae domus structura, et praecipua externorum Dilingae studiosorum gubernatio. Deinde Rector Dilingensis[9] habet aliquanto rectius, et suam adhuc ualetudinem

a) *Quae hic et infra uncis quadratis inclusa cernuntur, suppleta sunt ex B; nam quia in extremis autographi versibus posita sunt, photographice non sunt expressa.* b) *Sequitur* vt, *a C. oblitt.*

---

[1] P. Georgium Schorichium post medium a. 1567 Romae in collegio germanico unum ex praefectis cubiculorum („prefetti di camera") fuisse constat ex **Catalogis* romanis eo tempore conscriptis („Catal. Rom.-Tusc. 1559—72" f. 67[a]).

[2] Albertus V. Bavariae dux.

[3] PP. Paulus Hoffaeus et Martinus Stevordianus.

[4] Titulum doctoris theologiae vel similem significat.

[5] P. Dominicus Menginus rectoris officium aegre sustinebat; vide supra p. 303 320.

[6] Antonius Vinck.

[7] Herbipoli in ecclesia cathedrali eum contionari cupiebant; v. supra p. 387 396.

[8] Fridericum a Wirsberg.

[9] P. Theodoricus Canisius.

curat Augustae, nec placet medico, vt aerem patrium quaerat. Verum si huic P. Georgium [1] Ministrum subtrahamus, magnam praebebimus occasionem, vt[a] languidus hic et tantae gubernationis oneri impar se iterum conficiat immodicis curis, quas corpusculi debilitas fer[re] non posset, ut antea. Jgitur neque Patrem Rauenstain, neque Magistrum Georgium hunc puto Dilinga moueri, et Herbipolim mitti posse loco Rectoris, ut optauit aliquando P. Natalis. Qua de re alias forte plura. Dominus nobiscum per sacrificia et preces P. T. quibus Domino semper cupimus esse commendati. Monachij 21 Maij 15[67.]

Seruus in Christo P. Canisi[us][b].

† Admodum Reuerendo Patri, P. Francisco Borgia Praeposito generali Societatis Jesu. Romae.

Borgias Canisio respondit 7. Iunii (per Polancum) et 28. Iunii 1567.

1444. P. OLIVERIUS MANAREUS S. J., provinciae Franciae praepositus, CANISIO. Parisiis 24. Maii 1567.

Ex apographo (2°; 2½ pp.), quod, in Germania superiore eodem fere tempore ex archetypo (autographo?) exscriptum, inde Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem missum est; in apographi tergo manu eiusdem temporis notatum est: „Exemplar literarum R. P. oliuerij ad D. Canisium ubi habetur de viaticis inter ipsos controuersis.“ Cod. „Epp. Galliae“ f. 16ᵃ—17ᵇ.

Saepe Canisio scribet idque italice; hunc rogat, ut ipse quoque de rebus provinciae per Fr. Roccam saepe se certiorem faciat. „Summa“ Parisiis modo excusa est. Anno superiore eiusdem versio gallica excusa et celerrime divendita est. Manareus pecunias misit. P. Darbishirus ex Germania superiore in Galliam missus, ibi ob linguae ignorantiam nihil officii praestare potest; Manareus tamen viatici ab eo expensi dimidiam partem solvere paratus est. Alia quaedam viatica, quae Canisius exigit, Manareus solvere gravatur; nam Socii pauperes sunt; et iuvenes ex Germania missi Galliae oneri potius quam bono erant, ob infirmitatem aliasque rationes; aliquorum missio uni Germaniae bono fuit. Curandum est, ut ea controversia Romae dirimatur. Collegium parisiense magni fit. Rex in religionis gratiam vires exserit. Mortui sunt Bordilionus Catholicorum, Portianus Hugonottorum patroni. Cleri vitia.

Pax Christi.

Molto Reuerendo in Christo padre hauendo intenso con mia consolatione [2] che non meno teneriasi sodisfata la R. V. dalle nostre letere quantunque scritte in italiano come si fossero scritte in buon latino, mi son risoluto di scriuer le in quella lengua spesso il che non ardiuo far' in latino per essere tanto poco prattico et essercitato jn detta lengua benche anche molto poco io lo sia in quell' altra, mi persuado pero che molto mancho offenderanno l' errori che commetto ordinariamente nell' Jtaliana che i commetto nella latina . Dignarasi V. R. farri a tutti di qua la gratia che come di mano in mano scriueremole tutto quello che occorrera di nuouo cusi delle cose di la faccia ne siamo

a) *Sequitur* si *vel* se, *oblitt.* b) *In Codice „E. C. II.“ huic epistulae perperam appositum est „Postscriptum“, quod posui supra p. 434—435.*

[1] Bader. [2] De Manareo vide *Can.* I 95².

auisati almeno con le letere del nostro charissimo Francesco di Rocha[1]. Quem multum diligo jn domino[2] tum propter eius egregias virtutes et animi dotes tum quod me Loreti res societatis administrante . eum eidem nostrae societatj sacrosancta jlla domus aedidit[3] . che suoe nè seruiranno per riposta di quelle che scriuemo a V. r. le cui occupationi per la santta chiesa. cognosco essere tanto grandi et necessarie che molto mi rincresceria di essere causa che lei per mia causa ne jntermettesse vna minima. . . .[a] Questi di habbiamo fatto stampare il cathechismo di V. R. di la seconda editione et ne mando vn' esempio a quella[4]. Haurei ben volsuto si fosso[b] [?] stampato con piccioli characteri come quello d' anuerso[c] [?] ma non si sono gia trouati.

Ja un' anno fa che feci stampar' in francese il piu vecchio[5] et gia[d] sonosi venduti tutti credo che molto piu ageuolmente sarriansi sparsi di questa editione piu frescha. Jmpero[e] jn mancho dun' anno tutti se sono venduti anzi jn mancho di 4 mesi. Vedero si alcuno vorra pigliar la fatigha di tradurlo jn buon francese come fu laltro.

Ho mandato a V. R. per mezzo del padre Nadal ducati 16 per il credito uostro[f] [?] di Verduno jtem daleri 23 et ducati 12 a buon conto di quel di Pariggi. Vederemo quanto piu tosto di sodisfar il restante . si V. R. judicarà essere justo il che dico per che quanto al dottore Thomaso[6] vt vobis damno et jncommodo fuit eius discessio a vobis Ita profecto nobis fuit eiusdem ad nostrum contubernium accessio. Mallemus[g] enim hic alere eius loco alterum qui nostram linguam gallicam calleret quam hunc eius linguae prorsus expertem qua sine neque ad rerum administrationem neque uel vllius facultatis aut disciplinae professionem est idoneus. Quare hactenus hic vixit in otio et eum iam pene annum aluimus et fouimus alicuius nouitij qui nobis esset aliquando vtilis futurus locum occupantem. Alterum etiam

a) *Sic habet apographum antiquum.* b) *Sic ap.; fuit, nisi fallor, scribendum:* fosse *vel* fossi. c) *Sic; scribendum fuisse videtur* anuersa. d) *In ap. antecedit alterum* gia, *oblitteratum.* e) *Sequitur* et, *oblitt.* f) nostro*?* g) Malemus *ap.*

[1] De fratre hoc scholastico S. J. vide *Can.* III 494. Eum ineunte a. 1567 in collegio dilingano fuisse intellegitur ex **Catalogo* dilingano 31. Decembris 1566 scripto („GSC 66“ f. 402a—404b).

[2] Cf. 2 Io 1; 3 Io 1.

[3] Rocca m. Februario a. 1561 in collegio lauretano, cuius rector Manareus tunc erat, in Societatem admissus est (*Can.* III 494. *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 5, n. 83).

[4] Constat, Parisiis m. Aprili a. 1567 excusam et in lucem emissam esse „Summae“ canisianae editionem illam recognitam, quae a. 1566 primum quidem Coloniae, deinde valde nitidis typis Antverpiae excusa est; vide supra p. 159, et infra mon. litt. (26).

[5] Nescio utrum gallicam Manareus significet versionem „Summae“, an „Parvi Catechismi Catholicorum“; hic certe a. 1565 Parisiis gallice editus est; Summae quoque versio gallica Parisiis a. 1565 praesto erat: vide infra mon. litt. (5) (10).

[6] S. Franciscus Borgias praepositus generalis, ut S. Pii V. pontificis voluntati obsequeretur, P. Thomam Darbishirum, qui Monachii magistrum noviciorum agere coeperat, in Galliam ire iussit m. Iunio a. 1566; vide supra p. 269 277[5].

scilicet fratrem nostrum Valterum [1] certe non petiuimus sed cum pater noster [2] per binas aut ternas litteras percunctatus esset num eum hic tenere possemus quem .R. V. scribebat isthic male valentem et melius hic cum suo fratre, nostro Rectore . spiritu et corpore . valiturum. Rescripsi nos quamuis praemeremur magna cum loci angustia tum [a] annonae caritate: esse tamen [b] paratissimos ad succurrendum fratris nostri necessitati, quod cum significassem nostro P. D. [c] Emundo. Jlle de eo postea ad V. R. aut alium aliquem scripsit vt mitteretur. Si his de causis debeamus eorum persoluere viatica et pauperes, vestros augere thesauros. Judicet P. D. Canisius. Caeterum [d] de D. Thoma vobis a sede apostolica [e] ablato et ad nos transmisso dixi Patri Natali malle [f] nos mediam partem soluere quam cum quoquam de pecunijs amplius disputare. Et profecto nisi tam exiles essent nostri census, cara jn his nostris exordijs omnia, atque multa et vrgentia debita . vltro numerarem quod exigitis sed reuera vix tenuem nostram possumus sustentare conditionem.

Petunt etiam a nobis Romani procuratores [3] alia quaedam viatica. Jmprimis trium qui mecum OEniponto ante tres annos profecti sunt. Quorum duo, Michaël Cameracensis et Joannes halet Hanoniensis perpetuo dolore . ac aegritudine . conflictati . vt mutatione aeris conualescerent mihi socij jtineris adiuncti sunt non aliam ob causam . tertius Ludouicus erat quidem bonus sed uobis [g] plane jncommodus et nobis vix vlla in re vtilis [h] [4] . dicatur tamen nobis hic tertius vtilissimus quia sanus erat. Alij quaeso qui magnam partem Galliae sunt peruagati hac sola causa . vt jnueniremus eis aërem salubrem et onerarunt tria aut quatuor collegia viaticis vt mutando aërem recrearentur; quid vobis jncommodi nobis autem commodi attulerunt? Nam Michael hic agit aeque male affectus atque Oeneponti vbi vobis jn graecis fuit praeceptor et Monachii [i] atque adeo diligens praeceptor vt plane

a) *Hoc v. in ap. supra versum scriptum est.* b) *Supra vers. scriptum.* c) *In ap. correctum ex* P. d) *Hoc v. in marg. additum est.* e) *Sequitur* uobis, *oblitteratum.* f) male *ap.* g) *Ita ut ex* nobis, *quod est in ap., corrigatur, res ipsa exigit; v. infra adn. 4.* h) *Ita in ap. corr. est ex* commodus. i) Et Monachi *ap.*

[1] Valterum Haium (Hay), fratrem P. Edmundi Haii, qui Societatis collegium parisiense regebat; cf. *Can.* IV 699 739—740, et supra p. 275.

[2] S. Franciscus Borgias praepositus generalis.

[3] P. Ferdinandum Solier procuratorem Societatis generalem et P. Franciscum Petrarcham significari puto; cf. supra p. 436.

[4] Manareus a. 1563, ex Italia in Galliam ire iussus, m. Septembri Monachii egit, 30. Octobris Parisios advenit (Epp. *Nadal* II 377 453). Ioannes Halet sive „Flander“ et Ludovicus Gallus m. Octobri a. 1562 Roma in collegium oenipontanum missi erant (*Can.* III 494); ubi Ioannes etiam exeunte m. Augusto a. 1563 fuisse videtur (Epp. *Nadal* II 377. *Can.* IV 204 222). Michael Notes sive Cameracensis (de quo *Can.* IV 236[2]) Augustae Natali se iunxisse videtur (Epp. *Nadal* II 377). Ludovicum Gallum Canisius significasse videtur, cum 14. Aprilis 1564 ab Iacobo Lainio praeposito generali facultatem peteret in Galliam mittendi „Gallum quendam e fratribus . . ., qui propter uitiosam ac natiuam illam pronunciationem saepe alijs risum commouet“ (*Can.* IV 498).

affirmet se nimio labore . ac in studendo pro suis lectionibus vehementiore contentione . jta fuisse viribus capitis et totius corporis prostratum. Hic semper fuit auditor, si quando studere potuit, Post multas peregrinationes per nostra collegia aeris mutandi causa, nisi nunc vbi jncoepit alios vix[a] [?] nonnihil exercere. Alter scilicet Joannes halet postquam pariter expertus esset ad quatuor menses, etiam grammaticae auditor hunc aerem, non[b] esse sibi salubrem ad aërem natiuum scilicet flandricum et quidem ad parentes redijt, donec aliquantulum recreatus potuit nostris turnacensibus[1] aliquid officij praestare . vt non videam quo titulo debeamus quicquam pro horum duorum viaticis soluere . si seruandum erit decretum. Cui bono[c] etc.[2]

Missus est praeterea OEniponto[3] D. Emondus Hayus cum duobus nouitijs et Nicolao Leodiensi jn ministerio scholarum jnferiorum nobis vtili . scripsitque vestra R. misisse alterum ex nouitijs nomine Christophorum qui nunc Romae agit quia jnfestabatur a suis tum dominis tum parentibus nimium vicinis[4]. Hunc nouitiorum exercitationibus ad aliquot menses exercuimus, tandem Billomum studendi gratia misimus[5]. Et jllinc cum satis jn humaniorib. literis exercitatus videretur Romam. Quare obsecro exigitur a nobis viaticum eius quem vobis hic vestiuimus, aluimus, exercitationibus nouitiorum et literarum probe jnstituimus vt vobis aliquando sit perutilis? tantum abest vt judicem vos jure id posse exigere . vt existimem vestram Prouinciam obligatam esse . ad restituenda viatica . jlli data vt hinc iret Billomum et jllinc Romam. Quae conficiunt vt arbitror summam ducatorum 12. Nam satis esse vobis debet quod locum alicuius alterius occupauit quem recipere potuissemus nouitium.

Alter erat coquus puer anglus[6] Nouitius plane ac jn jnstituto nostro plane rudis . hunc post aliquot hebdomadas quod videremus nihil idoneum ad nostram societatem et hic vt in Germania tentationib.

a) *Obscurius scriptum.* b) *Sequitur* recreatus, *oblitt.* c) *In ap. correctum ex* bonam.

---

[1] Sociis collegii tornacensis (Tournai).

[2] P. *Hieronymus Natalis* Societatis per Germaniam et Galliam visitator sic constituit: „Quando mittuntur nostri ad alias prouincias, quis sit soluturus viaticum, id pendebit ex arbitrio commissarii vel generalis praepositi; et tamen facile erit inter se conuenire prouinciales. Nam cui bono sit est prospiciendum, et si neutri prouinciae vel nulli collegio esset bono, communiter ab vtraque prouincia uidetur conferendum viaticum“ (Epp. *Nadal* IV 558). Et secunda *Congregatio generalis* Societatis a. 1565 decrevit (decr. 82), ut provincialibus, commissariis, generali, cum in itinere essent, „expensas facerent ii, quibus futurum esset bono illud iter“ (*Institutum* S. J. II 210). Cf. etiam infra mon. var. (6).

[3] Mense Septembri 1564 (*Can.* IV 683).

[4] Christophorus Neyner oenipontanus, 28. Septembris 1564 Augustae in Societatem admissus (*Can.* IV 410[3] 692), 5. Ianuarii 1565 Parisiis Societatis vota nuncupavit (* *Catalogus* monacensis, exeunte a. 1566 scriptus. „GSC 66“ f. 411[a]).

[5] Collegium billomaeum (Billom) Guilielmus a Prato episcopus claramontanus (Clermont) Societati fundaverat (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 65; l. 5, n. 191).

[6] Nomine Thomas; v. *Can.* IV 683 692.

plurimis agitatum dimisimus. Jlle vero[a] contulit se Louanium ad patrem Symonem[1] Anglum cuius gratia receptus est jterum jn coquum domus, sed rursus jbidem a patribus amandatus est. Hunc etiam non petiuimus neque vel vllum verbum linguae gallicae sonare poterat vt nos juuaret nisi viaticum soluere eius debeamus quia vos se exonerauit et nostram suis tentationibus patientiam exercuit.

Haec tamen omnia Pater mi jn christo admodum honorande . non ita scribo vt sanctam vestram charitatem vllo modo velim sugillare, sed vt pro cura mihi a Sancta Obedientia demandata . jus meum tuear. Posthac spero quam praeteritis annis omnia magis fore comperta et perspicua neque nos descensuros amplius jn has de debitis et viaticis decertationes. V. R. dignetur pro sua charitate . quae scripta sunt et nostras rationes penitus considerare et ad patres vt aliquid certi statuant scribere . vt res eorum sententia fixa consistat. Ego etiam ad eos scribam[2]. Quoniam mihi etiam jpsis magna pecunia numeranda fuit vt satisfacerem ex parte eis, et jnter ea quae debemus ea vestra viatica recensentur. Sed de his satis.

Res nostrae sunt jn optimo statu dei beneficio, augescit perpetuo bona de hoc collegio apud omnes et maxime principes viros existimatio.

Rex noster[3] Christianiss. et[b] summopere catholicus paulatim vires suas admiranda quadam prudentia exerit quod multum catholicos omnes recreat. Sublatus est subita morte nobis ex catholicis principibus qui Regi sunt a consilio Jllustris Dominus a Bordiglione cum omnium catholicorum maximo moerore[4]. Sed erexit nos omnes alterius jnteritus principis nimirum Portiani cuius opibus et jngenio res Huguenotica tota fere nitebatur[5][c]. Non potuit mors secum capere quemquam qui magis bonis omnib. esset jnfestus atque formidolosus; sit nomen domini benedictum[6] cuius nutu omnia gubernantur.

Hic populum habemus bonum et multos principes jllustresque viros, Ecclesiasticos uero vt plurimum jmprobos et sua quaerentes[7] et vtinam etiam non aliena si verbo Pauli nonnihil abuti licet[8].

a) *Hoc v. supra versum scriptum est.* b) *Sequitur* plane, *oblitt.* c) *Sequuntur vv.* peruagat, hac sola causa . vt jnueniremus eis aerem salubrem ex one, *oblitt.*

[1] Belostum; v. Epp. *Nadal* II 583; III 474 527.

[2] S. Franciscum Borgiam praepositum generalem eiusque „assistentes" significat.

[3] Carolus IX.

[4] Imbertus Platerius Bordillonius (Imbert de la Platière, seigneur de Bourdillon), „spectatus bello ac prudentia dux" ab ipso etiam *Iacobo Augusto Thuano* vocatus (Historiae sui temporis l. 34, Francofurti ad Moenum [sub 1609] 642), propter res et domi et belli praeclare gestas „mareschallus Franciae" constitutus, Fonte Bellaqueo (Fontainebleau) 4. Aprilis 1567 exstinctus (*L. Moréri*, Le grand Dictionnaire historique II, Paris 1759, 163—164).

[5] Antonius Croius (de Croy) princeps Porciani (Porcéan), qui ad protestantium castra transierat et Coliniorum partes armis adiuverat, 5. Maii 1567, aetatis annum XXVI. vix egressus, Parisiis exstinctus est (*Thuanus* l. c. l. 37 41, p. 689 768).

[6] Iob 1, 21. Ps 112, 2. [7] Phil 2, 21. Cf. 1 Cor 13, 5.

[8] Cf. 2 Cor 12, 14.

Eccoui Padre mio charo como io mi sono lassato transportare perche uolendo scriuer' in Jtaliano son cascato nel Latino mio il che mi fa hora dubitare si debbo lassarlo stare . o mandarlo . Jmpero per schiffare la fatigha del scriuere[a] se n' andara in Germania a buon' hora con speranza ch' almeno se ne receuera quel frutto che dara ragione a V. R. di essercitare la patienza . et meritare. Christo N. S. padre mio charo ci conserui v. r. et quella si degni pregare per noi di qua come[b] farriamo qui per uoi altri. Alli nostri padri et fratelli et il nostro de Rocha jn particulare molto mi raccomando. Di Pariggi alli 24 di Magio 1567.

Harum litterarum mentionem facit P. *Theodoricus Canisius* S. J., collegii dilingani rector, cum Dilinga 25. Iunii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali ita *scribit: „Plura pater nunc non addam, nisi quod Parisienses praebeant se difficiles in soluendo viatico pro D. Thoma Anglo et Gualtero Scoto, fratre D. Emundi, quos iubente obedientia magnis sumptibus in Gallias misimus anno superiore. Juuari cupimus a P. T. nam in tanta personarum mutatione soluendis viaticis omnibus non sufficimus" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 134[a]).

1445. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 31. Maii 1567.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Dilinga Padre Canisio Prouinciale". Cod. „Germ. 67" f. 25[a]—26[a]. Epistula usi sunt *Sacchinus*, Can. 245—246 et Hist. S. J. III, l. 5, n. 2, et *Duhr*, Jes. I 651—652.

Pontifex mandat, ut Canisius adversus Centuriatores, dum plenior eorum refutatio paratur, cito componat libellum, quo non posse eis credi moneat, exemplis aliquot demonstrando, quantum inter se ipsi repugnent etc. Huius rei gratia Socii ex variis Germaniae locis, quae ipsis occurrerint, Canisio mittent; qui etiam Alani Copi libro aliisque scriptis utetur; lovaniensibus quoque doctoribus ea de re scribitur. Catechismi Romani versio. Fr. Veggiano animus addatur; Sociorum valetudo curetur. Cum P. Bader nimio onere premi non debeat, Richardus Flemingus Dilingam mittitur. Mittetur etiam Fr. Oliva in Germaniam superiorem; quae provincia multis rationibus impugnatur. Collegium herbipolense. Collegii dilingani rector et vicerector. Cardinalis Truchsess adiuvandus est in synodo. Constantiam Canisius ibit, cum evocatus erit a cardinali Altaemps; qui etiam moram Sociis concedere debebit ad collegium incohandum. Argentoratum Canisius non mittitur collegii gratia. Ad pontificem relatum est de comite Helfenstein ad ecclesiam reducto; amplior absolvendi facultas petetur. Curetur apud Albertum V. ducem, ut Ingolstadii professio fidei tridentina recitetur; Borgias huius rei gratia Pfistero canonico scribit.

pax *etc.* Si sono riceuute quelle di V. R. di primo del presente . et auanti che si faccia risposta à quelle, lo auisarò d' un ordine di S. Santità[1] che hieri ci fece intendere il Cardinale Comendon, et è, che uorrebbe intanto che si fa risposta à queste centurie deli heretici[2], si facessi un libro contra quelle, il quale[c] li leuassi il credito,

a) scruere *ap.* b) *Sequuntur vv.* molto mi raccomando, Di Pariggi, *oblitt.* c) *In ap. sequitur* leua, *oblitteratum.*

[1] S. Pii V.

[2] Adversus Centuriatorum Magdeburgensium historiam ecclesiasticam a. 1565 (Canisio, ut videtur, curante) Dilingae in lucem prodiit Conradi Bruni „Admonitio catholica" [vide infra mon. litt. (3)]. Quam secutus est a. 1566 Ingolstadii „Centenarius I" ex 16 Centenariis illis, quibus Guilielmus Eisengrein (vide supra p. 90)

mostrando la poca uerità[a] et fideltà con che loro procedano, ò allegando false historie, o producendole mutilate et[b] lasciando quello che fa contra li loro falsi dogmi, et finalmente conuincendoli contra [?] alcune contradittioni, ò altri absurdi che si trouano neli libri loro, et non si tratta qui di far risposta ad ogni cosa, ne manco di trattar di proposito li dogmi controuersi, ma di mostrar come ho detto[c] alcuni absurdi per leuarli la fede nel resto.

Jl modo di far questo libro, dice sarebbe questo, che li nostri che stanno in diuerse bande di Germania, come sono li Dottori di Dilinga, Jnglostadio, Monachio, et altri di Colonia, ò altri luoghi del Rheno et Jnfer. Germania notassino quello che potessino à questo proposito et mandassino una silua à V. R. la quale poi del tutto potria ordinare un libretto, atto per questo proposito già detto, et de alano copo[d], et di qualcun' altro che habbia scritto contra dette centurie, et d' altre bande si potrebbe notare alcuni lochi di questa qualità, si scriue etiam[e] per parte di S. Santità alli Dottori di Louanio[1] facciano il simile, ma pare che da V. R. si aspetta con aiuto deli nostri qualche spedito[f] rimedio, et si di quà se li potra dar qualche ricordo anche se li darà.

Vorriamo etiam sapere se sarà finita la translatione del Catechismo, che il Padre Paulo teneua nelle mani[2].

Hor uenendo ala risposta dela lettera, si è inteso l' arriuata di Maestro Paulo[3], lui è bono et dotto, ma conuiene animarlo, perche è alquanto pusillanime, oltra il tener conto con la sanità di esso, il che etiam si raccomanda quanto à tutti li altri, massime i bisognosi, ma perche il Padre Georgio non conuiene sia occupato in tanti officij[4]

a) *In ap. sequuntur vv.* con che loro, *oblitt.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Sequuntur vv.* per modo, *oblitt.* d) coco *ap.; vide supra p. 480*[2]. e) *Sequitur* alli, *oblitt.* f) *Sequitur* negocio, *oblitt.*

eos refutare statuerat (*L. Pfleger*, Wilhelm Eisengrein, in „Historisches Jahrbuch" XXV 782—783). Eodem anno Antverpiae curante Alano Copo (Cope) londinensi (qui Romae canonicus basilicae S. Petri erat) excusi sunt „Dialogi sex contra Summi Pontificatus, Monasticae Vitae, Sanctorum, Sacrarum Imaginum Oppugnatores, et Pseudomartyres", quos adversus Centuriatores aliosque sectarios composuerat Nicolaus Harpsfeldius (Harpsfield) londinensis, ob fidei catholicae confessionem archidiaconatu cantuariensi spoliatus et in Turri (Tower) londinensi inclusus (*Jos. Gillow*, Bibliographical Dictionary of the English Catholics I, London 1885, 561; III, London 1887, 134—136). Romae ab aliquot annis refutationem Centuriarum meditabantur (*Jos. Schmid* in „Historisches Jahrbuch" XVII 79—87); inprimis P. Onuphrius Panvinius O. Er. S. Aug., insignis ille historicus, grande opus contra eas parabat (*Dav. Aur. Perini* O. S. Aug., Onofrio Panvinio e le sue opere, Roma 1899, 125—138).

[1] Ad eos, qui in universitate lovaniensi theologiam tradebant.

[2] P. Paulus Hoffaeus Catechismum Romanum germanice reddebat; vide supra p. 361—362 400—401.

[3] Fr. Paulus Vizanus (Veggiano) in universitate dilingana philosophiam docebat; vide supra p. 457.

[4] P. Georgius Bader simul collegii ministrum vel vicerectorem agebat et in universitate philosophiam tradebat; vide supra p. 456—457.

(benche ci da edificatione et consolatione il suo bon animo et pronto alle fatiche), si manda di Roma Maestro Ricardo Hiberno, persona nobile, et piu di animo che del resto, é dotto nela Philosophia, et sta nel 2º anno dela Theologia, questo partirà adesso[1], et pur si scriue à Milano mandino anche Maestro Gioan Paulo Oliua, benche assai charo à loro, acciò in Jngholstadio, ò Dilinga possa aiutare in leggere philosophia[2], et anche questo giouene è molto uirtuoso et dotto, Dio N. Signore ci aiuti et conserui la gente che[a] si manda nela superiore Germania quale pare patisca molti contrasti et in uarij modi, non si manchara anche al settembre di pensar in qualche altro aiuto, con la gratia del Signore.

Circa il Collegio de Herbipoli mi rimetto à quello che gia si è scritto con l' ordinario.

Ha fatto bona risolutione V. R. di mandar il Padre Theodorico Canisio, uerso l' aria natiua[b], rihauuto potra ritornare all' officio suo, in questo mezo potra restare come Vicerettore il Padre Georgio ó il Padre Robasten[3], ó à[c] [?] chi parera à V. R.

Pare giusto non si manchi all' Illustrissimo Cardinale[4] nela sua Synodo, et finita quella si potra far l' andata di Costanza, quando lo ricerchara il Cardinale[5] con la lettera mia, et quando V. R. andarà là, uederà la dispositione che ui è per il Collegio, et ci darà auiso, non prettende il Cardinale lettori alcuni, ma lasciara far alla Compagnia quel che li parera secondo il suo instituto, conuerra ancora ci dia tempo se non haueremo gente.

L'andata in Argentina, non è per far collegio de i nostri, ne si è fatta promessa alcuna intorno à quello.

Ci siamo molto consolati in Domino, de la conuersione del Conte Vdalrico[6], et l' habbiamo narrata al Papa, benche non se li è parlato dela facoltà di assoluere più piena, non ci smenticaremo però di far

a) *Hoc v. supra versum scriptum est.* b) natiuo *ap.* c) *Hoc v. perperam in ap. positum esse videtur.*

---

[1] In **Catalogo* dilingano 1. Novembris 1567 composito asseritur, „Richardum Flemingum Hibernum“ Lovanii m. Martio 1563 Societatem ingressum, Romae vota scholasticorum 24. Iunii 1563 nuncupasse, modo autem Dilingae logicam tradere („GSC 66“f. 382[a]). Fleming († 1590), ex comitatu Westmeath (ut videtur) ortus, magnam pietatis et doctrinae laudem assecutus est; theologiam et Parisiis tradidit, et Mussiponte (Pont-à-Mousson); Mussiponte etiam universitatis cancellarius fuit (*Alph. Bellesheim*, Kirche in Irland [cf. supra p. 54[2]] II 235. The *Month* LXVIII, London 1890, 366—367. *Edm. Hogan* S. J., Distinguished Irishmen of the sixteenth Century I, London 1894, 23—28).

[2] Ioannes Paulus Oliva (quem distinguas oportet ab Ioanne Paulo Oliva praeposito generali Societatis Iesu, 1681 mortuo) in *„*Libro* Professionum“ collegii dilingani notavit, se primum vota Societatis nuncupasse „Romae anno 1560 mense circiter post ingressum, qui fuit 25. Martij, in domo patrum professorum“ (Cod. „II 42“ p. 54).

[3] Rabenstein. [4] Truchsess.

[5] Marcus Sitticus ab Altaemps. [6] Ab Helfenstein (v. supra p. 452).

il bon officio che si potra, benche per noi forsa un altro come l' Illustrissimo Cardinale[1] più decentemente potrebbe far questo officio.

La[a] formula dela professione di Fede fatta per Pio .IIII. uorrei si procurassi d' introdurla etiam in Jngholstadio, et che si facessi ogni bon officio per tal effetto con l' Illustrissimo Duca[2], et che si adoperassi per questo effetto in quello il Signor Dottor Phister, gia Jmbasciadore quì dell' Illustrissimo Duca et per tale effetto li scriuo la lettera quì inclusa[3]. V. R. gliela farà hauere, raccomandandoli anche per se questo pio negocio, et se non sarà la lettera soprascritta V. R. gliela faccia soprascriuere à nostro modo et con questo mi raccomando *etc.* Di Roma li 31. di Maggio .1567.

Missa est ad Canisium una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, *epistula a *S. Francisco Borgia* Roma 31. Maii 1567 ad Ioannem Pfister cathedralis ecclesiae frisingensis canonicum data; in qua Borgias: „Accepimus", inquit, „non facile obtineri posse ab Vniuersitate Jngholstadiensi, ut in ijs qui promouendi sunt ad magisterij et doctoratus gradum, eam formulam professionis fidei seruet quam Pius PP. IIII obseruari constituit, faceret D. V. rem praeclaram ac se dignam, si ab Jllustrissimo Duce, pro sua authoritate et gratia id obtineret, ut praedictam formulam obseruari serio iuberet, et quia hac de re P. Canisius Prouincialis uel nostri Jngholstadienses, fusius agent, hoc significasse satis erit, nec enim dubito quin zelus domus Dei[4], et Religionis Catholicae amor urget[b] [?] D. V." (ex epistulae „Ingholstadio, Dottor Phister" destinatae apographo, eod. temp. scripto. „Germ. 67" f. 26). De Pfistero v. supra p. 263—264 450.

Canisius Borgiae respondit 24. Iulii 1567.

1446. FRIDERICUS A WIRSBERG, episcopus princeps herbipolensis, CANISIO.

Herbipoli sub exeuntem m. Maium vel initio m. Iunii 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra ep. n. 1455.

Canisius Dilinga 12. Iunii 1567 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem sic rettulit de Friderico a Wirsberg episcopo, qui de collegii Herbipoli instituendi rationibus et condicionibus cum Canisio et Borgia agebat (v. supra p. 466): „Nostrum et ex Vrbe responsum his mensibus impatienter expectat, et scribendo nobiscum coepit expostulare."

1447. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., collegii oenipontani rector, CANISIO.

Oeniponte inter medium m. Maium et medium m. Iunium 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra ep. n. 1457.

Magdalena archiducissa collegio romano stipem tribuit. Praepositus generalis Sociis oenipontanis scripsit, ut aedibus halensibus recusatis Halam ad reginas ex collegio oenipontano aliquando excurrerent. Lanoius vero cum reginis haec communicare veretur.

a) *Antecedunt vv.* Il giuramento, *oblitt.* b) *Sic;* urgeat?

[1] Truchsess. [2] Cum Alberto V. Bavariae duce; cf. supra p. 23 398—399.
[3] Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur.
[4] Ps 68, 10. Jo 2, 17.

Canisius Dilinga 22. Iunii 1567 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de venerabili Magdalena archiducissa ac de P. Nicolao Lanoio collegii oenipontani rectore: „Deo interim gratias agimus, qui rursus Reginam seniorem excitauit ad eleemosynam nostris Romae tribuendam, vti scripsit P. Lanoius.“ Et in eadem epistula paulo infra: „Oenipontanus Rector admonet, P. T.m respondisse, ut nostri non sinantur iuxta Reginarum aedes habitare, cum in aedes nouas migrauerint, sed ut in collegio maneant, et ad Reginas tantum excurrant aliquando: unde nec domicilium nobis quod offertur circa nouas aedes illarum, capiendum esse. Quam ego sententiam, utpote instituto nostro plane congruentem[1] *ualde probo, et peto, ne ab ea discedatur, quantumuis repugnet archidux et eius sorores. Rector ueretur haec significare, vt ad me scribit: respondi autem, cauendum esse, ne tacendo alamus et foueamus illarum de nobis falsam expectationem, nihil hic a nobis posse ac debere dissimulari, statim explicandum esse decretum T. P. nullo modo conuenire, vt seorsim nostri cum foeminis ita viuant, sicut ipsae fore confidunt et postulant cum fratre Archiduce.“*

Lanoius Borgiae Oeniponte 5. et 6. Aprilis 1567 *scribit: Allatam modo esse stipem, quam Magdalena regina collegio romano providerit; et eam complecti 375 „noui fiorinj del Archiduca nostro . . . Vale 75 kraiser vno, et il scudo d' oro in queste bande .92.“ Existimo autem, similem pecuniam superiore quoque anno a Magdalena provisam esse eamque significari, cum Oeniponte 10. Februarii 1566 P. *Io. Dyrsius* collegii rector et Magdalenae confessarius Borgiae *scribit: „Mitto etiam hic in subsidium domus Romanae Societatis 300 coronatos“ (ex autographis; „G. Ep. VIII“ f. 173b 174a; „GSC 66“ f. 395b).

Praeceptum illud a Borgia oenipontanis Sociis datum cum ea ratione optime congruebat, quam de Magdalenae, Margaritae, Helenae archiducissarum sanctis illis desideriis observandam esse *Iacobus Lainius* praepositus generalis *litteris Tridento 29. Novembris 1563 per Polancum datis P. Ioannem Dyrsium collegii oenipontani rectorem et P. Hermetem Halbpaur reginarum confessarium monuerat; ita enim ille Dyrsio: „Quod rumore uulgi circumfertur nostrorum consilijs aliquas e serenissimis reginis constituisse Monasterium ingredj falsum esse existimamus, non est enim nostrum huiusmodi consilia dare praesertim reginis sed eas hortarj ad optima quaeque, et ut deo serius [serio?] statum uite totius suae commendent. Si autem dubitat R. V. aut P. Hermes quomodo sit cum ejs agendum conferat cum P. commissario natale“ (ex apogr. eiusd. temp.; „V. P. 63“ f. 379). Oeniponte autem 7. Februarii 1567 *Lanoius* ad Borgiam *refert: Reginarum fratribus (Maximiliano II. imperatori, Ferdinando II. et Carolo archiducibus) non probatur, ipsas vel in Bavaria vel alio loco extra ipsorum terras sito monasterium ingredi; nam in Tiroli eas retinere volunt. Atque imperator quidem Ferdinando archiduci et regimini oenipontano scripsit, viderent, ut Oeniponte monasterium Franciscanorum in monasterium virginum converteretur, in quod reginae intrarent; id tamen consilium neque reginis placet neque archiduci; hic igitur reginis amplas quasdam aedes, quas Halae ad Oenum habet, dare vult; iuxta quas templum exstruet. Praecipua autem difficultas in eo est, quod archiducissae a Societate seiungi nolunt. Huius rei gratia Ferdinandus II. archidux statuit „li apresso in vn hospitale accommodare vn Collegio per dodeci persone delli nostri, non solamente perche aiutino in spiritu queste sue sorelle ma ancho maggiormente per redure quella Cità guasta di heretici alla fede catholica et essendo vicina di Zwatz[2] luogho famatissimo et populatissimo piu assai che queste due cita Inspruch et Hall dice S. Al. che li nostri potrebbeno li anchor fare frutto grande.“ Haec Ferdinandus II. Lanoio rectori et PP. Ioanni Dyrsio et Paulo Hetzcovaeo reginarum confessariis significavit; simul a confessariis petiit, ut eadem reginis commendarent. Quos tamen Lanoius docuit, „neque pro neque contra“ dicendum ipsis esse quidquam. „Queste regine non vogliono farsi monache formaliter,

---

[1] Vide supra p. 93—94 353[4]. [2] Schwaz.

ma solamente fare vna vita retirata quasi come le beghine di Fiandra et di Brabantia . pero vorriano hauere qualche formula et modo di viuere da V. P.“ ... „Jn Hall . . . cè maggior populo che in Jnspruch, et la cità molto maggiore di ambito, et li si fa il sale“ (ex autogr., „G. Ep. VIII“ f. 171). Ac paulo quidem post aliqua orta est spes fore, ut halensia illa consilia ad effectum non deducerentur; iam enim certum erat Margaritam morti proximam esse; quae, ut *Lanoius* Oeniponte 11. Martii 1567 Borgiae *scripsit, erat „la principale causa et agente di questa vita religiosa et ritirata“ (ex autogr.; „G. Ep. VIII“ f. 172[a]). Spes tamen Socios fefellit; ita enim *Lanoius* Borgiae Oeniponte 5. et 6. Aprilis 1567 *scribit: Maximilianus II. imperator et Carolus archidux Ferdinando permiserunt, ut ipse pro suo arbitrio Magdalenae et Helenae sororibus provideret; ferunt autem ipsi iam plane esse deliberatum, ut Halae et reginis aedes et Societati collegium condat; condet autem brevi, „essendo questo nostro principe molto espedito et veloce nelli suoi negotij, contra la natura et consuetudine delli Germanj li quali communemente sono tardj“ (ex autogr., „G. Ep. VIII“ f. 174[a]).

1448. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 1. (2.?) Iunii 1567.

Ex apographo eiusd. temp.; in marg., ead. manu: „Padre Canisio“. Cod. „Germ. 67“ f. 27[b].

Repetit fere ea, quae ipse Borgias 31. Maii Canisio scripserat: Mittuntur Richardus Hibernus et Ioannes Paulus Oliva. P. Bader parte oneris, quod sustinet, levetur. Paulo Vizano animus addatur. Deinde addit: P. Theodorico Canisio fortasse comes esse poterit M. Ioannes Oranus, qui Moguntiam versus mittitur.

In Registro quidem huic epistulae dies 2. Iunii ascriptus est; sed Canisius in litteris 24. Iulii 1567 datis, quibus Borgiae rescripsit, eam „primo Junij“ datam esse affirmavit.

Hanc epistulam Roma ad Canisium secum attulit Fr. Richardus Flemingus S. J. De eo et de reliquis hic memoratis v. supra p. 481—482. Haec tantum addo: Ioannes Oranus leodiensis 13. Iunii 1559 in universitatis coloniensis album relatus erat et exeunte a. 1561 in collegio coloniensi philosophiae studebat (*Hansen* l. c. 775 777). P. *Antonius Vinck* S. J. provinciae rhenanae praepositus in *Catalogo collegii moguntini m. Decembri a. 1567 scripto de eo notat: „Missus Roma attendit recuperationi sanitatis quam speramus eum recuperaturum in breui. Prefectus studiorum“ (ex Vinckii autogr.; „G. C. 67“ f. 31[a]).

1449. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI,** Societatis visitatori.

Augusta Vind. vel Dilinga inter exeunt. Maium et med. Iunium 1567.

Ex imagine photographica, de qua infra n. 1455.

Canisius Dilinga 12. Iunii 1567 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem de P. Ioanne Vischer (Piscatore), qui Societatis votis solvi cupiebat, scripsit: „Scripsi de illo quoque ad P. Visitatorem.“

Plura vide supra p. 439 et infra p. 493.

1450. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO,** rectori collegii oenipontani.

Dilinga (?) inter exeunt. Maium et exeunt. Iunium 1567.

Canisium Lanoio per has litteras praecepisse, ut statim Magdalenam et Helenam archiducissas moneret, Socios Halae prope ipsarum aedes habitare a praeposito generali vetitos esse, intellegitur ex eiusdem Canisii litteris, quas posui supra p. 484.

1451. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, nomine S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 7. Iunii 1567.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Augusta Padre Canisio". Cod. „Germ. 67" f. 28.

Mittit, quae Societatis theologi de 5 % responderunt; binas illas pactiones fieri posse, cum pupillorum et hominum sua non viventium industria causa agatur; ita pontifici videri; cohibendae tamen avaritiae gratia curari debere, ne in hominum notitiam perferatur, pontificem id probasse. Romae Socios gaudere, quod Theodoricus Canisius melius habeat. Quid de relapsorum absolutione concessum esset, cardinalis Truchsessii procuratorem iam scripsisse. Aliquos merito dimissos esse.

Pax *etc.* Si sono riceuute quelle di V. R. di 15. del passato d' Ispruch . et anche le altre dela settimana seguente, allequali non farò risposta per adesso, perche la cagion principale dela presente, è mandare il parere de nostri Theologhi sopra il pigliar cinque per cento, et quantunque non se dice in quel scritto, si è pur conferito col Papa[1], et li pare bene che si possa usare quel modo deli doi contratti, neli pupilli et gente senza industria, ma perche l' auaritia deli homini non estenda questo, non conuiene publicar sia questa approbatione fatta per il summo Pontefice, V. R. mandi il scritto, ó la copia di quello al Padre Dottor Paulo, insieme con queste mia lettera[2].

Dele cose de Herbipoli, gia si è scritto à V. R.

De la meglior disposicion del Padre Theodorico[3], molto ci consoliamo in Domino, et habbiamo caro non sia necessario che uada all' aria natiua[a].

Della facoltà che si hebbe [di assoluere][b] etiam li relapssi, gia lo[c] ha scritto l' Agente dell' Jllustrissimo Cardinale[4].

a) natiuo *ap.; sequuntur vv.* d' al, *oblitterata.* b) *Haec vel similia vv. supplenda esse res ipsa ostendit; vide infra adn. 4.* c) l' ho *ap.*

---

[1] S. Pio V.

[2] Vide, quae de hoc negotio sub ipsam hanc epistulam primo loco dicentur.

[3] P. Theodorici Canisii.

[4] Cardinali Truchsess Ioannes Paulus Castellinius romanus ipsius procurator misit, puto, litteras illas cardinalis Scipionis Rebibae (cf. *Can.* II 294[2]), unius ex supremis inquisitoribus, quam P. *Hieronymus Natalis* visitator a. 1567 (1568?) in „instructione" collegio lovaniensi data his verbis commemoravit: „Relapsi in haeresim absolui possunt, obseruata tamen conditione literarum cardinalis pisani ad augustanum; et supposito quod habeant in his regionibus facultatem a Patre generali absoluendi ab haeresi" (Epp. *Nadal* IV 343). S. *Franciscus Borgias* Natali Roma 28. Iunii 1567 scripsit: „Gia credo hauera inteso .V. Reuerenza come concesse sua Santità che li nostri alli quali haueua prohibito absoluere li relapsi lo possano fare come prima, se gia non fussino publici heretici li tali relapsi perche in tal caso uole si mandino all' ordinario" (ex archetypo, ab ipso S. Francisco subscripto, quod est in Cod. „EB" n. 206; etiam in Epp. *Nadal* III 486). Abiurationis igitur exigendae necessitas ablata esse videtur. *Polancus* mandatu Borgiae Roma 24. Februarii 1567 P. Theodorico Canisio *scripserat: „Dell' assoluer li relapssi, spero si ottenera già in foro interiori, senza abgiuratione" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 228[a]).

Quelli che si sono licentiati, stanno ben fora dela Compagnia . d' altre cose si scriuerà un' altra uolta .N. Padre Generale et tutti ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li 7. di Giugno .1567.

1. Missae sunt Canisio una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, *litterae a *Polanco* Roma 7. Iunii 1567 ad P. Paulum Hoffaeum S. J. datae; in quibus haec, praeter alia, dicuntur: „A una lettera di V. R. scritta il dì di Santo Gregorio[1], non si è fatta prima risposta, per non esser prima fatta risolutione sopra quelli cinque per cento, adesso si manda al Padre Prouinciale Canisio acciò mandi anche una lettera à V. R. et quantunque non si faccia risposta particolare à certe quesiti contenuti in detta lettera, di questa risolutione si può inferire la risposta" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 28^{b}). Ipsum illud theologorum responsum non repperi. Quod autem ad binas illas pactiones, quas Polancus dicit, attinet, significari puto eas, de quibus *Borgias* Roma 10. Aprilis 1568 ad P. Nicolaum Lanoium rectorem oenipontanum scripsit: „Del pigliar 5. per cento, fù scritto al Padre [Hoffeo] Viceprouinciale quello che quì pareua, et come facendo doi contratti, vno di compagnia, et l' altro di assicuratione, pareua à Sua Santita (benche come Theologo) si potessino pigliare detti .5. per cento, mi rimetto pur à quello che fù scritto al detto, non conuiene anche esser troppo seueri et rigorosi, in questo negocio come al medesimo fù scritto, benche il meglio sarebbe, pigliar altri modi di guadagni più sicuri" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 131^{a}; cf. *Duhr* l. c. [supra p. 409] XXIV 212—214 atque etiam *Can.* IV 568—569). Addo alia quaedam, quae ad romanam hanc tractationem illustrandam iuvare possint: *Borgias* in *litteris Lugdunum missis Roma 16. Februarii 1568: „Delli depositi", inquit, „et altri contratti usurarij, si aspetta presto qualche risolutione, perche molti Theologi uedono quella materia per ordine di S. Santità che uorrebbe far un motu proprio, o Breue." Et Roma 15. Martii 1568: „Delli depositi ne hauemo cura, ma come uuole S. Santità cauar motu proprio di quelli et insieme de i cambij et censi, tuttauia questa cosa si trattiene (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 113^{a} 118^{a}). Ceterum vide *Duhr* l. c., et Jes. I 713—715.

2. Ex Cod. „Def." (Diu. ordd., in a. 1567) et ex Borgiae litteris ad Natalem datis, de quibus paulo infra dicetur, cognoscitur, Canisio una cum Polanci epistula, quam modo posui, missas esse „litteras communes" Societatis provincialibus a Borgia destinatas et ad praeceptum pertinentes, quod pontifex de Sociorum ad sacros ordines promovendorum ratione dederat. Ac litterarum quidem exemplum, quod Canisio missum erat, periit; existimo autem, litteras fuisse valde similes hispanicae epistulae, quae eodem illo die 7. Iunii 1567 ad Natalem de eodem argumento data, exstat in Epp. *Nadal* III 481—484. Certe quae rei summa fuerit intellegitur ex P. *Antonio Vinck,* provinciae rhenanae S. J. praeposito, Moguntia 5. Septembris 1567 Borgiae sic *scribente: „Ho riceuuto anchora vna di V. P. delli .7. di giugno passato nella quale si propone la difficulta la quale nasce per l' ordine dato di S. santita, circa l' ordinatione, per euitar la mendicita, etc. Domanda V. P. che io li scriua si me pare, che alchuni della compagnia si promoueno alli sacri ordini cum titulo di patrimonio ó beneficio al manco alchuna volta" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 325^{a}). Negotium hoc, quia proximis annis iterum atque iterum occurret, paulo copiosius explicetur oportet. Societatis Constitutionibus cavetur, ne vel ad professionem quattuor votorum sollemnium vel ad gradum „coadiutorum spiritualium" admittantur, nisi qui sacerdotes sint (Ex. c. 1, n. 8; c. 6, n. 1). Societatis igitur iuvenes, posteaquam vota simplicia scholasticorum emiserant, ad sacros ordines et Romae et alibi promovebantur „ad titulum voluntariae paupertatis", ut secunda Societatis *Congregatio* generalis ait (decr. 77, *Institutum* S. J. II 209); veri enim religiosi erant (cf. *Can.* II 261[2]). Atque ad solos „Clericos saeculares" spectabat decretum illud Concilii tridentini, quo pronuntiabatur: Non decere eos, qui divino ministerio ascripti essent, cum ordinis dedecore „mendicare, aut sordidum aliquem quaestum exercere" ; ideo

[1] Die 12. Martii.

ad sacros ordines promovendos esse eos tantum, quos constaret vel beneficium ecclesiasticum vel patrimonium vel pensionem habere, eaque „talia, quae eis ad vitam sustentandam satis essent" (Sess. XXI, c. 2 de ref.). Anno tamen 1566 sub natalitia Domini sollemnia S. Pius V. suo in urbe romana cardinali vicario imperavit, ne quem religiosum, ne de Societate quidem, nisi sollemnia vota professum, ad ordines sacros reciperet: ea gratia, ne postea, si forte dimissi essent, aut mendicandum sacerdotibus, aut sordidus exercendus quaestus esset, cum dedecore ordinis. Adiit S. Franciscus Borgias cardinales rebus concilii tridentini cognoscendis et privilegium, „que por breue y bulla tenemos" (ita *Borgias* ipse Natali scripsit l. c.), iis ostendit. Qui omnes — erant autem decem — censuerunt Societatem posse suum institutum tenere, ita tamen, ut, quos ipsa suo arbitratu amandaret, si quando mendicitas urgeret, suis expensis sustentaret. Quae condicio nec pontifici nec Societati placuit. Ideo S. Pius V. tum 26. Maii 1567 per Franciscum cardinalem Alciatum, tum postea ipse Borgiae significavit, non solum Romae, sed ubique terrarum Socios professione prius, quam sacris ordinibus obligandos esse (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 3, n. 26—29. Epp. *Nadal* III 481—482. *Astrain* l. c. II 321—325). Atque 14. Octobris 1568 Pius V. ad omnes clericos „more regularium in communi viventes" decretum illud tridentinum extendit (*Laderchius* l. c. in a. 1568 n. 14 15. *Bullarium* Romanum VII 723—724). Quaerebat igitur S. Franciscus Borgias, quam rationem Societas inire deberet, ut pontificis voluntati satisfaceret[1].

3. Praeterea ex Cod. „Def." (l. c.) et ex *Vinckii* provincialis rhenani epistula Moguntia 5. Septembris 1567 ad Borgiam data („G. Ep. VIII" f. 321[a]) intellegitur, Canisio una cum epistulis praeceptisque, quae dixi, missam esse „Bullam Coenae" et *epistulam ita fere inscriptam: „*Ordine commune* per li Prouintiali"; in qua varia praecipiebantur de scholis, de hora cenae, de „exercitio corporali", de „Bulla Coenae", de tabulis quibusdam sive scriptis Romam mittendis. Ac quod ad novam illam Bullam in „Coena Domini" promulgatam attinet, in Bullariis cherubiniano, luxemburgensi, taurinensi ea non comparet; exstant autem duo eius exempla Treveris in bibliotheca urbis, Cod. mss. 1237 (num. loc. 603) f. 261 264; utrumque in folio separato eoque admodum magno excusum est idque, ut omnino videtur, Romae; quae exempla, si excudendi rationem spectes, inter se differunt. Bulla data est 27. Martii 1567; quae eo anno erat „feria quinta in Coena Domini". In altero exemplo hoc quoque typis descriptum est: Bullam 27. Martii 1567 Romae locis consuetis affixam esse. P. *Laurentius Magius*, provinciae austriacae S. J. praepositus, Vindobona 11. Maii 1567 Borgiae *scripsit: „Nella bulla Coenae di questo anno si commanda in uirtute sanctae obedientiae, che ogni sacerdote, etiam regulare ne habbia una. desidero sapere, se noi anchora siamo tenuti à questo, et in tal caso bisognerebbe mandare qui gran copia di queste bolle, che quà non si trouano" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 19[a]). Cui *Borgias* Roma 31. Maii 1567 *respondit: „Non accade che ogni confessor de nostri tenga la Bolla in coena Domini, ma che sia una in ogni Collegio in luogo che ogni confessor la possa uedere senza prettendere ignorantia, cossi ce lo ha dichiarato il Papa istesso" (ex apogr. eiusd. temp., „Germ. 67" f. 24[a]).

„Ordines communes" illos pono ex exemplo, quod eodem fere tempore in Societatis collegio ingolstadiensi scriptum et sic inscriptum est: „Puncta Romana Rectoribus obseruanda" („Antiqu. Ingolst." f. 101):

---

[1] P. *Theodoricus Canisius* universitatis et collegii dilingani rector Dilinga 1. Septembris 1567 S. Francisco Borgiae *scripsit: „De rebus Pontificis, in literis publicis quae hebdomadatim in has partes perferuntur, varia aliquot septimanis allata sunt, praesertim circa ordinationes quasdam de nostro instituto nominatim. Tandem heri nobis significatum est, velle prorsus summum pontificem, vt Societas IESV et quaedam aliae congregationes deinceps professionem faciant more aliarum religionum. Nescimus pater quid haec sibi velint. Dominus in suam gloriam omnia" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 137[a]).

„Si troua per esperienza che il legere tre hore continue la mattina, et altre tre la sera nelle schole della Compagnia nuoce alla sanità delli nostri, et non gioua à quella delli scholari per la qual cosa[a] [?] s' ordina, che nelle schole nostre non si stia più che due hore et meza la mattina, et altre tante la sera.

Medesimamente s' ordina che nelli nostri Collegij et case li giorni di digiuno[b] si mangi all' hora, che le altre Religioni di quella Prouincia ó terra communemente mangiano.

Etsi nell' officio del Rettore che ultimamente si mandò, si scrisse che li nostri facciano mezza hora di essercitio corporale ogni giorno auanti il pranso et cena[1]: sappiano, che fu errore del scrittore, et che non si ha d' intendere, se non un quarto d' hora.

Parimente V. R. ordini che tutti Confessori leggano et intendano bene la Bulla in Coena Domini, et questo quanto prima, come lo comanda il quinto Capitolo (cominciando dal fine) della Bulla di quest' anno: et che ogni Collegio habbia la sua attaccata in loco conueniente, et che sia tra i Confessori commune."

„Quello che hanno à mandare à Roma d' ogni Collegio et casa i Prouinciali, se non l' hanno gia mandato[2], è il seguente.

P? l' historia del principio et progresso d' ogni Collegio et casa, dicendo il tempo nel quale si cominciò, et il fundatore se ci sara.

2? Narrare quel che c' è nel materiale, quanto all' habitatione et dotatione nelli Collegij, et il numero di persone, che si possono sostentare con la entrata, ò limosine ordinarie, et le persone che si trouano de presente in detti Collegij.

3? Le copie autentiche (ò uero si fossi troppo spesa, non autentiche) delli Jnstrumenti delle fundationi, et altri d' importanza ò uero una lista delle scritture autentiche che[c] [?] l'[c] [?] hanno, accio si conseruino qui in Roma.

Mandisi ancora una lista delli oblighi, che tengono, se pur ci saranno. Di Roma li 9 di Giugno 1567. De Commissione de N. P. Preposito

Joanne de Polanco."

Maxima horum „Ordinum" pars ex eodem apographo typis exscripta est a *Pachtler* l. c. I 154 342.

De exercitio corporali cf. infra mon. ing. (5). Erravit certe Polancus, si in omnibus „*Officiis* Rectoris" exercitii huius tempus perperam notatum esse putabat. Nam in *exemplo illo, quod Canisio Roma missum est, haec sunt (cap. 5, n. 12): „Omnes, praeter illos, quos superior iudicabit excipiendos, per mediam horam ante prandium, uel coenam exercitium corporale faciant" („Can. 42" f. 116[b]). Ita in Officio Rectoris scriptum esse notarunt etiam PP. *Antonius Vinck* et *Nicolaus Lanoius* in *epistulis Moguntia 5. Septembris 1567 et Oeniponte 20. Octobris 1567 ad Borgiam datis (autogr.; „G. Ep. VIII" f. 321[a] 194[b]); idem habet exemplum quod sub a. 1567 in collegio ingolstadiensi scriptum est („Antiqu. Ingolst." f. 95[b]).

Canisius Borgiae respondit 22. Iunii et 24. Iulii 1567.

1452. P. NICOLAUS LANOIUS S. J., collegii oenipontani rector, mandatu CANISII **S. FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Oeniponte 11. Iunii 1567.

Ex autographo „G. Ep. VIII" f. 183.

Non pono nisi brevem epistulae summam: Petrus Aretinus Societatis frater laicus, qui dispensatoris officium complures iam annos in collegio oenipontano administrat, se Cartusiae desiderio teneri affirmat. Is officio sine strepitu fungitur; sed

a) *Sic;* causa? b) giuno *ap.* c) *Sic; legendumne:* che hanno? *vel* se l' hanno?

[1] Vide, quae infra sub ipsos hos „Ordines" dicuntur.
[2] Cf. *Can.* IV 722, et supra p. 358 376 389 409.

cum in pannis victuque distribuendis tenacior sit, multas experitur difficultates; idem ad litterarum studia aspirat. Quare revocandus esse videtur in eum Italiae locum, quo eius animus haud ita affligatur et, quid tandem velit, cognoscatur.

De Aretino vide supra p. 470.

1453. CANISIUS **P. ANTONIO VINCK**, provinciae rhenanae Societatis Iesu praeposito. Dilinga inter 11. et 13. Iunii 1567.

Ex Vinckii autographo. „G. Ep. VIII" f. 254[a].

Instat, ut Vinck 24. Iunii Herbipoli adsit; se quoque adfuturum, ut cum episcopo ex praepositi generalis praescripto de collegio ibi instituendo agat. Inde se ad episcopum argentoratensem profecturum esse.

P. Antonius Vinck provinciae rhenanae Societatis Iesu praepositus Spira 17. Iunii 1567 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec, praeter alia, rettulit: „Il P. canisio molto mi sollecita che mi troui ad herbipoli nel di di santo Joanne Baptista[1] nel quale pensa di trouarsi la, per trattar cum quel Reuerendissimo[2] secundo che V. P. li ha scritto, circa quel collegio, et io, hauendo quell collegio d' esser di questa prouintia mi pareua non solamente vtile ma necessario trouarmi li, per hauer alhora piu luce et informatione in vn di, piu che dopoi in molti per lettere si potranno dare et per tanto mi è necessario di tornar di spira a moguntia si per che qui non ho compagno lo quale potria andar meco ad herbipole si anchora per che il Reuerendissimo moguntino[3] non vuole che di qua io vada per questa via, ma vuole che venga a Moguntia donde mi vuole dar delli suoi compagno et guida, per la securita del camino, si sente che quella pouera gente la quale é fugita di Fiandra ò catziata[4], in queste bande anchora essendo prohibito che si riseuano nelle citade vanno per le vie et inuie cerchando di far qualche guadagno et massime alli catolici, et quando trouassino vno de noi altri, p u t a r e n t s e maximum D e o p r a e s t a r e o b s e q u i u m[5] si occiderent aut male tractarent . per tanto penso di mane partirmi alla volta di wormatia et di la a moguntia et poi ad herbipoli, Di la poi credo[a] forze tornaro a spira per che scriue il Padre Canisio che di la vuola andarsine al Reuerendissimo argentinense[6] il che è quasi come penso la dritta strada."

Litterae Borgiae, quibus Canisius, quomodo de collegio herbipolensi cum episcopo agere deberet, instituebatur (vide supra p. 466), d. 11. Iunii Dilingam, ubi Canisius tunc morabatur, perlatae sunt; vide infra p. 492. Quare Canisium vel eodem die vel uno ex proximis diebus Vinckio scripsisse censendum est.

1454. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. (E p i s t u l a p r i o r.)
Dilinga 12. Iunii 1567.

Ex imagine photographica litterarum autographarum (2°; $^1/_2$ p.; in p. 2 inscriptio, alia manu scripta, et partes sig.); quae exstant in „E. C. II" n. 196 (263).

Matthaeus Michonis aut Romam evocetur aut ex Societate dimittatur oportet. Doctor Eisengrein iuvenes in collegium germanicum mittere vult. Litterae fundationis dilinganae. Profectio herbipolensis et argentoratensis.

a) *Sequitur* tornaro, *a V. oblitteratum.*

---

[1] Die 24. Iunii. [2] Friderico a Wirsberg. [3] Daniel Brendel.
[4] Calvinianos dicit sive „Geusios", ob sedicionem belgicam expulsos.
[5] Io 16, 2. [6] Erasmum a Limburg.

† Pax Christi admodum Reuerende pater.

Multa sustinuimus hucusque in Matthaeo Polono[1], nec possumus ad meliorem frugem illum reuocare. Scribent de illo alij: Cuperemus eum aut Romam reuocari[a], quoniam et ipse ita cupit, aut omnino dimitti, quod ab hoc instituto nimium alienus, parumque capax bonae admonitionis esse uideatur.

D. Eiseingreinius qui Romae ante fuit[2], ualde suadet et cupit, studiosos isthuc quosdam mittere, vt in Germanico collegio nutriantur[3]. Scio facultatem mihi datam in tribus mittendis . plures autem et selecti satis ad idem profectionis institutum adspirant, si recipi possint, expectantque responsum R. T.

Oramus, vt instrumentum fundationis ac dotationis collegij Dillingensis cito conficiatur et expediatur, sicut ad suum etiam procuratorem[4] scribens postulat Reuerendissimus[5].

Commendo profectionem meam ad Reuerendissimum Herbipolensem et Argentinensem[b][6] sacrificijs et precib. P. T. De alijs plura proxime. Dominus nobiscum. Dilingae 12 Junij 1567[c].

Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia Praeposito [Generali] Societatis JESV. Romae.

Canisium hanc epistulam festinanter scripsisse ipsa scriptionis ratio docet. Borgias Canisio respondit 28. Iunii 1567.

1455. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. (Epistula altera.)

Dilinga 12. Iunii 1567.

Ex imagine photographica (A) litterarum archetyparum (2°; $3^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sig.); quae exstant in „E. C. II" n. 197 (264 265). Canisius litteras sua manu emendavit et subscripsit („Seruus" etc.). Praesto erat etiam apographum (B), quod saeculo XIX ex archetypo exscriptum est. Litterarum particulae duae ex archetypo transcriptae sunt in Epp. *Nadal* III 795—796.

Canisius post synodum episcopos herbipolensem et argentoratensem adibit. Philosophiae magistros petit. Socios germanos valetudinis causa Roma revocari cupit. P. Roseffius Augustae bene contionatur, male vero valet. P. Bader non debebat simul et ministrum et professorem agere. Fr. Vizano animus additur ad docendum. PP. Vischer et Swagerius votis Societatis solvi cupiunt; hic operam dat Hagensibus

a) *Sequitur* aut, *oblitteratum.* b) *Can. scripsit:* Argentinentinensem. c) *Ita C. ipse correxit ex* 1565.

[1] Fr. Matthaeus Michonis (vide supra p. 269) inter collegii dilingani scholasticos versabatur (* *Catalogus* dilinganus, 31. Decembris 1566 scriptus. „GSC 66" f. 402[a]—404[b]).

[2] Martinus Eisengrein, qui Ingolstadii theologiam docebat et parochus ad S. Mauritii erat; vide supra p. 263 264.

[3] Mittere volebat, ut ex *Canisii* *litteris 1. Septembris 1567 ad Borgiam datis intellegitur, Ioannem Herderum et Leonardum Pörneisen famulos suos.

[4] Ioannem Paulum Castellinium. [5] Cardinalis Truchsess.

[6] Fridericum a Wirsberg et Erasmum a Limburg.

ad ecclesiam reducendis. Absolutio relapsorum. Bavariae dux urgetur, ut professionem fidei tridentinam in universitatem ingolstadiensem inducat. Sociorum augustanorum novae aedes eaeque a Gebhardo Truchsess datae; an filiis nobilium et divitum praeceptores aliquot dari licet? Scholae capituli et protestantium; contiones Sociorum; disciplina laxior aliaeque difficultates; mittendus est Vitus Liner. P. Stevordianus. P. Haivodus patri immodestius scribit. P. Gallus. Homines, qui a Societate recesserunt, haud facile commendari possunt externis. Annonae caritas.

Jhesus. Pax Christi admodum Reuerende Pater etc.

Post longam expectationem heri coniunctim accepi, quae partim 5 Aprilis, partim 20 Maij scribi ad me uoluit, Paternitas Tua. Alias uero mitti curabo, quas[a] ad P. Natalem et Prouincialem Rhenensem[1] scriptas simul accepi.

Quoniam ita uisum est Paternitati Tuae, ut Reuerendissimum Argentinensem de re mihi commissa compellem[2], laborem proficiscendi non recuso. Erit autem consultum fortasse, prius de Collegij negotio agere cum Reuerendissimo Herbipolensi[3], qui nostrum et ex Vrbe responsum his mensibus impatienter expectat, et scribendo nobiscum coepit expostulare. Sic ergo statui, Christi domini bonitate simulque precibus P. Tuae confissus, octo fere diebus hic expectare finem Synodi[4], quae satis negotij nobis interea exhibet, et statim post Synodum Herbipolim, ut quae in mandatis accepi exequar, sicut P. Tua praescripsit, et inde porro ad Episcopum Argentinensem proficisci. Reliqua post reditum instituam, quae nimirum ad uisitationem Collegiorum Votorumque renouationem pertinent.

Scimus[b] nos Romanis Patribus molestos esse nostris querimonijs, et praesertim cum professores nouos huc mitti desideramus. Pergrati erunt nobis qui mitti poterunt, ut lectores saltem duo Philosophiae nobis donentur. Germanos eo libentius redire uidemus, quo certius didicimus plaerisque Romanum aerem incommodare, ut si paulo diutius isthic maneant, aut perpetuo ualetudinarij sint[c], aut in ipso iuuentutis flore concidant. Quod ne fiat saepius, uideat quaeso P. Tua, praestetne illos, qui supersunt Romae Germanos, praesertim qui diutius adfuerunt, patriae restitui. Nam et P. Gregorius[5], qui magna cum laude concionatur Augustae, sic est modo ualetudinarius, ut plus satis Romae fuisse uideatur, et de alijs nonnullis hoc ipsum fit uerisimile. Faciat autem P. Tua, quod in conspectu domini[6] rectius, et Germaniae conducibilius fore iudicabit.

a) *Ita omnino videtur esse corrigendum ex* quae, *quod Canisii scriptor posuit. Idem paulo supra posuit* Aliâs *(= Alio tempore); quod si forte recte posuerit, poterit etiam, servato v.* quae, *pro* scriptas *poni* scripta. *Sed id mihi quidem minime placet.* b) Simus *A.* c) *Ita Can. ipse correxit ex* maneant.

[1] P. Antonium Vinck.

[2] S. Pii V. mandatu Borgias Canisio scripserat, Erasmo a Limburg persuaderet, ut coadiutorem sibi adiungeret; vide supra p. 421. [3] Friderico a Wirsberg.

[4] Dioecesana haec synodus a d. 15. ad 20. Iunii habita est; v. infra mon. dil. (28).

[5] Roseffius, cathedralis ecclesiae augustanae contionator et augustanae domus Societatis superior.

[6] Dt 6, 18; 12, 25. Ps 101, 1. Act 4, 19. Iac 4, 10 etc.

De P. Georgio Bader nobis idem uidetur quod P. Tuae, non expedire, [ut][a] simul Ministrum et lectorem Philosophiae agat[1]. Pergit autem et nunc u[trumque] subire munus adactus praesenti necessitate, dum Rector Valetudinarius[2] aliu[m] habere Ministrum non potest, et alius non suppetit in schola professor. Animamus quidem ad docendum debilem timidumque M. Paulum[3], sed [du]bitat ille admodum, an quatuor horas in Classe perdurare possit, et nescio quando paratus ad hoc docendi munus accedet[b]. Faxit dominus ut breui P. Georgium, qui ex oculis etiam uehementer laborat, libera[re] possimus a graui sarcina.

P. Vischerus[c] me superioribus diebus Augustae conuenit, et rogauit plane, ut uotorum uincula ipsi soluerem[4]. Dixi in mea potestate id non esse. Quoniam uero meum de illo iuditium requirit P. Tua, parum aptus mihi uidetur huic instituto, et qui superioribus annis Societatis nostrae spiritui male se conformauit, amator licentiae. Scripsi de illo quoque ad P. Visitatorem[5].

Adiunxi his literis rude scriptum D. Conradi[6] ad Ducem Bauariae missum. Dux[7] illius causae fauens egit serio cum Reuerendissimo Car-[dinali,][8] ut a uotis idem per nos absolueretur. Dixi hanc potestatem penes P. Tuam dumtaxat residere, et ex Vrbe petendam hanc absolutionem esse. Ante menses aliquot scripsit ad me D. Conradus, sed ita, ut pro literis, quas ad illum amicissimas dederam, scriptum exulceratum redderet. Seruit autem Duci in Hagensi Comitatu[d] Concionator, ubi Lutherani modo Catholici esse coeperunt[9]. Certe si et ille huic instituto restitueretur, onus magis quam commodum ab illo nobis accessurum puto. Sequemur autem quod uoluerit et responderit P. Tua.

Quod ad facultatem absoluendi relapsos attinet, uidemur eam modo[e] consecuti, ut ex adiuncto Cardinalis responso intelligi potest[10].

Saepe monuimus Jngolstadij et alibi eos, qui apud Principem authoritate ualent, sed impetrare non possumus, ut professio fidei, sicut Bu[l]la Pontificis Pij IIII postulat, Professoribus et promouendis Jngolstadij facienda committatur. Audimus etiam in Gymnasijs Jtalicis eiusdem professionis formulam non satis diligenter obseruari. Tenta-

a) *Quae hic et infra uncis quadratis cernuntur inclusa, suppleta sunt (nisi aliud dicatur) ex B; in A enim, quia in extremis archetypi versibus posita sunt, photographice exprimi non poterant.* b) *A C. correctum ex* accedat. c) *Sequitur* ad, *oblitteratum.* d) Commitatu *A.* e) *Ita Can. correxit ex* non.

[1] Dilingae; vide supra p. 456—457. [2] P. Theodoricus Canisius.

[3] Vizanum, ad philosophiam tradendam ex Italia Dilingam missum; vide supra p. 392 462. [4] Vide supra p. 439. [5] Hieronymum Natalem.

[6] P. Conradi Swagerii, qui ex collegio dilingano discesserat et ad Socios redire nolebat; vide supra p. 328 338.

[7] Albertus V. [8] Ottone Truchsess.

[9] De his P. Conradi Swagerii rebus vide supra p. 352.

[10] Litteras a cardinali Rebiba ad cardinalem Truchsess datas dicere videtur; de quibus vide supra p. 486[4].

bi[mus] adhuc, possitne Reuerendissimus Cardinalis[1] hoc persuadere Duci, huc propediem uenturo, ut dicta professio cum iuramento posthac Jngolstadij habeat locum. Quod si non successerit, Romae uiam aliam Ducis admonendi experiendam putarem.

Offeruntur nobis Augustae diuitum et nobilium filij, quos in literis parentes cupiunt institui: nec locus docendi commodus deest in nouis et amplis aedibus, et cupit Reuerendissimus[2] hunc utilem Augustanis laborem a nobis suscipi. Verum quos illic professores constituamus difficile sit reperire, nec suppetunt hactenus ad sustentationem illorum sumptus conuenientes. Praeterea non modo Canonicj[3] suam uicinam scholam habent, quam nunc celebriorem facere conantur, uerum etiam sectarij, quorum est maior quam Catholicorum Augustae authoritas, huic scholae nostrae instituto se oppositauri uidentur[4]. At possent interim admitti fortasse selecti quidam pueri, qui ab uno tantum et altero praeceptore docerentur[a], si P. Tuae ita uisum fuerit, et nos praeceptores dare potuerimus. Quod ad Canonicos attinet, nihil illi a nobis postulant aliud, neque postulaturi uidentur, nisi ut nostri Augustae concionentur. Quod si moreretur Reuerendissimi Cardinalis nepos, qui suas aedes a Canonicis emptas nostris inhabitandas dedit[5], redirent aedes ad Canonicos, nostrisque migrandum foret, cum illas alijs, ut fit, elocent[b]. Jgitur habitatio firma Augustae nobis non contigit, nec facile impetrari potest, ac multo quidem minus Collegium. Hoc unum addam, uarias tentationes nostris Augustae frequentes esse, quas auget personarum commorantium illic paucitas et nonnulla libertas, dum non aeque, sicut in Collegijs[c], religiosa disciplina illic potest obseruari[6]. Accedit, quod praecipui nec artem, nec usum habeant recte gubernandi: Vnde nec parum solent affligi, et de alijs fratribus conqueri, et meliores socios desiderare. Putabat mecum Rector Dilingensis, qui duobus iam mensibus Augustae uixit, operaeprecium fore, si Vitus frater Germanus qui Romae est[7], Augustae Ministrum ageret, cum P. Gregorius et [P.][d] Wendelinus[8] uarias hic difficultates, quas aegre superabunt, soleant experiri. De Vito autem huc transferendo iudicet P. Tua.

a) *Ita C. correxit ex* docentur. b) *Ita C. correxit ex* elocarent *vel simili v.* c) *Sequitur* illic, *oblitt.* d) *Archetypum hic lacunam habet.*

---

[1] Truchsess. [2] Cardinalis Truchsess.

[3] Capitulum ecclesiae cathedralis.

[4] Protestantes gymnasium S. Annae habebant, cui praeerat Hieronymus Wolf, vir et docendi arte et graecarum litterarum scientia insignis (*Can.* IV 43[3]).

[5] Gebhardus a Truchsess, cathedralis ecclesiae canonicus (vide supra p. 325[6]).

[6] Sociorum augustanorum nomina et officia v. supra p. 377[2]. P. *Paulus Hoffaeus* S. J. Monachio 20. Februarii 1568 S. Francisco Borgiae *scripsit: „P. Balthasar [Sammareyer] mallet e Societate dimitti quam in ea retineri: eo libenter carebimus“ (ex autogr.; „G. Ep. IX“ f. 168[b]).

[7] Vitus Liner; de quo supra p. 337.

[8] Völck; qui domus „ministrum“ egisse videtur.

De P. Martino[1] statuetur aliquid, cum uentum erit ad uisitationem. De P. Gasparro[2] deliberabitur, an expediat illum ad Patrem mitti, ut qui Colonia[a] discessit, et de hoc filio conqueritur, uelut illius literis acerbis offensus, ut Colonienses nostri putent hac missione nihi[l] esse opus[3], et cupiant P. Gasparum cum patre modestius et circumspe[c]tius agere. Habebitur etiam ratio D. Thomae Galli, sicut admonet P. Tua, qui non parum negotij aliquando suo Rectori adfert, dum plus postulat, quam illi concedere, praesertim in schola, congruat[4].

Andream Saxonem[5] a nobis fugientem ac deinde redeuntem utcun[que] nouimus. Et difficile maleque tutum uidetur, hos homines non sani, ut uidetur, capitis et notae leuitatis, honestis et Catholicis uiris per no[s] commendari. Hoc dixerim, quod ut maxime uelimus[b], tamen rarissime comperiamus Germanos, qui nostra commendatione contenti, Andream, Lucium[6] et similes aut ministrorum aut studiosorum loco recipiant, praesertim cum rei frumentariae tam sit modo diffici[lis] annona, ut aetate hominum difficilior in his Regionibus non fuis[se] dicatur. Hinc Rectores Collegiorum nostrorum in uictum quotidianu[m] plura quam solent, insumant necesse est. Commendamus nos precibus et sacrificijs P. Tuae ac Societatis in Christo domino, qui suam nobis gratiam semper augeat. Dilingae 12 Junij 1567.

Seruus in Christo P. Canisius.

Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia Praeposito Generali Societatis JESV. Romae.

In huius epistulae pagina postrema manu romana eiusdem temporis notatum est: „1567 Dilinga Padre Canisio . 17 di Giugno“; atque epistulam 17. Iunii datam esse significat etiam S. Franciscus Borgias in litteris Roma 28. Iunii 1567 datis, quibus ad eam respondet; scribit enim, se accepisse epistulas a Canisio datas „21. del passato .12. et 17. del presente“; neque enim alia exstat Canisii epistula, cui dies 17. Iunii ascriptus sit. Attamen lapsus est, qui eam 17. Iunii datam esse notavit; nam Canisius scribit, Albertum V. ducem Dilingam „propediem venturum“ esse; ex Actis autem synodi Dilingae a. 1567 habitae constat, ducem, si non 15. Iunii vesperi, certe 16. Iunii mane Dilingam venisse; cf. infra mon. dil. (28).

1456. MARTINUS CROMER, cathedralis ecclesiae cracoviensis canonicus et Poloniae regis consiliarius, CANISIO.

Cracovia sub aestatem a. 1567.

Ex Canisii litteris Ingolstadio 7. Septembris 1567 ad Cromerum datis (quae in „Pastoralblatt für Ermland“ [cf. supra p. 55] XX 118—119 editae sunt et in huius operis volumine VI. denuo edentur) intellegitur, Cromerum sub aestatem a. 1567 epistulam ad Canisium dedisse, quibus Ioannem Velitium Ingolstadii litteris

a) *In archet. correctum ex* Coloniam. b) *A Can. correctum ex* uolumus.

[1] Stevordiano, contionatore monacensi; v. supra p. 437—439 463.
[2] Haivodo, filio Ioannis Haivodi.
[3] Vide supra p. 381 444.
[4] De dilingano hoc theologiae professore vide supra p. 145[5] 464
[5] De hoc v. supra p. 460[1] 464 465.
[6] De Ioanne Lucio vide supra p. 425 460.

operam dantem ei commendabat et cum eo, quod raro ad se scriberet, amice expostulabat.

Ea aetate Poloni, etiam ex nobilitate, haud pauci Ingolstadii litteris studebant; v. *Mederer* l. c. I 267–268 279 298 301 307 319 etc. et *Can.* IV 485[15].

1457. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 22. Iunii 1567.

Ex imagine photographica (A) litterarum autographarum (2°; 2½ pp.; in p. 4 inscr. alia manu scripta et particulae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 198 (266 267). Praesto erat etiam apographum (B) sub 1892 ex autographo exscriptum.

Collegium ameriense dimittendum est. P. Marius ad magistri noviciorum munus non satis est idoneus; opus est viro ad pietatem exercitatiore, qui huic officio soli vacet. Albertus V. dux P. Schorichium Roma revocare et ad tempus comiti Helfenstein concedere vult; dux cum sententiae tenax esse soleat, suaviter tractari debet. Cardinalis Truchsess synodum habuit et reformationem in se ordietur. Canisii profectio. Responsum de 5%. Ratio vestiendi. Germaniae superiori philosophiae professores non suppetunt, quia iuvenes haud ita bene institui poterant et scholis inferioribus magistros provideri necesse erat atque ingenia crassiora sunt. Provincia rhenana longe melius habet. Carebitur, ne multi Romam mittantur. Aes alienum. Magdalenae archiducissae stipem Socii Romam mittent idque cum suo etiam dispendio praestabunt. Fr. Vizanus philosophiae professor et timidus est et infirmus. Matthaeus Michonis.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater. Superioribus literis, quas ante dies octo scripsi, plura mihi addenda uideo, vt P. T. literis proxime quidem acceptis faciam satis.

De collegio uel domo Ameliensi[a] mihi rectius fore uidetur, vt locum illum ob difficultates et incommoda, quae annis abhinc aliquot, et nunc praesertim ab Episcopo[1] nobis obijciuntur, missum faciamus.

Quod ad Magistrum nouitiorum qui Monachij est, .P. Michaelem[2] attinet, meliorem alium desideramus, ut scripsi alias. Nam praeterquam quod hic Romae non sit diu uersatus, ut veterem hominem[3] satis exuere posset, existimamus ad hoc munus eum applicandum, qui firmiora iecerit fundamenta uitae spiritualis[4], magisque spiritum imbiberit societatis, et ad curandos nouitiorum animos uehementius applicet sese. Hic enim rebus alijs externis oblectari, neque adeo in hoc munere sibi et alijs consulere uidetur, quemadmodum Magistrum nouitiorum decet. Quare cupiebamus iunioribus fratribus alium, qui rectius in spiritu fundatus, et huic soli muneri esset intentus, assignari. Hic enim et praefectus studiorum, et Confessarius, et aliquando collegij procurator est, et fortassis esse cogitur in hac penuria operariorum, praesertim in magna illa messe[5], quae se nostris offert Monachij.

Cum hic esset Bauariae Dux[6], aperte significauit, se non multo post ex Vrbe reuocaturum esse P. Schorichium, quem promittere uisus

a) *A Can. correctum ex* Amuliensi.

[1] Bartholomaeo Ferratini. De hoc negotio vide supra p. 465.
[2] Marium. [3] Eph 4, 22. Col 3, 9. Cf. Rom 6, 6.
[4] Cf. Lc 14, 29; Hebr 6, 1. [5] Cf. Mt 9, 37 38; Lc 10, 2; Io 4, 35–38.
[6] Albertus V. 16. Iunii Dilingae fuit; vide supra p. 495.

est Comiti ad Catholicismum reuerso[1] contionatorem ad aliquot menses. Ac de Schorichio quidem, cuius desiderio nostri non tanguntur, saepe scripsi ac monui[2]. Hoc addam de Principe, uix unquam illum nostros admittere, et eius esse ingenij, vt non facile sinat eximi sibi suam quam semel amplexus est, opinionem . eoque metui illum a Consiliarijs, qui eius voluntati non ausint repugnare, et qui monent etiam, ne facile nos repugnare uelimus, molliter illum esse tractandum, etc.

Celebrauit Synodum suam Reuerendissimus hac tota fere hebdomada, et non sine magno labore tum suo, tum nostro confecit praecipua quaeque, ut speremus ex ea fructum aliquem reformationis, quam idem Reuerendissimus in se quoque iam ordiri decreuit[3]. Profectionem meam haec synodus remorata est: spero autem me paucis post diebus[a] imo hoc ipso die Herbipolim et ad Argentinensem Episcopum[4], ut postremo scripsi, Christo duce profecturum esse.

Cum hucusque scripsissem, P. T. literas 7° Junij datas accepi, et cum his responsum Theologorum de usurario contractu, quemadmodum hoc diu a nostris desideratum est. Deo sit gratia. Cauebitur autem, ne Pontificis[5] nomine scriptum hoc publicetur uel alicui commendetur.

Admoniti sunt Rectores, vt suam quisque sententiam isthuc mittat de ratione uestiendi nostros[6].

Quod paucos, et aliquando nullos philosophiae professores in hac prouintia reperiamus, cum illos maxime desideramus, non una quidem causa potest assignari. Superioribus[b] annis tanta et tam crebra fuit eorum Dilingae mutatio, vt si qui e nostris auditores essent atque discipuli, in hoc studij genere minores facerent progressus. Deinde paucos ad hanc lectionem habiles uidemus, et si qui sunt, in classibus inferioribus necessarios[c] lectores agunt, eoque diutius illic retinentur, quod frequens facta sit et grauibus de causis fiat mutatio professorum, et ex nouitijs quide[m][d] paucos, nisi adolescentulos educamus. Accedit quod haec docendae philosophiae ratio, quae Germanis accommodatur, nostro[s] minus solidos in hoc studio reddat, eosque non facile

a) *Quatuor vv. sqq. a Can. in margine addita sunt.* b) *Sequitur* mensibus, *oblitteratum.* c) *Ita C. correxit ex* inferioribus necessarij sunt. d) *Quae hic et infra uncis quadratis cernuntur inclusa, suppleta sunt (nisi aliud notetur) ex B; in A, quia in extremis autographi versibus posita sunt, photographice exprimi non poterant.*

[1] Udalrico ab Helfenstein (vide supra p. 452), qui sub medium m. Iunium Dilingae morabatur; vide infra mon. wis. (4).

[2] *Albertus V.* litteris Monachio 19. Iunii 1567 datis a Borgia vehementer petiit, ut Roma ad se remitteret P. Georgium Schorichium, „qui linguae peritia, doctrinae et scientiae gravitate, morum autem suavitate et innocentia, itemque hominum nostrorum inveterata jam opinione tam celebris est etiam absens". Epistulam integram posuit *Theiner,* Schweden II 171—172.

[3] Cardinalis Truchsess episcopus augustanus synodum hanc dioecesanam Dilingae habuit 15.—20. Iunii 1567; plura vide infra mon. dil. (28) (29).

[4] Erasmum a Limburg. [5] S. Pii V.; vide supra p. 486—487.

[6] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

possum[us] docendis alijs praeficere, cum sint minus in hoc studio fundati atque exercitati. Vnde constare potest, Rhenensem prouintiam longe nostra ditiorem et feliciorem esse, cum quotannis multos tum ex domesticis, tum ex alijs externis colligat bene uersatos in philosophia, qui saepe aut sint artium magistri, aut huic magisterio proximi, et ad profitendum apti. Verum in Germania superiore tardiora, crassiora et minus ad litera[s] attenta studiosorum ingenia experimur, quam sint in alijs multis prouintijs. Atque haec semel dicta sint, vt minus miretur P. T. nos toties Romam scribere, tantosque sumptus facere, ut professores accipiamus philosophiae, quibus etiamnum indigemus.

P. Natalis anno superiore multos misit in Vrbem, inter quos fuit et Joannes Viennensis tantum peregrinationis ergo destinatus, et Lucius[1], ut nouitios taceam. Cauebitur in posterum, ne tam crebrae missiones sine graui causa fiant, nec opus fore puto, hinc tam procul mittere, cum premant nos etiam tanti sumptus ut uix unquam debitis liberari possimus, et in alendis hic nouitij[s] multa consumatur pecunia. Deo interim gratias agimus, qui rursus Reginam seniorem excitauit ad eleemosynam nostris Romae tribuendam[2], vti scripsit P. Lanoius. Quaeretur a nobis procurator in Vrbe, qui nostro nomine pecuniam pendat, vt est constitutum[3]. Quanquam in hoc etiam pecuniae iacturam facere necesse est, cum e centum quinque nobis detrahuntur ob mutuum: alia si reperiri uia potest, eam non grauatim sequemur. Verum haec ad nouos pertinent procurator[es.]

Oenipontanus Rector *etc.* [*ut supra p. 484*].

Commendo me et prouintiam hanc omnem sacrificijs et precibus P. T. in Christo Jesu domino nostro.

Auspicatus est lectionem suam M. Paulus[4] Bononiensis, cum ita cogeret necessitas: qui heri venit ad me et affirmauit, se diffidere, quod in hoc munere progredi posset. Consolamur illum quidem, sed quem animo et uiribus corporis debilem satis experimur, et qui se ad legendum imparatum ostendit. Dominus gratiam donet, ne cogamur toties in petendo importuni, et in mittendo ac remittendo sumptuosi esse. Dilingae 22 Junij 1567.

Seruus in Christo P. Canisius.

De Matthaeo[5] Polono responsum expectamus, qui pergit Rectori[6] et nostris molestus esse.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia Praepo[sito][a] Societatis JESV. Romae.

a) *In archetypo hic lacuna comparet.*

[1] De his duobus vide supra p. 460.
[2] De hac stipe a venerabili Magdalena archiducissa tributa vide supra p. 484.
[3] Vide supra p. 409.
[4] Vizanus, philosophiae professor in universitate dilingana; vide supra p. 493.
[5] Michonis; vide supra p. 491. [6] P. Theodorico Canisio.

Ex his litteris intellegitur, Germaniae superioris rectores a Canisio monitos esse, ut, quem vestitum Sociis convenire censerent, ad Borgiam perscriberent (vide supra p. 422 441). Consultores quoque scribere a Borgia iussi sunt (Epp. *Nadal* III 477 et supra p. 463). Quid praecipui ex Sociis ingolstadiensibus initio m. Iulii 1567 responderint, hic breviter narrabo. P. *Henricus Arboreus* *scripsit: „Habitus noster conformis habitui aliorum sacerdotum miram nobis praesertim in germania conciliat beneuolentiam, ut constat quotidiana experientia." P. *Hieronymus Torrensis* *ait: „Mihi etiam probatur, ut nostri in moderato et honesto uestitu conueniant cum ceteris sacerdotibus prouinciae, in qua versamur." P. *Martinus Leubenstain* collegii rector: „Sententia", *inquit, „aliorum patrum de accommodando uestitu Clericis honestioribus mihi etiam perplacet. Nisi quaedam incommoda, leuiora tamen forte, quam vt hoc impedire debeant, occurrerent: nempe quod tentatis liberior discedendi facultas praeberetur: et cum sacerdotes plerumque sint pessimae uitae, facilius alicuius criminis insimulari possemus, quam cum honeste ab illis distinguamur: difficile etiam erit eligere honestiorem uestitum, cum honestiores nonnunquam nos ipsos imitentur. Sed haec, et similia, vt dixi, leuiora forte sunt, quam vt bonum quod inde speratur impediatur." P. *Theodorus Peltanus* haec *addidit: „Mihi quoque probatur sententia Venerandi Patris rectoris" (ex autographis. „G. Ep. VIII" f. 203[a] 211[b]). Atque ita cum PP. Natale et Canisio plerique in Germaniae superioris et Rheni provinciis sentiebant: Vestitum Sociorum vestitui honestorum clericorum germanorum accommodandum esse (*Duhr,* Jes. I 564—566). Aliqui tamen contra dicebant; ut P. *„Hermes Halpauerus"* primus superior et rector collegii spirensis; qui Spira 10. Octobris 1567 haec, praeter alia, *monuit: „Magna est varietas in habitu etiam honestorum sacerdotum, praesertim si spectes materiam habitus, nam alius sic, alius autem sic." Similiter sentiebat P. *Matthaeus Zerer;* qui in *litteris eodem die Spira ad Borgiam datis haec quoque proferebat: „Nescitur hoc misero tempore quis sit honestorum clericorum habitus, qui enim honestissimi haberi et nominarj uolunt, uarijs etiam coloribus et materijs preciosis utuntur. Jtem nostri aliquando non habent adeo interiores uestes honestas, quia uel detritae, uel laceratae, uel alio modo male affectae, Jam longae uestes omnia tegunt, quae etiam magis a frigoribus defendunt" (ex autographis; „G. Ep. VIII" f. 299 300). Romae quoque fuisse videntur, qui in eandem sententiam inclinarent (Epp. *Nadal* III 400) Ita factum est, ut a Borgia nihil mutaretur (*Duhr* l. c. 566).

Borgias Canisio respondit 26. Iulii 1567.

1458. PETRUS ARETINUS S. J., collegii oenipontani credentiarius, CANISIO.

Oeniponte inter exeuntem m. Maium et medium m. Iulium 1567.

Ex Lanoii autographis. „G. Ep. VIII" f. 185[a] 194[b]—195[a].

Facultatem petit transeundi ex Societate ad ordinem Cartusianum.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii oenipontani rector, S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit de Fr. Petro Aretino (vide supra p. 489) Oeniponte 28. Iulii 1567: „L' aretino ... questi giorni mi dice chè perseueraua nel suo anticho proposito di farsi chartusino, si crede chè la sua tentatione hebbe origine nel desiderio de studiare. De la lettera sua che scrisse al P. Prouinciale, mandata a V. P. si potra meglio conoscere il spiritu suo." Et 20. Octobris 1567: „Pietro aretino per molte raggioni domando licentia al P. Prouinciale nostro et con lettere et in presentia sua con grande instantia per passare alli chartusinj. . . . L' animo di Pietro, hauera potuto vedere in quella sua lettera scritta al P. Prouinciale nostro laquale jo mandai, l' estate passata alla P. V."

1459. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 28. Iunii 1567.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 67" f. 35[a]—36[b].

Merito Alexander Saxo et Simon Damerius dimissi sunt; Romae a Sociis Macaronica vel similia non leguntur. Petro Aretino permitti poterit, ut vel ad Cartusianos, vel si alio abire voluerit, abeat. P. Vischer votis religiosis solvi, id quod ipse petit, poterit. P. Swagerius dimitti nequit, cum ipsius tantum vitio fiat, ut Societatis vivendi genus difficulter sustineat; suaviter tamen tractandus et Romam mittendus est. Securius est, reginas et ducissas Societatis domos hortosque non ingredi. Canisio licet in collegium germanicum 4 adulescentes mittere; quodsi alios quoque mittere volet, primum Romam referet, cuius singuli sint indolis et quantum in litteris profecerint; intellegant etiam singuli oportet haec: Promittere debebunt, se ecclesiasticos futuros et, in quamcunque Germaniae partem missi fuerint, ituros; disciplinam quoque domesticam, dum in collegio erunt, observare debebunt. Rector oenipontanus consiliis iuvetur et solacio afficiatur. Onus, quod ex reginarum confessariis oritur, portari necesse est; prudenter tamen impediatur, quominus Halae collegium Societatis instituatur. Curabitur, ut P. Schorichius in litteris dandis circumspectius agat. P. Natalis constituet, utri Societatis provinciae collegia spirense et herbipolense adiungenda sint. Matthaeus Michonis Romam mittatur. De litteris fundationis dilinganis expediendis procurator cardinalis Truchsessii urgebitur. Professor philosophiae Dilingam iam est missus; 1—2 alii mittentur. Etiam P. Widmanstadius ac fortasse insignis quidam theologus hibernus aliique mittentur. Professio fidei tridentina in universitate ingolstadiensi. Quod ad nobilium filios Augustae instituendos attinet, admitti convictores non expedit; de externis quoque discipulis admittendis variae occurrunt difficultates; num quid promissum est ea de re? Disciplina religiosa Augustae haud ita facile observari potest. Vitus Liner. Andreas Scotus. P. Theodoricus Canisius laboribus moderari debet. Romam viaticum mitti debet pro Sociis inde in Germaniam venturis.

Pax *etc.* Si sono riceuute quelle di V. R. di 21. del passato .12. et 17.[1] del presente . et quantunque intendiamo che alla data delle ultime staua di partita per Herbipoli et Argentina, crediamo all' arriuo di questa, già sarà di ritorno.

È stato bene liberarsene di Alessandro Sassone, et anche di Simone[2] . non si crede però quello che lui disse, che in Roma si leggano cose simili à quelle che lui haueua[3], se gia non parla di se stesso, ó de alcun altro non dissimile à lui, del quale però non si tiene noticia.

Circa Pietro Aretino, conuiene aiutarlo, ma si questo non basta, ne pare utile per la Compagnia mi rimetto à V. R. quanto à lasciarlo andare alla Carthusia, ò doue lui uorrà[4].

---

[1] Haec quoque epistula data erat 12. (non 17.) Iunii; v. supra p. 495.

[2] De Alexandro Saxone et Simone Damerio v. supra p. 455 460 469.

[3] Macaronica habuerat; vide supra p. 470.

[4] Licebat quidem eo tempore Societatis hominibus etiam sine praepositorum licentia ad Cartusianum ordinem transire; nam ita per Paulum III. litteris apostolicis Roma 18. Octobris 1549 datis statutum erat (*Litterae* apostolicae etc. 41). At *Pius IV.* in litteris apostolicis a Pio V. Romae 17. Ianuarii 1566 editis constituerat, ut si quis a Societate ad Cartusianum ordinem transire vellet, „infra tres menses, a die quo ab ipsa Societate recessisset", illum „actualiter ingredi, et si in illo permanere nollet aut non posset, absque vlla mora ad dictam Societatem regredi teneretur, sub poena excommunicationis" ipso facto „incurrendae" (l. c. 100—101). Ac Pius V. Societati hoc quoque concessit „vivae vocis oraculo", ut si quis ad Cartusiam transire vellet, „tres ei menses praescriberentur: intra quos si non ingrederetur, vel non admitteretur, vel non perseueraret, redire teneretur, et non ei amplius

Circa il Padre Vischero[a], per esser stato lungo tempo nela Compagnia si procuri darli aiuto, ma quando non bastarà, potra etiam V. R. liberarlo deli uoti, come lui lo ricerca, licentiandolo[1].

Del D. Conrado, quel che mi pare è, che non se li dia l' assolutione che ricercha, poi che non se li può dare in altro modo che licentiandolo, et licentiarlo non pare si possa, essendo uoluntarij li impedimenti che lui tiene[2]; procuresi però procedere suauemente con lui, et esortarlo à uenir à Roma questo settembre . auisi V. R. si se li dette una lettera che di quà si[b] [?] fú scritta[3], per che quando non, se li scriuera di nouo.

Dell' intrare delle Serenissime Regine et Duchesse nelli Collegij nostri et horti, più sicuro pare l' astenersene, per respetto del motu proprio[4].

Per il Collegio Germanico potra V. R. mandar tre, et anche il 4º, che si è accetatto, che studia in Jngholstadio, ad instancia d' un suo parente, che sta pur nel Collegio Germanico . per trattar di accettar altri, saria bene che V. R. scriuessi in particolare d' ogniuno di loro, specialmente quanto alla dottrina et indole, et conuiene che tutti auanti di uenir quà intendano, che hanno di far promessa di essere ecclesiastici, et di andar doue saranno mandati, (se pur si mandassino specialmente con qualche beneficio) alli paesi di Germania[5], oltra l' obedire et guardar la disciplina del Collegio al tempo che ui staranno, et quanto più prouetti saranno nelli studij, tanto sarà meglio.

Circa il Rettor d' Jspruch[6], V. R. ueda de darli quelli megliori ricordi che li pareranno, procurando anche tenerlo consolato, et di quà si fara il medesimo.

a) Bischero *ap.; cf. supra p. 439.* b) *Sic; corrigendumne* li?

---

liceret respectu Carthusiae a Societate sine Praepositi eius consensu recedere" (*Compendium* Privilegiorum et Gratiarum Societatis Iesu, Antverpiae 1635, 28—29). Dubito vero num eo tempore fuerint, qui censerent facultatem illam Sociis concessam, qua etiam sine licentia ad Cartusianos transire possent, vim habere in foro externo, quod dicimus, non habere in foro conscientiae. Apud Fratres certe Minores facultatem transeundi ad Cartusianos ita esse circumscribendam aliqui opinabantur (*Rodericus* l. c. [v. supra p. 470[5]] III[2] 165).

[1] Annis fere duodecim, quos P. Ioannes Vischer (Piscator) in Societate vivebat, satis compertum est, eum neque ad docendum, neque ad contionandum, neque ad Socios regendos satis idoneum esse (*Can.* III 267[6]; IV 322 398 419 479 684 709).

[2] P. Conrado Swagerio impedimento erat potissimum animus inanis, pervicax, honoris commodique nimium amans; v. supra p. 313 319 398 et infra mon. dil. (10) (12) (23). [3] Has litteras vide infra mon. dil. (23). [4] Vide supra p. 470.

[5] In *Constitutionibus* collegii germanici a. 1552 conscriptis haec, praeter alia, praescribuntur de alumnis, qui „in Germaniam remittantur": Cardinalibus „Protectoribus incumbet . . . providere, ut Ecclesiastica beneficia ipsis scholasticis iuxta rationem talenti et dignitatis cuiusque conferantur, et prospicere, ad quem potissimum populum quemque mitti conveniat. . . . Considerabunt etiam illi, an expediat, aliquos in Universam Germaniam mitti, et nullis certis Urbibus destinari": *Schroeder* l. c. (cf. supra p. 310) 73.

[6] P. Nicolaum Lanoium significat; vide supra p. 457 471—473.

Con li doi Confessori delle Regine[1], facciasi il meglio che si può, gia che pare necessario portar questa Croce. Del Collegio però che il Serenissimo Arciduca Ferdinando, tratta di fare in Hala[2], si è scritto al Padre Lanoy, che conuiene procurar in bon modo non si faccia, et il medesimo dico à V. R. per adesso tanto, nela charestia che teniamo de suggietti.

Si fará l' officio col Padre Scoriccio[3], quanto alle lettere, et un' altra uolta si scriuera al Rettor di Monachio[4].

Del mettere il Collegio di Spira et Herbipoli, che[a] [?] si accetteranno, nella Prouincia del Rheno, la cosa è rimessa al Padre Natale, il quale mi pare se inclina à questo medesimo, et insin' à tanto che si faccia la risolutione de accettare detto Collegio de Herbipoli, non accade trattar di far Rettor, il Padre Georgio, o Padre Rebasten[5].

Mattheo[6] Polono, si mandi à Roma al Settembre, doue si procurara aiutarlo, et se non bastassi la diligencia, si pigliara risolutione sopra de lui.

Circa l' espedition dell' instrumento de Dilinga, io non so che ci resti á far á noi cosa alcuna, se gia non fossi sollicitare l' Agente dell' Jllustrissimo Cardinale[7].

L' andata di V. R. ad Herbipoli et Argentina, sarà raccomandata à Jddio N. Signore.

Circa li doi lettori di Philosophia, gia l' uno si mandò, et uno, ó doi altri si mandaranno[8], piacendo à Dio, al Settembre, conuiene pur animare à Paulo Veggiano. Del mandar alcuni altri todeschi uecchi, non sono molti questi, ma si fà conto di mandar il Padre Filippo Vbismastadio[9], molto bon suggietto in uita et dottrina, et forsa ancora delli altri, et specialmente si pensaua mandar un Theologo di Hibernia, sacerdote, molto bona cosa[10], finalmente non si manchara di dar l' aiuto possibile.

Dio lodato, che si é hauuto la facoltà di assoluere li relassi.

Staremo à uedere si quella professione di fede, si potra ottenere dal Duca[11], si faccia, et quando non si potessi, diaci auiso V. R.

a) *Sic ap.; sed corrigendum esse puto:* se; *dubitabat enim Borgias hoc tempore, num Herbipolenses et Spirenses probaturi essent condiciones a se propositas; v. Epp. Nad. III 486.*

---

[1] Oeniponte P. Ioannes Dyrsius Magdalenae, P. Paulus Hetzcovaeus Helenae a sacris confessionibus erant. [2] Vide supra p. 484.

[3] P. Georgio Schorichio; vide supra p. 474. [4] P. Dominico Mengino.

[5] PP. Georgium Bader vel Ioannem Rabenstein.

[6] Michonis; vide supra p. 491.

[7] Litteras fundationis collegii dilingani mandatu cardinalis Ottonis Truchsess Ioannes Paulus Castellinius curabat pontificia auctoritate confirmandas; cf. infra mon. dil. (18) (22).

[8] In universitatem dilinganam.

[9] Vidmanstadium (Widmanstadt), de quo *Can.* II 32.

[10] P. Edmundum Tanner; de quo plura in huius operis volumine VI.

[11] Alberto V.; v. supra p. 464—465 483.

Quanto al pigliar in Augusta l' assunto de insegnar i figlioli de gente nobile, non esplica V. R. s' intende pigliarli come conuittori, ò uero solamente nelle schole. Si Per conuittori, la cosa ha molte difficolta, et procuramo in ogni banda di scusarsi di tal peso; si nelle[a] schole, pare anche non manchano assai difficoltà per non hauer casa propria ne intratta ferma, ne copia de mastri, et per temersi la contradittione de parte dela città, et forsa anche de parte della schola del Capitolo, auisi pur V. R. se questa cosa è stata promessa da nostra parte, et per chi, et in qual modo, auanti che si faccia tal risolucione.

Pare ben cosa difficile, osseruar disciplina religiosa nela casa di Augusta, essendo tanto pochi, facciasi però come meglio si può, si quanto al augmento del numero, si etiam in quanto all' ordine et osseruatione delle Regole etc. et se si mandarà di là il fratello uitto[1], si potra fare de lui quel che si giudicara essere a maggior gloria diuina, hor sia metterlo in Augusta, ó in Monachio per conto delli nouicij, hor altroue.

Di Andrea Sassone, pur che non si accetti nela Compagnia facci V. R. quel che li parera meglio, circa il raccomandarlo à qualche amico, o no; et con questo ho fatto risposta à quelle di V. R. nelle cui orationi et sacrificij et de tutta sua Prouincia, molto ci raccomandiamo et specialmente in quelle del Padre Theodorico Rettor de Dilinga, dicendoli de mia parte che ueda di moderar le fatiche sue ad ogni modi, acciò si mantenghi con sanità per il seruicio d' Jddio N. Signore. Di Roma li 28. di Giugno 1567.

De remediis ad animarum morbos adhibendis.

Per quelli che si hauessino à mandare al Settembre conuerrebbe secondo l' ordine dato, ci fossi quì uiatico, perche ci da grande incommodo il cercarlo quì per tanti che si mandano, si ben poi passato un tempo si habbia à sodisfare.

Una cum his litteris Canisio missum esse videtur *praeceptum, de quo in Cod. „Def." (Messe et Or. per li bisogni di Prouincie etc.) notatum invenio: „1567 A di 18. di giugno ordine che ogni Sacerdote dicesse una messa per S. Santità ogni settimana per insin che si dia altro ordine da per tutto."

Praeterea Canisio vel cum his litteris vel cum proximis missum est praeceptum *Borgiae* ad tempus orationis (v. supra p. 296—297) pertinens idque ipso hoc die 28. Iunii 1567 datum; quod adhuc exstat tum in epistula archetypa (A) a P. Joanne Fernandez S. J. scripta ab ipsoque Borgia subscripta et eodem die in Belgium ad P. Natalem visitatorem missa (Cod. „EB" n. 206; inde transcripta in Epp. *Nadal* III 485—488), tum in eiusdem epistulae apographo (B) in Registro Borgiae posito („Germ. 67" f. 36[b]—38[b]); ubi huius epistulae exordio manu librarii in margine adnotatum est: „Commune alli Prouinciali". Praeceptum pono ex A: „Come in Roma s' è[b] transferito alla mattina un quarto d' hora, oltre[c] li tre quarti, restando solamente un quarto per lo essame[d] doppo cena, cosi forse si potrebbe fare in altri

a) delle *ap.* b) si è *B.* c) oltra *B.* d) l' examo *B.*

[1] Liner.

luoghi[a], per che quà ci trouamo ben con questo[b], et si[c] dara auiso di questo al prouintial[d] del Rheno, et che non pare si debbia far'[e] segno, finita mezza hora de[f] oratione mentale di farla nel resto uocale, essendo più conforme alle Constitutioni, et anche alla ragione non far legge commune di cio, mà che ogni uno faccia la[g] oratione Mentale ò uocale, (parlando di quelli che non hanno obligo) secondo che li sarà più conueniente à giuditio[h] del suo superiore ò instruttore."

Canisius Borgiae respondit 24. Iulii 1567.

1460. P. ANTONIUS VINCK, provinciae rhenanae S. J. praepositus, suo et CANISII nomine **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Herbipoli 28. Iunii 1567.

Ex autographo (2⁰; $1^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr. et particulae sig.); „postscriptum" in schedula separata scriptum est. „G. Ep. VIII" f. 339 340.

PP. Vinck et Bacrelius 23., Canisius 25. Iunii Herbipolim advenerunt. Cum episcopo in arce de collegio egerunt. In aedificiis, quae sane et ampla et bona sunt, autumno scholae haberi et collegium incohari poterunt. Difficultates, ob quas Borgias priores fundationis litteras confirmare nolebat, sublatas esse intellegetur ex litteris novis. Quae ad reditus monasterii colligendos et administrandos spectant, ex Borgiae sententia mutata sunt. Alumnis (quorum domus ante aestatem proximam non absolvetur) non videbatur praeficiendus esse vir externus; is enim fortasse Sociis molestus esset neque ad eorum rationem pueros institueret; si quid autem aliud Borgiae visum erit, facile efficietur; quodsi interim alumnos in domo a collegio semota collocare voluerint, nemo ex Sociis iis praeficietur. Contubernium hoc non habet rationem seminarii clericorum. Episcopus vehementer desiderat contionatorem; neque enim nunc suppetit nisi contionator parum idoneus; plurimum refert, ut brevi vel P. Fahe vel P. Widmanstadius vel P. Schorichius ad contionandum mittatur. Litterae fundationis collegii huius plurimas iam difficultates experti brevi confirmandae sunt. Episcopus optat, ut magistri m. Septembri veniant; primo anno et supellectilem et victum et vestitum ipse subministrabit. Spirenses, cum herbipolensem fundationem immutatam esse cognoverint, in sua mutanda minus difficultatis experientur; eius rei gratia Vinck brevi scholasticum spirensem et P. Natalem adibit. Canisius, cum occupatissimus sit et contionem paret, has litteras a se lectas etiam pro suis haberi vult. Vinck et Canisius 30. Iunii Moguntiam versus proficiscentur. Episcopus non scribit, quia negotiis obruitur; priores fundationis litteras sibi remitti cupit.

† Molto Reuerendo in christo Padre. Pax christi.

Come per le lettere mie delli .17. del presente scrisse alla P. V. R. di Spira, mi sono andato a moguntia et di la cum il P. Ludouico Baccrelio ad herbipoli, doue arriuamo per gratia del signor sani alli .23. di questo mese, alli .24. hauendo inteso il Reuerendissimo Episcopo[1] l' arriuata nostra, si chiamo all' arce sua[2], doue espettauano la venuta del R. P. petro Canisio, lo quale arriuo alli .25. interim ragionamo alchuna cosa circa il negotio del collegio, et mi informai massime della fabrica la quale è grande et buona et va molto auanti, speramo che quest' autumno sara in tal termino, non solamente per poter habitar alchuni delli nostri, ma etiam poter vsarci delle schole et incommenziar il collegio, il architetto si persuade che nel settembre

a) luochi *B; in A 8 vv. sqq. in margine addita sunt.* b) quà con questo ci trouiamo bene *B.* c) se *B.* d) Prouinciale *B.* e) fare *B.* f) di *B.* g) l' *B.* h) al giudicio *B.*

[1] Fridericus a Wirsberg.

[2] In arcem Montis Mariani (Marienberg) prope urbem sitam.

dara[a] [a] ogni cosa espedita, la quale pertiene al collegio et schole, a me pare cosa assai difficile, pur chi vuole spendere denari, et con l' autorita che ha il Reuerendissimo si puo fare grande cosa, et caso che non si potesse espedir ogni cosa, tamen fra vn mese si potra espedire vna parte del monasterio, doue possono habitar li nostri[b] separati, com le loro porte fermate et[c] come alieni del resto della fabrica. Quanto alle difficultade le quale moueuano di non confirmar la dotatione del colleggio[d], dal Reuerendissimo mandata, si ha accommodata[e] secundo che speramo sia la mente di V. P., como vedera per quel instrumento lo quale adesso di nuouo si manda[1], et quanto sia mutato confirendolo con il primo[2] facilmente si vedera, et etiam quella parte, la quale si ha cassata[3].

Quello che hauemo mutato circa il Prefetto et modo di riscodere[f] [?] l' intrade del monasterio di santa agnete, pensamo essere conforme a quello che mi racordo di hauer visto in lettere mandate al R. P. nadal[4], accio che la compagnia ò collegio habbia quell' autorita di farlo, quando giudicara espedire[5].

Quanto a quello che toca cerca li alumni, lj quali S. S. Reuerendissima ha in animo di sustentare per che la casa per habitatione loro non è in ordine, ne si puo mettere in ordine auanti la prossima estade, non si pareua necessario[g] che si mettesse per gouerno loro in studijs et moribus vn forastiero, lo quale forze sarria stato piu molesto di lassarlo li, che dare duoi di nostri, Si etiam per che tememo che forze hauendo li alumni pigliati[h] [?] vn modo di procedere sotto il gouerno del prefetto, lo quale non fusse della compagnia, difficilmente si potrano redure al modo che volessimo noi[6], et tamen[i]

a) *Sic; corrigendumne* sara? *Aliqua tantum, quae in hac epistula mendosa vel dubia sunt, notabo; neque enim vacat omnia recensere.* b) *Sequitur* et, *oblitteratum.* c) *Sequitur* al, *oblitt.* d) *Sequitur* gia, *oblitt.* e) *Sic; scribendum potius fuit:* si sono accommodate. f) *Sic;* riscotere? riscuotere? g) *Sequuntur vv.* differire tanto, *a V. oblitt.* h) *Sic;* pigliato? i) *Sequuntur 2 vv. ita oblitterata ut iam legi vix possint.*

---

[1] Datum est „in arce montis beatae Mariae virginis supra Herbipolim" 27. Iunii 1567 et typis exscriptum a *Wegele* l. c. II 55—59.

[2] Vide supra p. 364—370.

[3] Omnino sublata sunt, quae in prioribus litteris de theologiae et philosophiae professoribus ac contionatore mittendis dicta erant (cf. supra p. 365—366). *Vinck* postea testatus est, Canisium in tota hac apud episcopum tractatione „ducem verbi" fuisse; vide infra mon. herb. (15).

[4] Borgiae litteras 22. Martii 1567 datas significat; quas vide in Epp. *Nadal* III 414—418; cf. etiam supra p. 404—408 454.

[5] „Quod ad redditus et bona spectat, nos", inquit *Fridericus*, „hoc tempore in gratiam eiusdem societatis, ut minus ea gravetur, providebimus, ut fructus et proventus ad monasterium s. Agnetis spectantes per praefectum, quem nos ad hoc deputandum duximus, annuatim colligantur, manente tamen semper illo iure penes ipsam societatem, ut possit per se vel suum oeconomum a se libere eligendum eadem monasterii bona recipere et administrare": *Wegele* l. c. 56.

[6] „Quoniam nobis certum est, alumnos quosdam in studiis iuxta aedes collegii sustentare, cupimus hos [*Weg. haud recte:* hoc] ipsos uni aut etiam, si opus sit,

si cosi non parera[a] V. P. espedire etiam senza quello che non sia scritto nel instrumento, facilmente si potra fare, massime hauendo vn anno di tempo per li alumni auanti che potranno habitar in quel loco[b] [1], Si accadesse che interim volessino tenerli in altra casa fuora del collegio, a me pare che alhora li gouernariano per persona estranea et non per quelli della compagnia alli quali non conuiene star fuora del collegio[c] [2], et questi alumni ó stipendiarij commenzali non haueranno forma di Seminario[3].

Jl Reuerendissimo desidera molto accio che il predicatore con alchuni vengano presto, et in vero quanto potemo cognoscere, vi è molto necessario che venga vno et presto, per che stanno quasi senza predica, essendo che quello che predica[4] pare habbia poca dottrina et minor gratia, accede anchora che sia notato in moribus etc. et non venendo il P. pietro phae (dello quale fin qua non haueua noua certa alchuna) si trouamo in assai grande necessita, ne hauemo remedio si non fare recorso alla .P. V., accio che si adgiuti quanto potra presto in mandarsi vno, lo quale potria essere ó il P. Phylippo Widmanstadio ò il P. Georgio schorichio, molto prego alla P. V. che voglia adgiutar a questa pouera patria, doue molte anime si perdino per manchamente di buoni operarij, et hauendo il Reuerendissimo accomodata la dotatione del collegio secundo che V. P. ha desiderata[d], prego la .P. V. che, consoli in questo caso al Reuerendissimo, in mandarli vn buono predicatore et anchora in mandar presto resposta et confirmatione del suo collegio, lo quale fin qua ha patito tanta aduersita et dilatione, quando cosi presto alla[e] V. P. non piacesse mandar vn predicatore di roma, io potria mandar la il .P. michaele ruesio[f] [5], ad tempus, lo quale sta in treuere et adgiuta al R. P. Hermano[g] [6] lo quale solo non puo supportar le prediche et studia, pur benche[h] spero che alquanto satisfaria, tamen[i] temo che al longo

a) *Hic supplendum esse videtur* a. b) *Vide infra adn. 1.* c) *Vide infra adn. 2.* d) *Sic;* desiderato? la ha desiderata? e) *Hoc v. a V. supra versum scriptum est.* f) *Ita V. ipse correxit ex* mandar la vno. g) *Octo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* h) *Sequitur* ben, *oblitt.* i) tame *aut.*

---

pluribus praefectis ab ipsa societate [*Weg.:* societati] demandari, qui secundum instituti sui rationem studiosos eosdem tum in literis tum in moribus rite gubernent. aderit interim oeconomus a nobis constituendus, qui victum et sumptus procuret, ut hac temporalium rerum cura non gravetur praefectus, quem societas libere instituet atque mutabit, cum sic opus fore sentiet": *Wegele* l. c. 58.

[1] *Polancus* Societatis secretarius (rebus cum Borgia collatis) in margine huius capitis posuit haec verba, quae tamen potius ad caput superius pertinere videntur: „S accetti con gratitudine et facissi buona prouisione de mastri etc." De collegio admittendo eum scribere facile patet.

[2] *Polancus* in margine: „prima [?] auuisi che forastieri tenghino la cura."

[3] Seminarii clericorum (tridentini); vide supra p. 407.

[4] Guilielmus (ut videtur); vide infra mon. herb. (7).

[5] Michael Ruel erfordiensis, 9. Maii 1559 in album universitatis coloniensis relatus, a. 1561 in collegio coloniensi praeceptorem egerat; a. 1573 contionator erat in templo collegii fuldensis (*Hansen* l. c. 340[4] 643 777).

[6] Thyraeum, collegii treverensis rectorem, significari puto.

andare non bastaria, ha besogno anchora di studiar . humilmente prego accio che con quanta sarra possibile fretta V. P. si mandi a significar et d'[a] [?] intendere la sua volunta, la quale per tutto voluntariamente sequitaremo.

Desidera il Reuerendissimo che li Magistri vengano incirca il fine di settembre et spero lo potremo fare che si dia principio alle schole in ottobre, Jl Reuerendissimo vuole al primo anno prouedere al collegio d' ogni cosa non tantum della supellettile, ma etiam quello che toca al vitto et vestito, et a noi ha parso per bene, d' essere liberato[b] di tante trauaglie, le quale soglino occorrere nelli principij delli collegij, massime in li luochi, doue non hauemo la prattica.

Quanto al collegio di spira non ho altro di scriuere di quello che ho scritto di Spira se non che hauendo il Reuerendissimo Herbipolense cosi mutata la dotatione del collegio che loro trouaranno mancha difficulta, alli .30. di questo mese di qua si partiremo per moguntia, doue spero intendero qualche cosa di spira, et si posso hauer notitia che il Reuerendo scholastico spirense[1] sia nella cita, io andaro a spira auanti[c] del andare al Reuerendo P. natale, in moguntia mi risoluero et forze andaro di la dritto[d] a treuere et al R. P. natale, et quanto toca a questo collegio Herbipolense penso trattaremo del principiar suo et delle persone, le quali li si haueranno di mandar tanto della prouintia del P. canisio come di quella del Rheno, et in tutto sequitaro il parere et iuditio del P. nadal tanto quanto a incommentiar il collegio, quanto etiam circa il predicatore, non venendo il P. petro phae, spero haueremo resposta di V. P. incirca la festiuita del assumptione della madre di dio[2], interim mi sforzaro di mettere in ordine ogni cosa, presupponendo che V. P. mandara la confirmatione et accettara il collegio, Si occorreranno altre cose di moguntia scriuero.

Alli orationi et santi sacrificij di V. R. P. et di tutti li altri continuamente si raccomandiamo accio che iddio si dia intieramente di cognoscere la sua santa volunta et perfettamente di complerla amen. Di Herbipoli alli 28 di Junio 1567.

Stando molto occupato il R. P. canisio et non occorrendo altro particulare adesso per scriuere[e] et hauendo di predicare domane[3] prega la P. V. lo habbia per escusato a cui orationi molto si raccomanda et prega che questa voglia riceuere come commune hauendola

a) *Sic;* ad? b) *Sic; scribendum fuit* liberati. c) *Sequitur* che, *oblitt.* d) *Sequitur* al, *oblitt.* e) *Sequuntur vv.* ha vista questa, *oblitt.*

---

[1] Andreas ab Oberstein, qui a. 1568 cathedralis ecclesiae decanus creatus est. (*Remling,* Bischöfe zu Speyer II 365). P. *Natalis* Spira 16. Decembris 1566 de eo Borgiae scripsit: „E amico nostro, et affettato alla Compagnia, et ha sentito, come dice, molte prediche del nostro P. Maestro Laynez“; et quod ad fundationem collegii spirensis attinet, „lui gerit hoc negotium nomine capituli“ cathedralis (Epp. *Nadal* III 352). [2] Circa diem 15. Augusti.

[3] Die festo SS. Apostolorum Petri et Pauli; qui eo anno etiam dies dominicus erat.

letta et vista, lunedi[1] andaremo insieme alla volta di moguntia cum la gratia di dio donde forse scriuera e di spira perche di la sta per andar ad argentorato. Di V. P. Reuerenda

Jndegno seruo et figliolo in christo
Antonio Vinck.

† Non si marauiglia[a] V. R. che il Reuerendissimo non scriue, sta molto occupato in negocij et ne esso, ne anche noi iudicauamo esser necessario, Si raccommanda molto alla P. V., et desidera che gli sia rimandato quello[b] instrumento della dotatione del collegio lo quale auanti, fermato et sigillato fu mandato alla .P. V. et così qui se l' hauemo promesso che presto si li rimandara cum la resposta[c] la quale V. P.[d] mandara.

† Al molto Reuerendo in christo Padre il .P. Magistro Francesco de Borgia Preposito generale della compagnia di iesu etc. Jn Roma.

P. *Vinck* Spira 8. Iulii 1567 S. Francisco Borgiae *scripsit: „Di Herbipoli alli .28. del passato ho scritto quanto occorreua, spero che la P. V. gia l' hauuera riceuuto l' instrumento autentico della fundatione di quello collegio, lo quale benche habbia stato difficile di accomodarlo in quel modo, pensiamo sarria stato piu difficile si non impossibile, si il cancellario fusse stato presente, a iudicio del Reuerendo .P. canisio, a quel non mi occorre altro che giungere si non strettamente pregar alla P. V. Reuerenda accio che si faccia gratia di mandarsi, vno delli duoi predicatori[e] ó qualche altro buono et sufficiente li quali in quelle lettere domandamo, et quello tanto piu presto quanto sarà possibile, il P. canisio in Augusta ha li denari per viatico loro alli qualj subito dara ricapito in mandarlj" (ex autographo. „G. Ep. VIII" f. 295). Borgias Vinckio rescripsit Roma 26. Iulii 1567; ex quibus litteris aliqua ponentur infra mon. herb. (18).

1461. CANISIUS **P. HIERONYMO NATALI,** Societatis visitatori.
Tabernis Alsatiae vel Dilinga m. Iulio 1567.

Ex litterarum a Canisio ad Borgiam datarum (de quibus infra) imagine photographica; quae litterae archetypae exstant in „E. C. II" n. 207.

De difficultatibus in dotatione collegii herbipolensis ortis.

Ex litteris Augusta 27. Augusti 1567 a Canisio ad S. Franciscum Borgiam pro datis haec cognoscuntur: Exeunte m. Iunio a. 1567 Herbipoli Canisius et P. Antonius Vinck provincialis rhenanus, cum de Societatis collegio ex bonis monasterii S. Agnetis dotando cum Friderico a Wirsberg episcopo et Franconiae orientalis duce constituissent iamque profecturi essent, certiores facti sunt, ex eisdem bonis pecunias quasdam annuas Franciscanis pendi, alias proximis 10 annis ad illius provinciae sive ducatus aes alienum solvendum contribui debere. Id quod Canisius cum instituto Societatis omnino pugnare existimabat, Vinck vero ad tempus, quoad collegium incohatum esset, neglegi posse censebat. „Scripsi", inquit Canisius, „ad P. Visitatorem, meos illi scrupulos aperiens, et consilium petens, imo etiam admonens, ut de his coram ageret cum P. Antonio Prouinciali."

Plura de hac re in VI. huius operis volumine dicentur.

a) *Sic;* marauiglie? marauigli? b) *Sequitur* de, *oblitt.* c) *Sequuntur vv.* di questa dotatio, *oblitt.* d) *Ita V. correxit ex* R. e) *Sex vv. sqq. a Vinckio in margine addita sunt.*

[1] Die 30. Iunii.

1462. P. IOANNES DE POLANCO, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. Francisci Borgiae, praepositi generalis, CANISIO.

Roma 15. Iulii 1567.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, ead. manu: „P. Canisio". Cod. „Germ. 67" f. 48[a].

Mittitur epistula P. Paulo Hoffaeo destinata et a Canisio legenda; qui videbit, num ea in causa vel officium ipse praestare vel consilium Hoffaeo dare possit. Adiunguntur scripta quaedam, quae a Societatis procuratore generali mittuntur. Liber quoque mittitur, quem P. Turrianus Canisio instante composuit; Canisius eum vel excudendum curabit Dilingae, vel mittet Antverpiam; atque in hoc auctoris animus magis inclinare videtur, cum fortasse ibi eum melioribus typis exscriptum iri speret. Polancus illum scriptorum fasciculum Oenipontem mittere cogitat, ubi eum Canisio tradi posse sperat.

Pax *etc.* Alle ultime lettere de V. R. de .17. di Giugno[1] si é fatta risposta . per questa auisarò che si manda una lettera per il Padre Paulo offeo, la qual uista potra V. R. mandargliela, et se li parera far per se stesso qualche officio, ò uero dar qualche ricordo à detto Padre, lo faccia[2].

Quì ua ancora certo spaccio del Procurator Generale[3], et un libro del Padre D. Torres, scritto ad instancia di V. R.[4] il quale si pare à V. R. si stampi in Dilinga, lo potra fare, o ueramente mandarlo in Anuersa, et à questo ultimo pare alquanto più inclinato l' autore, forsa sperando ui si troueranno altri migliori stampe, et per pensare che potrebbe V. R. stare in Jspruch all' arriuo di questa, credo drizaro il plico al Padre Lanoy[a]. N. Padre Generale et tutti ci raccomandiamo *etc.* Di Roma li .15. di Luglio .1567.

Polancus una cum hac epistula, ut ex ipsa intellegitur, ad Canisium alia quaedam misit scripta:

1. Misit *litteras P. Paulo Hoffaeo, collegii monacensis contionatori, destinatas, quae aliqua ratione etiam ad ipsum Canisium pertinebant. Datae sunt et ipsae Roma 15. Iulii 1567; in quibus *Polancus* de Alberto V. Bavariae duce ac de Simone Thaddaeo Eck eius cancellario praecipuoque consiliario (Polancus minus recte „secretarium" eum vocat) ita Hoffaeum monet: „Questa è solamente per auisare che N. Padre Generale ha riceuuto una lettera[5] dell' Jllustrissimo Duca, per la quale dimanda il Padre Georgio Scoricchio, come sian passati li caldi, et questo lo fa in un modo, che pare solamente penda dall' obedientia di esso detto Padre Scorichio il che più presto [pare] si debba attribuire al segretario che à S. Eccellenza. N. Padre li risponde mostrando il bisogno che ha detto Padre Giorgio di finir li studij, accio possa essere tanto più utile .etc. tuttauia perche si dubita ch' alcuno sollecita sua Eccellenza come potrebbe esser il Signor Dottor Pfister già Ambasciador, o uero il Signor Dottor Simone Ekio segretario sarà bene che V. R. se tal

a) *In ap. sequitur* ci ra, *oblitteratum.*

[1] Scribendum fuit: „.12. di Giugno"; v. supra p. 495.

[2] Vide, quae sub ipsas has litteras dicuntur in n. 1.

[3] P. Ferdinandi Solier S. J.; plura dicentur sub ipsam hanc epistulam in n. 2.

[4] Significantur (Epp. *Nadal* III 566 569) P. Francisci Turriani „De Hierarchicis ordinationibus ministrorum Ecclesiae Catholicae, adversus schismaticas vocationes Ministrorum et Superintendentium, ex Scripturis sanctis, ad Catholicos, libri duo"; qui a. 1569 Dilingae excusi sunt (*Sommervogel*, Bibl. VIII 116).

[5] Vide supra p. 497[2].

cosa s' intende, faccia bon officio con loro, et se accadesse, anche con l' Illustrissimo Principe accio che lasciassero la cura di questo Padre al suo Superiore il quale per se stesso et per li suoi desidera seruire S. Eccellenza et quanto li suggetti saranno piu essercitati nella lor religione, tanto più utili saranno, come si deue sperare per il buon fine che S. Eccellenza pretende. Non si scriue questo al P. Rettor [1], al quale poco fà, si è scritto, perche si crede che toccara à V. R. di trattar con sua E. per rispetto della lingua todescha, et della pratica che ha con quelli Signori" (ex apogr. eiusd. temp., „Germ. 67" f. 50). *Borgias* ad ducem *litteras, quae a Polanco commemorantur, Roma eodem illo d. 15. Iulii 1567 dedit; ubi: „Ex litteris", inquit „Ex. V. 19. Junij datis intellexi reditum P. Georgij Scorichij in Bauariam gratum Ex. V. fore. . . . Sed . . . certo sciat E. V. eum multo utiliorem in Germaniam rediturum Religionisque negotium pro sua tenuitate melius promoturum, si diutius in Theologicis studijs, ad quae tractanda Romam uenit, uersabitur. Cum enim paulo amplius quam unum annum Romae exegerit, nondum potuit eum progressum in sacris his litteris facere, ut maturuisse iam, et ad reditum idoneum esse, iudicare possimus" (ex apogr. eiusd. temp., „Germ. 67" f. 46).

2. Polancus misit etiam „certo spaccio del P. Procurator Generale", qui erat P. Ferdinandus Solier. De quo ipse *S. Franciscus Borgias* Roma 15. Iulii 1567 P. Natali visitatori: „Qui ua certo spaccio, che manda il procurator generale a tutti li prouinciali" (Epp. *Nadal* III 505). Quid autem missum sit a Solerio, magis singillatim cognoscitur ex *epistula Moguntia 4. Septembris 1567 a P. *Antonio Vinck* provinciali rhenano ad Borgiam data; ubi ille: „Ho riceuuto le lettere del R. P. Solier com la bolla sigillata in percameno contra li apostate della compagnia, et alchune altre in charta, et le indulgentie concesse alli mendicantj et a quelli che godeno li loro priuilegij et due forme di incorporatione di beneficij" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 324[a]). De Bulla illa (Roma 17. Ianuarii 1566 a S. Pio V. data) vide supra p. 465. Quod autem ad privilegia mendicantium attinet, Borgias Roma 22. Martii 1567 Natali scripsit, novissime gratiarum communicationem concessam esse (Epp. *Nadal* III 412). Quae concessio tunc quidem vivae vocis oraculo, ut dicere solebant, facta esse videtur; die autem 7. Iulii 1571 *S. Pius V.* „Motu proprio" sollemniter edixit, Societatis homines ex ipso suo instituto „mendicantes fuisse, esse et fore" ideoque omnibus privilegiis, facultatibus, indulgentiis, gratiis reliquorum mendicantium uti et antea potuisse et in posterum posse (*Litterae* apostolicae etc. 116—124).

3. Alia quidem scripta a Polanco non memorantur. In Cod. „Def." autem *notatum est, 15. Iulii 1567 tum in alias terras, tum in Germaniam superiorem missum esse „un Capitulo sopra la uita del P. Ignatio S. me: perche chi hauesse alcuna cosa della uita sua" (sic!). Nec dubitare possum, quin his verbis significetur caput illud, quod sub idem tempus in collegii ingolstadiensis *Codicem quendam transcriptum, sic habet: „Perche adesso si fa con diligentia l' historia della uita di N. P. Jgnatio, di s. me. V. R. procuri di leuar delle mane di chi tenessi alcuna cosa di questa materia, et la potra mandare con qualche commodità à Roma, perche se ci è qualche cosa bona et uera si pigliara, et poi quello, che si publicarà, sarà cosa certa et uniforme in ogni banda" („Antiqu. Ingolst." f. 101[b]). Praecepti causam ipse *Borgias* litteris Roma 15. Iulii 1567 ad Natalem datis ita significat: „Acciochè si leui la uarietà, et forsi alcune cose manco bene essaminate" (Epp. *Nadal* III 505). Hanc enim vitam paulo ante iussu S. Francisci Borgiae scribere coeperat P. Petrus de Ribadeneira, unus ex praecipuis Ignatii discipulis, qui eo tempore Romae collegiorum romani (Societatis) et germanici ac seminarii romani superintendentem agebat (l. c. 489). Notum autem est, eximiam hanc vitam primum in lucem prodisse Neapoli a. 1572; de qua v. *Astrain* l. c. I XXXII et *L. v. Pastor*, Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters V $^{1-4}$, Freiburg i. Br. 1909, 375.

---

[1] P. Dominico Mengino, lotharingo.

4. Hoc quoque in Cod. „Def.“ notatur (Diuersi ordini etc. in a. 1567), 15. Iulii 1567 et aliis et „P. Canisio“ missum esse litterarum caput, quo de bonis spiritualibus Societatis cum aliis communicandis (cf. *Can.* I 485[2] 503[6]) quaedam constituantur. Quod certe illud ipsum est, quod et in litteris Borgiae Roma 15. Iulii 1567 ad Natalem datis comparet et in Codicem ingolstadiensem, quem modo dixi („Antiqu. Ingolst.“ f. 101[b]), eodem fere tempore est transcriptum (J). Caput exscribo ex litteris archetypis et ab ipso Borgia subscriptis, quae exstant in Cod. „EB“ n. 207 (excusae in Epp. *Nadal* III 503—506). Ita igitur *S. Franciscus Borgias:* „D' alcune bande usano di[a] domandarci communicatione delle buone opere per molte persone particolari[1]. Et per dar sodisfattione à quelli che lo ricercano, almeno in parte, mi pareua potrebbe usarsi dar communicatione delli beni d'[b] un Collegio particolare. Et quando più conuenesse[c] stendersi, d' una prouincia. Et così la communicatione di[d] tutti li beni della Compagnia si potria riseruar[e] à persone più rare.“

5. Ex Borgiae litteris ad Natalem datis, quas saepe dixi, colligitur, eodem die et Natali et Canisio missos esse „anche certi ordini mandati à tutti gl' altri Prouinciali“ (ex archetypo [cf. supra n. 4]; etiam in Epp. *Nadal* III 505). Atque P. *Antonius Vinck* provincialis rhenanus Moguntia 5. Septembris 1567 Borgiae *scribit, sibi cum litteris romanis 15. Iulii 1567 datis missum esse scriptum, quo tradatur, qua ratione Societatis iuvenes constituendi sint „scholastici approbati“ (ex autogr.; „G. Ep. VIII“ f. 321[a]). Quae res ita habebat: In novo „* *Officio* Prouincialis“, quod Roma a. 1566 ad Canisium (reliquosque provinciales) missum erat, haec praecipiebantur (c. 2, n. 1): „Nominatim in cathalogis suorum, qui mittentur singulis annis . . . notet qui sint admissi in scholasticos approbatos“ (ex exemplo archet., „Can. 42“ f. 95[a]). Haec autem approbatio aliqua ratione erat res nova. *Natalis* enim visitator Colonia 24. Febr. 1567 Borgiae scripsit: „Jntendo . . . che hà determinato la P. V. di fare scholari approbati, il che io non sapeua, ne li hò fatto insin' adesso, perche non l' hò visto fare mai nel Collegio Romano. Vorrei intender' dalla Paternita V. se l' hò dà fare, di qua auanti et con che ceremonie“ (ex archetypo ab ipso Natale subscripto, quod est in „EN“ n. 173; etiam in Epp. *Nadal* III 397—398). Ad quae *Borgias* Tusculo 3. Maii 1567 respondit: „Quanto alli scholari approbati . quel che mi pare è, che quelli che finiti doi anni, hanno fatta bona probatione si accettino, et cosi V. R. potra praticarlo, per se et per li Prouinciali delle .6. Prouincie, che ha di uisitare“ (ex archetypo, ab ipso Borgia emendato et subscripto, quod est in Cod. „EB“ n. 201; etiam in Epp. *Nadal* III 460—461). Censeo igitur Canisio 15. Iulii 1567 missam esse *Institutionem illam, quam ipso hoc anno 1567 vel paulo post in Codicem illum ingolstadiensem („Antiqu. Ingolst.“

a) *Hoc v. supra versum scriptum* est. b) di *J.* c) conuenessi *J.* d) de *J.* e) reseruar *J.*

[1] P. *Paulus Hetzcovaeus* S. J., Margaritae et Helenae archiducissarum confessarius, Oeniponte sub a. 1567 (tempus litteris ascriptum non est) S. Francisco Borgiae *scripsit: Duae „virgines nobiles“ eaeque archiducissarum „pedissequae“ et cum ipsis „ab infancia educatae“ „deo se per virginitatis votum sanxerunt constitueruntque Reginis Serenissimis in eo uitae genere, quam ipsae sibi elegerent, perpetuo cohabitare“; hae virgines ab „annis aliquot“ Societatis sacerdotibus peccata confitentur et „octauo quoque die“ sacram eucharistiam sumunt; collegio oenipontano „ornatus, Calices“, alia, aliis Societatis collegiis similia donaverunt; quae vocantur „Susanna Concinna“ et „Regina de Petra sive de Columna“; ac Susanna a P. Natale, cum is Oeniponte „commissarium“ ageret, communionem bonorum operum Societatis impetravit; eandem autem vehementer petit Regina (ex autogr.; „G. Ep. VIII“ f. 111—116). Utraque Magdalenam et Helenam archiducissas a. 1569 Halam in novum virginum collegium ab ipsis fundatum secuta est; ac cum venerabilis Magdalena, prima collegii praefecta sive „superiorissa“, a. 1590 ibidem mortem obisset, eam in eo munere primum Regina Colonna a Völs sive Vels († 1593), deinde Susanna Contzinin sive Concina († 1602) secutae sunt.

f. 101[b]) transcriptam (A) hic pono; partis prioris (usque ad: „Vt censeantur“ excl.) apographum (B) eodem tempore Romae in domo professa Societatis scriptum exstat in Cod. „Germ. 67“ f. 24[b]—25[a]. Ita igitur „per commissione del N. P. Preposito“ scribit *„Joanne de Polanco“:* „Jntorno alli scholari approbati[a]; potria[b] [?] V. R. quanto alli uechi dechiarare[c] li approbati senza ceremonie[d] scriuendoli[e] nel libro designato per li tali, intendendo di quelli, che se[f] ha sadisfattione[g], si ben non habbino finito le probationi, quanto pur saranno più prouati[h], meglio sarà. Circa quelli che alla[i] giornata uanno finiendo li doi anni, se[k] potranno fare, quando hanno le qualità, che le constitutioni[1] ricercano, et questo con simplicità, et secondo l' ordine gia dato, del quale forsa andara qui una copia, ch' è la sequente:

Vt censeantur approbati scholastici, qui cum duobus annis in probationibus sint uersati, et quidem cum satisfactione Superioris, postea uota emittunt, et ut scholastici approbati admittuntur, et in librum eorundem rediguntur, eorum nomina, debent etiam alia quaedam praecedere, quae in examine habentur[2] ante huiusmodi uotorum emissionem, cuiusmodi est, per aliquot dies se colligere ad spiritualia exercitia, confessionem generalem etc.“ Fateor tamen, hanc institutionem fortasse paulo ante medium m. Iulium esse missam; nam in Cod. „Def.“ (l. c.) notatum est, 4. Iulii 1567 missum esse in Germaniam superiorem „un capitolo sopra li scolari approbati“; quod certe adiungi poterat litteris ad rectorem aliquem vel alium sodalem Germaniae superioris datis; neque enim ad Canisium eo quidem tempore scriptum est; ceterum iam monui, in Cod. „Def.“ rationem temporum haud ita diligenter servari.

6. Idem fere dixerim (vel 15. Iulii vel paulo ante missam esse) de „epistula communi“ sive relatione rerum a S. Pio V. pontifice praeclare sancteque gestarum, de qua in Cod. „Def.“ (l. c.) *notatur: Die 5. Iulii 1567 in Germaniam superiorem missam esse „una commune di cose di edificatione del PP.“

7. Quoniam Polancus suas ad Canisium litteras Oenipontem ad P. Nicolaum Lanoium collegii rectorem misisse videtur, tradendas per ipsum Canisio, iis adiunctam esse puto etiam *Polanci* *epistulam Roma eodem illo d. 15. Iulii 1567 mandatu Borgiae ad ipsum Lanoium datam; in qua de Fr. Petro Aretino collegii credentiario transitum ad Cartusianos meditante dicitur: „à Pietro Aretino V. R. ueda di darli l' aiuto che si potrà, ma finalmente si rimette la cosa al Padre Prouinciale il quale hauendo inteso quello[l] [?] di V. R. farà quello che meglio li parera in Domino“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67“ f. 45[b]).

Canisius Borgiae respondit 27. Augusti 1567.

1463. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 23. Iulii 1567.

Ex imagine photographica (A) litterarum archetyparum (2°; 7¼ pp.; in p. 8 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II“ n. 199 (272 273 274 275); Canisius litteras sua manu emendavit iisque nomen („Seruus“ etc.) subscripsit; paucae quaedam syllabae vel litterae, quia in extremis archetypi versibus positae erant, photographice exprimi non poterant. Exstat etiam apographum (B), quod sub a. 1860 a P. *Iosepho Boero* S. J. ex archetypo exscriptum est. Praeterea Londini in museo britannico (Cod. „Egerton 1088“ Plut. 541 E, p. 659—665) est exemplum (C) saeculo, puto, XVII. vel XVIII. scriptum sicque inscriptum: „Ex Litteris Petri Canisii Provincialis in Superiori Germania 23. Julii datis. De Episcopo Argentinensi, et aliis“; cui adnotatum est: „Instr. Rel. e confess. Tom. I, Pag. 93“; hoc autem exemplum exscriptum esse puto ex apographo, quod Romae ipso m. Augusto

a) aprob bati *A.* b) *Vel* potra, *quod est in B.* c) dichiarar *B.* d) cerimonie *B.* e) *Ita B;* scriuendole *A.* f) si *B.* g) sodisfattione *B.* h) probati *B.* i) all' *B.* k) si *B.* l) *Sic; corrigendum esse dixerim:* inteso il parere.

[1] *Constitutiones* S. J. Ex c. 1, n. 10; c. 7, n. 1; P. 4, c. 3, n. 3; P. 5, c. 1, n. 1 A; c. 4, n. 3 4. [2] Ex c. 1, n. 10; c. 7, n. 1.

1567 iussu Borgiae in usum cardinalis Commendoni scriptum esse constat; de quo plura sub ipsas has litteras dicentur. Epistula primum typis exscripta est (L) ab *Hieronymo Lagomarsino* S. J. in „Julii Pogiani Epistolis et Orationibus“ IV, Romae 1768, 406—409; Lagomarsino non archetypum prae manibus erat, sed apographum aliquod, cui annus non erat ascriptus (l. c. 406); ac quoniam constat, eum ad Pogiani Epistolas edendas illustrandasque litterarum monumenta ab Antonio Maria Gratiano, qui multos annos cardinalis Commendoni comitem et secretarium egerat, relicta copiose adhibuisse (l. c. II LXV LXVIII), equidem arbitror, ipsum illud apographum, quod m. Augusto 1567 Roma ad Commendonum missum esse modo dixi, in Lagomarsini manus venisse. Ex Pogiani Epistolis litteras transcripsit *Reiffenberg* l. c. Mant. 44—47. Litterarum maximam partem posuit *Riess* l. c. 365—368 (germanice ex Lagomarsini libro versam); iisdem usi sunt et particulas germanice versas posuerunt *E. Reimann*, Forschungen zur deutschen Geschichte XI 33 35; *Janssen* l. c. IV^{15-16} 110[4]; V^{15-16} 192—193 211; *Drews* l. c. 124—125; *Eberh. Gothein*, Ignatius von Loyola und die Gegenreformation, Halle 1895, 765—767; *Steinhuber* l. c. I^2 4—5. Easdem litteras adhibuerunt *Sacchinus*, Can. 243—244, et copiosius (neque tamen omnino accurate) *Boero*, Can. 312—314 (archetypo usus, quod haud recte vocat autographum); adhibuit etiam et particulam posuit (gallice) *Michel*, Can. 319—320; adhibuerunt *Séguin* l. c. 198—199; *Garcia* l. c. 263; *Alet* l. c. 220—221.

Canisius Tabernis episcopum argentoratensem diligenter monuit, ut coadiutorem sibi adiungeret, ne ipso mortuo per canonicos episcopatus ille proderetur; ac senex ille infirmus timidusque clementer quidem Canisium audivit, vix tamen eius consilia exsequetur. Clerus argentoratensis ab aliquot annis neque in urbe neque alibi divinis officiis vacat. Ad episcopatus Germaniae conservandos haec multum conferre videntur: Episcopis mature addantur coadiutores. A canonicis exigatur professio fidei. In episcoporum electionibus et eligentes et electi in iusiurandum astringantur. Inprimis ecclesiae moguntina, coloniensis, argentoratensis adversus haereticorum et suspectorum canonicorum conatus defendantur. Canonici nobiles, quorum quidem maxima est in rem ecclesiasticam Germaniae potestas, nec privilegiis cedere, nec mores pessimos emendare volunt. Omnium fere ordinum monasteria pauca et prava sunt, apostatis parochiales ecclesias implent, bona prodigunt. Caveatur, ne paucissimi in amplis monasteriis morentur. Curetur, ut monasteria aut per generales reformentur aut in alios pios usus convertantur. Videatur, ut episcopis theologi et canonistae adiungantur, et ut concilium tridentinum promulgare dubitantibus extremamque ruinam metuentibus animus et calcaria addantur. Galliae difficultates.

Jhesus.

Pax[a] Christi nobiscum admodum Reuerende Pater etc.

Paucis ab hinc diebus Dilingam redij, confecta nimirum, ex P. V. praescripto, peregrinatione, tum ad Reuerendissimum Herbipolensem, tum ad Reuerendissimum Argentinensem[1]. Jn peregrinando autem fere mensem consumpsi. Cum uero[b] ad Reuerendissimum Argentinensem uenissem (agit is apud Tabernas[c] Alsaticas[2]) senem illum offendi sexagenarium et ualetudinarium, iamque ex thermis reuersum, et longa aegritudine sic satis confectum, ut uitam diuturnam non polliceatur. Audiuit me patienter, quem et antea notum sibi habuit

a) *Hoc v. et reliqua omnia, usque ad* consumpsi *incl., in C L omissa sunt.* b) *Hoc v. deest in C L.* c) Vabernas *C L.*

[1] Fridericum a Wirsberg et Erasmum a Limburg. De Erasmo episcopo vide *Can.* I 555[1]. [2] Elsass-Zabern, Saverne.

familiariter[1], et rem ipsam quidem probauit, quam urgere studebam, de Coadiutore sibi mature assiscendo[a], si Ecclesiae suae Argentinensi in hac temporum difficultate probe consultum esse uellet[2]. Jdem consilium illi iam[b] antea suggesserant boni et Catholici uiri eius Consiliarij, sed quorum admonitionem tunc moleste ferre uisus est, inter quos primas tenet D.[c] Christophorus Velzingerus[3]. Caeterum partim curandae ualetudinis cura, partim animi natiua quaedam timiditas et remissio causam illi Episcopo praebet, ut consilium nostrum non facile secuturus uideatur. Putat esse satis, si Canonicis Ecclesiae suae Cathedralis eligendi Episcopi potestatem, quam de iure habent, permittat, non repugnaturus etiam, si illi, se adhuc uiuo, Coadiutorem designent. Jllud uero durius minusque nunc necessarium illi uisum est, ut Canonicos ad hoc eligendi institutum impelleret, multoque minus probat, Catholicum ut aliquem huic muneri aptum ipse nominet, uel alijs eligendum commendet. Ego uero monstrabam, quanti momenti res foret, futurae[d] post ipsius Episcopi mortem Electionis pericula summo consilio anteuertere, et in tempore illum instituere[e] Coadiutorem, cui postea in huius Ecclesiae administratione tuto fidere liceret[f]. Vrgebam etiam, eligeret ac designaret ut ipse Catholicum uirum sibi successorem, neque rem tantam suspectis et in fide male sanis maiore fortassis ex parte Canonicis Electoribus permitteret. Offerebam authoritatem et fauorem eorum, qui Romae cum dignitate uersantur[4], et huic Ecclesiae melius, quam alijs plaerisque[g] Saxonicis, quas haereticis iam cessisse cernimus[5], prospectum ex animo uolunt. Monebam igitur, ut uiam securiorem amplecteretur, neque causam praeberet, grauibus periculis Ecclesiam suam eiusque Catholicas oues objciendi: uideret potius insidiantes huic praedae uicinos Principes, qui tantum Episcopi senis mortem expectant: cogitaret etiam de malae fidei electoribus, quibus si nollet Catholicum et idoneum sibi successorem ostendere, eligendumque et confirmandum proferre, posset saltem eos ipsos Canonicos, dum superesset, pro autoritate sua in uero et Catholico eligendi instituto continere, ut nullum alium nisi Episcopo gratum Coadiutorem darent. Vsus sum alijs etiam argumentis ad hanc rem, ut arbitror, accommodatis; sed quo fructu nescio: suade[re][h] tantum potui, quid sit facturus, non dum statuit secum, qui senilem animum

a) asciscendo *L.* b) iam illi *L.* c) dominus *CL.* d) futura *L; in C est* futurae*; sed supra* ae *(alia manu, ut videtur) positum est* a. e) *A Can. ipso correctum ex* institui. f) *A Can. correctum ex* liceat *vel simili v.* g) plerisque *L.* h) *Supplevi ex BCL.*

---

[1] Canisius exeunte a. 1557 et ineunte a. 1558 Tabernis fere per mensem ab episcopo retentus erat (*Can.* II 183 188 906). [2] Vide supra p. 421.

[3] De Doctore Christophoro Welsinger vide supra p. 421.

[4] *Concilium* Tridentinum „coadiutorias cum futura successione" abrogaverat, ita tamen, ut si quando ecclesiae „urgens necessitas, aut evidens utilitas" coadiutorem eiusmodi exigeret, is dari posset, postquam causa a romano pontifice diligenter cognita et illum ad munus omnino idoneum esse certo intellectum esset (Sess. XXV, c. 7 de ref.). [5] De his vide supra p. 174[8].

seriamque curam huic negotio non satis applicare uidetur, in exequendis negotijs parum industrius et exercitatus. Orandus est dominus, ut hanc praeclaram Ecclesiam non sinat a Catholicis auelli, et in potestatem sectariorum uenire.

Nec tacere possum, quod apud eundem Reuerendissimum non potui non reprehendere, de primario et secundario Clero Ciuitatis Argentinensis[1], Qui annis ab hinc aliquot nec Argentinae, id prohibente senatu, nec alibi usquam diuina celebrat officia: sed ueluti ociosi[a], bonis beneficiorum suorum fruuntur, ac[b] in medio etiam haereticorum pergunt uiuere, ut commisti inter gentes, discant et faciant opera illorum[2] potius, quam ut rebus diuinis et[c] ceremonijs Ecclesiasticis[d] operam praestent[e].

Nunc capita quaedam adiungam, quae mihi quidem ueniebant in mentem ad Germanicos Episcopatus jn Religione Catholica hoc tempore conseruandos et promouendos. Judicent de his alij sapientes, quibus si nihil aliud, certe occasionem rectius cogitandi praebebo.

Permagni referret, arbitror, sua ut consilia Pontifex Maximus cum Caes.[f] Maiestate[3] conferenda curaret de conseruandis Episcopatibus Germanicis, qui praesentem et extremam nobis ruinam multis in locis minantur, nisi Coadiutores Episcopis adhuc uiuis[g] mature adiungantur[h], et simul electi cum Pontificis tum Caesaris nomine confirmentur[4]. Siue autem[i] a Caesare hoc obtineri[k] possit, cuius quidem authoritas apud Episcopos et Canonicos istos plurimum ualet, siue non possit[l], uidetur sane Pontifex Maximus de Cathedralibus hisce Ecclesijs optime meriturus, si rationem ineat, qua serio et expresse caueatur, nullus, ut illic posthac recipiatur uel admittatur Canonicus, qui ante omnia non fecerit Catholicae fidei professionem[5], qui praeterea si Capitularis est[m] [6], adstringatur in eandem professionis formulam

a) *Sequuntur vv.* sine officijs, *oblitterata.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) ac *L.* d) *Sequitur* dent, *oblitt.* e) *Hoc v. manu Canisii additum est.* f) caesarea *L.* g) *Reiff. perperam:* viris. h) *Quae sequuntur, usque ad* confirmentur *incl., apud L desunt.* i) authoritate *L.* k) optineri *archet.* l) *A Can. correctum ex* posset. m) *In arch. sequitur v.* non; *cui tamen linea subducta est ita, ut Can. vel eius scriptor hoc v. oblitterare voluisse videatur. C L non habent v.* non.

[1] Argentorati, quae una ex liberis imperii urbibus erant, cives iam ante a. 1530 ad protestantium castra transierant; atque sub exitum anni 1559 etiam cathedrale capitulum et collegialia capitula S. Petri „senioris", S. Petri „iunioris", Omnium Sanctorum a divinis officiis cessare coacta sunt, haec quidem senatus decreto, illud tumultibus plebis; protegebat tamen senatus capitulorum domus, hortos, reditus omnes (*Bussierre* l. c. II 66—71. *Heinr. Müller*, Die Restauration des Katholicismus in Strassburg, Halle 1882, 4—6).

[2] Ps 105, 35. [3] Maximiliano II.

[4] Ex Concordatis vormatiensibus per imperatorem in „Teutonico regno" et episcopis „electis" (episcopi illi etiam principes imperii erant) „regalia" dabantur et, si qua „discordia emersisset" in electionibus, res dirimebatur; plura v. supra p. 169[1].

[5] Tridentinam illam professionem a Canisio significari satis certum est; cf. supra p. 416.

[6] „Capitulares" illi erant canonici, qui in capitulo ius suffragii habebant atque participes erant omnium iurium et officiorum, quae capitulo erant in reditibus aliisque bonis percipiendis, dioecesi administranda, episcopo eligendo etc. Argentorati

rursus iurare, cum nouus est Episcopus eligendus. Tum electus Praesul hoc iuramentum recte praestare uideretur, se in Catholica Religione nihil aut innouaturum aut a suis innouari permissurum, quodque non tolerabit[a] uxoratos in Ecclesia sua sacerdotes, neque sub utraque specie sacram Eucharistiam cuiquam dispensari[1]. Si quid autem horum intermissum fuerit Electionis tempore, decernatur Electionem ipsam prorsus irritam fore, et Romae confirmationem postea[b] negandam esse. Scio de his rebus extare decreta, praesertim Concilij Tridentini[2], quod in paucis tamen Ecclesijs Germanicis est publicatum, et non in multis publicandum esse creditur, ob horum temporum difficultatem. Eoque magis referret, Pontificem Maximum peculiarem adferre curam ad Cathedrales in Germania Ecclesias et conseruandas et erigendas, quae[c] nullam alioquin disciplinam et reformationem Ecclesiasticam ferre posse uidentur. Ac maius quidem est periculum in Cathedrali Ecclesia Moguntina[d], Coloniensi et Argentinensi. Jn his enim, sicut et in Herbipolensi, non desunt, proh dolor, Canonici in fide suspecti, imo et palam haeretici, eorumque numerus paulatim inualiturus uidetur, cum nunc etiam e multis illis[e] uix paucos Catholicos alicubi liceat reperire, quibus Episcopalis functio ab Electoribus rite demandetur. Quare in primis optandum esset, ut Pontificis Maximi ac ipsius etiam serenissimi Caesaris authoritas accederet ad huiusmodi Ecclesiae pestes arcendas, praesertim ne paulatim pro Pastoribus Lupi[3] Episcopatibus praeficiantur, et electi contempto etiam Pontifice haeretico magis quam Catholico more sic Ecclesias administrent, ut Principes magis quam Episcopi aut Archiepiscopi esse uide[an]tur[f]. Horum malorum causam ego non minimam esse puto, quod Germanica nobilitas, ex qua solum Canonici Cathedrales et postea Episcopi instituuntur[4], parentes male

a) *In arch. correctum ex* tollerabit. b) postea confirmationem *CL.* c) *Reiff. perperam:* quod. d) maguntina *L.* e) *Deest apud Reiff.* f) *Supplevi ex BL.*

---

ecclesia cathedralis 24 capitulares habebat; ibidem, si quis ex „canonicis iunioribus“ sive „domicellaribus“ in capitulum admitti volebat, haec probaret necesse erat: Sibi certam quandam avorum proavorumque nobilium seriem (de qua plura infra) esse; se annum undevicesimum explevisse; se subdiaconatu initiatum esse (*M. Lossen,* Der Anfang des Strassburger Kapitelstreites, München 1889, 5—6).

[1] S. Pius V. haud multo post (Brevi Roma 26. Maii 1568 dato) Urbanum a Trennbach episcopum passaviensem hortatus est, ne ulla ratione communionem sub utraque specie ministrari sineret (*Laderchius* l. c. in a. 1568 n. 93); et anno 1571 reliqui quoque Bavariae episcopi eam ministrari vetuerunt (*Al. Knöpfler,* Die Kelchbewegung in Bayern unter Herzog Albrecht V., München 1891, 212—214).

[2] Ita *Concilium* Tridentinum, poenis propositis, praeceperat, ut cathedralium ecclesiarum canonici et dignitarii „a die adeptae possessionis ad minus intra duos menses“ in capitulo publicam fidei professionem facerent et in romanae ecclesiae oboedientia se permansuros esse iurarent (Sess. XXIV, c. 12 de ref.).

[3] Cf. Io 10, 11 12; Mt 7, 15; Act 20, 28 29 etc.

[4] In coloniensi capitulo metropolitano 7 vel 8 erant „canonici presbyteri“, quos vel in theologia vel in iure doctores vel licentiatos esse oportebat; reliqui vero canonici, iique numero fere 16, vel duces vel comites vel liberi barones esse debebant (*Aeg. Gelenius,* De admiranda magnitudine Coloniae, Coloniae 1644, 226). In

Catholicos ac deprauat[am][a] fere habeat[b] educationem, post uero nimia libertate in suis Ecclesijs[c] residentes gaudeant, ut non Ecclesiastici, sed militares plane homines, et prae[d] caeteris seculari[e] licentiae prorsus dediti uideantur. Pendet interim ab his Cathedralibus Ecclesijs uel maxima pars Ecclesiastici status, imo et conseruandae Religionis in Germania. Vt autem nunc sunt tempora, probabile non est hos unquam Canonicos cessuros suis priuilegijs et exemptionibus, in quas nouos etiam Episcopos iurare cogunt, nec facile recipie[nt][f] Concilij etiam Tridentini authoritatem, quatenus antiquis ipsorum statutis et priuilegijs praeiudicatur[1]. Nec tamen negari potest, morbos Clericorum in Ecclesijs Cathedralibus foedissimos et publicos esse, qui Germanorum oculos et animos passim offendant, totumque ordinem Ecclesiasticum in maius odium et probrum adducant. Verum de his morbis egi plus satis fortasse, nimirum ut illis curandis incumbant Medici, qui amant Germaniam, et in ea cupiunt Catholicorum, quae adhuc extant, reliquias conseruare.

Dixi de Ecclesijs Germanicis, nunc addam pauca de huius etiam nationis Monasterijs. Cum essem Moguntiae[g], non semel audiui ex ore Reuerendissimi Archiepiscopi[2], fieri uix posse, ut Monasteriorum[h] status in sua quidem Ecclesia ultra dec[en]nium[i] duraret: tam paucos in illis Religiosos superesse, et eosdem irreligiose uiuere, ut se illis nouitius nullus uelit adiungere. Nec dici satis potest, quam pauca, misera et impura nunc apud Germanos supersint Monasteria omnium fere ordinum[k]. Qui praesunt, illic hospitia[l] et tabernas publicas fouere magis quam Monasterijs praeesse et prodesse uidentur. Hinc tot Apostatae nobis implent Germaniam; hinc plaerique[m] sine regulari habitu uagantur, et dedecorant Ecclesias Parochiales, quae sine illis pastores uix ullos habiturae putantur. Videmus interim ingenti Ecclesiae malo quotidie fieri, ut quae bona piorum coetibus instituendis et alendis destinata sunt, ea turpiter etiam a regularibus prodigantur, et in prophanos[n] usus abeant, imo etiam impijs ad affligendam rem Catholicam uires et arma ministrent. Cogitabam igitur hanc posse

a) *Supplevi ex BL.* b) *In archet. correctum ex* habeant. c) *In CL sequuntur vv.* nobiles huiusmodi. d) *Reiff. haud recte:* pro. e) saeculari *L.* f) *Supplevi ex BL.* g) Maguntiae *L.* h) *C:* monasterium; *in margine autem:* monasticus. *L:* monasticus; *haud recte; sequitur enim:* in illis. i) *Supplevi ex BL.* k) *Ita Can. ipse correxit ex* Carthusianorum, Dominicanorum Franciscanorum, Augustinianorum. *Ita* (omnium *etc.) etiam CL.* l) praesunt illis, hospitia *L.* m) plerique *L.* n) profanos *L.*

---

moguntina ecclesia metropolitana sub exitum saeculi XVI. canonici omnes — iique numero fere 42, e quibus 24 „capitulares" erant — ex probata per parentes et maiores nobilitate erant (*Serarius* l. c. [v. supra p. 301[2]] 73). Herbipoli cathedrales canonici omnes minimum ex equestri vel patricia nobilitate esse debebant; Argentorati ab omnibus exigebatur, ut saltem liberi barones imperii essent (*Aug. Amrhein,* Reihenfolge der Mitglieder des adeligen Domstiftes zu Wirzburg, in „Archiv des Historischen Vereins von Unterfranken" XXXII 17 18. *Lossen,* Kapitelstreit 5).

[1] Cf. *Can.* IV 547.

[2] Danielis Brendel ab Homburg; Canisius a d. 3. ad 5. Iulii 1567 Moguntiae fuit; vide infra mon. var. (30).

dari curam a Pontifice Maximo Generalibus ordinum, sicuti uocamus, ut intra certum tempus illi uisitarent ac reformarent, quae sui sunt[a] Ordinis Monasteria, cum plena quidem potestate reijciendi eos, qui obedientiam suis superioribus debitam negarent, nullamque spem emendationis uitae reliquam facerent, et magnum interim scandalum tam Catholicis, quam haereticis adferunt saepe. Cogitabam[b] etiam non esse permittendum, ut duo tantum uel tres fratres in Amplis Monasterijs prorsus ociarentur, et horas bonas in luxu plaerunque[c] perderent, sed [pa]ucos[d] illos, qui neque regulam, neque ceremonias ordinis sui nunc seruare uolunt et possunt, in amplo aliquo eiusdem ordinis Monasterio, quod bene constitutum esset, cum multis alijs fratribus coniungendos esse, ut ibi saltem quae sunt suae Religionis essentialia, ut uocant, pro suae professionis instituto praestarent. Cogitabam denique, Pontificem hoc postulare posse a dictis Generalibus aut Visitatoribus, ut si intra certum tempus Germanicis Monasterijs uisitandis et reformandis sine graui causa deessent, permitterent ut postea ordinarijs locorum ius et bona huiusmodi Monasteriorum, qui Pontificis Maximi aut Synodi accedente consensu in certos pietatis aut seminariorum usus ea ipsa bona conuertere possent [?][e].

Caeterum quod ad uenerandos mihi semper Episcopos nostros attinet, etsi de his iudicare meum non est, hoc mihi testari liceat, quod iustum pijs dolorem adfert, eos Lupis undique grassantibus dormire magis, quam Gregi suo pascendo aduigilare. Ac parum esset fortasse, Sacrarum et Ecclesiasticarum rerum penes maiores et minores Germaniae Praelatos pergrauem et communem ignorantiam reperiri. Verum illud Ecclesiarum nostrarum perniciem alit et auget uehementer, quod uix unus et[f] alter Theologus uel Canonista multis etiam Episcopis[g] adiungi soleat, qui uel ignorantes, uel oscitantes[h] eos admoneat officij sui pastoralis: qui praeterea mentionem necessariam faciat de Censuris Ecclesiasticis et casibus conscientiae. Satis enim constat in Germania, proh dolor, non modo grauissimorum in Clero et populo morborum, sed etiam excommunicationum omnia fere[i] plena esse, et in sacris rem agi negligentissime indignissimeque. Habent interim non pauca nec leuia, quibus excusant[k] [?] sese, quo minus indicant et celebrent Synodos, et in his Concilium publicent Tridentinum, cuius quidem uel mediocrem executionem putant sibi et suis plus dispendij, quam emolumenti allaturam[l] esse, tum quia Clerus ipsorum exiguus,

a) sunt sui *L.* b) adferunt. Saepe cogitabam *L.* c) plerumque *L.* d) *Hic in arch. lacuna est; supplevi ex L.* e) *Ultima haec periodus, incipiendo ab* Cogitabam denique, Pontificem *in archetypo comparet lineis transmissis oblitterata. Deest etiam in B C L; in C versus sive linea una comparet vacua. Equidem puto periodum illam esse oblitteratam non a Canisio, sed a Polanco Societatis secretario vel ab alio aliquo Socio romano; id ex ipsa, qua oblitteratio facta est, ratione colligo; haec enim levitatem et festinationem aliquam habet, a qua, puto, Canisius, cum summo ordinis moderatori scriberet, abhorruisset; ferri tamen eadem poterat in Societatis secretario, cum epistula a praeposito generali lecta et secretario reddita esset; qui oblitteratione illa librario significaverit, in epistulae exemplum, quod in cardinalis Commendoni usum scribebatur, periodum illam non esse transcribendam.* f) aut *L.* g) episcopis etiam *L.* h) *Reiff. haec 2 vv. omisit.* i) *Hoc v., in arch. supra versum scriptum, in L deest; est autem in C.* k) *Sic; volebatne Can. scribere:* excusent? l) futuram *Reiff.*

qui superest, huiusmodi asperiora medicamen[ta][a] ferre non possit[b], tum quia sint hac ratione magis aduersarios irritaturi, quorum quidem insidias, minas et cupiditatem multis modis extimescunt. Deest pastoribus nostris nescio quo pacto, mentis fiducia et fortitudo, quod rem Ecclesiasticam fere in Germania desperatam putent, quodque paucos aut nullos[c] e principibus[d] rei Catholicae protectores uideant, quibus tuto fidant; quod praeterea tot Episcopatus non solum a sectarijs indigne tractari, sed etiam prorsus opprimi nullo iam repugnante sentiant[e]. Vnde magnam et certam alijs Episcopatibus perniciem credunt imminere, praesertim cum aduersariorum cupiditas ad Cleri bona et Catholicae Religionis iura delenda, sibique prorsus adiungenda, inexplebilis esse uideatur. Quid multa? Laboramus et grauiter sane in hac summa tum Religionis, tum Jmperij perturbatione: morbos ipsi nostros diutius ferre non possumus, nec admittimus tamen medicamenta. Egent plaerique[f] Antistites consolatione, ut arbitror, cum uelut imperiti Medici in hos insolitos morbos incidant, et humana consilia subsidiaque, sibi deesse putent in hac publica ordinum et statuum omnium perturbatione. Sed uideo tandem me longius esse progressum, et nonnulla fortasse liberius effudisse. Precor igitur, ut quae bono et[g] simplici a me animo ad res Germanicas explicandas allata sunt, in bonam partem ab omnibus accipiantur. Audio Galliam quoque similibus difficultatibus implicitam esse. Respiciat Deus uineam suam[1], et restituat eam pristino decorj publicaeque tranquillitati[h]. Superest demum, ut me ac Germaniam nostram omnem in Christo commendem sacrificijs et precibus tuae Paternitat[is][i] ac simul totius nostrae societatis. Dominus nobiscu[m.][k] Dilingae 23 Julij 1567.

Seruus in Christo Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia Praeposito Generali Societatis JESV. Romae.

Lagomarsinus, cum ipsius exemplo nec quo anno nec ad quem hae litterae datae essent, ascriptum esset, cum dubitatione quadam („ut opinor") affirmavit, eas ad cardinalem Commendonum sive a. 1568 sive ex proxime superioribus annis alio post concilii tridentini promulgationem datas esse (l. c. 406). Deinde, sine dubitatione, *Reiffenberg* (l. c. 44) et, hunc secutus, *Gothein* (l. c. 765) eas a. 1568 ad Commendonum datas esse asseruerunt. *Reimann* quoque (l. c. 35[3]) eas Commendono inscriptas esse scribit. Atque hoc dubium esse vix potest, quin Commendono vel suadente vel saltem sciente et favente S. Franciscus Borgias Canisium ad episcopum argentoratensem proficisci iusserit (v. supra p. 421—422). Cum autem hae Canisii litterae Borgiae traderentur, Commendonus Gualdi (Gualdo, Umbriae oppidum, tridui ferme itinere Roma distans) versabatur, quo romanorum aestuum vitandorum gratia venerat (*Pogiani* Epistolae IV 301 302 313). Quare Borgias litteras in Commendoni usum transcribendas curavit, ita tamen, ut earum tum exordium (usque ad „fere

a) *Supplevi ex BL.* b) *In arch. correctum ex* possint. c) *Ita ut ex* multos, *quod in archetypo est, corrigatur, res ipsa exigere mihi quidem omnino videtur. Atque ita CL quoque habent. B sic correxit:* non multos; *id quod illi* aut *parum congruit.* d) *Reiff. perperam:* Principibus. e) *In arch. correctum ex* sensiant. f) plerique *L.* g) ac *L.* h) *Omnia, quae sequuntur, in CL desunt.* i) *Supplevi ex B.* k) *Supplevi ex B.*

[1] Cf. Ps 79, 15.

mensem consumpsi" incl.), tum postrema pars (incipiendo a „Superest demum, ut me") omitterentur; omissa sunt etiam tum ea, quae de episcoporum coadiutoribus „cum Pontificis tum Caesaris nomine confirmandis" dicebantur, tum caput illud, quo Canisius commendabat, ut monasteriorum, quae certo tempore reformata non essent, bona episcopis permitterentur, „in certos pietatis aut seminariorum usus conuertenda" (vide supra p. 518). Apud Germanos aliquid sane iuris, ut supra p. 169[4] monui, in episcoporum electionibus ab ecclesia imperatoribus concessum erat; quod vero quis episcopos per caesarem „confirmandos" diceret, id displicere poterat curiae romanae et maxime S. Pio V.; is enim iurium pontificiorum acerrimus erat vindex; neque Maximiliano II. imperatori fidebat (*Eug. Albèri,* L' Italia nel secolo decimosesto IV, Firenze 1858, 187). Item Pii V., qui ordinis erat dominicani, et aliorum religiosorum in curia versantium animi offendi poterant capite illo, quod de bonis monasteriorum in alios usus convertendis erat; qui facile in eam adduci poterant suspicionem, Iesuitas bona illa venari.

Canisii litterae cum ipso quoque communicatae sunt S. Pio V.; qui mandavit, ut eaedem in brevem summam redigerentur, quo melius iis uti posset. Ita enim habet *S. Francisci Borgiae* *epistula Gualdum ad Commendonum missa: „Illustrissimo et Reuerendissimo Monsignor in Christo osseruandissimo. Come mi comandaua[a] per sua lettera di .16. del passato V. S. Illustrissima si è comunicato con N. Signore quanto scriue il Dottor Canisio, et ricorda nella sua lettera V. S. Illustrissima tanto del particolar negocio de Argentina, quanto del general del conseruare li Vescouati et Monasterij di Germania, et uolse S. Santità se li facessi un compendio dela lettera del Padre Canisio, credo per considerar meglio quello che in essa si contiene, et spero che al tempo della esecutione, potrebbe trouarsi presente, V. S. Illustrissima et con li soliti suoi officij di charità, aiutar questa opera che pare assai importante al ben uniuersiale, di quelle Prouincie, Jn questo mezo tanto io quanto gli altri tutti che quì ci trouiamo, et specialmente quelli che V. S. Illustrissima si degna salutar nominatim, humilmente ci raccomandiamo et preghamo Jddio N. Signore guardi et prosperi V. S. Illustrissima et Reuerendissima con aumento de ogni gratia per il ben di Sua Santa Chiesa. Di Roma li 5. di settemb. 1567" (ex apogr. eiusd. temp.; „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1567—1569" f. 12).

Quod ad Erasmum a Limburg attinet, hic, coadiutore non accepto, Tabernis exeunte m. Novembri 1568 mortuus est. In electione Argentorati 26. Ianuarii 1569 habita Reichardum Palatinum a Simmern ecclesiae cathedralis praepositum, qui protestantismum palam profitebatur, vicit Ioannes a Manderscheid canonicus; qui et ipse quidem suspectus erat, sed postea, a Pio V. confirmatus, valde catholicum se praebuit et (a. 1581) Societatis Iesu collegium Molshemii condidit († 1592). De Erasmo a Limburg P. *Hermannus Thyraeus* S. J., rector collegii treverensis, Schoneberga 15. Augusti 1567 P. Ioanni de Polanco *scripsit: „Episcopus Argentoratensis Concilium Tridentinum praecepit ab omnibus in suis Ecclesijs obseruari, idque mandato impresso, Displicuit hoc factum multis etiam Catholicis, verum illis qui potius cupiunt dici quam esse catholici, imo qui volunt et sequuntur hereticorum vitam et libertatem, et tamen Ecclesiasticis bonis saginari" (ex autogr., „G. Ep. VIII" f. 96[b]). Quae concilii promulgatio, antequam Canisius Tabernas venisset, facta esse (9. Martii 1567) videtur (*Glöckler* l. c. I 410).

Scribit *Boero* (l. c. [quem sequuntur *Garcia* l. c. 263 et *Alet* l. c. 220]), episcopo per Canisium, ut divinis officiis per clerum argentoratensem celebrandis certus assignaretur locus neve sacrae caerimoniae prorsus intermitterentur, graviter monito aliquid saltem remedii malo illi adhibitum esse; neque vero huius remedii equidem vidi vestigium. Canonici tamen cathedrales a. 1586 constituerunt, ne quis in posterum ad capitulum admitteretur, antequam fidei professionem tridentinam sacramento confirmasset (*Müller* l. c. 11); at iam duo quasi exstabant capitula, alterum maius idque catholicum, alterum minus idque protestans.

a) *In apogr. sequuntur vv. V. S., a libr. oblitterata.*

Sacchinus (l. c.), ubi harum litterarum praecipua capita ponit, Canisium „Romam perscripsisse" ait, ut monasteria per generales praepositos diligenter inspicerentur; atque ita certe Borgiae scripsit. *Dorigny* autem (l. c. 291), Sacchini verba perperam interpretatus: Canisius, inquit, „en écrivit à Rome aux Generaux de ces Religieux, il leur representa les suites funestes de ces désordres, il les conjura de les prévenir par la visite" etc. Dorignium ea in narratione secutus est (moderatius tamen loquendo) *Python* l. c. 145.

Consilia illa, quae Canisius de universa re catholica in Germania iuvanda dedit, haud prorsus irrita fuisse vel ex eo conicere licet, quod et S. Pius V. et cardinalis Commendonus Canisium magni faciebant. Atque a. 1568 Romae constituta est congregatio cardinalium „germanica", ad cuius consultationes praeter cardinalem Truchsess aliosque etiam Commendonus adhibitus est (*W. E. Schwarz,* Zehn Gutachten etc., Paderborn 1891, x—xiii). Proximis autem decenniis compluribus Germaniae archiepiscopis et episcopis coadiutores adiuncti sunt, ut coloniensi, salisburgensi, passaviensi, spirensi. Multae quoque monasteriorum visitationes et reformationes institutae sunt, inprimis per P. Felicianum Ninguardam O. Pr.

1464. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** praeposito generali Societatis Iesu. Dilinga 24. Iulii 1567.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum (2°; 5 pp.; in p. 6 inscr. et reliquiae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 200 (276 277 278). Canisius sua manu litteras subscripsit („Seruus" etc.). Epistula usus est et particulam ex ea protulit *Sacchinus*, Can. 246 337. Eadem usi sunt *Boero*, Can. 321, et *Michel*, Can. 362—363.

Peregrinatio herbipolensis et argentoratensis. Provinciae rhenanae res bene habent, praeter dotationes et res francofurtenses. Canisio reliquisque theologis provinciae Germaniae superioris difficile erit Centuriatores refutare; nam multis laboribus gravantur; praeterea neque in historia ecclesiastica versati sunt neque libros habent. P. Onuphrius Panvinius augustinianus ad eam refutationem omnium aptissimus est et diligenter iuvari debet. Neque tamen laborem Canisius recusat; dum Borgiae responsum afferetur, ipse collegia visitabit et versionem Catechismi Romani recognoscet. Socii Roma Romamve missi et mittendi; non mittendi sunt nisi sani. Iuvenes in collegium germanicum mittendi. Pfisterus. Fidei professio tridentina Ingolstadii ab academicis privatim fieri coepta est. P. Swagerius Romam non ibit, neque tamen votis solvi debet. Cardinalis optat, ut Augustae, reditu aedibusque amplificatis, catechista constituatur et convictores admittantur; rei difficultas. Infirmo rectori ingolstadiensi bonus minister adiungatur oportet.

† Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Cum huc redijssem confecta menstrua profectione, Deo sit gratia, Paternitatis tuae literas uarias offendi, ut quae scriptae sunt 31. Maij, primo, 7° et 28. Junij. Accepi etiam et recta mittendas curaui, quae ad Jnferioris Germaniae Prouinciales duos scribebantur[1]. Et quoniam multis de rebus mihi respondendum uideo, parum dicam de Collegio Herbipolensi, cum [circa][a] [?] illius statum proprius Prouincialis isthuc praecipua quaeque scripserit[2], et secundum etiam miserit instrumentum fundationis ac dotationis eiusdem Collegij. Jdem Prouincialis me secum abire uoluit Francfordiam[b], Moguntiam, Spiram[3], unde Argentinam

a) *Hoc v. ut suppleatur exigere videtur ipsa res.* b) Franfordiam *archet.*

[1] Ad PP. Antonium Vinck et Franciscum Costerum, provinciarum „rhenanae" et belgicae sive „Germaniae inferioris" praepositos.

[2] Has Vinckii litteras v. supra p. 504—508. [3] Vide infra mon. var. (30).

postea sum progressus laetior, quod fratres in utroque homine sanos et in officio suo alacres offendissem. Satis tranquillus et florens mihi uidetur status Rhenensis Prouinciae, nisi quod sua Collegijs dotatio desit in temporalibus[1], et Francfordiae[a] quidem e nostris duo difficilem satis operam Canonicis illis impendant, neque magna spes fructus illic appareat spiritualis[2]. De his uero, et praesertim de Herbipolensi[b] [e]t Spirensi Collegio, P. Prouincialis Antonius sua conferet consilia cum P. Visitatore, quem nunc in thermis Leodiensibus haerentem inuisit[3]. Potra uero de suis difficultatibus referent ad V. Paternitatem ut rectius omnia constituantur.

Quod ad breuem confutationem Centuriarum spectat, quam Pontifex Maximus a me et alijs nostris Theologis postulat[4], re tota cum nostris collata, intelligo singularem huius negotij difficultatem. Expectabo igitur iuditium Paternitatis tuae, ut rectius norim, an et quomodo Sanctissimo Domino Nostro, uel potius Jllustrissimo Cardinali Commendono, satisfacere possim. Nunc tempus hoc inprimis a me flagitat, ut ordinariam instituam uisitationem Collegiorum, excepturus Confessiones omnium, et simul renouationi futurae studiorum daturus operam necessariam. Accedit quod Theologi nostri mecum labores habeant graues et ordinarios in docendo et concionando. Nullus fere nostrum in Historijs Ecclesiasticis uel mediocriter uersatus est. Desunt ad hanc rem conficiundam libri necessarij, et illi magno quidem emendi, et in Germania difficilius, quam in Jtalia uarijs e locis conquirendi. Accedit imbecillitas mea, quam praesertim auget abhorrens a studijs hisce grauioribus animus, ut qui Prouinciae nostrae et externis saepe curis ualde distrahitur: tum in componendo, ubi de re graui agitur, magnam mihi parit ingenium[c] cunctationem et morositatem. Praetereo mihi laborandum esse in Catechismo Romano, ut corrigatur, quod hactenus Germanice uertit, et uixdum absoluit D. Paulus[5], ut correctum hoc opus et a multis desideratum[d] Dilingae Typis excudatur. Ad haec quod a nobis desideratur, P. Onofrius effectum fere reddidit, quia conscriptos habet tres libros contra authores

a) Franfordiae *arch.* b) *Duo vv. sqq. in margine addita sunt.* c) *Hoc v. a Can. ipso supra versum scriptum est.* d) *In arch. correctum ex* dessideratum.

---

[1] Ea provincia haec habebat collegia: coloniense, treverense, moguntinum, spirense.

[2] Francofurti ad Moenum vivebant canonici fere 30 iique per tres ecclesias collegiales distributi, Dominicani 6—8, Carmelitae 3—4, familiae catholicae tantum fere 8; reliqui vero in praeclara hac liberaque imperii urbe protestantismum colebant (Epp. *Nadal* III 392). A Societate autem Francofurtum rogatu capituli S. Bartholomaei, quod praecipuum erat, a. 1566 missi erant P. Paulus Saurius et Fr. Antonius Hagensis (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 52); qui in schola eiusdem capituli pueris fere 50 grammaticam et „rudimenta" tradebant, cum Dominicanis autem cibum capiebant (Epp. *Nadal* III 391 488. *Duhr*, Jes. I 412).

[3] P. Hieronymus Natalis ex medici consilio m. Iulio et Augusto a. 1567 aquis spadanis (Spa) utebatur (Epp. *Nadal* III 495 513). [4] Vide supra p. 480—481.

[5] Hoffaeus; de hac versione vide supra p. 307 400 et infra mon. litt. (20).

hystoriae Ecclesiasticae Magdeburgensium, in quibus est cognitio distincta et authentica omnium fere rerum ad hystoriam Ecclesiasticam pertinentium, a Christo Domino usque ad Gregorium pontificem et praesertim de officio et potestate Romani Pontificis. Habet hic liber nondum editus, sed scriptus, folia 150. in folio. Jd ego nescirem, nisi author[a] recentibus literis ad Cardinalem nostrum[1] datis hoc testaretur, qui solus ad hanc rem bene transigendam aptissimus, maximeque promouendus uideri potest, cum nullum hodie sibi fere parem habeat in cognitione hystoriarum, quae uel totum hominem uendicat sibi, si rite debeat alijs explicari, praesertim aduersus doctos et contentiosos disputando[2]. Haec aliaque plura mihi offerunt et offerent sese, si opus hoc aggredi debeam, nec recuso tamen laborem, quem obedientiae sanctae scio deberi: quid uero expediat magis, ne res poenitenda uel male successura instituatur, et quo pacto maiora ego subsidia consequi possim, si hoc onus subterfugere non possum, illud quaeso etiam atque etiam consideret, et de eo mihi respondeat Paternitas tua, cuius ego sententiam deinde Christo duce mihi sequendam proponam. Jnterea[b] ut dixi, partim Collegiorum uisitationi, partim corrigendo Catechismo Rom. meam operam dabo, sicut maiores hoc etiam mihi demandarunt[3], confisus interim sacrificijs et precibus peculiaribus Paternitatis tuae.

Agimus gratias de misso nobis primum M. Paulo, ac deinde M. Richardo Hyberno: nec dubitamus de illorum laudata uirtute. Hoc tantum petimus et rogamus, ut aegri et ualetudinarij ad suscipiendas

a) *Sequitur* praesen, *oblitteratum.* b) *Sequitur* quos *vel simile v., oblitt.*

---

[1] Ottonem Truchsess.

[2] Insigne illud decus ordinis Eremitarum S. Augustini, P. Onuphrius Panvinius (1530—1568) veronensis, in indagandis et colligendis antiquitatibus tum profanis, tum sacris mire industrius, fere 70 libros composuit, e quibus pauci ipso inter vivos agente, alii post eius mortem, multi nunquam excusi sunt. Adversus Centuriatores 6 volumina „Historiae Ecclesiasticae", epistulis, canonibus, legibus imperatorum, titulis librorum, disputationibus referta, conscripsit, e quibus tamen tria tantum priora aliqua ratione sunt absoluta; quae „Historia" typis nunquam est exscripta. Exstat praeterea volumen excusum (in 4°; pp. 330, ff. 23 non sign.) cum hac inscriptione: „Onuphrii Panvinii Veronensis fratris Eremitae Augustiniani, De primatu Petri et Apostolicae sedis potestate Libri tres contra Centuriarum auctores. Cum Privilegiis. Veronae, Apud Hieronymum Discipulum. MDLXXXIX" (volumen vidi Romae in bibliotheca angelica); opus ipsum Romae 1. Martii 1566 a Panvinio S. Pio V., editio Romae 15. Iulii 1589 a cardinali M. Antonio Colonna Sixto V. dedicata; at reapse typis primus tantum liber est exscriptus; qui postea aliquotiens recusus est; liber secundus exstat tantum manu scriptus; tertii (quem auctor non absolvit) tantum folia aliquot et schedae exstant (*Perini* l. c. 3—9 126—138 144—147 200—205. *Jo. Fel. Ossinger* O. Er. S. Aug., Bibliotheca Augustiniana, Ingolstadii et Augustae Vind. 1768, 656—662. Inscriptiones urbis Romae latinae, edd. *Eug. Bormann* et *Guil. Henzen* I, Berolini 1876, LIII).

[3] Vide supra p. 480. Novum illud „*Officium* Prouincialis" a. 1566 Roma Canisio missum ita habebat (cap. 6, n. 5): „Singulis annis uisitet omnia loca suae Prouintiae, per se ipsum" („Can. 42" f. 100[b]).

Classes, uel ad philosophiam docendam huc non mittantur, quod hac ratione nec illorum ualetudini, neque Prouinciae nostrae necessitati consulatur. Expectabimus interim M. Joannem Paulum Oliuam, languet enim Richardus, et statim fere cum huc diuertisset, languere coepit, et M. Henricus Arboreus omnino requirit in philosophica lectione successorem Jngolstadij[1]. De alijs ad nos mittendis statuat Paternitas tua. Joannem Vegerum[2] et Vitum[3] inter alios desideramus una cum M. Philippo Vidmanstadio. Viaticum uenturis praebebit Mercator, quem paulo post nominabimus. Ad Collegium uero Germanicum nos mittemus[a] uti concessum est, quatuor bonos et studiosos adolescentes, qui leges Germanici Collegij ferre uelint et possint[4]. ex nostris uero mittentur M. Rainerus et Mattheus Polonus[5], ut Romam in Autumno sequenti proficiscantur. Experiemur quid efficiat D. Fisterus apud Principem, ut formula professionis fidei in Gymnasio Jngolstadiensi introducatur[6]. Coeperunt illic nostri in Artium quidem facultate in nouis magistris hanc professionem exigere et obtinere, sed priuatim et occulte[b] in cubiculo. An hoc uero sit satis, dubito[7].

D. Conradus[8] literas Paternitatis Vestrae meis alligatas accepit, mihique respondit[c] proterue satis, cum alioquin peramanter illum ad saniorem sententiam reuocassem[d]. Adiunxit etiam, se post hac nobis non esse scripturum, quasi spem emendationis nobis omnem de se uellet auferre. Jgitur de illo in Vrbem mittendo nullam ego uiam uideo superesse, nec probo tamen illum a uotis Religionis absolui.

a) *Quatuor vv. sqq. a C. supra versum scripta sunt.* b) ocultе *arch.* c) *In arch. correctum ex* respondet. d) *In arch. correctum ex* reuocarem.

---

[1] Et Fr. Paulus Vizanus, et Fr. Richardus Flemingus ad philosophiam in universitate dilingana tradendam missi erant; ac P. Arboreus in universitate ingolstadiensi logicam docebat; v. supra p. 392 450 482 et Epp. *Nadal* III 379.

[2] Ioannem Vegerum flandrum Poloniae destinatum esse scriptum est Roma 12. Augusti 1567 ad P. Natalem (Epp. *Nadal* III 509).

[3] Liner; v. supra p. 494.

[4] De his plura in huius operis volumine VI.

[5] Rainerus Fabricius et Matthaeus Michonis; vide supra p. 457 502.

[6] *Ioannes Pfisterus* canonicus Frisinga 5. Octobris 1567 Borgiae *scripsit: Se morbo diuturno impeditum esse, quominus eam rem apud Albertum V. ducem urgeret; brevi tamen se ad Borgiam de eadem relaturum. „Jta singula disposui, ut intra pauculos dies effectum eorum mihi certo polliceri possim, et quasi oculis cernam totam Academiam genibus in terram deflexis summam in omnibus spondere obedientiae" (ex archetypo. „G. Ep. VIII" f. 251).

[7] P. *Martinus Leubenstain* collegii rector Ingolstadio 1. Iulii 1567 Borgiae de Fr. Carolo Ursino S. J., philosophiae in universitate professore, scripsit: „Cum hodie essent candidati philosophiae iam examinati approbandi, et M. Carolus heri ad suos Collegas retulisset se iurasse in bulam Pij 4 ac proposuisset periculum circa illam; Statuerunt, cum ipsi non possent sua autoritate hoc iubere, vt M. Carolus illis proponeret, vt facerent, si vellent, quod et factum est, et omnes ad vnum in nostro Collegio sponte iurarunt. Videtur nobis hoc saltem aliquid licet non solemniter vt bulla iubet factum sit et non ponatur formula praescripta a publico notario in testimonijs eorum, sicut eadem bulla iubet" (ex autogr. „G. Ep. VIII." f. 211[b]—212[a]).

[8] Swagerius S. J.; de hoc eius negotio vide supra p. 501.

Respiciat illum Deus, ut Petrum negantem oculis misericordiae suae respexit[1].

Quod ad domum Augustanam attinet, cui propter Concionatorem[2] 400 Floreni ex ueteri more penduntur, et adhuc 300 a Reuerendissimo adijciuntur, ut Catechista et plures e fratribus illic ali possint, ita uisum fuit P. Natali, satisfaciendum esse desiderio eiusdem Reuerendissimi, qui semper postulauit ob auctam pecuniae summam plures illic operarios uidere, et Augustanis iuuandis operam dare, praesertim cum nouae et amplae satis aedes accesserint, quae multos e nostris ac scholam etiam capere possint. Jgitur P. Natalis Reuerendissimo uisus est promittere, ut accedente nouae domus commoditate, plures e nostris adessent operarij, aut etiam paruae scholae professores, qui paulatim ad Collegium instituendum[a] iuuante Christo, suos conatus prouehere possent. Placuit hoc consilium Reuerendissimo sed qui dolet etiam hoc tempore Canonicos instituto nostro parum fauere, nec ipsos modo, sed senatum etiam, quod ad scholam aperiendam attinet, nobis incommodare posse. Vellet interim aliquos saltem Conuictores apud nostros ali, simulque priuatim institui, quod prohibere nullus facile posset, et praeterea optaret alterum inferiorem Concionatorem uel Catechistam adesse, quem nos aegre quidem nunc possumus reperire. Caeterum de assumendis in illam domum conuictoribus[b] externis, eo difficilior nobis ratio uidetur, quo magis nostri illic hucusque laborant, ut neque sibi, neque nobis in obseruanda disciplina et quiete Religiosa possint satisfacere. Fortasse post missos alios ex Vrbe fratres, quos expectamus, plures et solidiores illic constituemus, et quoad eius fieri potest, onera illa tum ex parte scholae, tum ex parte Conuictorum in tempus aliud reijciemus, Nec solum Reuerendissimus sed etiam nonnulli Senatores et patritij hoc a nobis flagitant, ut ipsorum pueros si non publice, at certe priuatim in hac Augustana domo instituamus. Nec esset difficile, illic docentibus reperire sumptus uitae necessarios. P. Theodoricus[3] Frater mecum in hac erat sententia, Reuerendissimo postulandae scholae uel constituendi Catechistae causam et uiam omnem posse praecludi, si pauci nostri illic alendi, 400 Florenis contenti, reliquos 300, qui tantum ad mortem usque Cardinalis numerabuntur, non acciperent. Judicabit autem de re tota Paternitas tua, cuius precibus et sacrificijs Domino semper cupimus commendari.

Rector Dilingensis non facile restituetur[c] in integrum, qui et suam ualetudinem nonnihil offendit anxia cura in Collegij sui difficili administratione. Nullum ei maius beneficium et ad curandam ualetudinem praesidium adferre possumus quam si commodum et prudentem a nobis

a) *Hoc v. in margine additum est.* b) *Hoc v. a C. ipso supra versum scriptum est.* c) *Tria vv. sqq. ab ipso C. supra versum scripta sunt.*

[1] Cf. Lc 22, 61.
[2] P. Gregorius Roseffius contionatorem ecclesiae cathedralis agebat.
[3] Theodoricus Canisius, universitatis et collegii dilingani rector.

Ministrum acciperet, eiusque opera indiget sane uehementer. Nunc uero, cum P. Georgius[1] Minister hinc abire cogatur ad Collegium Herbipolense[a] ut putamus, plus fratri metuo, nisi fortassis ex Vrbe ueniat aliquis huic aptus ministerio, quod ego cui commendem, nullum reperio in Prouincia nostra. Dominus nobiscum. Dilingae 24 Julij 1567.

Seruus in Christo P. Canisius.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia Praeposito Generali Societatis JESV. Romae.

Borgias Canisio respondit 23. Septembris 1567.

1465. SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA, praepositus generalis Societatis Iesu, CANISIO. Roma 26. Iulii 1567.

Ex imaginibus photographicis epistularum Canisii, quae sunt in „E. C. II" n. 205 207.

Canisius Borgiae scripsit Oeniponte 16. Augusti 1567: „26 Julij a P. T. datas accepi." Et Augusta 27. Augusti 1567: „Postremo accepi Roma datas 15 et 26 Julij."

Posterior haec epistula perisse atque oblivione quadam sive negligentia factum esse videtur, ut in Borgiae Registrum non transcriberetur. Caeterum ex Canisii epistula, quam modo dixi, et ex Borgiae litteris 26. Iulii 1567 ad P. Antonium Vinck datis colligitur, Borgiam Canisio haec, praeter alia, significasse: Placere sibi novas litteras fundationis collegii herbipolensis; Canisium et Vinckium bene cum episcopo negotium illud tractasse; novo collegio rectorem praeponendum videri P. Georgium Bader, collegii dilingani ministrum; cf. supra p. 502.

Una cum his litteris Canisio et aliae missae sunt epistulae, et epistula Roma 25. Iulii 1567 a *Borgia* ad P. Natalem Societatis visitatorem data; in qua ille narrabat, S. Pium V., cum ex se accepisset collegium herbipolense iam a Societate admissum esse, ea re valde delectatum esse et collegio novo benedixisse (Epp. *Nadal* III 507). Missa est etiam epistula a Borgia 26. Iulii 1567 ad Fridericum a Wirsberg episcopum data una cum prioribus illis litteris fundationis, quas a Borgia non probatas Fridericus sibi remitti iusserat; v. supra p. 508 et infra mon. herb. (17).

1466. CANISIUS **P. NICOLAO LANOIO S. J.**, rectori collegii oenipontani. Augusta Vind. 26. Iulii 1567.

Ex Lanoii epistula autographa; „G. Ep. VIII" f. 185[a].

Se mox Oenipontem collegii visitandi gratia esse venturum.

P. Nicolaus Lanoius S. J. rector collegii oenipontani Oeniponte 28. Iulii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali ita de Canisio scripsit: „Adesso ho riceuute le lettere del P. Prouinciale date 26 di questo in Augusta et ci promette di presto comminciare la visita di suoi collegij venendo dritto a Jnsprug. La cui presentia potra darci soccorso in Domino."

P. *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius mandatu Borgiae Lanoio ita *scripsit de Ferdinando II. archiduce et Tirolis principe, qui Societatis collegium Halae (cf. supra p. 502) instituere et auditoria, quas Socii Oeniponte in monasterio Franciscanorum habebant, Franciscanis dare volebat, ac de officiis rectoris ingolstadiensis et rectoris oenipontani inter P. Martinum Leubenstain et ipsum P. Lanoium permutandis: „Ha fatto bene V. R. di aspettare la uenuta del Padre Prouinciale per dissuadere al Serenissimo Arciduca, il Collegio di Hala, gia che non si edificaua

a) *Duo vv. sqq. a C. ipso supra versum scripta sunt.*

[1] Bader.

niente per conto nostro, et si aspettara d' intendere il successo. . . . . Circa le schole che S. A. uuol dare alli Frati di .S. Francisco come uengha il Padre Canisio, si potra il tutto trattar con esso, se gia non l' hauessi fatto, et poi auisar N. Padre del parer de tutti dua, se la cosa sta in termini, di mettersi li dissegni in prattica; col medesimo ancora si potra trattare dela permutatione del Rettor de Jngholstadio et OEniponto, benche probabilmente si teme non bastarebbe il Padre Martino per maneggio che al meno adesso se tiene costì; ben si crede che se tutti quelli che danno fastidio fossino leuati nelle case di probatione, la farianno meglio per se stessi et per aiuto del commune" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 45^b—46^a).

1467. CANISIUS **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Augusta Vind. 26. Iulii 1567.

Ex imagine photographica litterarum archetyparum et magnam partem autographarum (2°; pp. 3; in p. 4 inscr. et particulae sig.), quae exstant in „E. C. II" n. 201 (441 442); incipiendo a capite „Si quando uisum esset", Canisius omnia sua manu scripsit, praeter inscriptionem.

Cardinalis Truchsess iuvenem quendam in collegium germanicum admitti cupit. Bavari offensi sunt, eo quod rector monacensis contionatorem in Bavariam inferiorem mittere recusavit; quid agendum est? Cardinalis constantiensis a suis impeditur, quominus collegium condat; sacerdotum penuria laborat. Fuggeri coniuges infirmi; iuvenes augustani ex collegio germanico revocantur. Doberainer. Profectio oenipontana. Rectoribus ministri desunt. Bulla censuum; scrupuli de 5%. Litterae „credentiales" Canisio mittantur. Olgiati. De iis, quae Pius V. de Sociis ad sacros ordines promovendis praecepit, Canisius cum consultoribus ita sentit: Societatis clerici in Germania titulo quodam mensae ab episcopis instrui possunt; oboedientiae tamen paupertatique magis convenit non ordinari nisi professos, donec pontifex pristinam facultatem restituat; Societatis homines, si quando post ordinationem dimittantur, a Societate ali praestat, quam eos titulo patrimonii vel beneficii ordinari.

Jhesus. Pax Christi admodum Reuerende Pater.

Priusquam Dilinga discederem, ubi binas literas his diebus scriptas isthuc misi, rogauit me Jllustrissimus Dominus Cardinalis[1] locum ut impetrarem egregio studioso[2] in Collegio Germanico, cum is cupiat eo quamprimum proficisci. Dixi mihi tantum esse concessum, ut quatuor hoc anno mitterem: ille quintum cupit adiungi et paternitatis tuae consensum sibi non defuturum sperat.

Monachij solet Princeps[3] maiore fortasse, quam alibi fieri solet, libertate uti in Concionatoribus nostris huc illuc transmittendis: idque non sine detrimento quodam nostrorum factum esse sensimus. Postulauit igitur et nunc D. Paulum[4] in Bauariam suam inferiorem mitti, atque illic mensem in concionando impendere. Rector[5] ut adiunctum eius scriptum ostendit, tum Principi, tum Consiliarijs illius opposuit sese, ut D. Paulum domi retineret. Visus est Cancellarius[6], et fortassis Princeps etiam, hoc Rectoris factum aegre tulisse. Vellem igitur admoneri, quid in hoc casu nobis faciundum uideatur, praesertim cum

[1] Otto Truchsess.
[2] Matthaeo Reitter augustano, puto: de quo plura in huius operis vol. VI.
[3] Albertus V. dux.
[4] P. Paulum Hoffaeum, collegii monacensis contionatorem; v. supra p. 325 474.
[5] P. Dominicus Menginus. [6] Simon Thaddaeus Eck.

animus Principis facile irritetur, et aliquam petendi necessitatem nobis objicere possit in hac Religionis apud multos Bauaros perturbatione, cui nostram uellet operam, ueluti praesentem medicinam, ad tempus quibusdam in locis inseruire.

Quod ad nostros posthac non facile ordinandos attinet, scriptum separatim adiunxi, ut obedientiae satisfiat, et curabitur, ut alijs hoc negotium non manifestetur. Speramus dominum in re tanti momenti, quae nos merito sollicitos reddat, non defuturum suae societati. Orabimus pro Pontifice Maximo ut Paternitas tua praescripsit[a], in sacris[1].

Ex amico quodam accepi, Jllustrissimum D. Cardinalem Constantiensem a suis impediri quo minus causam Collegij promissi urgeat[2]: unde factum etiam puto, ut me hactenus non accersiuerit, atque ut spero, ad suam Synodum in principio Septembri[b] [?] celebrandam non euocabit. Scio autem statum illius Ecclesiae afflictissimum esse, cum desint necessarij operarij cum alibi, tum Constantiae; ut nostri quidem plurimi[c] [?] illic sudaturi uideantur.

Dominus Georgius Fuggerus et uxor eius admodum religiosa[3], e thermis quidem domum redierunt, sed ut ualetudinem ualde offensam habeant, ac de[d] utriusque uita diuturna multum dubitetur. Euocabunt igitur, ut audio[e], Philippum primogenitum[4], ne sit prorsus ignarus rei domesticae. Miramur de doctoratu M. Philippi[5]. Reuocatur etiam Joannes Augustanus a Patre Consule, praesertim, ut illius ualetudini consulatur[6].

a) *Duo vv. sqq. ab ipso Can. addita sunt.* b) *Sic; corrigendum esse videtur* Septembris. c) *Sic; volebatne dicere:* plurimum? d) *Hoc v. a C. ipso supra versum scriptum est.* e) *In archet. correctum ex* adio *vel simili v.*

---

[1] Borgias singulos Societatis sacerdotes singulis hebdomadis pro Pio V. missae sacrificium offerre iusserat; vide supra p. 503. Canisii scriptum ponetur infra, sub ipsam hanc epistulam.

[2] Marcus Sitticus ab Hohenems episcopus constantiensis Constantiae collegium Societatis condere volebat; vide supra p. 420 451—452.

[3] Ursula a Lichtenstein.

[4] Philippus Eduardus convictor erat collegii germanici.

[5] Philippum Doberainer (vide supra p. 2—6 63) significari censeo, qui Romae in collegio germanico versabatur (*Al. Lang,* Studien zum Bruderschaftsbuche u. den ältesten Rechnungsbüchern der Anima in Rom, Rom 1899, 51 n. 215). Is certe in libris, quos a. 1570 edidit, se „der heyligen Schrifft Doctor“ vocavit (*Reinhardstöttner* l. c. [cf. supra p. 4] IV 118).

[6] Ioannes Georgius, filius Hieronymi Velseri (Welser) et convictor collegii germanici; vide supra p. 23[11]. *Borgias* Roma 31. Octobris 1567 ad rectores collegiorum Societatis italicorum *litteras non obsignatas dedit, quibus eos monebat: „Il portator dela presente è un gentilhomo todesco chiamato Gioan Henrico, cui padre è consule in Augusta, et molto amico della Compagnia nostra, come anche il figliolo, che ha studiato parecchi anni quì in Roma nel Collegio Germanico et adesso graduato, in Philosophia se ne torna in Augusta. V. R. l'accetti nel Collegio se lui uorrà alloggiare in quello, et li usi la charità et amoreuoleza che ricerca la uirtù di esso et amicitia .etc.“ (ex apographo eiusd. temp.; „Epp. It. [Praep. Gen.] 1567—69“ f. 32).

Jn Collegijs nostris communis haec est Rectorum querela, Ministros deesse sibi, atque idcirco grauiter sane laborant, praesertim Dilingae, Monachij, Oeniponti. Ego uero quos illis adiutores uel Ministros praebeam, inuenire non possum. Video interim et doleo Rectores supra uires laborare et graue hoc munus moleste ferre. Deum precor, ut necessariam illis tribuat consolationem.

Commendamus nos et Prouinciam omnem sacrificijs et precibus Paternitatis tuae ac fratrum aliorum. Nunc recta Oenipontum proficiscor, ut initium fiat Visitationis in hac Prouincia, iturus deinde Monachium et Jngolstadium. Dominus nobiscum.

Mitti ad nos cupimus Bullam Pontificis editam, ut audimus, circa contractum ut quinque pro centum accipi possint [1]. Priora illa scripta, quae in hanc rem nobis missa fuerunt, consolationem nostris attulerunt, etsi ne sic quidem omni scrupulo liberantur, praesertim Augustae [2]. Dominus nobiscum, quem pro Fuggerica Familia iuuanda cupimus inuocari. Augustae 26 Julij 1567.

Si quando uisum esset .P. T. vt ad praesulem aliquem ego mitterer, sicut nuper ad Reuerendissimum Argentinensem [3] missus fui, operae pretium fore putarim, vt literae quas uocant, credentiales, non deessent, praesertim ad suspiciones quorundam praescindendas in Germania et aulis Principum.

Seruus indignus Pet. Canisius.

Pro uenturis ad nos fratribus pecuniam expendent haeredes Baltasari Olgiati [4], si eam P. Polancus exigat. Sic enim Velseri nobis promiserunt.

Circa nostros, qui ab Episcopis ordinari possent, nisi S. D. N. prohibitio recens ad nos missa impediret [5], uisum est mihi et consultoribus meis [6], in hoc toto negotio, quod grauissimum esse iudicamus, tria posse considerari.

Primum quod ad prouintiae nostrae Clericos ordinandos attinet: et hos quidem ab aliquo Episcopo Germanico, praesertim uero a Cardinale Augustano, si P. T. permittat, sic ordinari posse, ut nostris de hoc nihil conscijs, Ordinator tacite nobis promittat de sua mensa uel necessaria sustentatione illorum, qui post ordinationem a Societate nostra fortasse aliquando ex graui causa dimitterentur.

---

[1] Rumor hic falsus erat. Pius V. de censibus Bullam edidit 19. Ianuarii 1569 (*Bullarium* Romanum VII 736—739. *Laderchius* l. c. in a. 1569 n. 46).

[2] Quaerebatur Augustae, num Fuggeris, Velseris, aliis hominibus divitibus et industriis liceret 5 % sumere. De „scriptis“ illis vide supra p. 487.

[3] Erasmum a Limburg.

[4] De romanis hisce argentariis v. *Can.* IV 342[1] 412. *Borgias* * Hoffaeo, Roma 27. Aprilis 1568: „Li ogliati quì . . . ci sono amici et benefattori“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67“ f. 135[b]).

[5] De hac prohibitione vide supra p. 487—488.

[6] PP. Theodorico Canisio et Alphonso Pisano, puto.

Alterum, quod ad institutum nostrum purius et perfectius obseruandum spectat: qua ratione putamus, minus malum et incommodum hoc eligi posse, ut simpliciter pareamus et executionem offeramus S. D. N. in promouendis duntaxat Clericis nostris post factam ipsorum professionem. Ita fieret speramus, ut Societatis nostrae instituto, praesertim ex parte paupertatis, quae labefactanda non est, nulla ex parte praeiudicaretur[a], sicut praeiudicatum irj[b] sane uidetur, cum semel admiserimus uel introduxerimus, ut ordinentur[c] nostri Clerici cum titulo patrimonij uel ecclesiastici beneficij, uel accedente Societatis nostrae obligatione ad suos etiam postquam erunt dimissi, sustentandos. Etsi enim non desunt incommoda quaedam, quae hanc simplicem obedientiam nostram consequantur, praesertim quia perpauci ordinabuntur, tamen hunc fructum inde colligendum speramus, ut suo tempore uel huius praesentis, uel alterius sequentis Pontificis animus, postquam haec incommoda certo deprehenderit, facilius nobis concilietur et ad id concedendum permoueatur, quod hactenus ab alijs Pontificibus[d] concessum, et in Societate nostra vsitatum fuit[1].

Tertium, vtrum Societati nostrae sit tolerabilius, si e duobus alterum amplectendum uideatur, nimirum ut uel sit penes Societatem obligatio sustentandi eos, qui e nostris post ordinationem aliquando dimitterentur, uel ut ordinandis patrimonij aut beneficij titulus concedatur: Qua in parte arbitramur consultius fore, ad Societatis obligationem rem totam adducere, nimirum ut prouintia quaelibet sese obliget ad suos alendos qui post hac ordinabuntur, eosque propterea curet ualde selectos[e] et probatos esse, qui Coadiutorum spiritualium offitio uelint et possint facere satis[2], et qui in uocatione sua bene constantes fore uideantur. [S]aluo aliorum iudicio Pet. Can.

† Admodum Reuerendo in Christo Patri Francisco a Borgia Praeposito Generali Societatis JESV. Romae.

Quod Canisius his litteris Borgiam monuit: Socios per responsum de 5 % ex Urbe sibi missum non „liberari omni scrupulo", id P. Paulus Hoffaeus epistula Monachio 20. Februarii 1568 missa Borgiae confirmavit et copiosius explicavit (*Duhr*, Jes. I 714—715). *Borgias* Roma 30. Martii 1568 *respondit: „Si uede che la risposta che si fece sopra il pigliar 5 per cento, non leuò tutte le difficultà. . . . Li dirò alcune cose in questa materia. La prima è, che per l' auenire potendo bonamente disuadere questo guadagno, massime a persone facultose, lo dissuadano è più sicuro et netto, quando pur non si potessi ò non conuenessi dissuader tal guadagno de 5. per 100. e bene essortarli à farlo con quelli doi contratti: uno di compagnia altro di assicuratio. La 2ª quanto al passato, si quelli che hanno guadagnato, questi cinque per cento, sono poueri, o pupilli, ò uidue, ò miserabili, ò finalmente gente

a) *Sequuntur vv.* hoc semel admisso uel introducto, *a Can. oblitterata.* b) *A Can. correctum ex* ire. c) *Hoc v. a C. in margine additum est.* d) *Hoc v. a C. supra versum scriptum est.* e) *Duo vv. sqq. a C. in margine addita sunt.*

[1] Canisium spes non fefellit; nam qui S. Pio V. proxime successit, Gregorius XIII., Societatis pristinam ea in re disciplinam restituit (*Litterae* apostolicae 136—137).

[2] De Societatis coadiutoribus spiritualibus (qui professionem non faciunt) vide *Can.* II 515[4].

che si ha speso questo guadagno, ne c' è facta ditior, non li obligino à restitucion. La 3ª se fossino persone facoltose, et fatte più ricche con questo guadagno, conuiene essortarli à restitutione di quel tanto in che si son fatti piu ricchi, et si ben per il pericolo che ce che questo sia usura, si dice questo nei ricchi, perche la cosa si può escusare, con certe circonstantie, non si dice resolutamente, che non si dia l' assolutione à chi non se disponessi à far tal restitucion" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 127). Ceterum vide supra p. 486—487.

Borgias Canisio respondit (?) 23. Septembris 1567.

1468. CANISIUS **WENDELINAE VOM TRIEST** sorori, viduae Godefridi vom Triest, consulis noviomagi.

Augusta Vind. sub 29. Iulii 1567.

Ex litterarum Kesselii commentario vel apographo eodem fere tempore scripto, quod est in Cod. colon. „Epp. ad Kess. I" f. 173, et ex epistulae Canisii manu scriptae particula (16°; 1 p.; in p. altera inscr. et pars sig.).

Hortatur sororem, ut ad rationem divino iudici reddendam mature se paret in timore Dei vivendo ac sacramenta confessionis et communionis diligenter sumendo.

P. Leonardus Kessel S. J. collegii coloniensis rector Colonia 23. Augusti 1567 vel uno ex proximis diebus Canisio scripsit: „Recepi literas V. R. scriptas 29 Iulij cum catalogo librorum. . . . Literas ad sororem V. R. per Doct. Henricum mittam sicut soleo: qui adhuc Traiecti agit" etc. Existimo autem, ad has Canisii litteras ad Wendelinam ipsius sororem Noviomagum a Kesselio, opera P. Henrici Dionysii S. J. noviomagi (cf. supra p. 451[2]) interposita, missas pertinere ea, quae sequuntur:

— — gedencke, das jr fur euch selbe sollet a[cht haben, domit] jr nit fallet onuersehn in die henden G[ottes[1], vnd] scheidet von disem sundigem leben vnd unwerdig erscheinet zu dem [stul] des richters[2], der wirdt einem jeglichen [vergeltten nach seinem] thun vnd lassen[3], vnd furderen von v[ns rechen]schafft, wie wir mit vns selben vnd m[it anderen gehau]sset haben[4]. So wöllet dan mit forcht [wandlen,][5] dweil der tag[6], vnd die letste stund vo[r euch liegt, wircket] das ewig hail der seelen[7], vnd bedecke[t ewere sünden[8] mit] hertzlicher rew vnd mundtlicher beic[ht vor Gottes] Statthalter. Reiniget ewere sundige [seel[9], stercket] euch mit der geistlichen arzeneyen, da[rdurch das jr] [offt][a] [?] communicieret. Gelaubet mir, et — —

† Der ehrbaren frawen Wendel von Triest wedwee, meiner lieben eltisten schwester Zu Nimmegen.

De Wendelina vide supra p. 330—336 444—448.

a) alle sonntag? *Cf. supra p. 446.*

[1] Lc 21, 34. Eccli 2, 22. Hebr 10, 31.
[2] Rom 14, 10. 2 Cor 5, 10. Cf. Lc 21, 36.
[3] Mt 16, 27. Cf. Ps 61, 13; Rom 2, 6; Apc 22, 12 etc.
[4] Cf. Mt 12, 36; Lc 16, 2 etc. [5] 1 Petr 1, 17. [6] Io 9, 4.
[7] Phil 2, 12. 1 Petr 1, 9.
[8] Cf. Ps 31, 1; 84, 3; Iac 5, 20; 1 Petr 4, 8; Prv 10, 12.
[9] Cf. Iac 4, 8; 2 Cor 7, 1.

1469. CANISIUS **P. LEONARDO KESSEL S. J.**, rectori collegii coloniensis. Augusta Vind. 29. Iulii 1567.

Ex commentario vel apographo, de quo supra n. 1468.

P. Leonardus Kessel S. J. rector collegii coloniensis Colonia 23. Augusti 1567 (vel uno ex proximis diebus) Canisio scripsit: „Decimanona Augusti recepi literas R V. scriptas 29 Julij cum catalogo librorum Onofrij, quem sequenti die cum copia conuersionis Comitis detuli ad P. Surium“ etc.

Canisius hoc tempore P. Onuphrium Panvinium O. Er. S. Aug., insignem illum historiae ecclesiasticae scriptorem (cf. supra p. 523), adiuvabat tum in rarioribus quibusdam libris quaerendis tum in cura, quam ille impendebat scriptis suis Coloniae per Maternum Cholinum excudendis; de qua re plura in huius operis volumine VI. dicentur; vide interim *Perini* l. c. 141—143 et *Heinr. Schrörs,* Der Kölner Buchdrucker Maternus Cholinus, in „Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein“ LXXXV, Köln 1908, 159—165.

Quod ad relationem de Udalrico comite ab Helfenstein m. Aprili a. 1567 ad ecclesiam reducto (v. supra p. 452) scriptam attinet, a Canisio missa esse videtur illa, quae exstat in Codicibus coloniensi „L. Qu.“ (in a. 1567) et cracoviensi, de quo infra mon. wis. (4), et quae ipso hoc anno 1567 Antverpiae typis exscripta est [vide infra mon. wis. (4)]. P. *Laurentius Surius* Cartusianus coloniensis ea usus est in nova editione sui „Commentarii brevis rerum in orbe gestarum“, Coloniae a. 1568 vulgata (p. 547).

VIII.

MONUMENTA CANISIANA.

A.

MONUMENTA AUGUSTANA CANISII.

a) Labores sacri (praeter contiones et res comitiorum) ac res domesticae.

626 sive **aug. (a 1).** 25. Aprilis 1565.

Ex archetypo, ab ipsa Fuggera subscripto. Cod. „EN" n. 99. Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* II 665—666.

Canisio Augusta Romam proficiscente Ursula Fuggera Sanctum Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem per litteras reverenter salutat. Canisium brevi remitti et plures de Societate Augustae degere cupit. Se suosque Societatis precibus commendat. De „contractibus usurariis" consilium petit. Canisium haec et alia copiosius propositurum esse.

Ursula de Lichtenstein, Georgii II. Fuggeri uxor ac Philippi Eduardi et Octaviani Fuggerorum, collegii germanici convictorum, mater, Augusta 25. Aprilis 1565, quo tempore Canisius Romam ad Societatis congregationem generalem erat profecturus, eodem ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis vicarium generalem per Canisium latinam misit epistulam eamque (sua manu, ut videtur) sic subscriptam: Eur vnd der gesellschaft Jesu wilige Deinerin vnd gehorsame Dochter Vrsula fuggerin. *Scribit autem:* Non potui committere, isthuc maxime P. R. D.[1] Petro Canisio proficiscente (cuius aequidem tanta absentia, non potest non et me meosque et Augustanos omnes grauiter commouere) qui T. R. P. mihi licet corpore ignotam, animo uero notam maxime, quam et[a] [?] parentem in Christo meum complector inprimis, paucis salutarem, ac animi mei propensionem eidem breuissime declararem. Ac illud inprimis rogo et obsecro a T. R. P., ut praedictum Patrem D. Canisium, rebus isthic foeliciter confectis, ad Dei omnipotentis gloriam, huc statim ad suam messem, eamque Dei munere uberrimam remittat ut et oues iam in Christi ouile reductae conseruentur, et seductae plures quotidie ad idem ouile foeliciter reducantur: Vtinam utinam uero Augusta nostra plures ex hac nominis

a) *Sic; legendumne* ut?

[1] Lege: committere, isthuc maxime Patre Reuerendo Doctore. Similiter paulo infra.

JESV sancta societate accipiat, quemadmodum breui quidem fore ualde speramus in Domino.... Deinde, quam possum maxime, T. R. P. rogatam et exoratam uelim, ut mei peccatricis miserae, ac precipue Mariti mei in fide adhuc non satis confirmati, ac demum filiorum nostrorum[a], in collegio maxime Germanico uersantium et totius Fuggericae familiae, memor esse dignetur in suis et suorum charissimorum precibus et sanctissimis sacrificijs pro solito illo societatis instituto. Praeterea de contractibus usurarijs, quibus isthaec nostra familia non parum irretita est, consilium salutare aliquod desideramus, si forte Dominus moueat corda nostrorum, ut aliquando de seria poenitentia cogitent, ne alioquin corpus simul et animam cum externis istis bonis, quae parui sunt sane momenti, tandem infaeliciter amittamus. Verum de his fusius et de alijs multis R. P. D. Canisius coram explicabit. Neque dubito, quin R. P. T. piae nostrae petitioni quamuis forte importunae satisfaciet. Nos uicissim societati huic sanctae, ac christianitatis conseruatricj, nos totos offerimus in Christo Domino. . . .

Fuggeri aliique mercatores augustani iam prioribus saeculi XVI. decenniis, ex multorum iurisperitorum atque etiam ex praeclari illius theologi Ioannis Eckii sententia, fas esse duxerant 5 % sumere; quam sumendi rationem alii, atque inter hos Canisius, in fenerationum sive pactorum „usurariorum" numero habendam esse censebant, nisi singulares quaedam accederent rationes sive „tituli". Praecipue autem, utrum „contractus germanicus" licitus esset necne, ea aetate disputabatur; vide *Can.* IV 568—569.

Borgias Fuggerae respondit 9. Iunii 1565.

627 sive **aug. (a 2).** Ineunte vel medio m. Maio 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 99 100.

Cathedrale capitulum augustanum adversus Canisium et P. Elderen, socium eius augustanum, varias querelas ad Ottonem cardinalem Augustanum defert.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae superioris viceprovincialis et collegii dilingani rector, Dilinga 18. Maii 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem haec, praeter alia, rettulit de cathedralis ecclesiae augustanae canonicis mandatu ipsius capituli Dilingam ad Ottonem cardinalem et episcopum augustanum aliquanto post Pascha profectis (v. supra p. 31 68) ac de querelis adversus Petrum Canisium praepositum provincialem et P. Guilielmum Elderen socium eius augustanum ab eis prolatis: Repetitae sunt antiquae querelae contra P. Canisium et P. Guilielmum, quod nimirum essent tetrici, arrogantes, a Canonicis alieni, et alios etiam ab eis alienarent, quod acriores in perstringendis sacerdotum vitijs essent, angulos amarent, a processionibus et diuinis officijs publicis cum scandalo se absentarent, quod reformare omnes vellent, sed Capitulum nolle a Flandris, Jtalis, Hispanis reformari. Placere alioqui sibi societatis institutum, et si Germanos patres haberent, libenter illud se promouere velle.

a) *Quinque vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

Hae querelae quam iustae fuerint, ex iis, quae *Can.* IV 543—569 642—645 657—661 861—868 dicta sunt, satis liquet. Hoc tantum addo: Augustae in ecclesia cathedrali „processiones", aliae maiores, aliae minores, habebantur plurimae; ut, praeter eas, quae ubique usitatae sunt, singulis diebus dominicis, singulis paene feriis Quadragesimae, multis diebus festis Sanctorum etc. (*F. A. Hoeynck,* Geschichte der kirchlichen Liturgie des Bisthums Augsburg, Augsburg 1889, 177—179 189—197 207—208). Quibus Socios, cum et pauci et occupatissimi essent, non interfuisse mirum non est. Per Gregorium XIII. 16. Iulii 1576 universa Societas, quo magis contionibus, confessionibus, scholis etc. vacare posset, „ab interessentia supplicationum, seu precum, aut processionum publicarum" „perpetuo exempta et liberata" est (*Litterae* Apostolicae etc. 155).

628 sive **aug. (a 3). SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA,** vicarius generalis Societatis Iesu, URSULAE FUGGERAE, Georgii II. Fuggeri uxori. Roma 9. Iunii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis; in margine, eadem manu: „Alla Signora Fuchera". Cod. „Germ. 61" f. 293.

Pro litteris et stipe per Canisium missis gratias agit. Hic et, si rerum augustanarum condicio id feret, etiam plures Augustam mittentur. Societas pro Fuggeris Deum precabitur. Ursulae filii in collegio germanico bene se gerunt. De feneratione cum Canisio tractabitur.

Pax christi .etc.

Illustris domina et mihi in christo obseruandissima.

Attulit Pater Canisius D. T. literas 25. aprilis ad me datas[1], charitatis et pietatis consuetae testimonium praeseferentes, qua D. T. nos omnes ac societatem nostram in domino complectitur, attulit idem pater elemosinam in subsidium congregationis nostrae generalis quam maxime opportunam, et tam de ipso affectu quam de dono ex illo procedenti gratias quam maximas habeo et omnium nostrum nomine ago D. T. cui sane ut nos plurimum debere agnoscimus, ita et deum precamur assidue, ut copiosa et aeterna remuneratione benefitia in nos tam crebro collata rependat.

Quod attinet ad remittendum D. Canisium post negotia quae ad dei honorem et animarum auxilium tractabuntur, confecta non dubitamus id curae fore Praeposito Generali qui electus fuerit, nec omittemus quin suo tempore hoc ei in memoriam reducamus, quod si res augustae sic essent dispositae ut plures operarij ad uineam domini excolendam eo mitti possent, uoluntas, ut spero, eos mittendi minime deerit.

Quod uero D. T. se ac illustrem Dominum Georgium maritum suum, liberos ac totam familiam fugericam in orationibus societatis nostrae petit comendari, fiet a nobis libentissime pro eo ac debemus et letamur in domino quod duo filij D. T.[2] qui in collegio germanico Romae uersantur, eam indolem ostendunt, vnde merito spem optimam concipiamus, quod magnos progressus in pietate ac uirtutibus sint facturi.

---

[1] De his v. supra p. 533—534. [2] Philippus Eduardus et Octavianus.

Consilium autem salutare quod petit D. T. circa contractus familiae suae, quos minus esse sinceros quam uellet et ab usura liberos quam par esset timet, post electionem praepositi certius mitti poterit, et cum ipso patre Canisio et alijs res serio tractabitur, interimque precamur deum bonorum omnium fontem, ut sancti sui spiritus dona large comunicare dignetur et dominationi uestrae et illustri ac generoso domino cum tota sua familia, cui nostrum obsequium in Christo Iesu ex animo offerimus. Romae 9. Junij .1565.

P. *Ioannes Polancus,* Societatis secretarius, eodem die Augustam ad P. Guilielmum Elderen S. J. *litteras dedit, quibus eum monebat: „Illustri Dominae Fugerae has mittit litteras P. Noster Vicarius quas R. V. illi dabit quem interpretem futurum non dubitamus“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 61“ f. 293[b]).

629 sive **aug. (a 4).** 22. Iunii 1565.

Ex litteris archetypis, ab ipso Ottone subscriptis. „Epp. Princ. I“ f. 27.

Cardinalis Augustanus a S. Francisco Borgia Societatis vicario petit, ut, praeposito generali electo, Canisius quam primum Roma ad se remittatur.

Otto cardinalis Augustanus Dilinga 22. Iunii 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia, Societatis vicarium generalem, scripsit: Jo ho conosciuto sempre tanta charita accompagnata da singular' prudenza in la santa Compagnia, ch' io non ho da dubitare che sara riguardato con retto giuditio il desiderio mostrato da me per il presto ritorno del Padre Canisio, essendo che cio nasce per zelo della salute che à molti possano portare l' opere di S. Paternita in seruitio et honore della Maiesta Diuina, come per altre mie ho scritto. Onde mi firmaro nella speranza che V. P. Reuerenda mi da con la sua di .XI di questo, che Eletto Il Generale, esso Padre Canisio sia per esser spedito per il suo ritorno quanto prima: ringratiando V. P. Reuerenda di questa sua bona inclinatione.

630 sive **aug. (a 5).** 27. Iulii 1565.

Ex litteris archetypis, ab Ottone ipso subscriptis. „Epp. Cardd. I“ f. 30.

Cardinalis Augustanus monet: Magni esse momenti, ut, cum ipsi de Societatis rebus dilinganis et augustanis Augustae cum capitulo agendum sit, vel Canisius, vel, si id fieri nequeat, alius ex Sociis Romae congregatis sibi adsit.

Otto cardinalis Augustanus Dilinga 27. Iulii 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia, Societatis praepositum generalem, scripsit: Jntendemo che Il Padre Canisio era per fermarsi costi fin' al Settembre: oue non lassaro di dire a V. P. Reuer. che cosi la uenuta sua qua non sara altrimenti in tempo, che a me pareua molto a proposito et utile per quello, che si ha a trattare con li Canonici nostri d' Augusta sopra lo stabilimento di questo Collegio qui di Dilinga, et anco de Padri d' Augusta: essendo che Il Capitolo perentorio intimato, come per altre mie ho scritto [1], cominciara alli XXVIJ di Agosto. Quando la risolutione sia, che detto Padre Canisio resti in ogni modo costi fin al detto tempo di settembre, io stimerei che almeno si mandasse qua un' altro Padre, come il Padre Natale, ò uero Il Prouinciale di Fiandra [2] giudicando che possi giouare infinitamente la presentia di uno che si sia trouato costi alla Elettione, et che sia instrutto delle cose di qua, a cio nelle resolutioni da farsi, si possa procedere con tanto piu maturo conseglio.

Otto haec repetiit, cum aliqua tamen moderatione, in *litteris Dilinga 12. Augusti 1565 datis, quibus ad Borgiae epistulam 14. Iulii ad se datam respondebat:

[1] Vide supra p. 73. [2] P. Everardus Mercurianus.

„Quanto al Padre Canisio del quale la tocca in detta sua lettera, certo è, che sicondo il mio giuditio la sua presentia sarebbe stata molto opportuna et utile in Augusta, quando ui sara congregato Il Capitolo che sara alli XXVIJ di questo: o al meno sarebbe stato a proposito qualche altro Padre, come Il Padre Natale ó il Prouinciale di Fiandra: Ma quando le occorrenze di costa habbino fatto seguire altra risolutione: noi certo non mancaremo di trouarci la al meno otto giorni auanti che si dia principio a detto Capitolo" (ex archetypo, ab ipso Ottone subscripto, „Epp. Cardd. I" f. 31).

631 sive **aug. (a 6).** 18. Augusti 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. „Germ. 61" f. 299.

Franciscus Borgias cardinali Augustano scribit: Ipsius litteras tam tarde Romam allatas esse, ut Canisius inde Augustam ad comitia illa capituli cathedralis advenire non posset. Borgias cardinalem rogat, efficiat, ut canonici Socios officio contionandi liberent, cum etiam ipsi Sociis salarium vel stipem ratione contionum dare nullo modo debeant; neque id offuturum, quominus Socii in cathedrali ecclesia operam, quam canonici voluerint, praestent. Canisium id copiosius propositurum esse. Eum brevi Roma abiturum. Optandum esse, ut Socii Augustae suam habeant ecclesiam.

S. Franciscus de Borgia, Societatis praepositus generalis, Roma, ubi Canisius tum congregationi generali Societatis intererat, 18. Augusti 1565 Dilingam ad Ottonem Truchsess cardinalem et episcopum augustanum haec, praeter alia, rettulit: Ho riceuuto la lettera di .27. del passato de V. S. Illustrissima tanto tardi cio è[a] auanti hieri che era gia impossibile che il Padre Canisio si potessi trouare à quel Capitolo[b] d'Augusta che se haueua à cominciare à 27. di questo. perla medesima ragione non potrebbe ancò trouarsi ne il Padre Natale, ne anche il Padre Euerardo[1]. . . . Specialmente supplichamo V. S. Illustrissima si degni far opera con i signori canonici, che habbino à liberare del obligo di predicare quelli dela nostra Compagnia essendo anco loro à fatto liberati de dare salaro[c] [?] alcuno per tal conto, ó uero elemosina che per conto dela predicatione siano obligati à dare, perche nostro instituto non comporta che per la predicatione ò altri ministerij nostri si pigli cosa alcuna temporale[2], con questo seruiranno li nostri alli Signori Canonici nela sua Chiesa, quando loro haueranno uolonta de seruirsi di loro, come più diffusamente scriuera, o dira de parola il Padre Canisio, ilquale piacendo à Dio presto si partira de Roma . come la congregatione generale sara finita il che speramo sara per tutto questo mese . se anche hauessino li nostri qualche Chiesa doue potessino[d] essercitar l'administratione de i sacramenti ci sarebbe anche cosa molto grata . et in questo modo haueriano manco occasione detti signori canonici d'alcuna offensione de i nostri: questo et quel che si appertiene al stabilire et aumentare le cose di Dilinga non dubitamo l' hauera à cuore V. S. Illustrissima.

Ex his Borgiae litteris colligo, Canisium Romae praeposito generali atque aliqua ratione ipsi etiam congregationi proposuisse quaestionem, quam iam ab anno 1561 agitabat: Liceretne et expediret Sociis augustanis ex pecunia capituli cathedralis vivere? (*Can.* II 385—386; III 101 423.) Capitulum enim quotannis 200 florenos illos (ex „beneficio praedicaturae" anno 1505 fundato, puto, provenientes; v. *Can.* II 843[1]), quos contionatori ecclesiae cathedralis pro salario dare consueverat, ab a. 1559 solvebat Canisio, qui contionandi munus illud canonicis instantibus in se susceperat (*Can.* III 673); et P. Natalis, cum exeunte a. 1562 domum Societatis augustanam visitaret, pecuniam illam eo nomine admitti posse significaverat, quod

a) *Sequitur* hier, *a libr. oblitt.* b) *Sequitur* perentorio, *a libr. oblitt.* c) *Verbum obscurius scriptum.* d) potessi *ap.*

[1] Mercurianus.

[2] Constitutiones S. J., P. 6, c. 2, n. 7; P. 10, n. 5. Cf. *Can.* Epp. II 150[2].

Augustae collegium incoharetur (Epp. *Nadal* II 140. Cf. *Can.* IV 36); id enim Augustae et a cardinali et a Sociis et a patriciis aliisque civibus catholicis agebatur, ut Augustani collegium Societatis haberent (*Can.* III 34—35 79 98 245 264 599 672 675; IV 32—33 763—765 etc.); collegiis autem per Societatis constitutiones plane licet reditus annuos habere (P. 4, c. 2, n. 5 6; c. 10, n. 1). Collegii vero Augustae condendi spes a. 1565 imminuta erat; ac si Socii pecuniam illam capituli non admittebant, cum maior ipsis erat agendi libertas, tum paupertas, quam constitutiones praescribunt et cui S. Franciscus Borgias praepositus generalis diligenter studebat, magis erat in tuto collocata.

632 sive **aug. (a 7).** **Exeunte m. Augusto et ineunte Septembri 1565.**

Ex litteris archetypis, quibus Otto sua manu et nomen subscripsit et „Postscriptum" adiunxit. „Epp. Cardd. I" f. 67.

Cardinalis Augustanus, cum capitulo cathedrali de rebus Sociorum augustanorum et dilingensium agens, a canonicis dure habetur. De contionibus augustanis, salario, ecclesia cum Canisio coram aget. Cum Canisio theologum venire cupit.

Cardinalis Otto Augusta 1. Septembris 1565 Francisco de Borgia Societatis praeposito generali ad ipsius litteras 18. Augusti 1565 datas (vide supra p. 537) respondit: Io ho hoggi riceuuto l' ultima lettera di V. P. Reuerenda de 18 del passato, et inteso l' impossibilita della uenuta del Padre Canisio ó altri à trouarsi qua presente al' trattar' che si ha da fare col Capitolo col quale si è gia stato dato principio, che fin qui é stato assai acerbo et duro per il progresso che ha hauuto. Ma non per questo despero. *Plura ea de re scripturum esse P. Theodoricum Canisium, qui secum Augustae versetur.* Quanto poi al particulare delle predicationi et altro che la[a] [?] scriua [?][b], uenuto che sia Il Padre Canisio Prouinciale, trattaremo insieme di quanto si giudicare utile et spediente. *Et in „Postscripto" Otto sua manu scripsit:* Jo sto con sommo et indubitato desiderio Che V. Reuerenda Paternita mandimi insieme con il Padre Canisio vno Theologo della Compagnia qual stia con me alla Corte.

633 sive **aug. (a 8).** **22. Septembris 1565.**

Ex apographo eiusd. temporis. „Germ. 65" f. 14b—15a.

S. Franciscus Borgias cardinalem Augustanum denuo rogat: Curet, ut Augustae Canisius contionandi officio liberetur et Socii ea ratione, quae cum Societatis instituto congruat, sustententur; Canisium rem amplius expositurum esse.

S. Franciscus Borgias, Societatis praepositus generalis, Roma 22. Septembris 1565 ad Ottonem Truchsess cardinalem Augustanum litteras dedit, quibus, quae ei de Sociis augustanis iam ante commendaverat (vide supra p. 537), denuo ab eo petebat: Specialmente supplichamo V. S. Illustrissima si ricordi dela liberta nostra in Augusta, quanto alla persona del Padre D. Canisio et che anche quel che si dara per la sustentatione de i nostri si dia in modo non repugnante al nostro instituto come sarebbe se si dessi come[c] stipendio ò salario del predicatore dil che gia per altra si è dato ricordo et supplicato V. S. Illustrissima ci aiutassi. più in particolare potra raggionare di questo il sopradetto Padre Canisio.

634 sive **aug. (a 9).** **28. Septembris 1565.**

Ex apographo eiusd. temporis. „Germ. 65" f. 17a. Epistulae brevem summam posuit *Duhr* in „Zeitschrift für kath. Theologie" XXIV 212 et Jes. I 714.

Borgias per Canisium Ursulae Fuggerae respondet: Non omnia Fuggerorum negotia in fenerationum numero esse habenda; de singulis autem magis singulatim cognosci oportere. Eandem rogat, ut patienter ferat, quod Canisius peregre mittatur.

a) b) *Sic. Nonne scribendum fuit potius:* ch' ella scriue *vel* che ella scriue? c) con *ap.*

Sanctus Franciscus de Borgia, Societatis praepositus generalis, Canisio Roma abeunti litteras tradidit Roma 28. Septembris 1565 ad Ursulam de Lichtenstein Georgii II. Fuggeri uxorem datas; scribit autem de familiae fuggericae negotiis, de quibus Ursula, quod ea fenerationis rationem habere suspicabatur, consilium petierat (vide supra p. 534), et de Canisio, qui Pii IV. iussu aliquot menses per Germaniam peregrinaturus erat (vide supra p. 99): Quamuis Pater Petrus Canisius Superioris Germaniae Prouincialis, qui has ipsas literas feret, uiua erit epistola ad ea explicanda, quae D. V. intelligere volet, uolui tamen hac occasione reditus eius, salutare D. V. *Societatis precationes ei offert atque studium, quo Socii ad Philippum et Octavianum filios eius in collegio germanico ad litteras et pietatem instituendos ferantur.* Quod ad negociorum rationem attinet, si in genere dicendum est aliquid, non existimamus facile contractus omnes improbandos esse, aliqua enim fortassis excusari merito possint, si tamen quid in particulari exactius dicendum esset, informationem maiorem de Contractibus huiusmodi, et de eorum natura habere oporteret, prout intelliget D. V. ab eodem Patre Canisio, cuius absentiam adhuc ad tempus aliquod aequo animo ferat obsecro D. V. nam ad non mediocre Dei obsequium, et commune bonum, eius peregrinatio, ut speramus cessura est.

635 sive **aug. (a 10).** A m. Septembri ad Decembrem 1565.

Ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto et ex PP. Theodorici Canisii et Guilielmi Elderen epistulis autographis. „Germ. 65“ f. 15[a]; „G. Ep. VI“ f. 94[b] 88[b]; „Epp. It. 1565 II“ f. 190—191.

Borgias P. Guilielmum Elderen in Italiam ire iubet, ut Ferdinandi I. imperatoris filiae eiusque familiae germanicae confessarium agat; plura Canisium ipsi dicturum esse. Qui Augustae, ut Elderen sine animorum offensione discedat, efficit et eundem, ut ad sacram aedem Lauretanam adeat, et ut ad reginam rarius orationem sacram habeat, hortatur. Wendelinus Völck et Stephanus Kreitzler.

P. Ioannes Polancus, Societatis secretarius, Roma 22. Septembris 1565 P. Guilielmo Elderen S. J. Augustae degenti scripsit de Ioanna et Barbara Ferdinandi I. imperatoris filiabus, quae Francisco et Alphonso, Tusciae et Ferrariae ducibus, desponsae erant (v. supra p. 118): Vt ex Patre Prouinciali intelliget R. V., constitutum est a Patre N. Preposito Generali ut . . . in Jtaliam se conferat R. V. et hoc in gratiam Serenissimarum Reginarum ex quibus cum una Florentiae, altera Ferrariae Duci desponsatae sint . negare illis non potuimus nostram operam, quam instanter et deuote requirebant cum praesertim familiam germanicam non modicam sint habiturae; et in rebus spiritualibus aliorum apera quam nostrorum ut utantur, induci non possint[a]. Suscipiet ergo R. V. hanc peregrinationem ex obedientia sancta cum Pater Prouincialis opportunum fore iudicauerit . non tamen habitabit extra collegia nostra, quam crucem leuiorem reddet, et gratam etiam faciet spiritualis utilitas, quae inde ad multos redundabit . et quia caetera, exactius intelliget ab ipso Reuerendo Patre Prouinciali nihil aliud agam, nisi quod P. N. Praepositus plurimum salutat R. V.[1] *etc.*

a) possit *ap.*

---

[1] Quae praecepta et monita Borgias PP. Guilielmo Elderen et Laurentio Hermanutio feminarum illarum principum confessariis dederit, vide apud *Sacchinum*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 66. *Alvarus Cien-Fuegos* S. J. de Borgia: „Deseava“, inquit, „que los nuestros hollassen con piè cauto los Palacios, y que el trato con los Prin-

Intercedere conabatur P. Theodoricus Canisius, Germaniae superioris viceprovincialis. Qui Dilinga 11. Octobris 1565 Borgiae scripsit: Audiuimus tractatum fuisse inter patres de ablegando Augusta Patre Guilielmo Eldrense, Verum difficile hoc fore videtur propter praecipuos Augustanos qui illi confiteri solent, et aegerrime eius discessum ferent. Stabiles enim volunt Germani nostri, ditiores praesertim, suos Confessarios. Propter Canonicos non putat Cardinalis nec illum nec alium ex nostris amandandum, nihil enim hac ratione apud eos proficietur. *Attamen idem eidem Dilinga 8. Novembris 1565 de PP. Guilielmo Elderen et Wendelino Völck ac de F. Stephano Kreitzler (de quo supra p. 118) rettulit:* P. Guilielmus sine magna Augustanorum offensione discessisse videtur, quod authoritas praesentis prouincialis effecit, vt dicitur. Successit illi M. Vuendelinus, qui difficilia experitur ista principia, sed temporis progressu non minus altero gratus erit, Christo propitio. Jngolstadienses Ministro nunc carent, sed dabitur illis, vt puto, breui Stephanus Sclauus, qui Augustae in absentia Patris Prouincialis curatorem domus hac aestate egit. Putat Pater Prouincialis illum sacris initiari posse, post breue Casuum conscientiae studium; Bonus enim est nec indoctus, et valet sic satis nunc corpore.

Ipse tandem Elderen Florentia 22. Decembris 1565 S. Francisco de Borgia scripsit: Binas a R. P. T. accepi litteras: unas quidem Augustae ad 22. Septembris datas, quibus e Germania in Jtaliam euocor, ut e confessionibus sim Serenissimae Reginae Joannae. . . . Quod autem ad iter nostrum attinet, ingressus illud sum 5º Nouembris sic P. Canisio ordinante. . . . Cupiuerat P. Canisius, ut commoda occasione .S. Mariam de Loreto inuiserem[a] ac porro[b] recreationis causa[c] loca alia. Sed id fieri non potuit propter Reginam. Fiet forte tempore suo[d] Deo uolente. Nunc uult Regina, ut ipsi et Aulicis Dominico die[e] hoc est cras et Festo Natiuitatis Domini etc.[f] exhortationem faciam, quod denegare illi non potuj, licet rarius id faciundum esse, mihi insinuauerat P. Canisius.

636 sive **aug. (a 11).** 3. Novembris 1565.

Ex apographo eiusd. temp. „Germ. 65“ f. 31ª.

Borgias praepositus generalis cardinali Augustano scribit: De collegio dilingano Canisium cum ipso agere posse. P. Natalem in imperii comitiis ac synodis provinciali et dioecesana operam praestare non posse cardinali; hunc autem Canisii opera uti posse.

S. Franciscus de Borgia, Societatis praepositus generalis, Roma 3. Novembris 1565 Ottoni cardinali Truchsess, episcopo augustano et imperii principi, ita scripsit de collegio Societatis dilingano atque de imperii comitiis Augustae proximo m. Ianuario habendis etc.: Ho riceuuto le lettere de V. S. Illustrissima de .11. et 29. de settembre, 6, et 22. d' ottobre . . . del resto che al decreto de nostra Congregatione[1] tocca sopra questa fundatione, perche dal Padre

a) *Ab E. corr. ex* inuisissem. b) *Sequitur v. quoddam (*Anconam*?) ab E. oblitt.* c) *Duo vv. sqq. ab E. supra vers. scripta sunt.* d) *Sequuntur 5 fere vv., ab E. oblitt.* e) *Tria vv. sqq. ab E. supra vers. scripta sunt.* f) *Verbum ab E. supra vers. scriptum.*

cipes fuesse al modo con que la mano advertida trata los Aspides“ (La heroyca Vida, Virtudes, y Milagros del grande S. Francisco de Borja, Barcelona 1754, 324).

[1] Societatis Congregatio generalis II. initio m. Augusti 1565 Borgiae facultatem tribuerat collegii dilingani, si cardinalis ei non provideret melius, dissolvendi; vide infra mon. it. (26).

Canisio l' hauera inteso V. S. Illustrissima non diro altro . se pur lui non hauessi hauuto memoria dela copia del decreto se li potrebbe mandare. Quanto al mandare il Padre Maestro Natale per seruire à V. S. Illustrissima nella prossima futura dieta imperiale, et Synodo metropolitana et Episcopale [1], l' animo mio et di esso Padre Natale é prontissimo à ogni cosa che secondo la professione nostra, potessimo fare in seruicio de V. S. Illustrissima come é il nostro debito, ma in uero detto Padre si troua uecchio et molto mal sano, et non pare si potrebbe mandare, massime nella inuernata nella quale ci trouammo, senza molta incommodità et detrimento de sua sanita, oltra che sta occupato in cose uniuersali de nostra Compagnia et de non poca importanza, et perche so che V. S. Illustrissima come padre et patrone de tutti noi uorra io tengha conto con quello che ho detto potendo seruirsi del Padre Prouinciale Canisio in quel medesimo effetto per il quale gli era occorso il Padre Natale, no mi stendero in dar altra raggione.

637 sive **aug. (a 12).** Ab ineunte ad medium m. Aprilem 1566.

Ex archetypis, quae exstant in Cod. „EN“ n. 170 116. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 53—54 60—62. Epistulis usus est *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 23. Earum partes aliquot posuit (germanice) *Duhr*, Jes. I 89.

Hebdomade maiore sive sancta Sociis plurimi Itali, Hispani, Germani, inter quos multi nobiles comparent, peccata confitentur. Die Paschatis plus 300 aulici et peregrini in sacello Sociorum eucharistiam sumunt; eandem ibidem feminae aliquot nobiles et protestantibus matrimonio iunctae cardinalis Augustani permissu sumunt. Iubilaei a Canisio promulgati permulti participes fiunt. In ecclesiis, inprimis in cathedrali, caerimoniae hebdomadis sanctae maxima populi catholici frequentia admodum pie et sollemniter ac protestantium cum admiratione aguntur.

P. Hieronymus Natalis S. J. Romam ad S. Franciscum Borgiam haec rettulit Augusta Vindelicorum d. 13. Aprilis 1566, quod erat „sabbatum sanctum“ : „Questa settimana . . . per esser tutti noi occupatissimi nelle confessioni Jtaliane, spagnuole et Thedesche . haueuo quasi deliberato di non scriuer' [2]. . . . Questi giorni santi, sono stati questi Principi ritirati, et la frequentia et deuotione del populo catholico alli officij et sante ceremonie della chiesa è stata da gran consolatione nel Signore à chi là vedeua, et da [a] ringratiar' molto la sua Diuina Maestà. Jl popolo de Protestanti et forestieri stano molto sopra di se et si portano con insolita modestia, et si viue in grandissima pace et quiete. *Et Dilinga 19. Aprilis 1566: Inter eos, quorum confessiones hebdomade maiore excepimus,* furono molte persone nobili et principali come alchunj conti et tre ò quatro Ambasciatori etc.: Et solamente li comunicanti in paschate [3] nella nostra capella [4], (cioè

a) *Ita in archet. correctum est ex* di.

---

[1] Vide supra p. 294.

[2] Sex Societatis sacerdotes confessiones excipiebant; vide supra p. 225. Cf. etiam Epp. *Nadal* III 181.

[3] Die 14. Aprilis.

[4] In sacello S. Lamberti; quod episcoporum augustanorum dicioni subiectum et cum aedibus episcopalibus coniunctum erat; vide supra p. 90.

forestieri et cortegianj) lj quali il Reuerendissimo d' Augusta[1] fù molto contento[a] comunicasero dà noi; ci pareua sarebbono 300 . mà il Reuerendissimo legato[2] domandandoni, quanti sariano comunicati, et dicendoli Jo. 300. mi disse che sariano piu Jmperoche sua signoria Jllustrissima, nella sua messa che dise quel giorno di pascha (come spesso suole dirla) nella nostra capella, pensaua hauerne comunicato 150, ò piu. . . . Dete Anchora licentia l' Illustrissimo Augustano, molto con sua gra[n] sodisfatione accio alchune matr[one] principali Augustane comunicasero dà noi. Jmperoche essendo loro mariti heretici, per viuer' con loro in pace almancho politica li conueniua fare quello che si conuiene a buonj christiani secretamente[b] in alchun loco ritirato (come è la nostra Capella) et non nelle chiesie principali. Jl Padre Canisio . . . publicò il giubileo[3] . . ., il quale hà guadagniato gran numero de genti; è stata cosa di grandissima edificatione et consolatione nel Signore nostro, et confusione à heretici uedere la frequentia la deuocione et emulatione la pace et charità christiana che questa settimana santa s' e uista nel domo nelli offitij diuinj, et nelle altre chiese, mà specialmente nel domo doue è concorsa gran multitudine, et si sono fatti li offitij Diuinj tanto deuota et ecclesiasticamente, et con tante et si belle ceremonie, che ne siamo marauegliati.

Dilinganae hae Natalis litterae a S. Francisco Borgia S. Pio V. ostensae, ei solacio fuerunt; vide supra p. 227. In fructibus a Canisio hoc tempore collectis numeranda videtur etiam pietas illa, quam *Achilles Pirminius Gasser* urbis augustanae medicus horum temporum aequalis in „Annalibus Augustensibus" memorat: Queritur hic homo lutheranus et catholicis infensissimus in anno 1566, catholicos modo coepisse „cum labaro et cruce", ut olim fecerint, ex urbe rus excurrere, ut victoriam ex Turcis adipiscerentur; id quod 48 fere annis superioribus Augustae iam non somniaverit quisquam; nunc vero „ejusmodi cultus . . . Lojolanorum suggestione . . . atque propter nostrorum erga Evangelium Christi ingratitudinem iterum impias agunt radices" (Scriptores rerum Germanicarum, ed. *Io. Burch. Menckenius* I, Lipsiae 1728, 1913).

638 sive **aug. (a 13).** M. Iulio 1566.

Ex autographo. „EN" n. 117. Etiam (ex eodem autographo) in Epp. *Nadal* III 175.

Cardinalis Truchsess et Ursula Fuggera vehementer instant, ut Canisius Augustae maneat.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, cum de P. Theodorico Canisio (qui universitatis collegiique dilingani rector erat) Germaniae superioris praeposito provinciali creando deliberaret, Dilinga 6. Iulii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: En caso che fuissi maestro theodorico prouincial maestro pietro canisio staria in

a) *Sequuntur vv.* se dasi, *oblitterata.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] Cardinalis Otto Truchsess, episcopus augustanus.
[2] Cardinalis Ioannes Franciscus Commendonus.
[3] Vide infra mon. aug. (b 15) (b 16).

augusta jl che con summa instantia vuole el cardenal y la Señora Fuccara.

Dubitari nequit, quin hoc loco (praeter cardinalem Ottonem Truchsess) significetur Ursula de Lichtenstein, Georgi Fuggeri uxor et Societatis patrona praecipua; cf. supra p. 535.

639 sive **aug. (a 14).** **Ab autumno a. 1565 ad autumnum a. 1566.**

Ex exemplo archetypo, Romam „pro Romana Prouintia" S. J. misso. „G. Ep. VII" f. 189.

Sociorum Augustae degentium numerus et officia. Ipsi homines, quos daemon vexat, solantur. Rumor est, homines a Sociis adeundis per daemones prohiberi.

P. Wendelinus [Völck] S. J. in domus S. J. augustanae „Litteris annuis", Augusta 1. Septembris 1566 datis, haec scripsit: Jn his aedibus anno superiore tres uel quatuor nostrorum conuixere, et duo duntaxat sacerdotes, quorum alter in aede primaria concionatur, alter domi, forisque confessarium poenitentibus praestat. . . .

Tres a malo Daemone grauiter diuexabantur[1], per nostros autem liberauit eos Dominus[2], et restituit solitae tranquillitati. Jdem beneficium fere contigit alijs, qui miris modis nocte ac die a Sathana impetebantur et cruciabantur, idque multis Augustae hoc tempore usu uenit. Accepimus a fide dignis, Daemones nonnullis, quos ueluti deuinctos tenebant, aperte minari, prohibere, disuadere, ne ueniant illi ad nos, ut pote mundi seductores[3]. . . .

[Laudantur] passim nostrorum studia . . . in iuuentute Germanica docte pieque instituenda: ut etiam Jacobus[a] Sturmius, qui scholae Argentinensi praeest, licet a Catholica fide alienus, tamen Jesuitarum in docendo diligentiam et industriam, priuatim publiceque commendet.

In contionibus Augustae in ecclesia cathedrali loco Canisii habendis sibi successerant PP. Martinus Stevordianus et Hermes Halbpaur; v. *Can.* IV 815, et supra p. 31 324. Confessiones excipiebat primum P. Guilielmus Elderen, deinde, hoc in Italiam misso, P. Wendelinus Völck; v. supra p. 225[1] 377[2]. Aderat etiam Fr. Stephanus Kreitzler (Creutzler) sive „Slavus" (cf. supra p. 113[3]). Aderat denique usque ad m. Iulium Fr. Iacobus Sekler coadiutor temporalis; v. *Can.* IV 815 et supra p. 286.

De augustanis illis exorcismis cf. Can. III 607; IV 401 806—809 869—886.

Quae de Societatis scholis a Völckio dicuntur, non ad augustanas Societatis aedes, sed ad collegia dilinganum, moguntinum, monacense, alia pertinent; nam Augustae Societas scholam nondum erat nacta. Ioannes Sturmius (Sturm) vir summis laudibus a protestantibus celebratus, qui gymnasio argentoratensi a. 1538—1581 praefuit, in praefatione „Classicarum Epistolarum", libris 3 Argentorati a. 1565 ab ipso editarum, de Societatis hominibus: „Vidi", inquit, „quos scriptores explicent et quas habeant exercitationes et quam rationem in docendo teneant quae a nostris praeceptis institutisque usque adeo proxime abest, ut a nostris fontibus derivata esse videatur" (f. A VI, apud *Bernh. Duhr* S. J., Die Studienordnung der Gesellschaft Jesu, Freiburg i. Br. 1896, 7[1]). Certe et Sturmius et Socii suam studiorum

a) *Sic; scribendum fuit* Ioannes; *vide, quae sub ipsas has Völckii litteras dicuntur.*

---

[1] Cf. Mt 15, 22; Mc 5, 15; Act 5, 16 etc. [2] 2 Tim 4, 18.
[3] 2 Cor 6, 8. Cf. Mt 27, 63.

rationem derivaverant ex ea, quam in Germania inferiore „Fratres vitae communis" sive Hieronymiani, maxime Leodii, sequebantur; id quod *Duhr* l. c. 5—13 luculenter ostendit[1].

640 sive **aug. (a 15).** A m. Martio ad Iunium a. 1566.

Ex archetypo, a P. Hieronymo Natale subscripto. Cod. „EN" n. 143. Epistula (ex eodem archetypo) primum edita est in Epp. *Nadal* III 179—190.

Augustae P. Natali decanus capituli cathedralis affirmat: Inter capitulum et Socios nihil iam exstare contentionis; de contionatore ecclesiae cathedralis et capitulo et Societati suam constare libertatem; canonicis placere, sive Canisius contionetur sive alius de Societate. Socii, sacello S. Lamberti contenti, altari, quod in templo cathedrali habebant, cedunt. Cardinalis Sociis amplas illas aedes, quae ad canonicatum Gebhardi Truchsess nepotis pertinent, gratis dabit habitandas. Hi duos ei Societatis homines, qui Augustae privatim doceant, promittunt. Doctrina christiana singulis hebdomadis per Socios, ut cardinali satisfiat, explicabitur. P. Völck „minister", P. Halbpaur contionator et „collateralis".

P. Hieronymus Natalis visitator Dilinga 19. Iulii 1566 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec de augustana domo Societatis rettulit: Por ayudar a aquella residentia de augusta primero hable yo al decano no estando el preposito en augusta[2] y quedo muy contento y offreciose a nosotros y dixome Fuerunt nescio quae contentiones inter capitulum et vestros[3] sed nunc nihil est nihil est. oportet nos esse vnitos contra haereticos, vos estis liberj si nolitis nobis dare concionatorem et nos liberi si alium velimus habere. et placet habere vnum ex vestris siue canisium siue alium sufficientem. ansi que padre con los canonigos estamos claros y no auemos menester nada dellos, tenemos nuestra iglesita que nos basta para nuestras confessiones y missas[4] y anos parecido dexar vn altar que nos quedaua en la iglesia mayor[5], porque nos era gran distraction y trabajo

[1] Eodem tempore easdem Societatis scholas valde laudavit Fridericus III. elector Palatinus et Calvinianorum patronus singularis (Briefe Friedrich des Frommen, bearb. v. *A. Kluckhohn,* I, Braunschweig 1868, 696). Atque hac nostra aetate de Sociorum scholis ab anno fere 1555, Canisio praecipuo auctore, in Germania institutis *Gustavus Droysen* historicus protestans catholicisque infensus scripsit: „Jetzt entstand, dem protestantischen Gelehrtenschulwesen gegenüber, dank vornämlich den Bemühungen von Canisius, ein jesuitisches, als dessen Begründer man ihn gradezu bezeichnen kann. Ein Schulwesen mit tüchtigen Lehrkräften, sorgfältig durchdachtem Lehrplan, reichen äußeren Mitteln, rasch wachsenden Erfolgen. Es begann der Wetteifer der jesuitischen Universitäten mit den protestantischen, die eines so hohen Ruhmes genossen" (Geschichte der Gegenreformation, Berlin 1893, 240—241).

[2] Cathedralis capituli augustani praepositus erat Marquardus a Berg; decanus Christophorus a Freyberg.

[3] De gravissimis „contentionibus", quae a. 1564 inter capitulum et Societatem fuerant, v. *Can.* IV xxxiii—xxxvi.

[4] Sacellum S. Lamberti, cum aedibus episcopalibus coniunctum (*„*Historia* de initio et progressu Domus Augustanae, quae Societati Jesu inseruit", sub a. 1570 a Socio aliquo conscripta).

[5] „Primis annis nostri in Ecclesia cathedrali Altare proprium a canonicis assignatum habuere in quo sacrificarent et sacramenta dispensarent": * *Historia* etc. (ut supra adn. 4). Habuisse autem videntur altare S. Bartholomaei, quod postea amotum est; v. *Can.* II 843.

por auer de dezir missa en nuestra iglesia y en el altar y estos padres lo deseauan mucho . el cardenal[1] fue contento y alos canonigos se hizo plazer[2]. Vltra desto acordamos con el cardenal que nos diese vna otra casa y ansi nos offreció la casa del canonicato de su sobrino[3] que estaua mas çerca de nuestra iglesia y es muy buena casa y se suelen estas casas alquilar a seglares, la terna la compañia por vida de su sobrino que es moco de 18. o .19. años. sin costa ninguna como offreçe el cardenal[4], esta casa no auemos podido auer[a] por mucho que auemos trabajado[5] al presente porque la tiene vn hereje y no la qujere en ninguna manera dexar . sera libre a san georgio[6] del año que viene y tanto por este quanto[b] que lo hauia sempre demandado el cardenal y offrescido desde la otra visita[7] y deseado y porque como me dize M. canisio ay esperanca de hazer alguna renta de limosnas de deuotos aunque sean secretas que no sepa el cardenal[c][8] y querrian que algunos muchachos se enseñasen en nuestro collegio y asi auemos dicho al cardenal que aujendo la casa ternemos allj dos maestros para enseñar muchachos priuatamente[d] y esto[e] como dixe a mucho que el pedia por dar de su parte quinientos florines y los canonigos nò dan sino ducientos por limosna, agora se a ordenado que se enseñe la doctrina christiana cada semaña vltra del sermon que se le auia tambien offrecido quando el augmento la renta[9]. Por este año auran de estar en aquella casa el mejor que podran y queda allj por predicador el padre Hermes y contenta. Hasta que veamos si el Padre M. canisio ha de ser prouincial o su hermano sera como mynistro y vicerector el padre Vandelino y el padre Hermes[10] su collateral[11] que de otra manera no a parecido estaria la cosa bien etc.

a) *Ita in arch. correctum est ex* hazer. b) *Sedecim vv. sqq. ab ipso Nat. in margine addita sunt.* c) *Sequitur* todauia, *oblitteratum.* d) *Sequitur* agora, *oblitt.* e) *Duo vv. sqq. a Natale supra versum scripta sunt.*

[1] Otto Truchsess, episcopus augustanus. [2] Vide *Can.* IV 544 557 679.

[3] Significatur Gebhardus Truchsess liber baro a Waldburg, cardinalis nepos: de quo supra p. 325.

[4] „Domus praesens tam diu nostris habitanda conceditur, quam diu Dominus Gebhardus uoluerit, eoque moriente ius et possessio domus ad Canonicos Cathedralis Ecclesiae iterum deuoluitur“: *Historia* etc. (ut supra p. 544[4]).

[5] Cf. Can. III 675 677; IV 500.

[6] Hoc festum Augustae m. Aprili agebatur (*Hoeynck* l. c. 245).

[7] Hanc domus augustanae visitationem Natalis m. Octobri et Novembri a. 1562 habuerat; v. *Can.* III 673—675.

[8] De stipe Ursulae Fuggerae etc. vide infra p. 547.

[9] Cardinalis Truchsess iam a. 1563 petiverat, ut aliquis de Societate in templo S. Ioannis catechismum germanice explicaret; ac Canisius quoque id valde desiderabat; at aedium angustiae obstabant, ne catecheta mitteretur; v. *Can.* IV 403 410 412 455. De contionibus catecheticis a. 1560—1565 a Canisio Augustae habitis v. *Can.* IV 660[10] 810 et infra mon. aug. (b 1).

[10] PP. Wendelinum Völck et Hermetem Halbpaur significat: inter quos haud ita bene conveniebat; vide supra p. 277 324.

[11] Ita Hermes Wendelini imperio non erat subiectus. De „collaterali“ v. *Can.* II 28[6].

Mirum non est, cardinalem Truchsess Sociis institisse, ut Augustae pueros aliquot saltem privatim docerent et ut catechismum catholicum susciperent explicandum; nam in gymnasio S. Annae, quae schola omnium amplissima erat atque etiam a catholicis pueris frequentabatur (cf. *Can.* IV 43[3]), catechismus Lutheri explicabatur. In urbis Augustanae **Chronico* quodam anonymo, quod Augustae a protestante aliquo ab a. 1548 ad a. 1564 (1570) perductum est, notatur: „Auf mitwochen adj 18 October 1559 . hat man hie zu S. Anna Jn den Lateinischen Schuellen den Knaben des Doctor martini Luthers seligen clainen chatechismus . so ist von newem zu Nurmberg getruckt worden, zu lernnen angefanngen, Doch haben ettlich schuellmaister disen Catechismus nit annemen noch lernnen wellen, sonnder ee aus der Statt ziehen wellen, es seind auch ettlich Knaben derwegen aus der Schuell kommen" (ex huius Chronici exemplo saeculo XVI., ut videtur, scripto, quod exstat Maihingae [Maihingen] in bibliotheca principum ab Oettingen—Wallerstein, f. 172[a]).

Borgias Sociorum augustanorum facta et consilia certis cum condicionibus approbavit; ita enim Roma 3. Septembris 1566 Natali respondit: „Ci è parso bene hauer leuato lo altare della cathedrale, et quanto si può trattener la buona uolontà dei canonici, et hauendo chiesa, et casa, et l' intrata della quale V. Reuerenza scriue, all' hora si rispondera all' assunto di tener mastri in Augusta" etc. (ex archetypo, quod est in „EB" n. 186; etiam in Epp. *Nadal* III 229).

641 sive aug. (a 16). Inter m. Februarium et Octobrem 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN" n. 148. Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 246—247.

Natalis visitator Borgiae praeposito generali refert: Socii augustani ab aliquot annis 700 florenos annuos a cardinali et capitulo acceperunt nec tamen plus quam contionatorem et confessarium eis dederunt; addi oportet saltem duos, qui privatim doceant, et unum, qui doctrinam christianam tractet. Canisius ex viatico a Pio IV. sibi dato 500 florenos apud Ursulam Fuggeram deposuit, qui collegio Augustae instituendo pro initio quodam fundationis essent; quibus aliae pecuniae vel additae sunt vel addentur. Natalis 500 florenos illos a Canisio in alios usus destinandos fuisse censet. Societati aedes, in quibus ipsius institutum servari possit, dabuntur.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Oeniponte 6. Octobris 1566 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem de Societatis domo augustana (vide supra p. 545) rettulit: L' intentione padre de dare doi mastri in Augusta li quali priuatim insegnasero, et facesero alcuna formula de collegio è cosa già d' alcuni annj offerita al Cardinale[1], et per questo intento, ò uero per hauer' piu operarij che è piu obligatione, ha dato questi annj il Cardinale 500 fiorini, doue non daua se non 200, et tamen mai habbiamo hauutto la dipoi che pigliamo 700 fiorini cioe 500 dal Cardinale et 200 dalli Canonici[2] se non vn predicatore et un confessore, et di questo si lamento con meco il Cardinale et saria raggione che almanco stasero li, diece de nostri, uolendo pigliar' 700 fiorini, fra li quali sariano doi mastri, li quali priuatim dentro de casa insegnassero alchuni puti et giouani figlioli de Catholici, et s' hauerebbe di dar' uno che facese la Dottrina Christiana, quello che di piu si[a] significaua a[b] V. P. è, che il Padre Canisio dà se senza hauerlo saputo io[c] insino à hoggi, hà destinato 500 fiorini che li restorono del Viatico del Papa Pio 4º[3] et

a) b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Sequuntur vv.* da se *vel similia, oblitterata.*

[1] Truchsess. [2] Ecclesiae cathedralis.

[3] Ex posterioribus Natalis litteris intellegitur, Canisio hanc pecuniam non a solo Pio IV., qui autumno a. 1565 eum iusserat nomine suo multos Germaniae proceres adire (vide supra p. 99), sed etiam — maximam partem, puto — ab aliis datam esse. Ceterum Canisius eam postea, mutato consilio, collegio ingolstadiensi destinavit; ne hoc quidem consilium ad effectum adductum est; v. infra mon. ing. (3).

dato in deposito alla Fuchera[1] per incominciar' à far' alchuna rendita per quella fundatione[2], et la Fuchera ha aggionto 100 fiorini, et hanno vn legato de 800 fiorini se si fa alchuna casa[a] in Augusta per la Compagnia et spera altre cose etc. mà io faccio poco conto di questo, et hauerei piu uoluto che li 500 fiorini si fusero mandati al Collegio Romano, ò, riseruatosi per le necessità comunj della Prou[incia[3],] mà tuttavia mi pare padre che pigliando 700 fiorini certi habbiamo di fare qualche cosa piu di quello che facciamo, et questa è l' unica via per aiutare quella casa d' Augusta che insino adesso hà visuto alla secolarescha[4], et per questo intento, il Cardinale ci dara à [la] festa de santo Giorgio vn' altra casa molto a proposito per seruar' l' instituto nostro[5], et non si intende obligation' alchuna in questo, percioche manco sono obligati ne il Capitolo, ne il Cardinale à darci niente à noi; mà tutto è, che ex hipothesi[b] che pigliamo 700 fiorinj, dobiamo dar' piu di quello che diamo, et puotrà esser' che vedendo alchun frutto nelle schole, si mouino alchune persone che sono mercanti molto ricchi à fare alchuna fundatione etc.

Borgias Natali Roma 26. Octobris 1566 respondit: „Delli duoi mastri in Augusta rimettomi a V. Reuerenza. parmi bene che si habbia casa acomodata, accio si possa tener disciplina Religiosa et qualche forma di Collegio“ (ex archetypo, ab ipso Borgia subscripto, in „EB“ n. 187; etiam in Epp. *Nadal* III 283).

642 sive aug. (a 17). Initio m. Novembris 1566.

Ex exemplo archetypo. „G. Ep. VIII“ f. 266a—267a.

Natalis visitator Augustae Canisio et reliquis Sociis aliqua constituit.

In augustanae domus Societatis Iesu „Litteris annuis“, Augusta 16. Septembris 1567 datis, haec referuntur de P. Hieronymo Natale: R. P. Visitator antequam Germaniae inferioris partes peteret, multa pro sua prudentia constituit utilia et necessaria hic degentibus.

P. Natalis initio m. Novembris „mese suauemente per superiore il P. Gregorio“; ita ipse 14. Novembris 1566 de P. Gregorio Roseffio Borgiae scripsit; simul ei rettulit, etiam P. Balthasarem (Sammareyer; de quo supra p. 494[6]) in domo augustana a se collocatum esse (Epp. *Nadal* III 301).

Exstat praeceptorum a Natale Sociis augustanis datorum indiculus manu *Canisii* praepositi provincialis scriptus, manu *Natalis* emendatus, a P. *Didaco Jimenez* sic inscriptus: „Quae dixit R. P. Natalis Augustae .6. Nouembris 1566“. Ex quo aliqua tantum pono: „Ratio gubernationis M. Gregorij, donec huc redeat P. Canisius, haec poterit esse, vt sinat P. Wendelinum totam rem domesticam gerere, quemadmodum hactenus fecit, Sub illius tamen superintendentia et obedientia. . . . Seruentur regulae omnes Societatis, et si qua uidebitur obseruari non

a) *Ita in arch. correctum est ex* cosa. b) *Ita in arch. correctum est ex* hipotesi.

[1] Ursulae a Lichtenstein, uxori Georgii Fugger; vide supra p. 106 533.

[2] Augustae collegium Societatis instituere et cardinalis Truchsess et Canisius et cives catholici volebant. Collegia autem „fundari“ sive suis redditibus iisque ad Sociorum certum numerum alendum sufficientibus instrui iusserant et ipse S. Ignatius et primae duae Societatis Congregationes generales (Constitutiones S. J. P. 4, c. 2, n. 5 6 etc.; Congr. I, decr. 73; Congr. II, decr. 8 post el. *Institutum* S. J. II 57 171 195—196).

[3] Societatis provinciam „Germaniae superioris“ significat.

[4] *Natalis* alio harum litterarum loco scribit, Augustae Sociis nondum contigisse, ut habitare possent „in tal casa che si tenghi disciplina, ne ordine della Compagnia et cosi s' acostumano à grande libertà quelli che stano là“ (ex archetypo, quod dixi; etiam in Epp. *Nadal* III 241—242).

[5] Domum Gebhardi Truchsess; vide supra p. 545.

posse, de illa referatur ad Prouintialem, vt ipse iudicet, num vsus illius regulae sit intermittendus, donec plenum sit Collegium. . . . Legatur ad mensam, sed ita vt singulis diebus id faciant omnes qui legere norunt, etiam praefectus [1]. Quod si graue hoc fieret, consulant Prouintialem." Hoc de lectione praeceptum a Canisio primum ita scriptum erat: „Legatur ad mensam, sed pro paucitate praesenti patrum et fratrum satis erit, si caput vnum noui testamenti, uel Gersonis [2], uel ex alio libro tantundem lectum fuerit ab aliquo patre uel fratre, qui tamen cum alijs incipiet statim edere uel coenare. Quod si Martyrologium germanicum [3] ad coenam legant, non opus erit alio capite." Haec omnia, incipiendo a „sed pro paucitate", postea lineis transmissis (ab ipso *Canisio,* puto) oblitterata sunt.

De mulierum in domum ingressu primum ita statutum erat: „Nulla mulier domum ingrediatur, ne ad primam quidem ianuam, et in hoc nulla sit dispensatio ne per Prouintialem" [quidem]; id quod deinde ipsius *Canisii* manu ita mutatum est: „Nulla mulier domum ingrediatur, ne ad portam priorem [4] quidem."

Positum erat etiam hoc praeceptum: „Mantellum, quod[a] factum est in vsum alium conuertatur . et fiat ex eo vestis interior . et si cui est egrediendum extra urbem, utatur filtro uel alia ueste, sicut nostri solent in peregrinationibus. Si autem prouintiali uideatur conseruandum [mantellum, conseruetur] [?]. Erit uero commodum, vt fiat mantellum ex crassiore panno, non tam longum et pretiosum ut illud iam factum, idque[b] sit commune omnium, uti necessum est." Postea vero hoc de mantello praeceptum lineis transmissis deletum est: quod ne in altero quidem eorundem praeceptorum indiculo comparet, qui, manu P. *Didaci Jimenez* S. J. scriptus, et ipse Romam missus est. Atque in hoc indiculo tum illi praecepto, quod de „ratione gubernationis", tum illi, quod de „seruandis regulis" est, manu P. *Ioannis de Polanco* secretarii Societatis ascriptum cernitur verbum: „fiat".

In priore illo indiculo a *Canisio* scriptum est: „Sacerdotes quotidie celebrent secundum consuetudinem societatis." Idem in altero indiculo a *Jimenez* positum, a Polanco vero lineis transmissis oblitteratum est; in margine autem *Polancus* scripsit (Sancto Francisco Borgia praeposito generali mandante): „tollatur quotidie, sed prouinciali scribatur vt commendatam habeat hanc consuetudinem quotidie celebrandi licet non vt lex ponatur" (ex indiculis autographis, quae exstant in Cod. „NIG" f. 19a—20b 29a et [magnam partem] excusa sunt in Epp. *Nadal* IV 255—256).

643 sive **aug. (a 18).** 26. Novembris 1566.

Ex praeceptorum Natalis indiculo, a P. Didaco Jimenez S. J. ipsius secretario scripto. Cod. „NIG" f. 67b 68. Etiam (ex eodem indiculo) in Epp. *Nadal* IV 322 323.

Canisius praepositus provincialis curare, ut Augustae a Sociis ratio communis cibi sumendi et regula „socii" serventur, a Natale visitatore iubetur, ita tamen, ut in aliquibus rebus dispensare possit.

Herbipoli d. 26. Novembris 1566 P. Hieronymus Natalis, Societatis per provincias Germaniae et Galliae visitator, Canisio Germaniae superioris praeposito provinciali, haec, praeter alia dixit: Jn domo Augustana instituatur ratio victus quotidiana, quae in collegijs obseruatur, nec maiores portiones[c] carnium uel piscium fiant, quam in

a) *Ita Can. ipse correxit ex:* Quandoquidem hactenus vsus mantelli nullus fuit, quod. b) *Sequitur* seruiat, *oblitteratum.* c) *Sequitur* fiant, *oblitteratum.*

[1] Hoc nomine Natalis P. Gregorium Roseffium designabat; vide Epp. *Nadal* IV 255.

[2] Significatur Thomae a Kempis libellus De imitatione Christi; v. *Can.* IV 251[4].

[3] Martyrologium, quod initio a. 1562 Dilingae, Canisio auctore, per Adamum Walasser editum est (*Can.* III 797).

[4] Vide *Can.* IV 564 et supra p. 356.

collegijs, erit autem in arbitrio Prouincialis positum ut singulis apponatur sua portio, antequam veniant ad domum quam pollicitus est Cardinalis, vel ut non apponantur[a] [?], sed simul omnes ex eodem disco comedant. . . . Augustae videat Prouincialis quatenus expediat dispensare cum nostris, ut aliquando soli templum adeant, si commode socium habere non possunt.

In ciborum igitur sumendorum ratione *Natalis* Socios augustanos, quoad in ampliores illas Gebhardi Truchsess aedes (vide supra p. 545) immigrarent, a communi more paulisper recedere, si Canisio provinciali ita visum esset, permisit, atque ita praeceptum temperavit, quod 6. Novembris 1566 Augustae iis dederat: „Certam rationem cibi quotidiani habeant. Ea erit quae in collegijs huius prouintiae obseruatur, de qua Dilinga [Dilingae?] cito scribetur" (ex indiculo a Canisio scripto, de quo supra p. 547: etiam in Epp. *Nadal* IV 256). Habebant autem singuli in mensa refectorii suum orbiculum; in quo panis erat positus; apponebatur singulis primum in suo disco „antipastus", quem vocabant, deinde in sua scutella „offa", tandem in suo disco carnes vel pisces vel ova; in fine epularum (in rhenana saltem provincia) caseus apponebatur (Epp. *Nadal* IV 330 334 607). De „portionibus" *Natalis* a. 1566 in collegio vindobonensi statuerat: „Pondus carnium quod dabitur fratribus, erit mane 7. aut octo Vnciarum et 5. aut sex ad coenam . si quid erit addendum propter ossa, iudicabit Superior" (ex praeceptorum Natalis vindobonensium catalogo eodem fere tempore scripto, qui exstat in „NIG" f. 94[a]; etiam in Epp. *Nadal* IV 290). Cf. etiam *Duhr*, Jes. I 567.

De „sociis" exeuntium S. *Franciscus Borgias* in *litteris communibus Roma 11. Ianuarii 1566 datis P. Theodoricum Canisium viceprovincialem monuerat: „S' è anchora ordinato, et cominciato à pratticarsi[b] qui in Roma, Che li nostri [non] uadino fuora soli, ma accompagnati ordinariamente, quantunque sin' hora in questa parte la necessita, et l' essere le persone tanto conosciute, habbia fatto sopportare, che alle volte andassino soli" (ex apogr. eiusd. fere temp.; „Antiqu. Ingolst." f. 90[a]). Atque ita *Natalis* m. Iunio 1566 in collegio monacensi praeceperat: „Seruetur regula quae hactenus est seruata in societate, ut nullus domo exeat absque Socio quem ei adiunxerit superior: et dicat superiorj quo exeant, et qua de causa." Et 6. Novembris 1566 in ipsa Societatis domo augustana: „Nullus domo egrediatur absque facultate et socio, quem superior assignabit" (ex praeceptorum Natalis monacensium catalogo, Monachii eodem fere tempore a P. Dominico Mengino S. J. scripto, et ex indiculo a Canisio scripto, de quo supra p. 547. Cod. „NIG" f. 20[b] 36[b]; etiam in Epp. *Nadal* IV 240 256).

Ad haec monumenta pertinent etiam aliqua ratione mon. 891 et 900.

b) Contiones.

644 sive **aug. (b 1).** A 4. Martii ad 24. Aprilis 1565.

De contionibus Augustae tempore Quadragesimae et diebus paschalibus a Canisio habitis. Quibus diebus quibus de rebus dixerit. De sexto Decalogi praecepto (polygamia, adulterio, divortio etc.); de evangeliis dierum, de legibus ieiunii et abstinentiae, oratione, passione Christi, eucharistia etc. De gravissimo „mandato episcopali" per Canisium promulgato.

In codice contionum a Canisio Augustae a Dominica prima Adventus a. 1564 ad Dominicam Palmarum a. 1565 habitarum[1] post

a) *Sic; corrigendum esse videtur:* apponatur. b) pratticasi *apogr.*

[1] Cardinalis Truchsess Dilinga 29. Martii 1559 Iacobo Lainio Societatis praeposito generali scripsit, Augustae fere 7000 catholicorum habitare (Epp. *Nadal* III 595).

contionem Dominicae primae post Epiphaniam sive diei 7. Ianuarii 1565 manu librarii antiqui notatum est: „Desunt conciones a 2. Dominica post Epiphaniam[a] usque ad Quinquagesimam" (Cod. otting. „L. C." f. 99[a]). Atque aliunde constat, Canisium sub d. 8. Januarii 1565 Augusta discessisse, ut Societatis collegia monacense, dilinganum, ingolstadiense praepositus provincialis inviseret, neque Augustam eum redisse, nisi paucis ante Dominicam Quinquagesimae sive diem 4. Martii 1565 diebus (*Can.* IV 775 929; et supra p. 33).

Sequuntur contiones in codice notatae: „Dominica Quinquagesimae" (4. Martii). Incipit: „Ante dies 14. incepit Ecclesia Catholica suam 70. et meditatur in ea" etc. Ex evangelio diei et de passione Christi dicens, eos vituperat, qui ieiunium quadragesimale neglegant et id tempus peccatis transigant; de Bacchanalium quoque recto usu contionatur (l. c. f. 99[a]—104[b]); cf. etiam infra mon. aug. (b 2) (b 3).

„Die Cinerum" (7. Martii) auditores hortatur, ut morum mutationem faciant, utentes maxime animi demissione et carnis castigatione, neve pravis „turbae" exemplis ab eo studio abducantur (l. c. f. 105[a]—108[a]). Cf. etiam infra mon. aug. (b 5).

„Feria 6. post Cinerem"[b] (9. Martii). „Nullus mihj uitio uertat quod concluserim mecum quoties hic praedicandum erit, ut in spetie aliquid dicam de 5. posterioribus praeceptis in altera tabula Mosi propositis. Ad hoc propositum me impulit quod prioris 5. praecepta exposuerim annis praeteritis. Ita ut adhuc debitor maneam ad reliqua alterius explicanda." Quorum praeceptorum tractandorum etiam „causam praebuerunt nouj magistrj sectarum per sua indiscreta scripta et dicta", ita disserentes, ac si Decalogus neque Christianis necessarius esset, neque ab iis observari posset. Deinde sextum praeceptum generatim atque universe proponit (l. c. f. 108[a]—110[b]).

Dominica I. Quadragesimae (11. Martii) ex evangelio diei ecclesiasticas ieiunii et abstinentiae leges defendit; pugnans 1. contra manifestos earum adversarios, ieiunii odium habentes illudque abolentes, 2. contra „semicatholicos", qui ieiunium rem esse sanctam, sed non praeceptam dicant, 3. contra „magnam turbam" Catholicorum, qui ieiunium valde neglegant; auditores monet, „ut non solum ieiunent a cibis, sed etiam a uitijs" (l. c. f. 110[b]—115[a]). Cf. etiam infra mon. aug. (b 5).

„Feria 2. post Inuocauit" (1. Martii). Ex evangelio diei de iudicio extremo contionatur; deinde de sexto Decalogi praecepto generatim dicit et, cur adulterium peccatum gravissimum sit, ostendit (l. c. f. 115[a]—120[a]).

Die 8. Quadragesimae et „initio angariae" (feria IV. quattuor temporum = 14. Martii) de ieiunio et quattuor temporibus ex evangelio diei, deinde „de adulterio" et maxime de polygamia dicit, eos, qui plus quam singulas uxores habeant, et ipsos in adulterio teneri demonstrans (l. c. f. 120[b]—124[a]).

„Feria 6ª post Inuocauit" (16. Martii) „De Euangelio Ioannis 5. cap." De moribus mutandis ex evangelio diei, deinde de gravitate adulterii (l. c. f. 124[b]—125[b]).

„Dominica Reminiscere" (II. Quadragesimae = 18. Martii). Ex evangelio diei[1] commendat orationem, inprimis precationes communes, caerimonias in oratione et missae sacrificio usitatas, morem orandi coram imaginibus sacris, orandi pro vivis et mortuis, invocandi sanctos (l. c. f. 125[a]—129[a]).

„Feria 2. post Reminiscere" (19. Martii). Quomodo catholici orare et possint et debeant. „De hoc promisi dicere quod herj tempus non permisit praestare";

a) Epiphania *libr.* b) *Sic; corrigendum videtur vel* Cineres *vel* Cinerum.

Annis proxime consecutis catholicorum numerus nonnihil auctus est; vide Can. III 599 606 608; IV 803. Anno 1563 in urbe „decuplo plures haeretici quam catholici reperiebantur" (Can. IV 801). Ceterum cf. Can. IV 842—843.

[1] Antiqua liturgia augustana eo die habebat evangelium Mt 15, 21—28 (*Missale* secundum ritum Augustensis ecclesie, [Dilingae] 1555, f. 53[b]).

deinde patres Veteris Testamenti, etsi complures uxores habuerint, in adulterorum numero non esse habendos ostendit (l. c. f. 129b—130b).

„Feria 4a post Reminiscere" (21. Martii), „de Oratione". Quid in oratione petendum sit, proponit. Deinde quid in rebus ad impudicitiam spectantibus inter veteres Israelitas et sui temporis Iudaeos intersit, ostendit (l. c. f. 131a—138a) Cf. etiam infra mon. aug. (b 6)

„Euang. Matthaei 21. de Vinea"; quod in ecclesia augustana (sicut in romana) legebatur feria VI. post Dom. II. Quadr.[1] (23. Martii). „Regnum Dei auferri" (Mt 21, 43) a Germanis monet; deinde „Differentiam Catholicorum et Sectariorum circa sextum praeceptum" proponit et a protestantibus matrimonia saepissime et facillime distrahi asserit (l. c. f. 138b—142b). Cf. etiam infra mon. aug. (b 7) (b 8).

„Annuntiationis et Dominico festo. Erat Dominica Oculi" (Dom. III. Quadr.); „hodie id est 25. Martij". Mariam palam laudandam esse monstrat; salutationis angelicae recitandae consuetudinem defendit; ex evangelio Dominicae peccatoribus, ut mores mutent et per confessionem peccatorum ad Pascha se parent, instat (l. c. f. 143a—148a).

„Summaria Euangelii tract." Tractatur autem evangelium Lc 4, 23—30; quod in ecclesia augustana (sicut in romana) legebatur feria II. post Dom. III. Quadr.[2] (26. Martii). Evangelium diei explicat et de divortio dicit (l. c. f. 148a). Eodem die Canisium Dilingam advenisse constat (vide supra p. 46); quare hanc contionem mane ab eo habitam esse censendum est.

„Feria 6 ante Laetare" (30. Martii). „Ioan. 4." De adulterio dicit. Matrimonia haud ita facile ineunda esse monet. Caelibatum et virginitatem laudat (l. c. f. 148b—153b).

„Dominica Laetare" = Dom. IV. Quadr. (1. Aprilis). „Promulgatio mandati Episcopalis." Dicit: 1. de ratione Dominicae, ex evangelio diei; „2. dicam de spirituali mandato quod mihi et omnib. parochis ad annuntiandum est iniunctum a R. d. Car. et Ep. Au." (verba ab ipso Canisio in margine ascripta). Ac primum quidem Canisius homines magistratibus et civilibus et ecclesiasticis oboedire debere ostendit; deinde in mandato illo „nihil sane nouj" praecipi monet; est enim „renouatio et repetitio praecipuarum partium", quas singuli et nosse et facere debent. Sequitur promulgatio mandati, in quo haec, praeter alia, dicuntur: „quod de rebus fidej non debes disputare in Zechen vnd wirtsheusern": „quod quisque cauere sibi debet a libris sectarijs ne illos uel habeat uel legat, imo quod locum habere non debeant allerlej schandtbuocher gemehl vnd bildtnuss, welche zum secktischen glauben oder leichtfertigkait raitzen"; parentes et patresfamilias curare debent, ut sui ad fidem christianam bene instituantur; puerperae „sollen sich gebrauchen des aussegnens": singuli „ante S. Pascha" peccata confiteantur; „seruetur salutaris consuetudo maiorum bis confitendj hoc tempore, ut ita melius probet se homo"[3]. Postea Canisius aliqua ad adulterium spectantia proponit (l. c. f. 154a—157b). Vide etiam infra mon. aug. (b 9) (b 10).

„Feria 2. post laetare" (2. Aprilis) „Ioan. 2." „De fornicatione." Dicit: 1. de vita emendanda, ex evangelio diei, 2. de adulteris, 3. de omni impuritate fugienda (l. c. f. 158a—160a). Vide etiam infra mon. aug. (b 11).

„Feria 4a" (4. Apr.) „Ioan. 9. cap." De evangelio diei (sanatione caeci nati) homiliam habet. Commentarium huius contionis valde breve est (l. c. f. 160b—161a): ex qua brevitate merito conieceris, Canisium, ut facere solebat, evangelio explicato ad decalogum explicandum convertisse sermonem et de „fornicatione" aliqua proposuisse.

„Feria 6. post Laetare" (6. Apr.) „Euang. de Lazaro Ioan. 11. cap." „Vltima concio de fornicatione." „Admonet et requirit tempus ut cito concludam nostram materiam de 6. praecepto, instat enim dominica passionis et deinde solet maxime

---

[1] *Missale* secundum ritum Augustensis ecclesie f. 58b—59a.

[2] *Missale* f. 63a. Vide etiam *Hoeynck* l. c. 53—55.

[3] 1 Cor 11, 28.

tractarj de duobus Sacramentis confessionis et communionis." His verbis a librario scriptis Canisius sua manu haec superscripsit: „Bona et laudabilis consuetudo quod in fine 40^{ae} [a] tractent praedicatores de 2 sacramentis." „Quoniam uero D. Suffraganeus[1] praedicat de poenitentia, mihi erit agendum de Sacramento altaris." Primum autem Canisius exponit, cur non solum homines matrimonio iuncti, sed omnes omnino fornicationem detestari et evitare debeant; aliqua etiam de passione Christi dicit (l. c. f. 161^b—165^b).

„Dominica de passione" (8. Apr.). 1. De evangelio diei dicit, in quo passionis Christi praecipua capita demonstrentur. 2. Ubi passionis Christi vis compareat. 3. Quibus eadem passio maxime prosit (l. c. f. 166^a—169^a). Cf. infra mon. aug. (b 12).

„Feria 2^a post Judica" (9. Apr.) „De remedijs contra luxuriam" (f. 169^b). Videtur igitur Canisius tractationem huius argumenti superiore feria VI., ut sibi proposuerat, absolvere ob temporis angustias non potuisse. Ceterum ad eundem diem pertinere videtur „Prima Concio de Eucharistia"; incipit: „Laudanda et retinenda" — haec postrema duo verba ab ipso Canisio addita sunt — „est consuetudo maiorum, qui ut dixi proxime circa hoc tempus fecerunt praedicarj de 2. Sacramentis poenitentiae et communionis." Docet, quinam digni non sint, quibus eucharistia detur (l. c. f. 170^a—172^a).

„Feria 4. post Iudica" (11. Apr.) Evangelium diei explicat et varia hominum genera, quibus eucharistiam sumere non liceat, recenset. „Debent abstinere aegrotj quando timetur periculum de uomitu, uel expuitione .26. quest. 6. cap. his qui[2] Tunc illis potest ostendj Sacramentum sicut mos est et debent contentj esse spiritualj communione" (l. c. f. 172^a—174^b).

„Feria 6. post Iudica" (13. Apr.). „1^a Concio de Sacramento digne sumendo." Inprimis rectam de eucharistia fidem necessariam esse affirmat et adversus novatores catholicam de eucharistia doctrinam stabilit (l. c. f. 174^b—178^a).

„In die palmarum" (15. Apr.). „Alia concio de Eucharistiae sacramento" [b]. Primum de sacri diei ratione dicit: deinde docet: „Quomodo communicantes dispositi esse debeant." Eos debere esse baptizatos, per poenitentiam mundatos, honestos ita, ut nemini offensionem afferant, oboedientes, concordes (l. c. f. 178^b—180^b).

In media hac contione codex ottinganus terminatur; quem si quis inspexerit, facile cognoscet, postrema eius folia excidisse vel evulsa esse. Ex iis autem, quae Canisius annis 1560—1564 hebdomade maiore et diebus paschalibus praestitit, merito conieceris, eum a. 1565 contionatum esse feria II. post Dominicam Palmarum (16. Apr.) et feria VI. in Parasceve (20. Apr.) atque Dominica feriisque II. et III. Paschatis (22., 23., 24. Apr.); praeterea vel feria IV. hebdomadis maioris (18. Apr.) vel feria V. in Coena Domini (19. Apr.) eum dixisse verisimile est. Fortasse etiam utroque die ad populum dixit et die Coenae Domini sermonem latinum ad clerum habuit; cf. *Can.* II XL—XLI; III 109 396 606 617 618 642; IV 833 834. Ceterum vide etiam infra mon. dil. (7).

His contionibus accedebant sermones catechetici, quos Canisius in templo S. Ioannis per hebdomades IV. Quadragesimae et „Passionis" fere feriis III. et V. mane ac fortasse etiam diebus dominicis post prandium habebat; vide supra p. 47.

Canisius inter 25. et 27. Aprilis 1565 Augusta discessit neque eo rediit nisi 31. Octobris; atque 2. Novembris denuo ad aliquot menses urbe abiit; neque 1. vel 2. Novembris contionatus est (cf. supra p. 127 et infra p. 558). Ipsius autem loco per totum illud tempus P. Martinus Stevordianus, collegii monacensis contionator, in templo cathedrali dixit; vide supra p. 31 73 178.

a) *Corr. ex* 4^{ae}. b) *Ita corrigendum esse omnino censeo ex* sacro, *quod est in Cod.*

[1] Michael Dornvogel, titularis episcopus adramytanus.

[2] Decretum *Gratiani* c. 10. C. XXVI. qu. 6.

645 sive **aug. (b 2).** 4. Martii 1565.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 102.

Canisius Augustae in contione docet, quomodo Bacchanalia laete simul et pie agi possint.

Canisius in contione, quam a. 1565 Dominica Quinquagesimae *sive 4. Martii Augustae in ecclesia cathedrali habuit, de recto usu Bacchanalium loquens:* Quomodo se habebit, *inquit,* bonus Christianus in der fassnacht, das er mit Gott vnd ehren kann frölich sein? *1. Deum precare; cum caeco illo, qui in evangelio Dominicae comparet, clamans:* Jesu fili Dauid miserere mej[1], miserere Clericorum et Laicorum et omnium caecorum, nesciunt quid faciunt[2] *etc.* *2.* propone tibj exemplum Sanctorum, qui cum suis amicis habuerunt honestam recreationem; non obliuisci *pauperum,* ut saltem de micis et fragmentis cadentibus[3] et de superfluis habeant aliquid famelicj fratres. 3° huc pertinet ut pacem faciamus cum offensis et proinde nunc amice cum illis agamus et edamus in signum uerae charitatis. Talia conuiuia sunt Deo grata.

646 sive **aug. (b 3).** 4. Martii 1565.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 99b.

Canisius refert: A Quinquagesima clerus olim ieiunare incipiebat et adhuc in Belgio abstinentiam incohat.

Canisius in exordio contionis, quam a. 1565 Dominica Quinquagesimae *sive d. 4. Martii Augustae in ecclesia cathedrali habuit, haec monuit:* Cur autem dicitur [haec] Dominica der Herren fassnacht. Nempe quod in ueterj Ecclesia mos erat, ut ab hoc tempore Clericj suum inciperent ieiunium, Laici autem in die Cinerum habentes idcirco 2 uel 3. dies amplius für die fassnacht. Hoc uerum esse probarj potest, c. statuimus distinct. 4. et c. sequenti sicut ordinarunt Telesphorus et Gregorius[4]. 2. in Belgica uidemus, ex parte sic obseruarj ab Ecclesiasticis, ut non edant [carnes][a] [?] duobus diebus sequentibus.

647 sive **aug. (b 4).** 7. Martii 1565.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 106b.

Canisius in contione, quam a. 1565 initio sacrae Quadragesimae sive Die Cinerum *(7. Martii) Augustae (in templo parochiali S. Ioannis Baptistae, ut videtur) habebat, auditores monuit:* Perpendamus quid hodie Ecclesia incipit cantare et facere . . . uidemus colorem nigrum, clausa altaria[5], imagines opertas.

648 sive **aug. (b 5).** 7. et 11. Martii 1565.

Ex contionum commentariis, ab ipso Canisio recognitis. Cod. otting. „L. C." f. 107a 115b.

Canisius Augustae ex sacro suggestu queritur, a Catholicis ieiunium sacrae Quadragesimae valde neglegi.

a) *Hoc v. supplendum esse censeo. „Praecipimus omnibus Sacerdotibus sub poena suspensionis excommunicationis, quod feria secunda et tertia ante diem cinerum ab esu carnium abstineant": Statuta synodalia dioecesis leodiensis, a. 1287 edita, cap. 11, n. 9 (Hartzheim, Concilia Germaniae III 699).*

[1] Lc 18, 38. [2] Eccl 4, 17. Lc 23, 34.

[3] Cf. Mt 14, 20: 15, 27 37; Lc 16, 21 etc.

[4] Has ordinationes *Gratianus* posuit in Decreto c. 4. et c. 6. Dist. IV: quare pro „c. sequenti" scribendum fuit „c. 6.". Ceterum et statutum illud S. Telesphori papae nunc pseudoisidorianum, et epistula illa S. Gregorii Magni habetur spuria (Corpus Iuris Canonici ed. *Aem. Friedberg* I, Lipsiae 1879, 6).

[5] Altaria alata, quae vocant („Flügelaltäre").

Canisius Augustae sermonem sacrum habens initio sacrae Quadragesimae sive 7. Martii a. 1565 queritur, quod multj non ieiunant . . . putant satis esse non comedere carnes, nec uolunt saltem ter in hebdomada abstinere a coena, quod tamen posset fierj sine nocumento et praeiudicio sanitatis. *Similiter Dominica prima Quadragesimae sive 11. Martii 1565 queritur: Ipsos etiam Catholicos in ieiunio servando valde neglegentes esse,* ita ut ex 20. uix vnus inueniatur bene ieiunans hoc tempore.

649 sive aug. (b 6). 21. Martii 1565.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 132b.

Canisius Augustae de oratione sermonem sacrum habens simplicioribus commendat, ut in charta tres orationis partes notent.

Canisius, cum Augustae (in templo parochiali S. Ioannis Baptistae, ut videtur) feria IV. post Dominicam II. Quadragesimae sive 21. Martii 1565 „de oratione" contionaretur, haec, praeter alia, commendavit: Ut breuiter sciant simplices oraturj debent adferre schedulam uel chartam in qua scribantur tres lineae 1a benedic anima mea domino"[1]; oratio enim incipiatur oportet a gratiarum actione. „2a linea Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino"[2]; sequi enim debet peccatorum confessio et detestatio. „3. linea est: Reuela Domino uiam tuam et spera in eo et ipse faciet[3] psal. 36 ut in specie proponas tibj puncta de quibus uis orationem facere siue pro te siue pro alijs siue pro malis uitandis siue pro bonis consequendis.

650 sive aug. (b 7). 23. Martii 1565.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 140.

Canisius Augustae e sacro suggestu queritur: Regnum Dei auferri a Germanis; qui Scripturam corrumpant, fidem deserant, 2 tantum sacramenta admittant, clerum et leges omnes contemnant.

Canisius anno 1565 Augustae (in ecclesia parochiali S. Ioannis Baptistae, ut videtur) Euang. Matthaei 21. de Vinea *(Mt 21, 33—46) feria VI. post Dominicam II. Quadragesimae (23. Martii) explicans, haec de verbis illis Christi „Auferetur a vobis regnum Dei" (Mt 21, 43) auditores monet:* Nota clare in germanis implerj haec verba et proinde ualde nobis metuendam hanc prophetiam tantoque magis quando uidemus paucos uel nullos fructus regni[4] apud nos in utroque statu superesse: Vbi nunc est quo gloriamur uerbum Dej, quod nunquam fuit magis obscuratum in glossis[a] et falsificatum in textu et peruersum a sectarijs, male vsurpatum a vulgo. 2. vbj nunc fides nostra antiqua uera Catholica, quae nunquam habuit maiores hostes, abnegatores et plures contemptores ac blasphematores. nonne aufertur a nobis gratia Sacramentalis cum uix duo nobis relinquuntur Sacramenta et quinque tolluntur et illa duo non integra.[5] 4. nonne aufertur a nobis ordo Ecclesiasticus, quj ita contemptus iacet, nunquam fuit magis exiguus et indignius habitus. 5. aufertur politia cum nullum ordinem nullas leges ferimus, libertatem omnes postulant a iugo, inter se discordes principes, praesertim quae pertinent ad obedientiam Ecclesiae debitam nihil curantur, et omnia sunt abusibus plena atque erroribus.

a) glosis *libr.*

[1] Ps 102, 1 2 22; 103, 1. [2] Ps 31, 5. [3] Ps 36, 5. [4] Mt 21, 43.

[5] Lutherus, cum aliquando tria sacramenta — baptismum, poenitentiam, eucharistiam — esse dixisset, in Catechismo maiore baptismum tantum et eucharistiam sacramenta a Christo instituta dici posse asseruit. Similiter Zwingliani et Calvinistae. Qui omnes sacrificium eucharisticum, transsubstantiationem, Christum sub speciebus eucharisticis etiam extra sumptionem praesentem negabant vel etiam sacramenta nuda tantum signa esse docebant. Anabaptistae etiam baptismum puerorum reiciebant.

651 sive **aug. (b 8).** 23. Martii 1565.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 141[b].

Canisius Augustae ex sacro suggestu asserit, Lutherum quibusdam cum condicionibus adulteria permisisse.

Canisius in contione, quam Augustae (in templo parochiali S. Ioannis Baptistae, ut videtur) feria VI. post Dominicam II. Quadragesimae sive 23. Martii 1565 habuit, protestantes facilius leviusque matrimonia disiungere queritur; deinde de Martino Luthero — hunc enim nomine „tertii Eliae" (protestantium) significat — haec addit: Adhuc enormius est, quod scribit 3. Helias vxorem posse accipere ueniam a marito impotente das sie[a] ain haimlichen Ehe hab mit ires mans bruoder oder nechsten freundt, uel quod possit ad extraneos aufugere. Jmo dicit adhuc crassius sie[b] [?] mag waidlich huren vnd Ehebrechen, ita etiam maritus habens praefractam mulierem potest dicere, wiltu nit so will ain andere, will die fraw nit so kom die magt . quis hoc scripsit? Luther. 2. in quo libro? vom Ehelichen leben . 3. quoto folio? 17.[c] [?] 4. ubj liber excusus? Witenbergae.

Canisius praeterea in pagina priore involucri aversi huius Codicis doctrinam illam Lutheri exscripsit ex eius „Contione vom Eelichen leben Vitembergae excusa 1522. 1533. in sexto tomo". Contio Lutheri primum excusa est Vitembergae a. 1522. Loci a Canisio prolati exstant in ea f. A IV[a] — C II[b]; exstant etiam in operum Lutheri editione erlangensi (XX. Bd, 1. Abt., Erlangen 1829, 60—72) et in recenti illa vimariensi (X. Bd, 2. Abt., Weimar 1907, 287—290) [1]. Hoc vero diligenter notetur oportet: Sententiam illam „Sie mag waidlich huren vnd Ehebrechen" Canisius, si verba ipsa spectantur, in Lutheri contione aliisve eius scriptis invenire non poterat; neque enim ibi exstant; quod autem ad rem ipsam attinet, *Lutherus* in contione illa docet, matrimonium adulterio dissolvi posse, idque privatim sive clam per coniugem alterum, palam per magistratum civilem vel, si is renuat, per ecclesiam. Quaerit deinde: Quid de adulteris statuendum est, si forte pudicitiam servare nequeant? „Antwort. Darumb hatt gott im gesetz gepotten, die eebrecher steinigen, das sie diser frage nit dörfften. Also soll auch noch das weltlich schwerdt vnd oberkeit, die eebrecher tödten. . . . Wo aber die oberkeit seumig vnd lessig ist vnd nit tödtet, mag sich der eebrecher in ein ander ferne landt machen, vnd da selbs freyen, wo er sich nicht halten kann" (ita Editio princeps f. C II[a]; eadem sunt in editionibus erlangensi l. c. 71 et vimariensi l. c. 289). Ecclesia vero catholica hoc iam inde ab initio ex sanctorum Patrum doctrina, atque etiam ex ipsa sacra Scriptura acceperat — Lutherus haec ignorare non poterat — ac paulo ante in Concilio tridentino denuo sollemniter docuerat: Propter adulterium alterius coniugum matrimonii vinculum non posse dissolvi, neque posse vel utrumque vel saltem innocentem, altero coniuge vivente, aliud matrimonium contrahere; „moechari" autem eum, qui dimissa adultera aliam duxisset, et eam, quae dimisso adultero alii nupsisset (Sess. XXIV, can. 7). Cum igitur Lutherus ipsi etiam adultero permitteret, ut vivente uxore innocenti

a) *Ita corrigendum esse ex* er, *quod Canisii librarius festinans scripsit, ea quae antecedunt et sequuntur, perspicue ostendunt.* b) *Vocabulum* er, *quod a Canisii librario supra pro* sie *perperam positum erat, hic, ut videtur, pro* sie *poni debuit; vide, quae de hac sententia sub ipsam hanc contionem (contionis partem) notabuntur.* c) *Sic libr.; videtur esse corrigendum* 177. *Vide, quae sub ipsam hanc contionis partem postremo loco dicentur. Huiusmodi errata apud Canisii librarios haud ita rara sunt.*

[1] De muliere viro impotenti iuncta Lutherus ita iam statuerat in libro „De captivitate babylonica".

aliam duceret, Catholici omnes dicere poterant atque debebant, Lutherum ea permittere, quae fornicationis et moechiae sive adulterii rationem haberent: „er mag waidlich huren vnd Ehebrechen" [1]. Neque quidquam refert, quod in codice Canisii dicitur: „sie mag" etc.; nam 1. id vitio librarii raptim scribentis factum esse videtur; qui, cum paulo ante „er" pro „sie" posuisset, hoc loco „sie" pro „er" posuit. 2. *Lutherus* adulteris utriusque sexus illa permittit; haec enim addit: „Wirt aber yemandt diss anfechten vnd sagen, damit wirt lufft vnnd rawm geben, allen bösen man vnd weibern, von einander zulauffen, vnd in fremden landen sich verendern. Antwort, was kan ich darzu? Es ist der oberkeit schuld" etc. (l. c. f. C II^b). Erraveris tamen, si Canisii contiones iisdem omnino, nec pluribus, verbis habitas esse dixeris, quibus in eius codicibus scriptae sunt; haud raro ille aliqua, quae in codicibus breviter indicata sunt, e suggestu ampliore sermone explicabat; quod nisi fecisset, eius contiones saepe brevissimae fuissent; id quod nunquam compertum est. Quare tametsi, quae Lutherus de adultero ad externos aufugiente dixerat, in codicem transscripta non sunt, non sine veritatis specie dici potest: Canisius coram auditoribus primum Lutheri verba recitavit; deinde eos monuit, ita a Luthero permissum esse id, quod catholici non possent non ducere fornicationem et adulterium.

Cum Canisius in corpore codicis editionem operum Lutheri commemoret vitembergensem et „tomum sextum", atque in postrema codicis parte denuo „sexti tomi" mentionem faciat, dubitari nequit, quin significaverit librum: „Der Sechste teil der Bücher des Ehrnwirdigen Herrn Doctoris Martini Lutheri. Gedruckt zu Witteberg durch Hans Lufft 1553"; ibi enim f. 172^a-181^b sermo ille „Vom Ehelichen Leben. Martinus Luther. 1522" denuo excusus est, et f. 176^a 177^a ea, quae Lutherus de adultero aufugiente et de „marito habente praefractam mulierem" dixit, comparent; desunt vero illa de uxore viri impotentis verba; caput illud prorsus omissum est (f. 173^b-174^a). Unde ergo Canisius verba illa accepit? Si ex alia sermonis lutherani editione, hanc, puto, nominasset, significando simul, in quo editionis folio essent. Opinabatur, puto, ea in vitembergensi editione exstare. Atque ita animo occurrit verborum canisianorum explicatio quaedam, quae a superiore illa differt: Canisius Lutheri verba non ex ipsis Lutheri libris, sed ex fonte aliquo hausit secundario, ut ex scripto apologetico vel polemico [2]; cuius auctor catholicus potestatem adultero profugo a Luthero factam catholice (ut supra dixi) ita interpretatus sit: „Er mag waidlich huren vnd Ehebrechen"; quia autem eo tempore libri, inprimis catholici, negligentius excudebantur (vide supra p. 282) neque, cum aliorum scriptorum verba in iis proferebantur, ea tam perspicue, ut nunc fit, ab illorum, qui eadem proferebant, verbis distinguebantur (mutata typorum forma vel signis appositis), fieri poterat, ut Canisius verba auctoris polemici haberet verba Lutheri; perinde atque aliquot annis ante, „Decreti" editione parum accurata deceptus, verba Gratiani putaverat verba esse Leonis IV. papae; vide *Can.* IV 90^1. Ne haec quidem explicatio omni veritatis specie carere mihi quidem videtur.

Ceterum, quidquid Canisius in hac contione adversus Lutherum protulit, id modestum et suave dicendum est, si confertur cum verbis imaginibusque foedissimis et cum calumniis atrocibus, quibus Lutherus non semel, sed saepe pontifices, episcopos, monachos in contemptum atque invidiam adducere conabatur; piget et pudet singula persequi; commemoro tantum eius librum „Wider das Papstthum zu Rom vom Teufel gestiftet"; cf. *Denifle* l. c. 824—831; *Janssen* l. c. III $^{17-18}$ 592—594.

[1] De hoc Lutheri dicto vide *Heinr. Denifle* O. Pr., Luther und Luthertum in der ersten Entwickelung I [2], Mainz 1904, 271—272.

[2] Apologetae catholici iam coeperant haec Lutheri placita Lutheranis obicere; ut *Fridericus Staphylus:* „Luther leert, Wo die fraw nicht will, so kumb die magt. Auss disem edlen baum ist die herrlich frucht kummen, das das gantz Lutherthumb mit eebruch vnd vnzucht gar vberschüt worden" etc. (Christlicher gegenbericht an den Gottseligen gemainen Layen, Vom rechten waren verstand des Göttlichen worts etc., s. l. 1561 f. $\mathfrak{D}^b$).

652 sive **aug. (b 9).** 1. Aprilis 1565.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 156[a].

Canisius Augustae in ecclesia cathedrali, quomodo lex ieiunii servanda et in ea dispensandum sit, explicat.

Canisius, cum 1. Aprilis 1565 (Dom. IV. Quadr.) Augustae in ecclesia cathedrali „mandatum episcopale" promulgaret et explicaret, de ieiunii et abstinentiae legibus haec notavit: De Quadragesima specialiter praecipitur, quod exceptis Dominicis quotidie debeat sumj prandium tantum, et quisque se a coena continere, ita tamen quod uesperj liceat aliquid sumere ad refectionem edendo uel bibendo. 3. dispensandum esse cum infirmis, grauidis, puerperis et alijs non potentibus ieiunare, modo id fiat cum facultate pastoris et medicj.

De hac „utriusque medici" facultate petenda vide, quae notavi *Can.* III 76[1].

653 sive **aug. (b 10).** 1. Aprilis 1565.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 155[b].

Canisius Augustae ex sacro suggestu fideles vehementer monet, ut a libris pravis caveant.

Canisius, cum 1. Aprilis 1565 Augustae in ecclesia cathedrali „mandatum episcopale" promulgaret, ad caput illud, quo fideles a „libris sectariis" aliisque libris et imaginibus pravis cavere iubebantur, haec notavit: Non potest negarj quod sicut curiositas decepit Euam[1], sic nunc etiam multos decipiat, dum attendunt spiritibus erroris[2] et dulce uenenum sugunt ex nouis libris qui sunt pestilentiores quam quaeuis lepra, quiuis cancer et pestilentia, nec potest doctrina sana retinerj, ubj non cauentur librj huius temporis pleni omnibus erroribus et a centesimo non intelliguntur.

654 sive **aug. (b 11).** 2. Aprilis 1565.

Ex contionis commentario; commentarii partem, quam infra pono, Canisius sua manu scripsit. Cod. otting. „L. C." f. 158[b] 159[a].

Canisius ob contiones Augustae de adulterio habitas ab aliis laudatur, ab aliis vituperatur. Adversus quos se defendit. Neminem miseriorem contionatoribus esse dicit.

Canisius cum sacra Quadragesima a. 1565 Augustae sextum Decalogi praeceptum, praeter alia, explicandum suscepisset et de adulterio aliquotiens contionatus esset, feria II. post Dom. IV. Quadr. sive die 2. Aprilis ultimam de adulterio contionem habiturus auditores monuit: Facile cogitare possum non omnes qui me audiunt, non[a] unius mentis esse . quidam laudant quod de peccato adulterij materia sedulo explicetur. Putant quod raro haec tractentur et tamen multis prosint nec solum confitentib. sed et confessorib. 2 quod nullus prudens offendi possit proponi remedia contra morbos graues adulterantium 3 quod hic mundus nunc plenus adulterij[3] non satis possit admonerj, et arguj, cum honor domini sic imminuatur, et coniuges parum perpendant statum suum honestum, qui factus fouea aller vnflat. Alij

a) *Sic; alterum hoc* non *omittendum fuit.*

[1] Cf. Gn 3, 1—7. [2] 1 Tim 4, 1. Cf. 1 Io 4, 6. [3] 2 Petr 2, 14.

contra non laudant sed quasi irasci volunt, quia indiscrete agitur, pudica corda possent offendi, non opus de his rebus praedicare. R. Nihil facilius quam audire contionatorem, nil difficilius quam omnib. satisfacere hoc tempore. 2 legatur c. 1 Ad Rom. et Leuit. 20.[1] 3 et alij doctores . Got Helffe Got . non miserabiliores homines quam praedicatores, una hora perit illis quod toto anno edificant. Crucifige Crucifige[2]. Det illis dominus intellectum[3] et mihi patientiam et omnibus uitae correctionem.

655 sive **aug. (b 12).** 8. Aprilis 1565.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. Cod. otting. „L. C." f. 166^a—169^a.

Aliqua ex antiqua ecclesiae augustanae liturgia.

Canisius in contione Augustae in templo cathedrali Dominica Passionis (8. Aprilis) a. 1565 habita auditores sic monuit de caerimoniis et vestibus sacris, quae eo tempore in dioecesi augustana adhibebantur: Sacro hoc tempore Passionis proponitur crux, et ostenditur color sanguineus et rubeus, ut sic etiam melius recordemur passionis, in qua Christus nobilem et rubeum sanguinem effudit.

656 sive **aug. (b 13).** 28. Septembris 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. „Germ. 65" f. 16^b.

P. Stevordianus Augustae in ecclesia cathedrali, saltem quoad Canisius ex peregrinatione redeat, contionari (ut iam fauste coepit) iubetur.

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, Roma 28. Septembris 1565 P. Martino Stevordiano S. J., qui Canisio Romam eunte eius loco Augustae in templo cathedrali contionari iussus erat (vide supra p. 552), scripsit: Pergratum nobis fuit in Domino, quod intelleximus .R. V. ministerium in praedicatione Augustanis fructuosum nec minus iucundum hactenus extitisse, et ut in posterum idipsum speremus, et amplius de Dei bonitate aequum est. Cum autem R. P. Prouincialis Canisius aliquandiu abesse ab Augustana ecclesia debeat, ut ab ipso intelliget R. V.: uisum est R. P. N. Praeposito, expedire, ut ipsius loco maneat Augustae, quod ad cathedram attinet, ac uerbj Dei praedicationem. Nec dubitamus quod .R. V. hoc charitatis munere eo libentius fungetur, quod praeter externorum spiritualem utilitatem, ipsi etiam Societati omnino conuenit, ut ita id fiat, ad tempus saltem, donec .P. Prouincialis Augustam redeat.

657 sive **aug. (b 14).** M. Octobri 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 94^b.

Stevordiani contiones. Canisium aut Augustam non redire aut continuo ibi manere volunt.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae viceprovincialis, Dilinga 11. Octobris 1565 S. Francisco Borgiae praeposito generali ita scripsit de P. Stevordiano, qui Petro Canisio Augusta Romam evocato, Monachio ad contiones in cathedrali ecclesia eius loco habendas missus erat: Pater Martinus Steuordianus placet Augustanis in suis concionibus, vt plaerique eum audire malint quam alium quemuis. . . . Obtulisse

[1] Rom 1, 24—27 et Lv 20, 10—21 varia libidinum genera sat planis verbis recensentur. [2] Lc 23, 21. Io 19, 6.
[3] Ex 36, 1. 2 Tim 2, 7. Cf. Ps 15, 7; 31, 8; 118, 34 etc.

illi dicuntur Canonici 400 florenos et duos equos, si manere apud eos velit. Fama haec etiam ad aulam peruenit Monachium. Vellent Canonici praecipui non redire Augustam Patrem Canisium, Quodsi redeat, volunt illum Augustae fixum haerere, et non toties ad Collegia excurrere.

658 sive **aug. (b 15).** **A d. 24. Februarii ad 13. Aprilis 1566.**

Canisius quando ex legatione pontificia ad sacrum suggestum augustanum redierit. Quotiens ubi per Quadragesimam verba fecerit. Rogatu Mariae imperatricis in templo S. Catharinae semel singulis hebdomadis ad feminas nobiles germanicae nationis cum ipsa versantes dicit. Commendono legato pontificio operam offert ad ipsius famulos semel singulis hebdomadis in sacello S. Lamberti instituendos. Protestantes nonnulli Canisium audiunt; aliqui aquam sacratam inquinant et prope templi fores carnes vorant. Canisius de passione Christi copiose contionatur. Iubilaei ab ipso promulgati gratias plurimi sibi comparant.

Canisius ex legatione pontificia, quam initio m. Novembris 1565 aggressus erat, paulo ante medium m. Februarium 1566 Augustam rediit (v. supra p. 191). Ibi Canisii loco P. Martinus Stevordianus S. J. contionatorem ecclesiae cathedralis agebat; qui tamen, Alberto V. Bavariae duce instante, paullo ante d. 24. Februarii 1566 Monachium ad contionandum rediit (v. supra p. 198). Ac canonici, cum aliquamdiu deliberassent, essetne Canisius in sacrum suggestum revocandus necne, 19. Februarii vel paulo ante eum revocarunt. Etsi autem contionis proxima die dominica, quae erat 24. Februarii, habitae commentarium in Canisii scriptis non comparet, mihi tamen verisimile est, eum eo die munus auspicatum esse. Nam ea contio ob Bacchanalia, quae illo die incohabantur (erat Dominica Quinquagesimae), magni erat momenti; ac solebat Canisius, cum aliquamdiu suggestu abfuerat, auditores salutare iisque se excusare (*Can.* II 848; III 618; IV 819 820); neque vero in commentario contionis die Cinerum ab eo habitae quidquam eius generis cernitur.

De contionibus per sacram Quadragesimam a. 1566 a Canisio habitis P. *Hieronymus Natalis* Societatis visitator Augusta Vindelicorum 16. Martii 1566 ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem rettulit: „Jl Padre Maestro Canisio stà bene, è ben' uero che li temo non sia troppo trauaglio predicar', quatro uolte la settimana, principalmente che hieri mi dimando la Jmperatrice per mezzo de donna Maria[1] che una uolta la settimana predichi alle sue damicelle Thedesche, et Jl Padre Canisio s' hà inclinato à questo et cosi l' habbiamo concesso, spero ch' il Signor li dara forze" (ex archetypo, quod est in „EN" n. 103; etiam in Epp. *Nadal* III 26; cf. etiam *Sacchinum,* Can. 229 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 23). Idem *Natalis* Augusta

[1] Significari puto Mariam de Cardona, quae ab annis aliquot cum imperatrice versabatur, et, si non ante, certe a. 1567 summa eius cubicularia erat (*Can.* IV 26 54. *Colección* de Documentos inéditos para la Historia de España CI, Madrid 1891, 159).

23. Martii 1566 Borgiae de Maria Maximiliani II. imperatoris coniuge et Philippi II. Hispaniae regis sorore, atque de Maria de Cordona, eius cubicularia, scripsit: „Han demandado al padre Canisio para las Damas Tudescas vn sermon ala semana“ (ex archetypo, quod est in „EN“ n. 106; etiam in Epp. *Nadal* III 37). Praeterea Canisius Natale probante cardinali Commendono legato pontificio operam suam obtulit: paratum se esse ad brevem aliquam contionem in sacello S. Lamberti (in quo Socii sacris operabantur; v. supra p. 544) singulis hebdomadis ad Germanos cardinali famulantes habendam; ita enim *Natalis* in litteris, quas proxime dixi: „El padre Canisio de mi consenso ha offrescido al legado para su familia en nuestra Capilla algun sermoncillo, en la semana“ (l. c.). Qua Canisii opera num Commendonus usus sit, nescio[1].

Ad populum autem Canisium singulis Quadragesimae hebdomadis minimum 4 contiones habuisse — diebus dominicis, Lunae, Mercurii, Veneris — ex more, quem a. 1560, 1561, 1562, 1564, 1565 servabat, coniectaris (*Can.* II xl 846; III 615 616; IV 829—832 et supra p. 550 ad 552); idem ex contionum illarum commentariis, quae adhuc exstant, colligi posse videtur. Atque Dominicis diebus certe in ipsa ecclesia cathedrali dicebat: operosis autem diebus eum in templo parochiali S. Ioannis Baptistae, quod cryptoporticu quadam cum cathedrali coniunctum erat, dixisse conicio (cf. *Can.* IV 840); die certe Cinerum auditores certiores fecit, se per Quadragesimam „in qualibet concione partem aliquam“ epistulae S. Iacobi „declarare“ statuisse: „ter autem contionabor“, et in proxima contione, eaque, ut videtur, die Veneris habita: „Quoties hic praedico“ per Quadragesimam, de epistula S. Iacobi agam. Dominicis autem Quadragesimae, cum in ipso templo cathedrali diceret, hanc epistulam non tractabat.

Ad feminas nobiles germanicae nationis, quae cum imperatrice versabantur, Canisius dixisse videtur in ecclesia S. Catharinae, ad monasterium virginum ordinis dominicani pertinente; nam ad secundam ex his contionibus ipse notavit, eam „apud S. Catherinam“ habitam esse; quod templum et aedibus fuggericis, in quibus imperator habitabat (v. supra p. 196[4]), valde vicinum erat et imperatorem singulari quadam ratione patronum habebat.

Ita interpreteris licet id, quod scribit *Boero* (Can. 296): Canisium ad feminas illas „nella cappella reale“ dixisse. Quod autem *Dorigny* scribit: „Il faisait encore toutes les semaines, à la priere de l'Impératrice, une Prédication au Palais, pour les Dames qui étoient de sa Cour“ (l. c. 265), ille perperam intellexisse videtur verba *Sacchini* scribentis: „Imperatricis rogatu semel quoque per hebdomadam verba faciebat ad germanas ex eius Aula Matronas, ac Virgines“ (Can. 229) et: „Semel quaque hebdomada ad Imperatricis dicebat aulam“ (Hist. S. J. III, l. 2, n. 23).

[1] *Natalis* Borgiae Dilinga 19. Iulii 1566 de P. Iacobo Ledesma scripsit: „Predicó dos ó 3 vezes á la familia del cardenal“ (Epp. *Nadal* III 180—181).

Etiam protestantes nonnulli contiones Canisii audiebant. P. *Natalis* enim de iisdem Roma 7. Octobris 1568 sacerdoti alicui Societatis scribens: „Muchos“, inquit, „destos, que de Saxonia y de otras partes auían venido con aquellos príncipes, oyan á las vezes los sermones del P. Canisio; y para reyrse y burlarse de los cathólicos, vnas vezes hechauan poluos de carbón en la pila del agua bendita, y acaecía que los que la vsauan, no sabiéndolo, se entiznasen las frentes, y desto gustaua aquella gente perdida. Otras vezes trayan á las puertas de la yglesia mayor pedaços de carne cozida (porque era quaresma) y mostrándolos á los canonigos y á los demás cathólicos que entrauan, mordían de la carne como bárbaros.“ [1] Quae tamen cum per canonicos ad Maximilianum II. delata essent, is effecit, ut ipsi principes protestantes suos ita se gerere in posterum serio vetarent (Epp. *Nadal* IV 733).

Iam multo ante, Dilinga 19.[2] Aprilis 1566, idem P. *Natalis* S. Francisco Borgiae praeposito generali rettulerat: „Jl Padre Canisio hebbe questa settimana santa specialmente gran concorso nelle sue prediche, alle quali etiam sono uenuti parecchi heretici . . . Giouedi et Venerdi santo predico sette, o, otto hore, imperoche giouedi dopo mezzo giorno incomincio a predicar' de passione per doi o tre hore, et Venerdi fece doi altre prediche seguitando la istessa materia per cinque altre hore; La Domenica dell' oliua publicò il giubileo ultimamente concesso dalla santità di Nostro Signore[3], il quale hà guadagniato gran numero de genti“ (ex archetypo, quod est in „EN“ n. 116; etiam in Epp. *Nadal* III 61—62; cf. etiam *Duhr,* Jes. I 89). De pietatis fructibus ex Canisii contionibus collectis v. etiam infra mon. aug. (c 25), et cf. *Sacchinum,* Can. 230 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 23.

Haud ita recte igitur *Dorigny* (l. c. 266), quem sequuntur *Python* (l. c. 229). *Agricola* (l. c. Dec. 3, n. 155), *Riess* (l. c. 354): „L'on remarqua, qu'il avoit prêché huit heures entieres, en trois differens Sermons, qu'il fit le Vendredy-Saint, sur les souffrances du Sauveur.“ Similiter *J. M. S. Daurignac* (Histoire du Bienheureux Pierre Canisius, Paris 1866, 281): „Le vendredi saint, il prêcha dans trois églises et parla huit heures en chaire.“ Etiam minus recte *Longarus degli Oddi* S. J. (Vita del venerabil Servo di Dio il Padre Pietro Canisio, Napoli 1755, 180): „Crebber poi in immenso le sue fatiche all' avvicinarsi la Settimana Santa, obbligato a predicar le quattro, e le cinque volte nello stesso dì.“ Ac *Boero* (l. c. 296): „Nell

---

[1] *Leonardus Contarini,* Venetorum apud imperatorem orator, Augusta 13. Aprilis 1566 duci suo scripsit: „Domenica passata nella chiesa maggiore nella benedittione delle palme occorse che alcuni del Duca di Sassonia, entrati in chiesa, si messero à tirare dei sassi alli sacerdoti con grande insulto; onde il medesimo Duca li ha fatti metter pregioni et promesso di volerli castigare, à rechiesta del Cardinale di Augusta“ (*Turba* l. c. III 318).

[2] Ita recte scripsit Patris Natalis librarius, neque corrigendum est „13“; nam 13. Aprilis, quod erat Sabbatum sanctum, Natalis Augustae versabatur; Dilingam ivit feria 3. Paschatis, qui erat d. 16. Aprilis (Epp. *Nadal* III 53—54 60—61 80).

[3] De iubilaeo Pii V., Dominica Palmarum sive 7. Aprilis 1566 a Canisio promulgato, vide supra p. 542 et infra p. 568.

ultimo termine della quaresima . . . dovette predicare da quattro e più volte al giorno." Et *Séguin* (l. c. 188—189): „Vers la fin du carême on le vit monter en chaire jusqu'à quatre fois dans un jour et parler deux heures chaque fois." Equidem nusquam invenio ne hoc quidem testatum: Eum uno Quadragesimae illius die tres contiones habuisse.

659 sive aug. (b 16). A d. 27. Februarii ad 22. Maii 1566.

Recensentur contiones a Canisio Augustae anno 1566 ab initio sacrae Quadragesimae usque ad feriam II. Rogationum habitae: Explicat multis contionibus epistulam S. Iacobi; saepe evangelium diei interpretatur; dicit de tentationibus, peccatis in Spiritum Sanctum et aliis, Dei bonitate, verae ecclesiae notis, iustitia christiana, passione et resurrectione Christi; commendat ieiunium, orationem, patientiam, paenitentiam, cultum Beatae Mariae Virginis, confessionem peccatorum, sacras „processiones"; iubilaeum promulgat; protestantium de traditionibus, verbo Dei, bonis operibus, indulgentiis errores refutat. Feminas nobiles cum imperatrice versantes ad vitam emendandam, paenitentiam agendam, sacramenta pie suscipienda hortatur. A Dominica II. post Pascha pro Canisio rebus comitiorum imperii occupatissimo P. Hermes Halbpaur contionatur.

In Codice contionum anno 1566 a Canisio Augustae Vindelicorum habitarum hae notatae sunt contiones „quadragesimales": „In die Cinerum" (27. Februarii). Incipit: „Domine in furore tuo ne arguas me[1]. Psal. 6. Ad bonum et felicem ingressum concionis huius, imo et omnium quadragesimalium, elegi mihi et uobis proposui Dauidicum dictum" etc.; evangelium diei breviter explicat. „Ordo concionis. Haec satis de Euangelio. Nunc statui duo dicta proponere uobis et explicare. Primum est Dauidis Domine ne arguas me, 2um est ecclesiae quae per sacerdotem ad altare dicit, cuilibet: Memento homo quia cinis es et in cinerem reuerteris."[2] Davidem in exemplum proponit omnibus, qui veram paenitentiam agere velint; dein cinerum capitibus imponendorum morem adversus protestantes defendit eiusque utilitatem exponit. „Ut aliquid certi habeamus ad concionandum quod etiam ad pietatem admonere et impellere possit bonum putaui in manus sumere epistolam D: Jacobi et in qualibet concione partem aliquam epistolae declarare[a]. Spero boni[b] non contemnent talem cibum sed sapidum potius experientur[c] et me iuuabunt precibus vt possim[d] esse bonus coquus[e] qui vos alat[3] manna 40 diebus[f] in deserto[4] ut tanto melius perueniatis ad terram promissionis[g] [5]. Ter autem contionabor." (Cod. „Can. 27" f. 1a—7a.) Significasse videtur Canisius, ut supra monui, contiones, quas per singulas Quadragesimae hebdomades diebus operosis (f. II., IV., VI.) in templo S. Ioannis habiturus esset.

„Concio prima in Epistolam d: Jacobi." Incipit: „Dweil ich soll vnd muss itzunder mich fur ein fastenpredigern[h] — darstellen und brauchen, proposui mihi[i] in manus[k] sumere certam aliquam materiam et[l] quoties hic praedico circa illam morari in hac quadragesima. Vnde relicto Euangelio iam lecto statim accedam ad promissum proxime ut ex nouo testamento[m] epistolam vnam praeclaram vnius Apostoli Jacobi[n] proferam in medium et declarem." Deinde: 1. Cur epistulam illam sibi proposuerit explicandam, dicit (caussa 4.: „quia multum confirmat nostram Catholicam fidem in articulis multis et magnis hodie controuersis simulque destruit

a) declare *libr.* b) bonos *libr.* c) *A C. ipso correctum ex* experiendum. d) *Sequitur* vobis, *oblitteratum.* e) *Sequuntur vv.* qui vos alat, *oblitt.* f) *Ita C. ipse correxit ex* quatuor aut quinque diebus. g) *Tria vv. sqq. a C. ipso addita sunt.* h) *Sequitur v. obscurius scriptum.* i) *Ita C. sua manu correxit ex* Sicut proxime promisi incipiam tractare, *quae scripserat libr.* k) *Sequitur* mihi, *oblitt.* l) *Tria vv. sqq. ab ipso C. addita sunt.* m) *Ita C. ipse correxit ex* quadragesima. Elegi autem, *quae libr. scripserat.* n) *Quinque vv. sqq. ab ipso C. addita sunt.*

[1] Ps 6, 2; 37, 2. [2] Gn 18, 27. Iob 34, 15. Eccli 17, 31; cf. Gn 3, 19.
[3] Cf. Hebr 5, 12—14. [4] Cf. Ex 16, 11—35; Dt 8, 16 etc.
[5] Cf. Gn 12, 7; Ex 33, 1 etc.

doctrinas et opiniones neochristianorum"). 2. Epistulam et apostolicam et canonicam esse adversus protestantes demonstrat. 3. De Jacobi laudibus dicit („nunquam carnes comedit, . . . nunquam etiam bibit uinum aut siceram. Si nunc ueniret[a] uel monachus[b] uel pharisaeus esset") (l. c. f. 7a—11b). Sine die. Contio omnino videtur habita esse in templo S. Ioannis feria VI. post Cineres, sive 1. Martii 1566.

„De euangelio quadragesimae Matth: 4[1]. Circa hoc euangelium iam auditum patet facile cuilibet"[c] etc. „Non credo quemquam adesse qui nesciat nos esse in quadragesima et in prima Dominica" (3. Martii 1566). „Dicam 1[d] quid simplices hoc tempore praecipue scire et facere debeant 2 cur nemo grauari debeat ieiunare secundum ordinem Ecclesiae 3 quomodo resistendum Sathanae, qui hodie contra Jeiunium libenter disputat." „Nunc tantum loquendo de Catholicis fatendum est nullum esse opus bonum quod vilius aestimatur et peius obseruatur. Vnde uel carnes comedunt, uel saepe comedunt in die et multis annis uel tota vita non semel seruant quadragesimam. Pudet me de hac re loqui et timeo ne quidam putent me esse acriorem quasi sit temporalisandum. Sed propter obedientes ecclesiae filios non possum omittere quin admoneam eos vt ordinem ecclesiae magni faciant et libenter amplectantur et praesertim in eo se confortent[e] per hodiernum Euangelium" (Cod. „Can. 27" f. 166a—171a). Hanc contionem Canisius significavit, cum feria IV. Cinerum, postquam Deum ieiunia, „castigationem corporis", „mortificationem carnis" exigere dixit, haec adderet: „Verum de hoc plura dominico die" (l. c. f. 4a). Habita est in ecclesia cathedrali.

„Jn prioribus contionibus[f] memini ex quibus causis" etc. „Propositio[g]. Vt plus temporis lucremur non sinam me detineri circa Euangelium. Nunc ad salutationem accedemus et primam deinde sententiam explicabimus." Superiorem de epistula Iacobi contionem breviter repetit et primum epistulae versum singillatim interpretatur (l. c. f. 11b—14a). Sine die. Contio habita esse omnino videtur feria II. post Dom. I. Quadr. sive 4. Martii 1566 in templo S. Ioannis.

In Iac 1, 2—6. „Propositio, dicam 1 de causis gaudendi[h] tempore tentationum 2 de dicto sequenti, Si quis uestrum indiget"[i] [Iac 1, 5], i. e. de sapientia a Deo petenda. „Sectarij nostri temporis . . . nolunt curare iudicium ecclesiae, non audire Patres uel Concilia uel Vniuersitates, sed putant sine talibus medijs posse discere et intelligere ueritatem fidei et christianam habere sapientiam" (l. c. f. 14a—19b). Sine die. Contio habita, ut omnino videtur, in templo S. Ioannis feria IV. post Dom. I. Quadr. sive die 6. Martii 1566.

„Audiuimus ex praecedentibus concionibus egregias sententias. . . . In textu progrediemur, ut similes margaritas reperiamus, licet apud porcos parum aestimentur imo etiam conculcentur suis pedibus."[2] In Iac 1, 8—12. Contra „διψύχους" (l. c. f. 20a—21b). Sine die. Contio habita, ut omnino videtur, in templo S. Ioannis feria VI. post Dom. I. Quadr. sive 8. Martii 1566.

„Dominica Reminiscere"[k] (= II. Quadragesimae sive 10. Martii 1566). „Si quis uestrum indiget sapientia[3] etc. De Oratione."[l] Incipit ab evangelio diei, quod eo tempore in ecclesia augustana erat de muliere chananaea, Mt 15, 21—28 (vide supra p. 550). „Jn hodierno Euangelio quod ab tribus Euangelistis sedulo describitur habet fidus[m] praedicator bonam occasionem tractandi de varijs uirtutibus in Cananaea relucentibus" etc. Has breviter recenset. Deinde: „Nos uero"[n], inquit, „habemus in animo non plus tractare de Euangelio, sed praecipue[o] de oratione demus

a) uineret *libr.* b) monichus *libr.* c) *Ita C. sua manu correxit ex* Ex hoc Euangelio communj [?] iam audito patet cuilibet, *quae scripserat libr.* d) *Haec propositio et divisio ab ipso C. in margine scripta est.* e) confortant *libr.* f) *Ita C. ipse correxit ex* Dictum et tractatum est supra, *quae scripserat libr.* g) *Hoc v. et 10 sqq. ab ipso C. in margine scripta sunt.* h) *Sequitur* tribus, *a C. oblitt.* i) *Haec propositio ab ipso C. scripta est.* k) *Haec vv. scripsit ipse C.* l) *Haec vv. ab ipso C. scripta sunt.* m) *Ita C. correxit ex* bonus, *quod posuerat libr.* n) *Sequitur* aliud, *oblitt.* o) *Ita C. ipse correxit ex* animo, nempe ut, *quae posuerat libr.*

[1] Et augustana liturgia et romana Dominica I. Quadragesimae habebant evangelium Mt 4, 1—11. [2] Mt 7, 6. [3] Iac 1, 5.

aliquam breuem instructionem et illam fundemus in verbis Jacobi[a] nostri Apost. Si quis uestrum indiget sapientia etc. postulet a deo in fide nihil haesitans[1]. Sicut scilicet Cananaea haud dubie postulauit. Dicam ergo primum, quo modo his verbis notandi[b] [?] sint quadruplices errores, si bene et vtiliter volumus orare. 2, quae media orationem promoueant et efficacem faciant vt cum Cananaea exaudiamur." „Multum iuuat habere certas et probatas preces et in quibus uerus est spiritus." „Tot phanatici . . . putant se habere reuelationes proprias, proprium intellectum et maiorem sapientiam alijs" (l. c. f. 171ª—175ª).

„De corona uitae" (Iac. 1, 12). „Nunc inquiremus, quae corona uitae sit promissa uere patientibus ut sint in celo uere beati 2. ad quos patientes hec pertineat corona, ut illam expectare et accipere possint"; ubi „de duplici martyrio" („corporali" et „spirituali" agit) (l. c. f. 22ª—25ª). Sine die. Contio in templo S. Ioannis habita est feria, ut videtur, II. post Dom. II. Quadr. sive 11. Martii 1566.

In Iac 1, 13—15. De tentatione „interiori". De eius causis. Contra „Manichaeos", „Suermeros", „Wiclefitas" etc. Deum peccati auctorem esse dicentes. De peccatis in gravia et levia distinguendis (l. c. f. 25ᵇ—29ª). Sine die. Contionem in templo S. Ioannis habitam esse dixerim feria IV. post Dom. II. Quadr. sive 13. Martii 1566. Canisius et hanc contionem et contionis sequentis partem priorem dictavit P. Didaco Jimenez S. J., cum P. Natale Augustam advecto; v. supra p. 187.

„Prosecutio. Concupiscentia cum conceperit[c][2], Diximus proxime duplex genus esse tentationum. . . . Vt pergamus autem de interiore tentatione tractare quod incepimus, breuiter repetemus declarationem loci praesentis in epistola 2 ostendemus quomodo circa tentationes quis habere se debeat[d] 3 pergemus in textu quantum tempus concedet."[e] „Quomodo potest homo et debet se habere quotidie circa tentationes suas? . . . 4 hic opus est non sibi et suo iudicio confidere sed audire et sequi consilium sapientis et exercitati in via spirituali praesertim in dubijs conscientiae . et simpliciter obedire uicario dei et pastori tuo uel medico spirituali. Haec uia multos scrupulis et periculis varijs tentationum liberat" (l. c. f. 29ᵇ—31ᵇ).

„Dominica Oculi" (= Dom. III. Quadrag. sive 17. Martii 1566). Evangelium diei breviter explicat; deinde „de peccatis in spiritum sanctum" contionatur (l. c. f. 175ᵇ—178ᵇ). Contio in ecclesia cathedrali habita.

„Qui priores contiones audierint, scient meminisse multa nos tractasse[f] de tentationibus. . . . Nunc progrediemur ad textum audituri laetiora, de deo scilicet et eius bonitate Causa bonorum omnium et de eiusdem proprietate qua excedit creaturas et se fidelibus[g] uere patrem ostendit. Omne datum optimum"[3] etc. (l. c. f 32ª—34ª). Sine die. Contio in templo S. Ioannis habita feria, ut videtur, II. post Dom. III. Quadr. sive 18. Martii 1566.

„De Euangelio Matth.: 15 De traditionibus et cibis immundis[h]." „Ob[i] simplices paucis ostendam quid errare multos faciat circa hoc Euangelium et quod Catholici curare non debeant obiectiones aduersariorum" (l. c. f. 34ᵇ—35ª). Significatur autem evangelium Mt 15, 1—20, quod in liturgia augustana (ut nunc in liturgia romana) feria IV. post Dom. III. Quadr. (eo anno 20. Martii) legebatur[4].

„Certum est sicut postremo nos docuit [Iacobus apostolus] Omne datum[5] bonum"[k] etc. . . . „Haec diximus proxime latius. Nunc quod sequitur uideamus."

a) *Duo vv. sqq. a C. ipso addita sunt.* b) *Ita libr. correxit ex* quomodo Jacobus his verbis refellit quadruplicem; *corrigere debuit, nisi fallor, etiam* uitandi *ex* his verbis notandi. c) *Sequitur* Graue, *a Can. oblitteratum.* d) *Ita C. ipse correxit; prius scripserat:* ostendemus hic reijci et excludi duos nouos et graues errores. e) *Haec omnia ipsius C. manu scripta sunt.* f) *Ita C. sua manu correxit ex* Multa tractauimus, *quae scripserat librarius.* g) *A libr. correctum ex* nobis. h) immundeis *libr.* i) *Hoc v. et sequens ab ipso C. addita sunt.* k) *Haec vv.* (Certum *etc.*) *ab ipso C. scripta sunt.*

[1] Iac 1, 5 6. [2] Iac 1, 15. [3] Iac 1, 17.
[4] *Missale* secundum ritum Augustensis ecclesie, [Dilingae] 1555, f. 65ª.
[5] Iac 1, 17.

Explicat Iac 1, 18, et, ut videtur, etiam Iac 1, 19 20 (l. c. f. 35b—37a). Sine die. Canisius, puto, haec explicavit in templo S. Ioannis feria IV. post Dom. III. Quadr. sive 20. Martii 1566; atque haec fuerit pars altera contionis, in cuius parte priore evangelium illud „de traditionibus", quod dixi, expositum erat.

„Haec[a] dic. do. exer. deus Jsr. Bonas facite uias uestras et studia vestra et habitabo uobiscum in loco isto, nolite confidere in uerbis mendacij dicentes, templum domini, templum domini, templum domini est[1]. Haec dicit dominus exercituum deus Jsrael Jeremiae 7. Puto non esse opus excusatione multa quod ad hoc munus accedam, agnosco me debitorem obedientiae illis qui mihi imperare et etiam plus imponere possunt, ubi licet dei gloriam promouere et seruire proximo ad commodum et salutem animae suae. Vnde nolo dubitare quin boni consuletis, bonum animum, et lubenter audietis aliquid de uerbo dei. Caeterum non scio unde rectius incipere possim hanc concionem quam a uerbis prophetae Jeremiae quae hodie leguntur et cantantur in ecclesia. Et ualde congruunt huic tempori et ordini Ecclesiae et digna sunt quae considerentur. 2° dicam quid impediat in emendatione uiarum nostrarum. . . . 3° quae media nobis Jeremias" proponat (l. c. f. 37b—38b). Ex hoc exordio facile intellegitur, hanc contionem esse primam ex illis, quas ut Canisius semel singulis hebdomadis in gratiam feminarum nobilium cum Maria imperatrice Augustae degentium haberet, ipsa imperatrix a P. Natale Societatis visitatore Augustae versante petierat (v. supra p. 559). Habita esse videtur in templo S. Catharinae perinde atque illa, quam in eo templo de homine, qui 38 annos aegrotaverat, a Canisio paulo post habitam esse constat. Ac cum verba Ir 7, 3 4, de quibus Canisius dixit, in „Epistola" (Ir 7, 1—7) compareant, quam antiqua illa liturgia augustana feria V. post Dom. III. Quadr. habet[2], Canisium 21. Martii 1566 hanc contionem habuisse puto; diebus sane 20. et 22. in templo S. Ioannis ei dicendum erat. De hac oratione v. etiam infra mon. aug. (b 17).

In Iac 1, 19—21. „Hactenus de tentationibus exterioribus et interioribus, nunc de reformatione cuique necessaria ut disciplinam teneat in audiendo, in loquendo, irascendo" (l. c. f. 37a 39). In Iac 1, 21. „Nos autem nunc pergemus haec verba declarare, quatenus nos et omnes fideles tangunt et ad emendationem vitae conducunt 2° dicemus quales errores exorti sint et adhuc serantur de verbo Dei a Neochristianis qui nihil magis habent in ore quam verbum Dei et ad illud semper se vertunt" (l. c. f. 39b—40a). Sine die. Contio in templo S. Ioannis habita feria, ut videtur, VI. post Dom. III. Quadr. sive 22. Martii 1566.

„Prima concio de poenitentia. Est mihi animus relictis alijs[b] posthac docere de poenitentia. Ad hoc me monet ordo Ecclesiae constans, quae ad poenitentiam agendam instituit quadragesimam et eius orationes et ceremonias, conciones. . . . 2[c] tempus confessionis . . . 3 Status Jmperij . . . 4 Turca." „Propositio[d]. 1° quid sit et super se habeat nomen poenitentiae. 2 quod Christianus nunquam debet grauari poenitentiam agere in tota sua vita" (l. c. f. 40b—44a). Contio habita est 24. Martii 1566, quae erat Dominica IV. Quadragesimae; nam in contione 25. Martii habita Canisius: „Quoniam", inquit, „heri incepi de poenitentia tractare" etc. (l. c. f. 45a). De hac contione vide etiam infra mon. aug. (b 18).

„Annunciationis Mariae" „hoc est exordium redemptionis nostrae quae hodie id est 25 martij incepit in domo id est in corpore Mariae. . . . [Christus die] eodem etiam creditur passionem suam et mortem sustinuisse. Quidam uolunt eum hoc die mundum incepisse."[3] „Quoniam heri incepi de poenitentia tractare et promisi materiam hodie prosequi, nolo nunc repetere circa hoc Euangelium quae superioribus annis assignaui, sed contentus ero hoc uno, quare nos Catholici beatam virginem magni faciamus et honoremus inter et super alios Sanctos et propterea saepius in anno

a) *Hoc v. et 5 sqq. ab ipso C. scripta sunt.* b) *In comm. sequuntur iterum vv.* relictis alijs. c) *Quae sequuntur, usque ad* Turca *incl., ab ipso C. in margine scripta sunt.* d) *Hoc v. et quae sequuntur, usque ad 2 incl., ab ipso C. scripta sunt.*

[1] Ir 7, 3 4. [2] *Missale* f. 65b—66a. [3] De hac re cf. *Can.* III 794.

celebremus[a] et idcirco illi simus fideliores quam omnes sectae. 2° dicam, cur inter multos peccatores pauci paenitentes reperiantur[b] et illi lubentius moriantur in peccatis quam[c] circa sacramenta poenitentiae se recte exerceant, et fructum ex ea consequantur.“ In priore contionis parte Canisius fideles etiam monet, Mariam „sine originali peccato conceptam“ esse, et „salutationis angelicae“ usum adversus protestantes defendit; in qua defensione hoc, praeter alia, profert: „Nec ualet quod dicunt non esse precationem; igitur neque valebit Magnificat, Benedictus et multi psalmi Dauidis in quibus non est oratio sed laudatio“; haec verba et tota Canisii disputatio ostendunt, salutationi angelicae eo tempore in ecclesia augustana nondum adiunctam fuisse precationem illam: „Sancta Maria Mater Dei“ etc. In altera autem contionis parte paenitentiam neglegi Canisius ostendit eo, quod homines parvi pendant iustitiam Dei, malitiam peccati, paenitentiae opera externa. Fructus deinde paenitentiae describit ex Iac 1, 22—25 (l. c. f. 44b—49a). De hac contione v. etiam infra mon. aug. (c 28).

„Errores de verbo dei“ (l. c. f. 49b—50b). Atque iterum eadem, copiosius tamen, tractantur paulo infra in commentario, quod inscriptum est „Errores de verbo Dei hodie communes“ (l. c. f. 57a—59a). Refutantur hi errores: 1. „Verbum Dei nihil est aliud quam scriptura.“ 2. Est „clarum et omnibus intelligibile“. 3. „Est iudex controuersiarum, nec opus est alio.“ 4. „Hactenus tectum in lucem prodijt. et mundo est patefactum.“ 5. „Nihil est nisi nuda promissio facta credenti. Nec docet de operibus ad salutem necessarijs.“ 6. „Est lex perfectae libertatis quae liberat hominem a mandatis humanis.“ Fortasse ad hanc contionem, non ad superiorem illam, spectat propositio „Nos autem nunc“ etc., quam posui supra p. 565 in d. 22. Martii 1566. Sine die. Contio habita in templo S. Ioannis feria, ut videtur, IV. post Dom. IV. Quadr. sive 27. Martii 1566.

„Feria quinta post dominicam laetare“ (28. Martii 1566). „Joannis 5.“ Significatur autem, ut ex ipso contionis commentario intellegitur, evangelium, quod est de homine, qui 38 annos aegrotaverat, sanato, et de responso, quod Christus Iudaeis miraculum illud spernentibus dedit, sive Io 5, 1—29. Antiquus ritus augustanus hoc die habet posteriorem huius evangelii partem, sive Io 5, 17—29[1]. Canisius primum quidem evangelium breviter explicavit; deinde: „Haec“ inquit, „praecipua capita notanda in hoc Euangelio. Circa quod dicemus de iudicio Christi postremo, et quomodo illud considerandum vt hoc tempore[d] seruiat ad poenitentiam faciendam sicut exigit Ecclesia“ (l. c. f. 51a—55b).

Hoc contionis commentarium proxime sequitur alterum idque ad idem evangelium spectans atque ab ipso Canisio sic inscriptum: „Summa contionis habitae apud S. Catherinam“; quae verba ostendunt, contionem hanc in templo S. Catharinae in gratiam feminarum nobilium cum imperatrice versantium habitam esse 28. Martii 1566. „Proposui mihi tractare, . . . quomodo Christianus ex hoc Euangelio sibi debeat occasionem sumere ad Dei timorem et poenitentiam agendam secundum ordinem Ecclesiae, ut eo melius suam concludat quadragesimam et felix accipiat Pascha“ (l. c. f. 55b—56b).

Feria VI. sive 29. Martii 1566 Canisius pro more et pro officio, quod susceperat, in templo S. Ioannis contionatus esse omnino videtur; neque tamen, quid dixerit, constat.

„Dominica Passionis“ (31. Martii 1566). Rationem temporis sacri explicat. „Nunc ad Euangelium quomodo nobis seruiat ad passionem Christi 2º quid ex eo simplices maxime notare habeant cur non satis peccatori habere contritionem in corde sed etiam ore debeat confiteri Deo et eius Vicario 3 qui[e] [?] verbum Dei nos doceat de confessione peccatorum et quis illius fructus“ (l. c. f. 59b—63a).

„Qui autem perspexerit“ etc. (Iac 1, 25). „Quare autem Jacobus tam serio vrgeat opera. Jd primum dicam. 2° instructionem dabo de bonis operibus

a) *Octo vv. sqq. ab ipso C. in margine addita sunt.* b) *Septem vv. sqq. ab ipso C. addita sunt.* c) *Sequitur* qui, *oblitt.* d) *Sequitur* prosit, *a libr. oblitt.* e) *Sic; corrigendum videtur* quid.

[1] *Missale* f. 76b—77a.

quid nos Catholici de illis credamus, quantumuis inuidi nobis sint quidam, et contrarij, et idcirco nos Catholicos werckprediger nominant, et persequuntur." Ostendit, homines non posse suis operibus, sine gratia Dei et merito Christi, remissionem peccatorum mereri nec pie vivere; neque opera, quae ab hominibus non iustificatis fiant, ex se posse illos Deo gratos reddere sive iustificare; neque tamen illa omnia in peccatorum numero habenda esse, sed saepe multum utilitatis afferre posse (l. c. f. 63[b]—66[a]). Sine die. Contio habita in templo S. Ioannis feria, ut videtur, II. post Dom. Pass. sive 1. Aprilis 1566.

„De bonis operibus fidelium et infidelium. Summa concionis proximae fuit, quid Catholici credant et doceant de operibus bonis" etc. „Nunc loquendo tantum de operibus bonis fidelium" etc. Deinde dicit „de triplici iusticia eaque necessaria ad salutem et in scripturis proposita": eam autem ostendit esse: „iustitiam Christi, iustitiam fidei, iustitiam operum". Postremo docet, „quid iudicandum de praedicantibus iusticiam fidei tantum et non operum, sicut nunc faciunt passim ridentes etiam operum praedicatores". Sequitur brevis „Summa concionis" (l. c. f. 66[b]—70[b]). Sine die. Contio habita in templo S. Ioannis feria, ut videtur, IV. post Dom. Pass. sive 3. Aprilis 1566.

„De historia Magdalenae." „Triplicem personam et valde differentem proponit hoc Euangelium" etc. Significatur autem historia, quae exstat Lc 7, 36—50. „Nunc de Magdalena sola agemus, quae non solum fuit ein sunderin sed etiam busserein imo exemplar et magistra omnium peccatorum qui se cupiunt cum Christo reconciliare et ad veram pacem peruenire." De Magdalena Canisius haec, praeter alia, considerando proponit: „Confitentes spectent exemplum Magdalenae." „Quomodo seruit Euangelium communicantibus" (l. c. f. 73[a]—75[b]). Sine die. Evangelium illud in liturgia augustana hisce diebus non comparet; legitur vero ex ritu ordinis Praedicatorum (ut ex romano quoque legitur) feria V. post Dominicam Passionis [1]. Quare hanc contionem 4. Aprilis 1566 in templo S. Catharinae in gratiam feminarum nobilium, quas supra dixi, habitam esse censeo; quod templum erat ordinis dominicani.

„De erroribus aduersariorum circa opera bona." [a] „Jn duabus concionibus proximis [2] est assignatum quid Catholici credant et doceant de operibus bonis et 2. vnicuique opus esse triplicem iusticiam" etc. „Nunc proposui declarare quid impediat aduersarios quod Catholicam doctrinam non acceptent sed oppugnent in multis partibus, quodque longe aliter doceant quam Catholici, magno cum scandalo et periculo animarum." Canisius hos recenset et refutat errores: 1. Opera non posse esse bona nisi quae „dei verbo contenta et praecepta" sint. 2. Opera Christianorum fieri „ex natura corrupta filiorum Adae sine fide et sine spiritu". 3. „Praecepta dei impossibilia esse quibus nemo satisfaciat." 4. Opera non esse necessaria, 5. vel, si necessaria sint, praemia non „habere nisi temporalia, uel si spiritualia, non tamen aeterna", 6. vel si praemia aeterna habeant, „tamen non esse meritoria" (l. c. f. 70[b]—72[a]). Sine die. Contio habita est in templo S. Ioannis feria, nisi fallor, VI. post Dom. Pass. sive 5. Aprilis 1566. Notandum tamen est, in codice hanc contionem ante illam de Magdalena contionem positam esse; fortasse igitur et haec habita est feria IV., et superiores illae diebus 29. Martii et 1. Aprilis assignandae sunt; ex altera autem parte patet, in codice ordinem temporum haud ita accurate esse servatum.

„Jn die Palmarum" (7. Aprilis 1566) „Processionem" palmarum eo die usitatam laudat et defendit: evangelium diei breviter explicat. „Propositio [b]. Sed his omissis aliud tractandum habemus [c] ex mandato superiorum Ecclesiasticorum, hoc primum expediam, ex debito obedientiae [d] 2. dico quod nos Catholici grauari non debeamus.

a) *Haec inscriptio ab ipso C. posita est.* b) *Hoc v. ab ipso C. scriptum est.* c) *Sequitur* quod, *a libr. oblitt.* d) obedientia *libr.*

[1] *Breviarium* juxta ritum sacri ordinis Praedicatorum. Pars verna, Romae 1771, 290.

[2] Contiones dicit, quas in templo S. Ioannis proxime habuerat.

dicto mandato parere et satisfacere, imo quod ob varias et iustas rationes libenter debeamus acceptare, quod ad nostrum et totius christianitatis commodum exigitur et praecipitur a superioribus Ecclesiasticis. Quod autem hodie non possumus de hac materia absoluere cras tractabimus." Significat Canisius „iubilaeum" 8. Martii 1566 a S. Pio V. indictum, quod eo spectabat, ut concordia reconciliaretur ecclesiae eiusque hostes, inprimis Turcae, profligarentur; v. supra p. 542 561 (l. c. f. 76ᵃ—80ᵇ); bullam iubilaei posuit *Laderchius* l. c. in a. 1566 n. 171; cf. etiam *Riess* l. c. 353—354.

„De indulgentijs. Hesterna concio finaliter eo vergebat, ut nobis placere faceremus nouum scriptum et mandatum" de iubilaeo. „Propositio[a]. Dicam igitur primum causas ob quas nouus mundus ita leuiter et ridicule loquitur de indulgentijs. 2 quid probus Christianus de hoc credere et confiteri debeat cum tota Ecclesia. 3 quem fructum[b] ex indulgentijs capere et habere possimus. Rogo tantum omnes ut patientes et fauorabiliter audiatis et si non erit uobis satisfactum veniant ad me et libenter illis respondebo" (l. c. f. 81ᵃ—84ᵇ). Contio habita feria II. post Dom. Palm. (8. Aprilis) in ecclesia cathedrali vel in templo S. Ioannis. De qua vide etiam infra mon. aug. (b 19).

„Jntroductio in Passionem." „Quod ad meam personam pertinet libenter viderem et sustinerem vt alius esset hoc loco dignior, peritior et vobis gratior, qui hanc grauem et praeclaram materiam vobis proponere et explicare possit." „Hactenus in genere quare libenter et desiderose Christianus audire debeat de passione domini.... Nunc ad rem ipsam, diuisuri passionem in tres[c] conciones, prima tractabit de ingressu ipso passionis. „De horto uel de vltimo exitu Christi nempe a coena an denn oelberch . et illic inuentus traditus et comprehensus est" (l. c. f. 87ᵇ—92ᵃ). Contio habita est in templo cathedrali. Ex P. Natale cognoscitur, Canisium eam habuisse feria V. in Coena Domini sive 11. Aprilis 1566 post meridiem, eumque per duas vel tres horas dixisse (v. supra p. 561).

„De Christo ad Annam ducto." De eodem ad Caipham ducto et per Petrum negato. „De Christo ducto ad Pilatum et Herodem." „De poenis Christi." „Docet Petrus . . . peccandi occasionem esse . . . in aulis principum versari ubi Christus facile negatur, mundana[d] curantur, salus animae postponitur maxime cum quis introducitur ab ancilla[1] id est auaricia quae r a d i x o m n i u m m a l o r u m[2]. Petrus in aulis principum peior factus est" (l. c. f. 94ᵃ—97ᵇ). Sequitur „3 contio de 7 Verbis in cruce"[e]. Canisius tertiam hanc de passione Christi contionem sic exorditur: „Non[f] potest dici et haberi Christianus, qui non magni facit suum Carfreytag." „Propositio. Priusquam ueniamus ad 7 verba uideamus humilitatem et patientiam Christi monstratam in cruce, 2 quomodo in humilitate suam ostendit gloriam et maiestatem" (l. c. f. 97ᵇ—100ᵃ). Utraque contio in templo cathedrali habita esse videtur. Ex P. Natale intellegitur, Canisium feria VI. in Parasceve sive 12. Aprilis 1566 de passione Christi duas contiones habuisse in iisque quinque horas consumpsisse (vide supra p. 561).

„Jn die S. Paschatis" sive 14. Aprilis 1566. „Propositio. . . . Rogo omnes vt dicatis hodie et cogitetis ex scripturis H a e c d i e s q u a m f e c i t d o m i n u s [Ps 117, 24]. Sicut Dauid primum cecinit et hodie imo per totam octauam cantat Ecclesia. 2. D e o g r a t i a q u i d e d i t n o b i s v i c t o r i a m p e r J e s u m C h r i s t u m d o m i n u m n o s t r u m [1 Cor 15, 57]. 3 ut cum Marijs pascha nostrum rite celebremus." „Mariarum" autem nomine Mariam Magdalenam et Mariam Jacobi significat, quae in evangelio diei (Mc 16, 1—7) comparent (l. c. f. 100ᵇ—103ᵃ).

„Feria 2 Paschatis" sive 15. Aprilis 1566. „De resurrectione Christi et nostra." „Postea de Euangelio" diei (l. c. f. 103ᵇ—105ᵇ).

a) *Hoc v. ab ipso C. in margine positum est.* b) fructus *libr.; sequitur* de, *a libr. oblitt* (c *In comment. sequitur* partes, *oblitteratum.* d) munda *libr.* e) *Hanc inscriptionem C. sua manu posuit.* f) *Hoc v. et omnia, quae sequuntur, ab ipso C. scripta sunt.*

[1] Cf. Io 18, 16 17. [2] 1 Tim 6, 10.

„Feria 3ª Paschatis“ sive 16. Aprilis 1566. „Circa hoc Euangelium primo dicam quomodo recte concludere debeamus festa Paschalia 2 quomodo in hoc Euangelio admoneamur de notis uerae Ecclesiae . . . 3 quomodo magnum sit discrimen bonorum et malorum in vltima resurrectione.“ „Negare nullus potest quod festa Ecclesiae sicut et alia bona instituta et Christianae ordinationes hodie valde male obseruentur. Et quo longius eo peius in abusus foedos veniant. Exempli gratia multi nolunt agnoscere, quod ad illa obseruanda sint obligati. 2 multi abrogant prorsus et in illis laborant. 3 qui seruant festa haec ex sola et frigida consuetudine seruant, nec putant opus esse nisi vt veniant parum ad templum. 4° pars maior ociatur crapulatur jocatur et incipit tam leuiter agere et licenter peccare sicut ante Pascha. Solum putant se seruare [festa] quia comedunt libenter carnes et cantant Christus est erstanden“ (l. c. f. 106ª—108ᵇ).

„Dominica prima post Pascha“ sive 21. Aprilis 1566. „Dicam primo quomodo consideranda sit persona Thomae in hoc Euangelio [Io 20, 19—31], nempe qui typum gerit omnium infidelium, et circa fidem errantium 2º quomodo apostoli cum sua congregatione nobis ostendunt statum uere[a] [?] fidelium et totius ecclesiae catholicae. 3º quomodo capaces nos reddere possimus pacis, quam Christus hic saepe et serio precatur[b]“ (l. c. f. 109ª—112ᵇ).

Post hanc contionem in codice manu librarii notatum est: „Desunt Contiones sequentium Dominicarum usque ad 5ᵃᵐ post Pascha“ sive usque ad 19. Maii 1566. Hoc certe tempore Canisius occupatissimus erat cum aliis rebus religionis in comitiis imperii curandis, tum maxime libello quodam in catholicis contumeliosissimo, quem Fridericus elector Palatinus disseminabat, refutando. In eius autem locum substitutus est P. Hermes Halbpaur, ex collegio oenipontano a P. Natale visitatore evocatus, qui haud multum post Pascha Augustam venerat (v. supra p. 223). *Natalis* Augusta 27. Aprilis 1566 S. Francisco Borgiae scripsit: „Già il P. Maestro Hermes è qui, et è uenuto molto a proposito, per l' occupatione necessaria che è uenuta al P. Canisio, come dirò dapoi, in cui loco nel nome del Signore incominciarà il P. Hermes a predicar' domane. . . . Io haueuo chiamato al P. Hermes, il quale uenne subito dopo pascha, et mi ritrouò in Dilinga, et adesso sta già acordato che ha da predicare in loco del P. Canisio, il quale sta occupato in risponder' a un libro thedesco ch' il conte palatino“ etc. (Epp. *Nadal* III 81 83). Respondit *Borgias* Roma 16. Maii 1566: „Il P. Hermes predichi in buon hora in Augusta“ (l. c. 126).

Aliquotiens tamen Canisius in sacrum suggestum rediit hebdomada „Rogationum“.

Ac primum quidem Dominica V. post Pascha sive 19. Maii 1566 in ecclesia cathedrali contionatus est. „Dicemus ergo primum, cur Christus in Euangelio et praesertim in vltima coena saepe doceat imo serio mandet ut sui fideles orent. 2 quomodo admoneat hoc Euangelium [diei, sive Io 16, 23—30] de multis ad orandum vtilibus et necessarijs rebus 3 quibus de causis Christianus se et alios ad orandum excitare et promouere debeat. Sequentibus diebus plura dicam de oratione hac ipsa hora, in templo S. Ioannis. Causam ad hoc mihi dat ordo Ecclesiae, qui monet ut oratione spirituali ornemus et sanctificemus vnsere Creutz Wochen sicut veteres Christiani multis abhinc seculis fecerunt, et adhuc faciunt in Catholicis nationibus. De illo cras plura.“ In contione Canisius queritur: „Scimus dormire 8 horas, 5 uel sex edere . tot horis garrire ludere spaciari et recreare corpus. . . . Vix Pater noster dicimus in die, pudet nos orare publice et humiliare coram Deo, placare [?] deum flexis genibus, adorare christum in Sacramento et interim nouas habemus caeremonias in mensa quas qui non facit ut rusticus ridetur ein halber nar, vnhöfflich, gar zu gschlecht“ (Cod. „Can. 27“ f. 112ª—119ª).

„Feria 2ª Rogationum“ [20. Maii 1566]. Primum evangelium diei breviter explicat. „Sed his relictis aliquid tractabimus quod proprie pertinet zu vnser Creutzwochen nempe quare hoc sit institutum et tot saeculis obseruatum ut Catholici nunc seruent processionem, et cantent litaniam, et abstineant a carnibus, et ad publicam

a) *Verbum obscurius scriptum.* b) *Ita C. sua manu correxit ex vv., quae librarius posuerat:* 3º per quae media errores et haereses auertj, et uera pax in religione inueniri et conseruarj possit.

orationem ueniant. Secundo dicam, quod boni Christiani ex hoc ordine Ecclesiae nullum sentiant damnum, sed multiplicem fructum inde capere possint si ordini Ecclesiae se probe conforment. Tertio causas ostendam cur oratio ab omnibus hodie laudetur sicut dignum est et tamen pauci uerum usum et fructum orationis experiantur ita ut neque priuata neque publica oratio nunc exerceatur et propterea mundus quo longius eo peius habeat et in omnibus statibus misera sit perditio." In ipsa oratione Canisius etiam dicit „de abusu orationis in Lutheranis. Pudet genu flectere, manus leuare, mouere caput, percutere pectus quod antea erat usitatum et laudabile. 2° Riserunt et damnarunt der Priester siben zeit, Der laien betbüchel, got fraget nit nach den mundtgebet, ist ein minich werkh, ein Papistisch Ding, es gehert zu den heylichen fressern [?], ergern sich ob betten vnd dürfen nit offentlich bitten. . . . ita uix mense toto dicunt pater noster et multo minus Aue Maria" (l. c. f. 119a—123a).

Canisius Dominica promiserat, se etiam „sequentibus diebus" contionaturum esse; quare dubitari non potest, quin etiam feriis III. et IV. Rogationum (21. et 22. Maii) dicere voluerit; id quod etiam a. 1564 (a. 1562, 1563, 1565 hebdomade Rogationum Augusta abfuit) praestiterat (*Can.* IV 834). Neque tamen eiusmodi contiones in codice comparent. Canisius certe hoc tempore occupatissimus erat in rebus comitiorum imperii sive cardinalis Commendoni, pontificii in comitiis legati. Quare aut contionibus hisce habendis supersedit (substituto in suum locum P. Hermete Halbpaur?), aut saltem contiones non scripsit.

Ex iis, quae de contionibus a Canisio a. 1566 tempore paschali habitis (paucae erant illae) modo protuli, sive corrigas, sive interpreteris oportet ea, quae P. *„Wendelinus" Volckius* S. J. in domus S. J. augustanae *litteris annuis, Augusta 1. Septembris 1566 datis, de PP. Stevordiano, Halbpaur, Canisio narrat: „Concionatus est, partim P. Martinus, partim P. Hermes, et uterque uicem P. nostri Prouincialis obiuit, ut qui multis mensibus abfuit, ac tantum per quadragesimam in Cathedra docuit Augustana" (ex archetypo: „G. Ep. VII" f. 189).

660 sive **aug. (b 17).** 21. Martii 1566.

Ex contionis commentario ab ipso Canisio recognito. „Can. 27" f. 38b.

Canisius Augustae in templo monialium dominicanarum ad feminas aulae imperatricis dicens reprehendit protestantes qui in sola fide, catholicos qui in externis tantum caerimoniis, religiosos, qui tantum in vestitu privilegiisque ordinis confidant.

Canisius, ut Mariae imperatricis desiderio satisfaceret, in gratiam feminarum nobilium cum ipsa Augustam advectarum (v. supra p. 559) feria V. post Dominicam III. Quadragesimae sive 21. Martii 1566 in templo S. Catharinae, quod virginum sacrarum ordinis S. Dominici erat, contionem habuit de verbis illis „Epistolae" illius diei: „Haec dicit dominus exercituum Deus Israel: Bonas facite vias vestras et studia vestra, et habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est" (Ir 7, 3 4). In qua contione haec, praeter alia, monuit: Similes hodie Judaeis sunt Christiani qui fide iustificari[1] et saluari uolunt per Christum etiam sine meritis et operibus[2], licet non habeant fructus spiritus[3], Clamant fides fides, Etsi fidem opere negent[4]: 2º qui iactant Euangelium et confidunt[a] se solos sa-

a) *Sequuntur vv.* satis esse, *a libr. oblitt.*

[1] Rom 3, 28; 5, 1. Gal 2, 16 etc. [2] Iac 2, 18; 20 26.
[3] Gal 5, 22. [4] Cf. Tit 1, 16.

pere et discipulos esse Christi et contemnunt Ecclesiam eiusque fidem doctrinam et auctoritatem. Quicquid non est scriptum in Euangelio hoc est illis suspectum et interim non curant charitatem quae primum et maximum mandatum[1] legis et Euangelij. 3º similes sunt Catholici qui externam speciem ostendunt haerentes tantum in ceremonijs et consuetudine frigida, secundum morem populi communem, non habentes interim timorem et amorem Dei sed confidentes in eo quod sunt et manent in vera ecclesia. Jn qua sola Christus habitat et sacramenta operantur et bona opera valent. 4º huc pertinent falsi religiosi qui non curant seruare vota et Christo uiuere[2] ac seruire toto corde[3], sed[a] confidunt interim in suo ordine, habitu, priuilegijs, statutis[b]. Nisi abundauerit iustitia vestra[4], ut obseruent 1 mandata 2 consilia 3 ut exerceant se cultu dei.

Virgines dominicanae monasterii S. Catharinae a. 1530—1540 senatui urbis ipsas ad monasterium deserendum et vota religiosa violanda identidem urgenti magna animorum fortitudine restiterant (*Friedr. Roth,* Augsburgs Reformationsgeschichte II, München 1904, 190—191 320—322). Ac sub a. 1562 et 1563 Susanna Ehinger priorissa Canisio suadente et iuvante earum disciplinam reddiderat severiorem (*Can.* III 614—615).

661 sive **aug. (b 18).** 24. Martii 1566.

Ex contionis commentario, a Canisio recognito. „Can. 27" f. 40[b].

Canisius Augustae ex sacro suggestu fideles monet, ut paenitentiam agant comitiorum imperii gratia et ob miserrimam imperii condicionem atque ob Turcas irruptionem parantes.

Canisius in exordio contionis de paenitentia Augustae in ecclesia cathedrali Dom. IV. Quadr. sive 24. Martii 1566 habitae: Si non esset quadragesima, si nullus ordo quadragesimae de poenitentia nos admoneret[c], satis haberem occasionem de poenitentia tractandi, propter statum Jmperij quem videmus esse magni momenti vt comicia bene incipiant et feliciter exeant, si[d] cupimus bonam habere pacem in temporalibus et spiritualibus, in policia et religione, si praeterea cupimus conseruari et defendi regionem et totum Romanum Jmperium quod multis iam annis coepit debilitari et oppugnari, nostris dissidijs, contentionibus et aemulationibus, ut nunquam fere fuerit magis inualidum distractum et turbatum. Accedit immanissimus hostis. nec vllus ferme potentior, crudelior, formidabilior longe lateque, hostis perpetuus Christiani nominis et sanguinis qui nunc paratus est cum suis equis et equitibus per Hungariam irrumpere et Germaniam inuadere, nos et nostra igne, gladio et omni potestate persequi, deuastans et perdens.

662 sive **aug. (b 19).** 8. Aprilis 1566.

Ex contionis commentario, ab ipso Canisio recognito. „Can. 27" f. 81[b].

Canisius Augustae ex sacro suggestu monet: Protestantes nihil magis contemnunt quam indulgentias; quos multi ex Catholicis imitantur. Fatetur superioribus annis multos et magnos in ecclesia homines indulgentias profudisse et vendidisse.

a) *Sequuntur vv.* sunt sepulchra dealbata et*; ac vv.* sepulchra dealbata *oblitterata sunt a libr.; qui etiam reliqua oblitterare debuerat.* b) *Omnia, quae sequuntur, ab ipso C. addita sunt.* c) admoret *libr.* d) *A libr. correctum ex* sic.

[1] Mt 22, 38. Cf. Dt 6, 5. [2] Cf. 2 Cor 5, 15; Rom 6, 11.
[3] Cf. Dt 10, 12; 11, 13; 1 Rg 12, 20 etc. [4] Mt 5, 20.

Canisius in contione Augustae Vindelicorum in ecclesia cathedrali (vel templo S. Ioannis eidem coniuncto) feria II. hebdomadis maioris sive 8. Aprilis 1566 „de indulgentijs“ habita: Exurgit, *inquit,* contentio noua, cum multi haud dubie von ablas nec audire nec sentire velint, imo nomen audire non possunt. Putant enim esse rem ficticiam quae non habet fundamentum in verbo, imo Papistas et illorum caput excogitasse ex mera auaritia, esse nugas et fraudes fidelium. . . . De hac materia dicam praesertim cum multi etiam Catholici hic se offendi sinant et statim credunt aduersarijs qui nihil magis contemnere et ridere [solent] quam nomen et vsum indulgentiarum et[a] ex hoc fundamento inceperunt omnes errores et haereses hoc tempore nostro erumpentes. . . . Primum[b] et principale quod mouet aduersarios ad contemptum Jndulgentiarum, est nihil aliud quam earum abusus ingens in multis locis uisus et auditus. Ad hoc respondemus Catholici, quod nos Catholici nequaquam negamus, sed ultro confitemur quod[c] superioribus annis multi et magni homines fuerunt in Ecclesia qui male versati cum indulgentijs nimium fuere liberales in concedendis et propterea multos in vtroque statu offenderunt. Nam in illis quaesiuerunt commodum et turpem auaritiam promouerunt, et propterea peccarunt grauiter in deum, cuius dona vendiderunt, obscurarunt et contemptibilia reddiderunt apud vulgus.

663 sive **aug. (b 20).** Medio fere m. Iulio 1566.

Ex archetypo, ab ignoto scripto et a P. Hieronymo Natale S. J. recognito et subscripto; quod exstat in „EN“ n. 144 (f. 131ª). Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 195—196.

Canisius contionum Augustae in ecclesia cathedrali habendarum officio levatur, quia simul praepositus provincialis et contionator esse nequit, et quia canonici eius contiones haud ita multum sibi probari significant.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, cum, Germania superiore visitata, in Austriam abiturus esset, Dilinga 20. Iulii 1566 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Canisio contionum in ecclesia cathedrali augustana habendarum officio tandem levato: El Padre M. pedro canisio queda tandem[d] prouincial descargado dela predica de augusta porque no era possible que hiziese vna cosa y otra porque al ordinario a de visitar los collegios[1] y los canonigos no quieren suffrir esto que falte ala predica y an mostrado claramente vnos que vinieron estos dias de parte del cabildo a negociar con el cardenal que no se contentan mucho de sus predicados diziendo que por su doctrina no se entiende mucho de la plebe y que se[e] entiende mas el padre Hermes[2], y nosotros auemos interpretado que los canonigos no querrian tener por ordinario alla al padre canisio.

Aliquanto ante Christophorus de Freyberg, cathedralis capituli decanus, Augustae Natali dixerat, canonicis etiam gratum fore, si Canisius iterum contionator constitueretur; vide supra p. 544.

Haud recte *Boero* affirmavit, Canisium Augustae in ecclesia cathedrali officium contionatoris ordinarii, quem vocant, tenuisse quattuordecim annos (*Can.* 305). Canisius enim munus illud auspicatus est m. Iunio a. 1559 (*Can.* II 837—838).

a) *Sequitur* super h, *a libr. oblitt.* b) *Hoc v. et quae sequuntur, usque ad* ultro confitemur *incl., ab ipso C. scripta sunt pro vv.* Nos Catholici ultro fatemur et dicimus, *quae scripserat libr.* c) *Duo vv. sqq. ab ipso C. addita sunt.* d) e) *Hoc v. ab ipso Natale supra versum scriptum est.*

[1] Collegiorum visitatio unum ex praecipuis praepositorum provincialium officiis est; vide *Can.* III 118[1]; IV 606[1]. [2] Halbpaur.

664 sive **aug. (b 21).** **Exeunte m. Octobri et ineunte m. Novembri 1566.**

Ex archetypo, a P. Did. Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. „EN“ n. 158 (f. 109[a]). Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 292.

P. Natalis P. Hermetem Halbpaur, cuius mores Canisio praeposito provinciali displicent, Augusta Spiram, quod collegium provinciae rhenanae futurum est, mittit. Idem P. Gregorium Roseffium, quem vel Herbipolim vel Spiram missurus fuerat, Canisio et cardinali Truchsess vehementer instantibus, Augustae tribuit, ubi ille et templi cathedralis contionatorem et Sociorum „superiorem“ agat.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Dilinga 14. Novembris 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de PP. Petro Canisio („.C.“), Hermete Halbpaur („.H.“), Gregorio Roseffio (cf. supra p. 278), cardinali Ottone Truchsess: Mi determinai ... di mutar .H. di questa prouincia, perche in nisuna manera contentaua à .C: ... Jnsieme fù necessario[a] determinar' di lasciar' Maestro Gregorio in Augusta per predicatore et superiore, il che con grandissima instantia mi dimandò Maestro Canisio, et di poi il Cardinale con maggiore, il quale ... haueua da esser destinato o, a Herbipoli, ò, à Spira, et mandando Maestro .H. a Spira restaua hauersi di lasciar' in Augusta Maestro Gregorio.

P. Hermes Halbpaur Augustae contionatorem ecclesiae cathedralis agebat; sed eius mores Canisio praeposito provinciali Germaniae superioris valde displicebant (vide supra p. 324). Quare Natalis eum Spiram mittere statuit ad contiones in ecclesia cathedrali habendas et rectoris officium in collegio proxime incohando administrandum; quod collegium provinciae rhenanae futurum erat; item Natalis P. Gregorium Roseffium Roma paulo ante in Germaniam missum (vide supra p. 307) Augustae dare constituit, ubi is et in templo cathedrali contionaretur et domum Societatis augustanam cum „Superioris“ nomine regeret; quae domus usque ad id tempus ab ipso Canisio provinciali, ut videtur, regebatur, vel saltem suum „superiorem“ non habebat. Ex litteris autem Natalis, quas modo dixi, intellegitur, Natalem prius illud consilium Monachii, ubi exeunte m. Octobri degebat, cepisse: cum cardinali autem Augustae vel Dilingae post initium m. Novembris egisse videtur; vide Epp. *Nadal* III 287 291—292.

Ad Canisii contiones augustanas pertinent etiam mon. 689 et 692.

c) Res comitiorum imperii a. 1566 habitorum.

665 sive **aug. (c 1).** 21. et 25. Ianuarii 1566.

Ex apographo eiusd. temp. „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567“ f. 132. Epistula edita est (ex eodem apogr.) in „Epistolis P. *Alphonsi Salmeronis*“ II. Matriti 1907, 69—70; eadem usus esse videtur *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 3 4.

S. Pius V. S. Francisco Borgiae Societatis oboedientiam sibi offerenti respondet se Sociorum opera maxime in Germania, et potissimum in proximis comitiis, uti velle. Borgias PP. Natalis, Ledesmae, Canisii operam ad comitia offerens pontifici valde satisfacit.

Sanctus Franciscus de Borgia, Societatis Iesu praepositus generalis, Roma 27. Ianuarii 1566 Neapolim ad P. Alphonsum Salmeronem, provinciae S. J. neapolitanae praepositum, scripsit: Lunedi passato[1] io

a) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] D. 21. Ianuarii.

andai da S. Santità et secondo l' obligo de nostre constitutioni li ho significato come per il 4º uoto nostro deuiamo obedirla circa le missioni[1], offerendomi insieme con tutti li altri ad andare douunque ci comandassi .S. Santità si ben fossi fra turchi, fra infideli, ó heretici . et parse che se intenerisce in sentirlo, et interrompendomi il mostrò esserli molto grata tal oblatione et che haueria bisogno dell' aiuto dela Compagnia specialmente per le cose di Germania et cosi cominciò á informarsi in particular, et poi me dimando una lista delle persone de cui ministerio potrebbe seruirsi, et specialmente in questa dieta... uenerdi[2] tornai da S. Santità et li ho dato la lista che mi ricerco et nominato specialmente le persone perla dieta, quali sono il Padre Natale et il Padre Ledesma di quà, oltra il Padre Canisio di là, et se alcun altro sara necessario di quelli uicini ad Augusta in Germania, et del tutto mostro molta satisfattione S. Santità.

A Borgia, inquit *Sacchinus* (Hist. S. J. III, l. 2, n. 5), Socii „triginta ferme nominati" sunt Pio V. „affatim instructi, paratique ad pergendum, quocunque Pontifici videretur". Ac quod ad comitia augustana attinet, Natalis in epistula Roma 7. Octobris 1568 data, quam supra dixi, haec refert: Pius V. 6 Societatis theologos petiit, qui cardinalem Commendonum adiuvarent; negavit vero Borgias, fieri posse ut tam multi mitterentur sine gravi fructuum, quos Societas Romae colligeret, iactura; ac pontifex Natalem et Ledesmam ampla benedictione donavit „con muchas y muy graciosas y paternales palabras, y entre otras diziéndonos: ‚Praeliamini praelia Domini'"[3] (Epp. *Nadal* IV 771).

Postridie eius diei, quo de his rebus inter Pium V. et *Borgiam* constitutum est, hic P. Theodoricum Canisium, Germaniae superioris viceprovincialem, de iis certiorem fecit, Roma 26. Ianuarii 1566 *scribens: „Questa è specialmente per auisare, come Sua Santità oltre di hauer fatto legato perla dieta il Cardinal Comendon, et ordinato ui si troui anche il Cardinal Madruccio, ha uoluto che andassino alcuni Theologi di nostra Compagnia di quà, presupposto che anche di là ui si habbia à trouare il Padre Prouinciale Canisio, sono stati deputati jl Padre Maestro Natal et il Padre Maestro Ledesma" (Ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „Germ. 65" f. 56b).

Ceterum Canisius etiam paulo ante a pontifice per cardinalem Amulium iussus erat ecclesiae in comitiis operam praestare; v. supra p. 163.

Ex his Borgiae et Natalis relationibus corrigenda sunt, quae de hac missione scribit *Boero,* Can. 294—295.

Perperam *Guettée:* „Pie V. conserva à ce Jésuite son titre de nonce et l'envoya en cette qualité à la diète d'Augsbourg en 1566" (Histoire des Jésuites I, Paris 1858, 163). Canisius ne in rhenana quidem illa legatione nomine nuntii apostolici a pontifice ornatus erat; qui in comitiis augustanis nuntii neque nomen habebat neque officium.

666 sive **aug. (c 2).** 2. Februarii 1566.

Ex archetypo, quod exstat Romae in archivo vaticano, „Lett. di Princ. 25", f. 53. Epistula integra ex eodem archetypo vulgata est in Epp. *Nadal* III 753—754. Epistulae partem germanice posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 324.

Cardinalis Amulius cardinali Commendono, pontificio in comitiis augustanis legato, PP. Natalem et Ledesmam ad ipsum missos omniaque ex eius arbitrio gesturos

---

[1] Vide supra p. 167[1].
[2] D. 25. Ianuarii. [3] Cf. 1 Rg 18, 17; 25, 28; 1 Mach 3, 2.

commendat; maxime autem Canisium laudat et Commendonum, ut eius opera utatur, admonet.

Cardinalis Marcus Antonius Amulius, episcopus reatinus, ad Ioannem Franciscum cardinalem Commendonum, legati pontificii munere Augustae Vindelicorum in comitiis imperii fungi a S. Pio V. iussum, Roma 2. Februarii 1566 litteras dedit, quibus eum ita monebat de PP. Natale, Ledesma, Canisio, quos pontifex legato theologos adiunxerat:

Manda costa N. Signore il Padre Natale, et compagno, del' ordine de Iesuiti per operare quello che potrà uscire da loro, ne negoci della dieta, in seruicio di Dio, et di questa s: sede apostolica, et perche V. S. Illustrissima è per conoscere presto dalla pratica, et dal' opere loro, la bonta, la pieta, et il non mediocre suo ualore, io non le diro altro, se non che se bene portano instruttione di qua, hanno pero anchor ordine di non fare se non quanto V. S. Illustrissima iudicara espediente, al iudicio della quale si ripporta il tutto [1]: capitara anchora in Augusta il P. Canisio, à iudicio mio, assai bene conosciuto da lei, per le rare qualita della bonta, et uirtu sua; il quale essendo stato espedito li mesi passati da Pio IIIJ. fe: me: per negoci della religione nella Germania inferiore, hora deue essere di ritorno; credo che ella lo conosca per instrumento molto utile, et che senza altro officio sia per ualersene in seruicio di questa sede Apostolica.

Amulius Canisium, si non ante, certe aestate a. 1565 Romae cognoverat; v. supra p. 97. Ac Canisius superioribus mensibus de legatione pontificia, qua apud Germaniae proceres fungebatur, ad Amulium compluries, ut iussus erat, rettulerat; v. supra p. 130 134 142 156. Ex his igitur Amulii litteris intellegitur, Canisium legationem illam ita obisse, ut curiae romanae exspectationi satisfaceret.

667 sive **aug. (c 3).** **Initio m. Februarii 1566.**

Ex apographis eiusdem temporis. Cod. „Germ. 65" f. 60[b] 78[a]. Epistulas (ex archetypis, puto) edidit *Cyprianus* l. c. 404—405 410—411.

PP. Natalis, Ledesma, Canisius in comitiis augustanis Commendono legato operam navaturi. Cardinales alii ibidem adfuturi. Canisii legatio.

P. Ioannes de Polanco secretarius Societatis Iesu cardinali Stanislao Hosio, episcopo varmiensi, scripsit Roma 2. Februarii 1566: Breui discedet Pater Natalis cum Doctore Ledesma ut Dietae Jmperiali Augustae celebrandae tanquam Pontificis Theologi cum Patre Canisio assistant, uel potius Legato Comendono [a] in his quae ad Religionem pertinent suam qualemcunque nauent operam. Sequetur Cardinalis Augustanus, simul cum Cardinali Mandrutio et Altaemps." *Et Roma 9. Martii 1566:* Ad dietam Augustanam . . . etiam se contulit Pater Canisius, postquam Germaniae Superioris et Jnferioris et etiam Vuesphaliae, praelatos ac principes, nomine defuncti Pontificis Pij .4[i]. inuisisset, et de ijs [b] quae ad Religionem catholicam pertinent, cum eis non sine fructu egisset.

Quod Polancus scribit, cum cardinali Truchsess Roma ad comitia abituros esse etiam cardinales Madrutium et Altaemps: constat sane, 16. Maii 1566 Augustam ad comitia venisse Marcum Sitticum cardinalem ab Hohenems, episcopum constantiensem (*Turba* l. c. III 319[4]); neque tamen interfuisse videntur neque Christophorus

a) *Correxi ex* Comendoni, *quod est in apogr.;* Commendono *Cypr.* b) his *Cypr.*

[1] Vide supra p. 185—187.

cardinalis Madrutius, episcopus tridentinus et administrator brixinensis, neque eius nepos, Ludovicus cardinalis Madrutius, episcopatus tridentini administrator „cum iure succedendi" (*Häberlin* l. c. VI 137—138). Comitiorum autem recessui cardinalis Truchsess etiam nomine cardinalis Christophori Madrutii subscripsit (Aller . . Reichstäg . . *Abschied* [v. supra p. 153[1]] 578). Maximilianus II. Augusta 2. Februarii 1566 Prospero ab Arcu, caesareo apud pontificem oratori, scripserat: Quod Romae circumferrent, praeter Commendonum tres cardinales germanos ad comitia missum iri, id sibi molestiam attulisse: atque eam missionem omni ope impediendam esse (*Hopfen* l. c. 232).

668 sive **aug. (c 4).** **20. Februarii 1566.**

Ex archetypo, ab ipso Commendono subscripto, quod est Cracoviae in museo principis Czartoryski, Cod. „Czar. 1608" p. 255.

Commendono legato solacio est, quod Canisius ipsi adsit.

Cardinalis Commendonus pontificis legatus ex imperii comitiis augustanis 20. Februarii 1566 cardinali Stanislao Hosio scripsit: Ego in Germaniam relegor Tridento reiectus Augustam. . . . Sanderum euocaui e Belgico, scribit se breui affore, habeo Canisium, in utroque pietas et doctrina non deerit, in me uero non desiderabit D. V. Jllustrissima uel fidem, uel diligenciam uel dicendi libertatem.

De Sandero v. supra p. 238. Commendonus ex legatione polonica revertebatur, cum, ut *Antonius Maria Gratianus* eius secretarius scribit, „Italiae jam fines attingentibus Pii quinti, novi Pontificis Max., tabellarii cum litteris occurrerunt, quibus Commendonus redire Augustam, et obire Germanorum conventum, et, ne quid detrimenti ab Haereticis Catholica res acciperet, operam dare jubebatur" (De scriptis invita Minerva II, Florentiae 1746, 177).

669 sive **aug. (c 5).** **Exeunte m. Februario vel ineunte Martio 1566.**

Ex apographo antiquo (saec. XVII.—XVIII). Cod. londin. „Eg. 1078" p. 58—62.

Commendonus ex Canisii sententia a Pio V. facultates easque amplas petit.

Cardinalis Commendonus Augusta 14. Martii 1566 ad cardinalem Ioannem Suavem Reomanum, qui pontifici a secretioribus consiliis erat, haec, praeter alia, scripsit: Circa le facultà hò già mandato a V. S. Illustrissima una nota di parere del Padre Canisio circa alcuni casi, circa i quali io non ho dimandato nè dimando altro a V. S. Illustrissima se non che essa veda quello che a S. Beatitudine parerà essere di servitio di Dio. Quanto a me io cercharò di adoperar' tutte le facoltà mie, con questo fine solo del servitio di Dio et di Sua Santità, et sono certo, che per molta diligentia ch' io ci usi sarò sempre da rendere molto manco conto a Dio di quello, che non haverò havuto, che di quelle, che mi seranno state date.

Legatis nuntiisque apostolicis litterae apostolicae, quibus variae iis tribuebantur facultates sacrae (absolvendi, dispensandi, „rehabilitandi", beneficia ecclesiastica conferendi etc.) vel dari, vel mitti solebant (*Mergentheim* l. c. I 228—250: II 209—220; cf. etiam supra p. 217[7]). Ipsis autem Commendoni verbis haud obscure significatur, eum facultates petisse satis amplas, neque dubitari potest, quin Canisius amplitudinem illam ei commendaverit; cf. supra p. 190—191 415 453.

670 sive **aug. (c 6).** 6. Martii 1566.

Ex archetypis Natalis ad Borgiam epistulis, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis ab ipsoque Natale subscriptis, quae sunt in Cod. „EN" n. 101 102 (ff. 493[a] 68[a]), et ex Epp. *Nadal* IV 771, ubi Natalis epistula ad Socium aliquem data vulgata est. Natalis ad Borgiam epistulae integrae primum ex archetypis vulgatae sunt in Epp. *Nadal* III 13—15 18—21.

Canisius PP. Natalem et Ledesmam Roma ad cardinalem Commendonum missos tecto recipit illumque de eorum adventu certiorem facit; Commendonus eos ad prandium invitat.

P. Hieronymus Natalis S. Francisco Borgiae Societatis praeposito generali Augusta 6. Martii 1566: Hoggi, doi ò Trè hore fà siamo gionti co' l' Diuino aiuto qui in Augusta, . . . secondo ch' il padre Canisio ci dice haueremo poche occupationi quà. . . . Jl Padre Canisio molto si raccomanda nelli santi sacrificij et orationi de V. P. et delli Padri assistenti[1] etc. *Et Augusta 9. Martii 1566:* Essendo arriuati in Augusta, ando subito il Padre Canisio dal Jllustrissimo Legato[2] per significarli come noi eramo uenuti, et che per esser' stanchi della via, no andauamo all' hora da sua signoria Reuerendissima la quale per il seguente giorno ci mando ad inuitar à pranso. *Idem Natalis Socio alicui in Hispania (ut videtur) degenti Roma 7. Octobris 1568:* Estuuimos aquella quaresma en la habitación que en Augusta tiene la Compañía.

671 sive **aug. (c 7).** 7., 8., 9. Martii 1566.

Ex epistula archetypa, a P. Didaco Jimenez S. J. scripta ab ipsoque Natale subscripta. „EN" n. 102 (f. 68[a]). Epistula ex archetypo primum edita est in Epp. *Nadal* III 18—21.

PP. Natalis, Ledesma, Canisius Augustae a Commendono cardinali, Bilia nuntio apostolico, Perrenotio oratore hispano ad cenam invitantur atque a Commendono et Bilia valde familiariter habentur.

P. Hieronymus Natalis S. Francisco Borgiae praeposito generali Augusta 9. Martii 1566: .6. del presente mese . . . siamo gionti quà, . . . ando subito il Padre Canisio dal Jllustrissimo Legato, . . . sua signoria Reuerendissima . . . per il seguente giorno ci mando ad inuitar à pranso[a] et ci riceuete et trattò[b] molto familiarmente, et con molta dimostration' d' honore. . . . Jo offeri a sua signoria Jllustrissima l' obedienza secondo che doueua, si come alla santità di Nostro signore et con diuotione: Rispose con molta humanità et satisfattione nostra. Habbiamo anchora uisitato al Nuncio il quale uolse che hieri mangiasemo da[c] sua signoria Jl Padre Canisio Il Padre Ledesma et Jo, et con tutti tre ha trattato molto beneuola et familiarmente. Hoggi siamo etiam inuitati dal Ambasciator' della Maestà Catholica che è il fratello[d] del Cardenal Granuela, Jl quale subito et dapoi che siamo arriuati, ci

a) *Sequuntur vv.* con se, *oblitterata.* b) *Sequitur* con, *oblitt.* c) *In archet. correctum ex* con. d) frello *arch.*

[1] De his cf. infra mon. it. (22). [2] Ad cardinalem Commendonum.

hà mandato a inuitar' doi ò tre uolte, mà essendo stati questi doi giorni chiamati dal legato et dal Nuncio, non habbiamo possuto obedire insino à hoggi.

Ab autumno a. 1565 usque ad ver a. 1571 apostolici apud Maximilianum II. nuntii officium tenebat Melchior comes de Biglia protonotarius apostolicus. Philippi II. Hispaniae regis oratorem apud Maximilianum a m. Martio 1565 ad Decembrem 1570 agebat Thomas Perrenot de Chantonnay, frater cardinalis Antonii Perrenot de Granvella. Ex Natalis autem verbis colligi posse videtur, cum Natale et Ledesma etiam ipsum Canisium non solum apud Biliam nuntium, sed etiam apud Commendonum cardinalem et apud Perrenotium oratorem cenasse. S. Pius V. Commendono mandaverat, ut si quid ab imperatore impetrare vellet, Perrenotii consilio et auxilio uteretur (*Brognòli* l. c. [cf. supra p. 238] II 181—182).

672 sive **aug. (c 8).** Inter 8. et 17. Martii 1566.

Ex archetypo a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a Natale subscripto. „EN“ n. 103. Etiam in Epp. *Nadal* III 24—26. Epistula usus est *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 23.

PP. Natalis et Canisius archiepiscopum moguntinum adeunt (qui collegium moguntinum et P. Auer rectorem laudat) et apud Georgium Fuggerum cenant. Canisium magni faciunt cardinalis Commendonus, Bilia nuntius apostolicus, principes catholici. Idem cardinalis in ecclesia cathedrali Canisio peccata confitetur.

Natalis, cum Augusta 9. Martii 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem litteras dedisset, Augusta 16. Martii 1566 iterum eidem scripsit; in quibus litteris Natalis haec ad eum rettulit de Daniele Brendel archiepiscopo et electore moguntino, Ursula de Lichtenstein Georgii II. Fuggeri uxore, cardinali Commendono legato pontificio, Melchiore Bilia nuntio apostolico: Habbiamo visitato Jl Padre Canisio et io all' Arciuescouo di Maguntia, Il quale ci riceuete con molta benignità et è molto contento del suo Collegio della sua città, et del Padre Dottor Lamberto Rettore di quello che adesso predica in Spira. . . . Hieri ci inuito à pranso la Signora Fuchera et andasimo Jl Padre Canisio et Jo, et il Signore Giorgio Fuccharo suo marito ci riceuete con grand' humanità et beneuolentia. . . . Jl Padre Maestro Canisio stà bene; . . . hà grand' authorità appreso l' Jllustrissimo Legato, et Reuerendissimo Nuntio, et tutti li Prencipi catholici, confessasi con lui publice nella chiesa magiore [1], et dice messa publice nella capella nostra le feste et domeniche l' Jllustrissimo Legato.

Cardinalis igitur Commendonus in ecclesia cathedrali Canisio peccata confitebatur et in sacello S. Lamberti missam dicebat. Labitur autem *Dorigny* (l. c. 267), quem sequuntur *Python* (l. c. 229), *Boero* (l. c. 296), alii (cf. *Riess* l. c. 354—355), cum de Canisio affirmat: „Les Cardinaux Commendon, et Truchsés . . l'avoient choisi en particulier, pour être le Directeur de leur conscience.“ Truchsess confessarium Roma secum adduxerat P. Ludovicum de Mendoza; v. supra p. 216.

[1] Cf. *Sacchinum*, Can. 229—230, et Hist S. J. III, l. 2, n. 23.

673 sive **aug. (c 9).** Paulo ante medium m. Martium 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a Natale subscripto. Cod. „EN" n. 104. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 28 30.

Natalis et suo et Canisii nomine Borgiam, Societatis praepositum generalem, monet: Non convenit, Socios relationes de rebus comitiorum imperii Romam mittere.

P. Hieronymus Natalis S. J., Augustae inter comitia imperii cum PP. Canisio et Ledesma cardinali Commendono legato pontificio a consiliis esse per S. Franciscum Borgiam (mandatu S. Pii V.) iussus, Augusta 16. Martii 1566 eidem Borgiae scripsit: Jo haueuo incominciato à dir' a Maestro Canisio la settimana passata, di scriuer' alchune noue di quello che si fà et s' intende quà, mà dipoi habbiamo pensato tutti doi che non conuiene alla nostra professione; perche sapendosi, se causaria grand' offension etc. et facendo noi quello che è proprio nostro si fara con la Diuina gratia magior frutto, non curandosi d' altro. Oltreche non mancha qui, chi scriua d' ogni cosa, et puotria esser' che noi non sapesemo le uere noue; et cosi se la Paternità Vestra hà muostrate quelle che la settimana passata si scrissero . puotra dar' raggione come non le scriuiamo piu. *Ita quidem de relationibus, quae a Borgia Romae cardinalibus, praelatis, amicis monstrari possent, in corpore epistulae, quam P. Didacus Jimenez S. J., unus ex Natalis comitibus, scripsit et Natalis sua manu subscripsit. Ipse tamen Natalis addidit „Postscriptum", quod vocamus, idque lingua maioricensi sive lemovicensi; scripsit autem: Se de rebus praecipuis, quae secreto gererentur, privatim Borgiam certiorem redditurum esse; quantovis autem silentio illae tegerentur, fieri non posse, quin saltem in Canisii quoque et Ledesmae notitiam venirent.*

De rebus comitiorum et similibus Natalis Augusta 6. et 9. Martii 1566 et ipse et per P. Jimenez ad Borgiam rettulerat; quas epistulas v. in Epp. *Nadal* III 13—21. Ut autem eiusmodi relationibus in posterum supersedere statueret, Canisii auctoritate motus est; v. infra mon. aug. (c 11). Cf. etiam supra p. 190 211. Postea tamen, ipso Canisio probante, sententia nonnihil mutata, mediam quandam ingressus est viam; v. infra mon. aug. (c 11).

674 sive **aug. (c 10).** Inter 16. et 23. Martii 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a Natale subscripto. Cod. „EN" n. 106. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 36.

PP. Natalis et Canisius Eckium, Bavariae ducis cancellarium, Sociis iam minus, quam antea, faventem, invisunt et ab eo benevole excipiuntur.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Augusta 23. Martii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit de Simone Thaddaeo Eckio, Alberti V. Bavariae ducis cancellario et praecipuo consiliario, qui cum duce comitiis imperii intererat: No camina con aquel fauor con nosotros que solia, aunque al Padre Canisio y a mi que le fuimos a visitar nos hizo buena chera, es menester andar con mucho tiento, con estas gentes.

Natalis et Canisius cum de aliis rebus, tum de universitate collegioque ingolstadiensi cum Eckio egerunt; v. infra mon. ing. (3).

675 sive **aug. (c 11).** Sub d. 23. Martii 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a Natale subscripto. Cod. „EN" n. 106. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 35.

P. Natalis de rebus comitiorum Romam scribere Canisio auctore recusat. Postea tamen inter eos convenit, ut, si quae noverint, ea cum cardinali Commendono communicent.

P. Hieronymus Natalis S. J. 23. Martii 1566 Augusta ex comitiis imperii, in quibus cum PP. Canisio et Ledesma cardinali Commendono legato a consiliis erat, Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem scripsit: La semana passada escreui a V. P.[a] que al Padre Canisio y a mi nos parecia no deuiamos escreuir nueuas, lo qual hize en gran parte porque Maestro Canisio por quien las auia, se grauaba dello, y me dixo claramente que no conuenia. Despues he pensado, y comunicado con el, y le paresce bien que si alguna cosa supieremos nosotros la comunicaremos con el Reuerendissimo legado y el la escreuira . et tamen como dixe en la otra, siempre hare yo lo que su santidad me mando en aquel punto, mas como dixe, no creo que yo pueda saber cosa ninguna.

676 sive **aug. (c 12).** A Martio ad Maium 1566.

Ex Epp. *Nadal* IV 773—774.

Comitiorum tempore Christophorus Wurttembergae dux in aedibus contra domum Sociorum positis habitat. Socios per medios ducis famulos satellitesque ad ecclesiam transeuntes hi salutare solent. Aliqui tamen saepe lapides ex fenestris proiciunt in hortum Sociorum, cum eos ambulantes vident. Socii iniuriam taciti ferunt. Aliquando tamen frater laicus, qui coquum agit, facinore conspecto in ducis aedes recta currit et apud eius coquum animose conqueritur. Dux rebus intellectis interdicit, ne quis domesticus in posterum Socios inhumaniter tractet; in qua re si quis peccaverit, eum ilico domo pulsum iri. Ex eo tempore Socii tranquille vivunt.

P. Hieronymus Natalis S. J. sacerdoti alicui Societatis Iesu (hispano, ut videtur) Roma 7. Octobris 1568 scribens, de protestantibus, quos a. 1566 Augustae Vindelicorum tempore comitiorum imperii viderat et cognoverat, et maxime de Christophoro Wurttembergae duce lutherano haec, praeter alia, narravit: No falta entre ellos gente honesta al humano, como se verá por este exemplo. Teníamos en frente de nuestra habitación por vezino al duque de Virtembergue, y acaecía que pasáuamos muchas vezes yendo y viniendo á la yglesia, que era muy cerca de casa[1], por medio de sus criados y de su guardia, por ser la calle angosta; y eran tan bien comedidos, que ordinariamente nos hazían reuerencia descubriéndose las cabeças. Verdad es que á algunos dellos deuía pesar ver que se nos hiziese esta honra, y por aguárnosla, muchas vezes nos tirauan muy buenas pedradas dende sus ventanas á nuestro huerto quando nos veyan salir á pasear en él; y, aunque la cosa venía á ser de mala manera y peligrosa, no

a) *Sequitur* lo, *oblitteratum.*

[1] Sacellum S. Lamberti dicere videtur; cf. supra p. 544.

nos parescía deuíamos darla á entender al legado, ni menos al emperador. Mas un día que tirauan de las buenas, viéndolo nuestro cozinero, que era un redondo coadiutor tudesco, sale de su cozina con su auantal[1], y sin dezir nada á nadie va fuera de casa, y entrándose derecho por la del duque hasta la cozina, muy denodado dize al cozinero: „Mis amos querrían saber si pueden vivir seguros en su casa, porque la mala vezindad que se les haze dende la vuestra non creen que el príncipe la entienda.“ El cozinero del duque entendida la cosa, se fué derecho á su señor y se la contó; el qual mandó luego venir delante de sí todos los que se hallauan en casa, y haziéndoles vna gran reprehensión, les amenazó que si más sentía sernos hecho desacato ninguno, no le estaría vn hora más en casa quien quiera que lo hiziese. Con esto dende adelante vivimos en paz.

„Crassus coadiutor germanus“ sive Societatis frater laicus, qui ex culina sua in ducis wurttembergensis culinam recta penetravit eiusque famulos animose reprehendit, fuisse videtur „Symon Wetin“; hic certe in domus augustanae * *Catalogo* exeunte a. 1566 conscripto „Coquus“ et „Emptor“ vocatur („GSC 66“ f. 356[a]).

677 sive **aug. (c 13).** 1. Aprilis 1566.

Ex apographo (A), quod, saeculo (ut videtur) XVIII. ineunte ex „Biblioth. Spadae M. S. nr. 83. pag. 380“ exscriptum, exstat in Cod. rom. „Lat. 3376“ f. 193[a] ad 195[b]. Alterum apographum (B) exstat in Cod. londin. „Eg. 1078“ p. 95—99. Hoc apographo usus sum in „*Stimmen*“ etc. LXXI 182.

Ioannem ab Hoya episcopum osnaburgensem et Commendonus et Canisius, ut consecrationem episcopalem susciperet, urserunt. Uterque censet optandum esse, ut tum Hoyae tum Ioanni von der Leyen archiepiscopo treverensi dispensationes facultatesque ad ipsorum consecrationem spectantes a sede apostolica quam primum concedantur. Commendonus id negotium cardinali Reomano graviter commendat.

Cardinalis Ioannes Franciscus Commendonus Augusta 1. Aprilis 1566 ad cardinalem Reomanum ita scripsit de Ioanne ab Hoya, qui a. 1529 ex Gustavi I. Sueciae regis sorore genitus, a. 1553 episcopus et princeps osnaburgensis (Osnabrück) electus erat (v. supra p. 154), ac de Ioanne von der Leyen, qui a. 1556 Treveris salutatus erat archiepiscopus (v. supra p. 135) et comitiis imperii ipse intererat: Già piu di mandai alla[a] V. S. Jllustrissima pure per Causa di Consecratione[b] vn memoriale dell' eletto di Osnaburg[c] fratello cugino del Re di Suetia, et sono molto sollecitato[d] per la risposta. Desidera particolarmente gratia, vt assistentibus duobus Abbatibus infulatis etc. si per la rarità delli[e] vescoui, come per la difficoltà[f] di poterli vnire[g] insieme. E questo Prelato ancora nella medesima colpa con Treuiri[h][2], et io l' hò am-

a) al *A*. b) Già più dì pur per causa di consecratione mandai a V. S. Illustrissima *B*. c) Osnabrug *B*. d) sollicitato *B*. e) de' *B*. f) difficultà *B*. g) unir *B*. h) Treveri *B*.

[1] Cum praecinctorio.

[2] Infra 3 menses (post confirmationem) suscipere debuerant consecrationem episcopalem; ad quam ex iure communi 3 episcopi necessarii erant; v. supra p. 135—136.

monito et sollecitato[a] pi uolte . prima à bocca in Osnamburg[b][1], et poi con lettere, et il medesimo hà fatto seco[c] il Padre Canisio[2] il quale parimente giudica che saria[d] bene di concedere all' vno et all' altro la gratia e[e] [?] di mandare[f] questi Breui quanto prima, Io prego V. S. Jllustrissima à pigliar[g] cura particolare, di questo negotio, et se la si degna di credermi alcuna cosa, la tenga questo per certo, che se costoro restano senza consecrarsi sarà[h] difficile il condurre gli altri à farlo.

Breve, quod archiepiscopus treverensis petierat, ipso hoc m. Aprili Augustam allatum esse intellegitur ex *„Instructione" a *Commendono* Ioanni Andreae Caligario auditori data, cuius apographum exstat in Cod. vaticano, quem supra dixi, f. 208[b]. At Ioannes von der Leyen, cum se ad sacerdotii et episcopatus ordines suscipiendos pararet, Confluentibus 9. Februarii 1567 repentina morte abreptus est (*Gesta* Trevirorum [cf. supra p. 135] III 17 18 22 23). Hoya autem a Ioanne Kridt titulari episcopo aconensi et suffraganeo monasteriensi in monasterio Crucigerorum bentlagiensi (Bentlage, prope oppidum Rheine) a. 1567 m. Octobri (die 4., ut videtur) sacerdos et (die 5.) episcopus — assistentibus abbatibus benedictinis abdinghoffensi, liesbornensi, iburgensi — consecratus est (*Mich. Strunck* S. J., Annalium Paderbornensium Pars III., Paderbornae 1741, 386. *A. Tibus,* Geschichtliche Nachrichten über die Weihbischöfe von Münster, Münster 1862, 106—107).

678 sive **aug. (c 14).** 22. Aprilis 1566.

Ex epistulae commendonianae apographo (saec. XVII.—XVIII. scripto), quod exstat in Cod. londin. „Eg. 1078" p. 130—138.

Maximilianus II. sollicitatur, ut se protestantem profiteatur. Commendono tamen legato Canisius aliique affirmant, eum se in comitiis magis, quam unquam antea, catholicum praebere.

Cardinalis Commendonus Augusta 22. Aprilis 1566 ad curiam romanam haec de Maximiliano II. rettulit: Qui è stato tentato dagl' Heretici che l' imperatore si dichiarasse confessionista, et per quello che ne giudica il Canisio et il confessore[i] [?] dell' imperatore[i][3] [?] et altre persone, pare che S. Maestà non si sia mostrata mai per il passato tanto inclinato alla religione catolica, quanto in questa Dieta.

Privatim tamen Maximilianus asseverabat, se missam et purgatorium pro nihilo putare; invocationem quoque Sanctorum clam improbabat etc. (*Janssen* l. c. IV [15-16] 223—224. *Hopfen* l. c. 132).

a) admonito et sollicitato *B.* b) Osnabrug *B.* c) *B perperam:* suo. d) seria *B.* e) *Ita A; B:* et, *idque, puto, rectius.* f) di dimandare *A; id quod cum superioribus verbis longe minus congruit, quam* mandare, *quod est in B.* g) di pigliare *B.* h) serà *B.* i) *Ita ap.; corrigendum esse censeo aut* predicatore *aut* imperatrice*; v. infra adn. 3.*

[1] Commendonus a. 1561, cum Pii IV. per Germaniam nuntium ageret, die 28. Iunii in arce furstenaviensi Hoyam inviserat (*Pogiani* Epistolae III 60[a]). Hoyam etiam Otto cardinalis Truchsess, litteris Roma 2. Maii 1562 datis, ad consecrationem suscipiendam hortatus erat (l. c. 62).

[2] Canisius id certe exeunte a. 1565 verbis, fortasse prius litteris praestiterat; cf. supra p. 154—155 175.

[3] Anno 1555 homo quidam malae famae et exiguae doctrinae Maximiliani confessarius erat (*Can.* I 526). Quem quamdiu Maximilianus tenuerit, nescio. Hoc autem loco aut Matthiam Cythardum O. Pr., imperatoris contionatorem, aut Franciscum de Corduba O. F. M., Mariae imperatricis confessarium (cf. *Can.* IV 492), significari puto.

679 sive **aug. (c 15). Inter 22. et 27. Aprilis 1566.**

Ex apographo saeculo XVII. vel XVIII. scripto. Cod. londin. „Eg. 1078" p. 145—148.

Commendonus cum PP. Natale, Canisio, Ledesma multum confert de pace religionis. Quam hi confirmari posse censent, si simul dogmatum tridentinorum a catholicis admissorum mentio fiat.

Cardinalis Commendonus, a S. Pio V. iussus in comitiis imperii, si quid cum dogmatum tridentinorum praeiudicio constitueretur, „protestationem" interponere (v. supra p. 252), Augusta Vindelicorum 27. Aprilis 1566 Romam ad Michaelem Bonellum O. Pr. cardinalem „Alexandrinum" scripsit: Io esseguirò l' ordine datomi, ma se senza mentione della religione et con espressa mentione, che i Catolici adheriscano alli Dogmi del Concilio di Trento, si potesse condurre[a] [?] la pace[1]; a questi Giesuiti che S. Santità mi hà mandati[2], et al padre Canisio pare, che questo non fosse se non bene, et circa ciò habbiamo conferito assai insieme, et conferiremo di novo per non lasciare in ogni caso di fare il debito nostro con ridurre le cose a qualche bon fine, et se questo non si potesse, a prohibir' il male o almeno a non consentirvi.

680 sive **aug. (c 16). Ab initio m. Martii ad medium fere m. Maium 1566.**

Ex Epp. *Nadal* IV 772. Epistula usus est *Sacchinus,* Hist. S. J. III. l. 2. n. 23 24.

Augustae in comitiis imperii cardinalis Commendonus pontificis legatus PP. Natali, Canisio, Ledesmae theologis suis per mensem nullam fere dubitationem proponit. Deinde vero iidem legato ad multas grauissimasque de pace religionis quaestiones respondere debent in eoque labore 15 dies ita impendunt, ut vix sumendi cibi et dormiendi tempus sibi sumant. Consiliis cum cardinali Augustano, Lancellotto, Sandero collatis, aliqua constituuntur; quae et pontifici probantur, et imperatori valde placent. Aliquis contra sentit.

P. Hieronymus Natalis S. J. litteris Roma 7. Octobris 1568 sacerdoti alicui Societatis missis ita narrat, quid Augustae a. 1566 tempore comitiorum imperii apud cardinalem Ioannem Franciscum Commendonum pontificis legatum ipse ac PP. Canisius et Ledesma (v. supra p. 186) egerint: Tuvimos ocio por más de un mes y no la ocupación que se pensaua.... Fuy á Dilinga á 16 de Abril; y auiendo començado la visita de aquel collegio, dende á ocho días el legado, me embió con un criado suyo á llamar con grandíssima priesa, por vna cosa que mucho importaua. Yo obedecí tan á la letra, que dexé vna confessión, que auía començada á oyr, quando llegó el mensagero, y

a) *Sic; corrigendum esse existimo* confirmare *vel* confermare*: v. supra p. 211 230.*

[1] Pacem inter catholicos et lutheranos Augustae a. 1555 initam: v. supra p. 211 230—256.

[2] PP. Natali et Ledesmae: v. supra p. 575. Natalis 23. Aprilis 1566 vesperi Dilinga Augustam redierat: v. infra n. 680.

vine el mismo día á Augusta[1]. El negocio que se trataua no fué público, aunque era vniuersal y de muy gran importancia á la christiandad[2]. Durónos á los tres[3] la priesa de estudiar y escriuir quince días, en los quales pagamos el ocio pasado, porque apenas dáuamos tiempo al comer y dormir. . . . Hiziéronse con la diuina gracia buenas resoluciones á muchas dudas que en el caso nos fueron propuestas por el legado[4], el qual consultaua juntamente al Rmo. cardenal de Augusta y á vn auditor de rota que el papa auía tanbién embíadole, y á otro doctor theólogo [que] el legado tenía en su casa[5]. Despachó á su secretario[6] por la posta con nuestros paresceres á S.S., á quien contentaron. Fué gran consolación y alegría de todos los que entendieron el negocio ver la buena resolución y salida que se le hauía hallado. El emperador[7] quedó assímismo muy satisfecho. No faltó quien fuese de contraria opinión directe contra nosotros[8], mas huuo de auer patiencia.

681 sive **aug. (c 17).** **Inter 27. Aprilis et 11. Maii 1566.**

Ex archetypis, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis et a P. Hier. Natale subscriptis. Cod. „EN“ n. 125 126 (f. 91ᵇ 90ᵃ). Etiam (ex archetypis) in Epp. *Nadal* III 118—119 123.

Archiepiscopus salisburgensis PP. Natalem et Canisium Augustae honorifice excipit et cum iis de multis rebus loquitur. Eius animus valde offensus est eo, quod P. Victoria pro collegio Salisburgi condendo magnam pecuniam requisivit, et quod ab archiepiscopo (atque etiam a Carolo et Ferdinando archiducibus) stipem petiit, quam postea fratri dedit. Natalis et Canisius asseverant, inscia invitaque Societate id factum esse, eamque, ne idem denuo fiat, curaturam.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator duabus epistulis Augusta 11. Maii 1566 datis Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de Ioanne Iacobo Khuen a Belasy archiepiscopo principe salisburgensi, qui comitiis intererat, et de P. Ioanne Victoria (Societatis procuratore generali? Cf. Can. IV 664), qui ineunte a. 1563 (cum nondum generalis procurator esset constitutus) Lainii praepositi generalis mandatu cum Ioanne Iacobo Salisburgi de Societatis collegio ibidem condendo agere coeperat (Can. IV 11 14 42 525[6]. Epp. Nadal II 194): Jl Padre Canisio et io habbiamo uisitato Jl Reuerendissimo Saltzburgense, il quale ci ha fatto gran[d'] accoglienza, et trattenutoci assai dicendoci de molte cose etc. . . . Al saltzburgense hezimos el padre Canisio y yo Vna apologia del Padre Victoria, del qual estaua muy escandalizado, porque para la fundacion de Vn Collegio le pidio muchos millares . y despues desto limosna para vna persona muy necessitada y dandosela, supo despues que auia sido para un su hermano del dicho Padre . y

[1] Die 23. Aprilis (Epp. *Nadal* III 80).

[2] Quaerebatur, num pax de religione a. 1555 Augustae inita decretis concilii tridentini adversaretur ideoque legatus adversus eiusdem confirmationem „protestari“ deberet; v. supra p. 230.

[3] PP. Natali, Canisio, Ledesmae.

[4] Has „resolutiones“ v. supra p. 230—247.

[5] Cardinalem Truchsess, Scipionem Lancellottum, Nicolaum Sanderum significat; v. supra p. 238.

[6] Ioannem Andream Caligarium; v. supra p. 233 254.

[7] Maximilianus II. [8] Lancellottus; v. supra p. 238 239[1] 240 256.

que auia hecho el mismo officio con los Arciduques Hernando y Carlos[1]; Diximosle que ni lo vno ni lo otro auia hecho con orden dela Compañia, la qual en ninguna manera sufriria especialmente la segunda cosa, quedo satisfecho segun pudimos Juzgar, mas no dixo palabra de Colegio.

Natalis et Canisius inter 5. et 12. Maii archiepiscopum adisse videntur; monet tamen Natalis in ipsa hac epistula, in litteris hebdomadis superioris aliqua vel per oblivionem vel propter temporis angustias omissa esse (Epp. *Nad.* III 116); fortasse igitur inter 27. Aprilis et 4. Maii eum adierunt.

Victoriam P. Ioannes de Polanco iam m. Iulio a. 1563 serio simul et suaviter admonuerat, ne fratrum (quorum unus Neapoli, alter cum ipso Victoria versabatur) rem familiarem curaret, atque ut alterum illum ablegaret; epistulam vide in Epp. *Nad.* II 628—629. Atque ita ipse *S. Ignatius* praeceperat: „Unusquisque eorum, qui Societatem ingrediuntur, consilium illud Christi sequendo: ‚Qui dimiserit patrem', etc. existimet sibi patrem, matrem, fratres et sorores, et quidquid in mundo habebat relinquendum; .... ita curandum ei est, ut omnem carnis affectum erga sanguine iunctos exuat, ac illum in spiritualem convertat, eosque diligat eo solum amore, quem ordinata charitas exigit" (Constitutiones S. J., Ex. c. 4, n. 7).

682 sive **aug. (c 18).** 3. Maii 1566.

Ex „Memorialis" caligariani apographo, quod, saeculo XVIII. (ut videtur) „ex manuscriptis bibliothecae Cardinalis Spadae Tom. 138" (cf. supra p. 230) exscriptum, exstat in Cod. rom. „Lat. 3376" f. 123[b]—124[a]. Ex eodem codice haec „Memorialis" pars transcripta est in Epp. *Nadal* III 760[2].

Cardinalis Augustanus, nuntius Bilia, theologi a cardinali Commendono congregati et interrogati negant (praeter Lancellottum), ipsum contra pacis augustanae confirmationem protestari debere; certe id non esse faciendum palam.

Ioannes Andreas Caligarius (v. supra p. 233) in „Memoriale della Dieta Jmperiale del 1566 in Augusta" haec, praeter alia, notavit: Die Veneris 3ª Maij 1566. Jllustrissimus Legatus cum haberet in[a] [?] mandatis[a] [?] a Pontifice protestandi[a] [?], et discedendi[a] [?], si quid contra dogmata Concilij Tridentini statuetur[b] [?] in Dieta, et cum iam ageretur de confirmanda pace facta de anno 1555 . in congregatione ubi erat ipse Legatus, Cardinalis Augustanus, Nuntius Bilia[2], Scipio Lancellotus Auditor Rotae, Pater Natalis, Canisius, Ledesma[c], Aloysius[3] 4. Societatis Jesu, ac Dominus Nicolaus Sanderus Anglus Theologus, et ego, proposuit tria dubia[d], primo an confirmatio Pacis 1555. esset contra dogmata Concilij Tridentini. 2do praesupposito[e] quod esset dubium, an deberet etiam eo casu protestari, et discedere. 3º dato quod protestatio esset necessaria[f], quando[g] [?], et qua uia posset[h] fieri sine indignatione Caesaris, et pro conseruatione iurium[i] Sedis

a) *Ex proximis vv. conieceris scribendum fuisse vel:* haberet mandata, *vel paulo infra:* ut protestaretur et discederet. b) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* statueretur. c) Ladesma *ap.* d) dubbia *ap.* e) praesuposito *ap.* f) necessario *ap.* g) *Ita ex* quo, *quod est in ap., corrigendum esse conicio ex responsis, quae posui supra p. 239—240.* h) possit *ap.* i) uirium *ap.*

[1] Ferdinandum II. et Carolum, Maximiliani II. imperatoris fratres, significat; Carolus Styriae et Carinthiae, Ferdinandus Tirolis et Austriae anticae principes erant.

[2] Melchior de Biglia, apostolicus apud Maximilianum II. imperatorem nuntius; v. supra p. 578.

[3] P. Aloysius (Ludovicus) de Mendoza S. J.; v. supra p. 216 258.

Apostolicae, omnes[a], excepto uno Scipione Lancellotto fuerunt in uoto, quod huiusmodi confirmatione[b] [?] non praeiudicaretur Concilio praedicto quoad dogmata, quoad primum, quoad 2.[m] quantum[c] [?] hoc esset dubium, Legatum non debere protestari, nec discedere. Quoad 3:[m] fiat[d] protestatio secreta a [?][e] die[e] [?] notitiae [?][e], cum facta palam posset esse causa magni scandali et schismatis, et Legatus prudentissime in re tam dubia, et periculosa se gessit etc.

683 sive **aug. (c 19).** Inter 4. et 11. Maii 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN" n. 125 (f. 91[b]—92[a]). Epistula primum ex archetypo edita est in Epp. *Nadal* III 115—121. Eadem copiose usus est *Sacchinus,* Can. 234—235 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 26—27.

Maximilianus II. existimat, Natalem, Canisium, Ledesmam Commendono legato apostolico suasisse, ut adversus „pacem religionis" augustanam „protestationem" interponeret. Bilia vero nuntius apostolicus imperatori demonstrat, eos protestationem dissuasisse.

P. Hieronymus Natalis Augusta 11. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem S. J. haec rettulit ex Melchiore Bilia apostolico apud Maximilianum II. imperatorem nuntio accepta (ex quibus intellegitur, Maximilianum nescivisse, quid de „pace religionis" PP. Natalis, Canisius, Ledesma litteris communibus cardinali Commendono legato apostolico traditis [v. supra p. 230—255] et per hunc ad Borgiam et Pium V. missis respondissent, atque eidem imperatori sinistram de Sociis opinionem fuisse, ac si ipsi pacem illam cum dogmatis tridentinis pugnare et legato adversus pacis confirmationem „protestationem" interponendam esse affirmarent): Hablando El Nuncio al Emperador del negocio que se trata sobre que escreuimos todos la semana passada, y diziendo Su Magestad estos Jesuitas son hombres de bien, mas no entienden los negocios de Alemania (esto dezia pensando que nosotros hiziesemcs cosa que a su Magestad no agradase, aconsejando etc.). El Nuncio le aseguro, diziendole que su Magestad seria muy contento, si supiese el officio que auiamos hecho, y que el testificaua esto de vista y oyda, que auia estado presente en las congregationes que se auian tenido sobre el dicho negocio; que no es otro sino lo que nosotros hauemos escrito a V. P. y firmado de nuestros nombres; quiça pensaua su Magestad, que nosotros deziamos lo contrario; mas aquello diximos sobre nuestras conscientias sin respecto alguno humano.

Sacchinus haec non ad verbum quidem, satis tamen accurate ex ipso fonte exscripsit. *Dorigny* vero in locum Biliae nuntii ipsum Commendonum legatum substituit (l. c. 276); ac Dorignium, relicto Sacchino, secuti sunt *Python* (l. c. 236), *Riess* (l. c. 357), *Boero* (Can. 304).

a) omnis *ap.* b) *Vel ita vel* quod per huiusmodi confirmationem *corrigendum est ex* quod huiusmodi confirmationem, *quae sunt in ap.* c) *Ita ap.; corrigendumne* quando *vel* quamdiu? d) *Vel ita vel* quod fiat *vel* ut fiat *ex* fuit *(quod est in ap.) corrigendum esse, et res ipsae et responsa supra p. 239—240 posita ostendere videntur.* e) *Sic ap.;* secreta coram notario? *Cf. supra p. 235 239.*

Sacchinus — quo testimonio usus sit, nescio — haec addit: [Cum nuntius. cuius sententiae Socii fuissent patroni, demonstrasset,] „descendit in Caesaris pectus id meritum, totique Societati . . conciliauit: nec modice ipsi reconciliauit Canisio, quem aduersari rationibus suis iampridem persuasum habebat“ (Hist. S. J. III, l. 2, n. 27; paulo brevius Can. 235). Ac Canisium quidem sibi singulariter adversari iam inde a multis annis persuasum habebat Maximilianus II. (v. *Can.* IV 26 484). Neque Biliae testimonium ad Canisium ea invidia liberandum multum valuit; cf. *Can.* I 530. Attamen magnam saltem partem id effectum est, quod *S. Franciscus Borgias* et desiderabat et sperabat, cum Roma 25. Maii 1566 Natali scriberet: „Pare bene intenda l' Jmperatore il buon officio, che quà s' è fatto appresso à sua Santità intorno al negocio pel quale uenne detto auditore: perche credo a lui darà satisfattione et edificatione. Et tanto miglior concetto et animo etc. uerso le cose nostre à gloria di Dio“ (ex archetypo, manu Borgiae subscripto, quod in „EB“ n. 180 est [f. 59[a]]; etiam in Epp. *Nadal* III 149). Ad quae *Natalis* Dilinga 20. Iulii 1566 respondit: „El emperador sabemos que esta bien con la compañia y la alaba y que ha entendido los buenos officios que auemos nosotros hecho, hazemos dezir muchas missas por el, y ansi lo offreci yo ala emperatriz“ (ex archetypo, ab ipso Natale subscripto, Cod. „EN“ n. 144, f. 170[a]; etiam in Epp. *Nadal* III 191).

684 sive **aug. (c 20).** Inter 4. et 11. Maii 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN“ n. 125, f. 91[b]. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 119.

Catholici Augustae congregantur et Concilium tridentinum admittere statuunt. Cuius rei cum in recessu comitiorum mentio fieri nequeat, ratio quaeritur, qua admissioni illi publicum testimonium detur. Commendonum legatum in eo studio Socii adiuvant.

P. Hieronymus Natalis Augusta ex imperii comitiis, in quibus ipse ac PP. Canisius et Ledesma S. Pii V. iussu cardinalis Commendoni legati pontificii theologos agebant, 11. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis praepositum generalem rettulit: Despues que escreuimos la semana passada; los deputados de los Catholicos tuuieron congregacion, y todos finalmente concluyeron, de recebir el concilio de Trento; con gran consolacion de todos nosotros in Domino. Despues desto; supuesto que no es possible hazerse mencion desto en el Recesso, porque todos dizen a Vna uoz que la paz se romperia del todo, se esta estos dias en que lo que han dicho los Catholicos en su congregacion se meta en un acto el qual pueda hazer fee, esto se negocia aora, y el Jllustrissimo Legado haze todos los officios possibles, y nosotros no faltamos de nuestra parte en hazer lo poco que podemos con la Diuina gracia.

Rei gestae modum excesseris, si cum *Oddio* (l. c. 181) de Canisio in his comitiis versato asserueris, „che tutta la mole de' negozi per la Parte Cattolica si reggesse su le sue spalle, ed egli fosse in certo modo l' Anima di quel Corpo“. Neque tamen vituperare ausim *Sacchinum* ita scribentem: „Nec equidem ambigam Canisij potissimum, pro autoritate, qua apud maximos quosque Antistitum sacrorum pollebat, studio, et labore perfectum, vt de Tridentino quoque Concilio, quod satis visum est in praesentia, in Catholicorum consessu probaretur, atque reciperetur“ (*Can.* 235; Hist. S. J. III, l. 2, n. 27). *Leopoldus von Ranke:* „Canisius, unbescholten, höchst rechtgläubig und klug, hatte einen großen Einfluß auf die Personen; es war an keine Concession zu denken; vielmehr ist dieser Reichstag der erste, in welchem

die katholischen Fürsten einen erfolgreichen Widerstand entwickelten. Die Ermahnungen des Papstes fanden Gehör: in einer abgesonderten Versammlung der geistlichen Fürsten wurden die tridentinischen Schlüsse vorläufig angenommen [1]. Von diesem Augenblick beginnt ein neues Leben in der katholischen Kirche in Deutschland" (Die römischen Päpste in den letzten vier Jahrhunderten II, 10. Aufl., Leipzig 1900, 31).

685 sive **aug. (c 21).** 12. Maii 1566.

Ex apographo saeculo XVIII. (ut videtur) scripto, quod exstat in Cod. rom. „Lat. 3376" f. 130ª—131ª. Litteras latine versas posuit *Laderchius* l. c. p. 120—121 (in a. 1566 n. 230). Maximam litterarum partem italice ex codice, quem modo dixi, (liberius tamen, non ad verbum) expressit *Brognòli* l. c. II 192—197.

Caligarius ex comitiis imperii augustanis Romam a Commendono legato pontificio missus S. Pio V. refert: Cardinalem, adversus confirmationem pacis augustanae, si ea cum dogmatis concilii tridentini pugnaret, „protestari" iussum, multas theologorum congregationes habuisse theologosque, quid sentirent, scribere iussisse; et earum sententiarum alias per se, alias per Borgiam Societatis praepositum generalem pontifici tradi. Oratorem quoque hispanum, cardinalem Augustanum, nuntium apostolicum consultos esse. Theologos omnes, praeter Lancellottum, ita sentire: Pacem illam non adversari dogmatis tridentinis, neque ulla ratione sibi placere, ut „protestatio" sollemnis apud imperatorem interponatur.

Ioannes Andreas Caligarius Augusta ex comitiis imperii 5. Maii 1566 a cardinali Ioanne Francisco Commendono pontificis legato Romam ad S. Pium V. missus (v. supra p. 233), Roma 12. Maii 1566 Commendono scribit: Ipso eo die primum admissus est ad pontificem. Cui, quid in comitiis gestum esset, narravit: Catholicos petisse, ut pax de religione a. 1555 Augustae inita confirmaretur; qua re comperta Commendonum 2. Martii cardinali Reomano scripsisse, ut, quomodo ea in tractatione se gerere deberet, edoceretur; allatum igitur esse mandatum pontificis idque coniuncte elatum („ordine conditionato"), ciò è che quando per questa pace si pregiudicasse al Concilio di Trento in quanto alli Dogmi, che V. S. Illustrissima protestasse, e partisse. Quiui Nostro Signore subentrò, e disse, che questo era uero, et io seguitai, che V. S. Illustrissima per eseguire precisamente quest' ordine prima hauendo consultato la cosa con Dio, dicendo ella stessa la messa dello Spirito Santo haueua di poi fatto studiare il punto, non solo à Teologi, che mandò S. Santità [2], ma anco ad altri, et haueua fatto molte Congregazioni sopra ciò, e di più fatto dare il loro uoto à tutti, non solo in voce, ma in scritto, li quali tutti hauria S. Santità parte da me, parte dal P. Generale de Giesuiti [3], e che fra tanto V. S. Illustrissima non haueua tralasciato fare ogni buon officio, e con l' Jmperatore [4], e con i Cattolici, perche non si uinisse à fare pregiudizio al Concilio di Trento, e che tutto questo si era partecipato

---

[1] Perperam asserit *Ranke,* ab ecclesiasticis tantum principibus decreta tridentina admissa esse; qui labitur etiam, cum ea ad tempus tantum recepta esse scribit; vide supra 270.

[2] Scipionem Lancellottum ac PP. Natalem et Ledesmam significat.

[3] A S. Francisco de Borgia; vide supra p. 254. [4] Maximiliano II.

coll' Ambasciadore del Rè Cattolico huomo sauio, e zelante dell' onor di Dio [1], col Card. d' Augusta, col Nunzio [2], e con Monsignor Lancellotto, e che in somma l' opinione di tutti i Teologi era, benche Monsignor Lancellotto sentisse il contrario, che questa pace non pregiudicasse alli Dogmi del concilio di Trento, e che quanto al protestare publicamente coram Notario et Testibus à S. Maiestà Cesarea [a] à tutti pareua tanto periculoso, che tutti erano di opinione, che per niun modo si douesse uenire a questa cosi fatta protesta per li molti danni che ne poteuano succedere.

686 sive **aug. (c 22).** 13. Maii 1566.

Ex apographo saeculo XVIII. (ut videtur) scripto, quod exstat in Cod. rom. „Lat. 3376" f. 134[a]—136[b]. Epistulae partem ex eodem codice exscripsit *Brognòli* l. c. II 197. Epistula usus est *Laderchius* l. c. p. 134 (in a. 1566 n. 236).

Borgias pontificem denuo adit. Caligarius edocetur, cardinalem Granvellanum, Borgiam, Polancum de pace augustana idem sentire ac Natalem, Canisium etc., atque horum scriptas sententias pontifici traditas esse etc.

Ioannes Andreas Caligarius (de quo supra p. 588) Roma 13. Maii 1566 Augustam ad cardinalem Commendonum litteras misit, quarum haec fere summa est: Ipso illo die Caligarius Borgiam iterum invisere voluit, sed hunc ad pontificem ivisse comperit. In via autem Polancus ei occurrit et dixit: Borgiam secum 12. Maii negotii augustani causa ad cardinalem Granvellanum venisse; hunc idem atque Commendonum et reliquos sentire, neque tamen ad pontificem accedere velle nisi vocatum. Socios romanos iam multis diebus ante de difficultate illa certiores factos esse eaque diligenter excussa in eandem sententiam devenisse atque Natalem et Canisium etc. Ac Borgiam et se diu cum pontifice collocutos esse, scriptas illas Sociorum sententias ei tradidisse, tandem eo ipsum adduxisse, ut animum suum inclinare diceret in rem totam arbitrio Commendoni permittendam. Se (Polancum) etiam cum cardinali Alexandrino de causa illa tractasse.

Caligarius 15. Maii denuo Borgiam adiit; qui, quae Polancus 13. Maii dixerat, confirmavit; addidit Borgias „che il cardinale Paceco li haueua detto che N. S. haueua mosso parola di questo in congregatione d' Inquisitione; et che tutti erano stati di parere che non si uenisse a protesta nè a rottura alcuna et particolarmente Pacceco"; praeter Franciscum Pachecum autem cardinales Tranensis (Ioannes Bernardinus Scottus, O. Theat.), Pisanus (Scipio Rebiba), Ioannes Franciscus de Gambara supremorum inquisitorum officium tenebant. Borgias Caligario etiam significavit, Pium V. denuo congregationem inquisitionis eius rei gratia habiturum esse, ac cardinales Granvellam et Moronum idem sentire ac Pachecum etc. (Epp. *Nadal* III 700). Die autem 18. Maii *Caligarius* Commendono scripsit, „che N. S. è risoluto che non si protesti, nè si muovi altra cosa; ma si rimetta tutto alla discrezione e parere di V. S. Illustrissima" (*Brognòli* l. c. II 199).

a) *Ita ex* Cattolica, *quod est in ap., corrigendum esse ostendunt cum res ipsae, tum theologorum responsa; v. supra p. 239. Apud Laderchium haec vv. omissa sunt.*

[1] Cum Thoma Perrenot de Chantonnay, Philippi II. apud imperatorem oratore et cardinalis Granvellani fratre. [2] Melchiore comite de Bilia.

687 sive **aug. (c 23).** **M. Maio 1566.**

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN“ n. 126, f. 90[a]. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 123.

Augustae in comitiis imperii archiepiscopus cameracensis PP. Natale et Canisio familiariter utitur.

P. Hieronymus Natalis S. J. Augusta 11. Maii 1566 ex comitiis imperii ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem de se et de Canisio hoc, praeter alia, rettulit: Co 'l Reuerendissimo Cameracense trattiamo molto familiarmente et ci dimostra grand' affetion' comunicando con noi le cose sue.

Maximilianus comes a Walhaim sive a Bergis († 1570), a. 1556 episcopus cameracensis (Cambrai) electus, a. 1559 primus archiepiscopus eiusdem ecclesiae constitutus, romani imperii princeps („dux cameracensis“), anno 1563 Cameraci collegium Societatis incohaverat (*Can.* IV 40 367).

688 sive **aug. (c 24).** **A medio m. Aprili ad exeuntem m. Maium 1566.**

Ex archetypo a P. Did. Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN“ n. 129, f. 449[a]. Integra epistula ex archetypo primum vulgata est in Epp. *Nadal* III 135—138.

Cardinalis Commendonus in comitiis augustanis PP. Natalis, Canisii, Ledesmae opera tam copiose utitur, ut his saepe nec cibi sumendi nec dormiendi tempus suppetat.

P. Hieronymus Natalis Augusta 19. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de cardinali Ioanne Francisco Commendono, S. Pii V. in comitiis imperii legato, cuius theologos in iisdem comitiis agere a pontifice iussi erant ipse Natalis ac PP. Canisius et Ledesma: Auanti non ci haueua adoperato l' Jllustrissimo Legato percioche non occorreua cosa in che . mà Dalla Pascha[1] in qua ci hà tanto occupato che molti giorni non haueuamo tempo de mangiar' ne di dormire, et spero nel signore che habbiamo fatto alchun seruiggio alla Sede Apostolica et à sua Signoria Jllustrissima et par che habbiamo intesso, jl per che siamo uenutj.

689 sive **aug. (c 25).** **A medio m. Aprili ad exitum m. Maii 1566.**

Ex archetypo, ab ipso P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN“ n. 143, f. 127[a]. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 180.

Cardinalis Commendonus legatus pontificius PP. Natalem, Canisium, Ledesmam in comitiis augustanis sibi et sedi apostolicae egregie satisfecisse significat. Sociorum officia secreta quidem, sed gravissima erant. Qui constanter et docte sententiam adversus impugnantes tuerentur necesse erat, ob periculum schismatis maximi etc.; et vix tempus iis suppetebat ad manducandum et dormiendum. Canisius etiam contionando et cum Germanis colloquendo optimam praestitit operam. Ipse et Natalis episcopos adierunt. Tres Socii semper idem sentiebant.

P. Hieronymus Natalis Dilinga 19. Iulii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem S. J. haec rettulit de officiis, quae Augustae in comitiis imperii ipse ac PP. Petrus Canisius et Iacobus Ledesma cardinali Ioanni Francisco Commendono legato pontificio, cui a Pio V. adiuncti erant theologi, praestiterant: Parti de augusta, y de

---

[1] Hoc fuerat 14. Aprilis.

la dieta que se acabaua al fin de Mayo con buena gratia y licentia del illustrissimo Legado el qual dió grandes señales de ser muy contento del seruicio que auiamos hecho los tres ala sede apostolica y a su Señoria illustrissima, y realmente padre aunque poco a parecido al publico el seruicio por auer sido en cosas secretas mas an sido de tanta importancia, que puedo bien tornar a dezir lo que e dicho otra vez que entonces entendimos[a] mas claramente al particular por que dios nuestro señor nos embio y conjungio con el padre M. canisio, la cosa vino en tales terminos que fue bien menester por la contradiction que en ello auia que se mostrase rostro, y firmeza y doctrina, el peligro era tan grande que por menos se auia de venir a un scisma vniuersal etc. trabajamos tanto todos despues de pascua que a penas teniamos tiempo para comer y dormir y pienso que a mj me hizo notable daño tanta applicacion. . . . El Padre canisio admirablemente ayudo con sus predicas en la quaresma y conuersaciones con tudescos . fuimos el y yo a visitar los principes ecclesiasticos y se hizo fructo, vltra de lo que ayudo mucho en los negocios. El padre Ledesma juntamente ayudo mucho . . . y aiudonos specialmente Dios nuestro señor que siempre fuimos de vna misma opinion en los negocios y pareceres y no fue menester que yo vsase dela autoridad que V. P. me dio[1] etc.

Si cum hac relatione epistulas superiores contuleris (v. supra p. 239 240 256 265 274 586 589), facile conieceris, Sociis protestationem adversus pacem religionis a cardinali legato faciendam esse negantibus Scipionem Lancellottum vehementius adversatum esse. Ceterum Romam is rediit animo Sociis prorsus conciliato; *Natalis* enim litteris Dilinga 20. Iulii 1566 datis Borgiam rogavit, ut invisendum curaret „el auditor Lanciloto el qual quedo mucho nuestro aunque fuimos de contrarias opiniones en la dieta“ (ex epistula archetypa, quae exstat in Cod. „EN“ n. 144 [f. 170ᵇ]; etiam in Epp. *Nadal* III 194).

C. M. von Aretin de his comitiis scribit: „Es war dieß der erste Reichstag, auf welchem die Neuerer ganz unbestreitbar Terrain verloren; bisher Angreifende, wurden sie jetzt die Angegriffenen, und mußten an ihre eigene Vertheidigung denken. Grosses Verdienst an diesem Ausgange hatte der päpstliche Legat, Cardinal Commendone, sowie auch der . . . durch Gelehrsamkeit und Frömmigkeit ausgezeichnete Jesuit Peter Canisius“ (Geschichte des bayerischen Herzogs und Kurfürsten Maximilian des Ersten I, Passau 1842, 185).

690 sive **aug. (c 26).** Inter 12. et 18. Maii 1566.

Ex apographo, saeculo XVII. vel XVIII. scripto. Cod. londin. „Eg. 1078“ p. 173—174.

Catholici libellum clam componunt, quo ad maledicentissimum protestantium scriptum respondeant et suas adversus protestantes querelas ad imperatorem deferant. Cardinalis Truchsess et Canisius, ut cardinalis Commendoni desiderio satisfaciant, libelli inspiciendi copiam sibi comparant eoque lecto Commendono referunt, Concilium tridentinum planis verbis in eo commemorari; ob lectionis tamen festinationem certam de libello sententiam proferre nequeunt. Commendonus eiusque amici, pacis studiosi

a) *Ita Natalis ipse correxit ex* entendi, *quod scriptor posuerat.*

[1] De hac vide supra p. 187 et infra mon. 891.

et infirmitatis, qua multi ex catholicis laborant, rationem habentes, multum laborant, ut responsionis negotium prospere cedat.

Cardinalis Commendonus Augusta ex comitiis imperii die 18. Maii 1566 Romam ad Michaelem cardinalem Alexandrinum haec rettulit de scripto, quo ordines catholici ad scriptum a protestantibus de rebus religionis compositum imperatorique traditum respondere simulque, quid molestiarum sibi a protestantibus exhiberetur, ad eundem imperatorem referre volebant: La importanza del presente negotio con la natura di costoro che non vogliono essere in alcun modo sollicitati, et che pigliano troppo facilmente sospetto, mi porta infinite difficultà. Dominica [1] fù Congregatione de' Deputati sopra la scrittura de' Catolici [2]; il duca di Baviera [3] vi si volse ritrovare in persona, et fù letto la scrittura, et piacque a tutti; fù resoluto di leggerla il dì seguente in Congregatione generale de' Principi [4], et fù approvato senza però darne coppie a persona, ne anco alli deputati istessi. A me l' elettore di Magonza [5] mi dice di volerla dare fra dui giorni. Romper non è bene per non rovinare affatto ogni speranza che si possa havere, et mi conviene procedere con loro come con infermi. Hò cercato che almeno si revedesse da alcuni questa scrittura. Il Cardinale d' Augusta [6] et con lui il Canisio l' hanno vista, et dicono, che vi è espressa mentione del Concilio, et allegano molte parole; ma la fretta del leggere non lascia darne fermo giudicio; anzi io intendo, che stanno ancora sul mutare alquante parole, et che per ciò non ne lasciano uscir copie. Noi tutti ci affatichiamo perchè passi bene; ma sin hora non potemmo affermare cosa alcuna.

Quoniam periculum erat, ne, si res ad religionem spectantes in communibus consessibus omnium ordinum tractarentur, animi nimis excandescerent, exeunte m. Martio ita constitutum erat: Ut seorsim catholici, seorsim protestantes, quid querimoniarum et desideriorum haberent, inter se deliberarent et scripto consignarent imperatori tradendo: imperator autem utriusque partis scriptum communicaret cum altera parte, ac cum huius responsum accepisset, res inter duas illas partes componere studeret (*Häberlin* l. c. VI 154). Cum igitur protestantes 25. Aprilis imperatori scriptum suum tradidissent (de quo v. supra p. 211 212), catholici responsionem conscribendam curarunt, quae 12. Maii in consessu virorum (consiliariorum etc.) ab ipsis ad id delectorum, 13. Maii in ipsorum principum catholicorum coetu recitata et probata est; aliqua tamen verba, ut ex his Commendoni litteris intellegitur, in ea mutare cogitabant. Integrum responsum, imperatori (28. Maii?) traditum, exstat apud *Donawer* l. c. 128—151 et apud *Lehmann* l. c. I 103—112: Monent catholici, in scripto protestantium, violata pace religionis, religionem catholicam, imperatorem, suos ipsorumque protestantium maiores in religione catholica vita functos valde „atrociter" et „amarulente" tractari. Deinde catholicae fidei veritatem demonstrant et imperatori dissuadent, ne concilium nationale vel colloquia de religione habenda curet; solo enim concilio generali controversias religionis componi posse; videndum igitur, „ob etwa Gott gnade gebe, daß durch E. Keys. M. allergnädigste befürderung,

[1] 12. Maii.
[2] Vide, quae de hoc scripto sub ipsas has litteras notabuntur.
[3] Albertus V. [4] Principes catholicos dicit.
[5] Daniel Brendel archiepiscopus moguntinus. [6] Otto Truchsess.

alle Stände, geistlich vnd weltlich, auf eines solchen General (wo müglich) jüngst gehaltenen Tridentinischen Concilii decreten, wo nicht allerdings durchauß, jedoch so viel die dogmata[a] Catholicae fidei, oder die Lehr vnsers Christlichen glaubens, vnd was zur Reformation morum, zu Christl. Gottseligem wesen, auch beyder Kirchischer vnd weltlicher Policey, jmmer dienlich, vnd in dieser Teutschen Nation vnserm geliebten vatterland sich thun liesse, vergleichen theten". Sin autem caesar discordiam tolli posse existimaverit emendando disciplinam ecclesiasticam, auferendo res pessimi exempli, adhibendo alias rationes — „doch vnserer Catholischen allgemeinen Christlichen Religion, auch dem gehaltenen ordentlichem vnd jungstem Concilio zu Trident in allwege vnverletzlich, fürnemblich in dem, so viel die substantz der Religion in der lehr vnd Sacrament belanget" —, se ad id operam collaturos esse. Pacem autem religionis augustanam a se, „es folge die Religionsvergleichung oder nicht", servatum iri „jederzeit stet, fest vnd vnverbrüchlich"; per protestantes vero collegia, monasteria, bona ecclesiastica, pro quibus ipsa pace religionis cautum sit, et proximis annis erepta esse catholicis et in dies eripi. Deinde ad varias protestantium querelas singillatim respondent. Plenam religionis libertatem concedi posse negant. Quod denique protestantes sectarum late vagantium mentionem faciant, certe summo illi malo remedia adhibenda esse; at sectas illas inter protestantes, non inter catholicos serpere et confessionis augustanae, non catholicae nomine se contegere; „sintemal dann in solcher vnserer allgemeinen Kirchen, kein vertheilung oder widersinn erfunden, viel weniger gedultet wird, [auch][b] jemands, wer der sey, der da nicht [in solcher unserer alten Catholischen Religion,][c] im glauben, lehr, vnd den Heiligen Sacramenten einig were, sich deß namens eines Catholischen zu gebrauchen[d], sondern viel lieber, jedoch mitleidentlich, gestatten müssen, daß derselb, so ferrn Christliche vermahnung bey jhm kein statt findet, sich von der Catholica absondere, so ist endlich klar vnd vnleugbar die warheit, daß bey vnserer Kirchen solche Secten sich nicht enthalten" (ex *Donawer* l. c. 128—149).

Ceterum confer, quae de hoc catholicorum scripto P. Hieronymus Natalis Augusta 19. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam et per hunc ad S. Pium V. rettulit, in Epp. *Nadal* III 139—140.

A Commendono eiusque amicis effectum est, ut catholici ordines se decreta tridentina pie suscipere etiam alia ratione profiterentur. Ita enim *Antonius Maria Gratianus* (1537—1611), qui per 25 annos Commendono ab epistulis et a consiliis fuit, de comitiis augustanis scribens: „Commendonus", inquit, „domi suae Catholicorum concionem habuit, missis, qui singulos Principes convocarent: nec illi gravate paruere . . Primae dignitatis in iis fuere Cardinales duo Otho Truxes, et Marcus Altempsius, alter Augustae, alter Constantiae Episcopus: et tres septemvirali honore praefulgentes, quos ipsi Electores appellant, Mogunt., Coloniens. et Trevirorum Archiepiscopi; et praeter hos. . . . Albertus Bavarorum, et Gulielmus Clivensium, et Henricus Brunsuicensium[1] Reguli, multique praeterea liberarum civitatum, et absentium Episcoporum, ac Principum Legati. Ad hos orationem habuit", concordiam iis commendans et, ut decretis tridentinis parerent, instans. „Germani cum paulo inter se consultassent, Moguntinus Archiepiscopus, qui dignitate caeteros anteibat, de reliquorum sententia gratias Pontifici Maximo, atque ipsi Commendono egit. . . . Scita

a) *Ita Donawer; Lehmann:* Documenta. b) *Supplevi ex Lehmann l. c. 111.* c) *Supplevi ex Lehmann l. c.* d) *Apud Lehmann l. c. sequitur:* oder seinen besondern Aberglauben damit zu bedecken.

[1] Henricus „iunior" dux brunsvico-guelpherbytanus catholicus quidem erat (cf. *Can.* IV 152[6]): neque tamen comitiorum recessui vel ipse vel alii ex ducibus brunsvicensibus subscripserunt: subscripserunt tantum eorum oratores (Aller . . . Reichstäg . . . *Abschied,* Meyntz 1621, 579). Ita etiam *Häberlin* l. c. VI 141. In relatione tamen quadam, cuius partem ex bibliotheca barberiniana exscriptam vulgavit *Brognòli* l. c. II 188[2], affirmatur, missae sollemni 23. Martii 1566 Augustae comitiorum incohandorum gratia cantatae etiam „Duces Bransuicen." interfuisse.

Concilij accipere ipsos, sancteque omnes polliceri eius se iussis obtemperaturos in ijs, quae fidem, et sacrorum cultum respicerent, sine exceptione ulla, aut dubitatione: in disciplinae ratione quaedam esse capita, quibus excipi cuperent, quod in tam depravatis hominum moribus, tantaque licentia, ac perturbatione Germaniae nec utile foret tum revocari, nec tutum; ad id pacatius, magisque tranquillum esse tempus opperiendum"; petebant denique a Commendono, ut „postulatis eorum publicis, privatisque apud Pontificem Maximum auctoritate sua, gratiaque adesset": De vita Ioannis Francisci Commendoni [cf. supra p. 219] 263—267. Quoniam autem erat, qui hunc Gratiani librum haud ita magnam auctoritatem habere diceret, moneo, hoc libri caput, si rerum summam spectes, epistulis a P. *Hieronymo Natale* S. J., uno ex Commendoni theologis, ex ipsis illis comitiis Romam missis confirmari [1]. Vide Epp. *Nadal* III 147 152—153.

Paulus Drews, theologus protestans, ubi concilii decreta in his comitiis admissa esse narrat, haec de Canisio notat: „Daß nun wirklich der Reichstag mit jenem Erfolge auseinander ging, das ist wieder vor allem der stillen Arbeit des Jesuiten zu danken. Zunächst half er über eine höchst gefährliche Situation hinweg, die leicht einen offenen Bruch zwischen den katholischen Ständen und der Kurie hätte zur Folge haben können. . . . Seine immer aufs Nächstliegende gerichtete, durch und durch praktische Politik erwies sich auch hier als richtig" (l. c. 121—123).

691 sive aug. (c 27). 17. Maii 1566.

Ex archetypo (partem eius ipse Commendonus scripsit), quod exstat Frauenburgi in archivo episcopali, Cod. „D. 24 (31)" n. 11.

Cardinalis Commendonus cardinali Hosio scribens PP. Natalem, Canisium, Ledesmam laudat, quod in comitiis ecclesiae strenuam operam navent.

Cardinalis Commendonus Augusta Vindelicorum 17. Maii 1566 Stanislao cardinali Hosio, episcopo varmiensi, scripsit: In comitiis imperii datum est Caesari maledicentissimum scriptum, postulatis impudentissimis [a] [?]. Extinctio, ut ipsi dicunt Pontificatus in Germania, Freistellung [2], concordia Religionis per Concilium Nationale. Indifferentia in certis capitibus. Professio Caesaris qua se aperte illorum partibus adiungat [3]. Catholici petunt pacem 55. anni. Catholici illam vnam vrgent. et magno se benefitio affectos putant. si reiecto Articulo quem dicunt Religionis maneant in ea pace, quae tamen neque est neque vnquam erit pax. Strenuam Ecc. [4] operam nauant Natalis et Canisius et Lemesna [b] Iesuitae, ut nobis omnibus uix respirandi tempus detur.

692 sive aug. (c 28). 26. Maii 1566.

Ex *Donawer* l. c. 116. Etiam apud *Struve,* Pfältzische Kirchen-Historie 200.

In comitiis augustanis ordines protestantes Maximiliano II. imperatori, ut etiam inter catholicos dissensiones esse probent, significant, Canisium proxime, cum e sacro suggestu diceret, promissionem illam de Christo caput serpentis contrituro factam in Mariam trahere conatum esse.

a) *Vel* impudicissimis; impuditissimis *archet.* b) *Sic archet.; scribendum fuit:* Ledesma.

[1] De Friderico a Weda archiepiscopo coloniensi *Commendonus* ipse testatus est: „Si è portato molto bene nel negotio de la scrittura de' catholici" (*Pogiani* Epistolae IV 300); idem, antequam Augusta abiret, reverentur ad Pium V. scripsit (l. c. 301).

[2] Plura de hoc ordinum protestantium scripto vide supra p. 212.

[3] Cf. supra p. 252[2]. [4] I. e. Ecclesiae.

Cum Augustae in comitiis imperii ordines protestantes in relatione 19. Maii 1566 Maximiliano II. imperatori tradita catholicos quoque de hominis iustificatione inter se dissentire affirmassent, imperator in „replica“ 23. Maii ad eos missa se eius generis dissensionem apud catholicos expertum esse negavit; si quid tamen „in specie“ ad se delatum esset, se serio provisurum promisit, ne discordiae, cum pace religionis augustana pugnantes, in ecclesiis catholicis tolerarentur (Donawer l. c. 99 107—108). Protestantes igitur in responso, quod 26. Maii Maximiliano II. tradendum curarunt, praeter alia eaque generalia potius, quam singularia hoc „in specie“ notarunt: Wie es auch in dieser Statt vnverborgen, was Canisius jetztwehrenden Reichstags, von dem fürnehmen hauptspruch der promission, Semen mulieris conteret caput[1] serpentis, geprediget, vnd wie er solchen spruch nicht auff Christum, sondern auff die Jungfraw Mariam ziehen wöllen, welches dann, der Stände der Augsp. Confession versehens, viele vnder dem Pabsthumb jetziger zeit, mit jhme nicht einig seyn werden.

Contionis die festo „Annuntiationis Beatae Mariae Virginis“ sive 25. Martii 1566 Augustae in templo cathedrali a Canisio habitae exstat usque adhuc * commentarium a Canisio dictatum atque ipsius manu recognitum et emendatum (Cod. „Can. 27“ f. 44b—49a). In quo Canisius: „deus“, inquit, „in paradiso praedixit serpenti[a] suam maledictionem. Jnimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. Et tu insidiaberis calcaneo eius[2]. Du wyrst irer verschen geheischent seyn[b], auf ire versen lauren. Nam ex historijs Ecclesiae constat, Satanam per suos ministros contra Mariam pugnasse ut illius dignitatem, excellentiam et virtutem obscuraret[c] et imminueret.“ Deinde Canisius narrat, quae ab antiquis haereticis, ut Nestorianis, Helvidio, Marcionitis, aliis adversus Mariam dicta sint. Postea: „4° Fuerunt“, inquit, „et sunt nostro tempore multi, qui[d] Mariam non[e] maiorem faciunt quam aliam foeminam et seipsos illi conferunt 5° alij non concedunt liberam a peccato fuisse[f], Alij negant assumptam esse in coelum cum anima et corpore. 6° multi contemnunt consuetudinem Ecclesiae, quod adiungimus Aue Maria dominicae precationi: Haec et alia multa, serpens urget contra honorem Beatae Virginis. Et multos facit dubios an Christiani veteres errauerint in sua fide et consuetudine. Jgitur tanto magis tempus monet ut ueram fidem confirmemus, Neque locum demus Suermeris qui in dubium nunc omnia reuocant, et magis uellent laudare suos magistros et damnatos haereticos quam ueros et electos sanctos. Nos Catholici breuiter respondemus, quod“ etc.

Hic igitur maledictio illa divina in serpentem prolata (Gn 3, 15) enuntiatur quidem verbis versionis „Vulgatae“, ita tamen, ut omittantur verba illa „ipsa conteret caput tuum“. Quae verba certe ad id, quod Canisius in illa contionis parte demonstrandum sibi proposuerat, demonstrandum non valebant. Neque in ulla alia huius commentarii parte verba „ipsa conteret“ etc. vel eorum interpretatio comparent, neque memini eadem mihi in ulla ex contionibus, quae quidem a. 1566 tempore comitiorum a Canisio habitae sunt, occurrisse. Nec tamen negarim, Canisium ea die sacro Annuntiationis et protulisse et de Maria recte dici affirmasse. Nam ille haud raro plura ex suggestu sacro dicebat, quam quae in contionis com-

a) *Duo vv. sqq. ipsius C. manu addita sunt.* b) *Quattuor vv. sqq. ab ipso C. supra versum scripta sunt.* c) *Duo vv. sqq. a C. supra versum scripta sunt (ita:* et imminuere*).* d) quae *libr.* e) *In comm. sequitur* aliter, *oblitt.* f) *Ita C. ipse scripsit super vv. a libr. scripta:* alij negant conceptam sine peccato originali; *videtur igitur haec vv. oblitterare voluisse.*

[1] Gn 3, 15. [2] Ib.

mentario scripserat. Certe ex germanica versione verborum „calcaneo eius“ („irer verschen“, „auf ire versen“), quam Canisius ponit, collegeris, eum, sicut „calcaneum“ illud calcaneum Mariae esse dixit, ita etiam capitis serpentini „contritionem“ per Mariam factam esse censuisse.

Quidquid autem de hac Canisii contione sentiendum sit, hoc plane constat: Licet loco illo Gn 3, 15 hebraica biblia „הוּא“ (ipsum vel ipse = semen [mulieris]), LXX „αὐτός“ (semen [mulieris] personificatum, ut dicimus), Itala „ipse“ habeant, Canisius legebat „ipsa“, quod verbum in versione „Vulgata“, si non iam inde a tempore S. Hieronymi, certe a multis saeculis legebatur atque nunc quoque legitur. Quod autem eo verbo Mariam Christi matrem significari dicebat, id neque novum neque singulare erat. „Multi Sanctorum“, inquit *Dionysius Rickel Cartusianus* († 1471), „per mulierem istam intelligunt Virginem gloriosam“: Enarratio in Genesim, art. 24. (Opera omnia I, Monstrolii 1896, 103.) Etiam nunc theologi catholici hanc interpretationem admittunt; cf. v. g. *Gottfr. Hoberg*, Die Genesis nach dem Literalsinn erklärt, Freiburg i. Br. 1899, 43—44; *Laur. Janssens* O. S. B., Tractatus de Deo-Homine II, Friburgi Brisgoviae 1902, 47—56; *Franc. de Hummelauer* S. J., Commentarius in Genesim, Parisiis 1895, 166—167. Ipse autem *Canisius* monet: „Falluntur, vel fallunt potius aduersarij, dum nos adeo rudes et crassos populo videri volunt, vt cum ‚Ipsa‘ legimus, totum hoc sermonis genus ad Mariam solam contrahamus, et benedictum semen illud, in quo gentes omnes benedicuntur[1], excludamus. Imo vero certissime nobis persuasum habemus, semperque profitemur, Christum propterea venisse, vt caput serpentis contereret[2], ac mundi huius principem eiiceret foras[3], eiusque opera dissolueret[4], quemadmodum Scriptura diuina testatur. Nec aliter vel docuit, vel credidit vnquam Ecclesia, quae Christum solum hoc honore dignatur, vt is potestate quadam absoluta et excellenti praeditus, Satanam sub pedibus conterat[5], simulque aliis, et MARIAE potissimum conterendi tribuat facultatem. . . . Neque propterea Christo matrem aequamus, sed maiorem Christi gloriam asserimus, qui non solum in seipso, sed etiam in matre, ac deinde in plurimis alijs contra serpentem antiquum[6] praeclare fortiterque pugnantibus tam praepotenter agit, vt et ipsi, quamuis natura imbecilles, Tyrannum nequissimum ac ferocissimum, eiusque vires, artes et fraudes omnes in nihilum redigant, deque tanto hoste triumphent“: De Maria Virgine incomparabili, et Dei Genitrice sacrosancta, l. 5, c. 9 (Ingolstadii 1577, p. 595—596). Quare *Canisius* alio loco de Messia disserens: „Est ille“, inquit, „citra controuersiam semen mulieris, quod caput antiqui serpentis conterit[7]“: Notae in Evangelicas lectiones, quae per totum annum festis Sanctorum diebus recitantur, Friburgi Helvetiorum 1593, 198. Inepte igitur dicebatur ex hac interpretatione discidia et dissensiones inter catholicos vel ortas esse vel oriri posse, quae cum pace religionis augustana pugnarent. Itaque merito Maximilianus II., cum protestantibus responderet, operae pretium non duxit huius rei ullam facere mentionem (*Donawer* l. c. 117—121).

693 sive **aug. (c 29).** Inter m. Martium et Iunium 1566.

Ex autographo, quod exstat Romae in archivo vaticano, „Script. ad Relig. in Germ. pertinent.“ 1, 2, f. 60—76. Hanc litterarum partem primus vulgavit *Carolus Schellhass* in „Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven u. Bibliotheken“, herausgeg. vom k. preußischen hist. Institut in Rom 1, Rom 1898, 42[1]. Eadem usus sum in „*Stimmen*“ etc. LXXI 322.

In comitiis imperii PP. Natalis et Canisius P. Feliciano Ninguardae, archiepiscopi salisburgensis theologo, instant, ut rationem quandam monasteriorum, maxime quae „mendicantium“ sint, instaurandorum S. Pio V. proponat.

---

[1] Gn 22, 18; 26, 4. Cf. Act 3, 25.
[2] Gn 3, 15. [3] Io 12, 31. [4] 1 Io 3, 8. [5] Rom 16, 20.
[6] Apc 12, 9; 20, 2. [7] Gn 3, 15. Apc 12, 9; 20, 2.

Exstat commentarius de ecclesia catholica in Germania instauranda iussu S. Pii V. a P. Feliciano Ninguarda morbiniano (Morbegno in Valle Tellina) O. Pr., Ioannis Iacobi Khuen a Belasy archiepiscopi salisburgensis theologo, conscriptus; cui annus quidem ascriptus non est; sed ex ipso commentario plane intellegitur, eum inter m. Iunium a. 1566 et m. Martium a. 1569 compositum esse; atque probabile est, eum exeunte a. 1566 Romae, quo Ninguarda a Pio V. arcessitus erat, esse conscriptum (Schellhass l. c. 40[2] 43[1]). A Ninguarda autem inter Germaniae morbos recensetur, quod in monasteriis et maxime in mendicantium (Carmelitarum, Augustinianorum Eremitarum, Dominicanorum, Franciscanorum) monasteriis, paucissimi sint homines religiosi; ita enim fieri, ut ecclesia viris careat, qui fidem doceant, e suggestu explicent, adversus haereticos defendant. Cui malo hoc vult adhiberi remedium: Singuli ordines pueros tenerae aetatis germanicaeque nationis recipiant et ad litteras, virtutem, disciplinam religiosam instituendos curent. Initium autem fiat ab ordine Praedicatorum. Cuius rei gratia pontifex monasterium aliquod lombardicum vel aliud monasterium domumve a finibus Germaniae haud ita procul sitam designet, quae monachorum germanorum „seminarium" quoddam sit; pauci tantum monachi ibi ad docendum aliaque officia administranda constituantur, ii autem optimi exempli; cibi, quantum fieri poterit, Germanorum more parentur; carnes quoque aliquotiens per hebdomadem apponantur. Idem deinde de reliquis mendicantium ordinibus fiat. Et di questo parere sonno molti desiderosi della restauratione di quella natione, maxime li Riuerendi .D. Natale Spagnolo, et .D. Pietro Canisio Fiamengo, Giesuiti, l' uno uisitatore, et l' altro Prouinciale delli loro collegij in quelle parti, li quali essendo noi trei in Augosta nella dieta Jmperiale, mi persuasero ch' io, ò in uno modo, ò, in un' altro, lo proponesse à .V. Santita come cosa necessaria, et futura utilissima alla vniuersale ghiesa nostra catholica.

Ninguarda (ita in collegii ingolstadiensis **Litteris* quadrimestribus Ingolstadio 1. Septembris 1562 datis refertur) a. 1562 fratrem germanum Salisburgo Ingolstadium miserat, ut in collegio Societatis novicium ageret (ex exemplo eiusd. temp.; „Germ. Sup. Fund. IV" f. 58[a]).

694 sive **aug. (c 30).** Inter 20. et 25. Maii 1566.

Ex apographo, saeculo XVII. vel XVIII. scripto. Cod. londin. „Eg. 1078" p. 199.

Canisius Augustae iussu cardinalis Commendoni latine vertit scriptum germanicum, quo ordines catholici scriptum protestantium refutant et decreta tridentina profitentur. Quae versio ad pontificem mittitur. Catholici scripto stant.

Cardinalis Commendonus Augusta ex comitiis imperii 28. Maii 1566 Romam ad Michaelem cardinalem Alexandrinum litteras misit, in quibus haec erant per notas secretiores („Cifra") scripta: Stanno i Catolici fermi in non voler' partirsi dalla loro scrittura, della quale mandai la coppia tradotta dal Canisio.

Commendonus 18. Maii 1566 Alexandrino scripserat: Archiepiscopum moguntinum post duos dies sibi daturum esse exemplum scripti (germanici) imperatori destinati, quo ordines catholici contumeliosum illud ordinum protestantium scriptum

refutabant simulque se decreta tridentina suscipere profitebantur (vide supra p. 592). Equidem conicio Commendonum longissimi huius scripti versionem latinam a Canisio factam Romam misisse 25. Maii; nam hoc die eum Alexandrino scripsisse constat (*Pogiani* Epistolae IV 300).

695 sive **aug. (c 31).** Initio m. Iunii 1566.

Ex apographo, saeculo XVII. vel XVIII. scripto. Cod. londin. „Eg. 1078" p. 215.

Cardinalis Commendonus recessus imperialis partem, quae de religione est, denuo per Canisium latine vertendam curasset, nisi Canisio Augusta Oenipontem abeundum fuisset.

Cardinalis Commendonus Dilinga 8. Iunii 1566 Romam ad cardinalem Alexandrinum haec scripsit de Scipione Lancellotto (v. supra p. 238 267) Romam redeunte ac de „recessu" sive decreto Augustae 30. Maii (Aller Reichstäg Abschied [vide supra p. 153 [1]] 581) dato, quo comitia imperii terminabantur: Io dissegnava di mandar o per lui o per la posta di hoggi copia del Recesso; ma è così lungo che non è possibile di tradurlo, et la parte della religione con tutto il resto che importa è stato già mandato costì. Io volea per maggior mia satisfattione far di nuovo scontrare quella parte della religione del [a] [?] Padre Canisio; ma egli è stato sforzato di andar in Ispruch, et si aspetta dimani.

De Canisii peregrinatione oenipontana vide infra mon. 837—840.

Commendonus 28. Maii, antequam recessus promulgatus esset, Augusta abierat (Epp. *Nadal* III 140 153) et sacros dies Pentecostes (2., 3., 4. Iunii) apud Ottonem cardinalem Augustanum egit Dilingae, ubi una cum archiepiscopis moguntino, treverensi, cameracensi in aula universitatis oratione ac carminibus latinis, graecis, hebraicis salutatus est; tragoedia quoque „Euripus" (cf. *Can.* II 878) in aula arcis episcopalis ab academicis est acta (*Specht* l. c. 66[3]).

Boero autem facta confundit, cum de Canisio et Natale scribit: „Andarono amendue . . . a Dilinga, ove il Cardinal Truchses avea seco condotto i tre Arcivescovi elettori con esso altri prelati e principi a vedere quella nostra università" (*Can.* 306). Cum enim initio m. Iunii cardinalis tribus archiepiscopis, quos modo dixi (archiepiscopus et elector coloniensis a Boero positus esse videtur pro archiepiscopo cameracensi), universitatem dilinganam monstraret, Canisius Oeniponte, Natalis Monachii versabantur (Epp. *Nadal* III 153—155); die autem 28. Iunii Natalis et Canisius Augusta Dilingam una profecti sunt (l. c. 168).

696 sive **aug. (c 32).** A m. Martio ad Iunium 1566.

Ex litteris archetypis, Romam „pro Romana Prouintia" S. J. missis. „G. Ep. VII" f. 189[a].

PP. Natalis, Canisius, Ledesma in comitiis cum rei catholicae profectu laborant; iidem, ne adversus pacem religionis protestatio fiat, impediunt.

P. Wendelinus [Volckius] S. J. in domus S. J. augustanae „Litteris annuis" Augusta 1. Septembris 1566 datis refert: Inter peregrinos, qui toto fere anno transeuntes, ad nos diuertere solent, non possumus non commemorare R. P. doctorem Natalem, et doctorem Jacobum Ledesmam. Sic enim Pontifici Maximo uisum fuit, ut ambo illi Legato suo Jllustriss. Domino Cardinalj Commendono adiungerentur, et in Augustanis Comitijs cum illo uersarentur Catholicae Religionis uindicandae gratia. Jgitur una cum Patre Prouincialj illi in his quae ad Religionem pertinent, labores subiere graues, suaque consilia cum Pontificis Legato, quem dixi, saepe multumque contulerunt. Magnus erat sane metus bonorum, ne sectarij suam causam ex his Comitijs stabilirent, et Catholicam partem offenderent, sicut summis illi viribus et mirabili confidentia saepe tentarunt, et antea quidem semper in huiusmodi conuentibus effecerunt. Verum singulari Dei munere factum est tandem, ut res Catholica ex

a) *Sic; legendumne* dal?

hoc toto conuentu Principum, non modo nihil detrimenti, sed nonnihil etiam praesidij accepisse videatur. Ad quam rem haud parum contulit opera Domini Legati ac nostrorum Theologorum diligentia, qui magnum aliquod malum, unde grauis Catholicorum perturbatio consecutura uidebatur, prudenter quidem praeuertere studuerunt [1].

Ad haec monumenta pertinent etiam mon. 794 868.

B.

MONUMENTA DILINGANA CANISII.

697 sive dil. (1). 2. Februarii 1565.

Ex apographo, quod sub a. 1860 curante *Boero* ex exemplo aliquo antiquo exscriptum, sub a. 1892 cum eodem exemplo collatum est.

Canisius praepositus provincialis Sociorum dilinganorum confessiones et vota excipit. Qui ei rosaria, „grana" etc. afferunt.

P. Theodoricus Canisius, provinciae Societatis Iesu „Germaniae superioris" viceprovincialis et collegii dilingani rector, in eiusdem provinciae litteris „semestribus" Dilinga 1. Iulii 1565 datis haec, praeter alia, de collegii dilingani Sociis rettulit: Vota magno cum animorum suorum gaudio, et emolumento ipso Die Purificationis B. Mariae post factam Reuerendo Patri Provinciali generalem de more confessionem omnes renovarunt. Ut autem Paupertatis specimen aliquod ederent, prompte superiori suo quisque tradidit quae vel chara multum, vel non admodum necessaria habebat. Allatus ergo est copiosus rosariorum, quae vocant, numerus, imaginum item, certorum etiam granorum, quae benedicta nominant [2], quae pro arbitrio deinde superiorum vel aliis concessa, vel distribuenda suo tempore sunt asservata.

Cf. *Can.* IV 792 929. „Superiorem" illum, cui haec allata sunt, ipsum Patrem Canisium praepositum provincialem fuisse, mihi quidem valde verisimile videtur.

698 sive dil. (2). 2. et 6. Februarii 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 115b.

Dilingae coram Canisio vota renovantur. Scholasticus quidam.

P. Henricus Dionysius S. J. collegii dilingani rector (v. supra p. 12) ad S. Franciscum Borgiam vicarium generalem Dilinga 7. Februarii 1565 scripsit de eiusdem collegii visitatione a Canisio praeposito provinciali habita et de votis religiosis coram eo renovatis (vide supra p. 12—16): D. Conradus [3] . . . cum alijs patribus et fratribus vota renouauit in festo Purificationis b. Mariae virginis [4] . . . Leonardus Boschius [5] . . . hesterno die a R. p. prouintiali Ingolstadium amandatus est.

---

[1] Protestationem, quam legatus adversus „pacem religionis" interponeret: vide supra p. 230—255 586 591.

[2] De his v. *Can.* IV 27—31.

[3] Swagerius; vide supra p. 13.

[4] Die 2. Februarii.

[5] Vide supra p. 83 84.

699 sive **dil. (3).** 16. et 17. Februarii 1565.

Ex apographo, saeculo XVI. vel ineunte XVII. ex archetypo, ut videtur, exscripto. Cui apographo altera manu antiqua ascriptum est: „Perla historia della uita del P. Laynez. Santa me: Laudes Cardinalis Augustae in P. Laynes"; „G. Ep. VI" f. 117ª—119ª. Litteris usi sunt *Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 205—207, et *Gius. Boero* S. J., Vita del Servo di Dio P. Giacomo Lainez, Firenze 1880, 323.

Cardinalis Augustanus Dilingae, Lainii praepositi generalis morte commotus, in collegium Societatis se abdit; deinde Lainio, Canisio adstante, exequias magnifico apparatu facit; cenotaphium rubra veste, non nigra, insterni iubet. Quantopere Lainius paupertatem amaverit, cardinalatum et pontificatum fugerit, testis ipse et spectator narrat.

P. „Hieronymus Torres" S. J., theologiae in universitate dilingana professor, Dilinga 17. Februarii 1565 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem haec de Ottone Truchsess cardinali, Dilingae morante, scripsit: Lectis literis Reuerendi P. Polanci, quas de obitu optimi P. N. Iacobi Laynez scripserat[1], adeo perculsus es Illustrissimus Cardinalis noster et Episcopus Augustanus . . . ut nemine suggerente iusta exequiarum publice illi persoluere decreuerit. Diem igitur 16. totum, in nostro Collegio nobiscum transegit, pijs occupatus exercitationibus. Religiosum, et doctum S. Benedicti Monachum assumpsit socium ex reliquis aulicis uno[a] dumtaxat, aut altero retento. Mane in nostro Sacello domestico sacrum fecit, et duobus, quae a nostris Sacerdotibus facta sunt, pari mentis deuotione interesse uoluit. Nobiscum paulo post pransus est, solo retento Monacho, nec plura nec lautiora fercula, nec alium panem, quam qui nobis apponitur, habere uoluit. Miratus est ipse cum Monacho mensae nostrae frugalitatem non mediocriter. A Prandio uero postquam apud nos parum quieuisset, hora secunda post Meridiem, causa celebrandi exequias ad Oratorium Sancti[b] Hieronimi lugubribus uestibus, solemni tamen apparatu, et comitatu processit. Conuenerant iam eo studiosi omnes, et aulici plures, atque ex nostris nonnulli optimum Antistitem expectantes. A 2ª ad 5.ªᵐ decantatae sunt Vigiliae Defunctorum ex quibus quaedam Musice a Cantoribus decantata sunt, quaedam uero alternatim a Cantoribus Musice, et a studiosis non musice[c], — — — quam lectionem, quae postrema est ipsemet Cardinalis cecinit, et alia quaedam. Muri nigris pannis obducti, altare opertum similiter uelo nigro Crucem auream habenti, in cuius quinque partibus affixa sunt insignia Societatis huius minimae[2], hoc est dulcissimum nomen Iesu, sub quo utinam digne militemus[3]. Erectus est in medio templo Tu-

a) uno uno *ap.* b) Santi *ap.* c) *Hic a librario antiquo unum vel plures versus omissos esse ea ipsa, quae sequuntur, suadere videntur.*

[1] Has vide in *Can.* IV 783—786.

[2] „Hanc minimam Societatem Iesu"; „huius minimae Societatis": *S. Ignatius,* Constitutiones, Prooem. n. 1; P. 7, c. 4, n. 3.

[3] „Quicumque in Societate nostra, quam Iesu nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare" etc.: Formulae instituti Societatis brevior et longior, a *S. Ignatio* Paulo III. et Iulio III. oblatae et ab his confirmatae (*Litterae* Apostolicae l. c. p. 9 60).

mulus, quem hic Castrum doloris nominant, opertus non pullatis pannis ut communis habet mos, sed rubeis appensis ad quatuor latera insignibus solitis. Rogatus Illustrissimus Cardinalis, quare praeter morem Tumulus non pullatis sed rubeis pannis tectus esset, quare insignia item rubea, aut ignea essent, non autem omnino nigra, aut saltem media ex parte. Respondit, in huiusmodi uiri exequijs gaudendum potius, quam lugendum esse. Id autem et nos, et reliqui experti sumus, nam etsi frigus, quod eo die, et sequenti fuit uehementissimum, omnes infestaret, omnia tamen summo ordine, nec minori Animarum deuotione et solatio transacta sunt. Sequenti die quae fuit 17. Februarij mane hora media ante 7. solito uestitu, et comitatu redijt atque Pontificalibus ornatus uestibus, Sacrum Pontificale fecit, sacrificium incruentum offerens Domino, pro anima defuncti Patris et amici. Ante et post sacrum, sacras illas et solitas caerimonias adhibuit, ad Tumulum accessit, totum illum[a] obiuit Thuribulo, ut moris est, incensum offerens, et aspergillo aquam benedictam aspergens. Eodem tempore et antea nostri sacerdotes, sunt autem hic excepto P. Prouinciale, D. Petro Canisio, 10. Sacerdotes . immaculatum similiter sacrificium in alijs altaribus pro eiusdem optimi P. Anima Deo obtulerunt. . . . Finito Sacro adhibita fuit funebris oratio iussu Reuerendissimi Cardinalis, in qua minus libere celebrari potuerunt defuncti P. laudes, quod ea ab uno ex nostris haberetur, cui etiam optimi Patris gesta non satis cognita fuerant[1]. . . . Cardinalis quamuis uerissima omnia esse confirmaret, non tamen potuit sese continere, quin aliqua, quae ipsi cum Patre fuerant communia, post Concionem adderet, quae breuiter libuit hic scribere. Profecturo in Galliam optimo Patri[2], Reuerendissimus Cardinalis equum commodum, et generosum obtulerat, quem tamen Pater accipere recusauit. Optimus inquit Equus est, nobis autem, qui Pauperes sumus, minime conuenit. Cum creandus uideretur idem P. Cardinalis a Paulo .4º[3] ad Reuerendissimum Cardinalem nostrum Augustanum üenit, et lachrimantibus oculis, ab ipso flagitauit obnixe, ut quominus id fieret, apud Pont. intercederet, omniaque tentaret[6]. Quod si id minus obtineri posset, se ad fugam paratum esse dicebat. Accersitus idem optimus Pater ab eodem Reuerendissimo Cardinale, ut eius confessionem audiret ad Conclaue, ubi Cardinales ad eligendum Pont. inclusi erant, resciuit praecipuos quosdam ex Cardinalibus tulisse suffragium, ut ipse crearetur Pontifex, atque hoc nuncio accepto, statim a Conclaui aufugit[4]. Non igitur sine

a) illud *ap.*

[1] Canisius a romanis Sociis petiit, ut commentarium de rebus a Lainio gestis scriberent et in Germaniam mitterent; vide supra p. 18.

[2] Lainius 1. Iulii 1561 Roma in Galliam profectus est (*Can.* III 177[1]).

[3] Exeunte a. 1555 ita egisse videtur; cf. *Boero*, Lainez 144—149.

[4] Conclave dicit, quod, Paulo IV. vita functo, a. 1559 a m. Septembri ad Decembrem habitum est: electus est tandem Pius IV. De hoc Lainii facto cf. *Boero* l. c. 198—200; *Sacchinum*, Hist. S. J. II, l. 3, n. 47.

prouidentia Dei factum est, ut tam serio contemnenti[a] praesentes honores, Deus non solum aeternos, sed etiam temporarios, per Cardinalem huius rei conscium, decernere uoluerit.

Eadem, brevius tamen, P. *Theodoricus Canisius* viceprovincialis in *Litteris semestribus, quas dixi (supra p. 599), narravit. Ubi is exequias illas in „Academico sacello" factas esse dicit et haec de cardinali addit: „Rogatus a quodam[b] Praelato praesente, cur praeter morem alio quam[c] nigro colore in obtegendo pheretro uti voluisset, huic[c] respondisse fertur, non esse virum tantum consuetis officiis plangendum, sed honoribus potius et laudum praeconiis prosequendum."

Canisium praepositum provincialem his exequiis interfuisse a Torrensi satis clare significatur. Atque ex ipsius Canisii litteris constat, eum d. 16. Februarii Dilingae fuisse; vide supra p. 18—22.

Agricola rei gestae modum excedit, cum de harum exequiarum „ritu plane extraordinario" scribit: Cardinalis „remotis vestibus pullis, quibus Sacerdotes, araeque ac parietes vestiri in funebribus solent, rubra omnia, splendidaque substitui iussit" (Historia Provinciae S. J. Germaniae Superioris I, Dec. 3, n. 134).

700 sive **dil. (4).** A d. 26. ad 29. Martii 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 101.

Canisius Theodoricum fratrem Augustam evocat et Dilingam ducit. Ibi P. Dionysius aegrotans officio rectoris academiae et collegii levatur, atque idem officium in Theodoricum transfertur. Canisius de dotatione agit.

Qua ratione P. Theodoricus Canisius S. J., cum collegii ingolstadiensis rectorem egisset, Dilingam per Petrum Canisium, ipsius ex patre fratrem et Germaniae superioris praepositum provincialem, deductus et ibi Ottone Truchsess cardinali episcopoque augustano probante et universitatis et collegii Societatis et contubernii S. Hieronymi institutus sit rector, ipse P. Theodoricus Canisius litteris Dilinga 30. Martii 1565 datis sic ad Sanctum Franciscum de Borgia Societatis vicarium generalem refert: Jngolstadiensibus valedixi 22 huius mensis, Augustam scilicet a R. p. prouinciali paulo ante euocatus. . . . Dilingam veni 26 huius mensis vna cum R. p. prouinciali. Jnuenimus autem Rectorem D. Henricum Dyonisium grauiter decumbentem ex febri, cui sanguinis sputum copiosum vna cum tussi coniunctum erat. Morbus est periculosus et qui aëris mutationen requirat, Ante Pascha tamen non illum abire sinet morbi vehementia. Abdicauit se is Rectoratu hesterno die qui fuit .29. Martij per scriptum, quod coram Reuerendissimo Cardinali, nobilissimis viris multis et tota vniuersitate praelectum fuit, decantato prius solenniter sacro, et oratione ab vno ex nostris habita, qua huius abdicationis rationes aliquot reddebantur in satisfactionem auditorum, Tandem in me miserum onus istud translatum est[1] coram eodem consessu, et a Reuerendissimo Cardinali solenniter confirmatum, Totusque tandem actus hymno illo Te Deum laudamus, musice cantato, et benedictione Episcopali solemnissima

a) contemnandi *ap.* b) quoddam *ap.* c) que *ap.* d) hic *ap.*

[1] Per Petrum Canisium: cf. infra p. 603.

conclusus est. . . . Egit R. p. prouincialis cum Reuerendissimo de fundatione serio.

Confer supra p. 46—47 et infra mon. 701.

701 sive **dil. (5).** 29. Martii 1565.

Ex Cod. diling. „Acta ac. Dil." p. 73. Primam huius relationis partem ex codice, quem dixi, vulgavit *K. M. Mayer,* Die Rectoren der Universität Dillingen etc., in „Jahrbuch des Historischen Vereins Dillingen" IX, Dillingen 1897, 57[3].

Dilingae P. Dionysius rectoratu universitatis se abdicat. P. Theodoricus Canisius sollemniter novus rector a Petro fratre designatur et ab Ottone cardinali confirmatur.

In actis universitatis dilinganae haec notata sunt in annum 1565: Eodem anno, 28[a] Martij D. Henricus Dyonisius propter diuturnam infirmitatem, Academiae Rectoratum quem cum laude aliquot menses gesserat resignauit Theodorico Canisio Doct: Theologo et professo Societatis JESV. Fuit autem in resignatione ista hic ordo seruatus. Post sacrum de Spiritu sancto solenniter decantatum praesente Reuerendissimo[1], Decano Augustano[2], Comitibus et Baronibus alijsque viris primarijs habita est Oratio latina ab vno ex professoribus, qua ratio huius resignationis breuiter reddita fuit, et pleraque in commendationem Rectoris praecedentis dicta fuere. In fine autem orationis idem Rector praecedens fecit resignationem per scriptum, cum per infirmitatem, coram id facere non ei liceret: et collocata sunt insignia Rectoralia[3] in mensa coram Reuerendissimo. Deinde Reuerendissimus testatus est paucis verbis placere sibi hanc resignationem, et liberum fecit Societati, Rectorem nouum instituere. Post haec petijt Doct. Petrus Canisius eiusdem Societatis Prouincialis facultatem, cum suis collegis paululum secedendi vt de futura electione deliberaret. Deinde egressi sunt et cum reuersi in suum locum essent dixit Pater Prouincialis electum esse Theodoricum Canisium, eumque obtulit confirmandum Reuerendissimo, qui libenter electionem approbauit, et electo Rectoralia insignia tradi iussit, quibus a Patre Prouinciali traditis ductus est electus ad Reuerendissimum, a quo flexis genibus petijt benedictionem: qua accepta ductus est a bedello in locum Rectoris. Denique cantatum est Te Deum laudamus.

Cum ipse Theodoricus Canisius litteris Dilinga 30. Martii 1565 sua manu ad S. Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem datis haec omnia „hesterno die qui fuit .29. Martij" gesta esse affirmet, eum, qui in actis academicis (fortasse aliquanto post factum scriptis) diem 28. Martii posuit, lapsum esse facile patet.

Lapsus est etiam magis *Agricola,* cum „mense Aprili" haec gesta esse scriberet (l. c. Dec. 3, n. 139 140).

a) *Sic; sed scribendum fuit* 29; *vide, quae sub ipsam hanc relationem dicuntur.*

---

[1] Ottone Truchsess cardinali et episcopo augustano.

[2] Christophoro a Freyberg, cathedralis capituli decano.

[3] De his v. *Can.* IV 917 et adn. 8.

702 sive **dil. (6).** Medio fere m. Aprili 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI“ f. 99[b].

Canisius Dilinga secum aufert leges universitatis et contubernii S. Hieronymi, Romae excutiendas.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae superioris viceprovincialis atque universitatis collegiique dilingani rector, Dilinga 18. Maii 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem haec scripsit de Petro Canisio fratre, qui medio fere m. Aprili 1565 Dilingae moratus, sub 26. Aprilis Augusta Romam ad Societatis congregationem generalem profectus erat: Statuta Collegij Sancti Hieronymi impressa et leges vniuersitatis scriptas secum hinc abstulit Reuerendus pater prouincialis.

Canisius a Borgia certior factus erat fore, ut in congregatione deliberaretur, quam studiorum rationem Socii Dilingae sequi deberent; vide supra p. 50.

Canisius Romam attulit non „Statuta“ dilingana Romae 1553 apud Antonium Bladum excusa, quae nunquam promulgata esse traduntur (*Specht* l. c. 17), sed libellum „Institutio et Statuta Collegii Studiosorum Clericorum sub invocatione et protectione S. Hieronymi a Reverendiss. Principe et D. D. Othone.... Cardinale et Episcopo. Dilingae fundati et erecti.... Dilingae Apud Sebaldum Mayer. Anno domini 1557.“ (*Specht* l. c. 17[3] 406.) Quae „statuta“ denuo typis vulgavit *Specht* l. c. 624—634. Praeterea secum attulit, nisi fallor, leges ab Ottone cardinali a. 1554 studiosis, qui in contubernio S. Hieronymi non habitarent, constitutas: „Statuta ab iis omnibus observanda, qui studiorum gratia ad Academiam nostram Dilingensem accesserint.“ Horum statutorum olim quidem summa quaedam typis exscripta esse videtur; nunc autem integra exstant apud *Specht* l. c. 615—620.

703 sive **dil. (7).** Medio et exeunte Aprili 1565.

Ex archetypo, quod exstat Romae in archivo vaticano, „Lettere di Principi 24“ n. 9.

Dionysius de Nicotaro medicus italus per Commendonum apostolicum in Polonia nuntium cardinali Augustano commendatus, iam resipuit et ecclesiae satisfacere paratus est. Qui cum Canisio et Dilingae fuit et in Italiam proficiscitur. Spes est eum, cum Venetiis absolutus erit, Augustam, Canisio auctore, rediturum.

Otto Truchsess cardinalis et episcopus augustanus Dilinga 27. Aprilis 1565 de Dionysio de Nicotaro italo, medico, qui (ut omnino videtur) a fide catholica defecerat, haec scripsit ad Ioannem Franciscum cardinalem Commendonum, apostolicum apud Poloniae regem nuntium, qui Piotrcoviae (Pieterkow), cum regni polonici comitiis interesset, Dionysio satis familiariter usus erat (vide supra p. 55): Il Dottore di Nicotaro raccomandatomi da V. S. Riuerendissima et Illustrissima per una sua data in Petracouia[a] alli XIIIJ. di Marzo, giunse da me questa settimana santa, da qual' tempo essendo forse tanto piu inuitato à mostrar' compuntione et contritione di core contro il suo fallo, ha demostrato di esser' d' animo tanto disposto à ridursi nella uia di salute, et tanta prontezza in andare à fare l' atto che li conuiene di questa sua recognitione[1], ch' io ne ho preso molta consolatione. E stato qui con il Padre Canisio, et se ne ua ancora in Italia in compagnia di S. Paternita la quale si è inuiata à Roma per trouarsi alla Elettione del

a) *Sic; scribendum fuit:* Petricouia.

[1] Cardinalis sollemnem haeresis abiurationem significare videtur.

nouo Generale della santa Compagnia. Et essendosi detto Dottore inuiato per la uolta di Venetia, li ho dato mie lettere alli signori della santa Jnquisitione di quella Città, et scritto poi à un' gentilhomo molto mio Amico, perche li gioui doue occorrisse nel' accelerar' la sua speditione. Stimo poi che spedito se ne tornarà in Augusta per consiglio del Padre Canisio, doue se ne spera cauare qualche buon' construtto, che à Dio piaccia.

Hebdomas „sancta" sive „maior", qua Nicotarum cum Canisio Dilingae fuisse cardinalis scribit, a 15. ad 21. Aprilis fuerat; aliunde autem constat, Canisium 15. Aprilis, quae erat Dominica Palmarum, in cathedrali ecclesia augustana contionem habuisse et 20. Aprilis, qui erat dies Parasceves, Augusta ad Hosium scripsisse (supra p. 57); atque etiam verisimile est, eum Augustae 16. Aprilis mane — id quod ipsius erat officium — contionatum esse et ibidem pridie „Coenae Domini" sive 18. Aprilis, quo die plurimi peccata confiteri solebant, confessiones excepisse. Quare eum 16. Aprilis mane Augusta abisse, 17. vesperi eodem redisse conicio. Romano itineri Canisius inter 25. et 27. Aprilis se commisisse videtur; Nicotarum fortasse Mantuam usque secum duxit; quo sub 8. Maii venit; Venetias autem Canisius ivisse non videtur; vide infra mon. 801.

704 sive **dil. (8).** **Ineunte et medio m. Maio 1565.**

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 99 100.

Otto cardinalis Augustanus aegre fert, quod a Sociis ad collegium dilinganum stabiliendum urgetur. Societatem tamen amat. De Canisio queritur.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae superioris viceprovincialis atque universitatis et collegii dilingani rector, de hoc collegio (quod ut per Ottonem cardinalem Augustanum stabiliretur, Petrus Canisius praepositus provincialis et Socii dilingani urgebant [vide supra p. 46 66], Societatem, nisi Otto reditum firmum et capituli cathedralis consensum provideret, abituram minantes) Dilinga 18. Maii 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem scripsit: Quod ad fundationem attinet, non defuerunt ex nostris qui eam per omnem occasionem vrgere studuerint, sed ita fuit ingrata Reuerendissimo nostra haec pia importunitas, vt grauiter de nobis quereretur, tanquam qui cogere eum vellemus ad ea facienda, quae ipse mera liberalitate tantum facere vellet, qui etiam magis de temporalibus quam animarum salute videremur esse solliciti, et id genus alia vel etiam acerbiora. . . . Ostendit interim semper amorem peculiarem erga societatem, vt saepe dixerit, sine societate viuere se non posse, et propter eam solam hoc se loco manere, facturum se omnia in gratiam nostri quae posset, Verum suauiter cum illo, vti et cum Germanis alijs esse agendum, qui duci non cogi volunt. Patrem Prouincialem seueriorem in conuersatione videri, et rebus Collegij huius minus fauentem etc. Venit post haec Capitulum, cum quo de fundatione agendum erat.

Quid canonici illi Dilingae adversus Canisium dixerint, vide supra p. 534.

705 sive **dil. (9).** A d. 2. ad 4. Novembris 1565.

Ex Theodorici Canisii epistulis autographis et ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto; „G. Ep. VI" f. 85ᵃ 88; „Germ. 65" f. 25.

Canisius Dilingae cum Theodorico fratre (viceprovinciali et collegii dilingani rectore) et cum Ottone cardinali Augustano agit de aliquo ex Societate dimittendo, de Sociis theologiam Dilingae et Ingolstadii tradituris, de Sociis Augustae sustentandis et stabiliendis, de rebus universitatis collegiique dilingani constituendis.

P. Theodoricus Canisius, Germaniae superioris viceprovincialis et universitatis collegiique dilingani rector, Dilinga 8. Novembris 1565 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit de Petro Canisio fratre: Reuerendus p. prouincialis . . . 2º Nouembris huc venit sanus sic satis. Discessit hinc 4ᵗᵒ Nouembris Herbipolin.

Dilingae autem se „multa cum D. Cardinale, plura vero cum fratre contulisse varijs de rebus" Canisius ipse ad Borgiam rettulit; vide supra p. 127.

Quid autem cum utroque Canisius conferre debuerit, cognoscitur ex litteris a Polanco mandatu Borgiae Roma 14. Octobris 1565 ad Theodoricum Canisium datis. Ubi Polancus: Quanto al fratello Jacomo Portughese, se non si hauerà racconciato, dica li suoi motiui, et siano essaminati per V. R. et se li parerà, per alcuno altro, acciò si giodichi, si sono sofficienti per uscire à dar' soccorso à suo Padre et potrà scriuersi à Roma quel che si giodica espediente, et quando passerà di là il Padre Canisio si potrà trattare con esso . il simile sia detto de Bernardino [1] il quale procuri V. R. di aiutare, et quando non si potesse di lá, et se inclinasse di uenire à Venetia, si puo mandar li doue si comencia una casa di Probatione, ouero si mandj in Milano, ma più caro ci sarebbe si aiutassi nela Prouincia doue si troua. . . . Circa il Padre Martino [2], qualche ordine hebbe il Padre Prouinciale Canisio, ò il Padre Pauolo, à quello mi remetto. . . . De liberar il D. Toma Anglo [3] dela cura del Collegio di .S. Geronimo N. Padre se rimette à quelche parerá al Padre Prouinciale, ouero à V. R. se detto Padre Prouinciale li lasciarà questa cura.

Non potuit Canisius Dilingae haec omnia coram tractare; qui tamen ibidem etiam alia quaedam constituit. Ita enim Theodoricus Canisius in litteris ad Borgiam missis, quas modo dixi: Quod ad Jacobum Lusitanum attinet, discessit ille hinc 28 octobris Romam versus, ex iudicio P. Prouincialis, qui tamen cum illo coram agere non potuit, propter itineris errorem, Abijt autem hinc, tenax suae opinionis, de parentibus necessario visendis. . . . Jacobum supradictum, in Vrbem comitatus est P. Michael Marius, ex eiusdem patris prouincialis sententia, propterea quod in hac prouincia non libenter maneret, et vehementer Romam ire peteret, vt spiritum rectius innouaret. . . . Doctor Conradus [4] a Patre Canisio examinatus, respondit constanter, sibi societatis vitam non conuenire, rationes ipsemet literis suis explicabit. . . . Pater Prouincialis viso eius agendi modo, putauit dimittendum potius quam retinendum inuitum. . . . Successorem iam dedit Roma P. Thomam Gallium [5], qui Jngolstadij necessarius non est, manente illhic D. Peltano, ex sententia P. Prouincialis.

Ex numero „multorum" illorum negotiorum, quae Canisius cum Ottone cardinali Augustano tractavit, id fuisse conicio, de quo Theodoricus viceprovincialis Dilinga 29. Novembris 1565 ad S. Franciscum de Borgia rettulit: De modo sustentandi nostros Augustae actum est cum D. Cardinale, Jpse paratum se offert ad soluendum 500 florenos vt hactenus soluit, quocunque nos titulo velimus, vt instituto nostro satis fiat [6], Ego aliam non video rationem quam vt initium aliquod Collegij Augustae

[1] De Fr. Iacobo Lusitano et Fr. Bernardino Guana vide supra p. 89 111.

[2] Stevordianum significat; v. supra p. 89 112.

[3] Darbishirum; v. supra p. 14 86.

[4] P. Conradus Swagerius S. J., theologiae professor in universitate dilingana; vide supra p. 13 110.

[5] Gall; vide supra p. 109 145⁵.

[6] Quid Societatis constitutionibus hac de re praescribatur, vide *Can.* IV 36³.

fiat, atque hoc nomine redditus accipiantur. Ex eleemosinis viuere apud germanos tenaces, et in medio haereticorum, non fauentibus Ecclesiasticis et religiosis, perquam difficile videtur.

Cardinalis Augustanus et Canisius iis diebus inter se etiam, si non tractaverunt, certe sermonem aliquem contulerunt de difficultatibus, quas cathedrale capitulum augustanum cardinali paraverat, cum is aestate a. 1565 a canonicis petisset, ut Societati et Augustae et Dilingae stabiliendae assentirentur (vide supra p. 73 75 et *Specht* l. c. 62; cf. etiam *Agricolam* l. c. Dec. 3, n. 136). Qui, ut *Theodoricus Canisius* Dilinga 11. Octobris 1565 Borgiae * scripsit, „tandem 22 Septembris scriptum satis probrosum et inexpectatum responsi loco obtulerunt. . . . Accepto hoc responso voluit Reuerendissimus vt nos ad ea quae contra societatem obiecta essent, explicato prius summatim instituto nostro responderemus, Jpse ad alia responderet. Paruimus et satisfactum est Reuerendissimo. Fuimus autem ea in re adiuti Constitutionibus, Diplomatibus Apostolicis, Responsis ad articulos parisienses [1] et id genus scriptis, quae forte ad manum erant. Ad hanc responsionem nostram non replicarunt contra Societatem Canonici" (ex autogr.; „G. Ep. VI" f. 95ᵃ).

Societatis **Responsio* illa (vel archetypa, vel eodem fere tempore ex archetypo exscripta) exstat Monachii in archivo regni bavarici, Cod. „Augsburg Hochstift II, C. 5, n. 91" f. 125—132. Ex qua aliqua hic ponere operae pretium fuerit: „Respondebimus nunc breuiter ad quasdam contra Societatem, quae Dilingae et Augustae est, a nonnullis factas obiectiones. Et primum illud est, quod propter usurpatam a Societate Sacramentorum administrationem in summo Augustano templo contentiones aliquae sunt exortae. Ad hoc respondemus. Administrationem illam, usurpatam dicj non posse, quae non solum a summo pastore Romano Pontifice, sed etiam ab Ordinario huius locj Episcopo [2] gratiose concessa, et tantum non imperata nobis fuit. Accedit huc, quod a Venerabilj Capitulo non semel hi pij labores nostrj scriptis ad Ordinarium literis fuerint commendatj. Ipse quoque Dominus Parochus [3] nostram in audiendis Confessionibus operam libenter aliquando expetiuit, et non grauatim obtinuit. Quare autem uel Domino Parocho, uel Venerando Capitulo pij conatus nostrj in haereticis instruendis et absolvendis, in afflictis conscientijs consolandis, et Ecclesiae Sacramentis roborandis displicuerint, hactenus intelligere non possumus, quod nihil unquam contra nostrum institutum uel in ordinarij praeiudicium a nobis sciamus esse attentatum. Nec unquam sane contra expressam Ordinarij uoluntatem, etiamsi per concessa nobis a summo Christj Vicario priuilegia aliud forte liceret, in nostris exercitijs hoc in loco progressi essemus, pro ea scilicet, quam Episcopis omnibus in suis dioecesibus exhibere solemus, et semper exhibebimus, obedientia et reuerentia. Quia uero Venerandum Capitulum cupit, ut rata illa sint, quae mense Octobrj superioris annj Dilingae sunt coram Reuerendissimo Cardinale constituta circa Societatem, quae Augustae est, nulla ratione pactis illis [4] repugnare uoluimus, uel etiamnum uolumus: Sed fecit Catholicorum quorundam zelus, et Reuerendissimi inprimis Cardinalis erga ouiculas suas Augustanas ardens amor et pietas, ut ampliores aedes, et quaedam alia pro Societate peterentur, non tam in illius quam totius Augustanae Reipublicae commodum et auxilium. Antiqua enim est Patriciorum et Catholicorum ciuium hic querela, deesse hoc loco celebres et bene institutas scholas, in quibus filij suj solidam doctrinam una cum sanctis moribus imbibant [5]:

[1] Commentarium dicit, quem S. Ignatius famoso illi decreto a. 1555 a Sorbonna adversus Societatem Iesu lato opposuit. Cuius duae exstant recensiones, quas vocamus: una brevior; quam a P. Martino Olavio S. J. compositam esse traditum est, eaque primum typis exscripta a *Nic. Orlandino* S. J., Historiae Societatis Jesu Prima Pars (Romae 1615) l. 15, n. 46—61; altera copiosior et plenior, quam a P. Iacobo Lainio scriptam esse aliqui putant, eaque primum vulgata in „Cartas de San *Ignacio de Loyola*" V, Madrid 1889, 494—512.

[2] Ottone cardinali Truchsessio. [3] Adelgaiss; v. *Can.* IV 555.

[4] Haec vide in *Can.* IV 910—911. [5] Cf. *Can.* IV 43³ 901—904.

sperabantque per Societatem hoc incommodum tollj posse, quemadmodum [eam] alibj non infeliciter in hoc docendi genere uersarj exploratum habent. Nos ergo nihil hoc loco pro nobis petimus amplius, sed Reuerendissimo Cardinali praecipue huius locj pastorj omnem pascendi ouiculas suas curam plene relinquimus, et promptissime tradimus, nec quicquam a nobis fiet aliud, quam quod gratissimum illj esse intellexerimus. Alia adfertur difficultas circa translationem Collegij D. Hieronymj et Vniuersitatis in Societatem. Interpretantur enim quidam hanc translationem in hunc sensum, ut Societas Iesu sola iurisdictionem omnem in alumnos Reuerendissimj et alios Scholasticos habeat, nec integrum amplius sit Ordinario Fundatorj hunc uel illum eo in Collegio alere, uel inde auocare, et in alijs Ecclesiasticis occupare ministerijs. Verum alienissimam a mente Societatis et ipsius Reuerendissimi, dum translatio facta est [1], fuisse hanc sententiam, facile intelliget, qui in germanico Romae Collegio aliquando fuit, ad cuius normam Collegium quoque D. Hieronymj in translationis instrumento dicitur esse administrandum. Nullam enim aliam in eo Collegio exercet in Reuerendissimorum Cardinalium alumnos iurisdictionem Societas, quam quae necessaria est ad eos, quamdiu in Collegio sunt in officio continendos, hoc est, ut in moribus et doctrina proficiant, suorumque patronorum expectationi respondeant [2]. Liberrimum interim relinquentes patronis ipsis, ut de suis alumnis quicquid uelint faciant, et eos in quibuscunque uoluerint, occupent. Quis autem non uidet non nostris tantum, sed quibusuis alijs iuuentutis moderatoribus eiusmodi iurisdictionem inprimis esse necessariam? Neminem uero offendat, quod ad normam Romanj seminarij germanica iuuentus instituenda dicatur, non enim ea mens est, ut ad vnguem hic seruentur omnia, quae Romae, nam ut supra diximus, accommodat se suaque omnia Societas locis, temporibus et personis, et subinde ex prudentum virorum consilio plerasque ex prioribus legibus mutat. Verum cum ratio uiuendj in Collegio germanico ordinatissima et iuuentuti accommodatissima a sapientissimis quibusque, qui uel ex Germania uel aliunde Romam uenirent, et eam inspicerent, iudicaretur, et propterea nobilissimi Germanj, Italj, Hispanj etc. suos filios in eo Collegio erudiendos nostris traderent, placuit Reuerendissimo Cardinali, qui Collegij illius protector fuit singularis [3], ut ipsum alijs quoque in Germania extruendis Collegijs, ueluti exemplar quoddam uiuum proponeretur, habita tamen semper secundum discretionis regulam, loci et personarum ratione. Nullam ergo aliam iurisdictionem accepit uel petiuit Societas, uel etiamnum petit in Collegium Sancti Hieronymj, quam quae a summo pontifice in ipsius Seminarium Romae, et a Reuerendissimo Cardinale Borromaeo in suum Mediolanj seminarium [4], et ab alijs in sua seminaria Ordinarijs Societati concessa est, et quae sapientum virorum iudicio ad officium nostrum bene gerendum, censebitur esse necessaria. Eadem mens est circa iurisdictionem in Vniuersitatem, cuius nos Domini non sumus, sed ministri tantum in moribus et studijs curandis. Quod autem dicitur in translationis instrumento totam Vniuersitatem Sedi Apostolicae immediate debere esse subiectam, et ab omni iurisdictione et superioritate tam Ordinarij quam omni alia debere eximi, positum id est ex uoluntate Reuerendissimj Cardinalis Fundatoris, qui hac exemptione celebriorem et studiosis gratiorem suam fore sperabat Academiam, ex quo Louaniense et pleraque alia florentissima studia Vniuersalia hoc nomine commendarj intelligebat. Verum cum idem Reuerendissimus in Germaniam reuersus a nonnullis hanc Vniuersitatis exemptionem

[1] De hac translatione vide *Can.* IV 919—927.

[2] Collegio germanico cardinales aliquot dati erant „protectores", et collegii alumni magnam partem sustentabantur stipe, quam cardinales sive protectores, sive reliqui collegio subministrabant (*Steinhuber* l. c. I² 9—12 45—47).

[3] Vide *Steinhuber* l. c. I² 6 9.

[4] Anno 1564 Pius IV. Romae, Sanctus Carolus Borromaeus Mediolani seminaria clericorum, ut decretis concilii tridentini satisfacerent, instituerunt; quae seminaria Societati tradiderunt regenda (*Sacchinus*, Hist. S. J. II, l. 8, c. 9 53 54. *Aug. Theiner*, Geschichte der geistlichen Bildungsanstalten, Mainz 1835, 106—107).

minus probarj didicisset, non inuite sententiam mutauit, et facile praeposito nostro generali[1], ut exemptio illa tolleretur persuasit[2]. Remanet ergo suum Ordinario in vniuersitatis studiosos ius, nec praeter iurisdictionem supradictam quicquam usurpabit sibj minima haec Societas, quae augere non minuere Ordinariorum et Principum authoritatem in suos subditos solet.

Alia querela proponitur circa adolescentes, quos inuitis parentibus et patronis ad Societatem nostram pellicimus, et nescio ad quae remotiora loca nunquam patriae profuturos amplius ablegamus. Nunquam quod equidem sciamus factum est, nec imposterum Christo dante futurum, ut Societas nostra non dico Ordinarij sed cuiusuis alterius bonj virj alumnum inuito patrono ad se pertrahat, uel in suam congregationem admittat. Alienum tamen a Christiana religione minime esse putamus, ut si quis adolescens spiritu sancto afflatus, qui bonam indolem et in Dej seruitio constantem animum prae se ferat, in religionem uel nostram, uel aliam quamuis admittj cupiat, non is temere reijciatur, sed obuijs potius ulnis excipiatur, propter ingentem, quae hodie cernitur, bonorum operariorum in Christi Ecclesia penuriam. Et nisi religiosj alij non dico susciperent, sed promissis etiam uarijs et propositis praemijs (omni tamen dolo et fraude cessante) iuuentutem inuitarent, quo pacto cum multis putas ageretur? quot uacua relinquerentur pie fundata monasteria? quantus passim cerneretur cultus diuinj neglectus? Nos tamen hanc ad religionem inuitandi iuuenes rationem, quam in alijs religiosis non improbamus, sed piam et sanctam ducimus, si sincera sit intentio, sequj non solemus, sed instinctum potius Spiritus Sancti intrinsecum in iuuenum cordibus expectamus, quem cognitum absit ut extinguamus[3], ne forte et Deo repugnare[4] uelle uideamur.... Quodsi contingat ex istis in alias remotiores non nunquam mitti regiones, non id eo fine fierj putandum est, ut illorum opera externis alijs potius quam germanicae nationi inseruiat, sed eo potius consilio, ut abstractj ab uberibus[5] et amicorum consuetudine, rectius et in spiritu, et in literis instituantur, et cum omnj hominum genere rite conuersarj, multosque in Domino iuuare discant: Simulatque autem bona tam spiritus quam literarum iecerunt fundamenta in patriam, uel loca uicina remittj ilico solent, ut quae multis annis apud exteros ipsi didicerunt, alios cum fructu et autoritate

---

[1] S. Francisco Borgiae.

[2] Cardinalis paulo post denuo consilium mutasse videtur; neque enim exemptio illa videtur esse sublata; vide, quae ex translationis litteris a. 1566 et a. 1569 datis posuerunt *Pachtler*, Ratio Studiorum I 357—358, et *Specht* l. c. 135—136. Ceterum in prioribus illis *litteris (quae Dilinga 20. Iulii 1566 datae sunt) *Otto Truchsess:* „Consentio“, inquit, „et peto a Sanctissimo Domino Nostro, et sede Apostolica, ut dictum Collegium Societatis Delingae erectum una cum omnibus suis personis, censibus, domibus, rebus, mobilibus, et immobilibus, secundum facultates, et priuilegia quae habet a sede apostolica omnino, et perpetuo maneat exemptum ab ordinario, et immediate summo Pontifici, et sedi Apostolicae subiectum perseueret, ita tamen quod mihi Cardinali fundatori meisque in ecclesia Augustana successoribus, ecclesiaeque Cathedralis eiusdem capitulo obseruantiam reuerentiam, et honorificentiam praestet, et deferat, pro ut in alijs dioecesibus facere consueuerunt..... Praeterea inter me, et sepedictam Societatem conuenit ut tam collegium Societatis Jesu quam Sancti Hieronymi, et tota Vniuersitas sub protectione mea ac successorum meorum in ecclesia Augustana, et Capituli Cathedralis ecclesiae maneat.... Caeterum si accideret (quod absit) ut successores mei contra haec instrumenta et litteras apostolicas Collegium Societatis praedictae molestarent, et eius gubernationem impedirent, nec sinerent iuxta suum institutum, et pacta mecum inita libere, et quiete procedere, in tali casu uolo, et postulo tam collegium Societatis quam collegium Sancti Hieronymi, quam totam Vniuersitatem Delinganam cum omnibus suis pertinentijs et attinentijs soli sedi apostolicae per omnia manere subiectam“ (ex apogr. eod. temp. scripto. „Germ. Sup. Fund. I“ f. 336[a] 340[a]).

[3] 1 Thess 5, 19. [4] Act 5, 39. [5] Cf. Is 28, 9.

doceant. Videre id est in omnibus fere Germaniae Collegijs nostris, in quibus paucj germani sunt, qui in remotioribus locis suam doctrinam et alia Dei dona, quibus proximo prodesse student, non hauserint. Faciunt idem seculares homines, qui cum insignes habere filios cupiunt, ad diuersas eos peregrinarj uolunt prouintias, ut locorum et personarum uarietate maior eis accrescat scientia, et in rebus agendis prudentia. Germanis ergo non Societati seruitur, dum maximis sumptibus in Italiam uel in Hispaniam instruendos germanos ablegamus. Vtinam autem multos haberet ubiuis gentium germanos Societas, ne unum mihj crede afflictissimae, et sibj usque ad proprij sanguinis effusionem commendatissimae Germaniae uel unicum subtraheret. Abundat aliarum nationum fere omnium hominibus haec Societas magna, solorum pene germanorum, quae praesentis temporis est iniuria, in omnj religioso statu cernitur paucitas. . . . Docemur interim a Constitutionibus nostris, et iubemur etiam magnam ubique Ordinariorium habere rationem: et consuetudo quidem nostra est, ut (quemadmodum supra diximus) facultatem ab ijs prius impetremus, quam ut quicquam in ipsorum dioecesibus agamus [1], ipsis denique in Domino ita inseruire studemus, ut nihil quod salutem subditorum ipsorum iuuare possit, libenter praetermittamus. Et sane si praeiudicium ullum haec Societas adferret Ordinarijs non tantopere ab optimo quoque Episcopo illa diligeretur, foueretur et expeteretur. Nec ita passim in regnis Christianorum Collegia nobis illi erigerent, uel magnis impensis alerent, ut fidelium operariorum penuriae succurrerent. Quod de Episcopis dictum idem et de Principibus Imperij, uel quibusuis alijs dicj potest. Nos scilicet nec, quenquam suis uiribus priuare, neque contra cuiusquam uoluntatem ullis nostris priuilegijs utj. Vnde fit ut nullus sit fere hodie Princeps Catholicus, qui non bene de Societate sentiat, eamque summo studio tueatur, et plerique ex eis regia beneficentia et liberalitate Societatem et eius Collegia prosequantur [a]. Nunquam profecto tantopere creuisset nostra Societas, quae plurima iam habet breuissimo tempore erecta in omnibus fere prouintijs Christianis Collegia annuis [b] prouentibus dotata, si Principes sinistram de illis opinionem habuissent, imo nisj patrocinium illj fecissent, quomodo autem adducj potuissent, ut illi Societati fauerent, quae uideretur in ipsorum et Ordinariorum praeiudicium esse comparata? . . . Male etiam habet aliquos, quod non in omnibus Ecclesiae ministerijs sese occupet Societas in Episcoporum auxilium. Verum cogitare illi debent diuisiones esse gratiarum [2], et unumquemque in uocatione, in qua uocatus est, debere permanere [3]. . . . Quod autem singularitatis accusamur, mirandum non est, non potest enim noua uiuendi ratio non aliquam initio praeseferre singularitatem, sed quae mala tamen non sit, neque continuo damnanda, nisi omnes religiosorum ordines, quj singuli haud dubie singulare habent aliquid, reijcere simul uelimus. Singularia illa, quae in singulis cernuntur ordinibus, diuersa Dej dona sunt [4], quibus tanquam diuersis margaritis distinctis, pulchre Ecclesiam suam exornat sponsus Christus [5]. . . . Atque haec habuimus, quae ad obiecta, aduersus institutum nostrum in scripto Venerandi Capitulj, breuiter responderemus, insinuantes duntaxat ea, in quibus praesidia nostrae defensionis sunt posita. Vt autem non dubitamus, quin nunquam a grauissimis illis et sapientissimis viris, erga quos nostra perpetua et constans obseruantia semper consistit, scriptum illud prodiisset, si de Societatis nostrae rebus omnibus uere et integre edoctj fuissent: Ita uehementer speramus eos, cum haec quae respondemus uera esse cognouerint, correcturos, pro eo atque charitas et iustitia christiana postulant, opinionem suam, exemplo magnorum Principum et summorum Pontificum, quos non raro accidit, cum per ignorantiam facti aliquid constituerunt, retractare illud postea et rescindere, dum ueriorem causae cognitionem accipiunt." . . . Responsum hoc posuit *Agricola* l. c. Dec. 3, n. 137, ita tamen, ut res potius, quam verba proferret et alia capita amplificaret, alia contraheret vel omitteret.

a) consequatur *exempl. monacense.* b) Collegia a nostris *ex. mon.*

[1] Vide *Can.* IV 17 191 472—476. [2] 1 Cor 12, 4. [3] 1 Cor 7, 20.
[4] Cf. 1 Cor 7, 7. [5] Cf. Eph 5, 25; Apc 21, 2 9; Ps 44, 10 15.

Ad res illis diebus Dilingae a Canisio gestas spectant etiam ea, quae *Theodoricus Canisius* Dilinga 23. Novembris 1565 ad Borgiam *rettulit: „Ego Reuerende pater post discessum p. prouincialis, ex eiusdem consilio, Augustam et Jngolstadium sum profectus, vt obiter fratres inuiserem" (ex autogr. „G. Ep. VI" f. 86[a]).

706 sive **dil. (10).** P. CONRADUS SWAGERIUS S. J., theologiae professor in universitate dilingana, **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA**, Societatis praeposito generali.

Dilinga paulo ante medium m. Februarium 1566.

Ex autographo (2°; 4 1/4 pp.; in p. 6 inscr. et pars sig.). „G. Ep. VIII" f. 91[a]—93[a].

Cur neque Romam, neque in aliam Societatis provinciam proficisci possit. Quantis infirmitatibus affligatur. Se immerito a Canisio reprehensum esse, quod cum ceteris non surgeret, ad mensam communem non accederet, duorum famulorum opera uteretur. Facilius quaedam credi et Romam referri. Se a collegii Ministro increpatum esse, quod litteris ad Borgiam datis ipsum accusasset. Peiora etiam sibi in posterum timenda fore. Ideo deliberatum sibi esse, ut a Societate discedat. Huius moderatores imperiosius agere. Se, ut Canisii voluntati et populi necessitati satisfaciat, per Quadragesimam contiones ad populum habiturum esse. Romanis Sociis se multum, germanis nihil debere.

† Pax christi.

Literas tuas R. P. accepi, breues quidem illas, sed mihi sane longe gratissimas, Quarum argumentum et status totus, is omnino fuit, ut me, uel Romam conferrem, sj uellem, uel in aliam Germaniae proficiscerer prouinciam, si sic omnino mihi uideretur, ubi ualetudini dare operam, et ad pristinam alacritatem meam redire, commodius possim. Multum certe amicae erga me uoluntati tuae me debere, fateor. plurima item charissimis meis patribus Romanis, nec utrisque uobis, gratias agere dignas potero, neque referre. Dabo tamen operam quicquid de me acciderit, ne ego frustra, consuetudine, beneuolentia et humanitate uestra, usus uidear, aut uos laboris, studij ac diligentiae uestrae aliquando poeniteat. Retinet me, incerta ualetudinis instaurandae spes, et extrema Germaniae afflictissimae necessitas, ne in Italiam proficiscar: neque sanitatem mihi apud uos restitutam iri, facile arbitror, qui in patrio aëre salutem mihi, uix ausim sperare, non dicam promittere. Austria semper inimice me excepit, et crebro graui febre, et pedum dolore, pene absumpsit. Ratio uictus Germaniae inferioris, prorsus mihi aduersatur. quippe, qui more patrio, semel duntaxat per hepthomadam cibis utantur calidis, salsamentis plerunque, et lardo frigido perpetuo uescantur, quae et noxia mihi sunt, et a Medicis frequenter interdicta. In hac prouincia saniorem isto locum, non habemus, de hac re cum superioribus actum est, sed nullus Dilingano solo locus inuentus est, qui mihi esset commodior. Laboro et quidem uehementi et graui Catarrho, membra omnia, tam nutritiua quam officialia, noxius humor occupauit. Iudicauit Medicus, qui apud Augustanos habetur peritissimus, dandam esse sedulo operam, ut ad parturientis foeminae normam uictitem, si ueterem[a] hunc et difficillem morbum, euadere cupiam. Graues item et uehementes patior cerebri dolores, si, quod crebro est necesse, ad horam unam, studio literario, dem operam, Si uentus aspiret paulo asperior, uix fidem dabitis, si oculorum infestos dolores, uobis significauero, gesta[b] [?] huius rei in facie, non obscura signa. Elapsi sunt dies, nondum uigintj, quando toto capite et genis, aqua subter cutem sese infuderat, et inflatus totus, moestus fere semper et perpetuo ullulatu discurrebam. Quotidianus est prope, et longe grauissimus dolor nunc dentium, nunc capitis, aut laterum, uix tremulos aliquando pedes calefacere, mihi licet, propter aquae immodicum cursum, qui fluminis instar ad infimas corporis partes prolabitur. Tollerari forte possent haec, et aequo animo

a) ueterum *autogr.* b) *Sic; volebatne scribere:* gesto?

ferri, si continui iuncturarum omnium cruciatus longe molestissimi, non accederent. Causa omnium horum, ea omnino est quae anno superiori, propemodum omnes, in discrimen deduxit, et Christophorum Rosetum nostrum, quodammodo lepra infecerat. Sumus adhuc omnes, qui simul tunc Dilingae[a] uiximus, aut in discrimine aut debiles, paucos reperies qui discrimen euaserint, uel ad pristinam alacritatem suam, integre redierint.

Noctu fugientem a me somnum insequor, hunc uix ad multam noctem accipio. Si uentorum iniuria aut strepitu leui domus, coeptum somni cursum, non teneam, uix post horas duas aut tres, optatam quietem repeto: testes mihi sunt fratres, qui eodem mecum cubiculo utuntur, qui nonnunquam[b] moerorem suum, quem ex meo malo contrahunt, uoce etiam, mihi significant. Heri grauiter a Prouinciali nostro[1], incusatus sum, quod cum caeteris, non surgam, et communem cum alijs[c] orationem, quae mane fit, non faciam[2]: Ego certe facerem id, tam libenter, quam quod libentissime, quippe qui nunquam a communi fratrum coetu, studio, et officio, unquam recessi, quod nunc quidem commissum est, si tamen peccauerim, Rectoris nostri[3] uoluntate, facere me, nunquam dubitaui, quod de hoc, ne uerbum quidem, ad me fecerit . imo ne excitarer, uoluit. Neque iudicabam, superiores meos offendi posse, quod[d] ipsa exigit necessitas. Sed patiar libenter, quicquid hac in parte mihi acciderit, Dabo tamen operam, ne in hac etiam parte, mihi possint succensere. Non magnopere curo, quicquid alij sentiant, ex meis certe fratribus, inueni plurimos, qui uices meas dolerent, et ualde admirati sjnt, ne dicam scandalizati[e], id uitio mihi dari, quod necessitate excusarj[f] deberet. Alterum quod in crimen adductum est, erat, quod a mensa aliorum me separarim, nec posse se pati, (aiebat) ut a seruis duobus, mihi ministretur[4]. Ego certe miror et uehementissime quomodo[g] haec mihi uelint obtrudere . et cur tantopere querjtent . primo quod locus ille mihi, ut caeteris qui infirmantur, fuerit designatus, Nec solus ego, sed item alij, si male ualeant, ibidem cibum accipere consueuimus, adhaec quid clamoribus opus est, cum uel minimo uerbo, per Rectorem, emendari potuerim, fuissem certe dicto suo audiens, tam libenter, quam ipsis, gratum fuisset. Cuperem deinde intelligere, quj nam sunt serui illi duo, quos ministerio meo occupatos fuisse, uolunt: Mihi crede nullum hic reperio, praeter Iacobum Coadiutorem nostrum[5], qui eadem opera, et tempore, fratribus in refectorio et mihi, cibum deferre, solitus fuit, in[h] itinere coenaculum est, et quid laboris est, cibum qui in refectorium mihi mittendus erat, ad foramen refectorij sedenti[i], porrigere, quis seruus ille alter fuerit aut qualis, cuperem intelligere. Sed i u d i c e t d o m i n u s d e u s, c a u s a m

a) Dilinga *aut.* b) *Sequitur* etiam, *a S. oblitteratum.* c) *A S. correctum ex* coeteris. d) *Ita autogr.; S. scribere fortasse volebat:* eo, quod. e) *Sequuntur vv.* cum forte animaduertissent, *a S. oblitt.* f) *A S. corr. ex* excusatj. g) *A S. corr. ex* quod. h) *Sequitur v. a S. oblitt., quod iam legi non potest.* i) sendenti *S.*

---

[1] Canisius, Pii IV. legatione functus, initio m. Februarii a. 1566 octo dies in collegio dilingano versabatur; vide supra p. 189.

[2] Borgias constituerat, ut mane, praeter missam, singuli Socii orationem per 3 horae quadrantes facerent; simul tamen praepositis (rectoribus etc.) ea in lege cum suis dispensandi facultatem dederat (v. supra p. 297). Prima autem Societatis congregatio generalis interdixerat, ne oratio „ordinaria“ ab omnibus „simul“ fieret (decr. 98: *Institutum* S. J. II 177—178); ideo P. *Natalis* visitator praecepit: „Quemadmodum in congregatione generali decretum est, nec orabunt fratres nec examen facient communiter, siue in eodem loco, praeterquam cum audiunt missam vel vesperas“ etc. Solebat tamen oratio tum matutina tum vespertina ab omnibus eodem tempore institui; atque ita idem *Natalis* 7. Ianuarii 1567 in collegio moguntino statuit: „Signum communis orationis collegii, tam mane, quam vesperi, dabitur per campanam domesticam“ (Epp. *Nadal* IV 327 570).

[3] P. Theodorici Canisii. [4] De Canisio praeposito provinciali scribit.

[5] Iacobum Biruvam sive Biruram fratrem laicum (*Can.* IV 460).

meam[1]: nam falli saepe necesse est, qui facile credit, et labi, qui de crimine alterum[a] damnat, indicta causa; Sic contingit etiam, ad superiores alios perscribi multa, que uel trutina[b] aequa examinata, non sunt, uel incautus suspicionis error, genuit. Veritas me impellit, ut grauius paulo, quam dignitas tua postulat, aut naturae meae exigit simplicitas, scribam . nec ausim, nisi et mea plurimum interesset, et scire te omnia, quae hic aguntur, in rem aliorum etiam futurum[c], sperarem, imo plane confiderem. Literae, quas istinc ad Ministrum[2] transportari curasti, ei sunt redditae, quod illorum argumentum fuerit, plane ignoro . ex ipso tamen facile intelligere potui, quid continerent, uidelicet ea, quae de ipso, te in superiori epistola mea, scire uolui, hoc ipsum est, quod ipsi stomachum mouit, quod bilem commouit. Reprehendit me et quidem acerrime quodam die, quod ad te, de ipso scribere ausim . tum ut inflatum me coarguit[d] et has mihi cristas excreuisse, dixit, quod de munere concionandi ualde praesumam[e], qui cum bonis concionatoribus numerari[f] non possim . hoc recte quidem, illud non uere. Postremo conclusionis loco, deprompsit minas suas solitas, quasi plurima a [?] te[g] de me scribenda sint. Hoccine quaeso est superiorum, cupio abiecto contentionum uelo, ad rem respondeat, quieto et tranquillo animo, causam agat suam, si falsa sint, quae de ipso in literas meas conijeci, diluat, si uera ut plane spero . cesset uerba dare, et uacuas in aerem uoces excutere. Quidnam in superioribus literis meis petierim, credo, non ignoras, id ipsum abs te postremis hisce literis meis, uehementer peto . extra domum persecutiones, intra rixas ferre, difficile est, et a natura mea, ualde alienum, Accedit etiam, quod de Podagra aut Paralysi mihi, metuendum sit, quae catarrhos ceu comites sequuntur, maxime, si aquarum uis membrorum articulis insederit. miserrimus tunc omnibus modis essem[h] absque dubio[i]. Si enim laborante me, sudoris mej talia premia refero, quid futurum crederes, si labentibus annis, senescerem, et inciperem impar esse laboribus . sed quidnam facerent, monstrarunt non dubijs certe signis, superiori anno, in quibusdam alijs[3] etc.

Si uestra uoluntate[k], mihi recedere licebit, bene quidem . si non? alia uia mihi salutem quaerere[l], erit necesse . siue per alterius Religionis[m] ingressum id fiat[4], siue non . hic certe, etsi aes etiam quotannis, mihi numeraretur, uitam agere, nunquam uelim. Mirabere forsitan, tam subitam mutationem, non dubito, uerum si hic esses, sentires aliter. Iugum seruile, et obstinata regentium imperia, nec ipsi quidem quos professos uocamus[5] saepe[n] ferre possunt, conijciunt in aëra scutellas, euertunt cibos, ex cur dices? quod aliquorum superiorum ea est in imperando mo-

a) *A S. supra vers. scriptum.* b) trudina *S.* c) *Sequitur* esse, *a S. oblitt.* d) *A S. in margine additum.* e) *Sequuntur vv.* sed necdum, *a S. oblitt.* f) *A S. corr. ex* numeri. g) *Sic S. correxit ex* a de; *volebatne scribere:* ad te? h) *A S. corr. ex alio v., quod iam legi non potest.* i) *A S. corr. ex* pubio. k) *Sequitur* hinc, *a S. oblitt.* l) *A S. corr. ex* quaere. m) *A S. corr. ex* Rheligionis. n) *A S. supra vers. scriptum.*

---

[1] 1 Rg 24, 16. Prv 22, 23.

[2] P. Stephanum Liberium significare videtur; v. supra p. 164 269[8].

[3] Abierat a. 1565 a Societate Fr. Erasmus Volckerus, sed suo certe, non moderatorum vitio; vide *Can.* IV 702—707 741, et supra p. 54. Abierant etiam ex collegio dilingano in alias Societatis domus complures, ut P. Ioannes Seeff, P. Henricus Montanus, Fr. Petrus Vranx, Fr. Ioannes Vierus; ne haec quidem moderatoribus collegii vitio verti poterant; vide supra p. 14 49 54 85 111.

[4] Paulus III. litteris apostolicis Roma 18. Octobris 1549 datis constituerat, „ne quis post emissa vota . . . siue Professus, siue Scholaris, siue Coadiutor Societatis" esset, „ad quemuis alium ordinem . . . (Carthusiensium dumtaxat excepto) nisi de expressa ipsius Praepositi aut" apostolicae „Sedis licentia" transire posset. Idem a Pio IV. confirmatum erat; de qua re Pius V. Roma 17. Ianuarii 1566 litteras apostolicas dederat (*Litterae* apostolicae etc. 41 99—101).

[5] In collegio dilingano praeter P. Theodoricum Canisium rectorem unus tantum degebat, qui professionem sollemnem fecerat: P. Hieronymus Torrensis.

destia[a] [?], et seueritas in agendo, ut spacium ad cibum percipiendum dari fratribus, uix patiantur[b]. Non nomino collegium. Sapienti pauca et collige plura. Non quidem cupio, neque me authore fiet, sed timeo, mihi crede, ne plures iugum hoc. mecum sint excussuri. nisi et fraenis regentium aliqui, maxime nouitij, coerceantur. et fideli fratrum quaerimoniae aures aperiamus paternas.

Visum est R. P. Prouinciali, ut hac Quadragesima[1] sermonem habeam ad populum Dilinganum, obtuli ad Pascha usque meam operam, timeo tamen et certe plurimum. ne oneri succumbam. Infirmitatem meam uehementius me inuasurum[c] [?], non ambigo. quod locutione et clamore, ueluti natiuo quodam alimento, foueatur et potiora sumat incrementa, Prohibuit, ne facerem Medicus, sed uicit amor christi. Prouincialis authoritas et ouicularum fames, quae panem ubique petunt, et nemo est, qui frangat[d] eis[2].

Obtrudunt mihi non raro, et Minister et Prouincialis, me plurimum societati debere, Si Patres Romanos intelligunt, fateor me soluendo non esse, cupio tamen memorem[e] et gratum animum, illis ostendere. Si Germanos, nihil debeo, exhausi infinitos prope labores, hucusque quotidie Theologicis et hebraeicis lectionibus. concionibus, confessionibus et miserijs, exhausi uires, proh dolor, intra duos annos. sanitatem amisi, quam nulla mihi pecunia soluent. Cupio tamen si quid uobis debeo, rationem fieri, et soluere. Vestris orationibus me commendari cupio

Conradus Pallatinus.
Schwägerius.

Reuerendo in Christo P. P. M. Francisco de Borgia, Praeposito generalj Societatis Jesu. Romae.

Swagerius his litteris nec locum, nec tempus ascripsit; eas autem Dilinga paulo ante medium m. Februarium a. 1566 ad Borgiam datas esse intellegitur ex ipsis Swagerii verbis; atque easdem, puto, *Canisius* significavit, cum Augusta 14. Februarii 1566 Borgiae scriberet: „Li nostri fratelli in Dilinga . . . pare che stiano bene in utroque homine, ecceto il Padre D. Conrado, il quale scriuerà di se stesso“ (v. supra p. 189).

P. *Hieronymus Natalis* visitator 6. Octobris 1566 Borgiae, cur provincia Superioris Germaniae haud ita bene habeat, exponens, praecipuam causam scribit in eo positam esse, quod Canisius praepositus provincialis, negotiis congregationis generalis, deinde legationis pontificiae distentus, provinciam diu non visitaverit; neque in collegio dilingano, cum P. Henricus Dionysius rectorem ageret (a m. Aprili 1564 ad m. Aprilem 1565), disciplinam religiosam valde diligenter curatam esse. „Et all' hora si corrupe Conrado, benche mi dicono quelli che lo cognoscono, et sono stati con luj in Roma, che sempre vise la simulato et di mala sorte, et par' esser' di molto vile conditione“ (ex archetypo, quod est in Cod. „EN“ n. 148; etiam in Epp. *Nadal* III 242—243). Cf. etiam supra p. 313.

707 sive dil. (11). 23. Martii 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN“ n. 105. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 32—33.

a) *Sic; Swag., si non scribere, significare certe volebat immodestiam.* b) *Octo vv. sqq. a S. iuxta verba* imperia — seueritas in agendo *in margine ascripta sunt.* c) *Sic; corrigendum esse videtur:* inuasuram. d) *A S. corr. ex* frangeret. e) *Sequitur* me, *a S. oblitt.*

[1] Ea futura erat a d. 27. Februarii ad 13. Aprilis 1566. *Borgias* Roma 5. Ianuarii 1566 *P. Theodorico Canisio: „Il predicare in tudesco nella parrochiale de Dilinga, se bastassi farlo alcune uolte la settimana, et non si pigliassi però obligo di continuar li anni seguenti, senon ci tornassi comodo, et se il D. Conrrado se trouara disposto per far questo officio, io mi contento sia sodisfatto il Cardinale et anche il populo“ (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 65“ f. 52[a]).

[2] Thren 4. 4.

PP. Natalis et Canisius a Borgia praeposito generali petunt, ut P. Ledesmam in Germania manere iubeat; ubi is et theologiam Dilingae tradere, et suos adversus protestantes libros melius, quam Romae, absolvere possit.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Augusta Vindelicorum 23. Martii 1566 de P. Iacobo Ledesma, qui cum ipso Roma missus, in comitiis imperii cardinalis Commendoni legati pontificii theologum agebat, ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem scripsit: Jl Padre Canisio et io desideriamo grandemente ch' il Padre D. Ledesma resti quà . et luj simplicemente dice che è indifferente, de raggioni, m' occorrono tante che mi dano grand' animo de dimandarlo a V. P. Perche in Roma non è necessario; qui è summamente; là non puo scriuer' cosa che sia àl proposito (secondo che iudicamo Maestro Canisio et io), non conoscendo le cose presenti di Germania essendo fuori di quella, Quà in Dilinga puotria esser' lettor' de Controuersie, et cosi le scriuiria meglio; puotria esser Cancellier' et prefetto di studij. puotria consumar' tutte le sue opere che n' ha tante aparecchiate; aiutaria a sparagniar' alchun lettor Thedesco, per le missioni.... Almanco che la Paternita Vestra lo lasciassi quà in sino à tanto che uedendo come riescono li suoi libri che fà contra heretici, si giudicasi l' importancia di questo negotio.

Borgias Ledesmam in Italiam comitiis absolutis redire iussit (Epp. *Nadal* III 68—69). Cui *Natalis* et scripserat Augusta 16. Martii 1566: „Jl Padre Ledesma attende à metter' in ordine le sue controuersie et li daremo un scrittore ò doi per rescriuer' quelle et l' altre cose che li bisogniara", et scripsit Dilinga 19. Iulii 1566: „El padre Ledesma" tempore comitiorum „acabo vna controuersia, quod missa et officia ecclesiastica non sint dicenda vulgari sermone etc." (ex archetypis, quae exstant in „EN" n. 103 143; etiam in Epp. *Nadal* III 25 180).

Coloniae a. 1574 et 1597 (et 1570?) ac Parisiis a. 1661 excusus est liber a *Ledesma* adversus protestantes conscriptus: „De divinis Scripturis, quavis passim lingua non legendis: simul et de Sacrificio Missae, Caeterisque officiis in Ecclesia Christi Hebraea tantum, Graeca, aut Latina lingua celebrandis." Alii complures Ledesmae († 1575) libri dogmatici et polemici, ut „de Indulgentiis", manu scripti tantum exstant (*Sommervogel*, Bibl. IV 1649—1651; IX 583).

708 sive dil. (12). Exeunte m. Aprili 1566.

Ex archetypis a P. Hier. Natale subscriptis, quae exstant in Cod. „EN" n. 121 125 128. Etiam (ex archetypis) in Epp. *Nadal* III 78—79 118 132.

P. Conradus Swagerius, PP. Petro et Theodorico Canisiis iratus, Societatem deserere omnino constituit. P. Natalis autem, pravum Swagerii animum sanare Dilingae frustra conatus, hominem Augustam evocat. Ibi PP. Natalis, Canisius, Ledesma eum tum coniunctim tum seorsum student placare nec quicquam proficiunt; denique, aliis quoque Sociis in consilium adhibitis, sic statuunt: Non retinebitur vi; offeretur ei peregrinatio in patriam valetudinis causa instituenda, dummodo Societati oboedire paratus sit; offeretur praeterea facultas Romam eundi, etiamsi votorum solutionem illic petiturus sit; item licebit ei vel apud episcopum aliquem, vel alia ratione, quae a Societatis instituto non sit aliena, vivere, dummodo Societatis imperio subiectus esse velit. Quae si recusaverit, certior fiet se graviter peccare, Societati pecunias in ipsum impensas reddere debere, omnibus Societatis privilegiis destitui; iubebitur etiam post sex menses aut ad P. Natalem aut Romam venire. Swagerius autem, coram Canisio reliquisque Sociis ita per Natalem monitus, a Societate discedit, facta ipsi spe veniae impetrandae, quandocumque resipuerit.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, cum a d. 16. ad 23. Aprilis 1566 collegium dilinganum visitasset, Augusta 27. Aprilis 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de P. Conrado Swagerio (vide supra p. 313): De Maestro Conrado Padre me dezian que estaua[a] mejor, mas yo le halle

a) *Sequitur* bien, *oblitteratum.*

en Dilinga de muy mala manera, y peor que aya uisto persona que tuuiese uotos dela Compañia. La suma de sus cosas es esta . offensiones a su Juyzio grandes y incomportables delos superiores[a] dela Compañia, especialmente desta prouincia y de aquel colegio[1]; todas se uee proceden de espiritu de Apostasía[2] y infidelidad a Dios y a su uocacion, de superbia, impaciencia, gula, ingratitud[b] y fuerte inobediencia etc. con resolucion de si mismo sin querer ni oyr a sus superiores ordinarios, ni etiam al Papa, si otra cosa le mandase, de no estar en ninguna manera en la Compañia. Dos o tres uezes que le hable alla, nunca pude sacar del otra cosa dela dicha, aunque le confundi con la gracia de Dios de muchos errores que dezia, y en Theologia, y en Religion pensando defenderse. Partiendome de Dilinga le dixe que viniese aca, y le auemos[c] hablado para ayudarle si fuesse possible, Juntamente Maestro Canisiò y Maestro Ledesma y yo, y en[d] particular[e]. Finalmente ningun remedio auemos hallado en el para ayudarle, y quando le aprietan, viene en furias terribles, yo he consultado con los dichos aplicando etiam el padre Hermes, Don Luys y Vandelino[f] y Ximenez[3], y auemos concluydo, primeramente de no usar ningun rigor con el teniendole por fuerça en casa, por no conuenir al tiempo lugar y nacion etc.[4] 2º offrescerle si quiere estar en obediencia de la Compañia de embiarle a su casa para sanar, con tanto que buelua quando le sera dicho. 3º Si quiere yr a Roma aunque sea con animo de hazerse absoluer de los uotos le daremos viatico. 4º que le pornemos con Vn obispo al qual sirua debaxo de nuestra obediencia. 5º que elija el Vn modo de Viuir fuera, con obediencia della Compañia, conforme a nuestro modo, y que ally le pornemos debaxo de nuestra obediencia, si fuere modo que el que tenemos de Viuir lo sufra, y todo esto, con mansetud por uer si le podiamos uoluer a que quisiese estar en obediencia. Y quando ninguna cosa destas quiera, declararle el pecado que haze y la obligacion que tiene, etiam dela espessa que se ha hecho por el[g], y que no gozara mas de ningun priuilegio, o, gracia delas de la compañia que le haya sido concedida, y dezirle que no le queremos impedir aunque podamos, y con ello mandarle que vaya a su casa[h] o adonde querra para cobrar la sanidad, y que venga dentro de seys meses, o, a mi, o, a Roma, et questa notte se gli dara questa risolutione.

Idem Natalis Borgiae Augusta 11. Maii 1566: Anchor si lasciò di dar auiso la settimana passata per la fretta de altre cose che s' hanno scrito; della ultima resolution del Padre Conrado, àl quale perseuerando lui nella sua ostinatione et inobedienza li fu proposto et detto da me dinanzi à questi Padri, tutto cio che prima s' era scritto a V. P. et ultimamente uolendosi partire li disi ch' io haueuo compassion' di lui, et non uoleuo sforzarlo ne usar' de rigor per trattenerlo, anzi di

a) *Sequitur* y, *oblitt.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Sequitur* habl, *oblitt.* d) *Hoc v. supra versum scriptum est.* e) *Ita in archet. correctum est ex* particularmente. f) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* g) *Quae sequuntur, usque ad* concedida *incl., in margine addita sunt.* h) *Tria vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] PP. Petri et Theodorici Canisiorum; cf. supra p. 611—614.

[2] Natalis, ut ex ipsius litteris 14. Novembris 1566 ad Borgiam datis intellegitur (Epp. *Nadal* III 293 299), non defectionem a fide significat, sed illam, qua quis ordinem religiosum, cui per vota religiosa se dedit, deserit ita, ut ad eum redire nolit, sive „apostasiam a religione“ vel „ab ordine religioso“, quam canonistae vocant.

[3] PP. Hermetem Halbpaur, Ludovicum de Mendoza, Wendelinum Völck, Didacum Jimenez.

[4] *Paulus III.* 18. Octobris 1549 concesserat, ut Societatis „Generalis et alij inferiores Praepositi, per se vel alios, . . . Societatis apostatas, vt etiam alios quosuis insolentes, et qui id mereri videbuntur, . . . excommunicare, capere, incarcerare, et alias suae disciplinae submittere; et ad id, si opus fuerit, auxilium brachij saecularis inuocare libere et licite valeant“. Ac quod ad apostatas attinet, Pauli III. concessio litteris apostolicis a S. Pio V. Roma 17. Ianuarii 1566 datis etiam amplificata erat (*Litterae* apostolicae etc. 41—42 96—105). Ceterum vide, quae dixi *Can.* II 33.

questa moderatione, ch' io ero contento che in qual si uoglia tempo che lui ritornase in se, et mi scriuese de uoler' ritornar' alla Compagnia[a] et star' soto la obedienza, che lui fusi in buona conscienza, et io l' auisarei di quello che douese fare, con questo se parti manco exasperato, dicendo che me scriuiria; tutta via lo tememo; Dominus sit cum illo. Jn Dilinga dapoi che lui se parti, come mi scrivueno, stano quieti.

Iterum Natalis Borgiae Augusta 19. Maii 1566: Conrado es ydo.

Borgias epistulis Roma 16. et 25. Maii 1566 ad Natalem datis, quae hic reliquique Socii ea in re egerant, probavit (Epp. *Nadal* III 128 150).

709 sive **dil. (13).** 7. Maii 1566.

Ex apographo totius epistulae, eod. temp. scripto. „Germ. 65" f. 110[a].

S. Franciscus Borgias cardinali Truchsess commendat, ut de collegio dilingano dotando et stabiliendo cum PP. Natale et Canisio aliquid constituat.

S. Franciscus de Borgia, praepositus generalis Societatis Iesu, Roma 7. Maii 1566 cardinali Ottoni Truchsess episcopo augustano litteras misit, quibus ei, quod Roma Augustam salvus redisset, gratulabatur. Deinde haec addidit: Quanto alla espeditione del negocio di Dilinga, l' Agente de V. S. Illustrissima so che li hauera scritto[1], et quando le occupationi più uniuersali daranno loco spero si ricordera V. S. Illustrissima di pigliar qualche bona risolutione, in tanto che hauera presenti li padri Natale et Canisio.

710 sive **dil. (14).** **Exeunte m. Iunio et ineunte m. Iulio 1566.**

Ex litteris Natalis, quae vel ipsius manu scriptae (28. Iunii), vel ab ipso subscriptae exstant in „EN" n. 139 140 143. Etiam (ex iisdem litteris) in Epp. *Nadal* III 167 168 184—185.

P. Natalis visitator Canisium Augusta secum ducit Dilingam. Ibi Canisius cum rectoribus dilingano et ingolstadiensi et P. Hoffaeo, quae P. Natalis de collegiis monacensi et ingolstadiensi constituit, ipsius iussu recognoscit.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit Ingolstadio 19. Iunii 1566: Della visita et ordini dati in Monachi auisarò la Paternità V. dà Dilinga doue farò uenir' il Padre Paulo, et menaro di qui il Rettor'[b], et ui sara il Padre Canisio, per trattar' et ordinar' le cose di questa Prouincia. *Et Augusta 28. Iunii 1566:* Haier a medio dia llege de ingostad con el rector . . ., el rector[c] y maestro canisio vernan comigo a dilinga hoy. *Et Dilinga 19. Iulii 1566:* Vjne de Jngolstadio a dilinga por augusta a donde no me pare, porque pense que mejor se harian las cosas de aquella casa en dilinga, y ansi vine con maestro canisio que era[d] buelto de ispruch, aca, donde an venido despues[e] cada vno por si maestro Hermes, maestro Vandelino y Jacomo. Anse hecho aqui los mesmos exercicios de la visita que se auian ya començado a hazer y no acabado la Semana de pascua . . . pareçiome que era bueno que viniese maestro paulo de monachio y el rector de ingolstadio aca, . . . por reueer las ordines que auia dado alla, y proueer a sus collegios con maior consejo y ansi los padres canisios[f] y ellos an visto

a) *Sequitur* y, *oblitt.* b) *Sequuntur vv.* et forsa il Padre Pisa, *oblitterata.* c) *Sequuntur vv.* verna comigo, *oblitt.* d) *Sequitur* ala, *oblitt.* e) *Sequitur* ma, *oblitt.* f) *Duo vv. sqq. (ab ipso Nat., puto) supra versum scripta sunt.*

[1] Ioannes Paulus Castellinius; vide supra p. 363.

todos los ordines que e dado en aquellos dos collegios y lo que les he respondido alas difficultades nueuas que me an hecho aquj y ansi maestro paulo no estuuo[a] mas de dos dias y poco mas maestro martino.

Natalis igitur iussu Petrus Canisius cum ipso Natale et P. Martino Leubenstain collegii ingolstadiensis rectore Augusta 28. Iunii 1566 profectus est Dilingam atque ibi proximis 2—4 diebus cum eodem P. Leubenstain ac cum Patribus Theodorico Canisio universitatis collegiique dilingani Rectore et Paulo Hoffaeo collegii monacensis contionatore ea recognovit, quae Natalis vel m. Iunio in collegiorum monacensis et ingolstadiensis visitatione statuerat, vel eo ipso tempore Dilingae ad novas quaestiones et difficultates de iisdem collegiis sibi propositas PP. Hoffaeo et Leubenstainio respondebat. Natalis praecepta et responsa collegiis ingolstadiensi et monacensi a. 1566 data exstant partim in Epp. *Nadal* IV 233—243 248—253, partim apud *Gomez Rodeles* l. c. 774—775 784—788; attamen notandum est, Natalem a. 1566 utrumque collegium denuo visitasse sub initium m. Novembris et eo quoque tempore, Ingolstadii saltem, aliqua respondisse et constituisse ac scriptis mandasse (Epp. *Nadal* III 298 300); haec quoque una cum prioribus illis praeceptis posita sunt locis supra memoratis.

711 sive **dil. (15).** Paulo ante medium m. Iulium 1566.

Ex epistulis archetypis, quae exstant in Codd. „EN“ n. 144 et „EB“ n. 185. Etiam (ex archetypis) in Epp. *Nadal* III 193—194 209.

Iulius Pavesius O. Pr. archiepiscopus surrentinus et nuntius apostolicus per Dilingam transiens PP. Natale et Canisio familiariter utitur; qui eum ad Germaniam apud pontificem adiuvandam incitant eique commentarium ea de re scriptum tradunt. Idem promittit se operam praestaturum, ne Canisius denuo a pontifice per Germaniam mittatur, et ut ampla probationis domus a pontifice fundetur. Natalis et Canisius Borgiam praepositum generalem rogant, ut Pavesium invisendum curet etc.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator d. 20. Iulii 1566 Dilinga, ubi cum Canisio in collegio Societatis versabatur, Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Iulio Pavesi O. Pr., archiepiscopo surrentino, a S. Pio V. in Belgium legato (vide supra p. 281), quem inde redeuntem Dilingae 6. Iulii 1566 exspectarant (Epp. Nadal III 174): El arçobispo de Sorrento a pasado estos dias por aca y estado 4. o cinco dias, tiene muy buen animo de ayudar a germania, auémosle[b] hablado muy familiarmente y encomendado algunos puntos para ayudar a germania, ase offrecido de muy buena gana negociar con su Sanctidad, auemos le dado vn memorial cuya copia sera con esta, tambien le auemos encomendado a boca que ayude Si sera menester con su santidad que el Padre canisio no sea embiado otra vez como antes[1], ase hecho muy capaz dello y a offrecido hazer todo lo que pudiere si fuere menester, creo podra mucho con el papa, si a V. P.[c] le paresce que ha de negociar aquellas cosas podra ayudar etc. muestrase muy amigo dela compañia, creo Padre que seria bueno V. P. mandarle visitar etc.

a) *Sequitur* aqui, *oblitt.* b) *Ita in archet. (ab ipso Nat., ut videtur) correctum est ex* auemos. c) *Duo vv. sqq. a Natale in margine addita sunt.*

[1] I. e. ne Canisius denuo apud episcopos Germaniae legatione pontificia fungi iuberetur; vide supra p. 99 163 227.

Borgias Roma 10. Augusti 1566 Natali respondit: Hauemo insieme riceuute le uisite de Dilinga . . . et la copia del memoriale dato all' Arciuescouo di surrento, et si uedera di uisitarlo quando arriuara à Roma, et uederemo si accadera darli alcun ricordo sopra li negotij raccomandati.

Quae negotia archiepiscopus susceperit curanda, vide ex „Memoriali" posito supra p. 280. P. *Natalis* in commentario quodam sua manu scripto et sic inscripto „Ad prouincias Germaniae iuuandas etc." (tempus non est ascriptum) monuit: „Esset inprimis vtile si sanctissimus dominus noster amplam probationis domum in Germania fundaret et dotaret, quod negocium recepit curandum Reuerendissimus archiepiscopus surrentinus, Dilinga in Vrbem discedens ex legatione belgica, a Patre Societatis rogatus" (Epp. *Nadal* IV 215).

712 sive **dil. (16). Sub medium et exeuntem m. Iulium 1566.**

Ex archetypis, manu ipsius Natalis subscriptis, quae exstant in Cod. „EN" n. 143 144. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 186—187 197.

P. Natalis visitator Dilingae, adiuvantibus PP. Petro et Theodorico Canisiis et Ioanne Rabenstein, aliquot dies laborat in emendandis litteris fundationis collegii et universitatis dilinganae, quarum commentarium iussu Borgiae praepositi generalis Roma missum erat. Cum cardinali Truchsess, ut Societatis incolumitati consulatur, acriter disputat. Efficere nequit, ut Societati (id quod a Borgia propositum erat) potestas fiat universitatis et collegii, si a capitulo cathedrali infestentur, alio transferendorum. Ceterum aequas condiciones impetrat novasque litteras Borgiae proponit confirmandas.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Dilinga, quo 28. Iunii 1566 Augusta cum Canisio profectus erat, 19. Iulii 1566 haec, praeter alia, ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem rettulit: El negocio mas pesado que auemos tenido aquj a sido por que la minuta que vino de roma de la fundacion deste collegio no plugo al cardenal por su parte nj a nosotros por la nuestra[1], e me ha[a] [?] detenido algunos dias por este negocio y hartas vezes disputado con el cardenal[2], finalmente con parecer del Padre M. canisio y del Padre theodorico y etiam del padre rauesten[3] auemos ayudado al cardenal que hiziese vna obligacion nueua[4] en la qual se comprehendiesen

a) *Hoc v. (ab ipso Natale?) supra versum scriptum est. Scribendumne fuit:* e?

[1] Exstat adhuc fundationis *„minuta" quaedam sive commentarium Romae a *Sociis* compositum et a Polanco Societatis secretario emendatum, in quo haec notatu sunt dignissima: „Quod ad Vniuersitatem attinet, ea continebit duo corpora; Alterum complectetur Theologiam, ac reliquas disciplinas, quas Societas profitetur, et earum Professores, Auditores, Doctores, Magistratus et Ministros; Alterum Jus canonicum, ciuile, Medicinam, ac Chirurgiam; prioris corporis curam geret Societas, et omnem superintendentiam iuxta Societatis institutum; secundi sui Magistratus ac Ministri iuxta uoluntatem Jllustrissimi Cardinalis. Neutrum autem corpus alteri subiacebit" (ex archetypo. „Germ. Sup. Fund. I" f. 164[a]).

[2] Vide supra p. 287.

[3] PP. Petri et Theodorici Canisiorum et P. Ioannis Rabenstein; qui Dilingae aedificationi collegii, quam cardinalis fieri iusserat, praeerat: vide supra p. 190 367—368.

[4] De novis hisce fundationis litteris, 20. Iulii 1566 datis, vide supra p. 287.

todas las cosas y se procurase la jndemnidad dela compañia teniendo miramjento siempre ala instruction que V. P. a embiado, Vna cosa no se a podido hazer hoc est que tuviese libertad la compañia de mudar la vniuersidad y collegio en caso que los canonigos la inquietasen etc.[1] porque el cardenal dixo que nunca consentio en esta condicion y nosotros vimos que no nos conuenia tam poco a nosotros porque dexando la compañia de tener su collegio y vniuersidad en esta tierra y auiendola de mudar en otra tierra de la mesma dyocesi[a] como dize la instruction perdia todos los edificios suyos con difficultad de auerlos en otra parte y[b] siendo en la mesma dyocesi seria la misma difficultad con el cabildo y obispo, otra cosa fuera si se tratara con el cardenal . como entre nosotros tratamos antes que yo partiese, que se pudiera en tal caso transferir la compañia en el estado del duque de bauiera o del conde de tyrol, o del hermano del cardinal[2], mas desto no se puede mas hablar sin romper todo, deseamos todos que sea firme esta obligacion que haze el cardenal y pensamos que por agora ninguna cosa se puede añadir . quedara de parte de V. P. hazer la acceptacion y obligar perpetuamente esta prouincia y toda la compañia a hazer lo que se ve que desea el cardenal y todo hazer lo confirmar por bulla apostolica etc.

Idem Natalis Borgiae Dilinga 20. Iulii 1566, quo die in Austriam profecturus erat, scripsit: Sero hinc discedo; y la causa a sido el tanto tractar del acuerdo que auemos hecho con el cardenal que nos a costado hartos dias . . . despues que e escrito en la otra carta dela visita[c] alguna cosa dela reformacion del contrato que haze el cardenal por fundation deste collegio y Vniuersidad auemos tenido harto maiores difficultades, mas con la gratia del Señor se an resoluto todas aunque a sido bien menester estar fermo hasta dezir el illustrissimo alguna vez que era spañol y que era bueno para castellano de milan[3] que nunca me renderia, y cierto Padre que a sido menester venir a esto porque, de otra manera las cosas no andauan bien, y agora esperamos todos[d] [?] quedaran[e] bien y que V. P. no tendra en que dudar y pienso mas que no pudiera la cosa venir alos terminos y

a) *Quattuor vv. sqq. in margine addita sunt.* b) *Sequuntur vv.* auiendo de, *oblitterata.* c) *Sequitur v. oblitteratum, quod iam legi non potest.* d) *Sic archet.; corrigendumne:* todas? e) *Ita in arch. correctum est ex* todos que andaran.

[1] Capitulum cathedrale institutioni collegii dilingani valde adversabatur; et cum cardinalis a canonicis petisset, ut universitati ac collegio S. Hieronymi Societati tradendis assentirentur, ipsi in capitulo sive sessione „peremptoria" 27. Augusti 1565 habita id denegarant (*Specht* l. c. 62—63).

[2] Guilielmus II. „iunior", ex familia liberorum baronum in Waldburg (qui sacri romani imperii dapiferi hereditarii sive „Erbtruchsessen" erant), dominus in Scheer et Trauchburg, cardinalis Ottonis frater, 17. Ianuarii 1566 vita cesserat, relictis compluribus filiis, e quibus natu maximus erat Fridericus (*Jos. Vochezer,* Geschichte des fürstlichen Hauses Waldburg in Schwaben II, Kempten 1900, 349—352).

[3] Mediolanum ab a. 1535 in Hispanorum potestate erat.

declaration que se a venido sino estando aquj presentes rauasten, theodorico, y canisio, y yo para attribular, dominus spero fuit nobiscum.

In ***Litteris* fundationis Dilinga 20. Iulii 1566 datis praeter ea, quae posui supra p. 309, multa alia statuuntur; ex quibus pauca quaedam excerpo, quae usque adhuc haud ita accurate proposita sunt: Alentur ex 3000 florenum annuorum, quae pro integro collegio dabuntur, „circa" 60 Societatis homines, ex 2000, quae nunc pro „dimidiato" collegio dantur, „circa" 30 „aut tot, quot arbitrio ipsorum, tam pro integro, quam pro dimidiato commode ali poterunt"; erunt 2 professores theologiae, quorum alter sacram Scripturam interpretabitur, alter scholasticam theologiam tradet; logicam, physicam, metaphysicam tradent duo, quibus tertium philosophiae professorem addere Societati licebit; humaniores litteras ac grammaticam eiusque „rudimenta" 4 lectores docebunt; praeterea lectio linguae graecae et lectio linguae hebraicae habebuntur. Haec tamen Societas tum demum praestare debebit, cum minimum 3000 florenum annuorum habebit; quodsi minus habebit, „non tenebitur ad plures lectiones quam iuxta proportionem reddituum"; sin autem plus praestabit, praestabit libere, non „ex obligatione" (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. Sup. Fund. I" f. 335 336.)

Quod autem Natalis fundationem per Borgiam admittendam et omnia per pontificem confirmanda esse scribit, exstat adhuc „*Informatio" sive „Memoriale" „De Collegio Dilingense" a Sociis (tempore non ascripto) compositum et a *Polanco* Societatis secretario emendatum, in quo haec dicuntur: „Jmprimis uidetur conficiendum instrumentum, quo Illustrissimus Cardinalis applicat Vniuersitatem Dilingensem Societati Jesu etc. Secundo conficiendum uidetur aliud instrumentum, in quo Praepositus Generalis nostrae Societatis obliget eam ad onera illa, quae subire debet. Tertio fieri debet noua Bulla, quae confirmet utrumque instrumentum .etc." (ex archetypo. „Germ. Sup. Fund. I" f. 159[a]).

713 sive **dil. (17).** **Sub medium et exeuntem m. Iulium 1566.**

Ex autographo. „G. Ep. VII" f. 220[a]. Etiam (ex autogr.) in Epp. *Nadal* III 765—766.

P. Natalis, iuvantibus PP. Petro et Theodorico Canisiis et P. Io. Rabenstein, cum labore efficit, ut cardinalis in fundatione collegii dilingani nimia exigere de caerimoniis et professoribus etc. desinat. Quem id „nonnihil male habet".

P. Theodoricus Canisius, collegii et universitatis dilinganae rector, Dilinga 25. Iulii 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de litteris fundationis, quas P. Natalis visitator, adiuvantibus PP. Petro et Theodorico Canisiis et P. Ioanne Rabenstein (vide supra p. 619), per cardinalem Ottonem Truchsess conscribendas curarat: P. Natalis . . . res Collegij huius meliori, quo potuit modo, composuit, et vt jnstrumentum qualiscumque fundationis a Reuerendissimo Cardinale conficeretur, summo labore effecit, Accipiet illud, ni fallor, cum istis Paternitas Tua per Agentem eiusdem Reuerendiss: Cardinalis[1]. Vix crederes pater quantam in plerisque rebus senserimus in tanto patrono difficultatem, Sed firma erat patris Visitatoris sententia nihil esse a nobis concedendum, quod cum instituto nostro aliqua ex parte pugnare videretur, quae res non leuem aliquando verborum conflictum excitauit, Jn alijs, quae nos proprie non concernebant, indulgentiorem se praebuit pater visitator, ne Ger-

[1] Ioannem Paulum Castellinium.

mani principis infirmum animum grauius affligeret. Res denique tota pacifice transacta videtur, Habet nihilominus male nonnihil patronum, vt videtur, quod non tot et tantas in curandis templi cerimonijs[1], in dando maiori professorum numero etc. obligationes suscipere voluerit societas. Verum importabilia erant, quae imponere nobis tentabat, onera, cum tamen de Collegij dimidiati fundatione nos certos non faceret, et eadem a dimidiato, quae a pleno Collegio, praestanda esse censeret.

Polancus Roma 12. Iunii 1565 Theodorico Canisio *scripserat: „Si cognosce l' ingegno del Cardinale ilquale con difficultà lascia ogni suo parere, et inclinatione" (ex apogr. eiusd. temp. „Germ. 61" f. 294a).

714 sive **dil. (18).** 31. Iulii 1566.

Ex archetypo ipsius cardinalis manu subscripto, quod est in Cod. „Epistolae Cardin. (1539—1569)" n. 146 (134). Epistula integra ex eodem archetypo primum edita est in Epp. *Nadal* III 766—767.

Cardinalis Truchsess Borgiam praepositum generalem Societatis certiorem facit, se, iuvantibus PP. Natale et Canisio, litteras fundationis collegii dilingani emendasse ac procuratori romano mandasse, ut, si ita scriptae Borgiae placuissent, novum „Motuproprio", quo comprehenderentur, adumbrandum curaret. Borgiam, num quid in iis notandum censeat, interrogat et ad Natalis Canisiique epistulas remittit.

Cardinalis Otto Truchsess, episcopus augustanus, Dilinga 31. Iulii 1566 S. Francisco Borgiae, praeposito generali Societatis Iesu, scripsit de litteris fundationis collegii dilingani: Earum commentarium sive adumbrationem, Roma Dilingam allatam ibidemque a se et a P. Natale recensitam, haud plene sibi probatam esse, quod res neque ordine dispositae, neque planis verbis prolatae essent (vide supra p. 619). Di maniera che con l' aiuto di detto Padre Natale, et del Canisio ci mettemmo giu à reformare un' intero instrumento con la dichiaratione aperta della intentione nostra, sopra detta erettione et stabilimento, sicome V. P. Reuerenda uedrà per una copia di detto Instrumento autenticata. Qual' instrumento essendo accettato da lei, hauemo ordinato al nostro Agente[2] che facci fare una noua minuta di un' Motuproprio in quella più ampla et efficace forma che si potrà, il quale completta stesamente tutto il tenore di esso instrumento. V. P. R., hauendo da dirci sopra cosa alcuna, aspettaremo di cio sue littere . . .; rimettendoci nel resto à quel' di più che haran' scritto li predetti Padri Natale et Canisio.

Ad litteras illas apostolicas, quibus pontifex „motu proprio" confirmet tum traditionem universitatis per cardinalem factam, tum eiusdem onerumque cum ea coniunctorum admissionem per Societatem praestandam, pertinet etiam hic * *Commentarius* Romae in domo professa Societatis (tempore non ascripto) conscriptus et a Polanco Societatis secretario emendatus:

[1] Cf. supra p. 65 371.
[2] Ioanni Paulo Castellinio.

„De literis Apostolicis.

„Fiet mentio erectionis Vniuersitatis Dilingensis cum omnibus suis priuilegiis etc. iuxta tenorem primae illius bullae [1]. Fiat tamen translatio iuris condendi statuta in ipsam Societatem, et in hac parte Illustrissimus Cardinalis renunciat suo iuri et supplicat Sanctissimo ut quod ipsi et successoribus reseruatum erat in Vniuersitate Dilingensi transferat in Societatem, pro ut in instructione eiusdem Illustrissimi [a] [2]. repetendae causae translationis.

Fiat confirmatio utriusque instrumenti de uerbo ad uerbum inserti, et nominatim approbetur de plenitudine potestatis translatio mille quadringentorum florenorum a Collegio sancti Hieronymi in collegium societatis Jesu [b]. cum suppletione defectuum, assignato inter alias rationes quod hi redditus expendebantur in magistros quos iam collegium Societatis exhibebit vt asserit cardinalis.

Jnhibeat etiam capitulo, ne uacante Sede Episcopali, praesumant, ante in, uel post electionem aliquam mutationem .etc. iuxta instructionem Illustrissimi §. ultima" („Germ. Sup. Fund. I" f. 161[b]).

Exstant adhuc huius * „Motuproprio" quattuor diversa commentaria; quorum duo prima a cardinali Truchsessio et a Polanco multis locis correcta sunt; in quarto pontifex de aedificiis reparandis ac multis (nummariis) colligendis: „Ceterum ad reparationem omnium edificiorum Ecclesiae et Auditorij Collegij sancti Hieronimi et vniuersitatis . . . certos redditus constituere et applicare obligari [cardinalis Truchsess] voluit, Jta tamen ut omnes prouentus a Scolaribus per Gubernatorem . . . colligendi in reparationem huiusmodi conuertantur . . .; successores ut id similiter prestarent obnixe rogauit, et id etiam a nobis eis quantum fieri posset commendari summopere expetiuit" (l. c. f. 184 201 207 208). Ceterum cf. supra p. 308—310 375.

715 sive dil. (19). Exeunte m. Iulio et ineunte Augusto 1566.

Ex autographo. „G. Ep. VII" f. 220[a]—221[a].

Canisius cardinalem augustanum in paranda synodo adiuvat. Collegium herbipolense. Visitationes. Canisii valetudo.

P. Theodoricus Canisius, universitatis et collegii dilingani rector, Dilinga 25. Iulii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali de PP. Hieronymo Natale visitatore et Petro Canisio praeposito provinciali rettulit: P. Natalis . . . discessit hinc in Austriam 22 Julij. . . . Remansit hic pater prouincialis propter negotium synodi diocesanae, quam Reuerendissimus noster ad proximum septembrem indicere velle videtur [3]. Missus est interim P. Johannes Rabenstain, Regens Collegij Sancti Hieronymi, Herbipolin, vt videat quo in loco sint res futuri illius Collegij. Post eius reditum discedet hinc pater prouincialis ad visitanda Collegia. Laborauit idem pater aduersa valetudine diebus superioribus, sed habet nunc melius.

Canisius Dilinga Ingolstadium venit 9. Augusti 1566; vide supra p. 295.

a) *Tria vv. sqq. a Polanco in margine addita sunt.* b) *Quae sequuntur, usque ad* Jnhibeat *excl., a Pol. addita sunt.*

[1] Bullae Iulii III; quam posuit *Specht* l. c. 609—613.

[2] Castellinio data; vide supra p. 502 622.

[3] Synodus tandem habita est Dilingae a. 1567; vide infra mon. 724.

716 sive **dil. (20).** 3. Septembris 1566.

Ex Cod. „Germ. 65" f. 178b.

S. Franciscus Borgias praepositus generalis cardinalem Truchsess certiorem facit, fundationem universitatis et collegii dilingani a cardinali propositam sibi placere, paucis rebus exceptis, de quibus Canisius ad ipsum relaturus sit.

In „Registro" epistularum a S. Francisco Borgia praeposito generali Societatis Iesu vel eius mandatu a P. Ioanne de Polanco Societatis secretario a. 1565—1567 in Germaniam, Galliam, alias terras missarum manu eiusdem temporis haec notata sunt de litteris fundationis universitatis collegiique dilingani, quarum commentarium sive adumbrationem cardinalis Otto Truchsess Dilinga Romam ad Borgiam miserat (vide supra p. 622): A di .3. di settembre 1566. fù scritto all' Illustrissimo Cardinal di Augusta che il contratto della Vniuersità et Collegio de Dilinga staua bene, et ci piaceua, nientedimeno ui erano alcune cose poche, nelle quale faceuamo qualche difficoltà, et il P. Canisio, si bisognarebbe, le communicarebbe con sua Signoria Illustrissima, acciò si acconciassero nel contratto, insieme con altri errori[a] del scrittore, che ci erano .etc.

Difficultates a Polanco memoratas v. supra p. 308.

717 sive **dil. (21).** 4. Octobris 1566.

Ex archetypo ipsius cardinalis manu subscripto. Cod. „Epistolae Cardin. (1539—1569)", n. 154 (142). Epistula integra ex eodem archetypo primum typis exscripta est in Epp. *Nadal* III 775.

Cardinalis Truchsess S. Franciscum Borgiam praepositum generalem certiorem facit, se exspectare adventum PP. Natalis et Canisii, ex quibus accepturus sit, quae Borgias in litteris fundationis universitatis et collegii dilingani mutari velit.

Cardinalis Otto Truchsess episcopus augustanus ad epistulam, quam S. Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis Roma 3. Septembris 1566 de litteris fundationis universitatis et collegii dilingani ad ipsum dederat (v. supra mon. 716), Dilinga 4. Octobris 1566 respondit: Ho inteso quanto V. S. R. scriue sopra l' instrumento mandato costa intorno al stabilimento del collegio, et gouerno di questa Vniuersita. Per il che spettaro hora di sentire quel che sara stato scritto per auuertimento da risoluere tra il Padre Natale, et il Padre Canisio; et si auuenira di aggiugnere cosa alcuna, odito, che haro li detti Padri, non mancaro di fare tutto quello, che giudicaro approuare per utile et salutifero a questa mia Chiesa.... Nel resto a me piace sommamente et laudo la Maiesta Diuina, che la forma del' instrumento sia conforme al' intentione de V. P. R. et della Compagnia.

718 sive **dil. (22).** Sub medium m. Novembrem (inter d. 6. et 19.) 1566.

Ex archetypis, manu ipsius P. Hier. Natalis subscriptis, quae exstant in Cod. „EN" n. 158 162 165. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 301 310 328—330 332.

Natalis et Canisius Dilingae cum cardinali Truchsess de litteris fundationis collegii agunt, in quarum commentario per cardinalem proposito aliqua Borgiae praeposito generali displicuerunt. Cardinalis a pontifice petet, ut successores suos fundationem servare iubeat; qui saltem serio eos officii monebit. Aedificia et 1400 floreni

a) errore *Cod.*

annui erunt certi Societati; quae exercitiorum scholasticorum, quae nunc praestat, dimidiam tantum partem praestare debebit. In litterarum commentario scriptoris errata complura emendantur. Multae pecuniariae disciplinae conservandae causa exiguntur per gubernatorem, non per Societatem. De reditu contubernii hieronymiani disputatur cum cardinali; qui Societati minus dat, quam contubernio antea dedit; rem tamen aliqua ratione explicat. Nolunt Socii de pecunia in Italia collocanda quicquam cardinali planis proponere verbis, cum in Germania 5°/₀ dentur etc. De redimendis 400 florenis annuis cardinalis et Canisius videbunt. Natalis contubernium hieronymianum a Sociis curari non vult nisi aliorum opera interposita, idque et ob vivendi rationem, quae in eo servatur, et ob libertatis necessariae defectum, et ob administrationis difficultatem. Idem optat, ut P. Rabenstein aedificationi collegii praeesse cesset. At reliqui Socii ita fieri posse negant; aliqua tamen ratione Natalis desideriis satisfit. Cardinalis procuratori suo romano auctoritatem tribuit, qua, consulto Borgia, et litteras fundationis et bullam pontificiam, ut ipsi visum sit, conscribendas curare possit. Natalis ad varias Canisii quaestiones respondet. Natalis, Canisius, Jimenez cum equite a cardinali dato iter herbipolense ingrediuntur.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator, cum Canisio praeposito provinciali Augusta paulo post 6. Novembris 1566 Dilingam profectus (vide supra p. 330 352), de litteris fundationis collegii dilingani, in quarum commentario sive adumbratione per cardinalem Truchsess proposita aliqua mutanda esse S. Franciscus Borgias praepositus generalis Canisio significaverat (vide supra p. 308), ad eundem Borgiam scripsit Dilinga 14. Novembris 1566: Delle cose de Dilinga non essendo finite, per che anchora hò da stare qui Trè o quatro giorni, non scriuo, . . . s' hanno tamen emendato trè ò quatro loghi della obligatione del Cardinale. *Et Dilinga 19. Novembris 1566:* Stò per montar' à cauallo co' l Padre Canisio et Ximenez [1] et un' raiter, hoc est homo [a] à cauallo che ci hà dato per guida il Reuerendissimo Augustano la volta d' Herbipoli. Habbiamo con sua signoria Reuerendissima emendato 4 loghi importanti del contratto et ha [b] fatta una procura àl suo agente in Roma [2] accio [c] possi in persona del Cardinale leuar' et aggionger' à quella obligatione, far [d] fare la minuta et bulla [e], come parera con conseglio della P. V. conseruata substantia rei [f] et intentione Cardinalis. *Et Spira 12. Decembris 1566:* Jn Dilinga si attese co' l Cardinale à rifar' alchuni loghi di quella scrittura sua, et quanto àl primo, per sentir' noi poca efficacia, parendo che il Cardinale uuolese obligare li suoi successori [3] li fecimo metter' una clausula, doue supplica à .s. santita che ex plenitudine potestatis vogli obligare li successori etc. la quale può uedere V. P. nel scritto [4]. Et cosi non ci e parso fare

a) *Ita in archet. correctum est ex* hombre. b) *Hoc v. ab ipso Natale supra versum scriptum est.* c) *Sequitur* si, *oblitteratum.* d) *Ita in arch. correctum est ex* per farne *vel* et farne. e) *Ita Nat. ipse correxit ex* minuta della bona. f) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] P. Didaco Jimenez; vide supra p. 329[5].

[2] Ioanni Paulo Castellinio; vide supra p. 617. [3] Vide supra p. 308 309.

[4] „S. Sanctitati humiliter supplicando quod ex plenitudine suae potestatis obliget ad omnia supradicta. non solum meos successores, sed etiam capitulum ecclesiae meae cathedralis imperpetuum (quae abundat quidem, laus Deo, diuitijs, summam uero, proh dolor, penuriam in personis idoneis ad regimen animarum, et misteria

forza àl Cardinale à che non dica quello nel scritto, spero che sua santità se ogni modo nella bolla non uuole districte obligare alli successori, al manco li significara la necessaria et perpetua obligatione che hanno à simili opere, specialmente in Germania, in questo tempo, oltre à questo spero che il Cardinale, si come m' hà confirmato lasciara l' intento de fare altri edificij, et compirà in vita sua l' obligatione che hà: Et in omnem euentum sarano nostri tutti li edificij et 1400 fioreni perpetui con la metà delli essercitij et maestri che habbiamo adesso, il che spero sara causa alli successori che augmentino, se vogliono la plenitudine che adesso c' è. Quanto al 2° punto, realmente era nella copia de V. P. errore del scrittore, et cosi non ci era che mouer' niente, tamen per meglio habbiamo emendato nel originale sottoscritto dal Cardinale che dichi quel logho, vt si quae pecuniae ex mulctis et alijs accidentalibus, à scholaribus exigentur etc.[1] è ben' uero che queste mulctae, non si hanno à exigere dalla Compagnia se non dal gubernatore che è giudice[2], et mi dicono li padri nostri che queste mulctae ci sarano sempre, per conseruare la disciplina nelli Scholari[3]. Quanto al 3.°[4] Si contrastò gia assai co' l Cardinale, et per questo conto si fece explicare le parti del Collegio antiquo di S. Geronimo, doue si uede, che quello che offerisce alla Compagnia[a] è manco di quello che daua alli lettori, che siamo noi adesso[5];

a) *Sequitur* era, *oblitteratum.*

[*sic; corrige:* ministeria] ecclesiastica grauiter patitur)": Haec sub finem fere litterarum cernuntur in earum *apographo vel commentario, quod exstat in „Germ. Sup. Fund. I" f. 340[b].

[1] Litterarum *apographum sive commentarium m. Novembri a. 1566 emendatum (vide supra p. 625[4]) sic habet: „Si quae pecuniae ex mulctis, et alijs accidentalibus a scholaribus colliguntur, huc quoque conuertantur" (l. c. f. 339[b]). Quae primum scripta erant, vide supra p. 309.

[2] Hoc officium tenebat Cornelius Herlen a Rosenthal, protonotarius apostolicus; vide *Can.* IV 926.

[3] *Natalis* eodem tempore Dilingae Sociis praecepit: „Retineantur hoc tempore mulctae et alia, ad disciplinam in scholis conseruandam pertinentia, quae ante nostrum aduentum introducta fuerunt, etiam in classe Theologica." Huic autem praecepto Romae P. *Ioannes de Polanco,* Societatis secretarius, adnotavit: „admoneat Pater Canisius an sit talis dispositio in cardinali, vt possint tolli mulctae" (ex horum praeceptorum indiculo eodem fere tempore a P. Didaco Jimenez S. J. scripto, in „NIG" f. 11[a]; etiam apud *Gomez-Rodeles* l. c. 764).

[4] Vide supra p. 308—309.

[5] Monachii in archivo regni bavarici exstat lectionum Dilingae proximo tempore semestri, incipiendo a Kalendis Octobribus 1565, habendarum „Catalogus" typis exscriptus (cf. *Specht* l. c. 641—644), cui manu ignota ascriptus est **Commentarius* de re pecuniaria collegii dilingani: Recensentur singillatim et diligentissime „Onera et Impensae Collegij societatis pro personis .35." „Postulat autem", inquit commentarii auctor, Societas „2000. florenos tantum, quibus cum professores ipsos, tum Professorum seminarium, et officiales ad domesticam sui Collegij gubernationem necessarios alere possit." Deinde singillatim recensetur, quantam pecuniam in collegium S. Hieronymi, antequam cardinalis illud in Societatem transtulisset, expendi necesse fuerit: in salaria professorum et officialium, vestitum, cibos, alumnos, eccle-

l'hauemo tamen condotto à che facci una dechiaratione di questo, la cui copia sara con questa[1]. Quanto àl 4º d' inuestire in parte sicura etc.[2] àll' hora data opera non lo uolsemo dire àl Cardinale, pensando che à noi sempre sarebbe libero procurare, che si redimesero quelle somme et li danari inuestirli in Jtalia, doue puotresimo augmentare la rendita forse al doppio, ò incirca, perche in Germania sono li censi à cinque per cento, et ne adesso habbiamo uoluto significare questo disegno nostro àl Cardinale chiaramente, senon metter' una equiualentia, come uedera V. P. per il §. che s'è aggionto[3], et tamen venendo al particolare de questi 1400 fioreni perpetui, non ci è se non 400 che si possino redimer', et la cura di questo resta àl Padre Maestro Canisio co' l Cardinale. Jl Quinto punto, sono tutti errori del scrittore[4], si emendò per consenso etiam del Cardinale, nel § similiter etiam domum, hoc est, s' aggionse, ab ipsa Societate deputandos[5], Oltra di questo fece il Cardinale vna procura àl suo agente di Roma[6], nella quale li dà facoltà per effetto della speditione della bolla, di mutare, ò agiongere nel suo scritto quello che parera con conseglio della P. V. salua substantia rei, et intentione Cardinalis et questo quanto àl scritto del Cardinale. Certe altre cose pertinenti àl Collegio de .s. Geronimo si negociorono col Cardinale delle quali diro vna che importa. Jo hò desiderato che noi saltem in vita del Cardinale non hauesimo cura del Collegio de .S. Geronimo immediata

---

siam; pecuniae summa erat flor. 3371. „Sed quando erat presens frater Petrus de Soto Confessor Caesareae Maiestatis fuerunt exposita plus aliquot centenaria quolibet Anno" (Cod. „Augsb. Hochstift II C 5, n. 91" f. 124). Die autem 19. Septembris 1566 P. *Theodoricus Canisius,* collegii dilingani rector, Dilinga ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem *scripsit: „Ex 2000 florenis Rhenensibus, quos nunc Collegio nostro Cardinalis numerat, ali in hac annonae caritate vix possunt 28 personae, praesertim Dilingae, quae in medio haereticorum sita difficulter vitae necessaria habere potest, vel cum magnis sumptibus. . . . Est oppidum hoc plane rusticum, nec praeter Aulam Reuerendissimj nostri quicquam habet eximium" (ex autogr.; „G. Ep. VII" f. 222[b]). Cf. etiam *Duhr,* Jes. I 195.

[1] Vide quae sub ipsas has Natalis litteras dicentur.

[2] Vide supra p. 308.

[3] „Quod si contingeret, aut partem aut summam integram .1400. flor: uel aliorum, et plurium eodem applicandorum redimi aliquando quacunque ex causa ita fiat, obligata erit dicta Societas pecuniam eiusmodi omnem, ad alios reditus vel census firmos, et securos applicare atque inuestire ubicunque Societati uidebitur pro eius Societatis, et sui Collegij commoditate, id magis expedire, dummodo talis reditus quemadmodum prius, et cum ijsdem plane obligationibus praedicto collegio Dilingensi applicati maneant et incorporati" (ex commentario, de quo supra p. 625[4]; l. c. f. 356[a]).

[4] Vide supra p. 308.

[5] *Cardinalis Otto* in *litterarum capite illo, quod incipit: „Similiter etiam Domum ubi lectiones habentur", hoc, praeter alia, exigebat, ut Societas in domo collegii Sancti Hieronymi suis et suorum in episcopatu augustano successorum „Alumnis de mensa per se, aut per alios ad hoc deputandos rationabiliter prouideat"; ex commentario autem, quod dixi, apparet, m. Novembri 1566 inter verba „ad hoc" et „deputandos" posita esse verba „ab ipsa Societate" (l. c. f. 337[a]).

[6] Ioanni Paulo Castellinio; confer, quae sub ipsas has litteras dicentur.

per molte cause che mi pareno sufficienti, et specialmente per il modo di viuer' che hanno in quel collegio in mensa dominorum, che dicono, et per non hauer' la libertà noi, che doueresimo hauere in tal collegio, intromettendosi il Cardinale etc. et perche essendo difficile administratione, hà di bisognio d' un 'huomo d' importanza per regente, et d' altrj non mediocri per subregente et prefetti de cubiculi, et questi simili sono necessarij nelli Collegij nostri in questo tempo, Questo propose io prima alli nostri, à i quali non parse, et manco àl Cardinale pretendendo che non si trouarà persona tale, à chi si ricommandi quell' opera, et non ardiscono raccomandarla li nostri a Maestro Cornelio[1]. Non puotendo esser' questo fece io instanza apresso alli nostri et àl Cardinale che si cercasi almanco vno, qui curaret rem pecuniariam, et le spesse de casa, che mi pare una cosa incomportabile che sempre si lamentano del regente[2], Oltre alli inconuenienti principali che sono in questa parte. Al Cardinale parse questo bene, et etiam alli nostri, benche dicono esser' difficile trouar' tal persona; Jo[a] hò raccomandato quanto hò potuto, et àl Cardinale et à loro che lo cerchino, come fece a Maestro Henrico in Praga[3], il quale l' hà trouato etc. La cura della fabrica, la quale pensano sara finita dentro d' un anno desideraua ancora io lasciasi[b] il padre Rabasten, mà mi dicono che non andaria auanti, se la cura venesi in altra persona, in questo, et etiam nel' altro punto di sopra, se gli è aiutato tamen che hanno nel collegio de .S. Geronimo vn sacerdote secolare qui exigit pecunias a conuictoribus etc., et nella fabrica vn' aiutante, et tamen resta la cura superiore[c] dell' una et dell altra cosa al Padre Rabasten. . . . Si è dechiarato un poco quel modo della contributione alla casa de nouitij[4]; et rispostosi alle cose che m' hanno proposto il Padre Prouinciale et il Padre Rettore, del tutto sarano le copie con questa.

Natalis una cum his litteris, ut ex ipsis intellegitur, Borgiae misit apographum „Declarationis", quam ipso et Canisio auctoribus cardinalis Truchsess de 400 florenis illis annuis ex contubernio S. Hieronymi in collegium Societatis dilinganum transferendis fecerat. Quod perisse quidem videtur; ex * Litterarum autem 20. Iulii 1566 de fundatione collegii datarum commentario m. Novembri 1566 emendato, quod adhuc exstat, haec colliguntur: *Cardinalis,* ubi dixerat, pecuniam illam esse debere „pro sustentatione Rectoris et professorum", addidit „et Collegialium Societatis". Verba autem illa „Itaque plene et libere cedo" etc. (v. supra p. 309—310) ita immutari iussit: „Itaque dictos .1400. florenos, a dicto collegio Sancti Hieronymj, quantum in me est, dismembrando et separando, in societatem praedictam transfero eosdemque

a) *Sequitur* li, *oblitt.* b) *Ita in arch. correctum est ex* lasciasino. c) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

---

[1] Cornelius Herlen contubernium S. Hieronymi rexerat; nec tamen Sociis plene probatus erat; vide *Can.* IV 586 670 695, et supra p. 14—15.

[2] P. Ioannes de Rabenstein (Rabasten) et contubernii hieronymiani regens erat et aedificationi novi collegii Societatis praeerat; vide supra p. 368 474.

[3] P. Henrico Blyssemio rectori collegii pragensis.

[4] Vide infra mon. 902.

velut annuos census, ipsi Societati plene libere ac irreuocabiliter in perpetuum cedo renuntio et vna cum suo capitali applico." Ac paulo infra haec addere statuit: „At si fortasse successores nostri, aut antiquum Sancti Hieronymi Collegium quouis modo ius aliquod, uel actionem ullam, seu restitutionem pretenderent de hac cessione nostra et applicatione .1400. florenorum supplico Sanctissimo D. N. uelit ut ipse suam in hoc sententiam aduersus huiusmodi praetendentes expresse declarare et praeterea si opus fuerit super eo dispensare, et quatenus opus fuerit ipsi instantiae sufficienter derogare. Quandoquidem quoad .1400. floren. praedictos attinet, fuerunt illi pro antiquis professoribus stipendij loco a me prius expe[nsi.] Sed qui ad illos, et Alumnos alios Sancti Hieronymi sustentandos, et ad alios usus Collegio, et Vniuersitati necessarios minime sufficiebant, ut proinde quotannis ex bursa propria sumptus illi mihi fuerint faciendi, atque supplendi: quare indigna non uidebitur huiusmodi derogatio, quam a Sanctissimo D. N. iterum peto, ut nullo unquam tempore contra Collegium Societatis Dilingae l[is] aut actio ulla moueri, et neque de iure, neque de facto haberi possit, utque decernatur irritum esse prorsus, si quid aliquando contra huiusmodi derogationem forte ab ullo praetenderetur, aut praetendi possit" („Germ. Sup. Fund. I" f. 342 343). Haec, inquam, cardinalis tunc quidem statuerat addere; postea tamen, consilio mutato, ea omisisse videtur.

Videntur etiam m. Novembri a. 1566 a cardinali statutae esse (vide supra p. 625) duae aliae mutationes litterarum fundationis. In commentario enim, quod saepe dixi, manu ipsius *Canisii* * significatum est, verba „Episcopus pro tempore existens (ut iam dictum est) tenebitur" etc. (vide supra p. 309) ita immutanda esse: „si nec ego tantum ante mortem relinquerem, vnde illa suppleri possent, etiam atque etiam obsecro meos[a] successores Episcopos, ut pro sua Christiana charitate suppleant, quod ego morte praeuentus, eorum[b] gratia praestare non potui, ut ex animo desideraui; et paulo infra, ubi cardinalis de „successoribus suis, et capitulo, et Clero" dixerat: „Conscientias eorum etiam onero ad tam salutare opus perficiendum", dicendum potius esse: „Charitatem eorum appello et obtestatam uolo ad tam salutare opus perficiendum" (l. c. f. 339[b]—340[a]); at prior illa correctio („si nec ego" etc.) postea, lineis transmissis, sublata est.

Natalis tum m. Iulio tum m. Novembri a. 1566 Dilingae de universitate, collegio Societatis, contubernio S. Hieronymi complura constituit, quae vulgata sunt partim a *Gomez Rodeles* l. c. 764—773, partim in Epp. *Nadal* IV 257—265. Ex quibus hoc loco haec tantum pono: „Si commodior ratio inueniri non possit scribendi contra haereticos, et respondendi eorum calumnijs, illa videretur esse suscipienda, Vt D. Torres [1] et D. Pisanus susciperent illas controuersias de quibus esset scribendum, in publicis lectionibus explicandas, unde possent deinde uel conclusiones, uel positiones, aut libellum conficere contra haereticos. Emendatio conclusionum harum uel libelli qui esset aedendus, prima erit Doctorum illius vniuersitatis, ubi scribetur, deinde mittetur ad aliam vniuersitatem [2] . vltima uero approbatio erit Trium, iuxta constitutiones [3], nimirum P. Prouincialis, Patris Theoderici [4], et D. Pisani, si Pater Torres scribat, uel Doctoris Torres, si Pater Pisa scribat" (ex rerum Dilingae a Natale constitutarum indiculo, eodem fere tempore a P. Didaco Jimenez S. J. scripto, qui est in „NIG", f. 13[a]; etiam apud *Gomez Rodeles* l. c. 768). „De ordinandis relinqujt R. P. Natalis negotium Patri Prouinciali." „Jacobus Flander qui est in collegio OEnipontano, si illhic non videatur necessarius, nec pro culina, nec pro aliis ministerijs, poterit illum auocare P. Prouincialis, sicut coeperat tractari[c] OEniponti, praesertim si in aliquo collegio videatur necessarius pro ultima classe" (ex praeceptorum Natalis dilinganorum catalogo eodem fere tempore a P. Didaco Jimenez S. J.

a) *Ita (manu alia, ut videtur) correctum est ex* obsecramus, *quod Can. scripserat.* b) *Primum a Can. scriptum erat* eorum quidem. c) *Ita in archet. correctum est ex* tractare.

---

[1] P. Hieronymus Torrensis.
[2] Significantur universitates dilingana et ingolstadiensis.
[3] P. 3, c. 1, n. 18. [4] PP. Petrum et Theodoricum Canisios dicit.

scripto, qui est in „NIG“ f. 12ᵃ 13ᵃ; etiam in Epp. *Nadal* IV 261 263). Significatur autem Jacobus Bausenus sive Baucen, leodiensis, frater laicus 24 vel 25 annos natus (l. c. 261[1]); qui m. Octobri in collegio ingolstadiensi „emptor, dispensator, praefectus culinae et vestium, excitator“ fuit (* *Catalogus* ingolstadiensis ineunte m. Octobri 1567 scriptus, „GSC 66“ f. 388 389).

Quod ad eam ex „instructionibus“ illis dilinganis, quae „Quae dixit R. P. Natalis Rectori Dilingensi exequenda statim“ inscribitur, attinet, *Natalis* Herbipoli 26. Novembris 1566 Petro Canisio praepositi provinciali dixit: „Sic corrigatur instructio Dilingensis. Qui ad vniuersitatem veniunt, moderate potius (non indulgenter) quam seuere tractentur“ (ex indiculo praeceptorum, qui exstat in Cod. „NIG“ f. 68ᵇ; etiam in Epp. *Nadal* IV 324). Atque ita correcta haec instructio comparet in „NIG“ f. 2ᵃ; ibi enim cum primum scriptum esset (a scriptore ignoto): „Qui ad uniuersitatem ueniunt indulgenter potius quam seuere tractentur“, Natalis sua manu ex „indulgenter“ correxit „moderate“; cf. etiam *Gomez Rodeles* l. c. 767. Et cum de P. Gaspare Haivodo S. J. universitatis dilinganae professore ad „licentiam“ in facultate theologica promovendo *Borgias* Roma 3. Septembris 1566 Natali scripsisset: „Mi rimetto a V. R., udito il parere del P. Canisio“ (Epp. *Nadal* III 229), *Natalis* eodem illo die 26. Novembris 1566 Canisium monuit: „Pater Gasparus Anglus promoueri poterit in licentiatum Theologiae, qua in re Pater Natalis se remittit ad conscientias examinatorum et Rectoris Dilingani“ (ex indiculo, qui exstat in „NIG“ f. 67ᵇ; etiam in Epp. *Nadal* IV 322).

Borgias, quae Natalis Dilingae statuerat vel commendaverat, litteris Roma 8. Ianuarii 1567 ad eum datis probavit (Epp. *Nadal* III 364).

719 sive dil. (23). 19. Septembris et 2. Decembris 1566.

Ex Swagerii epistula autographa et ex litterarum Borgiae apographo eodem tempore scripto. „G. Ep. VII“ f. 166 et „Germ. 65“ f. 200ᵃ.

P. Conradus Swagerius cum Borgia praeposito generali conqueritur, quod, Dilinga discedens, a PP. Natale et Canisiis sacris officiis interdictus sit, et quod P. Petrus Canisius dure secum agat, nolentem se ad Societatem reducere velit, apud episcopum passaviensem de fama sua detrahat; fore, ut ipse strenue se purget. A Borgia petit, ut Societatis votis solvatur. Ille Swagerium amanter monet, ut vel secum Romae, vel cum provinciali Austriae, vel cum Natale ipsove Canisio agat, sedato tamen et demisso animo.

P. „Conradus Schwägerl palatinus“ S. J., cum laboris, qui in theologia Dilingae tradenda impendendus erat, atque oboedientiae religiosae pertaesus et valetudinis cura paene absorptus m. Aprili 1566 in patriam abisset (vide supra p. 616), Alburgo (vide supra p. 313) 19. Septembris 1566 Sancto Francisco de Borgia, Societatis praeposito generali, scripsit: Licentia et facultate .D. Natalis[a] et aliorum[1] discessi a uobis, sed ita quidem, ut ad R. P. T. literas etiam darem meas, quibus uotorum meorum simplicium deposcerem dissolutionem; hoc non grauatim onus suscepi[2], sicut illud molaeste tuli, quod me increpatum prius plurimum, deinde sacris interdixerunt officijs, suspenderunt et propemodum excommunicarunt: Vsum et consuetudinem hanc sensi prius esse apud nos, quam didici, Quid tum quidem dixerint, quid fecerint, mente adhuc et animo defixa retineo. Putarem omnino ego, imo plane mecum constitutum habeo, non affligendum esse eum, nec lacessendum uerbis, cui opem ferre, in extremis periculis, non uolunt. Infirmo mihi et multo literarum studio defatigato, adiutorem concedere, grauiter tulit et moleste Canisius. Ad itineris difficultates superandas, nullo me uiatico prosequutus est, ne sextercio quidem. Euasi nunc, partim aere alieno et mutuato adiutus, partim opera et studio

a) *Duo vv. sqq. ab S. supra versum scripta sunt.*

[1] P. Petri Canisii provincialis et P. Theodorici Canisii viceprovincialis rectorisque dilingani; vide supra p. 615—617. [2] Vide supra p. 613 616.

fratris, extrema corporis pericula: ita tamen, ut ad pristinam illam alacritatem meam, nondum redierim. Laborat nunc ille[a] ut nolentem etiam me[b] rursum sibi adiungat, nusquam recipiar, pellar ubique. Sanum tenere me secum uelit, quod aliquid per me fieri, et de me sperare[c] [?] possit, infirmum uero et laboribus imparem, meo me aere et meorum uiuere, quod commodi nihil, sed molestiarum quippiam opus sit et[d] aliquantula aeris iactura facienda. Scripsit de me et contra me multa, dedit epistolam ad Patauinum principem, idem et Episcopum optimum, quae Reuerendissimi Principis et Cardinalis nomen, quamuis referat, et hocce res uelamine contegatur, ab ipso tamen et conscriptam esse et traditam, dubium est nemini[1]. Reijecit ille in hanc suam plurima, quae nulla uia uel defendi uel probari poterunt, Literae ad me perlatae fuerunt suae. Defensionis meae libellum nunc quidem dedi, ad Praesulem istum, causam item meam apud eundem dicam, cum coram ipsemet constiterit Canisius. Plura non scribam, quam ut eundem cohortere, ueri ut meminerit[e], resecet ab epistolis sujs[f], quod obliquum est, mature statuat, quod multorum oculis, imo Haereticorum etiam offertur, me, mihi crede, nec infantulum nec balbum, aut in tuenda causa mea oscitantem inueniet. Cuperem ad extremum a uotis quidem simplicibus dissolui me, sed non ab amore, beneuolentia, studio et familiaritate uestra, illud quidem[g] supplici ego animo a te R. P. et humili corde exposco, istud uero tam cupio, quam quod maxime.

*Sanctus Franciscus de Borgia Swagerio *respondit Roma 2. Decembris 1566: Patria caritate eum rogat, ut Romam veniat et de difficultatibus, quas patiatur, secum coram agat.* Quodsi ualde longum tibi hoc iter uideretur, ad Prouincialem Austriae[2] te conferre posses, nisi malles cum ipso Patre Canisio, ut tibi uiciniore, de rebus tuis constituere, quod si facturus es, exasperatum quaeso istum animum quem praeseferunt tuae literae, deponere stude, et in spiritu humilitatis[3] et pacis, de rebus tuis cum eodem age. *Licere etiam Swagerio eiusdem rei gratia ad P. Natalem in provincia Rheni versantem proficisci.*

720 sive **dil. (24).** Mense Decembri anni 1566.

Credi vix potest, quod aliqui ex Canisii biographis narrant: Canisium m. Decembri 1566 Dilingae exercitia spiritualia obisse et conscientiae rationem S. Francisco Borgiae minutissime reddidisse.

Ioseph Boero in vita Canisii, postquam res ineunte m. Decembri a. 1566 Herbipoli a Canisio gestas rettulit: „Ritornato", inquit, „a Dilinga, prima d'ogni altra cosa si ritirò ad attendere a sè stesso con gli Esercizii spirituali di S. Ignazio. In questa sacra solitudine chiamò a un rigido sindacato tutte le sue azioni e i movimenti tutti del suo cuore, temendo che il troppo affaticarsi in far santi gli altri nol facesse dimenticare della santificazione sua propria. Prostrato umilmente innanzi a Dio, orò, pianse e si macerò con asprissime penitenze, chiedendo alla divina Maestà misericordia, perdono e lume e vigore per ben servirla e mai non deviare dal retto sentiero. Dopo ciò, rese in sua lettera minutissimo conto di tutta la sua coscienza al santo Generale Francesco Borgia supplicandolo ad imporgli quella penitenza ch' egli stimasse corrispondente a' suoi difetti" (*Can.* 308). Ex Boerio haec transcripta sunt in biographias canisianas quas ediderunt *Séguin* (l. c. 194—195), *Garcia* (l. c. 258), *Daurignac* (l. c. 292).

Canisius certe in primis litteris, quas, herbipolensi peregrinatione absoluta, Dilinga ad Borgiam praepositum generalem dedit (dedit eas 14. Decembris 1566),

a) *A S. supra vers. scriptum.* b) *A S. supra vers. scriptum.* c) *Sic; volebatne scribere:* sperari? d) *A S. supra vers. scriptum.* e) memimerit *S.* f) *A S. correctum ex* ab epistolas suas. g) *A S. corr. ex* equidem.

[1] Otto cardinalis Augustanus hanc epistulam ad Urbanum a Trennbach episcopum passaviensem dedit Canisio inscio; vide supra p. 313.

[2] P. Laurentium Magium. [3] Dn 3, 39.

„veniam pro totius anni delictis humiliter petebat, amplexurus", inquit, „poenitentiam libenter, quamcumque iniunxerit inobedienti filio mihi P. T." (vide supra p. 360). Neque vero vel in hac epistula, vel in altera illa, quam eodem die ad Borgiam dedit (v. supra p. 364—369), vel in litteris 8.—9. Ianuarii 1567 ad eundem missis (supra p. 377—380) „conscientiae totius rationem reddidit" Borgiae; neque usquam commemoratur, inter 14. Decembris et 8. Ianuarii a Canisio aliam epistulam Romam missam esse. A. 1566 autem per complures menses in provincia Germaniae superioris degebat et multas septimanas cum Canisio versabatur P. Hieronymus Natalis; et conscientiae manifestationem ex negotiis illis fuisse dixeris, de quibus Canisius 14. Decembris 1566 Borgiae scripsit: Ad R. P. Natalem „ueluti Visitatorem et P. V. Vicarium plaeraque referenda esse putaui" (vide supra p. 360). Natalis sane multo facilius Canisii conscientiam moderari poterat, quam Borgias, procul a Germania constitutus; neque ita consultum erat, eiusmodi res per litteras tractari; nonnunquam enim epistulae intercipiebantur; nonnunquam etiam valde tarde perferebantur.

Ne hoc quidem facile est creditu: Canisium Dilingae m. Decembri 1566 exercitiis spiritualibus S. Ignatii, quae vocamus, vacasse. Nam ante d. 4. Decembris Herbipoli non discessit (vide supra p. 360 et infra mon. 768); Dilingam igitur ante d. 8. non rediit. Sin autem illis diebus, qui inter 9. et 14. Decembris interpositi erant, aliquid exercitiorum obisset, id in litteris 14. Decembris datis commemorasset; in earum enim exordio, cur diu siluerit neque Sociorum catalogum mittere possit, Borgiae explicat (vide supra p. 360); in iisdem litteris se „profecturum intra triduum ad collegia vicina" dicit (vide supra p. 360). Reapse, id quod ex proximis litteris cognoscitur, inter medium m. Decembrem et 8. Ianuarii Monachium venit, Augustae res domesticas Sociorum composuit, Dilingam rediit (vide supra p. 377 378).

Boero, quo fonte usus sit, non dicit. Hoc autem facile patet: Longarum degli Oddi secutus est; a quo non res tantum, sed plurima etiam verba est mutuatus. Ita enim *Oddi* de Canisio: „Ricondottosi pertanto a Dilinga, e messe in buon ordine le cose della Provincia, la sua maggior premura fu il ritirarsi negli Esercizj Spirituali, segregato da tutto ciò, che non era Dio, e l' Anima sua. In quella sacra Solitudine chiamò a un rigido sindacato tutte le sue azioni, e i movimenti tutti del suo cuore, timoroso, che il troppo applicarsi in far Santi gli altri nol facesse dimenticare della Santificazione sua propria. Prostrato a' piè del Signore orò lungamente, pianse, si macerò con asprissime penitenze, chiedendo dalla Divina Misericordia con voci di sangue, lume, e vigore per ben servirlo, e mai non deviare dalla Divina sua Volontà. E poich' era sul terminarsi l' anno, rese un minutissimo conto di tutta la sua coscienza al Santo Generale Francesco Borgia, supplicandolo ad imporgli quella penitenza, ch' ei stimasse corrispondente a' suoi difetti" (l. c. 186—187).

Oddius librum edidit Neapoli anno 1755; optandum autem fuit, ut, unde illa hausisset, indicaret. Canisium erratorum eo anno commissorum veniam et paenitentiam a S. Francisco Borgia petisse *Sacchinus* (Can. 240—241) ex ipsius Canisii litteris (vide supra p. 360) rettulerat. Quod autem ad exercitia illa spiritualia attinet, equidem antiquiorem testem non novi, quam P. *Ioannem Dorigny* S. J., qui in biographia canisiana Parisiis a. 1707 primum edita haec de Canisio narrat (l. c. 281): „Il se retira dans le College de Dilingue, il y passa plusieurs jours dans les exercices de la priere, et de la penitence; revêtu de la vertu d' en haut, il sortit de sa solitude." Ac P. *Petrus Python* S. J. quidem in vita Canisii Monachii a. 1710 vulgata, cum Dorignii assertiones repetere soleat atque easdem nonnunquam etiam exornet et amplificet, hanc suspectam habuisse videtur; nam omnino eam omisit (cf. p. 239—241). Oddius vero non solum eam amplificavit, sed etiam „minutissimam" illam conscientiae rationem ei adiunxit.

721 sive **dil. (25).** 7.—9. Ianuarii 1567.

Ex autographo. „G. Ep. VIII" f. 127.

Canisius Dilingae Hermanni Fabri ex Societate dimissi opera ad scribendum utitur.

P. Theodoricus Canisius S. J. collegii dilingani rector Dilinga 9. Ianuarii 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: Pater prouincialis ... nobis nunc adest ... Confessi omnes sunt generaliter huius anni initio et vota renouarunt, excepto Hermanno Fabro, qui ex Nouitiatu ad nos superiori anno missus fuerat Monachio, et praeceptorem infimae classis aliquamdiu hic egerat. Compertum est enim illum laborare tertio impedimento, ex quinque excludentibus, nec adsunt dotes aliae, quibus suppleatur hic defectus, imo vrsit ipse dimissionem, quam et impetrauit a Patre Natali, Vtitur nunc eo ad tempus pater prouincialis, scriptoris loco.

Canisius 7. Ianuarii (qui eo anno dies Martis erat) Dilingam advenit (vide supra p. 377). Renovationem autem votorum Dilingae habitam esse censeo vel 1., vel 6. Ianuarii. De Hermanno Fabro eius scriptore v. *Can.* IV 425[3]; is, antequam Societatem petisset, mensibus aliquot „habitum monasticum" apud Cartusianos gestaverat; in quo „impedimento" (*Can.* IV 425[2]) anno 1564 a sede apostolica cum eo dispensatum erat ita, ut in Societatis tirocinium recipi posset (l. c. 592 596).

722 sive **dil. (26).** Vere a. 1567.

Ex autographo, cui manu romana eiusdem temporis adnotatum est.: „1567. Dilinga P. Gaspar Jnglese 10 d' Aprile". „G. Ep. VIII" f. 130 (cf. l. c. f. 140—141).

P. Haivodus cum P. Polanco Societatis secretario queritur: Per PP. Petrum et Theodoricum Canisium ex una parte se ad disputationes, quibus „licentiam" in theologia consequatur, habendas urgeri, ex altera vero ipsam licentiam sibi retardari. A Petro quidem Canisio se orationi in proxima synodo habendae destinatum esse; sed blandius quam sincerius secum agi. Canisium a praeposito generali moneri cupit, ne Haivodum denuo ita iubeat disputare.

P. Gaspar Haivodus S. J., professor et contionator dilinganus, P. Ioanni de Polanco Societatis secretario scripsit Dilinga 10. Aprilis 1567 de PP. Petro et Theodorico Canisiis: Lepida est historia quam nunc scripturus sum . Reverendi Patres nostri Provincialis et Rector, hijs elapsis mensibus, me saepe admonuerunt, idque ex parte Reverendi Patris Natalis, vt disputationem solennem praepararem, pro licentia ad doctoratum jn Theologia consequenda, jn actu tunc mox futuro . differebam . jnstabant jterum atque jterum . tandem ex obedientia, feci, quod jussus eram . disputatum est publice . expectatur actus, praeparatur; omnia sub silentio transeunt, nihil fit . post modicum temporis jterum jdem jnstitutum renovant. Jubent conclusiones solennes jterum praeparari, affigi publice, et ad diem statutum defendi pro eodem gradu consequendo. Fit jta, praeparantur, publicantur[a] in Academia; admonentur Theologi idque de meo proprio, (jubente id Reverendo Patre Rectore) vt adesse velint . paulo ante quam dies disputationi constitutus jlluxit, vocat me Reverendus Pater Provincialis ad se . tum ille laetus ridensque ait . Magister Gaspar, maior laus tua esset, maiorque gloria, differre has disputationes, donec conclusiones typis dari possint, vt sit celebrior tua promotio, et maiorem hominum concursum habeas . at ego, rogo jnquam pater, si obedientia hoc fieri decreverit, vt nunc potius coram vniversitate nostra tantum, sine maiori hominum concursu expediatur . quandoquidem jn conclusionibus colligendis, scribendis, rescribendis et publicandis jam multum laboratum sit, et ego semel ab hoc onere liberari cupiam ne jterum plus quam opus sit, a lectionibus et studijs jmpediar . haec cum dixissem, Reverendus Pater Provintialis omnem risum a se removens, me ad Reverendum Patrem Rectorem remittit. Pater Rector omnino suasit vt mox sine vlla dilatione hoc negotium transigeretur; transactum est. Disputavi jterum publice coram Academia pro gradu eodem consequendo . constituitur a Reverendo Patre[b] Rectore dies promotioni ad mediam quadragesimam proxime praeteritam[1]: jmpletur domus, jmpletur oppidum fama futurae rei, quis nisi ego, magnifico messer si. Parturiunt

a) *Duo vv. sqq. ab Haiv. supra versum scripta sunt.* b) Pater *aut.*

[1] Circa d. 9. Martii.

montes, exit ridiculus mus[1]. sicut erat jn principio et nunc et semper. post Pascha redit ad nos ab herbipoli Reverendus Pater Provincialis. suavissime et amantissime mecum ridet, dicens, ego vellem vt procederes ad gradum jstum consequendum, quare non vis ad gradum promoveri, quum haec laurea necessaria tibi sit ad maiorem dei gloriam. simul me rogat vt orationem jn synodo hic mox futura velim habere. laudat me coram, dicens se nulli alteri potius hoc negotium velle committere quam mihi. nam et egregia (jnquit jlle) dona naturae habes, et dicendi pariter ac agendi promptitudinem. Haec ego quum ab illo ridente audivissem profecto jn tantum risum erupi, vt vix ab jmmoderata chachinnatione me continuissem nisi memor fuissem, me cum superiori agere[2]. Jdeo haec ad R. v. scribo, vt mecum aliquando subridere possit. quod et ego certe ex animo facio, quoties mihi jn memoriam venit. sed ne quid nimis[3]. spectatum admissi, risum teneatis amici[4]. Haec lepide. Jgnoscat mihi R. v. si gravioribus negotijs vestris, jmpedimento fuerim. Quod scripsi, exhilarandi causa scripsi. ego qui nihil aliud boni praestare possum, saltem jam id ex animo gaudeo, quod superiores meos laetos faciam, et materiam illis ridendi praebeam. Nec tamen illud aegre ferrem, si Reverendus Pater Provincialis noster, hoc de me persuasum sibi haberet, me nec de honoris titulo consequendo somniare, nec libenter pro huiusmodi disputationibus praeparandis, meas lectiones publicas[5] jntermittere, nisi ex sola obedientia. Quoniam autem nunc jterum de hoc negotio mecum agit, et ad similem actum publicum me jam denuo tertio provocat, vestra Reverentia (vt opinor) nihil peccabit, si jnterea per literas ab vrbe datas jmpediverit, ne aut gradus quo jndignus sum, et quem non cupio mihi detur, aut actus publicus amplius posthac propter me talis fiat. Quum essem parvulus, loquebar vt parvulus: sapiebam vt parvulus: cogitabam vt parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli[6]. Tempora mutantur, et nos mutamur jn illis[7].

Superiori septimana[8] has literas ad R. v. destinaveram: sed tabellarius jam prius abierat quam eas tradere potuissem. Jdeo jam dies octavus praeterit quum has mecum retineo. Dilingae 4.to Jdus Aprilis.

Haivodus pius quidem et doctus erat; sed fortasse iam iismet annis laborare coepit malis, quibus haud multo post effectum est, ut optimus vir, in rebus quibusdam aliter ac ceteri sentiendo, magnis dissensionibus causam praeberet; vide *Can.* IV 460. P. *Hieronymus Natalis* visitator Dilinga 20. Iulii 1566 S. Francisco Borgiae scripsit: „Auemos por aca dudado Padre de la promotion del Padre gaspar anglo

---

[1] *Horatius,* Ars Poet. 139, ubi tamen loco verbi „exit" est „nascetur".

[2] Haivodus Dilingae 15. Iunii 1567 in primo synodi dioecesanae conventu „orationem synodalem" habuit: vide infra p. 635—636.

[3] *Terentius,* Andria I, 1, 34. [4] *Horatius,* Ars Poet. 5.

[5] Haivodus, Dilingam m. Martio a. 1564 advectus, 3 annos mathematicam, 2 annos primum psalterium, deinde „casus conscientiae" explicaverat, 2 annos contionator „latinus ordinarius" fuerat (*Can.* IV 483 497 542. **Catalogus* collegii dilingani 31. Decembris 1566 scriptus, in „GSC 66" f. 402[b]).

[6] 1 Cor 13, 11.

[7] Haec ostendunt, labi *Georgium Büchmann,* cum huius versus („Tempora" etc., ubi tamen Haivodo „nos et" ponendum fuit pro „et nos") auctorem esse affirmat Ioannem Owen († 1622) sive Audoenum anglum, in „Epigrammatum" libro 1, n. 53 (Geflügelte Worte[5], Berlin 1869, 162); nam „Epigrammata" primum edita esse traduntur Londini a. 1606; certe a. 1567, quo Haivodus has litteras dedit, edita nondum erant; nam Audoenus tum annos fere 7 natus erat. Versum quis composuerit, haud facile fuerit cognoscere; cf. *Pauly-Wissowa,* Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft IV, Stuttgart 1901, 1242. Eum ex dicto illo Nicolai Borbonii galli (nati a. 1503, mortui post 1549): „Omnia mutantur, nos et mutamur in illis" ortum esse affirmat *H. T. Riley,* Dictionary of Latin Quotations, London 1856, 310.

[8] Ea fuerat a 30. Martii ad 5. Aprilis.

en theologia, y a estos Padres parecia que se hiziese licenciado pues que le falta pocos actos para ello y no doctor, V. P. auise al Padre canisio delo que manda entretanto que yo estoy en austria" (ex archetypo, quod est in „EN" n. 144; etiam in Epp. *Nadal* III 193). Cum autem Borgias Natali, ut ipse, Canisii sententia audita, de ea re constitueret, mandasset (Epp. *Nadal* III 229), Natalis m. Novembri 1566 Canisio dixit, Haivodum ad „licentiam theologiae" promoveri posse; simul tamen „se remisit ad conscientias examinatorum et rectoris dilingani" (l. c. IV 322). Haivodus in theologia haud ita fundatus fuisse et in disputationibus illis Canisiorum exspectationi parum satisfecisse videtur (cf. l. c. III 298—299). Constat tamen ex universitatis dilinganae **Actis*, eum ibidem 12. Augusti 1567 licentiatum theologiae esse creatum (Cod. diling. „Acta ac. Dil." p. 77).

723 sive **dil. (27).** Sub medium et exeuntem m. Aprilem 1567.

Ex exemplo archetypo. „G. Ep. VIII" f. 245ᵃ—248ᵃ.

Canisius Dilingae gravi febri corripitur.

Antonius Flander S. J. in „Litteris annuis" collegii dilingani, Dilinga 1. Octobris 1567 datis, haec refert de Canisio ex Franconia Dilingam m. Aprili (inter d. 7. et 9., ut videtur) 1567 advecto (vide supra p. 424 430): Reuerendus P. Prouincialis, qui Herbipoli . . . praeterita Quadragesima . . . contionatorem egerat, . . . in prouinciam et Collegium nostrum reuersus, et ipse acuta quadam febri correptus, magno certe moerori, cum omnibus nobis, tum Jllustrissimo principi Cardinali nostro fuit.

724 sive **dil. (28).** 15.—20. Iunii 1567.

Ex archetypo. „G. Ep. VIII" f. 245ᵃ—248ᵃ.

Dilingae in synodo dioecesana PP. Canisius et Pisanus cardinalem Augustanum opera et consiliis adiuvant, alii Socii contionantur; magna collegii pars synodo permittitur.

„Antonius Flander" (Balduinus) S. J. in collegii dilingani Litteris annuis Dilinga 1. Octobris 1567 datis de synodo dioecesana, quam cardinalis Otto Truchsess a d. 15. ad 20. Iunii 1567 Dilingae habuit, haec refert: Laboratum est a nostris et in Augustana Synodo iuuanda. Theologi Doctores duo, quorum alter fuit Reuerendus P. Petrus Canisius Prouincialis noster, Reuerendissimo fuere in omnibus a latere et a Consilijs, tertius habuit concionem latinam, quartus Germanicam. . . . Acta res in aula Vniuersitatis, nostris magna parte domus sponte cedentibus. . . . Extat excusa typis Synodus.

Ex P. *Thomae Galli* S. J., qui theologiam in universitate dilingana tradebat, *litteris Dilinga 1. Novembris 1567 ad Borgiam datis intellegitur, alterum ex illis Societatis doctoribus theologis fuisse P. Alphonsum Pisanum, qui et ipse theologiam in ea universitate docebat (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 142ᵃ—144ᵇ); idem significatur a *Sacchino,* Can. 243. P. Theodoricum Canisium universitatis et collegii rectorem eo tempore infirma valetudine afflictum esse, et ex Galli, quas dixi, litteris, et ex compluribus Canisii epistulis cognoscitur; vide supra p. 474 493 525. P. *Haivodus* autem Polanco Dilinga 10. Aprilis 1567 scripsit, se a Canisio praeposito provinciali orationi in proxima synodo habendae destinatum esse (vide supra p. 634); atque in *Synodi Actis* notatum est, prima die, quae erat dominica et 15. Iunii, post prandium hora 2. in aula maiore collegii „Reuerendum Dominum

Casparem Anglum, Societatis Jhesu Theologum et Professorem Dilingensem" habuisse „orationem Synodalem" (ex Actorum synodi exemplo, eodem fere tempore scripto et a duobus notariis subscripto, quod exstat Augustae Vindelicorum in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Diöcesan-Synode v. Dillingen 1567" f. 7ª; etiam apud *I. A. Steiner*, Synodi dioecesis Augustanae II, Mindelhemii 1766, 346); quam orationem latinam fuisse certum est vel hac una ratione, quod Haivodus linguam germanicam non ita callebat, ut germanice contionari posset. De contione autem illa „germanica" in iisdem Actis refertur: Die dominica, quae erat 15. Iunii, mane in ecclesia parochiali S. Petri coram cardinali et omnibus ad synodum congregatis „Reuerendus Dominus Magister Gregorius Rossephius Societatis Jhesu Theologus et Concionator Cathedralis Ecclesiae Augustensis accepta benedictione a Reuerendissimo Domino Cardinale, ascendit pulpetum et fecit concionem in qua tractauit de Synodo et monuit populum vt etiam suis orationibus impetrent gratiam et misericordiam Dei pro Synodo recte inchoanda, celebranda et finienda, ad laudem Diuinae maiestatis et salutem nostram ac totius dioecesis Augustanae" (l. c. f. 5ª; *Steiner* l. c. 340—341). Congregationes synodi habebantur in collegii Societatis „aula maiore"; in cuius aulae altari proximis 4 diebus missa synodalis habebatur. Die 15. Iunii post prandium viri a synodo ad „examinanda mandata absentium" delecti „in Stubam Patris Gerardi" (Pastelii, qui paulo ante Dilinga Romam missus erat; vide supra p. 456) se contulerunt (l. c. f. 7ᵇ). Die 16. Iunii vesperi constitutum est, ut postridie mane congregati primum quidem una missam audirent, deinde autem consultandi causa per „classes" distribuerentur. „Loca autem pro classibus deputata sunt haec. Pro Reuerendissimo Domino Cardinale et eius consiliarijs Bibliotheca vetus. Pro Capitulo Cathedralis Ecclesiae Augustensis hypocaustum Domini Canisij. Pro Abbatibus et Praepositis regularium et absentium procuratoribus bibliotheca noua. Pro Collegiatarum Ecclesiarum procuratoribus, hypocaustum patris Gerardi. Pro mendicantibus sacellum collegij professorum. Pro Decanis et Camerarijs ruralibus, refectorium collegij .S. Hieronymi." Die 17. Iunii singulae classes ad locum suum per Reinhardum ab Hausen „fiscalem" deductae sunt (l. c. f. 9ª; cf. *Steiner* l. c. 349—350). Cubiculo igitur Canisii (Petrum Canisium significari censeo, non infirmum illum Theodoricum, ipsius fratrem) utebantur, qui nomine cathedralis capituli augustani synodo intererant, Christophorus a Freyberg decanus et Wolfgangus Andreas Rhem (Roem) canonicus et cellarius; quos usos esse puto opera „Mathei Wideman et Pauli Kleindienst Vicariorum Cathedralis Ecclesiae Augustensis"; hos enim Dilingae fuisse et operam in synodo praestitisse constat (l. c. f. 10ª 13ᵇ). Die 18. Iunii „deputati ad querelas audiendas" in scholam theologicam, delecti ad „Decanos rurales examinandos" in „Scholam rhetorices et Linguae graece" iverunt (l. c. f. 16ᵇ 17ª).

Canisius cardinalem Truchsess in synodo tum praeparanda, tum habenda multum adiuvit; id enim *Canisius* ipse testatur; vide supra p. 437 451; qui etiam S. Francisco Borgiae praeposito generali de eadem synodo scribit Dilinga 12. Iunii 1567: „Satis negotij nobis exhibet"; et 22. Iunii 1567: Cardinalis „non sine magno labore tum suo, tum nostro confecit praecipua quaeque" (vide supra p. 492 497).

Decreta synodalia iam ante initium synodi composita erant; in synodo recitata et confirmata sunt. Perisse vero videntur cum ipsa decreta manu scripta, tum commentaria et reliqua scripta, quibus decreta adumbrata et parata erant. Quare, quam partem in iis componendis Canisius habuerit, iam definiri non potest. Typis exscripta sunt statim post synodum (id quod ex Antonii Flandri epistula modo posita intellegitur): „Decreta synodalia Dioecesis Augustanae, Dilingae mense Iunii anno M. D. LXVII. promulgata . Dilingae" (sine anno). Denuo excusa sunt a *Io. Christ. Lünig*, Continuatio II. Spicilegii Ecclesiastici, Leipzig 1721, 323—379; *Ios. Hartzheim* S. J. et *Herm. Scholl* S. J., Concilia Germaniae VII, Coloniae 1767, 148—213; *Ios. Ant. Steiner* l. c. II 384—522. Decretorum summam germanice posuit *Braun*, Bischöfe III 470—480. Maximam partem hausta sunt ex decretis Concilii tridentini; tridentina de reformatione decreta in ipsa synodo etiam sin-

gillatim recitata sunt. Hoc loco haec tantum noto[1]: De Bulla Coenae edicitur (P. 2, c. 7): „Serio decernimus, ut Parochi et Confessarii omnes eandem Bullam non solum ad manum habeant, ac ponderent; verum etiam ut Parochi eam quotannis in sua quisque Parochia, publicent, et exponant" (*Hartzheim-Scholl* l. c. 175). Iisdem parochis et confessariis praecipitur, ut, praeter alios libros, P. Ioannis de Polanco S. J. „Directorium" (de quo *Can.* I 450[5]) habeant (l. c.). Ludimagistri singuli iubentur (id quod antea quoque a cardinali constitutum erat) professionem fidei tridentinam emittere. Omnes dioecesis augustanae clerici et laici vetantur ad gymnasia haereticorum vel ipsi proficisci vel alios studiorum causa mittere; „qui secus fecerit, eum nos graviter et severe puniemus" (P. 3, c. 22, l. c. 201). Constituit cardinalis, ut ad seminarium clericorum Dilingae ex praescripto concilii tridentini instituendum quotannis singulorum redditaum ecclesiasticorum pars vicesima contribuatur (P. 3, c. 23; l. c. 202); in „declaratione" tamen decreto addita se „minore etiam portione contentum fore" affirmat (l. c. 205).

In synodi actis, quae quidem adhuc exstare noverim, „hypocaustum" quidem Canisii, non vero ipse Canisius nominatim memoratur. Attamen tum ex litteris supra positis (v. supra p. 451 460 482 etc.), tum ex Flandri relatione, quam modo vulgavi (supra p. 635), tum ex epistula cardinalis Truchsess, quam proxime proferam (infra p. 638), colligitur, ipsum in synodo unum ex cardinalis consiliariis fuisse. Cum his autem cardinalem de rebus synodi in „bibliotheca ueteri" „deliberationem habuisse" semel atque iterum in Actis narratur; ita deliberavit d. 17. Iunii post prandium (l. c. f. 14[a]); 18. Iunii sacro per cardinalem in aula maiore coram congregatis facto „Reuerendissima et Jllustrissima Dominatio cum suis Consiliarijs iuit ad hypocaustum bibliothecae veteris pro deliberatione responsorum dandorum omnibus Classibus praedictis reliquis omnibus ad synodum vocatis in suis sedilibus manentibus" (l. c. f. 14[b]). De quibus responsis hoc noto: Cum abbates praepositique regulares scripto affirmassent, se synodi decreta salvis suis privilegiis admittere (l. c. f. 11[a]), cardinalis hanc condicionem non admisit; nam pontificem et patres concilii tridentini „coactos esse" ea privilegia imminuere, „ad tollendos abusus multos, qui ex huiusmodi exemptionibus sequuti sunt hactenus, nec illis solis minuit priuilegia, verum etiam ipsis Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis" etc. (l. c. f. 17[a]). Die 19. Iunii cardinalis sacro eadem ratione, ut pridie eius diei, facto ivit in bibliothecam veterem „cum consiliarijs et notarijs" ibique aliquot congregatorum ordinibus respondit (l. c. f. 17[b]—18[a]); postea „venit ad Synodum et coram omnibus . . . responsum dedit Decanis et Camerarijs ruralibus, solenni quadam et germanica lingua locutione vtens. . . . Et primum de concubinatu grauiter illos reprehendens . . . dixit, decreta sua synodalia, Concilij Tridentini Decretis conformia esse, nec causam aliquam subesse, quare ipsi se decretis Concilij Tridentini subijcere recusent. Cum et ipsi quoque Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, in omnibus regnis Catholicis, maxime vero Hispania et Jtalia reformationem secundum Decreta Concilij Tridentini pati cogantur. Sed et ipse quoque Sanctissimus Dominus noster[2], pro suo erga ecclesiam Catholicam amore, reformandique eam desiderio non respiciens ad bona aliqua temporalia, libere, libenterque ea quae in concilio Tridentino, circa dispensationes, indulta, collationes beneficiorum et alia similia constituta sunt, obseruat, ex quo eius redditus, quos singulis annis percipere solebat, valde diminuti sunt"; deinde pauca alia addidit. „His peractis, ingressus est denuo Reuerendissimus Dominus Cardinalis cum consiliarijs et notarijs in bibliothecam Collegij, et Reuerendissima sua Dominatio deliberauit super grauaminibus a Dominis Abbatibus et alijs . . . propositis" (l. c. f. 18). „A prandio, hora secunda, ad pulsum campanae, more solito synodo congregata, . . . Cardinale cum Consiliarijs in loco Bibliothecae Veteris

---

[1] Salutationis angelicae pars postrema ita ponitur (P. I, c. 9): „Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis miseris peccatoribus, Amen." „Heilige Maria, Mutter Gottes, bitt für uns arme Sünder. Amen" (*Hartzheim-Scholl* l. c. 161).

[2] S. Pius V.

conueniente", Michael Dornvogel episcopus suffraganeus nomine cardinalis synodo aliqua de seminario clericorum instituendo proposuit. „Postea comparuit idem Reuerendissimus Dominus Cardinalis et sedit loco solito, ad medium altaris" et varia constituit; ita „grauiter prohibuit, sub poena excommunicationis omnibus et singulis, ne Libros prohibitos legerent uel tenerent, nisi specialem in hoc licentiam a suis superioribus haberent. Habuit etiam, idem Reuerendissimus Dominus Cardinalis coram tota Synodo exhortationem, partim latine, partim germanice, contra communem abusum compotationis et ebrietatis reprehendens et damnans illum, in abbatibus, Praelatis et parrochis, ... prohibens omnibus et singulis vsum ad aequales haustus potandi, Cum sine peccato mortali non fiat" (f. 21^{b}—22^{b}). Ceterum cardinalis magna moderatione usus est; ita, cum multi procuratores absentium mandata attulissent „insufficientia" ideoque repelli potuissent, ipse iis „hanc culpam ignovit" (l. c. f. 22^{a}). Ex Concilii tridentini praescripto deligi debebant „examinatores parochorum et ordinandorum"; cum tamen procuratores capituli cathedralis monuissent, examen ordinandorum ex „iure acquisito" ad canonicum scholasticum capituli illius spectare, cardinalis electione illa supersedit; se enim statuisse „propter graues causas rem totam referre" ad pontificem (l. c. f. 17^{b} 21^{b}—22^{a}); ac cum paene omnes vicesimam reddituum partem pro seminario promittere recusassent, Truchsess respondit, se iis rem postea accuratius explicaturum, ac moram concedere, ut cum capitulis et conventibus consilia conferri possent (l. c. f. 17).

Cum igitur dies 4 decretis recitandis et gravaminibus tractandis insumpti essent, die 20. Iunii cardinalis Otto in aula maiore missam pontificalem cantavit, inter quam Fr. „Joannes Naß, Concionator Apostolicus" et guardianus Minoritarum ingolstadiensium contionem „de dilectione Dei et proximi" negotio reformationis accommodatam habuit[1]; post missam ipse cardinalis adhortationem ad congregatos habuit et paulo post synodum dimisit (l. c. f. 22^{b}—25^{a}; *Steiner* l. c. II 379).

725 sive dil. (29). 26. Iunii 1567.

Ex epistula archetypa, ipsius cardinalis manu subscripta. Cod. „Epistolae Cardin. (1539—1569)" n. 174. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 243.

Cardinalis Truchsess litteris ad S. Franciscum Borgiam datis synodi dilinganae successum, secundum divinam gratiam, potissimum diligentiae prudentiaeque PP. Canisii et Pisani ascribit.

Cardinalis Otto Truchsess a Waldburg, episcopus augustanus, Dilinga 26. Iunii 1567 Sancto Francisco Borgiae praeposito generali Societatis Iesu de synodo dioecesana Dilingae a d. 15. ad 20. Iunii a se habita scripsit: Mi trouo hauer' celebrato la mia synodo, la quale è passata per la Dio gratia con tutta quella quiete et buon' fine, che da me si fusse potuto desiderare, per salute et ottimo ordine delle cose di questa mia chiesa. Per il che ne rendo immortali gratie alla Diuina Maiesta et ne laudo appresso infinitamente la molta sollicitudine et prudenza usata dal Padre Canisio, et dal Dottor' Pisa, con l' aiuto et uirtù de quali posso ueramente dire, di hauer' superato ogni difficultà che mi soprastaua per condur' a buon' porto la celebratione di detta mia synodo.

Ad dilingana haec monumenta pertinent etiam aliqua ratione mon. 819 822 823 851 868 872 879 885 900.

---

[1] Cardinalis tum in initio, tum in fine synodi indulgentiam 100 dierum concessit (l. c. f. 5^{b} 23^{a}).

C.

MONUMENTA LEGATIONIS PONTIFICIAE PER GERMANIAM ADMINISTRATAE.

726 sive **germ. l. (1).** Ineunte et medio m. Septembri 1565.

Ex litteris Polanci archetypis et ipsius manu subscriptis (A), quae exstant Frauenburgi in archivo episcopali, Cod. „D. № 72 (80)" n. 29. Apographum Romae eodem fere tempore scriptum (B) exstat in Cod. „Germ. 65" f. 5. Epistulae partem, quam hic pono, germanice posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 60.

Congregatione Societatis absoluta, Canisius iussu Pii IV. Romae haeret.

P. Ioannes de Polanco, secretarius Societatis Iesu, Roma 16.[a] *Septembris 1565 cardinali Hosio de Societatis congregatione a d. 21. Iunii ad 3. Septembris 1565 habita scripsit:* Jam Deo propitio congregationem nostram generalem (in qua multa, et grauia constituenda erant) absoluimus, et Patres pene omnes ad suas Prouincias recesserunt; adhuc tamen Pater Canisius iussu[b] Pontificis haeret Romae, cuius literas, et etiam Patris Salmeronis (qui iam Neapolim rediit[c]) hic mitto. *Confer supra p. 95—98.*

727 sive **germ. l. (2).** 18. Septembris 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 65" f. 13. Epistulae particulam germanice versam posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 61.

Theodoricus Canisius, quod Petrus Canisius collegia rhenana etc. visitare et „alia pietatis opera praestare" debeat, in Germania superiore viceprovincialis officium retinere iubetur. Idem certior efficitur, Canisium Romae Sociorum Germaniae res strenue curare.

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, Roma 18. Septembris 1565 ad P. Theodoricum Canisium, Germaniae superioris viceprovincialem atque universitatis collegiique dilingani rectorem, scripsit: Cum sancta obedientia .R. P. Prouincialem aliquandiu extra Prouinciam suam sit detentura, (uisitabit enim Collegia Rheni, et forte Inferioris Germaniae, et alia quaedam pietatis opera praestabit) visum est eidem expedire, vt R. v. Viceprouincialis munere fungatur, ut quae[d] ab ipso potestatem omnem ad officium hoc exercendum sit habitura. Cumque hoc animi sui propositum R. P. N. Praeposito aperuisset, id probauit, et confirmauit, unde .R. V. viceprouincialis nomen, quod ipso discedente habuit simul cum potestate ordinaria Prouincialium retinebit, nec relinquet eam, aut eius usum, licet ipse P. Prouincialis in eadem uersetur Prouincia, nisi ipsemet quam dedit autoritatem reuocauerit. Vt autem possit graue onus Collegij, et vniuersitatis Dilingensis, ac simul Prouinciae curam leuius ferre, utatur ministerio cuiuscunque uolet ex his, qui in Superiori Germania uersantur, et forte Doctor Paulus[1] Rector Monachiensis, praeter proprium onus, aliquod ulterius

a) 15. *B.* b) *Ita B;* iusu *A.* c) *Ita in archet. corr. est ex* redit. d) *Corr. ex* qui.

[1] Hoffaeus.

ferre posset, sed hoc arbitrio R. V. committitur, uel ipsius P. Prouincialis. . . . Quia fieri posset, ut haereret Romae adhuc dies aliquot, (ubi tamen strenue agit negocia Societatis nostrae in Germania) R. V. non expectato ipsius aduentu, poterit ea omnia expedire, quae moram non facile patiuntur.

P. Ioanni Dyrsio rectori oenipontano idem *Polancus* nomine Borgiae Roma 3. Novembris 1565 *scripsit: „Reuerendus Pater Canisius Prouincialis quidem manebit; sed quia extra Prouinciam emanendum est illi, forte satis diu. D. Theodoricus Canisius Viceprouincialis a fratre constitutus, et a Patre N. Praeposito confirmatus est . sed haec et alia ad congregationem pertinentia intellexit iam R. V. fusius ab ipso Patre Prouinciali.“ (Ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Germ. 65“ f. 32[a].)

728 sive **germ. l. (3).** 18. Septembris 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 65“ f. 14[a]. Particulam, quam hic pono, germanice posui in *„Stimmen“* etc. LXXI 61.

Canisius Coloniam et longius proficisci iussus.

P. Polancus, Societatis secretarius, Roma 18. Septembris 1565 P. Lamberto Auer S. J., collegii moguntini rectori, scripsit: Al Padre Canisio . . . hà commesso nostro Padre arriui fin' à Colonia, et un poco piu oltre per uisitare, et consolare li Collegij nostrj, et fare qualche altra opera di carità.

In romanis Societatis Iesu *„Litteris annuis“ Roma 1. Ianuarii 1566 a *Polanco* datis haec sunt: „Mandò parimente di Roma il sommo Pontefice jl Padre Prouincial Pietro Canisio per uisitare et portare il Concilio à i Principi della superior et jnferior Germania: della quale missione aspettauasi non poco frutto, senon ui si fosse interposta la morte del Papa“ (ex archetypo exemplo. Cod. „Epp. It. 65 I“ f. 12[b]).

729 sive **germ. l. (4). PIUS IV.,** pontifex maximus, OTTONI CARDINALI TRUCHSESS, episcopo albanensi et augustano.

Roma 19. Septembris 1565.

Ex apographo eiusdem temporis (2°; 1 p.), iussu cardinalis Ottonis Truchsessii scripto; in cuius pagina altera idem cardinalis sua manu scripsit: „Copiae et Originalia Breuium etc. Apostolicorum Circa Concilium Tridentinum“; quibus verbis P. *Laurentius Forer* S. J., qui a. 1621—1622 universitatis dilinganae cancellarius fuit (*Specht* l. c. 278), sua manu adnotavit: „NB. ista est ipsa propria manus Ottonis Cardinalis[a] —. Ita testor. Laurentius Forerus S. J. Qui manum dicti Cardinalis optime nouj, ex Cancellaria Dilingana. Manu propria.“ Cod. „X. Va.“ Litterarum partem germanice versam posuerunt *Riess* l. c. 348 et *Duhr,* Jes. I 88. Easdem adhibui et particulam earum germanice posui in *„Stimmen“* LXXI 60 66—67.

Canisius pontificis nomine plerosque Germaniae praelatos visitare debet. Ottoni quoque quaedam referet. Pontifex Ottonem laudat et maxime, ut universitatem dilinganam fovere pergat, monet.

PIVS. PAPA IIII[s].

Venerabilis Frater noster, salutem, et Apostolicam benedictionem. Dilectum filium Petrum Canisium ad tempus ab officio, quo in Ecclesia tua fungi consueuit: abducere nobis placuit. Nam cum propter alia eius bona, tum propter magnam rerum Germaniae notitiam nobis

a) *Sequitur v., quod iam legi non potest.*

idoneus visus est: cui committeremus officium visitandi nostro nomine plerosque Germaniae Praelatos cum mandatis, de quibus ex eo cognosces. Jd vt boni consulas, eumque, quo mandata nostra melius exequi possit, vt consilijs, et admonitionibus tuis instruas, abs te petimus. Js Fraternitati tuae post impertitam tibi nostris verbis salutem, quaedam referet: de quibus fidem eius orationi te habiturum esse satis scimus. Jllud quoque non esse te a nobis hortandum nouimus: vt quam optime de Religione Catholica mereri perseueres. Jd enim tanto studio semper fecisti: vt exemplo tuo alios nationis istius Praelatos incitare debueris, nedum cuiusquam hortatione ipse incitandus sis. Sed cum reliquis in rebus piam sedulitatem tuam in Domino laudamus : tum maxime illud tuum Dilingense Gymnasium probamus, et diligentissime a te foueri cupimus: ex quo tanquam ex Seminario quodam multos pios, et doctos viros, et Catholicae Religionis defensores prodituros esse speramus. Ad id autem tuendum, et reliqua pia tua consilia adiuuanda nunquam tibi auxilium, et fauorem nostrum defuturum esse debes confidere. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die .XIX. Septembris .M.D.LXV. Pontificatus Nostri Anno Sexto. Ant: Florebellus Lauellinus.

Canisius hoc Breve cardinali tradidit Dilingae 2. vel 3. Novembris 1565; vide supra p. 127. Quocum eidem tradidisse videtur authenticum decretorum tridentinorum exemplum Romae excusum; v. supra p. 99 150 et infra mon. 754.

730 sive **germ. l. (5). PIUS IV.**, pontifex maximus, IOANNI VON DER LEYEN, archiepiscopo treverensi, imperii principi electori.

Roma 19. Septembris 1565.

Ex apographo (A), quod eodem fere tempore (ut videtur) scriptum exstat in Cod. colon. „Litt. Epistt. var." (de quo *Can.* I LIV) f. 171. Apographum (B) antiquum, idque, ut videtur, olim Romam ad Societatis praepositum generalem missum, exstat in Cod. „Epp. Princ. I" f. non sign. Litteras (ex archetypo?) vulgavit *I. N. Hontheim*, auxiliaris episcopus treverensis, Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica II, Augustae Vind. et Herbipoli 1750, 884. Ex quo libro typis exscriptae sunt a *Reiffenberg* l. c. Mant. p. 25—26. Exstant etiam apud *Boero*, Can. 473—474. Litterarum brevis summa est in „*Synopsi* Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu 1540—1605" I, Florentiae 1887, 43. Litteris usus est *Duhr*, Jes. I 99[5]. Iisdem usus sum in „*Stimmen*" etc. LXXI 164—165.

Canisium (cuius contiones augustanas, virtutem, rerum notitiam laudat) ad ipsum aliosque episcopos a se legari. Se monasterii deserti S. Barbarae collegio Societatis treverensi attribuendi facultatem libenter concessisse. Archiepiscopo religionis et pacis publicae studium commendat.

Pius Papa .IIIJ.

Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem[a]. Dilectum hunc filium Petrum canisium Societatis iesu professorem[1], in Ecclesia Augustana concionatoris officio fungi laudabiliter admodum

a) *Ita Honth.;* salutem etc. *A B.*

[1] I. e. vota religiosa in Societate Iesu professum; cf. *Du Cange* (supra p. 54[2]) VI 525.

solitum, propter insignem eius probitatem ac[a] fidem, ac[b] magnam rerum istius inclite nationis sue[c] notitiam idoneum duximus cui committeremus officium visitandi nostro nomine fraternitatem tuam et alios quosdam nationis eiusdem[d] Prelatos ac fratres nostros, quique tibi et[e] ceteris proponeret ac[f] declararet synceram mentem ac[g] voluntatem nostram et salutaria desideria. Idem[h] tibi referet quam benigne tibi facultatem dederimus sicut postulasti attribuendi et applicandi collegio Societatis iesu in Ciuitate tua Treuerensi[i] constituto bona et redditus[k] monasterij olim monialium[1] Sancte Barbare[l] iam diu sicut accepimus[m] deserti, qua in re libenter desiderio tuo satisfecimus, Id enim ipsum declarat quantopere studeas religionem catholicam[n] in ciuitate ac diocesi[o] tua tueri et conseruare. Cuius rei egregij conatus tui cum non sint nobis incogniti eo nomine magnam tibi in Domino laudem tribuimus hortantes tametsi non opus esse hac hortatione persuasum habemus, vt quam diligentissime id facere perseueres. Et[p] quia[q] sicut pro tua prudentia intelligis Imperij pax in primis ad[r] ipsam religionem tuendam et defendendam necessaria est vt pro tua virili parte ipsi paci quam studiosissime consulas adhortamur[2]. De ceteris quae tibi referet petimus vt parem ei fidem habeas ac nobis ipsis esses habiturus. Datum[s] Rome apud sanctum marcum[t] sub[u] annulo piscatoris die 19 septembris 1565 Pont.[v] nostri anno sexto.

Antonius[w] Florebellus Lauellinus.

Venerabili[x] fratri Archiepiscopo treuerensi[y].

Venerabili fratri Ioanni Archiepiscopo Trevirensi S. R. I. Principi Electori.

Polancus hoc Breve (praeter alia) significavit, cum in litteris Roma 15. Septembris 1565 Bononiam ad P. Anton. Vinck praepositum provincialem Rheni (ex congregatione generali revertentem) missis *scriberet: „Spero si mandarà quì il Breue per Colonia, li altri per il Mogantino et Treuerense, senon andaranno adesso, li portarà il Padre Canisio" (ex apogr. eiusd. temp., Cod. „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567" f. 18a). Idem *Polancus* Roma 14. Octobris 1565 Vinckio *scripsit: „Delli Breui apostolici parte hebbe il Padre Canisio, il quale uisitara presto li Collegij di .V. R. et de lui intendera quel di più che conuerà" (ex apogr. eiusd. temp.: Cod. „Germ. 65" f. 24b).

P. *Hermannus Thyraeus S. J.*, collegii treverensis rector, Schoneberga 15. Augusti 1567 P. Ioanni de Polanco *scripsit: „Dominus Canisius in sua legatione ad Episcopos Breue apostolicum de incorporatione S. Barbarae attulit" (ex autogr.:

a) et *B.* b) et *Ho.* c) suae nationis *Ho.* d) eiusdem nationis *B.* e) ac *Ho.* f) et *Ho.* g) et *B.* h) Jtem *B.* i) Treuirensi *B.* k) reditus *B.* l) Sanctae Barbarae *B.* m) audivimus *Ho. Bo.* n) catolicam *A.* o) *Sic etiam B;* dioecesi *Ho.* p) *Ita Ho.;* in *A B.* q) qua *B.* r) *Sic Ho.;* et *A B.* s) Datae *Ho.* t) S. Marcum *B. Ho.;* S. Marcii *Reiff.* u) *Hoc v. et 2 sqq. desunt in A B; quae supplevi ex Ho.* v) die 19 Septemb. 1565 Pontif: *B.* w) Anthonius *B.* x) *Hoc, puto, v. et 3 sqq. in infima parte litterarum ipsarum, ea autem, quae sequuntur, in earum dorso scripta erant.* y) Treuirensi *B.*

[1] Dominicanarum; vide supra p. 115—117.

[2] Civibus treverensibus cum archiepiscopis non bene conveniebat; hi enim urbem etiam in rebus civilibus imperio suo subiectam esse asseverabant; cives vero urbem suam liberam esse contendebant. Unde Ioanne von der Leyen vita functo bellum exarsit (*Marx* l. c. [cf. supra p. 115] I, 1, 387—395).

„G. Ep. VIII“ f. 96[a]). Ipsi autem archiepiscopo id attulisse omnino videtur. Nam Moguntia 16. Novembris 1565 Confluentes profectus, ibidem cum archiepiscopo treverensi egit (v. supra p. 127 134). Coloniam autem venit 21. Novembris (v. infra p. 650); unde colligere licet, eum Confluentibus apud archiepiscopum aliquot diebus subsidisse. Atque ita etiam intelleguntur, quae P. Antonius Vinck S. J. Aschaffenburgo 29. Novembris 1565 ad Borgiam rettulit: Se cum Canisio Moguntiae fuisse, neque tamen ad archiepiscopum treverensem se cum eo ire potuisse; nam sibi Aschaffenburgum eundum fuisse (vide infra p. 649). Atque ex ipsa arce Ehrenbreitstein urbi confluentinae coniuncta *Ioannes* archiepiscopus m. Maio 1565 litteras dederat, quibus collegio Societatis treverensi (a. 1560 a se incohato) monasterium S. Barbarae attribuebat[1] sive, ut dici solet, „incorporabat“ (ex apogr. eiusdem fere temp.; Cod. colon. „Litt. Epistt. var.“ f. 171. *Hansen* l. c. 510[1]).

Satis verisimile est, Canisium archiepiscopo etiam exemplum authenticum decretorum tridentinorum Romae excusorum tradidisse; vide supra p. 150 152. Atque etiam admodum probabile est, praeter Breve, quod modo posui, eidem archiepiscopo per Canisium etiam allatum esse alterum illud Breve, cuius commentarium vel apographum, die 25. Octobris 1564 ascripto, adhuc exstat Romae in „registro“ Pii IV.; quod enim litteris apostolicis ad episcopos monasteriensem et paderbornensem datis accidisse constat, illis quoque accidisse dixeris: Cum primum Roma in Germaniam mitterentur, interceptae sunt; quare Pius IV. eas iterum scribi et per Canisium episcopis afferri iussit (vide supra p. 150 152). En litterae Ioanni von der Leyen („Ioanni Archiepiscopo Treverensi“) destinatae: „Venerabilis frater, salutem etc. Sacri tridentini concilii decretis auctoritate apostolica confirmatis, cuius confirmationis nostrae literas[a] ad omnium Christi fidelium notitiam editas divulgari et extare voluimus, oportet iam quae tam pie ac tam provide ad reprimendas extirpandasque haereses et ad tollendos abusus statuta fuerunt, ubique debita reverentia suscipi sanctissimeque servari[b]. Hoc enim est illud summum extremumque remedium, quod tam diu bonorum omnium votis ad[c] sananda gravissima[d] ecclesiae vulnera expetitum fuit. Id autem frustra tot patrum studio et diligentia tantisque et[e] tam diuturnis curis ac laboribus comparatum fuisset nisi fideliter, sedulo ac diligenter ab omnibus, quorum id munus ac officium est, decreta tam sancta et tam utilia ad effectum adducerentur. Itaque mittendum duximus ad te et caeteros Germaniae praelatos exemplar authenticum ipsorum decretorum in hac alma urbe iussu nostro impressorum una cum exemplis literarum quas super eis edidimus[2], hortantes fraternitatem tuam et sub obtestatione divini iudicii monentes, ut tum divini honoris tum animarum salutis causa, pro sedis quoque apostolicae et sacrae synodi reverentia ea et exequaris ipse ac diligenter observes, et a suffraganeis tuis[3] cures suscipienda atque servanda; sicut te pro officio ac loco in quo constitutus es et pro insigni tua virtute atque prudentia facturum esse confidimus. Quia vero dilecto etiam filio nostro Carolo tituli sancti Apollinaris presbytero cardinali a Lotharingia vocato sedis apostolicae legato mandavimus ut eiusdem concilii decreta omnibus in civitatibus et locis, non solum provinciae sed etiam legationis suae[4], suscipienda,

a) literae *libr.* b) servari servari *libr.* c) et *commentarium antiquum.* d) gravissimae *comm.* e) in *comm.*

[1] *Hontheim* has litteras ex exemplo, cui tempus ascriptum non erat, vulgavit et a. 1562 datas esse iudicavit (l. c. II 880).

[2] Bullam dicere videtur Romae 26. Ianuarii 1564 datam, qua concilium sollemniter confirmabat, ac fortasse alias quasdam litteras apostolicas, quibus professionem fidei tridentinam praescribebat, tempus decretis observandis constituebat, privilegia iis contraria revocabat etc.; quas vide in *Bullario* Romano VII 244—246 523—527 299—300 277—279 etc.

[3] De his vide supra p. 135[1].

[4] Carolus cardinalis Guisius, archiepiscopus rhemensis (Rheims) et sedis apostolicae per Galliam legatus, m. Novembri et Decembri a. 1564 Rhemis synodum

exequenda et servanda curet, cum is in civitatibus et locis quibusdam provinciae tuae, quae eadem intra fines legationis eius, hoc est in Lotharingia, posita sunt ut nostro praecepto obtemperet, ea suscipienda et exequenda curabit, fraternitas tua in bonam id partem accipiat, cum ius tuum, metropoliticum nihilominus[a] salvum integrumque manere velimus, sicut in nostris ad eum literis testati sumus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die xxv octobris MDLxiiij anno v°. (Ex apographo, quod a. 1905 in archivo vaticano exscriptum est ex commentario vel apographo antiquo, „Arm. 44 to. 20" ep. n. 42. Cf. etiam „*Stimmen*" etc. LXXI 164—165.)

Quid autem de treverensi collegio Canisius cum archiepiscopo tractarit, conicere licet ex *epistula Roma 9. vel 10.[b] Septembris 1565 a S. *Francisco Borgia* praeposito generali ad eundem archiepiscopum data; ubi is: „Quod attinet", inquit, „ad illud principium perpetuae fundationis quod dedit celsitudo uestra suo collegio Treuerensi ei applicando monasterium .S. Barbarae, iampridem a personis religiosis derelictum cum suis redditibus, inprimis gratias agimus omnes V. C. de paterno isto affectu quod pium hoc opus stabile ac firmum relinquere constituit . et si qua in parte ad confirmationem sedis Apostolicae opera nostra requiretur . eam libentissime conferemus . deinde ut pergat uestra .C. ad perfectionem adducere tam praeclarum opus tamque[c] egregie et inchoatum et hucusque promotum, supplicamus, ad quod etiam summus[d] Pontifex (ut speramus) si quid ab ipso petetur, non est denegaturus. Quia uero fieri poterit, ut in Vniuersitate Treuerensi aliquae lectiones uel iuris prudentiae uel etiam medicinae praelegantur . precamur Celsitudinem[e] Vestram[f] ut in scholis nostro collegio destinatis, eas praelegi ne permittat . intelleximus enim non sine detrimento scholasticorum quos nostri instituendos susceperunt, talem permixtionem futuram esse" (ex apographo eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 2. Cf. etiam „*Stimmen*" etc. LXXI 167).

731 sive **germ. l. (6). PIUS IV.**, pontifex maximus, UNIVERSITATI ET SENATUI REIPUBLICAE COLONIENSIS.

Roma 19. Septembris 1565.

Ex *Fr. J. v. Bianco,* Die alte Universität Köln und die spätern Gelehrten-Schulen dieser Stadt 1, Köln 1855, 251—252. Qui hoc Breve posuit ex „Copia", quam „cum originalibus litteris Apostolicis concordare de verbo ad verbum" testatus est Ant. Herspach, „Notarius incliti Senatus Colon. Secretarius Juratus". Apographum eodem fere tempore in collegio S. J. coloniensi ab aliquo ex Sociis eiusdem scriptum exstat in Cod. colon. „L. Qu." f. 82. Ex apographo per P. Jos. Hartzheim († 1763) S. J. „ex lib. Facult. Artium" coloniensis exscripto litteras posuit *Reiffenberg* l. c. Mant. p. 24. Ex Reiffenberg litteras exscripsit *Boero,* Can. 472—473. Easdem commemorarunt et adhibuerunt alii, ut *Hansen* l. c. 521[2].

Canisium eis commendat. Eorum religionem laudat. De indulto a se concesso eos certiores facit. Professionem fidei tridentinam praescribit. Societatem Iesu commendat.

Pius Papa IV.[g]

Dilecti filij. Salutem et Apostolicam benedictionem[h]. Dilecto huic filio[i] Petro Canisio Societatis Jesu Professori, quem vestri studiosissimum facile cognouimus, mandauimus, ut ad vos diuertat vosque

a) nihilomus *libr.* b) *Numerus obscurius scriptus est.* c) tanque *ap.* d) sumus *ap.* e) f) Celsitudini Vestrae *ap.* g) *Inscriptio, quam infra ponam* (Dilectis filijs *etc.*), *apud Bi. vv.* Pius Papa IV. *antecedit, in „L. Qu." et apud Reiff. vv.* Pius IV. P. *proxime sequitur.* h) Salutem etc. *L. Qu.;* salutem! *Rei.* i) filio huic *Rei.*

provincialem habuit ad decreta concilii tridentini promulganda et ad effectum adducenda (*Io. Harduinus* S. J., Acta Conciliorum X, Parisiis 1714, 479—572).

nostro nomine visitet, ac diligenter salutet pro eximia charitate, quam vobis et patriae vestrae Sancta Romana debet Ecclesia, cui vos singularem omni tempore cultum, deuotionem ac reuerentiam tribuistis, huic stabili et immobili Ecclesiae Catholicae fundamento firmiter affixi. Ex eo cognoscetis, quanta benignitate indultum illud, de quo nobis supplicastis[a], Vniuersitati isti prorogauerimus[1], iussis ministris nostris eas primo quoque tempore literas gratis plenioris gratiae causa expedire. Quia vero eam temporum conditionem esse scitis, ut in professoribus et eis qui Magisterij et Doctoratus titulis decorandi sunt, magnam diligentiam adhibere necesse sit, expedire putauimus vt omnes, qui posthac ad id profitendi munus et in Doctorum Ordinem assumentur[b], in quocunque disciplinarum et facultatum genere fidem suam, iuxta formam libelli his literis adiuncti[c] [?] profiteantur, sicut in alijs etiam studijs istiusmodi obseruari praecepimus[2]. De reliquis, quae idem Canisius nostro nomine vobis referet, fidem eius orationi habere[d] poteritis, quem et ipsum, et totam eam societatem optime de religione Catholica his temporibus vbique meritam, vobis impensius commendamus. Datum[e] Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris[f] die XIX. Septembris[g]. MDLXV[h]. Pont.[i] nostri Anno sexto.

Ant.[k] Florebellus Lavellinus[l].

Dilectis filijs, Rectori, Consulibus, Senatui et Professoribus Vniuersitatis, studij generalis, Ciuitatis Coloniae[m].

Universitatis coloniensis rector a d. 10. Octobris 1565 (die sacro S. Gereonis) ad d. 25. Martii 1566 erat „Aggaeus Snecanus" frisius, Theologiae licentiatus et gymnasii laurentiani regens, ex facultate artium (*Catalogus Rectorum Magnificorum universitatis coloniensis, „e MS. Exim. D. Matthaei Hoen S. Andreae Decani" a. 1652 exscriptus per *Iac. Kritzradt* S. J., f. 1[b], in postrema parte Cod. „Hist. gymn. tr. cor." [de quo *Can.* I LIX]). Consules autem rem publicam liberae civitatis coloniensis gerentes (regierende Bürgermeister) a d. 24. Iunii 1565 ad d. 24. Iunii 1566 erant Hermannus Sudermann et Bertholdus de Heimbach (ex urbis coloniensis * *Tabulis* publicis, quae exstant ibidem in archivo historico urbis). Hermannus Sudermann iam inde a multis annis Sociorum fautor singularis erat (*Hansen* l. c. 209 279. *Polancus,* Chronicon [vide supra p. 48] II 582; VI 415 417).

Canisius hoc Breve Coloniae 14. Ianuarii 1566 delectis ex universitate et senatu urbano viris tradidit; quod eodem die in senatu urbis recitatum est; vide infra mon. 753—755.

732 sive **germ. l. (7). PIUS IV.**, pontifex maximus, FRIDERICO A WIRSBERG, episcopo herbipolensi et Franciae orientalis duci.

Roma 20. Septembris 1565.

Ex apographo (A) saeculo XVIII. scripto, quod cum „vero suo Originali" collatum esse cum eoque congruere Sebastianus Gotha „Apost. et Caes.: Auth."

a) supplicatis *Rei.* b) adsumentur *L. Qu. et Rei.* c) inclusi *L. Qu. et Rei.* d) haberi *L. Qu. et Rei.* e) Dat. *Rei.* f) S. Marcum. etc. *L. Qu.* g) S. Marcum, die IV. Sept. *Rei.* h) *In L. Qu. 2 vv. sqq. desunt.* i) *Apud Rei. v. sequens deest.* k) Anton. *Rei.* l) Jauellinus *L. Qu.;* Jovallinus *Rei. Cf. Can. III 65 804; IV 263 906 et supra p. 641 642.* m) Coloniensis *Reiff.*

---

[1] Indultum „tertiae gratiae"; de quo supra p. 116—117.
[2] Vide supra p. 23 171.

notarius publicus Herbipoli 1. Iulii 1727 nomine subscripto sigilloque apposito testatus est; est id Moguntiae in bibliotheca urbana, „B. Lad. II. lit. H. I. K.“ Exstat etiam apographum (B), saeculo XVII. (XVI.?) ex apographo, quod cum archetypo congruere Roch. Dillherr notarius herbipolensis testatus est, exscriptum, in Cod. „Brevia et Rescripta Antiquissima“ f. 89. Apographum (C) saeculo XVIII. ineunte (ut videtur) scriptum asservatur Herbipoli in „registratura“ sive tabulario „administrationis“ academicae, Cod. „Copey-Buch Lit. D Iesuit: 1713“ f. 30[a]. Litteras (ex C, ut videtur) primus vulgavit *Ign. Denzinger*, Archiv des historischen Vereins von Unterfranken und Aschaffenburg XIII, 1. u. 2. Heft, Würzburg 1854, 88—89. Easdem (ex C) posuit *Wegele* l. c. II 52. Brevis litterarum summa exstat in „*Synopsi*“ (vide supra p. 641) I 43. Iis usus sum earumque partes germanice posui in „*Stimmen*“ etc. LXXI 68; iisdem usus est *Duhr*, Jes. I 121.

Canisius cum episcopo de nonnullis rebus ad religionem spectantibus aget nomine pontificis. De monasterio S. Agnetis collegio S. J. herbipolensi attribuendo pontifex desiderio episcopi satisfecit; qui collegium idem valde ei commendat.

PIVS PP. IIII[a].

Venerabilis Frater Salutem et Apostolicam benedictionem. Dilecto hujc filio Petro Canisio Societatis Jesu professori[1], viro nobis probatissimo, qui Concionatoris officio fungi consuevit in Ecclesia Augustana, mandavimus, ut Fraternitatem tuam nostro nomine visitaret ac salutaret et de nonnullis rebus cum eadem diligenter ageret, quae inprimis ad tuum nostrumque officium et ad Dei obsequium pertinent . ex eo audies a nobis ea benignitate, qua decuit satisfactum fuisse desiderio tuo de redditibus et bonis monasterij S. Agnetis in urbe tua Herbipoli positi assignandis Collegio Societatis Jesu, quandoquidem Moniales in eo habitare solitae defecerunt[2], de hac autem re et de coeteris omnibus negotijs, de quibus tecum is[b] loquetur, petimus, ut fraternitas tua parem ei fidem habeat, ac nobis ipsis esset habitura, et ut Collegium eius Societatis favore ac studio suo diligenter tueatur et foveat, hortamur, non dubitamus, quin ex eo ad Ecclesiam tuam tanta sit utilitas perventura[c], ut pij Consilij tui, quod illud instituendum et dotandum curaveris, majorem indies Fructum percepturus[d] sis . datum Romae apud sanctum Marcum sub Annulo piscatoris die .XX Septembris .M.D.L.X.V. pontificatus Nostri Anno Sexto.

Anto:[e] Florebellus Lavellinus[f].

Venerabilj fratrj, Episcopo Herbipolensj.

Dubitari non potest, quin Canisius hoc Breve Herbipoli ipsi Friderico episcopo circa 8. Novembris 1565 tradiderit; vide supra p. 127. Idem *Fridericus* a. 1567 Sancto Pio V. papae scripsit: „Oro atque obsecro vestram beatitudinem, ut ex gratia et liberalitate sua sine aliis meis expensis confirmet[3] incorporationem (ut vocant) monasterii [S. Agnetis] cum suis redditibus collegio praedicto [i. e. herbipolensi] societatis Jesu a me erecto . quod spero eo clementius ac promptius faciet vestra beatitudo, primo, quia praedecessor eius faelicis recordationis Pius IV. breve seu diplomate apostolico benigne gratisque indulsit et concessit (cuius brevis copiam

a) *Ita B; in A et C haec desunt.* b) *In A corr. ex* id. c) *In A corr. ex* proventura. d) accepturus *Denz.* e) Ant. *BC.* f) *Quae sequuntur, posita sunt ex B; in AC enim desunt.*

[1] I. e. professo; vide supra p. 641[1]. [2] Vide *Can.* IV 405 et supra p. 182.
[3] Per Bullam; vide supra p. 182 206—207.

his literis inclusi) confirmassetque, nisi morte praematura ex hac vita nobis ereptus fuisset." Eiusdem Brevis Fridericus mentionem etiam fecit in litteris fundationis collegii herbipolensis Herbipoli 27. Iunii 1567 a se datis (*Wegele* l. c. II 54 56). Neque dubitari potest, quin Canisius nomine pontificis etiam authenticum decretorum tridentinorum exemplum Romae excusum episcopo tradiderit; v. supra p. 149 152 181.

733 sive **germ. l. (8).** 22. Septembris 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 65" f. 14[b]—15[a]. Epistulam adhibui in *„Stimmen"* etc. LXXI 66.

S. Franc. Borgias cardinalem Augustanum de Canisii peregrinatione rhenana certiorem reddit eundemque rogat, curet, ut Bavariae dux P. Stevordianum Augustanis concedat contionatorem.

Sanctus Franciscus Borgias, Societatis praepositus generalis, Roma 22. Septembris 1565 ad Ottonem cardinalem Truchsess episcopum augustanum litteras dedit (cf. supra p. 538), in quibus haec petebat de Canisio in Societatis provinciam rhenanam etc. ire iusso et de P. Martino Stevordiano, contionatore Alberto V. duci gratissimo, qui ex collegio monacensi ad contiones Augustae in templo cathedrali loco Canisii habendas missus erat (v. supra p. 552): Come V. S. Illustrissima intendera piu in particulare dal Padre Canisio sara necessario che lui faccia alcune uisitationi. specialmente perla Prouincia nostra del Rheno, supplicamo V. S. Illustrissima si contenti darli buona licentia, et de procurar che il Signor Duca di bauiera anche la dia al Padre Martino, acciò possi continuare la predicatione in Augusta. . . . Mi rimeto . . . in tutto il resto al Padre Canisio che sta di partita . et potra esser anco che lui sia il portatore di questa.

734 sive **germ. l. (9).** M. Octobri 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 65" f. 32[a]. Epistula usus sum in *„Stimmen"* eto. LXXI 65.

P. Polancus, Societatis Iesu secretarius, Roma 3. Novembris 1565 P. Ioanni Dyrsio S. J., collegii oenipontani rectori: Hic non intelleximus qui sint illi duo a quibus insidiae struerentur Patri Canisio, si suspicio etiam nunc durat, admoneat illum et nos V. R.

Fortasse in Germaniam iam perlatus erat rumor ille, quem Prosper ab Arcu caesareus apud pontificem orator praesagiverat: Canisii opera effectum esse, ut Romae Philippus, clarissimi illius Ioachimi Camerarii filius, et Petrus Rieter, iuvenes iuris studiosi, quod protestantes essent, ab inquisitoribus in vincula conicerentur; vide infra mon. 814.

735 sive **germ. l. (10).** Ineunte m. Novembri 1565.

Ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 88[b]. Particulam posui germanice in *„Stimmen"* etc. LXXI 65 66.

Canisius peregrinationem ingreditur difficilem; precibus iuvari cupit.

P. Theodoricus Canisius, Germaniae superioris viceprovincialis et collegii dilingani rector, Dilinga 8. Novembris 1565 Sancto Francisco Borgiae praeposito generali sic scripsit de Petro fratre: Reuerendus p. prouincialis . . . discessit hinc 4.[to] Nouembris Herbipolin, inde ad Electores Archiepiscopos profecturus. Ad nouum annum se ad nos reuersurum sperat. Difficillimam habet peregrinationem, et quam viri

sapientes periculo non carere iudicant. Vehementer efflagitauit Reuerendae P. T. et aliorum patrum et fratrum orationes et sacrificia.

De huius peregrinationis periculis vide, quae notata sunt supra mon. 734.

736 sive **germ. l. (11).** **Ab ineunte m. Nov. 1565 ad ineunt. m. Febr. 1566.**

Canisius, comite aliquo de Societate, per Germaniam legationem Pii IV. obit.

Operae pretium fuerit, hoc loco ex Can. I 50 transcribere, quae Canisius ipse in „Testamento" sacro paulo ante mortem (a. 1596 vel 1597) Friburgi Helvetiorum composito de legatione pontificia a. 1565 a se suscepta scribit: Pius IIII. Pont. Max. hoc mihi negotium dedit Romae, praecipuos Germaniae Principes, quibus et ipse scribebat, coram accederem ac eorum animos in Religione Catholica promouenda confirmarem. Jgitur in Westphaliam usque peregrinandum fuit, ubi et Geldriam penetraui, et satis laboriosam sensi profectionem, comite ex nostris unico contentus.

De eadem profectione P. *Hermannus Crombach* S. J. *scribit: Canisius „cum uno socio itineri se dedit. Coloniam 21. Novembris pervenit" (Cod. „Annales Metropolis Coloniae. T. IV" [v. supra p. 151] p. 652). Puto tamen, Canisium non semper eodem socio, sed variis pro variis, quas peragrabat, regionibus variisque, qui ibi erant, Societatis domibus, usum esse; id quod Borgias praepositus generalis planis verbis ei permiserat; v. supra p. 105. Eum autem Colonia Noviomagum euntem duo comitati sunt Socii colonienses; quorum alter etiam Coloniam cum eo rediit: neque hi duo in alias regiones cum eo ivisse videntur; v. infra mon. 739 741 745.

737 sive **germ. l. (12).** **M. Novembri 1565.**

Ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 86[a]. Epistula usus sum in „*Stimmen*" etc. LXXI 65.

Canisium ad episcopos coloniensem et frisingensem loco movendos mitti ferunt.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae superioris viceprovincialis, Dilinga 23. Novembris 1565 S. Francisco Borgiae praeposito generali haec de Petro Canisio, pontificia apud aliquot Germaniae episcopos legatione fungente, rettulit, ex P. Pauli Hoffaei rectoris collegii monacensis litteris accepta: Sparsum Monachij esse rumorem, scribit Doctor Paulus, quod ad deponendum Coloniensem et Frisingensem Episcopos, missus ex vrbe sit pater. *Atque addit Theodoricus:* Audiuimus deinde Coloniensem iam esse depositum.

Fridericus a Weda (Wied), nepos Hermanni a Weda, ex archiepiscopali sede coloniensi ob apostasiam deiecti, archiepiscopus coloniensis a capitulo a. 1562 electus, protestantibus favere dicebatur (cf. supra p. 142); qui cum professionem fidei tridentinam facere nollet (v. supra p. 177 208[2]), a. 1567 officio se abdicare coactus est. Mauritius a Sandizell autem, episcopus frisingensis, autumno a. 1565, si non ante, paratum se esse significavit ad episcopatum Ernesto, Alberti V. Bavariae ducis filio, cedendum (*Lossen,* Köln. Krieg. Vorg. 3—15 77—78).

738 sive **germ. l. (13).** **M. Novembri et Decembri 1565.**

Ex autographo. Cod. „G. Ep. VI" f. 176 177. Epistula usus sum in „*Stimmen*" etc. LXXI 76.

Canisius Moguntia Coloniam profectus, etiam ad episcopos argentoratensem, spirensem, treverensem, vormatiensem summi pontificis mandata habet. Idem Aschaffen-

burgi fuit. Moguntiae praepositus provincialis Rheni de librorum prohibitorum legendorum facultate et de aliquo ex Societate dimittendo eum consuluit.

P. Antonius Vinck, provinciae rhenanae Societatis Iesu praepositus, Aschaffenburgo 29. Novembris 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec de se ac de P. Lamberto Auer S. J., collegii moguntini rectore, rettulit: Quelle delle .14. del passato ho riceputo in moguntia alli 17 del presente poi che fu partito il R. P. Petro canisio di moguntia per colonia il giorno auanti, cum cui praesentia si siamo consolati, si espetta la tornata sua, accioche tornando di colonia vada a wormatia, spira, et argentina, benche staua in dubio di pigliar la via di colonia per treuere alla volta d' argentina, il che si fa andara il .P. Lamberto a Wormatia et Spira, pare pur a noi altri piu conueniente che il P. Canisio fecesse l' officio stesso, piu presto, che commetterlo al .P. D. Lamberto . il che anchora pare al Reuerendissimo moguntino[1]. . . . Stauamo espettando io et il .P. Lamberto in moguntia la venuta del .R. P. Canisio accio che se andassimo insieme di moguntia a scaffenburgo secundo che haueuamo proposto, pur il P. Canisio per ragione che li mossero ando prima a scaffenburgo auanti che venesse a Maguntia et per tanto hauendo di venir qua io con il P. Lamberto non ho potuto andar con esso al Reuerendissimo Treuerense, andaro presto poi che saró tornato a Moguntia, speramo ogni modo di partirsi la matina il di di santo andrea apostolo. *Gratias etiam Vinck Borgiae agit pro inquisitorum litteris, quibus ipsi et aliquot aliis haereticorum librorum legendorum facultas tribuebatur (vide supra p. 100); quas tamen litteras haud ita perspicuas esse censet.* Io trattandolo com il .P. Canisio non si dede resolutione ma si consiglio che mandasse li nomi di quelli che io iudicaua sarria vtile hauessino simile authorità . il che ho fatto et li trouara .V. R. P. intra le lettere del detto Padre Canisio[2] le quale saranno con queste. Prego alla R. V. P. che si degni concederlo ó far procurar che si conceda, alli dotti et massime alli dottori et licentiati in theologia, nostri della compagnia. *Deinde Vinck de Iacobo Muntz S. J. coloniensi (de quo vide Can. IV 527—529 743 772) scribit: Eum, cum Ingolstadii praefectum convictorum ageret, ita se gessisse, ut a collegii rectore ad P. Theodoricum Canisium viceprovincialem, Petro Canisio Romae morante, mitteretur; ipsum autem recta Coloniam ad propinquos discessisse ibique a „consule" quodam praeceptorem filii constitutum petere, ut ex Societate dimittatur. Nec tamen id se sua auctoritate concedere velle, cum Muntz Roma in Germaniam sit missus (cf. Can. IV 528).* Ho conferito il caso col .P. Canisio et á luoi pare anchora che la compagnia, se liberi del Jacobo muntz.

---

[1] Danieli Brendel archiepiscopo et imperii electori: qui Aschaffenburgi sedem habebat; v. supra p. 127[5].

[2] Has v. supra p. 127—130.

Hae Vinckii litterae ostendunt — id quod usque adhuc ignotum erat — Canisium summi pontificis mandata habuisse etiam ad Theodoricum a Bettendorf episcopum vormatiensem, Marquardum ab Hattenstein episcopum spirensem, Erasmum a Limburg episcopum argentoratensem perferenda; quamquam Pio IV. 9. Decembris 1565 mortuo haec Canisii legatio ad irritum cecidit. Canisium Argentoratum ire voluisse cognoscitur etiam ex ipsius litteris; v. supra p. 130.

Canisius tres dies — inter d. 9. et 14. Novembris — Aschaffenburgi cum Daniele archiepiscopo et electore moguntino egit; v supra p. 127. Neque dubitari potest, quin eidem pontificis mandatu et authenticum decretorum tridentinorum exemplum Romae excusum et Breve aliquod commendaticium tradiderit, idque illius simile, quod treverensi electori attulit; v. supra p. 641. Ac verisimile est, Canisium praeterea ei tradidisse alterum exemplum (priore intercepto; cf. supra p. 152) litterarum pontificiarum ad concilii promulgationem et executionem spectantium, quas iam m. Octobri a. 1564 ei destinatas esse intellegitur ex registro Pii IV.; in hoc enim comparet apographum vel commentarium Brevis „Rome apud S. Marcum etc. die IIJ. octobris MDLXIIIJ pontificatus nostri a° quinto" „Venerabili fratri Danieli archiepiscopo Moguntino" etc. inscripti et iisdem omnino verbis concepti, quibus Pius IV. 25. Octobris 1564 ad archiepiscopum treverensem scripsit (v. supra p. 643); neque tamen in Brevi moguntino postrema pars Brevis treverensis (de cardinali Lotharingo) legitur (ex apographo recenti, exscripto ex „Arm. 44. to. 20" ep. 40; qui codex Romae in archivo vaticano exstat; Brevis partem germanice posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 71—72). *Odorico Raynaldo* certe ante oculos obversabatur Breve hoc moguntinum, cum in a. 1564 de Pio IV., in margine positis verbis „Pius IV. libr. an. 5 ep. 40. 41", scriberet: „Ut Tridentina Decreta a se confirmata per totam Germaniam promulgarentur simul, ac reciperentur; Ecclesiasticos S. R. Imperii Electores, pluresque alios Germaniae Episcopos suis extimulavit epistolis" (Annales Ecclesiastici XXI, in a. 1564 n. 34).

739 sive **germ. I. (14).** Ab 21. Novembris ad 8. Decembris 1565.

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. colon. „L. Qu." f. 83[b]. Partem huius relationis (ex eodem apogr.) posuit *Hansen* l. c. 520—521. Eadem usus sum in *„Stimmen"* etc. LXXI 169 177.

Litterae apostolicae Coloniensibus afferendae per Canisium. Qui bis per Coloniam transiens, Noviomagum etc. petit.

P. Leonardus Kessel S. J., rector collegii coloniensis, Colonia 11. Decembris 1565 S. Francisco Borgiae praeposito generali S. J. scripsit: D. Franciscus Costerus iam Viceprouincialis inferioris Germaniae . . . 6 Nouembris . . . profectus est Louanium ad suam Prouinciam, qui antequam abiret nostris Senatoribus quoque adfuit, quibus indicauit P. Canisium allaturum litteras Summi Pontificis et expeditionem[1]: quod illis gratum fuit. . . . P. Canisius accessit nos sanus ipso die Praesentationis Beatissimae Virginis[2], die sequenti mane profectus est Nouiomagum. Adiunximus ei socium D. Henricum Dionysium[3], qui, quantum intelligere possumus multa bona ibidem suis concionibus effecerunt. De quibus plura D. Dionysius ad V. Paternitatem scribet. Ad nos redierunt pridie Conceptionis B. Virginis[4], sed quia nondum

[1] Expeditionem „Indulti tertiae gratiae", de quo supra p. 116—117 170 172.
[2] Die 21. Novembris.
[3] Is Canisii nepos et perinde, atque ipse Canisius, noviomagus erat (*Can.* I 252[1]; III 815). [4] Die 7. Decembris.

literae expeditionis ad nostrum Senatum venerant altera die D. Canisius profectus est ad Ducem Iuliae[1] et ad reliquos principes, ad quos cum literis Apostolicis missus erat. Spero quod Natalem Domini nobiscum Coloniae celebrabit: Interim literas expeditionis expectamus.

Corrigenda igitur sunt, quae de hac Canisii peregrinatione scripsit *Dorigny* (l. c. 254): „Il vint à Cologne; ce fut une vraye joye pour tous les habitans de cette grande ville, de revoir leur cher Pere, et le Conservateur de leur Foy: c'est, ainsi qu'ils l'appelloient. A peine fut-il arrive, qu'on voulut l'entendre prêcher. Pour contenter ce bon peuple, tout fatigué qu'il étoit, et à jeun, il monta en Chaire, et parla avec son zele, et son éloquence ordinaire." Ex Dorignio haec transierunt ad alios, ut ad *Pythonem* (l. c. 220), ad *Boerium;* qui etiam scribit, Canisium aliquot dies Coloniae mansisse, antequam Noviomagum abiret (Can. 285), ad *Garcia* (l. c. 241—242), ad *Séguin* (l. c. 179), qui orationem illam sacram in templo cathedrali habitam esse asserit.

Labitur etiam *Ios. Hartzheim* S. J., cum Canisium m. Septembri a. 1565 Coloniam advenisse affirmat (Prodromus Historiae Universitatis Coloniensis, Coloniae 1759, 33).

740 sive **germ. l. (15).** Exeunte m. Novembri 1565.

In chronicis quibusdam saeculo XVII. scriptis narratur: Canisium Colonia Noviomagum euntem per Mariaearborem (Marienbaum) transisse; ibi ei plurimos visos esse daemones tecto monasterii birgittani insidentes, atque ex ea specie eum monasterii illius sanctitatem cognovisse.

Exstat Codex in 4°, sic inscriptus: „Breve Chronicon Ordinis sanctissimi Salvatoris vulgo Sanctae Birgittae"; qui Codex Calcariae (Calcar, in Borussia rhenana) in monasterio birgittano „Mariae ad florem" sive Floris Mariae (Marienbloem) a monachis illius ordinis saeculo XVII. incohatus est. In eo Codice (f. non sign., in a. 1565) ab Anonymo illo, qui libri titulum[2] scripsit et ordinis historiam, si non longius, certe usque ad a. 1689 provexit, haec notata sunt de monasterio birgittano Arboris Marianae sive Marienboom (Marienbaum, nunc vicus Borussiae rhenanae):

Anno 1565 . petrus Canisius e S. J. Neomago Coloniam redux tectum Marianae Arboris plenum daemonibus videns, id eius Monasterij sanctitati adscribit, quod tot haberet insidiatores.

Eadem, magis tamen singillatim, referuntur in libello typis exscripto: „Historie van Marien-Boom . . . Opgesocht en by-een Vergadert door P: F: G: van Gherwen Ord. SS. Salvatoris, alias S. Birgittae Priester. In het selfde Klooster geprofessyt. Tot Embrik, 1711." Ita igitur P. Guilielmus van Gherwen (P. 2. cap. 13) de duplici illo monasterio Arboris Mariae, cuius erat „professus" (ex instituto birgittano duo ibi erant monasteria, unum virorum, mulierum alterum): Dien helschen Draeck . . . sochte op allerley manieren den Boom om te werpen

---

[1] Guilielmum.

[2] Libri titulus, quem supra posui, in folio illo comparet, quod nunc decimum quintum (numerus ei non est ascriptus) est, olim vero primum erat; quae enim nunc sunt fol. 1—14, posteriore tempore in codice posita sunt.

ende uyt te roeyen . Het welck dien seer Eerweerdighen ende devoten Pater Petrus Canisius, wiens Lof door alle de Kercken vermaert is, soo door heyligheydt als geleertheydt, wel bemerckt heeft. Want als hy eens van Cuelen af quam om te gaen naer de Stadt Nimmegen syn Vaderlandt, soo quam hy tegen den avondt by Marien-Boom, nam syn logyst tegen over dit Klooster in eene Herberge, alwaer de Swaen uythanght in 't jaer 1565 . den 21 November, synde in dien tyt Provintiael van de Societeyt Jesu in de duytsche Provincie. Daer synde, staet in de deure, ende aenschouwende de gebouwen van beyde de Kloosters, siet hy onder andere eene seer groote meenigte van helsche Geesten, die op de dacken van beyde de Kloosteren sitten, ende met soo groote furie ende rasernye woededen, als oft sy het geheel gebouw van de Mariaenschen Boom wilden omwerpen ende uyt den gront rucken. Doen segende sich Canisius met het teecken des H. Kruys, ende berste uyt in dese woorden, seggende: ,O goeden Jesu! hoe veel millioenen Duyvels sitten op dat Klooster.' De Werdinne dit hoorende, ende seer qualyck nemende, strafte den Pater over syn lichtveerdigh oordeel, om dat hy de devote Godtvruchtige menschen, soo sy meende, slaven der Duyvelen noemde, want sy en sagh dat hels gespuys niet. Maer den goeden Pater Canisius syne woorden uytlegghende, ende willende het misverstandt van de Vrouwe wegh nemen, seyde: ,Daerom sien ick soo veele duysende Duyvelen, met de welcke die Birgittinen soo wreede stryden ende oorloghen hebben, want dese menschen syn Gode seer aengenaem, en syn heylich., Dat desen Eerw. Pat. Canisius door geen ydel spectakel bedrogen en is, sal een iegelyck lichtelyck mogen bemercken, soo wie die twyfelachtige avontueren van de volgende jaeren wel neerstelyck aenmerckt *(p. 60—61). Van Gherwen, unde haec acceperit, non significat; in praefatione autem queritur, paucas in monasterio superesse litteras certas; complures enim tabulas anno 1582, cum religiosi omnes fugam capessere bellicis tumultibus cogerentur, amissas esse (f. A 5).*

Iisdem paene verbis haec narrantur in libello „Marienboom van den Orden des Alderheyligsten Saligmaekers of van de Heylige Birgitta in het Hertogdom Cleef historischer wyse voorgestelt van den Hoogwaerdigen Pater Joannes Sotier Prior deses Kloosters. . . Tot Venlo, by Joannes Korsten, Boek-drukker". Ubi annus quidem in titulo non comparet; sed cum constet, Ioannem Sotier 20. Augusti 1759 Arboris Marianae „priorem et confessorem generalem" electum esse[1]*, et cum libri typis exscribendi „licentia" eiusque „approbatio" 20. Ianuarii 1770 et 25. Iunii 1769, libri auctore vita iam functo, datae sint, librum a. 1770 excusum esse satis certum est. Sotier, ut dixi, Gherwenii narrationem repetit (p. 30—31); nisi quod dicit, Canisium Colonia Noviomagum profectum esse „omtrent het jaer 1565 . den 21. Nov." neque*

[1] *Nettelbla* l. c. (cf. supra p. 87[7]) 74 76.

commemorat, sub vesperum Canisium advenisse Mariae-Arborem. Deinde vero — id quod in Gherwenii libro desideratur — ita scribit: R. P. Holstein schryft in de Historie van Marienboom dat hy dese geschiedenis heeft hooren verhaelen van den Hoogw. Heer J. Weyers van Zwol geestelyken Raed van Ferdinandus Keurvorst ende Aerts-Bischop van Ceulen.

Haec igitur *Sotier* affirmat a se hausta esse ex „R. P. Holstein" historia Arboris Marianae; idem aliis sui libri locis significat, prae manibus sibi fuisse „Historiam" monasterii manu scriptam eamque latine compositam a P. *Paulo Holstein,* monacho birgittano, qui Arbore Mariana a. 1644 et 1649 moratus sit (*Sotier,* l. c. 10 42 44 57 78). In *„*Indice*" autem „auctorum qui de SS. M. Birgitta scripserunt", qui ab ignoto aliquo Birgittano saeculo XVII. vel XVIII. scriptus, in initio Codicis „Breve Chronicon" etc. (quem supra p. 651 dixi) cernitur, commemoratur „Paulus Holstein ord. S. Birgittae 1627".

Etiam nunc Arbore Mariana in archivo parochiali exstant huius libri holsteiniani duo *exempla (in 4°) manu scripta, quorum unum (A) sic est inscriptum: „Historia Arboris Marianae in Clivia. Authore R. P. Paulo Holstein. Spectat ad Bibliothecam Arboris Mariano-Birgittanae"; alterum (B) titulo caret. Daemonum autem Canisio visorum in neutro fit mentio; tantum in A illi historiae capiti (cap. VII), in quo factum (siquidem narrandum fuisset) poni debuerat, manu antiqua (eadem, nisi fallor, qua totus codex scriptus est) in margine adnotatum est (f. non sign. 45[a] [47[a]]): „P. Canisius discedit in Belgium Anno 1565 post diem 21 Nouembris."

Neque tamen ex ea re colligi potest, Holsteinium temere a Soterio productum esse testem visionis canisianae. Nam si exempla A et B inter se contuleris, facile deprehendes, libri holsteiniani recensiones, quas vocamus, exstitisse varias: Mechtildem Holstein a. 1541 Mariae virginis ope implorata mire sanatam esse narratur in A, non narratur in B; aliae quaedam sanationes in B magis singillatim describuntur, quam in A; in hoc carmina nonnulla desiderantur, quae in B sunt posita; aliquot litteris publicis belgice sive vlamice scriptis versio latina in A adiuncta est, in B non est adiuncta. Atque, id quod maxime notandum est, A in a. 1642, B in a. 1643 terminantur; Holsteinium autem, si non diutius, certe usque ad a. 1649 in vivis fuisse constat; poterat hic igitur inter a. 1642 et 1649 historiam illam ex consiliario illo Ferdinandi archiepiscopi coloniensis (Ferdinandus Bavariae dux 1612—1650 archiepiscopus coloniensis et episcopus leodiensis fuit) audire et auditam libro addere; atque huius consilii semen quoddam vel vestigium fuisse dixeris ipsam illam adnotationem in A positam, quam memoravi.

Aliam quoque ob causam valde verisimile est, tertiam quandam eamque copiosiorem historiae holsteinianae recensionem olim exstitisse: Auctor *„Brevis Chronici"* semel atque iterum — ut in a. 1513 et 1586 — lectores ad „Historiam m. s. arboris Marianae" remittit; holsteinianam autem historiam ei praesto fuisse satis certum est; nam Chronicon scripsit in monasterio, quod non solum eiusdem ordinis, atque Arbor Mariana, et huic valde vicinum, sed etiam ex eadem ortum erat (*Sotier* l. c. 45); neque ulla ratione significat, praeter hanc Arboris Marianae historiam aliam quoque a se adhibitam esse; ex libro autem holsteiniano ille etiam facta quaedam profert, quae in libri recensionibus A et B frustra quaeruntur: ut in a. 1605 et 1607. Quamquam igitur, ubi Canisii visum narrat, nulla ratione, unde id hauserit, significat, eum ex Holsteinio hausisse dixerim; fatear tamen oportet, eum prae suo relationis holsteinianae in brevem summam redigendae studio lapsum esse in tempore notando; cum enim Holsteinius, id quod cum temporis ratione aliunde nota congruit (vide supra p. 650), Canisio Colonia Noviomagum m. Novembri a. 1565 eunti daemones visos esse dicat, ipse Canisium Noviomago Coloniam redeuntem facit.

Jam quod ad ipsam J. Weyers consiliarii relationem attinet, ei hoc fidem facere videtur, quod in ea affirmatur Canisium 21. circiter Novembris 1565 Colonia

Noviomagum profectum esse; revera Canisius, cum multos annos Noviomago abfuisset neque post a. 1565 unquam eodem venturus esset, ipso mane diei 22. Novembris 1565 Colonia Noviomagum profectus est (vide supra p. 650); attamen id tempus iam inde a multis annis cognosci poterat ex *Francisci Sacchini* S. J. „De vita et rebus gestis P. Petri Canisii Commentariis" Ingolstadii a. 1616 vulgatis, p. 220—221. Poterat certe Canisius in ea peregrinatione, Xanto Cliviam versus eundo, per Arborem Marianam transire; neque tamen in ullo eiusdem temporis monumento id testatum invenio. Ceterum meum non est, definire, utrum Holsteinius recte crediderit necne Weyero narranti: Canisium plurimas daemonum myriades sibi visas esse affirmasse. Haec tantum, quae mihi obiter rem consideranti occurrerunt, noto: Per sanctum Ubaldum († 1160), Canonicum regularem S. Augustini et episcopum eugubinum (Gubbio), unam quandam mulierem 400 000 daemonum „insessione" quattuor diebus liberatam esse tradiderunt (*Acta Sanctorum* Maii III, Antverpiae 1680, 646). Historias hominum per daemones vexatorum (sive verae illae sint, sive falsae) pervolutantibus nullum genus hominum saepius occurrit, quam viri feminaeque religiosae (cf. *J. v. Görres,* Die christliche Mystik IV[1], Regensburg 1842, 18—22). Singularem autem quandam famam daemonologicam, si ita dicere licet, saeculo XVI. nactum est monasterium Arboris Marianae[1]: Refert P. *Ioannes Sotier* monasterii historicus, Julianam Damertz embricensem a. 1511 monasterio exceptam, ipso probationis tempore, antequam vota religiosa emisisset, deprehensam esse veneficam ac sacris diabolicis initiatam, itaque domo esse eiectam; aliquot vero ex virginibus illis sacris ab ea fascinatas esse: Ita ille in Historiae *exemplo manu scripto, quod exstat Arbore Mariana in archivo parochiali („Marienboom" etc. f. 29[bis]). Juliana deinde magiae nomine condemnata et Dinclagae (Dinklage) in magna turri inclusa est (Die *Chroniken* der deutschen Städte XX, Leipzig 1887, 403). Atque *Ioannes Wierus* (Weyer) Guilielmi ducis cliviensis medicus ille, qui veneficas iustius et clementius tractandas esse fere primus pronuntiavit, de „daemoniacis" illis virginibus birgittinis, quas modo dixi, haec refert: „Miris modis diuexabantur, plerunque exilientes, nonnunquam balatum uocesque elidentes horrendas; urgebantur interdum ex designatis in templo sedibus, ubi et capitis uelamen quandoque abripiebatur: fauces his etiam, ne cibum admitterent, nonnunquam praecludebantur. Perstitit uaria et dira ea calamitas in plerisque ad decennium." Idem *Wierus* in eodem libro — anno 1563 eum edidit — affirmat, sibi, quid iam de virginibus illis „a daemonio exercitis" esset, per litteras sciscitato, ex ipso monasterio Arboris Marianae a religiosarum feminarum aliqua sic fere responsum esse: „Duas adhuc ex illis superesse octogenarias propemodum, a quibus saepius audiuisset, ne magno quidem se uelle graui illa caruisse calamitate, ex Dei uoluntate nata, quod inde peculiare gratiae diuinae donum et illuminationem se consequutas sensissent, nec secus earum testari uitam" (De praestigiis Daemonum, et incantationibus, ac ueneficijs, Libri V., Basileae 1563, 295—296 417—418). Poterant sane Arboris Marianae monachi et sacrae virgines in iis calamitatibus solacium capere ex dicto illo Sancti *Antonii* Abbatis, quod in versione Evagrii tunc usitatissima sic habet: Daemonibus „hostile contra omnes Christianos, maxime vero contra monachos, odium est" (*Migne,* P. gr. XXVI 877); poterant se consolari vitis Sanctorum, ut S. Petri Coelestini; in qua narratur, monasterii magellani sanctissime ab eo instituti complures fratres „saepe vidisse turbas daemonum, in silva circa hunc locum rugientium, volentiumque sed non valentium introire" (*Acta Sanctorum* Maii IV, Antverpiae 1685, 488); poterat denique etiam Deus efficere, ut Canisius vir sanctissimus, specie daemonum visa, eos consolaretur.

---

[1] De hoc monasterio v. etiam *Rob. Scholten,* Zur Geschichte des Birgitten-Klosters in Marienbaum, in „Niederrheinischer Geschichts- und Altertumsfreund", 3. Jahrg., Cleve 1905, 1—30, et *J. A. F. Kronenburg* C. SS. R., Maria's Heerlijkheid in Nederland III, Amsterdam 1905, 479—481.

Utinam vero factum ipsum magis esset testatum! Consiliarii illius testimonium initio saeculi XVII. vix est antiquius .P. Ioannes autem Hasius S. J. († 1624) buscoducensis sub a. 1612 rogatu. P. Matthaei Raderi biographiam Canisii parantis Embricae, quod oppidum ab Arbore Mariana haud procul abest, acta monumentaque canisiana diligenter collegit et singulari cura in noviomagensem illam Canisii peregrinationem inquisivit (vide infra mon. 744); neque tamen, quantum ex eius epistulis colligi potest, de daemonibus illis a Canisio visis quidquam cognovit; nec Raderus, quae erat et ipsius et aequalium indoles, si quid fide dignum ea de re ex Hasio accepisset, in capite illo, quod „Miracula Canisio vivo, mortuo patrata“ inscripsit (230—262), id ponere omisisset. Immo ne unus quidem ex Canisii biographis, quos equidem norim, visum illud narravit. Et Fridericus Reiffenberg S. J., cum in „Historiae Societatis Iesu ad Rhenum inferiorem“ Tomo primo Coloniae a. 1764 edito, quid Canisius a. 1565—1566 in itinere illo Noviomagi, Coloniae, alibi egerit, referat (115—116), de viso illo silet, etsi facile de eo cognoscere poterat; nam Embricae, ubi Gherwenii liber a. 1711 vulgatus est, collegium Societatis erat. Hoc quoque notetur oportet: Monasterium illud a. 1586—1611, religiosis ob tumultus bellicos Calcariam translatis, desertum fuit (*Van Gherwen* l. c. 68—80. *Sotier* l. c. 36—45); etsi autem id ita se habet, mirum tamen fuerit et creditu difficile, visum illud Canisii medio illo tempore apud Birgittinos in tantam oblivionem devenisse, ut in eorum memoriam non reduceretur nisi per hominem externum. Facilius coniectaveris, aliquam ex veteribus illis historiis in saeculum XVI. quasi translatam et monasterio illi accommodatam esse. Exempli gratia unam pono, quae facillime ita poterat transmutari[1]: In vita Sancti Mochoemoci sive Pulcherii abbatis liatmorensis sub medium saeculum VII. mortui, quae ab homine eorum temporum fere aequali scripta est, haec sunt (cap. 2, n. 13): „Quadam die S. Comgallus et S. Pulcherius simul orantes, Prior monasterij sui, in quo tunc erant illi, venit ad eos, dicens: Miror multum, o amici Dei, visionem, quam Dei concessione iam vidi in via, qua veniebam, et inde timore et horrore mea mens turbatur. Vnum enim daemonem super castellum Regis, quasi in otio sedentem vidi; multitudo autem maxima daemonum, supra circuitum huius nostri monasterij, quasi parata ad proelium constat atrociter. Gratia iam Dei illi Priori ostendit hanc visionem; sed species eius immutata est timore et horrore daemonum. Tacens adhuc S. Pater Comgallus, ait S. Pulcherius; Surgamus, Pater, et agamus Deo gratias; quia fratres seruitium Dei tenent, et in nos iniquum surgit odium, quando diabolus multitudinem daemonum ad locum nostrum congregat. Vbi autem diabolo inseruitur, vnus daemon ibi in otio videtur, quasi praepositus expectans seruitium suum. Illuc enim mittit Rex milites suos in armis bellicosis, vbi contra eum fortiter pugnatur: vbi autem pacem habet, illuc tantum nuntium mittit. Ita iam agit Diabolus contra resistentes sibi“ (*Acta Sanctorum* Martii II, Antverpiae 1668, 282).

Unum sane ex relationibus Arboris Marianae certum efficitur: Saeculis XVII. et XVIII. Petrus Canisius in terris illis habebatur vir magnus et a Deo sublimiore rerum cognitione imbutus.

741 sive **germ. l. (16).** A d. 25. Novembris ad 2. vel 3. Decembris 1565.

Ex apographo eiusdem fere temporis, eoque in collegio S. J. coloniensi scripto et sic inscripto: „Ex literis D. Decani Thomae busaei missis Anno domini 1565. 3.ª die decembris.“ Cod. colon. „L. Qu.“ f. 82ᵇ. Apographo usus est *Hansen* l. c. 518[1]. Idem adhibui ex eoque aliqua germanice posui in „*Stimmen*“ etc. LXXI

[1] Huic haud multum absimile est illud, quod ab *Alphonso Rodericio* (Rodriguez) S. J. ex „Vitis Patrum“ positum est in libro „Exercitium Perfectionis“ (Exercicio de Perfecion); qui liber, primum hispanice a. 1609 editus, brevi in varias linguas versus et multis locis excusus est, ut Duaci a. 1625, Dilingae 1621—1626 (P. III, tract. 4, cap. 11).

172 173; adhibuit etiam *L. van Miert* S. J., Canisiana VI, in „De Studiën. Tijdschrift voor Godsdienst, Wetenschap en Letteren, D. LXIX, Amsterdam 1908, 5—8.

Canisius Noviomagi clarum virtutis exemplum praebet et in schola temploque egregie dicit.

Thomas Busaeus (Buijs), collegialis capituli S. Stephani noviomagensis decanus (atque, ut videtur, ecclesiae S. Stephani parochus [cf. Can. III 332]) Noviomago 3. Decembris 1565 Coloniam misit epistulam — eamque, puto, P. Petro Busaeo S. J., noviciorum in eo collegio magistro (Hansen l. c. 781 783), inscriptam[1] *—, in qua haec dicebat:* Doctor petrus Canisius vir Apostolicus post viginti annos inuisurus amicos[2] cum D. Dyonisio Thoma fratre tuo comite, ad nos venit[3], ac totam septimanam mansit. Specimen suae eruditionis omnibus dedit. Audiuimus eum[a] multa cum admiratione in scholis nostris adeo luculenter orantem vt doctis quamplurimis lachrymas excusserit. Eloquentiam inenarrabilem[b] nemo satis potuit admirari ne dicam explicare, adeo fuit cum facundia ac eruditione coniuncta modestia ac humilitas, adinstar rapidi fluminis fluebat facunda vox. Et vt verbo dicam omnibus fuit miraculo. Quis huius viri praeconia sufficienter enarret, quis condigna prosequatur oratione, adeo inferiora sunt omnia si cum tanto viro conferantur. O felix seculum tante fidei documento, diues et multa possidens pauperibusque distribuens, quod erat impossibile diuiti, possibile fecit exemplo[4]. O felicem[c] [?] ecclesiam quae hac tempestate talem meruit habere propugnatorem. Bis in Ecclesia[d] D. Stephani concionatus est, sed vtinam ab omnibus potuisset intelligi, vt potuit agnosci, fuerunt tamen plurimi qui capere potuerunt in quibus mirabilem fructum fecit doctissima concio.

Busaeum decanum res quae Noviomagi, non quae Moguntiae a Canisio gestae sint (*Hansen* l. c. 518[1]), narrare, ipsa epistula satis ostendit, praesertim si cum litteris Kesselii, Dionysii, Hasii (supra p. 650 et infra mon. 743 744) conferatur.

Quod autem ad „Thomam" illum attinet, quo „comite" Canisium Noviomagum venisse Busaeus affirmat, inter „nouitios fratres", qui 25. Decembris 1565 in Societatis collegio coloniensi vota (devotionis; cf. *Can.* I 653) „renovarunt", comparet „Thomas Busaeus Neomagensis" (Cod. colon. „L. Qu." f. 85[b]). Idem[5] in eiusdem

a) eunn *ap.* b) inenerrabilem *ap.* c) *Ita corrigendum esse videtur ex* felix, *quod est in ap.; nisi malueris ex proximo* ecclesiam *corrigere* ecclesia. d) Ecclesiam *ap.*

[1] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

[2] Canisius Noviomagi sub m. Iunium a. 1546 hereditate, quae ei obtigerat magna et luculenta, in gratiam pauperum et religiosorum se abdicaverat (*Can.* I 102 147 201 668 etc.) neque postea in patriam redierat.

[3] Venit cum P. Henrico Dionysio S. J. (v. supra p. 650) et, nisi fallor, cum Fr. Thoma Busaeo S. J.; vide, quae sub ipsas has litteras notabuntur.

[4] Busaeus significare videtur adulescentem illum „divitem", qui Christi exhortatione ad bona pauperibus danda permotus non est; „erat enim habens multas possessiones" (Mt 19, 16—26. Mc 10, 17—27. Lc 18, 18—27). Cf. Act 2, 44 45.

[5] In *„Informatione delle persone le quale si trouano . . . nella Prouincia del Rheno nel Janaio del 1565" manu P. *Antonii Vinck* praepositi provincialis scripta et ab eodem Romam ad Borgiam missa dicitur, Thomam Busaeum noviomagum 16 annos natum esse; eundem 18. Maii 1564 Coloniae in Societatem esse admissum

collegii *Catalogis* a. 1565 et 1566 conscriptis inter „rhetores“ nominatur (*Hansen* l. c. 782 783). Neque praeter hunc „Thomam“ alius in catalogis illis cernitur. Quare Thomam Busaeum cum Canisio et Dionysio Noviomagum missum esse conicio. Ac cum valde verisimile sit, decanum noviomagum illum has litteras ad aliquem ex Sociis coloniensibus dedisse, neque in catalogis illis alius praeter Thomam illum „Busaeus“ compareat nisi „P. Petrus Busaeus neomagensis“ („magister novitiorum“ a. 1565, „praefectus novitiorum et rerum spiritualium, primarius lector physicae classis“ a. 1566), huic litteras illas noviomagenses missas esse coniectarim. Busaei Canisiis propinquitate iuncti erant; v. *Can.* I 544[3].

Dixit Canisius primum quidem in schola latina urbis (vide infra p. 659 663); quae „schola apostolica“ vocabatur (*G. A. Meijer* O. Pr., Katholiek Nijmegen I 104), invitatus ab ipso „gymnasiarcha“ (v. infra p. 659) sive rectore scholae; quem fuisse Franciscum van Limburg (Limbrich) ex cl. viro D. *J. van Schevichaven*, urbis noviomagensis archivista, a. 1907 accepi. Puto autem Canisium orationem habuisse in scholae illius (sub a. 1544 exstructae et adhuc exstantis) conclavi illo, in quo a. 1565 homines 328 una cenasse constat (*Meijer* l. c. I 105).

Existimo Canisium ipso, quo Noviomagum venit, die 25. Novembris (vide infra p. 662) orationem illam habuisse; nam eam „extemporaneam“ fuisse P. Dionysius narrat (vide infra p. 659); atque dies 25. Novembris Sanctae Catharinae Alexandrinae, quam „artium liberalium“ studiosi patronam colebant, sacer est; idem dies eo anno dominicus erat; ideo difficile non erat, cives quoque magno numero ad orationem audiendam convenire; ut eos convenisse P. Dionysius testatur (vide infra p. 659). Duas autem contiones illas a Canisio in templo S. Stephani habitas esse conicio diebus 30. Novembris et 2. Decembris; haec enim Dominica I. Adventus, ille dies S. Andreae Apostolo sacer atque ea quidem aetate ex festis de praecepto, quos vocant, erat. Quas contiones non statim post Canisii adventum, sed aliquot saltem diebus post habitas esse intellegitur etiam ex eo, quod Dionysius affirmat: Canonicos „non destitisse, donec a patre eas extorquerent“, et ad eas audiendas aliquot hominum milia confluxisse (v. infra p. 659).

Noviomagi eo tempore unus e sacellanis ecclesiae S. Stephani erat Ioannes ille van Venray sive Ceporinus († 1626), qui postea a fide catholica palam defecit atque tum Noviomagi tum alibi Calvinianorum contionatorem egit. De hoc Ioannes Smetius „senior“, qui Noviomagi a. 1618—1651 Calvinianorum minister erat, haec (ab ipso, ut videtur, Ceporino edoctus) notavit: Eum P. Henrico Dionysio, Noviomagi cum Canisio agenti, argumentum quoddam per somnum sibi oblatum proposuisse, quo Christum in hostia consecrata non esse demonstraretur; et Dionysium, cum diu frustraque adversus eum disputasset, tandem dixisse: „Si ita speculationibus tuis indulgere pergas, in haeresin incides“; Ceporinum vero, argumento illo studiosius expenso, in veritatis calvinisticae cognitionem sensim adductum esse (*H. J. Allard* S. J., Canisiana II, in „Studiën“ D. L, 262—267). Num Canisius quoque cum Ceporino congressus est?

742 sive germ. l. (17). A 25. Novembris ad 2. vel 3. Decembris 1565.

Ex apographo eiusdem fere temporis, eoque in collegio S. J. coloniensi scripto et sic inscripto: „Ex literis D. Gerardi Busaei canonici Xanctensis datis 18. Jan. anno 1566“. Cod. colon. „L. Qu.“ f. 87[b]. Epistulae mentionem fecit *Hansen* l. c. 519[2]. Eiusdem particulam germanice posui in *„Stimmen“* etc. LXXI 176; particulam neerlandice posuit *L. van Miert* l. c. 12.

(f. 10[a]). „M. Thomas Buseus, lector AEtymologie, hoc anno factus Magister artium Moguntie“: *Catalogus collegii treverensis, 31. Decembris 1570 ab eodem *Vinckio* conscriptus („G. C. 67“ p. 77). „P. Thomas Busaeus“ a. 1580 unus ex primis novi collegii molshemensis magistris fuit (*Duhr*, Jes. I 134).

Canisius Noviomagi apud omnes civitatis ordines copiosum pietatis fructum colligit.

Gerardus Busaeus, collegialis ecclesiae S. Victoris xantensis (Xanten) canonicus, (Xanto, ut videtur) 18. Ianuarii 1566 litteras dedit (Coloniam ad P. Petrum Busaeum S. J.? Hic certe Gerardi frater erat; vide Can. I 544[3]), in quibus haec, praeter alia, refert: Paucis admodum diebus se Doctor Petrus Canisius Neomagensibus videndum praebuit: contestati autem sunt mihi omnes, quod mirabilem fructum fecerit, tum apud cognatos, tum apud magistratum, clerum, populum ac iuuentutem [et][a] eiusdem moderatores[a]. Vtinam Deus optimus maximus et illum diu conseruet ecclesiae suae incolumem, et illi in eruditione, facundia vitaeque sanctimonia similes atque pares, quamplurimos exuscitare velit. Optimorum virorum nunquam nimis magna est copia, talium ac tantorum virorum hocce seculo magna est inopia.

Canisius in ea peregrinatione Xanti unum diem, non diutius, mansit (v. infra p. 666). Quae res, atque etiam complures aliae, ostendunt, Busaeum, quid Canisius Noviomagi, non quid Xanti egerit (*Hansen* l. c. 519[2]), referre. Gerardus Busaeus (Gerrit Buys) noviomagus (1538—1603), Lovanii ad theologiam institutus, a. 1569 Guilielmum Lindanum primum episcopum ruraemondanum in prima dioecesis „visitatione pastorali“ comitatus est et a. 1572 Catechismum lingua vernacula a se conscriptum Coloniae vulgavit. In capituli xantensis *„Necrologio“* vocatur „vir optimus, Deo et hominibus gratus et pauperum pater“ (*Allard*, Canisiana V, in „Studiën“ D. LVII, 26—28. *Publications* de la Société historique et archéologique dans le duché de Limbourg XXVII, Maestricht 1890, 238).

Iuvit certe Canisius cives illis diebus. R. P. *G. A. Meijer* O. Pr., qui historiam noviomagensem diligentissime tractavit: „Aan dit zegenrijk bezoek van Canisius“, inquit, „zal men voor een goed deel den moed end den geloefsijver moeten toeschrijven, die de Katholieken van Nijmegen in de aanstaande bange uren aan den dag zouden leggen“ (l. c. I 37).

743 sive **germ. l. (18).** 25. Nov. — 4. Dec. 1565.

Ex apographo, eoque eodem fere tempore in Societatis collegio coloniensi scripto. Cod. colon. „L. Qu.“ f. 83[a]. Ex eodem apographo hanc litterarum partem paene integram ponit *Hansen* l. c. 518—519. Litteris (archetypis, puto) usus est et complura ex iis (etsi eas non memorat) paene ad verbum protulit *Sacchinus*, Can. 221—222, et brevius Hist. S. J. III, l. 2, n. 21. Easdem adhibui earumque partes aliquot germanice versas posui in *„Stimmen“* etc. LXXI 171—177; usus iis est etiam et particulam neerlandice posuit *L. van Miert* l. c. 6—11.

Canisius Noviomagi in gymnasio, templo S. Stephani, valetudinario magna cum laude dicit. Senatus eum munere honorat ab eoque admonetur. Canisii opera pauperes recreantur, pax componitur, propinqui fidei constantiam spondent. Pecuniae collegio coloniensi dandae negotium ille ab aliis tractari vult. Societas Franciscanis in capitulo generali commendatur.

P. Henricus Dionysius S. J. Colonia 11. Decembris 1565 Sancto Francisco Borgiae, Societatis praeposito generali, haec, praeter alia, rettulit: Ex consilio Reuerendi P. Leonardi[1] sum 22. Nouembris cum

a) *Sic vel omnino similiter corrigenda esse prorsus censeo, quae sunt in apogr.:* iuuentutem eiusdem moderatoris.

[1] Kessel, rectoris collegii coloniensis.

Reuerendo P. Canisio Nouiomagum profectus multum Reuerende Pater. Vbi ad octo circiter dies hesimus priusquam coloniam reuerteremur. Quem autem fructum in hac profectione dominus dederit paucis R. P. T. accipiat. In primis R. P. Canisius ex sollicita Gymnasiarchae scholae Neomagiensis[1] petitione coram iuuentute verba fecit. Confluxerant eo non solum canonici[2] cum praeceptoribus, sed et ciues, qui latine callebant, non pauci . abunde satisfactum est omnibus, qui extemporaneam, et singularem in dicendo ipsius facultatem vehementer admirati sunt. Nec destiterunt canonici, donec a patre duas in summo templo extorquerent conciones, ad quas tanta vtriusque status et sexus accesserat multitudo, vt aliquot milium hominum excedat numerum. Auditorum responsum est desiderio, nisi quod non omnes partim ob linguae germanicae imperitiam, partim ob tantam loci intercapedinem non admodum bene assequi potuerunt. Descendentem ex suggesto ita oculis suis excipiebant, vt quo tenderet, diligenter, veluti principem aliquem obseruarent. Senatus quoque, etsi non vsque quaque in catholica fide syncerus, honorifica tamen salutatione et munere honorare (quo praeclaros alioqui viros excipere solet) Reuerendum Patrem non est dedignatus[3]. Deinde ad fidei catholicae integritatem exhortantem, nec moleste tulit, nec iniquo animo audiuit. Tertiam praeterea in zenodochio[a] habuit concionem ad pauperum consolationem, quos amicorum etiam munificentia, ad multorum aedificationem, non mediocriter confouit recreauitque[4]. Dum vero a concionibus feriaretur, aut confessionibus audiendis, aut componendis inter amicos dissidijs, quibus vtrinque pernitiose flagrabant animi, studiose vacabat, eosque ad fidei catholicae constantiam adhortabatur, quam se nunquam deserturos stipulata manu polliceri non dubitabant[5], omnes profecto in sui trahebat admirationem. Quod ad me attinet a canonicis sollicitatus bis concionatus sum, et multarum virginum aliarumque mulierum confessiones excepi. Inter quas vna obtulit Coloniensi collegio mille circiter aureas coronas in annuos redditus pro studiosis illic alendis expendendas. Caeterum maluimus hoc quicquid est negotij, nobis potius absentibus quam praesentibus transigi, vt Societatem ab omni auariciae suspicione et studio vindicaremus.

Dum haec aguntur venit ad nos pater Guardianus fratrum minorum de observantia, nostrae Societatis amicus, ostendens quae in ipsorum Generali concilio conclusa essent. Inter caetera praelegit

a) *Sic; scribendum potius fuit:* xenodochio.

[1] Francisci van Limbrich. Vide supra p. 657.

[2] Collegialis ecclesia S. Stephani ea aetate fere 20 canonicos „residentes" habebat (*Allard*, Studiën D. LVII 11[1]).

[3] Vinum honorarium ei misit; v. infra p. 663. Cf. etiam *Can.* II 805 et supra p. 173. Senatores quinam eo tempore fuerint, sub ipsas has litteras paenultimo loco dicetur.

[4] Vide, quae de praeclaro hoc Canisii facto dicentur in monumento proximo.

[5] Vide, quae sub ipsas has litteras dicentur.

vnum articulum, quo fratres admonerentur, vt societatem nostram venerentur et diligant, eique familiaritatem et humanitatem ostendant [1].

„Amici" Canisii, ut ex hac relatione cognoscitur, eius opera inter se reconciliati sunt ac „stipulata manu" ei promiserunt se „nunquam deserturos" catholicam fidem. Ex Hasii autem litteris, quas proxime (mon. 744) ponam, intellegitur, „amicorum" nomine a Dionysio Canisii propinquos significari, atque singulas eius sorores cum suis maritis ac „fratrem cum sua coniuge", deinde horum liberos, „seorsim binos ac binos", ad fidei catholicae constantiam ab eo admonitos eandem „porrectis dexteris" spopondisse. Sororem autem ex patre simul et matre habebat Wendelinam, uxorem Godefridi vom Triest (Treijst), in cuius domo tunc habitabat; atque de his dixi supra p. 184—185. Degebant Noviomagi etiam hae Canisii sorores: Aegidia, uxor Theodorici (Theodori) van Rijswick; Elisabetha, coniux Ioannis Verheijden; Iacoba, Hermanno van Rijswick (iam tunc?) matrimonio iuncta: neque vero scio, num hae quoque Canisii sorores vel vixerint vel etiam Noviomagi tunc fuerint: Gertrudis (uxor Cornelii van Udem?), Hildegardis, Tresia, Lucia; vide supra p. 335. Fratres autem (ex patre tantum) Canisio praeter P. Theodoricum illum, quem saepissime dixi, erant tres: Gerardus, Otto, Gisbertus. Gerardus sub a. 1554 Adelheidem van Rijswick duxisse traditur (*Allard*, Canisiana, in „Studiën" D. L 255[1]); deinde (ante a. 1569) Annam Leyendeckers in matrimonium duxisse fertur (*Paul. Bongaerts* S. J. in „Stamlijst", de qua v. *Can.* I 7[2]; *Kleijntjens* l. c. [v. supra p. 335] 193; alibi affirmatur, ei a. 1560 uxorem fuisse „Mettam"); Otto 17. Aprilis 1560 Cuneram van der Arrabe, quam vulgo „van der Erre" vocabant, uxorem assumpserat (*Bongaerts* l. c.; *Kleijntjens* l. c. 193); quae etiam a. 1572 vivebat (*Van den Bergh* l. c. [supra p. 335] 156* et 170 [„Tafel" etc.]); Gisberto, ut fertur, a. 1560 vel 1561 uxor erat Lucia (Lutgardis?) Melen; haec a. 1583, ille a. 1584 vel 1585 vita cessisse traduntur (*Van den Bergh* l. c.; *Kleijntjens* l. c. 193—194). Ac satis certum est, Gerardum Kanis exeunte a. 1565 Noviomagi habitasse; nam in litteris publicis sive diplomatis Noviomagi 12. Iunii, 13. Iunii, 10. Novembris a. 1565 datis „Geerit Kanis", „Gerit Kanijs", „Gerit Kanys" ibidem comparet (*Joosting* l. c. [supra p. 185] 287 289); m. Iunio a. 1565 Noviomagi idem ex „provisoribus" confraternitatis Sanctae Crucis erat (*P. G. A. Meijer* O. Pr., Dominikaner Klooster en Statie te Nijmegen, Nijmegen 1892, Bijl. p. 22). Hunc

---

[1] In generali hoc conventu sive capitulo, Vallisoleti a. 1565 habito, hoc, praeter alia, constitutum est: „Quum noster Ordo Fratrum Minorum existat, atque in humilitate praecipua, et charitate fundatus, nouerint Fratres omnes, vbique terrarum dispersi, Religiosos cuiusuis Religionis, humiliter, et humane tractare; tum maxime eos, qui de Societate fuerint Iesu, quos diligere, et honorare debent: eos ad actus literarios, ad Festorum nostrorum coelebrationem, aliosque publicos actus, ad quos solent Religiosi conuenire, cum charitate inuitare, et suscipere: neque nostrorum quisquam audeat eis, publice, vel occulte detrahere." Ita in „*Chronologia* historico-legali Seraphici Ordinis Fratrum Minorum Sancti Patris Francisci" I, Neapoli 1650, 327, et in *Dominici de Gubernatis* O. F. M. „Orbe seraphico" III, Romae 1684, 354, atque (latinitate nonnihil expolita) in *Petri Ribadeneirae* S. J. „Vita Ignatii Loiolae" Ingolstadii 1590, 223—224. Cuius decreti proximam causam cognoscas licet ex, *Sacchino*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 120. *S. Franciscus Borgias* Roma 30. Novembris 1565 Societatis praepositos provinciales (vel omnes, vel eos, qui in Hispania versabantur) de hoc decreto *certiores fecit et sic monuit: „Olgare que se el Padre General dellos, esta en esa Prouincia se le den gracias de mi parte y de toda la Compania dela charidad que para con ella han mostrado, y si por aca uiniere, tan bien haremos aca el mesmo officio" (ex apogr. eiusd. temp. Cod. „Epp. Hisp. [Praepp. Genn.] 1564 1566" f. 142[b]). De capitulo illo vallisoletano cf. etiam „Annales Minorum, continuatos a P. F. *Caietano Michelesio* Asculano Min. Observ. T. XX", Ad Claras Aquas 1899, 23—29.

igitur significari censeo, cum in litteris Hasii asseritur, Noviomagi a. 1565 cum Petro Canisio fratrem ipsius egisse. Otto († 1586?) a. 1568 Arnhemii unus ex scabinis urbis erat: ubi fortasse iam ante a. 1565 et ipse et Gisbertus frater consederant (*Van den Bergh* l. c. 164: *[G. van Hasselt,]* Kronijk van Arnhem, te Arnhem 1790, 174). Neque tamen equidem hos adfuisse prorsus negaverim; fieri enim poterat, ut vel Hasium vel eos, qui ipsi res narrabant, memoria falleret. Quod denique ad fratrum illorum sororumque liberos attinet, aderant, puto, Iacobus eiusque fratres et soror, liberi Wendelinae vom Triest, de quibus infra p. 662; aderant fortasse etiam Arnolda Valkenborgh (uxor Francisci Melen) atque Iacobus (1558 ad 1591 [1608?]) et Theodorus (1565—1625) Rijswick, Aegidiae Kanis liberi; ex quibus duo illi Risvickii postea Societatem Iesu sunt ingressi (*Can.* I 116[1]. *Sommervogel,* Bibl. VI 1855. *Kleijntjens* l. c. 192—193. *Reiffenberg* l. c. 592—593. *Allard,* Studiën D. XLI 145—160, Bijl.); erant praesentes, nisi fallor, Verena, Henricus, Iacobus Uwens, filii Laurentii Uwens, ex priore Elisabethae Kanis coniugio orti; quorum filii Ioannes Baptista, Laurentius, Otto Henricus postea Societati Iesu nomen dedisse traduntur (*Kleijntjens* l. c. 194—195. *Prosp. Vanderspeeten* S. J., Vie du B. Jean Berchmans, Louvain 1865, 453); item fortasse Iacobus, Gerardi Kanis filius (cuius filius Iacobus postea Societatem ingressus est), et Wendelina, eiusdem Gerardi filia, quam postea Gerardo then Haeff nupsisse dicunt (*Kleijntjens* l. c. 196—198. *Rob. Scholten,* Die Stadt Cleve, Cleve 1879, 440[1]); quibus accedebant alii; atque *Radero* (l. c. 123) si credimus, Noviomagi tunc cognatorum „centum et viginti superstites, omnes proxima vel propinquitate vel affinitate Canisium contingebant"; quae quam vere dicta sunt, non vacat indagare.

Quoniam tum in hoc monumento, tum in proximo senatus imperialis huius urbis noviomagensis cum honore memoratur, nomina hic pono, quae Noviomago die 7. Decembris 1907 *D. J. van Schevichaven* (vide supra p. 657) humanissime mecum *communicavit: Anno 1565 erant consules sive magistri civium (Bürgermeister): 1. Wernerus van Lennep, 2. Henricus van Beinhom; senatores: Van Bronchorst, van Doornick, Martinus van Andelst, Hachfort, Ioannes Touman, Roist, van Ringenberch, Guilielmus Pieck, Henricus van Boenenborch, Ioannes van Welderen, van Heteren, Guilielmus van Hoekelom, van Steenbergen, Ioannes van Zanthen, van Zellar, van Schorrenborch.

Ceterum ex Busaei et Dionysii relationibus modo propositis facile patet, labi *Longarum degli Oddi,* cum de Canisio exeunte anno 1565 Noviomagi versato scribit: „In soli otto giorni, che vi si trattenne, predicò poco men che ogni dì nella Chiesa maggiore" (l. c. 173), et labi etiam magis *J. M. S. Daurignac* affirmantem: „Durant les huit jours qu'il passa dans cette ville, il prêcha dans toutes les églises" (l. c. 274). Noviomagi eo tempore minimum octo exstabant ecclesiae.

744 sive **germ. I. (19).** 25. Nov. — 4. Dec. 1565.

Ex autographo. Cod. „Epistolae ad P. M. Raderum 1606—1615 I" n. 48, § 24. Autographo copiose usus est *Raderus,* Can. 223—224; cf. etiam p. 153. Eodem usus sum et complura ex eo germanice versa protuli in *„Stimmen"* etc. LXXI 170—176. Epistula usus est etiam *L. van Miert* l. c. 5—11.

Canisius Noviomagi apud Triestium sororis maritum divertit. Vino honoratur a senatu eundemque exhortatur. In domo Triestii senatum, clerum, propinquos conviviis accipit. In templo et schola orationes habet. Propinqui fidei catholicae constantiam ei promittunt. In valetudinario propinquis eucharistiam praebet et cum iis prandet, multa vitae subsidia pauperibus relinquens. Bibliothecas purgat.

Prooemium editoris: P. Matthaeus Raderus S. J. (de quo *Can.* III 660—661), cum Augustae Vindelicorum et Monachii Canisii vitam scriberet, Patrem Hasium aliqua ad eam rem conferre posse audivit. Ioannes Hasius (1543—1624) buscoducensis, Societatem Iesu a. 1562 Coloniae ingressus, in universitate coloniensi philosophiam, in herbipolensi per novem annos S. Thomae Summam theologicam

explicavit, Embricae (Emmerich, olim ducatus cliviensis, nunc provinciae rhenanae regni borussici oppidum) collegium Societatis et incohavit, et a. 1591—1594 primus rector curavit, et adversus Mauritium Nassoviensem eiusque Calvinistas defendit; toti quoque Societatis provinciae rhenanae aliquamdiu (1595—1598) praepositus fuit et libros aliquot vulgavit (*H. J. Allard,* Pater Joannes Hasius, in „Studiën“ D. XLI 145–160. *Hansen* l. c. 783—785 788. *Reiffenberg* l. c. 290—295 335—338 632 ad 633. *Ant. Ruland,* Series et Vitae professorum SS. Theologiae qui Wirceburgi docuerunt, Wirceburgi 1835, 9—10. *Sommervogel,* Bibl. IV 135; IX 462). Huic igitur Raderus m. Ianuario a. 1613 scripsit. Cui *Hasius* Embrica 13. Februarii 1613 *respondit: Dolere se, quod de Canisii rebus non interrogatus esset „ante paucos annos“; tunc enim in vivis erant, inquit, „frater eius vir Consularis [1], et soror mihi confiteri solita [2]. Sed etiamnum supersunt eorum proles, vnius maritum ad me Calcaria euocaui [3], acturus de rebus fratris nostri Jacobi Canisij [4]; scribet etiam P. Theodorus Risuichius, nepos ex sorore P. Canisii [5] ad cognatum exconsulem Nouiomagensem, virum doctum, Catholicum et in nostris olim scholis Coloniae institutum, mihi quoque probe notum [6]. Excerpsi quoque non pauca, et anno superiori, et ante octo aut decem annos quoque ex diuersis literis ac scriptis Coloniae repertis iam inde ab exordio Societatis res ac personas continentibus; in quibus multa quae P. Canisium concernebant: doleo autem non pauca ex his nostrorum incuria perijsse. Patria abest hinc quatuor solum miliaribus, neque refugerem eo me conferre, nisi obstaret immanitas et barbaries haereticorum, qui modo illic dominantur, qui nos non tolerant. [Atta]men quod coram non licet, literis spero propediem obtinebitur“ (ex autographo. Cod. „Epp. ad P. M. Raderum 1606—1615 I“ n. 56. Cf. etiam *„Stimmen“* etc. LXXI 169—170). Cum his literis *Hasius* duo folia misit, in quibus varia de Canisio notaverat. Iterum autem Radero *scripsit Embrica 21. Maii 1613: Post Pascha se Coloniae monumenta canisiana investigasse ait; spem quoque sibi esse fore, ut aliqua de Canisio „ab eius ex germana sorore nepote Jacobo Trist“ ad se referrentur (ex autographo; l. c. n. 53). Antequam autem Iacobus Tristius ille, Godefridi vom Triest et Wendelinae Kanis (v. supra p. 326 444) filius et „exconsul noviomagensis“, ad Hasium rettulisset, aliqua cum eodem communicata erant a Iacobi sorore, „vidua religiosa“, Xanti (ut videtur) habitante. Quae Hasius vel cum litteris 21. Maii 1613 datis, vel paulo ante ad Raderum misit. Partem huius relationis posui supra p. 184; iam pono partem illam, quae ad res Noviomagi a Canisio gestas pertinet.

P. Ioannes Hasius S. J. Embrica 21. Maii 1613 vel paulo ante P. Matthaeo Radero, Canisii biographiam Monachii paranti, scripsit: Dum anno 1565 P. Petrus Canisius Nuntij Apostolici fungeretur munere, inuisit etiam Nouiomagum patriam suam, eoque venit ipso die

---

[1] Gerardum significari valde probabile efficitur ex iis, quae sequuntur.

[2] Aegidia, puto; cuius filius P. Theodorus van Rijswick S. J. sub a. 1600 (et postea?) Embricae erat (*Kleijntjens* l. c. 193).

[3] Gerardum then Haeff, Wendelinae Gerardi Canisii (cf. supra p. 661) filiae matrimonio iunctum? Is certe aliquamdiu Calcariae veteris (Alt-Calcar) scriba forensis erat (*Scholten,* Die Stadt Cleve 440[1]).

[4] Iacobus hic avum paternum habuisse videtur Gerardum B. Petri Canisii fratrem (*Van den Bergh* l. c. 162. *Kleijntjens* l. c. 198); qui Calcaria ortus, Fuldae aliquamdiu ad litteras et pietatem institutus, a. 1603 in collegium germanicum admissus, a. 1606 Societatem ingressus erat (Cod. rom. „All. coll. Germ.“ p. 259. *Steinhuber* l. c. I[2] 413).

[5] De hoc v. supra p. 661.

[6] Iacobum vom Triest dicere videtur, de quo etiam 21. Maii 1613 scribit. In publicis quibusdam litteris Noviomago 4. Martii 1576 datis „Jacob van Triest“ scabinus urbis vocatur (*Joosting* l. c. 307).

S. Catharinae Virg. et Marty.[1] qui incidebat eo anno in dominicam: hospitio excipitur amanter et honorifice a Wendelina sorore, nupta Godefrido a Trist, (qui secundo Neomagi fuit Consul; pater vero eius Thomas a Trist septimum fuerat ibidem consul). Magistratus[2] obtulit P. Canisio honoris ergo vinum[3]; soror autem cum marito, lauto conuiuio magistratum excepit; sub finem mensae, insignem habuit Canisius ad magistratum exhortationem. Alio die inuitati fuerunt omnes superiores[a] cum socijs Cleri, tam regulares, quam seculares[4]. Concionatus in patria frequenter[5], Canonici honoris causa pulpitum siue suggestum tapete exornari curarunt. Jnuisit quoque scholam[6], et petente Rectore, extemporaneam, sed elegantem, ad studiosos habuit orationem. Jnuitati etiam aliquoties a sorore fuerunt omnes amici, quos postremo die, quo vocati erant ad prandium, iussit P. Canisius moneri, vt tempestiue venirent, habere enim se quod cum illis tractaret; qui et paruerunt; itaque singulos maritos cum suis vxoribus seorsim binos ac binos in conclaue inducit, efficaciter eos hortatur ad constantiam in retinenda fide catholica, praedicens motus bellicos, et haereses, quae post euenerunt; singulique porrectis dexteris spoponderunt se cum suis fidem maiorum constanter retenturos; idque cum singulis sororibus earumque maritis, ac fratre cum sua coniuge[7], seorsim cum fecisset; etiam idem eodem modo cum ipsorum liberis, binis solum seorsim vocatis, egit. Promissa autem, opere compleuerunt, ita vt licet ad 150. circiter istius stirpis M. Jacobi Canisij, capita

a) *Duo vv. sqq. ab Hasio supra marg. scripta sunt.*

---

[1] Die 25. Novembris. [2] Vide supra p. 661.

[3] Exstat adhuc Noviomagi in archivo urbis antiquum illud *Volumen rationum* urbanarum; quod in a. 1565 haec habet: „Ons heren hebben geschenct D. petro Canisio XXJ kwart wijns in novembri die kwart IIII br. st. [i. e. brabantsche stuiver] ende is gehalt tot Jorden van Triest videlicet IIII gulden IIII st.“ (Domini nostri donaverunt m. Novembri D. Petro Canisio 21 quadrantes [quartas partes] vini, cuius singuli quadrantes constabant 4 stuveris brabanticis; vinum petitum est ex cella vinaria Jordani van Triest; soluti sunt igitur 4 floreni et 4 stuveri). Haec vini copia eam, quae ex more eiusmodi hospitibus a senatu dabatur, excedebat; ita eodem anno praefecto regio („stathalter“) 9 canthari („stadtkannen“) eiusque famulo 2 dati sunt. Haec a. 1908 a R. P. *L. van Miert* S. J. mecum communicata sunt; qui verba illa „Ons heren“ etc. etiam posuit l. c. 7[1].

[4] Noviomagus ea aetate unam habebat parochiam S. Stephani, conventus autem sive monasteria virorum: Fratrum Minorum de Observantia, Praedicatorum, Canonicorum regularium windeshemensium, Equitum ordinis S. Ioannis, Fratrum vitae communis, Alexianorum sive Cellitarum (*Jos. Habets,* Geschiedenis van het tegenwoordig Bisdom Roermond en van de Bisdommen, die het in deze gewesten zijn voorafgegaan III, Roermond 1892, 298 679 684 687 693 696. *Meijer,* Nijm. I 68—71). Quibus accedebat capitulum collegiale S. Stephani.

[5] Nescio an his verbis comprehendantur contiones tum ab ipso Canisio tum a P. Dionysio Canisii socio habitae (*Hansen* l. c. 519); neque enim Canisius multas contiones habuit; v. supra p. 659.

[6] Scholam latinam sive „apostolicam“, quam vocabant; v. supra p. 656 659.

[7] Horum nomina v. supra p. 660—661.

numerentur modo, hactenus tamen omnes manserunt, manentque Catholici. Quandoquidem autem primo etiam aduentu suo monuerat, se post nonum diem necessario discessurum, essentque aliquot sorores ac sororij, qui contenderent singuli, vt apud ipsos quoque pranderet, et quilibet eorum in eo se reliquis praeferri vellet; Canisius hac ratione contentionem componit: iubet singulos, quae sibi vellent apponere, deferre omnia ad pauperum hospitale, ibique quam vellent splendidissimum epulum instruerent; simulque omnes sese praepararent, vt ibidem diuinum epulum ipsi perciperent, et ab ipso benedictionem acciperent; dictum, factum; magno bono spirituali amicorum, et pauperum etiam corporali, quibus omnia esculenta et poculenta cesserunt, quae peracto prandio supererant. Antequam autem Nouiomago discederet, visitauit singulorum cognatorum suorum libros, et quotquot inuenit non Catholicos, exussit. . . . Haec omnia[a] (scilicet Nouiomagi eo anno ab eo gesta) Godefridi et Wendelinae filia, vidua religiosa mihi quasi dictauit Sanctis[1] post Dominicam Oculi, 12. Martij huius anni 1613.

Hasius in alia *epistula, quam et ipsam a. 1613 ad Raderum dedit, primum quidem de rebus a. 1565 Noviomagi a Canisio gestis haec (nec plura) scripsit: „Visit patriam Nouiomagum, vbi dum singuli amici, quos multos et locupletes habebat, desiderant illum conuiuijs excipere: persuasit vt singuli sua quae vellent ipsi parare deferrent ad pauperum hospitalem domum, ibique omnes secum pranderent: factum est ita, magno pauperum bono.“ Deinde autem haec omnia, lineis transmissis, oblitteravit, haec in margine adnotans: „Haec exactius ex filia Wendelinae sororis Canisij accepta, in alia charta descripsi: erat ea tunc nouem annorum“ (ex autographo. Cod. „Epp. ad P. M. Raderum 1606—1615 I“ n. 54, § XXXV).

Matthaeus Raderus, cum ex Hasio ea omnia cognovisset, in Canisii vita alia protulit, alia non protulit: Silentio texit, Canisium Noviomagi ad Triestium sororis maritum divertisse, et in Triestii domo honoris Canisii causa alio die senatum urbis, alio die clerum, aliis diebus propinquos convivio esse exceptos. Amplis vero verbis convivium in valetudinario illo comparatum commemoravit, sic exorsus: „Cum Neomagi inter sorores et sororios, reliquosque cognatos . . certaretur, qui Canisium prius domum suam ad lautas epulas deduceret, ipse tam officiosam litem suorum admodum eleganter et pie composuit“ etc.[2] (Can. 223—225). Quam Raderi dictionem complures ex posterioribus historicis ita sunt interpretati, ac si Canisius omni propinquorum hospitio recusato toto illo tempore in valetudinario illo habitasset neque aliud nisi pauperum illud convivium cum propinquis iniisset.

Itaque *Ioannes Dorigny* a. 1707 cum aliqua quidem dubitatione: „Ses parens, qui étaient en grand nombre, s'empresserent, chacun à l'envi l'un de l'autre, de le loger, et de le regaler durant le sejour qu'il fit à Nimegue; pour les contenter tous, ou du moins pour ne mécontenter personne, par la préference qu'il donnerait à l'un plûtôt qu'à l'autre, il ne logea pas chez un[3]; et si nous en voulons croire quelques memoires, il prit son logement à l'Hôpital: il est du moins certain, qu'il

a) *Septem vv. sqq. una cum uncis ab Hasio in margine addita sunt.*

[1] I. e. Xanti (Xanten).

[2] *Sacchinus* suam de hoc pauperum convivio relationem ex Radero, adhibita etiam P. Dionysii epistula (v. supra p. 658), hausisse videtur (Can. 222; Hist. S. J. III, l. 2, n. 21).

[3] Haec ex Dorignii libro etiam transcripta sunt in „Histoire universelle de l'église catholique par *Rohrbacher*“ IX, Lyon 1872, 450.

témoigna l'inclination qu'il avoit d'y vivre, et d'y soulager la misere des pauvres, ainsi que je le vas raconter“ etc. Deinde Dorigny, quae in valetudinario illo gesta sint, narrat, et haec addit: „Enfin toute cette Fête fut terminée par une Exhortation la plus forte, et la plus touchante, dans laquelle il conjura tous ses proches d'être fideles à Dieu, et à leur Religion, de tenir ferme contre les nouveautez, et de ne se point laisser emporter à ce malheureux torrent, qui avoit ravagé tant de pays, et qui menaçait déja leur Province: l'impression qu'il laissa par-là dans tous leurs coeurs, fut si vive, que tous, en levant la main, luy promirent avec serment, de quitter plûtôt la vie, que la Religion de leurs peres“ (l. c. 256—258). Verum orationem illam a Canisio in valetudinario habitam et commune iusiurandum propinquorum in fontibus, quos posui, frustra quaeres; ignorabant haec et *Raderus* (Can. 223—224), qui a. 1614, et *Sacchinus* (Can. 221—223), qui a. 1616 Canisii biographias vulgarunt. Propinquos singillatim dextra data ita iurasse refert a. 1642 *Petrus d'Ovtreman* (l. c. [supra p. 178] 71).

Petrus Python, cum Dorignii librum a. 1710 „latinitate donatum et multarum rerum accessione auctum“ vulgaret, Dorignii dubitatione sublata haec asseveravit: „Propinqui certatim eum [i. e. Canisium] ad se divertere volebant. Litem diremptarus nullius tectum subiit, ne quis se praeteritum conqueri posset, publica hospitali domo pro diversorio usus“ (l. c. 222).

Ne haec quidem satis erant *Iosepho Boero;* qui rem ita auxit atque ornavit: „Al primo suo giungervi, tutta la città fu in moto di festa e in bollimento d' allegrezza e di esultanza. I reggitori del pubblico, avvegnachè non fossero tutti cattolici, mandarongli una solenne ambasciata per salutarlo e offerirgli un ricco presente, ch' egli costantemente ricusò . . . Ito a rendere ossequio al Senato e ai Consoli, che tutti si erano adunati nel palagio della Signoria, raccomandò loro con apostolica libertà di promuovere con ogni industria gl' interessi della religione cattolica e tener lungi dalla patria il contagio dell' eresia. . . . Entrato appena in Nimega, furongli incontro i fratelli, i nipoti e tutto il numeroso suo parentado in comitiva, caramente pregandolo a voler prendere allogiamento presso di loro: ma il sant' uomo, resi a tutti umilissimi ringraziamenti dell' affetto che gli dimostravano, andò difilato a ricoverarsi nel pubblico spedale. Nei giorni appresso nacque tra loro gentil cortesa sopra chi l' avrebbe in primo luogo a desinare in sua casa: e il buon Padre terminò la contesa e la gara accettando di buon animo l'invito di tutti, ma a patto che tutti portassero il pranzo per lui preparato allo spedale, dove si troverebbero insieme con santa unione. . . . Giunta l' ora del pranzo, egli con tutti i suoi parenti servì a quei miserabili, dando loro quel più e quel meglio che da ciascuno si era portato; e ciò con tanta amorevolezza e carità, che molti dei principali signori, ch' eran venuti a vederlo, ne lagrimarono dirottamente per tenerezza e compunzione. Dopo di che si assise co' suoi ad una frugalissima mensa; e quanto durò la refezione, tanto egli continuò ad esortarli con santi ragionamenti ad aver unicamente di mira Iddio, ad allevare nella pietà cristiana la loro famiglia, e sopratutto a mantenersi sempre costanti nella fede dei loro antenati. Ond' è che tutto quel numeroso convito andò in pascolo dell' anima e in lagrime di dolcissima consolazione: e poichè egli ebbe finito di dire, tutti a un medesimo tempo levarono in alto la mano“ etc. (Can. 285—287). *Séguin* aliquot huius narrationis locis exiguam moderationem adhibuit, reliqua paene ad verbum gallice reddidit (l. c. 179—181).

Similes licentiae paene poëticae comparent apud *Daurignac:* Urbis senatus erat „presque entièrement luthérien“; Canisius „suivant son usage“, „alla demander un asile à côté des pauvres de Jésus-Christ et n'eut d'autre demeure que l'hôpital“; „l'université lui députa un de ses membres pour lui exprimer le désir de l'entendre“ etc. (l. c. 273—274).

Haec certe absunt ab historica illa fide et pia sobrietate, qua noviomagenses hasce Canisii res tractarunt *Raderus* (l. c.), *Sacchinus* (l. c.), *Nieremberg* (l. c. [supra p. 178] f. 318^{a}—319^{a}), *Fuligatti* (l. c. [supra p. 118] 102), *Reiffenberg* (l. c. 115—116), *Riess* (l. c. 348—349).

Stat tamen et Canisio manet meritum epularum tum coelestium tum terrestrium propinquis et pauperibus, raro pietatis et caritatis exemplo, in valetudinario illo provisarum. Quodsi rei gestae locum quaeras, te monet R. P. *G. A. Meijer* O. Pr.: „Bij de vrij onbeduidende vraag, in welk gasthuis de Z. Canisius verbleef, komt waarschijnlijk het Sint-Nicolaas-gasthuis (in Charters ook het Armengasthuis genoemd) het meest in aanmerking" (Dominikaner Klooster 75[1]). Valetudinario illi sua erat ecclesia, eaque Sancto Nicolao sacra. Quo a. 1592 sublato, ecclesia a. 1670 Lutheranorum usui permissa est (*Meijer*, Nijmegen I 94—95).

745 sive **germ. l. (20).** A 4. ad 8. Decembris 1565.

Ex apographo, eoque eodem fere tempore in Societatis collegio coloniensi scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 83[a]. Ex eodem apographo hanc litterarum partem paene integram posuit *Hansen* l. c. 519—520. Epistula usus est *Sacchinus*, Can. 223.

Canisius Noviomago Coloniam rediens a Grosbecio et a canonicis xantensibus excipitur, die S. Nicolai contionatur, Colonia statim in Westphaliam versus abit. Clerus indoctus et inhonestus.

P. Henricus Dionysius S. J., Canisio Colonia Noviomagum excurrenti a Sociis coloniensibus comes adiunctus, in litteris Colonia 11. Decembris 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam, Societatis praepositum generalem, missis, postquam res Noviomagi a Canisio gestas narravit, haec addit: Dum vero institueremus iter Coloniam versus, et paululum progressi essemus, frater Reuerendissimi Leodiensis vir in fide syncerissimus, admodum humaniter nos hospicio excepit[1].

Venimus deinde in zantis, vbi canonici, absoluto vtriusque nostrum sacro prandio nos dignati sunt[2], vrseruntque P. Canisium vt postero die (qui erat .D. Nicolao sacer) concionem ad populum habere non grauaretur . sed propter Colonienses nostri aduentus desiderio flagrantes, non poterat ipsorum votis et petitioni gerere morem.

Caeterum cum in festo S. Nicolai ad aliam appulissemus ciuitatem, idque pastori exploratum esset non destitit patrem importunius sollicitare, donec ad concionandum animum expugnaret[3].

finito vero sacro et concione, properabamus recta Coloniam, quo pridie conceptionis B. Mariae deuenimus[4] . non sine omnium fratrum singulari laetitia et beneuolentia qua nos exceperunt.

Sed quia pater comperiebat nondum allata esse ex vrbe scripta, quibus senatum Coloniensem compellare, et salutare debebat, ne res

---

[1] Episcopus leodiensis erat Gerardus a Groesbeck (Groisbeck, Groosbeek). Quare existimo, Canisium cum Dionysio Noviomago castrum grosbecanum (Groesbeeck, nunc pagus provinciae geldricae regni neerlandici) petisse, quod eo tempore Segerus a Groesbeck, Gerardi frater, tenebat; quem a. 1571, cum pro Philippo II. militaret, prope Harlemium in castris exstinctum esse tradunt (*A. Fahne*, Geschichte der Kölnischen, Jülichschen und Bergischen Geschlechter I, Köln und Bonn 1848, 119; II, Köln und Bonn 1853, 50).

[2] Xanti (Xanten) in clarissima illa et pulcherrima ecclesia S. Victoris P. Theodoricus Canisius, Petrii Canisii frater, antequam Societatem Iesu ingressus esset, canonicatum habuerat; ibidem a. 1565 Gerardus Busaeus, unus ex Canisii cognatis, canonicus erat (*Can.* I 290[3] 544[3] et supra p. 658).

[3] Dies S. Nicolai (6. Decembris) ea aetate multis locis „festus de praecepto" erat.

[4] Die 7. Decembris.

imperfecte transigeretur, et non pro negotij dignitate, arbitratus est, opere pretium esse, vt sese paulisper (donec scripta allata esse cognosceret) ab aspectu multorum subduceret. Postero igitur die ad Ducem Julie[1] et Episcopos Wesphalie profectus est, felicem rerum successum et euentum auide expectamus.

Comperimus non obscure, magnam in hisce ciuitatibus et regionibus, paratam esse messem, et incredibile[a] affulgere animarum lucrum, si nonnulli messores et operarij accommodi huc extrusi essent[2]. Sed pro dolor, tam oscitanter[b] et incircumspecte omnia transiguntur per indoctos, aut inhonestae vitae ecclesiasticos viros, vt innumerae videantur de aeterna foelicitate periclitari animae . quibus sane non mediocre alioquin a Societate nostra ad salutem possit adferri praesidium, si ad hanc excolendam vineam (quae a vulpeculis[3] quotidie magis ac magis diripitur) quosdam praesertim R. P. Canisium pateretur extrudi R. P. T. cuius prudentiae et propenso quosuis iuuandi animo hoc quicquid est negotij examinandum diiudicandumque humiliter committimus.

Vestram interim R. Diuina bonitas quam diutissime seruet incolumem cum omnibus patribus et fratribus quorum sacrificijs et orationibus commendati esse obnixe desideramus.

Coloniae agrippinae 11 Decembris Anno 1565.

R. P. T.

Henricus dionysius indignus filius.

Xanti a. 1906 R. D. *Hacks* ecclesiae S. Victoris parochus in archivo capitulari diligenter quaesivit, num quid notatum esset de Canisio et Dionysio a capitulo exceptis; neque tamen vel in rationibus cellariae ad a. 1565 pertinentibus, vel in rationibus bursariae vel in aliis codicibus quidquam inventum est.

Sacchinus: „[Canisio Nouiomago] reuertenti Coloniam, ex itinere etiam contionandum fuit. Saepe enim vix equo descenderat, cum suggestum inscendere cogebatur, nec ante corpusculo suo terrae panem inueniebat, quam panem caeli hospitum populorum animis ipse fregisset" (Can. 223). Ubi verba „Saepe enim" etc. non hunc Canisii reditum, sed universam, qua ille utebatur, peregrinandi rationem spectant; Sacchinus enim ex Dionysii litteris, quas ei scribenti praesto fuisse ex ipsius verbis patet, intellexerat, hoc in reditu Canisium semel, certe non saepe contionatum esse. *Reiffenberg* vero Sacchini verbis perperam intellectis: Canisio Noviomago, inquit, „Coloniam viam relegenti ex itinere saepe extemporanea habenda fuit concio; ut non raro ex equo in cathedram ascenderet" (l. c. 116).

746 sive **germ. l. (21).** 12. Decembris 1565.

Ex apographo eiusd. temp. Cod. „Germ. 65" f. 49. Particulam huius litterarum capitis germanice posui in „*Stimmen*" etc. LXXI 318—319.

S. Franciscus Borgias monet, ut Canisius legatione a Pio IV. ipsi commissa, ubi huius mortem compererit, desistat.

a) incredibilem *ap.* b) ossitanter *ap.*

---

[1] Guilielmum; v. supra p. 157 170.

[2] Cf. Mt 9, 37 38; Lc 10, 2; Io 4, 35—38 etc.

[3] Cf. Ct 2, 15.

Pio IV. Romae 9. Decembris 1565 vita functo, S. Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis Roma 12. Decembris 1565 Moguntiam ad P. Antonium Vinck S. J. provinciae rhenanae praepositum litteras misit, quibus eum haec, praeter alia, monebat: Già il Padre Canisio sara come pensiamo passato di là, et fatto l' officio conli Reuerendissimi Arciuescoui, benche conla morte de sua Santitá conuerrá lassi l' officio commesso, doue lo pigliera tal noua.

Canisius in Brevibus sive litteris credentialibus, quas Roma secum attulit, non „noster et Apostolicae Sedis nuntius“ vocatur, sed tantum dicitur Pii IV. fungi legatione, eaque tantum ad certas quasdam causas et negotia spectante. Quare Pii IV. morte eius legationem terminari necesse erat. Atque etiam ad ipsos ordinarios, quos vocamus, nuntios eius temporis aliqua ratione id pertinere videtur, quod de tempore paulo superiore affirmat *Ant. Pieper:* „Gleich anfangs finden wir die Anschauung, daß mit dem Tode des Papstes auch die Sendung des Nuntius ihr Ende erreicht“ (Zur Entstehungsgeschichte der ständigen Nuntiaturen, Freiburg i. Br. 1894, 7).

Canisius de Pii IV. morte primum cognovisse videtur, cum initio m. Ianuarii 1566 ad Guilielmum Cliviae ducem venisset; v. infra mon. 748.

747 sive germ. l. (22). Exeunte anno 1565.

Num Canisius Osnaburgi in ecclesia cathedrali aliove templo contionatus sit. Num Osnaburgi cum protestantium ministris disputaverit.

Canisium exeunte a. 1565 Osnaburgi contionatum esse traditur passim a scriptoribus recentibus, neque ab iis tantum, qui, ampliora quaedam argumenta complexi, singula haud ita accurate ipsi perscrutari potuerunt (ut a *Kampschulte* l. c. [supra p. 151] 250 et *Janssen* l. c. IV$^{15-16}$ 416 et *L. v. Hammerstein* S. J., Charakterbilder aus dem Leben der Kirche I^{3}, Trier 1903, 59), sed etiam ab iis, qui singulariter vel res osnaburgenses, vel Canisii vitam librosque describunt; ut ab *Jul. Jaeger,* Die Schola Carolina Osnabrugensis, Osnabrück 1904, 51; ab *Al. Wurm,* Osnabrück. Seine Geschichte, seine Bau- und Kunstdenkmäler, Osnabrück 1901, 27; in „*Kirchliches Amtsblatt* für die Diözese Osnabrück u. die Nordischen Missionen Deutschlands“, 12. Jahrg., Osnabrück 1897, 158; ab *Henr. Iber,* Geschichte des Gymnasium Carolinum zu Osnabrück I (Programm des Königlichen Gymnasium Carolinum), Osnabrück 1889, 11; ab *I. M. S. Daurignac,* Histoire du Bienheureux Pierre Canisius, Paris 1866, 276—277; a *V. Alet* S. J., Le Bienheureux Canisius, Paris 1865, 209; a *Flor. Riess* S. J., Der selige Petrus Canisius, Freiburg i. Br. 1865, 349; a *Ram. Garcia* S. J., Vida del Beato Pedro Canisio, Madrid 1865, 243—244; ab *Eug. Séguin* S. J., Vie du Bienheureux Pierre Canisius, Paris 1864, 181; ab *Ios. Boero* S. J., Vita del Beato Pietro Canisio, Roma 1864, 287. Idem *ego* quoque compluribus locis dixi, ut in „Theologisch-praktische Quartal-Schrift“ 50. Jahrg., Linz 1897, 521; „Stimmen aus Maria-Laach“ LII, Freiburg i. Br. 1897, 6; „Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius“, Freiburg i. Br. 1893, 81; et ibidem cum Janssen, Jaeger, Kampschulte, Riess affirmavi Canisium Osnaburgi in ipso templo cathedrali sacrum suggestum ascendisse.

Similiter haud multo ante *Carolus Stüve* scripserat: Es „kam 1564 [sic] Canisius . . . nach Osnabrück, verhandelte mit Johann [von Hoya] und predigte mehrmals im Dome“ (Geschichte des Hochstifts Osnabrück II, Jena 1872, 201).

Inquirentibus iam, num etiam antiquiores hoc Canisii factum testati sint, occurrit *Ioannes Everardus Stüve,* urbis osnaburgensis syndicus, scribens: „Der Jesuit Peter Canisius . . . kam im Jahr 1565 auch nach Osnabrück und predigte mit vielen Beyfall im Dom“ (Beschreibung und Geschichte des Hochstifts und Fürstenthums Osnabrück, Osnabrück 1789, 323). Ac paulo ante *Joannes Itelius Sandhoff*

osnaburgensis haec de Canisio a. 1565 per Pium IV. ad Germaniae principes legato narraverat: „Mandatis Paderbornae exhaustis, Osnabrugum se contulit, ubi a Joanne Antistite non solum benevole auditus est; sed etiam diebus aliquot in Templi majoris Cathedra, tanto cum plausu et commendatione, ad populum de rebus fidei dixit, ut, viso hoc viro celeberrimo, ipse Episcopus et boni omnes optarint, in hac urbe, fidei novitatibus dedita, Collegium Societatis Jesu institui" (Antistitum Osnabrugensis Ecclesiae Res gestae II, Monasterii Westphaliae 1785, 102—103). Ea autem Sandhoff mutuatus est (factum ipse non prodit) a *Michaele Strunck* S. J. (1677—1736) paderbornensi; is enim de Canisii legatione haec, praeter alia, refert: „Paderbornae Rembertum Episcopum ad omnia Pontificis postulata prorsus obsequentem reperit. . . . Osnabrugi apud Episcopum Joannem de Hoja non solum benevole auditus est; sed etiam diebus aliquot in Ecclesiae majoris cathedram productus. Ubi tanto cum plausu et approbatione de rebus Fidei ad plebem dixit, ut et ipse Episcopus et cum eo boni omnes exoptarent, in hac urbe, Lutheranis erroribus dedita, collegium Societatis construi" (Annalium Paderbornensium Pars III, Opus posthumum, Paderbornae 1741, 374).

Ut ad antiquiores vitae canisianae scriptores descendam, *Longarus degli Oddi* S. J.: „Jl Vescovo di Osnabruch . . . il volle appresso di se per due Settimane intiere. . . . Nel quale spazio di tempo, comecchè breve, non lasciò il sant' Uomo d' impiegarsi in servizio della Città e con Prediche pubbliche, e con privati ragionamenti" etc. (Vita del Venerabil Servo di Dio il Padre Pietro Canisio, In Napoli 1755, 177). Et *Petrus Python* S. J.: „Cum Osnabrugi versaretur, . . . frequenter etiam ad Populum verba fecit, cumque Festis Natalitiis diceret", etc. „Episcopum Societati ita conciliavit, ut de erigendo societati, in urbe sua Episcopali, Collegio cogitationem susciperet . . . Osnabrugi quindecim dies versatus Coloniam venit" (Vita R. P. Petri Canisii, Monachii 1710, 219—220). Et *Ioannes Dorigny* S. J.: „Dans la ville d'Osnabruck . . . il prêcha souvent, principalement pendant les Fêtes de Noël. . . . Les grandes vertus de cet homme Apostolique donnerent à l' Evêque beaucoup d' affection pour toute sa Compagnie; il songea même à luy fonder un College dans sa Ville Episcopale" (La Vie du Reverend Pere Pierre Canisius, A Paris 1707, 253—254).

Maioris momenti esse videntur, quae *Maurus Rost* (1633—1706), monasterii Benedictinorum iburgensis, prope Osnaburgum siti, a. 1666—1706 abbas, in „Annalibus monasterii S. Clementis in Iburg" de Ioanne ab Hoya episcopo osnaburgensi in a. 1565 refert: „Sicut praecedentibus annis, sic et hoc maxime pro restauranda religione episcopus noster laborabat, conquisitos undique doctissimos et zelosissimos viros eosque maturos cathedris praeficiebat, beneficiis honorabat. Inter caeteros etiam Petrum Canisium e societate Jesu accivit, qui publicis concionibus in aede cathedrali devios revocare conaretur" (Osnabrücker Geschichtsquellen. Band III. Annales monasterii S. Clementis in Iburg collectore Mauro abbate. Die Iburger Klosterannalen des Abts Maurus Rost. Im Auftrage des Historischen Vereins herausgegeben von Oberlehrer a. D. Dr. C. Stüve, Osnabrück 1895, 81).

Exstat praeterea Osnaburgi in archivo regni borussici* Commentarius quidam, „*Chronica,* Species Facti" inscriptus, in quo affirmatur: „Anno 1562 *[sic!]* hat der berühmte P. Petrus Canisius eine gute Zeit zu Osnabrück im Thumb gepredigt" (Fasc. „Acta betr. die beabsichtigte Vertreibung der Jesuiten aus d. St. Osnabrück 1717—1726" f. 423); at commentarius ille saeculo compositus est XVIII. neque, quo auctore illa dicta sint, in eo significatur [1].

Memoratu dignum esse dixeris etiam P. *Henricum Turckium* (Turck, Türk) S. J., qui a. 1669, 60 annos natus, in collegio treverensi, ubi philosophiam et theologiam docuerat, vita cessit (*Sommervogel,* Bibl. VIII 273—274): Is in *„Annalibus Provinciae Rheni inferioris" Societatis Jesu eleganti latinitate conscriptis, quos 6 voluminibus in folio usque ad a. 1650 perduxit (*W. Richter,* Geschichte der Paderborner Jesuiten I, Paderborn 1892, xiii), de Canisio narrat: „Osnabrugensem Antistitem

---

[1] Haec Osnaburgo ex archivo regio humanissime mecum communicata sunt.

Ioannem ab Hoya convenit . apud eum coactus est manere binas hebdomadas, eoque amplius; multaque princeps de religione conferebat . productus est illico in templo principe in sacra rostra, Dominique Natalitias ferias quotidiana dictione populo Osnabrugensi sanctiores laetioresque fecit" (ex voluminis VI. exemplo ab *Io. Everh. Hullman* sub a. 1764 „ex autographis Patris Turck" exscripto, quod exstat Paderbornae in bibliotheca theodoriana, Cod. „P. a. 109" p. 386).

Omnia igitur, quae posui, non ab hominibus Canisio aequalibus, sed a posterioribus narrantur. Quorum aliquos non posse huius rei plenam facere fidem, patet etiam ex eo, quod illos de aliis Canisii rebus haud recte sensisse constat. Nolim quidem his verbis notare Rostium, Canisium contionandi gratia Hoyae episcopi invitatu Osnaburgum venisse asserentem; nam tametsi certum est, Canisium Pii IV. mandatu concilii causa eodem venisse, fieri tamen poterat, ut simul contionum causa ab Hoya eodem arcesseretur; poterat, inquam, fieri; neque enim, unde Rostius ita factum esse acceperit, scio. Lapsi tamen sunt Turckius, Sandhoff, Strunck, cum Canisium Paderbornae fuisse dicerent; ipse Canisius contra dixit; vide supra p. 152 157. Erraverunt Python et Dorigny, cum Hoyam rebus a Canisio Osnaburgi gestis, ut Societatis collegium ibidem condere statueret, inductum esse scriberent; Hoya eam institutionem ex aliquot iam annis meditabatur; vide supra p. 155. Quaerendum est igitur: Quibus fontibus scriptores, quos dixi, sunt usi? Neque in „Relatione" quam dixi, neque in Rostii Annalibus, neque in libro Caroli Stüve huiusmodi fontes indicantur [1]. Turckius in illius capitis initio (l. c. p. 385) significat, se Sacchini Vita canisiana et eiusdem Historia Societatis usum esse; in „Historia" osnaburgenses contiones praetermittuntur; quae autem in „Vita" de iis narrantur (Can. 223), ea Turckius ad verbum, addito „templo principe", expressit.

Ioannes Everardus Stüve lectores remittit ad Hermanni Hamelmanni „Historiam renati Evangelii in urbe Osnaburga", in eius „Operibus" [genealogico-historicis, Lemgoviae a. 1711 editis] „p. 1154"; at perperam, cum neque hoc, neque alio historiae hamelmannicae loco de Canisii contionibus osnaburgensibus quidquam narretur. *Sandhoff* (cuius verbis *Riess* innititur) specie quidem „Vita Canisii apud Sachin.", re autem (ut dixi) potius libro utitur *Strunckii.* Qui se res Paderbornae et Osnaburgi a Canisio gestas ex „Vita Canis. ap. Sachin." hausisse significat. Tres denique Canisii biographi, quorum dicta supra posui, de suis quidem silent testibus; sed si quis eorum libros, et maxime horum praefationes, diligenter legerit, persuasum habebit, Oddium et Dorignium librum illum sacchinianum, Pythonem librum dorignianum adhibuisse; Boero denique in Sacchini et Dorignii, Séguin, Garcia, Alet, Daurignac in Boerii auctoritate nituntur.

Ita omnia tandem ex Sacchino exscripta sunt.

Sacchinus autem (Can. 223) haec habet: „Ad Guilielmum Iuliacensem Principem postridie quam Coloniam venerat, ire perrexit: nihil deterritus, cum quidem ingrueret bruma, siue locorum iniuriis, siue inclementia temporum. Aberat Princeps: quare ad Episcopum Osnaburgensem Pater diuertit. Apud eum summis precibus binas hebdomadas, eoque amplius coactus est moram facere cupientem de religione multa conferre. Productus est illico in sacra rostra: Dominique natalitias ferias quotidiana dictione Osnaburgensi populo sanctiores, laetioresque fecit. Collegium Societatis

---

[1] *Maurus Rost* in „Prooemio" valde breviter, quos auctores „praeter alios" et praeter „litteras et manuscripta probatasque senum memorias" ad „Annales" conscribendos adhibuerit, significat (l. c. p. 2—3); quare, unde canisianum illud factum acceperit, non liquet. Accepit, puto, ex Sacchini Vita canisiana a. 1616 Ingolstadii excusa (de qua mox plura); nam inter a. 1656 et 1662 Dilingae in Societatis Iesu disciplina aliquamdiu versatus est (l. c. p. VIII). *C. Stüve,* qui Annales typis vulgavit, haec notat: „Ein eigentliches Geschichtswerk . . . wollte Maurus nicht schreiben und als eigentlichen Geschichtsschreiber sieht er sich nicht an. Auf diesen Standpunkt müssen wir uns bei der Lektüre von vornherein stellen. Er hatte bei seinem Buche vorzugsweise den practischen Gebrauch im Auge" (l. c. p. XIII).

optabat Episcopus. Sed cum praecipua quaeque per Lutheranos gererentur, planeque perturbata iaceret religio, haud suppetebat facultas, vnde pia vota producerentur ad exitum."

Haec unde translata sint, hoc quidem loco a Sacchino non significatur; sed in libri praefatione *Sacchinus* lectorem monet: „Pleraque rerum ex ipsis petita sunt literis in re praesenti scriptis, quarum penes nos ferme autographa, aut exempla extant. Plurimae earum ipsius manu Canisij scriptae sunt" (l. c. 5). Quodsi Sacchini relationem, quam modo posui, cum Canisii litteris 29. Decembris 1565 ad Borgiam datis contuleris (v. supra p. 157), ex his illam petitam esse facile intelleges; simul autem cognosces Sacchinum, quod ad contionum canisianarum locum attinet, Canisii verba perperam esse interpretatum: Canisius Osnaburgum quidem vidit, natalitiis vero Domini feriis non in urbe osnaburgensi contionatus est, sed in oppido furstenaviensi, ubi per 12 et plures dies cum episcopo osnaburgensi in ipsius „aula" et „castro" versabatur; haec Canisii epistulis 28. Decembris 1565 ad Kesselium et 27. Ianuarii 1566 ad Borgiam datis confirmantur; v. supra p. 154 168—169. Neque Canisius se Osnaburgi suggestum ascendisse memorat vel in epistula, quam 29. Decembris 1565, ab episcopo osnaburgensi discessurus et „recta" principem Juliacensem „petiturus" ad Borgiam dedit, vel in ea, qua 27. Ianuarii 1566 iterum de rebus episcopatus osnaburgensis ad eundem rettulit, vel in ulla alia, quam equidem norim.

In errorem inductus est Sacchinus, puto, verbis epistulae Canisii ascriptis: „Ex Castro Furstenhaw prope Osnaburgum" (supra p. 158): Existimasse videtur, castrum illud Osnaburgo omnino proximum et urbi fere imminens fuisse; at licet ei, qui Romae degens Germaniae regiones inspiciat, ita videri possit, reapse tamen Canisium, si Furstenavia Osnaburgum equi vehi vellet, dimidium diem vel etiam plus temporis ea peregrinatione insumere necesse erat; Furstenavia enim Osnaburgo 30—40 kilometris distat.

Dixeris fortasse: Canisius planis quidem verbis de contionibus Osnaburgi habitis non loquitur; eas tamen obscure significat, cum Furstenavia 29. Decembris 1565 Borgiae scribit: „Praeterquam quod concionibus hic operam dedi, sum etiam iam sexies concionatus" (v. supra p. 157). Atque per se ipsum hoc verisimile est, Jodocum Redeckerum cathedralis ecclesiae osnaburgensis parochum, cum confessionis faciendae causa ad Canisium accessisset (v. supra p. 154), eundem etiam ad contionem in ecclesia sua habendam invitasse. Respondeo primum de sex illis contionibus quas, praeter furstenavienses, Canisius „in his Germanicis peregrinationibus" (supra p. 157) a se habitas esse dicit: Constat habitas esse duas Noviomagi in templo S. Stephani, unam ibidem in xenodochio, unam ibidem in gymnasio, unam in parochia quadam inter Xantum et Coloniam sita (vide supra p. 656 659 666); praeterea probabile est Canisium etiam Moguntiae (ut Noviomagi fecerat et Coloniae paulo post facturus erat) ad litterarum studiosos latine dixisse; fieri etiam facile poterat, ut die 18. Novembris 1565, quae dominica erat, cum in arce Ehrenbreitstein apud Ioannem archiepiscopum treverensem degeret, ab eodem ad contionandum invitaretur; cf. supra p. 134. Deinde hoc noto: Haud ita facile erat, Canisium Osnaburgi contionari; nam, ut ipse testatur, pauci illic exstabant catholici; omnia per Lutheranos gerebantur; hi — id quod paulo infra ostendetur — sat erant turbulenti, et Canisius protestantibus exosus erat. Quare hic, si in tantis difficultatibus suggestum cathedralis ecclesiae osnaburgensis ascendisset, perspicuis verbis vel in litteris, quas modo dixi, vel in proximis factum rettulisset, neque, qui Canisii epistulas transcripserunt, eum locum omisissent.

Ita etiam P. *Matthaeus Raderus* S. J. in illa *Vitae canisianae obumbratione, a. 1611 Augustae composita, quae manu scripta nunc Romae in bibliotheca nationali asservatur, 20 quidem urbes recenset, in quibus Canisius contionatus sit, Osnaburgum vero non memorat („De Vita Petri Canisii". MSS. Gesuit. Cod. 1355 p. 44).

Dorigny haec quoque de osnaburgensibus Canisii rebus protulit: „Ce fut particulierement dans la ville d'Osnabruck, où il eut sujet d'admirer la moderation que les Ministres Protestans firent paroître à son égard: il eut avec eux plusieurs

Conferences sur les matieres de la Religion, à la priere de l'Evêque" (l. c. 253). Ac *Python* (secutus, puto, Dorignium, ut solebat): „Cum Osnabrugi versaretur, volente Episcopo, saepius, cum Haereticorum Magistris et Praeconibus, in arenam descendit iique non impotenter, pro more caeterorum, sed moderate, in omni congressu, sese habuerunt" (l. c. 219—220). Et ex Pythone *Riess:* „Auch mit den lutherischen Predigern, die sich hier durch bescheidenes Wesen hervorthaten, hielt er einige Conferenzen" (l. c. 349).

Canisius sane non solum in itineribus, sed etiam in aulis principum, atque eorum quoque, qui simul episcopi erant, in protestantes saepe incidebat; ne ex osnaburgensis quidem episcopi aula consiliarios protestantes abfuisse satis certum est, praesertim cum Franciscum a Waldeck, qui Hoyam in episcopatu antecesserat, protestantismo favisse constet[1]. Quare ad hos quoque pertinere facile dixeris ea, quae a Canisio Furstenavia 29. Decembris 1565 scripta nunc primum (nisi fallor) vulgavi: Hae Germanicae peregrinationes „cum haereticis quotidianos congressus adferunt" (v. supra p. 157), et quae ab eodem Canisio 28. Ianuarii 1566 Moguntiae de universa illa legatione et peregrinatione notata primum posuit *Sacchinus* (l. c. 227): „Deus . . . amicos subinde fauentes dedit, ut etiam sectarij nos non grauatim audirent, cum rationem fidei Catholicae redderemus" (v. supra p. 181). Notandum tamen, Canisium de „haereticis" et „sectariis", non de haereticorum „ministris" vel „praeconibus" loqui. Quem Osnaburgi sive cum praeconibus protestantibus congressum sive eorum modestiam ulla ratione expertum esse, neque a primis Canisii biographis, neque ab ullo ex historicis osnaburgensibus testatum reperio; hoc vero Osnaburgenses, etiam qui protestantismum sequuntur, produnt: In illorum ministrorum numero homines ad rixam valde promptos fuisse (*Hamelmannus* l. c. 1150 ad 1164. *Jo. Eb. Stüve* l. c. 323—324. [*C. Stüve,*] Geschichte der Stadt Osnabrück III, Osnabrück 1826, 61—70).

Neque magis probari possunt, quae *Boero* narrat de publica disputatione Osnaburgi inter Canisium et protestantes habita: „Alcuni dei più audaci non ebbero ritegno di sfidarlo a pubblica disputa: ma tristo il guadagno che fecero, tornandone con le corna abbassate, confusi e vergognati" (Can. 287). Eadem narrat *Garcia* (l. c. 244). Etiam magis poëtice *Daurignac:* Il „réduit ses adversaires à prendre la fuite pour se soustraire à la honte qui les écrase" (l. c. 277). Similiter (paulo tamen moderatius) *Séguin:* „Un défi porté par un hérétique lui fournit l'occasion d'un triomphe et les novateurs en reçurent une nouvelle confusion" (l. c. 181). Quae iisdem paene verbis repetuntur ab *Alet* (l. c. 209).

748 sive **germ. l. (23).** Initio m. Ianuarii a. 1566.

Ex libro „*Hermanni Hamelmanni,* S. S. Theol. Licent. et dum viveret Superint. Oldenburgici, Opera genealogico-historica de Westphalia et Saxonia inferiori, . . in unum volumen congesta ab *Ernesto Casim. Wasserbach*", Lemgoviae 1711, 1010.

Hamelmannum narrare: Guilielmum Iuliaci et Cliviae ducem optasse, ut „scelestus" ille Canisius reliquique Iesuitae „Rheno immergerentur". Quae fides adhiberi possit iis, quae idem Hamelmannus refert de litteris pontificiis per Canisium Guilielmo allatis, de oratione a Canisio habita, de ducis responso.

Hermannus Hamelmann (1525—1595) osnaburgensis, protestantium minister (ab a. 1558 ad 1568 Lemgoviae — „Lemgo", principatus

[1] *Hermannus Hamelmannus* osnaburgensis, protestantium bileveldensium contionator, Bileveldia 13. Martii 1555 Hartmanno Beyer et Mathiae Ritter, protestantium francofurtensium ministris, scripsit: Ioannes ab Hoya episcopus „Osnabrugensis . . . videtur . . . favere Evangelio [= Protestantismo], quia Evangelicos consiliarios habet". Epistulam posuit *Jo. Georg. Leuckfeld* in „Historia Hamelmanni", Quedlinburg und Aschersleben 1720, 28—31.

„Lippe" in Westphalia siti oppidum — parochum agebat), haud multo post a. 1566 in „Continuatione Historiae Ecclesiasticae renati Evangelii" (primum Lemgoviae a. 1705 excusa) de Guilielmo IV. Cliviae, Juliaci, Montium duce et principe haec narravit: Ut autem certum sit Principem non favere papatui, recitabo historiam lectu dignam: Cum audivisset Princeps Pium IV. Papam mortuum jam senem, ex turpi concubitu, dixerat ad convivas: Bona nova, Papa Romanus etiam mortuus est, et hunc sua sanctitas et opera liberare non potuere a morte. Mox paucis post diebus venit ad Principem Petrus Canisius offerens diploma Pontificis Romani Pii 4. Hic dixerat Dux : quid hic scelestus vult, optarem illum ut patrem Jesuitarum et reliquos omnes Jesuitas Rheno immersos. Exhibito diplomate admonetur Princeps, ut constans in veteri religione permaneret, decreta Concilii Tridentini susciperet et per Canisium confirmari et stabiliri curaret in suis Ecclesiis: Atque si qui contrarium sentirent, ut eos cum Canisio in disputationem committeret. Princeps respondit per Cancellarium Barsaeum[1]. Etsi mortuus sit Papa, et nunc illud propterea diploma sit invalidum, tamen [se][a] auditurum Canisium pro sua pietate et clementia, si velit Germanice loqui. Is mox petiit, id sibi licere[b] [?] Latine perficere. Quod fecit Princeps. In longa illa oratione hoc unum egit, ut is et in suis regionibus exequeretur Concilii Tridentini Decreta, et juvaret Papam opere et auxilio suo, ut per totam Germaniam executio fieret, decere quoque Principem susceptam et permissam passim in Ecclesiis utramque speciem pro laicis abolere, et deinde dignetur in avita religione manere, ut laudem cum majoribus et patre suo apud Catholicos et sedem Romanam habeat. Hic respondet Princeps per praedictum Cancellarium: De utraque specie hoc sibi constare, illam esse a CHRISTO praeceptam et mandatam, ideo seipsum [eam][c] testari suo exemplo veram[2]. Quod ad avitam religionem attinet, se quidem curaturum promittit, ut simili laude et aequitate quantum possit fieri suis praeluceat, et majorum vestigia ingrediatur. Quod vero de executione concilii dicat, ad illud se nihil modo respondere posse. Sed jam in futuris Comitiis deliberatum iri a proceribus Imperii de ea re. Ideo quicquid communi deliberatione ibi statuatur, se quoque facturum, ideo etiam sibi non integrum esse novas instituere et ferre disputationes.

a) *Hoc v. aut hic aut post* auditurum *inserendum esse res ipsa ostendit. Lemgoviensem typographum negligentius egisse etiam Cornelius notat (Geschichtsquellen [v. infra p. 674] II XXIX[1]).* b) *Sic; ponendum fuisse videtur* id sibi liceret *vel* ut id sibi liceret. c) *Hoc v. aut hic aut post* testari *videtur esse supplendum; v. supra adn. a.*

[1] Henricus Bars (Barsaeus), quem „Olisleger" (Olearium) vocare solebant, cancellarius cliviensis, in rebus religionis erasmianus fuisse sive media fere inter catholicos et protestantes via incessisse traditur (*Lossen,* Köln. Krieg, Vorg. 13. *Keller* l. c. [supra p. 148] I 7 12).

[2] Guilielmus dux ex compluribus annis (ab anno 1558 vel etiam ante) sacram eucharistiam sub utraque specie sumebat (*Lossen* l. c. 262[2]).

Ita quidem Hamelmannus. At is valde dubius est testis. Hamelmannus, cum sacerdotium suscepisset, ad protestantium castra transiit et bis uxorem duxit; homo litigiosus, cuius calamus ne ipsis quidem protestantium ministris (ut Alberto Hardenbergio et Christophoro Pezelio), cum ab ipso dissentiebant, parcebat (*Leuckfeld,* Historia Hamelmanni [cf. supra p. 672[1]] 122—123). Praeterea constat, eum in historiis scribendis admodum credulum, parum criticum fuisse: *C. A. Cornelius* de illa „Historiae ecclesiasticae de renato Evangelio" parte, qua de Anabaptistis monasteriensibus agitur: „Hamelmann ist ein historischer Sammler, und besitzt weder Forschungstrieb noch Fähigkeit genug, um Begebenheiten und Zustände in ihrem Zusammenhang aufzufassen. Er arbeitet flüchtig . . . Auch fehlt es ihm so ganz an aller Kritik" (Die Geschichtsquellen des Bisthums Münster II, Münster 1853, xxxiv). Item *Franz X. von Wegele* de tota illa Hamelmanni „Historia ecclesiastica renati Evangelii per Westfaliam": „Die Brauchbarkeit und Glaubwürdigkeit dieser seiner Aufzeichnungen leidet öfters durch seine Kritiklosigkeit, Flüchtigkeit und durch die trübende Einwirkung seines überspannten Lutherthums" (Geschichte der deutschen Historiographie seit dem Auftreten des Humanismus, München und Leipzig 1885, 419). Et *Henricus Detmer,* qui novae editionis operum hamelmannicorum primum fasciculum curavit, paulo quidem pluris ea facere videtur; attamen concedit, complura in iis errata („manche Irrtümer") comparere, neque diffitetur, Hamelmannum, cum de rebus religionis ageretur, cupidius nonnunquam scripsisse („nicht immer frei von Leidenschaft geblieben"); *Carolus Hosius* autem, qui secundum fasciculum vulgavit, historicum illum fontem vitio non vacare („nicht einwandfrei") fatetur (Veröffentlichungen der Historischen Kommission für Westfalen. Hermann Hamelmanns Geschichtliche Werke. Kritisch neu herausgegeben von Dr Heinrich Detmer. Band I, Heft 1, Münster i. W. 1902, „Zur Einführung"; Heft 2, Münster i. W. 1905, v).

Maxime Hamelmanno diffidendum est, cum is de romano pontifice vel de Iesuitis scribit. Exemplo potest esse ipse, quem posui, locus: Pio IV. notam inurit mortis „ex turpi concubitu" contractae; insignis sane calumnia, quam repetere nunc nemo ausit. Facta denique quaedam eaque optime testata — singillatim a me paulo infra (mon. 749) proferentur — prohibent, ne, quae Hamelmannus de hoc Canisii cum duce congressu scribit, credantur.

Dubium esse non potest, quin Canisius Guilielmo duci litteras Pii IV. tradere iussus sit, easque illis similes, quas pontifex ad episcopos monasteriensem, paderbornensem, alios dedit (supra p. 149 152 640—646); authenticum quoque decretorum tridentinorum exemplum duci destinatum est. Quod autem Hamelmannus scribit, ducem litteris illis admonitum esse, ut ea decreta „per Canisium confirmari et stabiliri curaret in suis Ecclesiis: Atque si qui contrarium sentirent, ut eos cum Canisio in disputationem committeret": Neutrum mihi persuadere possum; nam ad illud efficiendum aliquot mensibus opus erat; Canisium vero ad suos redire et comitiis imperii interesse oportebat; disputando autem apud haereticos nihil effici rerum experientia multiplex et curiam romanam et Canisium docuerat; quamquam si pro „disputatione" posueris „institutionem" vel „instructionem", id a pontifice dici potuisse concesserim.

Atque hae quidem litterae morte Pii IV. fere irritae factae erant; fieri tamen poterat, ut a Canisio, si non duci, saltem ipsius traderentur cancellario quasi privatim legendae. Neque credi potest, Canisium sollemni illa ad ducem oratione petivisse, ut communio utriusque speciei prorsus aboleretur. Nam Pius IV. aliquot mensibus ante archiepiscopis episcopisque coloniensi, treverensi, varmiensi, aliis potestatem fecerat sacri calicis certis cum condicionibus concedendi (v. *Can.* IV 575); petierit igitur Canisius a duce, ut videret, ne utraque species aliter ministraretur quam iis condicionibus servatis. Itaque etiam valde incertum est, num Guilielmus de utraque specie, de comitiis imperii, de disputationibus ita responderit, ut historicus ille eum respondisse asserit; Hamelmannus sane, ut ipse fassus est (v. supra p. 673) in ea narratione id spectabat, „ut certum esset Principem non favere papatui".

Quod autem ad comitia attinet, *Canisius* ipse Moguntia 27. Ianuarii 1566 ad Borgiam de duce rettulit: „Promisit se uenturum Augustam et promoturum caussam Religionis, quatenus Dei verbo sit consentaneum etc." (v. supra p. 170).

Ceterum quid a Canisio effectum sit, paulo infra inquiretur. Unum addo: Quod Hamelmannus de Canisio reliquisque Jesuitis „Rheno immergendis" scribit: equidem haud ita difficulter admiserim, haec vel similia verba ex ducis ore excidere potuisse. Noverat enim Guilielmus, catechismum ab Ioanne Monhemio gymnasii sui dusseldorpiani rectore compositum per Socios colonienses a. 1560 gravi illa „Censura Coloniensi" ut haereticum notatum esse (*Can.* II 721—722), atque existimabat, eam Censuram aliquamdiu impedimento fuisse, quominus „studium generale" Duisburgi a se incohatum pontificia auctoritate confirmaretur (*M. Lossen,* Briefe von Andreas Masius und seinen Freunden, Leipzig 1886, 343—344). Georgius quoque Cassander, qui apud ducem in rebus religionis plurimum valebat et ab ipso primus universitati duisburgensi destinatus erat rector, animo erat a Iesuitis alieno (*Ennen* l. c. IV 730). Quorum opera effectum esse ferebant, ut Cassandri libri in tridentino illo „Indice" librorum prohibitorum ponerentur (*Illustrium et clarorum Virorum* epistolae selectiores, Lugduni Batavorum 1617, 265—266).

749 sive **germ. l. (24).** Initio m. Ianuarii a. 1566.

Ubi quando Canisius Guilielmum Juliaci et Cliviae ducem adierit. Quid apud eum effecisse videatur.

Canisius Furstenavia 29. Decembris 1565 S. Francisco Borgiae scripsit: „Non sinam hoc loco me diutius retineri. Recta petam, si dominus voluerit, Principem Juliacensem, iam antea mihi frustra quaesitum; ab eo mox Coloniam rediturus" (v. supra p. 157). Ac primum quidem, puto, Canisius Guilielmum IV. Cliviae et Iuliaci ducem quaesivit Cliviae (Cleve) ac fortasse etiam Iuliaci (Jülich) et Hambaci (Hambach) exeunte m. Novembri et ineunte Decembri anni 1565, cum Colonia Noviomagum excurreret (v. supra p. 659); constat enim eum Noviomago Coloniam redisse per Xantum (v. supra p. 666); Clivia autem, in quo oppido Guilielmum saepe fuisse compertum est (*Albr. Wolters,* Konrad von Heresbach und der Clevische Hof seiner Zeit, Elberfeld 1867. 135), Noviomago et Xanto interiacet. Die 7. Decembris Canisius Coloniam rediit; atque „altera die", inquit P. *Kessel* collegii illius rector, „profectus est ad Ducem Iuliae et ad reliquos principes, ad quos cum literis Apostolicis missus erat". Item P. *Henricus Dionysius* S. J.: „Postero die ad Ducem Julie et Episcopos Wesphalie profectus est" (v. supra p. 667). Et P. *Theodoricus Canisius* Germaniae superioris viceprovincialis Dilinga 24. Ianuarii 1566 Borgiae *scripsit: „De Patre Canisio hoc solum intelleximus, quod 8 Decembris Coloniae fuerit, inde ad Ducem Juliacensem et postea in Westphaliam profecturus" (ex autogr.; Cod. „G. Ep. VII" f. 217[a]). Ex quibus verbis collegeris, Canisium primum Dusseldorpium (Düsseldorf), in qua urbe duces illi multum versabantur, deinde in Westphaliam ivisse. Inde autem rediens Guilielmum, nisi vehementer fallor, Dusseldorpii iterum quaesivit ac tandem repperit. Hoc certum est: Guilielmus dux 23. Ianuarii 1566 Dusseldorpii erat (*Keller* l. c. I 114—119). Ac si Hamelmanno credi potest asserenti, Guilielmum, de Canisii adventu certiorem factum, optasse, ut ille „Rheno immergeretur" (v. supra p. 673), inde quoque confirmatur, ducem eo tempore Dusseldorpii moratum esse; ea enim urbs ad Rhenum sita est.

Ubi Canisius cum duce egerit, neque Raderus, neque Sacchinus, neque Riess significat. *Dorigny* (l. c. 259 260), motus (puto) nomine ducis „iuliacensis", Iuliacum posuit [1]; quem secuti sunt *Python* (l. c. 224), *Oddi* (l. c. 175), *Boero* (Can. 289 290), *Séguin* (l. c. 183), *Garcia* (l. c. 247), *Alet* (l. c. 211) etc. Guilielmus dux haud ita multum Iuliaci morabatur. Quaesivit eum fortasse Canisius Iuliaci, cum Colonia

[1] In ipsa narratione habet tantum: „La cour de Juliers"; in adnotatione autem in margine posita: „Il vient à Juliers."

Noviomagum iret vel cum Noviomago Coloniam reverteretur; sed frustra eum quaesivit (v. supra p. 157). Invenit eum tandem ex itinere westphalico (v. supra p. 170); huic autem, si locorum situs spectetur, Dusseldorpium multo magis congruit, quam Iuliacum.

Canisius, ut ipse Borgiae scripsit, „ad finem Decemb." 1565 Furstenavia discessit (v. supra p. 168); litterae autem, quibus „Summae" suae editionem novam senatui populoque coloniensi dedicat, Colonia „ferijs Epiphaniae Domini" (6. Ianuarii vel saltem proximis 7 diebus) 1566 datae sunt (v. supra p. 163). Quare eum sub 4. Ianuarii 1566 Dusseldorpii cum duce egisse dixerim.

Raderus (Can. 153) affirmat, Canisium primum Coloniae negotia religionis apud senatum et universitatem expedivisse ac tunc demum ducem iuliacensem adisse; qua in re Raderum sequitur *Boero*, Can. 289—290. Raderus autem, ut ita diceret, inductus est per P. *Hasium*, qui *litteris a. 1613 — 50 paene annis post factum ipsum — ad Raderum datis (autogr.; Cod. „Epp. ad Rad. 1606—1615 I" n. 54, § xxxv) ita ad eum rettulit; hac autem in re Hasium fidem non mereri liquet vel ex eo, quod is in eisdem litteris affirmat, Canisium post d. 14. Ianuarii in Westphaliam et Noviomagum profectum esse; id quod verum non esse certissime constat (cf. supra p. 666). Raderus certe, si ipsius Canisii litteras Romam missas vidisset (v. supra p. 170), cum Sacchino (Can. 224) dixisset, Canisium primum cum duce, deinde cum Coloniensibus egisse.

Quo cum fructu Canisius in aula iuliacensi rebus religionis operam navavit? Ipse Borgiae de Guilielmo duce rettulit: „Promisit se uenturum Augustam" ad proxima imperii comitia „et promoturum caussam Religionis, quatenus Dei verbo sit consentaneum etc." Quid signo illo „etc." exprimere voluerit Canisius, id magis sane singillatim intellegi posset, si praesto essent epistulae, quibus ille de legatione sua ad cardinalem Amulium referebat (v. supra p. 106). Verbis sane „quatenus Dei verbo sit consentaneum" eo tempore protestantes saepe adversus catholicos se tuebantur.

Aliunde tamen de factis quibusdam constat, a quibus Canisii operam omnino abfuisse non dixerim:

1. Ab ineunte a. 1558 Guilielmi ducis contionatorem aulicum agebat Gerardus Veltius (Vels); sacerdos is erat, sed qui missae sacrificium non offerret, uxorem haberet, sua auctoritate duci eucharistiam sub utraque specie praeberet. Anno 1561 Ioannes Franciscus Commendonus nuntius apostolicus frustra, ut Veltius a suggestu removeretur, petierat. Initio autem m. Ianuarii a. 1566 ille ex aula discessit et Vesaliae (Wesel) protestantium ministerio se addixit (*Wolters* l. c. 161[1] 262[1]. *Lossen*, Köln. Krieg, Vorg. 247[1]. *Keller* l. c. I 15).

2. *Guilielmus* primum statuerat ad comitia augustana Henricum von der Reck et Aegidium Mommer consiliarios legare; quibus in „instructione" Dusseldorpio 28. Decembris 1565 data hoc, praeter alia, mandaverat, ut cum imperii ordinibus religioni prospicerent, „damit die alte christliche, apostolische und ware catholische ler aus der heiliger gotlicher schrift und einhelligem verstant und auslegung der alten waren apostolischen und catholischen lerer befurdert, die eingerissene missbreuch abgestelt und alle unchristliche verbotene secten hingelegt und abgeschaft werden mogen"; neve, si quid forte imperator ea de re decreturus esset, ab eo se segregarent. Postea vero ipse ad comitia adire statuit; ad quae 20. Martii 1566 advenit. Etsi autem Guilielmus se iubente haud semel imperatore Augustam venisse ordinibus Iuliaci et Montium m. Octobri a. 1566 affirmavit (*Georg von Below*, Landtagsakten von Jülich-Berg 1400—1610 II, Düsseldorf 1907, 70—71 85), fieri tamen poterat, ut ad ducis animum ea in re mutandum etiam Canisius aliquid conferret.

3. *Canisius*, ut ipse refert, ducem monuerat, „ne locum daret nouationibus ac profanationibus sectariorum" (v. supra p. 170). Reapse *Guilielmus* Dusseldorpii 23. Ianuarii 1566 adversus „sectarios" copiosum evulgavit mandatum, quo eorum et nomina ad praefectos deferri, et bona, nisi illi resipuissent, proscribi iubebat. Ac quoniam accepisset novos in dies a parochis institui ritus, quibus fieret, ut sacra-

mentis debita non praestaretur reverentia atque omnia tandem officia divina in contemptum venirent; serio se praecipere, ut in sacramentis administrandis caerimoniae christianae servarentur. „Darmit aver Nyemant under dem Schyn, dat die Communion under beiderlei gestalt ime geweigert, sich van der christlicher Gemeinden aftosondern understahe, im fal sich dan an einigem Ort todruge, dat etliche uth einem christlichen Eifer mit bestendiger Anzeigung oeres Gewissens dat hochwirdig Sacrament des Altars under beiderley Gestalt begeren wurden, mogen wir gnedichlich erliden, dat es die Pastör denselven na gnochsamer Erforschung und Examination dermaten sovern sy darto geschickt und bequem gefunden reichen und uthdeilen, oick hinwederumb diejenige, so mit einer Gestalt tofreden darby ungehindert und unverwirret blyven laten, so wir Nyemant desfals an synem Gewissen tho besweren gemeint syn. . . . Es soll oick mit der Bicht gehalden werden wie van alders herkomen als dat ein Jeder besonders bichte und syne Absolution ontfange und nit irer veele thogelich und mit einander absolvirt werden" (ex *Keller* l. c. I 114—119, ubi integrum mandatum positum est. Idem mandatum, ad praesentis tamen temporis loquendi scribendique rationem accommodatum et nonnihil contractum, exstat in „Sammlung der Gesetze und Verordnungen, welche in dem Herzogthum Cleve und in der Grafschaft Mark . . . ergangen sind", herausgeg. v. *J. J. Scotti* I, Düsseldorf 1826, 150—154). Atque notatu dignum est, inter litteras, quae a. 1566 ex Germania Romam ad Societatis praepositum generalem missa sunt, comparere exemplum huius mandati (Cod. „G. Ep. VI" f. 141^a—144^a). Cui exemplo cum verba aliquot manu ipsius Canisii ascripta sint, dubitari vix potest, quin ab ipso Canisio Guilielmi mandatum Romam missum sit, idque eo consilio, ut Socii de eodem ad cardinales atque ad ipsum pontificem, sive verbis, sive summa brevi conscripta, referre possent.

4. *Pius V.* Roma 26. Ianuarii 1566 ad Guilielmum ducem Breve dedit, quo eius „synceram constantiam erga sedem apostolicam et singulare studium erga fidem ac religionem catholicam" laudabat eumque hortabatur, ut in proximis comitiis augustanis sedis apostolicae dignitatem ab haereticorum insidiis tueretur et foedus adversus Turcas ineundum curaret (*Theod. Jos. Lacomblet*, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins IV, Düsseldorf 1858, 711—712). Hisne litteris dandis causam qualemcunque praebuit relatio aliqua a Canisio ineunte Ianuario Romam ad cardinalem Amulium missa? Equidem id neque asseverare, neque prorsus negare ausim. Ceterum verba, quae supra posui, etiam in Brevi eodem die a Pio ad Carolum Austriae archiducem dato comparent; vide *Laderchium* l. c. 112 (n. 224).

5. Usque ad annum 1566 aulae iuliacensis proceres in rebus religionis, quod quidem ad externum cultum pertinet, media quadam inter catholicos et protestantes via incedebant. Initio autem a. 1566 primum, ut Gerardus Veltius ille loquitur, „schisma" factum est: Wernerus a Gymnich cena dominica in monasterio quodam dusseldorpiensi sumpta, sese catholicum professus est[1]; quem complures alii marescalci, consiliarii, nobiles secuti sunt ducem (*Lossen* l. c. 262^2. *Ludw. Keller,* Der Kampf um das evangelische Bekenntnis am Niederrhein, in „Historische Zeitschrift" herausgeg. v. *H. v. Sybel* und *M. Lehmann,* LXIII, München u. Leipzig 1889, 200). Guilielmus quoque dux paulatim ad ecclesiae catholicae causam magis magisque reductus est (*Keller,* Gegenreformation I 28—29. *Steph. Ehses,* Nuntiaturberichte aus Deutschland 1585 [1584] — 1590 I^2, Paderborn 1899, xxvi).

Ex hoc et superioribus monumentis hoc quoque colligitur: Illa rebus a Canisio gestis non plene congruere, quae de ea legatione narrat *J. Crétineau-Joly* (Histoire de la Compagnie de Jésus I, 4e éd., Tournai 1846, 176—177): „Il se mit en route dès le

---

[1] „Wernherus Dominus in Gimmich" (*W. Teschenmacher,* Clivia, Iulia, Montia etc., Arnhemiae 1638, 327) apud Guilielmum ducem auctoritate valens, postea magister aulae Caroli Friderici principis hereditarii constitutus, ad hunc in fidei catholicae sinceritate stabiliendum multum contulit (*Wolters* l. c. 189—190. *Lossen* l. c. 262. *Schwarz,* Gropper [v. supra p. 328], 125 280).

mois de janvier 1565. Le Jésuite faisait toujours à pied ses longs voyages à travers l'Allemagne. . . . Il visite ainsi les principales cours du Nord, s'arrête dans les cités les plus hostiles à l'Eglise: il prêche les monarques et les sujets, il évangélise les enfants, il partage avec les indigents l'hospitalité que la bienfaisance publique accorde au dénûment."

750 sive **germ. l. (25).** 7. Ianuarii 1566.

Ex Cod. „Hist. gymn. tr. cor." (cf. *Can.* I LIX—LX) f. 118a.

Canisius Coloniae ad studiosos, externis quoque audientibus, dicit.

P. Jacobus Boyman S. J. Coloniae sub a. 1638 in „Historiam gymnasii trium coronarum Societatis Iesu Coloniae" haec transcripsit ex commentario aliquo (Ephemeridibus?) P. Ioannis Rethii S. J., qui anno 1566 gymnasii illius regentem agebat: [1566] 7 die Janua: adfuit nobis Canisius, exhortationem ad studiosos in schola habuit, cui etiam multi externi adfuerunt, etiam duo Professores Montani.

Coloniae in gymnasio montano Canisius per complures annos litteris studuerat et a. 1540 „magisterium artium" consecutus erat (*Can.* I 17 38 659—664).

751 sive **germ. l. (26).** 11. Ianuarii 1566.

Ex autographo. Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 98. Rethii scripto usus sum in *„Stimmen"* etc. LXXI 317.

P. Ioannes Rethius S. J., gymnasii trium coronarum coloniensis regens, in diario notavit: [1566] XI. Ianuarij Canisius habuit exhortationem ad conuictores.

Collegium coloniense 1. Ianuarii 1566 „commensales" sive convictores habebat 27 (*Hansen* l. c. 521[1]). In litteris annuis collegii, Colonia 1. Iulii 1566 datis refertur: „Commensales nostri ad modum Germanici collegii Romani instituuntur. . . . Qui in domibus commensalium habitant sunt numero 34, ex quibus plerique octavo quoque die confitentur et communicant, ad Societatis institutum multum propensi, aliqui iam determinati" (*Hansen* l. c. 529).

752 sive **germ. l. (27).** Inter 5. et 21. Ianuarii 1566.

Ex autographo. Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 98. Relationis huius partem ex autographo posuit *Hansen* l. c. 521[2]. Eadem usus sum in *„Stimmen"* etc. LXXI 309—311.

Canisius Coloniae ad delectos ex universitate et urbis senatu viros praeclare dicit. Vina „honoraria" ei praebentur.

P. Ioannes Rethius S. J., gymnasii trium coronarum coloniensis regens, in diario sua manu notavit: Canisius . . . 14. Ianuarij relationem suam fecit coram Vniuersitatis Rectore, Decanis et 4. Dominis consularibus Suderman, Piel, Hittorp, Geyl, et Betzorp . adfuit et secretarius ciuitatis, et ego cum Canisio . cum omnium admiratione Canisius dixit et in Senatu laudatus fuit . Ante illud tempus et etiam ipso illo die Senatus illi propinauit uinum, et facultas Theologica illi etiam propinauit uinum quodam die.

Aggaeus Snecanus tunc universitatis rectorem agebat (v. supra p. 645). M. Theobaldus Craschel aquensis, canonicus ad S. Severini et parochus ad S. Albani,

theologicae facultatis, M. Hugo a Tongern zwollanus (ex gymnasio laurentiano) facultatis artium decani erant (*Hansen* l. c. 788 789); facultatum autem iuris et medicinae qui fuerint decani ignoro. Hermannus Sudermann Coloniae unus ex duobus consulibus rem publicam gerentibus et antea fuerat et hoc ipso tempore erat (*Hansen* 209 420[6], et supra p. 163); atque idem munus Joannes Piel (Pyll), Philippus Geyl (Gail), Godefridus Hittorp tenuerant (*Hansen* l. c. 485 501[4] 550[1]. *L. Ennen*, Geschichte der Stadt Köln, Auszug, Düsseldorf 1880, 470). Dr. Conradus Betzdorf ius in universitate tradebat et simul syndicum reipublicae agebat (*Hansen* l. c. 210 324[1] 480. *Bianco* l. c. I 834). Urbis secretarius erat Laurentius Weber (*Hansen* l. c. 261[5] 583[2]). Certe horum aliqui ex universitatis „provisoribus" urbanis erant.

Quae Canisius ad viros hosce „rettulerit", vide supra p. 171 et infra monum. 753—756. Eum praeclare dixisse ipse etiam urbis senatus paulo post testatus est; v. supra p. 214. Vinum illud „honorarium" ad Canisium in collegium Societatis missum esse videtur; vide *Can.* II 805 et supra p. 173.

753 sive germ. l. (28). 14. Ianuarii 1566.

Ex apographo eiusdem fere temporis, quod exstat Coloniae in archivo historico urbis, Cod. „Brb. 84" f. 275[b].

Canisius Coloniensibus Pii IV. Breve tradit amoremque declarat; testatur Pium Gropperi, Canisii, Costeri rogatu „Indultum tertiae gratiae" ad 12 annos prorogasse.

Senatus civitatis coloniensis Colonia 29. Martii 1566 Romam ad Gasparum Gropperum auditorem Rotae haec, praeter alia, rettulit: Am 14[ten] Monats Januarij Jst der wirdiger Hochgelerter her Petrus Canisius Doctor Jesuita bei vns erschienen vnd ein Breue Apostolicum Praesentirt mit erzelung was gestalt die Pabstliche heiligkeit vnd Stul von Rohm dieser vnser Stadt vnnd vniuersitet von wegen wolhaltung Christlicher warher Religion vetterlich geneigt, Derwegen auch Gotseligster gedachte Pabstliche heiligkeit Pius quartus vff Ewer Erwirden seine Canisij vnnd D. Francisci, mit deme wir nun ein Jair schier verlitten, E. E. geschrieben, vleissige befurdrung das Jndultum weither vf zwolff Jair Prorogirt vnnd zu merher gnaden Bullas gratis zu expetteren befolhen.

Breve a Canisio traditum v. supra p. 644. De „Indulto tertiae gratiae", quod Colonienses prorogari cupiebant, v. supra p. 116—117. „D. Franciscum" illum fuisse P. Franciscum Costerum S. J. intellegitur ex huius epistulae „Postscriptis" (l. c. f. 276[a]). De opera ab eo in hoc negotio collocata vide supra p. 116—117 650.

754 sive germ. l. (29). 14. Ianuarii 1566.

Ex apographo, quod m. Martio a. 1908 Coloniae in archivo historico urbis exscriptum est ex

1. Exemplo manu Hugonis Tungrensis, decani facultatis artium, scripto, quod exstat Coloniae in archivo studiorum fundatorum, Cod. „Liber facultatis artium studii Coloniensis V" (1565—1612) f. 5.

Ex hoc capitum a Canisio propositorum indiculo hausti sunt et ad hunc indiculum tandem reducuntur (praeter eum, qui infra n. 4 ponetur), quotquot alii horum capitum indiculi circumferuntur. Exstant autem manu scripti:

2. Indiculus, quem a. 1613 P. *Ioannes Hasius* S. J. (cf. supra p. 662) ad P. Matthaeum Raderum misit (Cod. „Epp. ad Rad. 1606—1615 I" n. 54, § xxxv): atque hunc ex „actis Decani artium" exscriptum esse Hasius ipse affirmat; ipsa etiam capitum verba cum „Libro facultatis artium" conveniunt, nisi quod Hasius

aliquas sententias paululum vel contraxit vel aliter immutavit, oratione recta in obliquam conversa etc.

3. Indiculus, quem P. *Henricus Simonis* S. J. „Historiae Collegii Coloniensis S. J." a. 1625 a se compositae inseruit (Cod. colon. „Hist. coll. Col." [cf. *Can.* I LII—LIII] f. 48[a]); atque hic, quod ad verba attinet, ab indiculo „Libri facultatis artium" magis quidem, quam hasianus ille, discrepat, ita tamen, ut eum ex primo illo indiculo exscriptum esse ipsa verba ostendant.

4. Indiculus, quem circa a. 1638 P. *Iacobus Boyman* S. J. Coloniae in „Historia gymnasii trium coronarum" (Cod. „Hist. gymn. tr. cor.") f. 114[b]—115[a] posuit. Hic a reliquis discrepat; si verba quidem spectentur, multum; si res, paululum, saltem in ultimo capite; quod sic habet: „7[um] vt Beneficia confirmato in annos duodecim indulto Pontificio Academiae permissa, non conferantur in eos, qui profiteri nolint, aut nisi facturos se ad [id?] promittant, conferri[a] ne possint quidem. Atque vt studium Theologicum in plerisque languens, frequentioribus imposterum lectionibus, et disputationibus resuscitetur." Unde haec hausta sint, ipso quidem illo historiae loco non dicitur; sin autem in codice legendo usque ad f. 117[b] progressus eris, in hanc devenies opinionem: Boymannum ex libro decanali facultatis theologicae (quem nunc non exstare valde dolendum est) indiculum exscripsisse; quae opinio confirmatur eo, quod Boyman paulo antequam indiculum proferat, legentes ad „A. T." remittit; quibus litteris „Annales Theologicae facultatis" ab eo significari iure dixeris (l. c. f. 114[a]; cf. f. 18[b]).

5. Indiculus, quem P. *Adam Kasen* S. J. († 1653), gymnasii trium coronarum coloniensis regens, deinde collegii coloniensis rector, sub medium saeculum XVII. scribendum curavit in Codice „Epitome Annalium Facultatis Artium" (p. 510—511), qui olim apud regentem gymnasii trium coronarum, deinde in bibliotheca quadam privata prope Coloniam posita servabatur; atque hic indiculus cum Libro facultatis artium in singulis convenit verbis, nisi quod ante „Concilii" verbum „sacri" omissum est; ipso etiam Codicis titulo sive inscriptione significatur, eum ex „Libris facultatis artium" descriptum esse; hi enim etiam „Annales facultatis artium" vocabantur (*Hansen* l. c. XXXV[3]).

6. Indiculus a P. *Petro Hugone* S. J. († 1657) scriptus, qui exstat in Cod. monac. „Lat. 1606" (cf. *Can.* I LVII); indiculus hic, si dicendi genus spectes, a superioribus illis valde diversus, eadem habet verba, atque ille, quem posuit P. *Matthaeus Raderus* in vita Canisii a. 1614 a se evulgata (Can. 150—152); raderianum autem indiculum ex „Libro facultatis artium" et ipsum provenire ostendetur sub ipsam hanc relationem[1].

7. Partium aliquot huius relationis apographum sub a. 1750 Coloniae curante P. *Ios. Hartzheim* S. J. ex Libro facultatis artium coloniensi V. exscriptum, quod cum autographo plene convenire *Franciscus Happertz* notarius publicus Coloniae 19. Augusti 1750 testatus est, exstat Parisiis in bibliotheca nationali, Cod. „Lat. Nouv. Acq. 2165" f. 116[b].

Sacchinus (Can. 225; Hist. S. J. III, l. 2, n. 22) tantum 3—4 capita, eaque ex Canisii litteris (vide supra p. 171 173) excerpta posuit. *Dorigny* (l. c. 261—262) et *Python* (l. c. 225—226) indiculos vulgarunt ex Radero et Sacchino, parum tamen plene parumque diligenter, excerptos. Totam relationem ex „Libro Decani Facultatis Artium Coloniensis 5." (per P. Ioseph. Hartzheim S. J.) transcriptam vulgavit *Reiffenberg* l. c. I 115[1] et Mant. 24*, ita tamen, ut tantum, quae in relatione ipsum indiculum antecedunt et sequuntur, atque indiculi caput VI. ipsis Libri decanalis

a) *Hoc v. addidit P. Iacobus Kritzradt S. J. († Coloniae a. 1672); quem Acta theologicae facultatis vidisse constat. Idem in postremo capite posuit* resuscitetur *pro* refutetur, *quod a Boym. positum erat.*

[1] Vidi praeterea indiculum, quem *Henricus Francken-Siersdorpff* († 1654) posuit in suo codice: „Liber Quintus Annalium Facultatis [Artium in] compendium contractus" (4[0]) f. 2 non sign.; qui codex exstat Coloniae in archivo historico urbis, sign. „U. VI 163".

verbis exprimeret, reliqua capita in compendia contraheret. *Boero* (Can. 288—289) indiculum ex Mantissa Reiffenbergii („ex actis Academiae Colonien." inquit ipse) descriptum italice vertit. Indiculum ab Henrico Simonis positum typis exscripsit *Bianco* l. c. I 449—450; quem tamen non codice supra (n. 3) memorato, sed alio („Historia Collegii Coloniensis" ms., quam *Bianco* l. c. p. 343 855 commemorat et p. 863—975 adhibet?) usum esse ex lectionibus conicio „variantibus", quae apud Bianco comparent. Relationem Hugonis Tongrensis ad verbum typis expressit *Hansen* l. c. 521—522. Ex quo relationis maximam partem germanice verti in *„Stimmen"* etc. LXXI 309—311.

Haec cum ita se habeant, satis fuerit verba exempli 1. posuisse, neglectis lectionibus variantibus exemplorum reliquorum; has enim afferre longum est.

Canisius delectis ex universitate coloniensi et urbis senatu viris Breve Pii IV. tradit et aliqua proponit, quae ad contionatores magistrosque constituendos, libros excudendos, sectarios coërcendos, universitatem ex decretis tridentinis reformandam, litterarum studia amplificanda pertinent. Illi oboedientiam omnem promittunt.

Hugo a Tongern, facultatis artium in universitate coloniensi decanus, haec in „Libro facultatis artium Studii Coloniensis" (V.) sua manu notavit:

Anno 66.

1, 14. die Januarii attulit Dominus Doctor Canisius Vniuersitati et ciuitati Coloniensi literas pontificias quae mandabant vt ipsi in omnibus quae proponeret fides haberetur[1], proposuit autem et postulauit haec quae sequuntur.

In primis vt neque ad Ecclesiae cathedras ministri verbi diuini, neque in scholas praeceptores admittantur, nisi qui probatae fidei et religionis fuerint[2].

2. Vt tollatur abusus excudendi et vendendi libros impuros, maledicos et in quibus catholica sinceritas laeditur[3].

3, Vt ne tolerentur qui cum catholicis communicare nolunt in templis, sacramentis et caeremoniis Ecclesiasticis[4].

4, Vt ne locus detur clancularijs qui aduentant hospitibus suae sectae venena spargentibus[5].

5, Vt seuera mandata non solum proponantur sed etiam executionem seriam habeant aduersus nouatores et sectarios in vita, et post mortem eorundem[6].

---

[1] Has litteras vide supra p. 644—645.

[2] Ita Guilielmus Clebitius et Iacobus Leichius, protestantismi sectatores, circa id tempus Coloniae privatim docebant (v. supra p. 171 326[7]).

[3] Ita Godefridus Hirzhorn typographus coloniensis Postillam Lutheri vlamice versam Coloniae excuderat, eam Francofurti excusam esse falso significans (*Hansen* l. c. 549[1]. *Bianco* l. c. I 449).

[4] Hoc ius reipublicae coloniensi ex ipsa etiam „pace religionis" augustana obvenerat; cf. supra p. 244[5] 246—247. Principes protestantes longe etiam severius, quidquid catholicum erat, suis terris vel pellebant vel arcebant.

[5] Eo tempore inprimis plurimi Calvinistae ob sediciones ex Belgio eiecti Coloniam irrepebant; Anabaptistae quoque in urbe se occultabant (*Bianco* l. c. I 448. *Hansen* l. c. 536[5]). Atque, ut videtur, a. 1565 Coloniae iam exstabat „conventus christianus" sive corpus quoddam, in quod protestantes calviniano fere ritu coaluerant (*Ed. Simons,* Kölnische Konsistorial-Beschlüsse 1572—1596, Bonn 1905, 13).

[6] Cf. *Can.* IV 694[7].

6, Vt vniuersitas Coloniensis iuxta decreta sacri concilij Tridentini cuius autenticum donatur exemplar sese componat ac reformet praesertim vero vt in quatuor facultatibus nulli posthac ad promotionum gradus admittantur nisi facta prius professione fidei iuxta propositam et allatam formulam[1].

7, Vt ex Apostolica concessione beneficia Ecclesiastica non conferantur nisi his qui velint et possint publice profiteri et vniuersitatis studia promouere, suaque praestare promissa[2] vtque maior habeatur ratio tum lectionum, tum disputationum praesertim in Theologica facultate[3].

Haec cum eum proponentem audissent . praemissa deliberatione breui maximas illi nomine pontificis gratias egerunt omnemque obedientiam et subiectionem in his et similibus promiserunt.

Notatu dignum hoc est: Neque in hac relatione, neque in illa, qua, quid 16. Ianuarii 1566 in sessione senatus coloniensis ea de re actum sit, narratur (vide infra mon. 756), Pii IV. († 9. Dec. 1565) mors commemoratur. Ita confirmantur, quae in eiusdem senatus litteris 29. Martii 1566 ad Canisium datis asserebantur: De Pii IV. morte nuntium Coloniae percrebuisse paulo postquam Canisius inde discessisset (v. supra p. 213). Ac Canisius quidem iam initio m. Ianuarii in aula iuliacensi „primum nuntium acceperat" de pontificis morte (vide supra p. 170); cum autem inde Coloniam advectus Colonienses nihil de ea re accepisse cognovisset, etiam ipse nuntium illum in falsorum rumorum numero posuisse videtur, donec sub d. 20. Ianuarii litteris romanis et de morte illa omnino certus effectus et cito Augustam redire iussus est (v. supra p. 145 173). Etiam m. Ianuario anni 1563 Augustae rumor fuerat, Pium IV. vita functum esse (*Can.* IV 22).

Raderus hanc Canisii legationem in ipsius vita (l. 2, c. 2) ita describit (l. c. 150—152): „Coloniae CIϽ. IϽ. LXVI. XIX. Cal. Febr. Academicis Patribus, et ciuili Magistratui, Pij Pontificis auctoritatem exhibuit, qua monebantur, vti Canisio fidem haberent, et capita suo Pontificis nomine perscripta praescriptaque diligenter exequerentur. Nec fuere amplius septem, minime sane silentio premenda, quod plurimum videantur ad multorum institutionem valere. I. Primum, vti nemo vel ad docendum pro concione populum in templo, vel ad erudiendam iuuentutem in Gymnasiis et Academia admitteretur, de cuius honesta vita, integritate morum, et Catholica pietate non constaret. II. Deinde, vt scripta, quae vel morum disciplinam labefactarent, vel Romanae sinceraeque doctrinae obstarent, vna cum librariis, qui huiuscemodi chartas vel clanculum vel aperte in vrbem inferrent proscriberentur. III. Praeterea, vt alienis a Catholica religione locus in vrbe non esset, forasque eliminarentur. IV. Quarto, ne quis clancularius praeco seu Lutheri seu Caluini, seu cuiuscunque alienae sectae vrbe, domo, tecto reciperetur. V. Insuper vt in hostes religionis Catholicae seuera edicta ponerentur, contraque venire ausi grauiter punirentur. VI. Academici quoque viderent, ne quem ad vllum publici honoris gradum in quattuor supremis literarum disciplinis Theologiae, Canonum, Iuris Ciuilis prudentiae et Medicinae admitterent, qui recusaret, ex praescripto[a] [?] Concilij Tridentini formula, quid crederet, damnaretue,

a) *Sic; corrigendum esse videtur* praescripta.

---

[1] De hac re vide *Can.* IV 654 et supra p. 23 483.

[2] Romani pontifices a. 1394, 1437, 1454, 1492 etc. constituerant, ut in ecclesia metropolitana et in ecclesiis collegialibus sive per universitatis rectorem et „provisores" a republica constitutos, sive per alios beneficia quaedam in eos conferrentur, qui in universitate vel theologiam vel ius canonicum vel etiam alias disciplinas traditurі essent (*H. Keussen* l. c. [v. supra p. 116] 383—404).

[3] Cf. supra p. 116 171.

profiteri. VII. Postremo ne sacerdotia, quae beneficio iureque suo Pontifex conferre soleret, cuiquam assignarentur, qui ex praescripto Pontificis, legumque auctoritate docere nollet, et vti praelectionum disputationumque publicarum, praesertim in Theologicis maior ratio haberetur. His cognitis, cum Academici, vrbanusque Magistratus frequentes in Consilium iuissent, inter se collocuti, Canisio vt internuncio Apostolico primum gratias egerunt de labore, eorum gratia suscepto; deinde prolixe omnia promiserunt facturos, seseque in auctoritate Pontificis, vti semper ante hac fuissent, in posterum futuros, omnibusque eius mandatis obsecundaturos. Multum haec legatio Canisij profuit Coloniae, in auita pietate perseueranti, prodestque hodie. Erant illa, quae exposuit, etiam publica Notariorum Romanorum auctoritate signata, quorum post defunctionem legationis Canisius duo exempla Collegio Coloniensi reliquit."

Haec capita, a Radero posita, a prioribus illis, ab Hugone Tungrensi notatis, non solum, quod ad verba attinet, plurimum differunt, sed etiam, si res ipsas consideres, nonnihil discrepant; ita caput primum apud Raderum solos gymnasiorum et universitatis magistros spectat, apud Tungrensem magistros omnium scholarum urbanarum, etiam earum, quas elementarias vocant, complectitur; capite VI. apud Raderum sola professio fidei tridentina eaque solis facultatibus theologiae, iuris (canonici et civilis), medicinae praescribitur, apud Tungrensem universitas „iuxta decreta concilii" universa reformari iubetur, et professio fidei „quatuor facultatibus" praescribitur; ex quo numero facultatem philosophicam sive „artium" fuisse certo constat (cf. supra p. 171). Atque capitibus raderianis maiorem, quam alteris illis, auctoritatem esse ex eo collegeris, quod exscripta esse videntur ex exemplo Romae in curia pontificia scripto, sigillo notariorum romanorum munito, a Canisio in Societatis collegio coloniensi relicto. At res aliter se habet. Radero praesto non erant, nisi capita Libri facultatis artium, a P. Hasio ipsi suppeditata; quae dum planius et politius proponere studet, perperam interpretatur; idem ei de loco illo litterarum Hasii contigit, qui de notariis romanis erat. En, quomodo *Raderus* ipse narrationi sit praefatus: „Venit [Canisius] in eadem profectione Coloniam Agrippinam, vt ex Academicis illic monumentis per Io. Hasium quem supra posui, cognoui" (l. c. 150). Hodie quoque *litterae, a. 1613 datae, exstant, quibus P. *Ioannes Hasius* S. J. (de quo supra p. 662) illa monumenta cum Radero communicavit. „Anno 1565" [a], inquit *Hasius*, „Nuncius Apostolicus secretus [b] a Pio IV. ad Electores et Westphaliam missus [c] Canisius venit Coloniam 1566. mense Ianuario, et die 14. Januarij Senatui et Academiae obtulit literas Pontificis, quibus mandabat, vt Canisio in omnibus, quae S.S. nomine proponeret, fidem haberent. Proposuit autem Canisius (vt habent acta Decani artium) haec: 1º Vt nulli admitterentur Concionatores vel scholarum magistri, nisi probatae fidei. 2. Vt tolleretur abusus imprimendi et vendendi libros impuros, maledicos, et iu quibus Catholica sinceritas laederetur. 3. Ne tolerarentur qui cum Catholicis communicare nolunt in templis, sacramentis, et Ecclesiae caeremonijs. 4. Ne locus detur clancularijs hospitibus aduentantibus suae sectae venena spargentibus. 5. Vt seuera mandata contra nouatores, non solum proponantur, sed etiam executioni dentur in vita et post mortem. 6. Vt Vniuersitas, iuxta Concilium Tridentinum (cuius authenticum donabat exemplar [d]; erat a Notarijs Romae subscriptum. cuiusmodi duo dedit Coloniensi Collegio, vbi cognouit mortuum esse Pium IV.) sese componeret et reformaret; praesertim ne quis in quatuor facultatibus admitteretur ad gradus promotionum, nisi facta fidei professione iuxta allatam formulam. 7. Vt beneficia ex concessione Apostolica non conferrentur, nisi qui velint et possint publice profiteri iuxta promissa: vtque maior habeatur ratio lectionum et disputationum, potissimum in Theologia. Facta deliberatione, actae sunt gratiae D. Nuncio, promissumque in omnibus propositis et similibus se obsequentes fore. Jta habent acta" (ex autogr.: Cod. „Epp. ad Rad. 1606—1615 I" n. 54, § xxxv). Cum autem Raderi de vita Canisii liber a. 1614 sub aestatem Monachii in lucem emissus et

a) *Ita Hasius ipse correxit, quae scripserat:* Januario 1566. b) *Hoc v. ab H. supra versum scriptum est.* c) *Ita H. ipse correxit, quae scripserat:* a Pio IV. Coloniam et ad vicinos Principes missus. d) *Quae sequuntur, usque ad* Pium IV.) *incl., ab H. in margine addita sunt.*

eodem anno ad P. Hasium perlatus esset, *Hasius* Embrica 5. Novembris 1614 Monachium ad Raderum *litteras misit, quibus eum de libro illo haec, praeter alia, monebat: „Jncidi in vnum locum libri 2, cap. 2 qui correctionem postulare videtur: nam capita illa legationis non vidi, nisi in actis Decani facultatis artium, a quo accurate, vt fieri Coloniae solet, istiusmodi describuntur: quod autem additur ea fuisse publica Notariorum Romanorum manu subsignata, perperam vel a me fuit scriptum, vel a R. V. intellectum: res autem ita se habet. A summo Pontifice ipsi non solum illa, quae nunciari vellet tradita erant, sed etiam exemplaria plura Decretorum et Canonum Tridentini Concilij Romae impressa, quae erant a Romanis Notarijs, ad certiorem fidem faciendam, subscripta, distribuenda Principibus et Rebuspublicis ad quos mittebatur; ex quibus exemplaribus, duo reliquit nostro Coloniensi Collegio, postquam intellexit obijsse Pontificem Maximum: erant autem omnia compacta, quaedam in corio castanei coloris, quaedam vero in pergameno, extremitates autem foliorum auro tinctae. Sed de subscriptione illorum articulorum nil audiui vnquam; licet soleat commissio, quae Nuncijs Apostolicis datur, subscriptione firmari“ (ex autographo; l. c. n. 49. Cf. etiam *„Stimmen“* etc. LXXI 317).

Haud recte igitur *Hartzheim* affirmavit, Canisium m. Octobri a. 1565 Breve illud pontificium atque exemplar authenticum concilii tridentini Coloniensibus tradidisse etc. (Prodromus [cf. supra p. 651] 33).

Cuius rationis authentica illa concilii tridentini exempla, quae Canisius per Germaniam circumferebat, fuerint, cognoscitur ex exemplo authentico illo, quod adhuc exstat Luxemburgi in bibliotheca publica (n. 2279): „CANONES, ET DECRETA | SACROSANCTI OECVMENICI, | ET GENERALIS CONCILII | TRIDENTINI | SVB PAVLO III, IVLIO III, PIO IIII, | PONTIFICIBVS MAX. | Index Dogmatum, & Reformationis. | ROMAE, | Apud Paulum Manutium, Aldi F. | MDLXIIII. | In Aedibus Populi Romani.“ 2°; pp. numeris signatae II—CCXXXIX; accedit in initio pagina titularis, et in fine libri pagina vacua et pp. 11 non sign., in quibus exstat „Index Dogmatum, et Reformationis breviter collectus“, isque alphabeticus; sequitur pag. vacua; in infima parte p. CCXXXIX: „ROMAE, APVD PAVLVM MANVTIVM, ALDI F. | MDLXIIII.“ In p. II „Motus proprius Pii IIII. Pont. Max.“, Roma 10. Aprilis 1564 datus, quo pontifex edicit: Se Paulo Manutio typographo romano privilegium typographicum concessisse, sub gravissimis poenis sanciendo, ne quis libros a Manutio excusos per annos 5 ab eo tempore quo is eos edidisset, computandos vel excuderet vel ab aliis excusos venderet vel retineret; attamen se velle, ut Concilii Tridentina decreta „ab omnibus commode haberi possint“; ideo se constituere, ne poenis illis afficiantur, qui „extra statum Ecclesiasticum“ decreta illa excudant et vendant etc., dummodo decreta ita excusa a codicibus Romae per Manutium excusis „in aliquo non discordent“. P. III praefatio *Pauli Manutii* „Romae, MDLXIV.“ data; in qua Manutius: „Nunc“, inquit, „eduntur puri Canones, et ipsa Decreta, cum appendice nulla“; „nam reliqua Concilii acta, diligentissime per scribas publicos in ipso Concilio excepta, et litteris mandata, mox ita emittentur, ut, quaecumque res in controuersiam uenerit, quaecumque uel sententia dicta, uel oratio habita sit, omnia denique agitata, quaesita, deliberata, suo quidque loco, distincte, et abundanter exponatur“ [1]. P. V—XIIII Bulla indictionis concilii. P. XV—CCXXXVIII [a] Sessiones cum decretis et canonibus. Deinde p. CCXXXVIII: „Lavs Deo. Concordat cum originali: in cuius fidem subscripsimus, Ego Angelus Massarellus, Episcopus Thelesinus, sacri Concilii Tridentini Secretarius. Ego Marcus Antonius Peregrinus, Comensis, eiusdem Concilii Notarius. Ego Cynthius Pamphilus, Clericus Camerinensis dioecesis, eiusdem Concilii Notarius.“ Haec typis sunt exscripta. Sequitur p. CCXXXVIII—CCXXXIX „Confirmatio Concilii“ sive litterae, quibus cardinalis Alexander de Farnesio S. R. E. Vicecancellarius testatur, omnia concilii decreta a

a) *Pro* CCXXXVIII *perperam excusum est:* CCXXVIII.

[1] Haec promissa, cum per plus quam tria saecula irrita fuissent, iam per Societatem goerresianam (Görres-Gesellschaft) faustis auspiciis perfici sunt coepta.

Pio IV. in consistorio secreto Romae 26. Ianuarii 1564 habito confirmata esse. Bulla vero, qua Pius IV. concilium sollemniter confirmavit, in Manutii libro frustra quaeritur; neque id mirum esse potest; etsi enim d. 26. Ianuarii 1564 ei ascriptus est, compluribus mensibus post composita neque ante m. Iunium 1564 (in basilica vaticana) promulgata est (*Can.* IV 504—505). In exemplo autem luxemburgensi pagina non signata, quae p. CCXXXIX proxime sequitur, haec habet *manibus scripta: „Nos sacri oecumenici, et generalis Concilij Tridentini Secretarius et | Notarij infrascripti Decreta ipsius sacri Concilij in praesenti uolumi- | ne contenta cum originalibus contulimus. Et quia cum eis | concordare reperimus, Jdeo hic in fidem manu propria subscripsimus. | Ego Angelus Massarellus Episcopus Thelesinus sacri Conc. Trid. Secretarius. †. | Ego Marcus Antonius Peregrinus clericus Comensis | sacri Concilij Tridentini Notarius, | Ego Cynthius Pamphilus clericus Camerinensis Diocesis | sacri Concilij Tridentini Notarius." Massarellus, Peregrinus, Pamphilus nomina etc. suis manibus subscripserunt; quibus Peregrinus et Pamphilus signa publica, quae in notariorum munere administrando ad fidem faciendam adhibebant, addiderunt. Exemplum luxemburgense (ita in eius folio titulari notatum est) a. 1610 per „P. Richardotum Abbatem" bibliothecae monasterii Epternacensis (Echternach), O. S. B., datum erat.

755 sive **germ. l. (30).** **14. Ianuarii 1566.**

Ex Cod. „Rathsprot. vol. 22." f. 128ª; qui exstat Coloniae in archivo historico urbis. Actis usi sunt *Hansen* l. c. 522[1] et *„Stimmen"* etc. LXXI 311.

In libro actorum senatus coloniensis („Rathsprotokolle"), qui res a d. 26. Febr. 1565 ad 19. Maii 1566 actas complectitur, in a. 1566 de senatus comitiis „Lunae 14 Januarii" habitis haec, praeter alia, notata sunt: Breve Apostolicum per Doctorem Petrum Canisium Jesuitam presentirt, Ist verlesen.

Breve igitur Pii IV., quod Canisius 14. Ianuarii delectis illis viris tradiderat (v. supra p. 681), eodem die per unum eorum (Betzdorfium?) in senatus coloniensis comitia perlatum esse videtur.

756 sive **germ. l. (31).** **16. Ianuarii 1566.**

Ex Cod. „Rathsprot. vol. 22" f. 128ᵇ; cf. supra n. 755. Actorum partem ex eodem Codice posuit *Hansen* l. c. 522[1]; acta integra posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 311.

In senatus coloniensis comitiis haec referuntur: Canisium, tradito Brevi pontificio, significasse: A pontifice cardinalibusque Coloniam magni fieri; pontificem indultum tertiae gratiae ad 12 annos prorogasse eiusque litteras gratis expediri iussisse; quas Canisius propediem allatum iri putet. Senatus ei vinum honorarium dari iubet.

In libro actorum senatus coloniensis, de quo supra (mon. 755), de senatus comitiis a. 1566 „Mercurii 16 Januarij" habitis haec, praeter alia, notata sunt: Es ist durch Doctor Conradt Betzdorff[1] referirt worden was Doctor Canisius von wegen Pabst: Heiligkheit vff das Breue Apostolicum muntlich vorgedragen. Das die Pabst: H. sampt das gantze Consistorium Cardinalium eine grossen rvem dieser Statt nachgeben von wegen Wolhaltens in Religione vnd derwegen der Uniuersitet vnd Rath das Indultum die Prelaturen, Prebenden vnd Vicarien zuuergeben[2] noch vff XII Jare erstreckt vnd das die Bullen auch in

---

[1] Is erat reipublicae syndicus; v. supra p. 679.

[2] De hoc „Indulto tertiae gratiae" v. supra p. 116—117.

maiorem gratiam gratis expedijrt werden sollen, wie sollichs das Breue Apostolicum vssdrucklich mitbrengt, Vnd das Er der Bullen deglich erwarte. Sollichs hat ein Rath mit Wolgefallen angehort vnd befolhen, den hern Canisium mit dem Weine Zuuer Ehren vnd Jme fleissich zu dancken seines angewendten fleiss.

757 sive **germ. l. (32).** 20. Ianuarii 1566.

Ex archetypo. Cod. colon. „L. Qu." f. 87[b]. Partem relationis (ex archetypo) posuit *Hansen* l. c. 522[2]. Relatione usus sum in *„Stimmen"* etc. LXXI 317.

Canisius Sociis coloniensibus authenticas concilii tridentini editiones dat.

Socius aliquis collegii coloniensis ipso, ut videtur, a. 1566 Coloniae notavit: Ipso die S. Sebastiani et Fabiani martyrum Christi Anno 1566 dedit Reuerendus P. Petrus Canisius patri nostro Leonardo Kessel pro collegio coloniensi Societatis Jesu Concilium Tridentinum Romae impressum Anno M.D.LXIV apud Paulum Manutium in aedibus Populi Romani cum approbatione[a] [?] Bullae[a] [?] Pij Quarti, exemplar auctenticum et signatum manu secretarij et notarij eiusdem Concilij. Aliud exemplar simile notatum siue approbatum a secretario et notario manu propria Idem P. Canisius praenominatus dedit P. nostro Leonardo Kessel.

SS. Fabiano et Sebastiano dies 20. Ianuarii sacer est. Exemplorum concilii tridentini descriptio hic posita ei, quam supra p. 684 posui, aliqua saltem ratione congruit. Ceterum fieri poterat, ut Socius ille, exemplis illis parum diligenter inspectis, temere pro „Confirmatione Concilii" Bullam approbationis et pro 2 notariis (v. supra p. 685) unum poneret.

758 sive **germ. l. (33).** Inter 5. et 22. Ianuarii 1566.

Ex exemplo archetypo, Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, praepositum generalem, misso. Cod. „G. Ep. VII" f. 331[a]. Partem huius relationis (ex duobus apographis coloniensibus exscriptam) posuit *Hansen* l. c. 529. Relatione usus sum in *„Stimmen"* etc. LXXI 316.

Canisius Coloniae legatione pontificis cum laude fungitur. Ad gymnasium trium coronarum orationem habet.

„Sybertus Bronchorst" S. J. in collegii coloniensis „Litteris annuis" Colonia 1. Iulii 1566 datis refert: Adfuit nobis R. P. Petrus Canisius, qui legationem sibi commissam a Sede Apostolica coram vniuersitate et Senatoribus ciuitatis, cum omnium admiratione perfecit, et in Senatu plurimum commendatus fuit. Exhortationem quoque habuit coram studiosis nostris ad quam[b] multi externi confluxerunt. Tradidit Vniuersitati Concilium Tridentinum. Jn facultate Theologica iuramentum iam praestatur missum a Pontifice Max. per dictum Petrum Canisium.

De fidei professione tridentina, quam Pius IV. iureiurando confirmari iusserat, v. supra p. 23 494. P. *Leonardus Kessel* S. J., collegii coloniensis rector, in Kalendas Ianuarias a. 1566 haec notavit: „Discipulos numeramus 405, commensales habemus 27, in domo Societatis sumus 50" (*Hansen* l. c. 521[1]); Kalendis autem Iuliis 1566, ut ex Bronchorstii litteris intellegitur (l. c. f. 330[b]), numerus discipulorum ad 558 et plures ascenderat.

a) *Sic. An corrigendum:* approbationis Bulla *vel* Bulla approbationis? b) quem *archet.*

Ex **Indiculo* Sociorum, qui 1. Ianuarii 1566 in collegio coloniensi vota religiosa renovarunt (Cod. colon. „L. Qu." f. 86[a]), hoc cognoscitur: Eo tempore cum aliis Sociis hi quoque Coloniae degebant: P. Petrus Busaeus (Buys) noviomagus, qui postea in universitate vindobonensi sacram Scripturam explicavit, a. 1584 cum aliis viris doctis Claudii Aquavivae praepositi generalis iussu „Rationem Studiorum Societatis Iesu" primum adumbravit, a. 1569—1570 Canisii „Summam" ascriptis „Authoritatibus sacrae Scripturae et sanctorum Patrum", quae in ea „citabantur", illustravit (*Braunsberger* l. c. [supra p. 159[2]] 136—148); „M. Arnoldus Hauens Buscoducensis" (Havensius, † 1610), qui postea ex Societate Iesu ad ordinem cartusianum transgressus, complures Cartusias, ut sylvaducensem, bruxellensem, gandavensem, cum „prioris" potestate rexit et historicos aliquos libros conscripsit (*L. Le Vasseur* O. Cart., Ephemerides Ordinis Cartusiensis III, Monstrolii 1891, 73—75); „M. Ioannes Hasius", quem saepe memoravi (v. supra p. 661). Hasius his annis praeceptorem agebat (*Hansen* l. c. 782—784); anno 1577 librum, quem modo dixi, Busaei recognitum et valde amplificatum cum nomine „Operis catechistici" primum edidit atque ita de re catechetica et de Canisio ipso egregie meritus est (*Braunsberger* l. c. 145—148). *Hasius* ipse in *litteris a. 1613 et 1614 ad P. Matthaeum Raderum missis affirmavit, se Canisium, cum is sub initium a. 1566 Coloniae versaretur, „primo vidisse" et cum eo „notitiam contraxisse" (ex autographis. Cod. „Epp. ad Rad. 1606—1615. I n. 54. Cod. „lat. 1611" [qui est Monachii in bibliotheca regia] n. 100).

759 sive **germ. l. (34).** M. Ianuario (inter d. 5. et 22.) 1566.

Canisius in legatione pontificia cum Friderico a Weda archiepiscopo coloniensi coram non egit. Fortasse Breve pontificium et decreta tridentina per nuntium ad eum perferenda curavit et per litteras eum admonuit.

Fridericus a Weda (Wied), cum m. Novembri a. 1562 archiepiscopus coloniensis esset electus, initio a. 1566 confirmationem pontificiam, quam a. 1563 petierat, nondum impetraverat (v. supra p. 143). Attamen satis verisimile est, Pium IV. m. Septembri a. 1565 Breve aliquod et exemplum authenticum decretorum tridentinorum etiam ipsi destinasse et Canisio ad eum perferenda tradidisse. Nam etiam a. 1564 idem pontifex minimum duo Brevia ad eum dederat, alterum, quo ei certis cum condicionibus facultatem concedebat permittendi, ut sacerdotes laicis communionem sub utraque specie praeberent, alterum, quo Socios contra maledicos quosdam defendebat et collegium coloniense Friderico commendabat (*Can.* IV 575 773—774). Accedit, quod autumno a. 1565 paene in eo fuisse videtur, ut confirmationis negotium prosperum haberet exitum (v. supra p. 143).

An Canisius Fridericum urgere iussus erat ad professionem fidei tridentinam faciendam, quam Pius IV. bulla Roma 13. Novembris 1564 data omnibus, qui episcopatum vel quodvis aliud beneficium ecclesiasticum nancisci vellent, praescripserat? (Cf. supra p. 208[2]). Compertum id quidem non est. Eum mandata habuisse de „annata" sive pecunia, quam curia ab archiepiscopis confirmandis exigere solebat, ex litteris, quas supra p. 174 posui, conieceris.

Iam dixi, Canisium, cum Coloniae degeret, mortem Pii IV. ignorasse vel potius rumorem ea de re vulgatum pro falso duxisse; v. supra p. 682.

Ipse de legatione a se obita Moguntia 28. Ianuarii 1566 ad cardinalem Truchsess referens, hoc, ubi de Friderico Wedano scribit, affirmat: „Ego cum illo quidem nihil coram egi" (v. supra p. 174). Fortasse is, cum Canisius Coloniae moraretur, urbe aberat; fortasse aderat quidem, sed, quo parcius vivere posset, se abscondebat; nam *Hermannus a Weinsberg* coloniensis, qui eum noverat, notavit (in a. 1563): „Der churfurst hilt hoff heimlich zu s. Georgen umb der minster costen willen, gar stillich mit einem dischs, auch zu zeiten uff dem domkloister, da er plag dechen in zu wonen, zu seltmalen im hoif[1] von Coln, er wolt sparen"; et (in a. 1567): „Er wolt"

[1] In aedibus archiepiscopalibus.

nit „gut audienz geben" (Buch Weinsberg II 124 172). Fortasse igitur Canisius Breve pontificium decretaque tridentina per nuntium ei misit et per litteras eum admonuit, sicut cum episcopis monasteriensi et paderbornensi egerat; v. supra p. 149—152 181.

760 sive germ. l. (35). A m. Septembri 1565 ad m. Ianuarium 1566.

Ex litteris archetypis, Romam „pro Romana Prouintia" S. J. missis. Cod. „G. Ep. VII" f. 189b.

Canisii legatio pontificia. Contiones in ea habitae. Fructus in ea, inprimis Coloniae, collecti.

P. Wendelinus [Volckius] S. J. in domus S. J. augustanae „Litteris annuis", Augusta Vindelicorum 1. Septembris 1566 datis, de Canisio a. 1565 Romam profecto scripsit: „Priusquam P. Prouincialis ex Vrbe discederet, uisum est Ponti. Max. hoc illi munus proprium dare, ut ad plaerosque germanos Principes proficisceretur, et eosdem de religionis negotio admoneret. . . . Jnterea uero partim latine, partim Germanice multis in locis, gratas habuit conciones, praesertim autem in Geldria[a] et Westphalia: Qui cum esset coloniae, magnis de rebus, quae ad religionem tuendam praecipue spectabant, Senatum et Academiam commonefecit, et utiliter quidem, ut mox comprobauit euentus Christo gratia, qui hac Patris missione uti uoluit, cum ad conciliandos nobis animos Magistratuum, tum ad commune commodum Ecclesiae, uti speramus.

Canisius Augustae sedem habebat; quare dubitari non potest, quin Volckius Canisio auctore haec scripserit.

In collegii coloniensis litteris annuis, Colonia 1. Iulii 1566 datis, refertur: „Senatus prohibuit omnes particulares scholas exceptis collegialibus et parochialibus, quibus ordo datus est instituendi iuventutem, quia magna suspitio erat, ne iuventus in iis, que ad fidem catholicam pertinent, minus recte a quibusdam institueretur. Similiter commissum est typographis, ne in posterum aliquid imprimant, quod prius non sit examinatum et approbatum et certum habeat auctorem" (*Hansen* l. c. 529 ad 530). Maxime adversus Geusios calvinianos, qui ex Germania inferiore pulsi Coloniam irrepebant, senatus vigilabat; qui m. Decembri 1566 etiam adversus cives, qui vel „Vivent les Gueux!" clamarent vel aliter se suspectos redderent, legem tulit (*Reiffenberg* l. c. I 116[1]. *Hansen* l. c. 536. *Lossen* l. c. 172[2]). Ideo doctissimus vir *Laurentius Surius*, Cartusiae coloniensis monachus et horum temporum aequalis, ubi de rebus anno 1566 gestis scribit, senatus coloniensis in arcendis haeresibus studium totiusque reipublicae „in asseruanda mordicus semel recepta religione singularem constantiam" magnis laudibus extollit (Commentarius brevis rerum in orbe gestarum, Coloniae 1586, 708).

761 sive germ. l. (36). A m. Novembri 1565 ad m. Februarium 1566.

Canisius in legatione pontificia, quam hieme a. 1565/66 obibat, Treveros non venit.

Canisium in legatione pontificia, quam a m. Novembri 1565 ad m. Februarium a. 1566 obibat, etiam Treveris fuisse affirmarunt historici multi; ita *Sacchinus*, Can. 226 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 21; *Dorigny* l. c. 263; *Python* l. c. 226; Auctor anonymus libelli „*Die Reformation* in Trier"[1], Bonn 1845, 54; *Riess* l. c. 350; *Boero*, Can. 285; *Garcia* l. c. 241; *Alet* l. c. 209; *L. Ennen*, „Canisius, Peter", in „Allgemeine Deutsche Biographie" III 754; *Drews* l. c. 121; *Hansen* l. c. 522[4]; *Leop. v. Ranke* l. c. [supra p. 588] II[10], 30; alii.

a) Geldriae *archet.*

[1] Is de Canisio ita: „Der bekannte Peter Canisius, der am 24. November 1843 [*sic*!] in Rom heilig [*sic*!] gesprochen worden ist" (l. c. 54).

Hansen significat, se Riessium ea in re sequi; Riess autem et reliqui, qui quidem assertionem argumentis confirmare conentur (aliqui affirmant tantum), unius Sacchini testimonium proferunt; quod enim Ranke (l. c. adn. 2) addit testimonium „Maderi“ (lege: Raderi) „de vita P. Canisii l. II, c. II“: id non ad Treveros pertinet — nulla apud Raderum (Can. 148—153) Treverorum mentio — sed ad reliquas urbes, ad quas Canisium adisse Ranke affirmat.

Neque vero Sacchino hac in re credi potest. Nam refertur quidem in litteris, quibus ille ad hanc narrationem componendam usus est, canisianis, cum archiepiscopo treverensi Canisium coram egisse; neque tamen dicitur, eum Treveris egisse; atque satis inusitatum erat archiepiscopis treverensibus illius aetatis habitare Treveris, hoc maxime tempore, quo de civili urbis dominio ipsis cum civibus controversia erat: Confluentibus illi praecipuam sedem habebant, ac Canisius planis verbis cardinali Truchsess scripsit, se Confluentibus cum archiepiscopo fuisse (v. supra p. 135). Neque in fontibus treverensibus (ut in collegii treverensis litteris annuis vel in Sociorum treverensium epistulis privatis) ulla comparet mentio Canisii Treveris versati. Atque Canisius ipse, absoluta legatione Moguntia „recta profecturus Augustam“ (ut ipse 27. Ianuarii 1566 Borgiae scripsit), in litteris 28. Ianuarii 1566 ad Borgiam datis de tribus illis collegiis, quibus Societatis provincia rhenana constabat, coloniensi, moguntino, treverensi, ita rettulit: „Vidi utrumque Collegium Moguntinum et Coloniense, nec ullas Visitatoris partes in eo mihi sumpsi. Gratulor illis et nobis foelicem successum Collegiorum huius Prouintiae, Nam Treuerense magis etiam quam Moguntinum florere dicitur. Sit nomen Domini benedictum.“ His verbis omnis iam dubitatio aufertur!

Sacchinum haec verba fugerunt. Atque hoc ille pro certo sumpsisse videtur: Episcopos germanos illius temporis perinde atque italos in urbibus episcopalibus sedem habuisse [1]. Fortasse etiam prae manibus habebat epistulam a P. Antonio Vinck S. J. Aschaffenburgo 29. Novembris 1565 Romam missam, in qua ille nuntiabat, Canisium dubitare, utrum sibi Colonia Argentoratum ituro per Treveros transeundum esset an per Vormatiam et Spiram (v. supra p. 649). At intervenit mors Pii IV.; quare Canisius, mutato consilio, neutra via Argentoratum petiit, sed Colonia per Moguntiam et Spiram rediit Augustam (v. supra p. 173 188).

762 sive **germ. l. (37).** M. Februario a. 1566.

Ex archetypis, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis et a P. Hier. Natale subscriptis. Cod. „EN“ n. 148 158 (f. 158[a] 111[a]). Etiam (ex archetypis) in Epp. *Nadal* III 246 300.

Canisio ex itinere rhenano Augustam redeunti 500 floreni supersunt de viatico a Pio IV. et ab aliis accepto.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Oeniponte 6. Octobris 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: Il Padre Canisio . . . hà destinato 500 fiorini che li restorono del Viatico del Papa Pio 4º et dato in deposito *etc. Et Dilinga 14. Novembris 1566:* V. P. si ricordara de li 500 fiorini che restorono al Padre Canisio del Viatico del Papa et d' altri.

Natalis igitur prioribus litteris ita scripsit, ac si tota ea pecunia Canisio ex viatico pontificio superfuisset; postea vero, cum denuo de pecunia illa cum Canisio egisset, ipse se corrigens, eam ex viatico a pontifice et ab aliis data superfuisse ait. Nuntii certe apostolici ea aetate non instruebantur copiosis viaticis: nonnunquam vere egebant; cf. *Can.* II 322 325; IV 743—744, et *Pogiani* Epistolas III

[1] Etiam *Riess* l. c. Canisii verba, quae Sacchinus, Can. 226—227, posuerat, parum recte interpretatus esse videtur. Ex historicis alii Canisium Coloniam euntem, alii Colonia redeuntem Treveros venisse dicunt.

263—264, ac maxime *Ant. Pieper,* Zur Entstehungsgeschichte der ständigen Nuntiaturen, Freiburg i. Br. 1894, 11—15. Valde autem verisimile est, aliquos saltem ex episcopis, quos Canisius adivit quorumque negotia egit, ei viatici nomine stipem dedisse; certe Canisius Noviomagi a propinquis, quos ibi et multos et divites et pios habebat, ac maxime a Wendelina sorore pecunia donatus est. Ipse autem fere unum tantum comitem secum ducebat (v. supra p. 648), parce vivebat, ab episcopis et in Societatis collegiis gratis sustentabatur. Denique propter Pii IV. mortem et comitia augustana legatione integra perfungi non potuit. Equidem conicio, eum per cardinalem Amulium (v. supra p. 206 219), quid de reliquo viatico pontificio agendum esset, ex S. Pio V. quaesivisse, et hunc pecuniam illam pro stipe ei donasse.

763 sive **germ. l. (38).** 23. Martii 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN" n. 106. Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 35—36. Epistula usus sum in *„Stimmen"* etc. LXXI 326.

P. Natalis visitator Borgiam praepositum generalem monet: Canisium vehementer optare, ut legationis pontificiae apud proceres Germaniae denuo obeundae officio liberetur. Addit Natalis: Eiusmodi legatione id effectum non iri, quod pontifex velit; Societatem in imperatoris et catholicorum odia, Canisium etiam in vitae discrimen incursuros esse; Socios a capitulis in posterum quoque habitum iri exploratores romanos; Canisium severiorem videri, quam tempus ferat.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, de legatione, qua pontifex Canisium apud complures Germaniae episcopos et principes fungi iusserat (vide supra p. 163), Augusta 23. Martii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem rettulit: V. P. significa... al Padre Canisio que aya de voluer a su peregrinacion, y el me ha significado inclinacion muy contraria, y razones muy fuertes, y realmente padre me paresce que si el haze aquel officio, el fin sera que ni hara effecto para lo que su santidad quiere y se hara a si y a toda la Compañia odiosos al Emperador y a los[a] catholicos, y ponerse hà en peligro dela vida, y hara que aunque despues desistamos, siempre pensaran los cabildos que somos por aca espiones de Roma, y verna a peligrar el fructo que segun nuestra baxeza con la diuina gracia podemos hacer, allende que el padre Canisio, de su manera paresce riguroso, y mas presto es de esperar de su manera fructo en otro tiempo que en este.

764 sive **germ. l. (39).** Sub 19. Maii 1566.

Ex archetypis, a P. Did. Jimenez S. J. scriptis et a P. Hier. Natale subscriptis. Cod. „EN" n. 128 129. Etiam (ex archetypis) in Epp. *Nadal* III 133 135.

Imperator, Canisium scripti cuiusdam auctorem esse putans, alienum ab eo animum declarat. Et Natalis et Canisius exoptant, ut pontifex Canisium officio legationis denuo per Germaniam obeundae levet. Eam enim caesari ingratam fore, ecclesiae nullam utilitatem, Societati multum damni allaturam esse.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Augusta 19. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de Societatis hominibus, quos S. Pius V. per Germaniam mittere

a) *Ita in archet. correctum est ex* todos.

cogitaverat, et de Canisio, cui idem pontifex mandaverat, ut comitiis imperii absolutis pontificiam per Germaniam legationem propter Pii IV. mortem intermissam denuo susciperet (v. supra p. 163 166): Delle missioni, sara molto bene che S. Santità si remetta à quello che per di quà parera, et in ogni modo pare, si deue procurar questo. Jl medesimo dico che il Padre Canisio non uadi come l' altra uolta[a], imo l' una cosa et l' altra mi pare necessaria, per le cause che diro in un' altra. *In alteris autem illis litteris, eodem die ad eundem datis, Natalis monuit:* De que el Padre Canisio no deua yr ala peregrinacion etc. Hay esto de nueuo, que el Emperador se ha quexado del nominatim por ocasion de cierta escritura que pensaua auer hecho Maestro Canisio, diziendo esto es de Maestro Canisio, y otras palabras pesadas que no sabemos. De manera que es muy gran peligro que andando en esta buelta Canisio, no la tome muy de ueras contra el y contra nosotros y sin remedio humano; y el mismo Canisio tiene gran auersion deste negocio, y muestra estar muy resoluto de que no hara fructo a los negocios, y que hay gran peligro de hazer muy gran daño ala Compañia.

Fortasse Maximilianus II. Canisium scripti, quo catholici ordines protestantibus respondere volebant, auctorem esse putabat; v. supra p. 592.

Canisius voti compos factus est; v. supra p. 267 270.

765 sive **germ. l. (40).**

Ipsa ecclesia catholica operae a Canisio a. 1565/66 in legatione Pii IV. sibi navatae mentionem cum honore habet et in Brevi beatificationis illius, a Pio IX. ex Arce Gandulphi 2. Augusti 1864 dato (*Pii IX.* Acta. P. I, vol. 3, p. 665—673) et in Officio eius ecclesiastico (Breviarium Romanum, Pars verna, Officia propria pro aliquibus locis, d. 27. Aprilis, lectio IV).

Ad monumenta legationis huius pertinent etiam aliqua ratione mon. 666 667 677 693 705 808 828 829 864 865 899.

D.

MONUMENTA HERBIPOLENSIA CANISII.

766 sive **herb. (1).** **A m. Februario ad Aprilem 1565.**

Ex cathedralis capituli herbipolensis actis archetypis, quae exstant Herbipoli in archivo provinciali (Kreisarchiv) Franconiae inferioris, Codd. „Recessbuch ... 1564“ f. 193[b]—194[a] et „Recessbuch ... 1565“ f. 69 110[b]—111[a].

Cum Herbipoli in ecclesia cathedrali contionator desit, episcopus et capitulum cum Canisio (et aliis) de eo officio suscipiendo agere statuunt.

In cathedralis capituli herbipolensis actis haec sunt notata: In capituli comitiis sive „sessione“ 24. Septembris 1564 habita relatum est, ecclesiae cathedralis contionatorem per $1^1/_2$ horas dicere consuevisse;

a) *Sequuntur vv.* à torno, *oblitterata.*

quare capitulum eum monere statuit, ne ultra horam contionem protraheret. Die autem 15. Februarii 1565 haec a capitulo constituuntur: Nachdem ettwan hieuor vilfeltig daruon geredt tractirt vnnd gehandelt worden, Dieweil sich der Dhom Prediger so vnbescheidenlich in seiner Predig verhelt, das er abgeschafft, vnd ein anderer gelerter man an sein statt soll angenommen vnnd verordnet werden, Vnd sonderlich vnser gnediger Herr von wurtzeburgk[1] furgeschlagen, Das ettwan mit dem Suffraganio zu Augspurgk[2], Oder dem Canisio möcht gehandelt werden, das sich einer hiehero begeben möcht, das auch zu Freyburgk zwen gelerthe Theologj seyen der Casimirus[a] [?] vnd Christofferus Ellingerus[3] deren ein das Suffraganat zusambt der Predig Ime Thumbstifft versehen kontten, So dan nun der Ietzig Prediger abgeschafft, vnnd die Notturfft erheischt, das gegen der Heylligen Zeyt[4] die Cantzel notturftig versehen werde, Soll nochmals mit vnserm hochwurdigen Herrn gehandelt werden, das Jr Furstliche gnaden dohin schicken, vnd mit Jnen handlen laß, Ab einer hiehere zuuermogen were, konth man Ime das Closter zu Sanct Iacob eingeben, und ein Ehr : Dhom : von der Predicatur wegen auch ettwas addirten, Das einer sich stattlich vnterhaltten konth. *Interea Guilielmo contionatori persuadendum esse, ut proximis tribus sexve mensibus contionari pergat, et quia cotidianis illis Quadragesimae contionibus unius vires non sufficiant, videndum, ut alii eum adiuvent. Dein die 4. Aprilis 1565 capitulum „peremptorium" habetur, in quo haec proferuntur: Qui usque adhuc ecclesiae cathedralis contionatorem egerat, officio prorsus se abdicavit. Iam autem constitutum erat, ut novi contionatoris providendi gratia Friburgum vel in alia loca litterae mitterentur; atque id sibi curae fore etiam episcopus significavit; quare placuit, ut aut episcopus denuo ea de re moneretur, aut capitulum suo nomine in loca illa litteras mitteret.*

Quid episcopus m. Novembri ea de re cum Canisio egerit, v. supra p. 366—370.

In sessione capituli 15. Novembris 1566 habita refertur: Quia „herr Wilhelm Itziger dhombprediger sehr vnfleissig Im studiren vnd predigen, also das das gemeine Volck Ine nitt gern mehr horet, sonder auß der Kirchen leufft, vnd er auch fur sich selbsten nitt pleiben, sonder sich vff eine pfarr zubegeben gedechte", novum contionatorem quaerere canonici statuerunt (Cod. „1565 1566 Recessbuch" [ibidem] f. 245).

a) *Scribendum fuerat* Cassianus *vel* Caseanus; *v. infra adn. 2.*

---

1 Fridericus a Wirsberg, episcopus herbipolensis. 2 Michaele Dornvogel.

3 Friburgi Brisgoviae in universitate theologiam tradebant Dr. Christophorus Caseanus sive Cassianus († 1570) ex Trambach (nunc Traben-Trambach, Borussiae rhenanae oppidum) ortus et Dr. Christophorus Eliner († 1575) ex Mößkirch sive Meßkirch (nunc magni ducatus badensis) ortus (*Heinr. Schreiber,* Geschichte der Albert-Ludwigs-Universität zu Freiburg im Breisgau II, Freiburg 1868, 287 290. *J. König,* Die Professoren der theologischen Facultät zu Freiburg i. Br. 1470—1870, in „Freiburger Diöcesan-Archiv XXVII, Freiburg i. Br. 1899, 308. *Herm. Mayer,* Die Matrikel der Universität Freiburg i. Br. von 1460—1656 I, Freiburg i. Br. 1907, 316 378).

4 Tempus Quadragesimae.

767 sive **herb. (2).** A 19. Novembris ad 1. Decembris 1566.

Ex archetypis, quae exstant in Cod. „EN" n. 162 163. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 310 315 319.

PP. Natalis et Canisius Dilinga cum P. Ximenio et equite per cardinalem Truchsess ipsis adiuncto Herbipolim proficiscuntur. Quamquam neque episcopus, neque eius cancellarius collegiorum fundandorum rationem unquam edocti sunt, cum cancellario collegii Herbipoli condendi negotium prospere tractant. Cancellario ad dies aliquot abeunte, Natalis Aschaffenburgum excurrit.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator S. Francisco de Borgia praeposito generali scripsit Dilinga 19. Novembris 1566: In questa sarò breuissimo, padre, perche stò per montar' à cauallo co' l Padre Canisio et Ximenez et un' raiter, hoc est homo[a] à cauallo che ci hà dato per guida il Reuerendissimo Augustano[1] la volta d'Herbipoli. *Et Aschaffenburgo 1. Decembris 1566:* Da Dilinga scrisi alla V. P. quindeci, o, 16 giorni fà[2]. Dipoi Trè giorni partimo il Padre Canisio Maestro Ximenez, et io per Herbipoli, doue gionsemo, hoggi sono otto giorni, et hebbimo poco tempo per trattar' della fundatione, per hauersene dà partire il Cancellario[3], con chi s' hà à trattar ogni cosa, per cose d' importanza, un giorno dipoi di esser' gionti noi. Tutta via in quel breue tempo, benche con difficoltà, si negociò assai bene, et molto meglio di quello che io speraua, perche mai era stato quel buon' Vescouo[4] ne il Cancellario informato al pieno delle cose de fundationi de Collegij, et hauendo à ritornare il Cancellario dentro de sei giorni, hoc est hoggi à Herbipoli, m' occorse un' occasione di scorrere insino à questa terra, doue ordinariamente habita il Reuerendissimo Moguntino[5]. . . . Jo mi partirò fra due hore con la gratia del Signore per Herbipoli per esser necessità di ritrouarmi presto col Cancellario di quel Vescouo.

De herbipolensi hac peregrinatione *Natalis* litteris Roma 7. Octobris 1568 datis, quas compluries memoravi, ita scribit: „Partí para allá con el P. Canisio á 19 de Noviembre, auiéndome detenido en Dilinga algunos días . . . Es camino de cinco días hasta Herbípoli. Recibiónos el obispo en su castillo con grande alegría, trató de la fundatión; detúueme diez ó doze días, por aguardar á su vicechanciller[6], que era ausente, sin el qual no quiso concluyr nada el obispo. Entretanto, dexando ally al P. Canisio, fuy á verme con el prouincial del Rin y con el retor de Maguncia en vn su castillo[7]. Tenía ya el obispo en Herbípoli fabricadas escuelas muy grandes y bien labradas, como quien tenía propósito de hazer vn estudio vniuersal y conuocar todos los estudiantes de su estado, que es de treynta y más villas cercadas y de 500 aldeas, la mejor tierra de pan y vino que ay en Alemania. Auía asymismo fabricado parte de nueuo en vn monasterio desolado, junto al qual hizo las

a) *In arch. ita correctum est ex* hombre.

---

[1] Cardinalis Otto Truchsess.

[2] Scripsit et 14., et 19. Novembris (Epp. *Nadal* III 290—312).

[3] Balthasar ab Hellu. [4] Fridericus a Wirsberg. [5] Daniel Brendel.

[6] Balthasarem ab Hellu cancellarium; vide supra p. 365 508.

[7] Natalem hic quoque memoria fefellit; nam Aschaffenburgum, ubi cum PP. Antonio Vinck et Lamberto Auer congressus est, archiepiscopi moguntini, non episcopi herbipolensis erat.

escuelas, y parte dél hizo restaurar para habitación de los nuestros" (Epp. *Nadal* IV 785).

Quod ad temporum descriptionem attinet, hoc, si hasce epistulas inter se et cum ea, quam idem Natalis 12. Decembris 1566 Borgiae misit (v. infra mon. 768), contuleris, intelliges: Natalis cum sociis Dilinga 19. Novembris profectus, Herbipolim 24. Novembris advenit: ubi ipse et Canisius eodem die et d. 25. Novembris mane egerunt cum cancellario; qui ipso illo die Herbipoli discessit. Ex praeceptis autem a Natale Canisio datis et a Ximenio scriptis (vide infra mon. 770) cognoscitur, Natalem ante d. 26. Novembris Aschaffenburgum non abisse. Quem comitatus est P. Didacus Jimenez; huius enim manu litterae, quas Natalis 1. Decembris 1566 inde dedit, sunt conscriptae (Epp. *Nadal* III 315[1]); eodem die ambo iterum Herbipolim petierunt (l. c. 319). Corrigendus autem est *Boero,* Natalem et Canisium mense Decembri Herbipolim se contulisse scribens (Can. 307).

768 sive **herb. (3).** **A 24. Novembris ad 4. Decembris 1566.**

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN" n. 165 (f. 255[a]—256[a]). Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 335—339.

Herbipoli episcopus PP. Natalem et Canisium benigne excipit et de collegio cum cancellario agere iubet. Is, collegiorum Societatis rationem nunquam plene edoctus, valde obsistit, cum petentibus universitatem minimum eum reditum dandum esse comperit, qui 60 hominibus alendis sufficiat. Attamen aliquot capita cum eo constituuntur: Episcopus 1500 florenos annuos cum monasterio dat et plura se daturum pollicetur. Socii officiis cantandi, libros scribendi, visitandi liberi sunt. Neque incipietur statim, neque initio integer magistrorum numerus nec, qui convictores regat, mittentur. Contionabitur Canisius et post eum alius e Societate. His capitibus per episcopum approbatis et cancellarius et Natalis ad tempus urbe abeunt. Interea Canisius bis contionatur et a praeposito ecclesiae cathedralis invitatur. Natalis reversus, cum cancellarii reditum ultra tempus statutum differri et Canisium Augustam redire velle intellegat, cum Canisio „formulam" fundationis adumbrat, ab episcopo cum auctoritate subscribendam. Qui formulam sibi placere, nec tamen ante cancellarii reditum se rem definire significat. Natalis discedit, Canisio ad negotium absolvendum instituto. Cancellarius sub anni exitum Augustae vel Dilingae aget cum Canisio; qui exemplum fundationis Romam mittet.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Spira 12. Decembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de rebus a se et Canisio Herbipoli cum Friderico a Wirsberg episcopo principe et Balthasare ab Hellu eius cancellario de Societatis collegio ibidem condendo constitutis (vide supra p. 365): Noi fusimo molto ben riceuutti dal Vescouo, il quale rimese la trattatione della fundatione[a] àl Cancellario[1] che[b] fà ogni cosa, et cio che luj fà, àpproba il Vescouo. Co' l Cancellario hebbimo grand difficoltà àl principio, per causa come io credo che mai erano stati informati, chiaramente del modo de fundar' collegij, et formula et modo d' obligatione de fundatori, et nostra . et specialmente fece summa difficoltà quando senti il Cancellario che s' haueua dà fare almanco la fundatione per alimentare Sesanta de nostri, il che fù necessario dire chiaramente,

a) fundationi *archet.* b) *Ita in arch. correctum est ex* il quale.

[1] *Natalis* in eisdem litteris: „Habbiamo", inquit, „il cancellario molto da bene, buon catholico, et molto capace di raggione et molto nostro" (l. c. 334).

perche loro vogliono hauere tutti li lettori che hanno a esser' in una vniuersità nostra[1]. . . . Passata questa prattica restamo quasi confusi in tutto il negotio insino alla matina che fu il giorno di Santa Catharina[2], hauendosi di partire per certi negotij d' importanza il Cancellario, venemo à certi articoli li quali si scrisero, di modo che s' offeri di compire insino a Millecinquecento fiorini perpetui comprehenso il Monasterio[3], il quale s' hà a applicare perfettamente alla Compagnia secondo il breue del papa[4], et il instituto di quella; et perche non è altro questo, che principio de fundatione fecemo che fusi contento il Cancellario che il Vescouo promettese de augmentare la fundatione, ut satisfieret instituto Societatis[5], secondo che luj haueua sentito da noi, voleuano certe altre obligationj de cantare, scriuer' libri, et Visitationj, et tutto cio leuasimo; et per facilitar' piu questo principio agiongesimo che non si daseno[a] lettori insin' all' ottobre dell' anno che Viene, et all' hora fusero de nostri un Theologo et un' philosopho et non doi, insino all' altro anno sequente, et che non dasero li nostri l' anno che viene regente per li conuittori etc.[b] et che alla quadragesima uerrebe Maestro Canisio per predicare et dipoi li succederebbe alchun'[c] altro. Questi articoli furono dati al Vescouo et li approbò, Dipoi parti il Cancellario per suoi negotij, et io per Aschemburg[6], come ho scritto et dirò; Restò Maestro Canisio aspetandosi à[d] tutti doi che haueuamo à ritornare ad un' tempo, in questo mezzo il padre Canisio fece due prediche vna in Castello, l' altra nella chiesa maggiore[7], et fù accarezzato et inuitato dàl Preposito[8], ritornato io in Herbipoli[9] et essendo passato il tempo nel quale haueua da ritornare il Cancellario, et uolendosi partire il Padre Canisio, et con ragione, per la sua Prouincia, concepimus formulam fundationis collegij et donationis, conforme alle cose acordate, nella quale prima Il Vescouo[e] dice le cause che l' hanno mosso[f] per fundar' il collegio. 2º Dice il concetto suo et disegno . 3º fà donatione simplice alla compagnia et consente alla applicatione del Monasterio[g] et promete d' augmentare etc.

a) *Ita in arch. correctum est ex* dasino. b) *Quae sequuntur, usque ad* Questi articoli *excl., in margine addita sunt.* c) *Ita in arch. correctum est ex* alchuno. d) *Hoc v. supra versum scriptum est.* e) *Ita in arch. correctum est ex* prima si. f) *Ita in arch. correctum est ex* che hanno mosso al Vescouo. g) *Quattuor vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] Vide supra p. 365—367.

[2] Sanctae Catharinae Alexandrinae ex vetere memoria dies 25. Novembris sacer est. [3] Desertum illud monasterium S. Agnetis; vide supra p. 128 646.

[4] Hoc vide supra p. 646. [5] Vide supra p. 365[4].

[6] Aschaffenburgum (Aschaffenburg); vide supra p. 693.

[7] Canisium in Monte Beatae Mariae (Marienberg), quae erat sedes episcopi, 30. Novembris sive die S. Andreae apostoli (is illa aetate ex „festis de praecepto" erat), in ecclesia cathedrali d. 1. Decembris, quae erat Dominica prima Adventus, dixisse conicio.

[8] Cathedralis ecclesiae praepositus a. 1562—1583 erat Richardus a Khere (*Ign. Gropp* O. S. B., Collectio novissima Scriptorum et Rerum Wirceburgensium, Francofurti 1741, 701—702).

[9] Die 1. vel 2. Decembris; vide supra p. 693.

4º dimanda et prega la P. V. accetti la tal donatione et fundatione, et dimanda li lettori etc. Questa scrittura hà da sottoscriuere il Vescouo facendone un atto di donatione per mano di Notario: la quale li muostrasimo essendo fatta et la tenne una notte, dipoi ci rispose che benche non soleua far' cose d'importanza senza conseglio et cosi uoleua aspettar' il Cancellario, tamen dise che la scrittura li piaceua, et pare che intese piu che nisuno dicendo che li religiosi pigliano la lemosina delle dotationi, et dipoi fano secondo il suo instituto[a]. mose tamen .3, o, 4. difficoltà alle quali li fu satisfatto. Di questa scrittura io non mando copia alla P. V. perche non hebbe tempo di copiarla il P. Ximenez, perche non partendosi il giorno che partimo, eramo sforzati à stare altri quatro o cinque giorni, per non perder' la messa la dominica che seguiua, non puotendo la dire per la strada[1]. Jò hebbi per bene non aspettare al Cancellario; tanto perche era incerta la sua ritornata, quanto perche uolsi lasciare quella scrittura risoluta da parte nostra, alla quale non fusi replica dal canto loro. . . . La P. V. aiuti, d' . . . vn predicatore, il quale dice il padre Canisio sarebbe àssai il padre Pietro Phae[2]. . . . Jo hò lasciato ordine al Padre Maestro Canisio, del modo come hà da finirsi l' instrumento della donatione del Vescouo, et come ha di expedire sua signoria le solennità o bulle, se sarano[b] necessarie, per piena applicatione . . ., perche hà da esser' con luj il Cancellario questo natale[3] in Augusta ò Dilinga, lui mi aduertira di quello che si farà. La copia delli primi punti che s' accordorono co' l Cancellario sara con questa, l' altra copia della donatione del Vescouo mandarà il Padre Maestro Canisio.

Longarus degli Oddi res a Canisio hisce diebus Herbipoli gestas ita describit: „Entrato appena in Erbipoli si diè a sparger da per tutto il seme della Divina Parola, e a' Cittadini nella Chiesa Primaria, e agl' Infermi negli Spedali, e a i Prigionieri nelle Carceri, e a' Soldati ne' lor Quartieri, attaccando, dirò così, da per tutto fuoco di amor di Dio; e tal fu in tutti la commozione, e il profitto, che la Città invogliossi di aver quanto prima un nostro Collegio" (l. c. 185—186). Haec si cum Natalis et Canisii litteris contuleris, poëtice potius quam historice scripta esse dixeris.

769 sive **herb. (4).** A 24. Novembris ad 4. Decembris 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN" n. 179 (f. 417ᵇ). Integra epistula ex eodem archetypo primum edita est in Epp. *Nadal* III 439—448.

PP. Natalis et Canisius Herbipoli episcopo eiusque cancellario persuadere conantur, non debere in collegio statim initio tradi nec philosophiam nec theologiam; at

a) *Quae sequuntur, usque ad* satisfatto *incl., in margine addita sunt.* b) *Ita in arch. correctum est ex* bulle, essendo.

[1] Spiram Natalis et Ximenius advenerunt 7. Decembris, quod erat sabbatum (Epp. *Nadal* III 340); Canisius 14. Decembris Borgiae scripsit: „Sunt dies nunc decem, quibus discessit a me P. Natalis" (supra p. 360). Quare Natalem et Ximenium 4. Decembris Herbipoli abisse conicio.

[2] Vide supra p. 367 387. [3] Sub d. 25. Decembris.

illi id necessarium esse contendunt, ut et Francones ex universitatibus protestantium retrahantur, et collegii scholae frequententur.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Treveris 20. Aprilis 1567 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de consiliis Herbipoli exeunte m. Novembri et ineunte m. Decembri a. 1566 a se et a Canisio collatis cum Friderico a Wirsberg episcopo principe et Balthasare ab Hellu eius cancellario, qui in Societatis collegio Herbipoli instituendo non solum scholas inferiores haberi, sed etiam ab ipso initio et philosophiam et theologiam tradi volebant (vide supra p. 366): Quanto ad incominciare con vn Collegio di lettere humane latine et greche, io lo propose insieme co' l Padre Canisio con tutta l' instanza possibile àl Cancellario et àl Vescouo, et loro haueuano la determinatione fixissima di fare vn gran principio, co' l quale mouino à venire li Franconi subietti àl Vescouo, dalle Vniuersità d' heretici alla sua Catholica, et nullo pacto potuimus obtinere, dicendo etiam loro, che facendos[i] poca cosa[a] essendo altre schole nella medesima cità, non verrebbono, ne quelli della cità se non pochi . io penso mi mossi perche non ci era rimedio, ne sperauamo puotersi fare cosa alchuna se non in questo modo.

Itaque Natalis et Canisius duos theologiae et duos philosophiae professores episcopo concesserunt, ita tamen, ut duobus fere primis annis unus tantum theologus unusque philosophus adesse deberent; v. supra p. 367.

770 sive **herb. (5).** **Inter 26. Novembris et 4. Decembris 1566.**

Ex „instructionis" exemplo archetypo, quod ex Germania postea Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem missum est. Cod. „NIG" f. 68b—69b. Etiam (ex eodem exemplo) in Epp. *Nadal* IV 324—326.

P. Natalis visitator Canisio provinciali varia praecipit de collegio Herbipoli incohando et dotando: De contionatore; de magistris; de aedibus et hortis; de alumnis; de monasterii traditione; de ratione agendi cum episcopo, praeposito generali, capitulo.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator, antequam in Societatis provinciam rhenanam abiret, Canisium Germaniae superioris praepositum provincialem Herbipoli secum morantem haec iussit curare de collegio, quod Herbipoli Fridericus a Wirsberg episcopus incohare et reditu instruere volebat:

Scribatur de P. Fahe mittendo Herbipolim ex Polonia[1].

Jtem de[a] docto philosopho, qui possit respondere, et tueri authoritatem nostrorum. Theologo bene fundato esset opus, et consultius esset duos mitti philosophos, et Theologos, ob consuetudinem Societatis retinendam, et ne nostri in contemptum veniant, 3º ne opus sit pen-

a) *Sequitur* che, *oblitteratum.* b) *Sequitur* Philosopho, *oblitteratum.*

[1] Canisius de P. Petro Fahe contionatore ecclesiae cathedralis constituendo Borgiae scripsit 14. Decembris 1566; v supra p. 367.

dere ex adiunctis, et varias ab illis difficultates subire, qui satis morosi, et in disputando molesti, nobis videntur futuri[1].

Episcopus profiteatur domum et hortum quae sunt iuxta collegium, esse monasterij, nos uero uoluntate nostra, et ad nostrum beneplacitum illa alumnis concedere[2].

Jn alio horto nullus habitabit externus, nos de illo statuemus quod visum fuerit.

Primo quoque tempore cum venerit Prouincialis, accipiatur possessio monasterij[3], domorum, ac redituum omnium. Accipiantur et scripturae, et haec legitime coram notario et testibus authoritate Apostolicae sedis[a], et polliceatur[4] se expediturum bullas, si necessariae sint ad applicationem monasterij et ad fundationem Collegij[5].

Jn Monasterio Missam dicere permittantur monachi[b][6], quamdiu nostri non possunt illic sacrificare.

Primo quoque tempore scribatur ad patrem[7], et mittatur utrunque scriptum, praesertim secundum, et donec responderit pater, nihil nostro petamus nomine, uel praeparemus, nec agamus ut in aedificio procedant.

Curandum interea, ut capituli consensus in vtrumque scriptum accedat[c], saltem in 2.[um]; qua in re iuuare poterit Cancellarius[8].

Scribatur Romam ad Patrem, necessum esse, ut mittatur aliquis Dilingam, loco P. Gerardi lecturus Philosophiam, tum ob praedicti patris necessitatem, tum ut idem Patri Rauestein succedat in cura collegij D. Hieronymi, Sic Pater Rauestein post pascha veniet Herbipolim, ut Episcopus optat uehementer, ac partim concionabitur, partim parabit necessaria Collegio[9].

Non erit difficile iuxta quod postremo dixit Episcopus, ut idem subscribat scripturae, quam illi exhibuimus[10]. Jgitur diligenter apud eum agat Prouincialis, ut primo quoque tempore mittat ipse scriptum hoc ad P. Generalem, nisi enim videatur hoc scriptum Romae, non

a) *Quae sequuntur, usque ad* „Jn Monasterio" *excl., a Jim. in margine addita sunt.* b) *Ita Nat. ipse correxit ex* fratres. c) *Tria vv. sqq. ab ipso Nat. supra versum scripta sunt.*

[1] Episcopus significaverat: Si Societas primo anno unum tantum philosophiae et unum theologiae professorem dare vellet, se paratum esse ad collegam ex suis utrique adiungendum. De professoribus herbipolensibus v. supra p. 368[1]. Canisius ita fere, ut Natalis dixerat, Borgiae scripsit; vide supra p. 368.

[2] Haec domus vocabatur „zum Fresser"; v. supra p. 367[1].

[3] S. Agnetis; v. supra p. 393 432[1].

[4] Episcopus; v. supra p. 179 198 206. [5] Cf. supra p. 206.

[6] Prope monasterium S. Agnetis erat monasterium Fratrum Minorum Conventualium. Clarissae autem monasterii S. Agnetis iurisdictioni Minorum subiectae fuerant. De ecclesia v. *J. Braun* S. J., Die Kirchenbauten der deutschen Jesuiten I, Freiburg i. Br. 1908, 29.

[7] Praepositum generalem; v. supra p. 364—370. [8] Balthasar ab Hellu.

[9] Canisius Borgiae de PP. Gerardo Pastelio et Ioanne Rabenstein ita scripsit Dilinga 14. Decembris 1566; v. supra p. 368.

[10] Cf. supra p. 365—369 695.

aget pater serio de Collegij fundatione et prouisione quae facienda est in tempore. Et hoc scriptum manu sua firmabit Episcopus, et a publico notario[a] confirmandum curabit legittime[b].

Duo prima praecepta, quae hic posui, in priore parte corporis cuiusdam praeceptorum a Natale Canisio datorum, a P. Didaco Jimenez S. J. conscripto, comparent: quam priorem partem idem *Jimenez* inscripsit: „Quae dixit Pater Natalis Herbipoli Patri Prouincialj 26 Nouembris 1566." Reliqua autem praecepta alteram partem illius corporis constituunt; quam Jimenez: „Circa collegium Herbipolense" inscripsit, tempore non ascripto. Attamen haec quoque praecepta a Natale Canisio, cum ambo Herbipoli de collegio dotando agerent, data esse, et ex Ximenii scripto et ex praeceptis ipsis intellegitur. Quamquam postremum saltem praeceptum non 26. Novembris, sed 3. vel 4. Decembris est datum; neque enim „scriptura", quae in eo commemoratur, ante 2. Decembris episcopo est tradita; neque ante 3. Decembris hic, quid de ea sentiret, significavit. Die 4. Decembris Natalis urbe abiit; vide supra p. 696.

771 sive **herb. (6).** FRIDERICUS A WIRSBERG, episcopus herbipolensis et Franciae orientalis dux, **S. FRANCISCO DE BORGIA**, praeposito generali Societatis Iesu. Herbipoli 14. Ianuarii 1567.

Ex archetypo (2°; $1^1/_2$ pp.; in p. 4 inscr. et reliquiae sigilli), a Friderico ipso subscripto „Epp. Episc. (coll.) I" f. 274 275. Epistulae brevem summam posuit *Duhr*, Jes. I 123.

PP. Natalis et Canisius cum episcopo egerunt; cui iam certa spes est collegii Herbipoli brevi incohandi. Ipse Borgiam rogat, ut ea consilia confirmet et ad effectum adducat.

Fridericus Dei gratia Episcopus Herbipolensis et Orientalis Franciae Dux:

Admodum Reuerende Pater, Amice nobis in Christo sincere dilecte ac Venerande, pergratum nobis fuit, quod P. V. paucis abhinc diebus, miserit ad nos R. P. et doctos Vestrae Societatis Theologos, D. Hieronimum Natalem, et D. Petrum Canisium[1], Nam horum aduentus nos magnopere delectauit, et cum illis egimus diligenter, de dotatione atque fundatione Collegii, quod ex Vestrae Societatis hominibus instituere iampridem cogitamus. Nunc uero gaudemus horum quos dixi opera, rem tandem in eum locum esse adductam, vt certo confidamus, non abesse multum, quin foelix huius institutj principium, quod a multis etiam bonis viris expectatur, cito consequatur[2]. Coeterum non repetemus, quae ad totius negotii vtrinque transactj seriem pertinent. Scribent de illo patres commemoratj[3], et duo scripta quae adiunximus et authoritate nostra, publicique tabellionis confirmata

a) *Ita Nat. ipse correxit ex* et coram notario. b) *Hoc v. a Nat. ipso additum est.*

[1] Die 24. Novembris 1566 Herbipolim venerunt; initio m. Decembris inde abierunt; v. supra p. 694—695.

[2] „Il popolo intendiamo che desidera molto la Compagnia, et sta aspettando con molta auidità": *Natalis* Borgiae 12. Decembris 1566 (Epp. *Nadal* III 334).

[3] Vide supra p. 364—369 694—696.

esse voluimus [1], sat lucis de re tota praebebunt. Quod superest, a R. P. V. id amanter petimus, et confidenter expectamus, vt illa pro suo in Christum Christique Ecclesiam studio et amore singularj, hoc nostrum institutum sibi commendatum habeat, nouumque Collegium quod nos tamdiu, tantisque sumptibus Societatj Vestrae molimur, authoritate sua confirmet, atque ad communem Franconiae nostrae profectum serio ac mature prouehat. Nos interim Curam, fidem, et studium omne pollicemur in rebus praeclarae Societatis Vestrae, quae nobis est sane cordj, tum tuendis, tum ornandis promouendisque, Jn Christo bene Valeat R. P. V. quae nostri etiam memor esse uelit, in precibus suis, ac totius sodalitatis suae, Datae ex arce montis D. Mariae Virg. prope Herbipolim, Martis Decimaquarta Mensis Januarij, Anno Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo.

Jdem Fridericus Manu propria.

[Reue]rendo Patrj, amico nobis in [Christo] sincere dilecto, D. Francisco [de Borgia] Societatis Jesu generalj [Praeposito] in Vrbe residentj ad proprias manus. Romae.

Borgias Friderico episcopo respondit 5. Aprilis 1567.

772 sive **herb. (7).** 22. Ianuarii 1567.

Ex Cod. „Liber Recessuum de Anno 1567" f. 20[b]—21[a]; qui exstat Herbipoli in archivo Franconiae inferioris; cf. supra p. 691.

Capitulum herbipolense ita constituit: Cum is, qui in ecclesia cathedrali contionatur, officii neglegens populoque ingratus sit, alius isque doctus contionator, salario 200—300 florenorum proposito, quaeretur; ideo cum Canisio proxima Quadragesima Herbipolim redituro agetur, ut eiusmodi contionatorem ipse provideat.

In Actis archetypis cathedralis capituli herbipolensis haec, praeter alia, referuntur de canonicorum comitiis generalibus sive „capitulo peremptorio" Herbipoli 22. Ianuarii 1567 habito: Recessus habiti Capitulj Peremptorij die Mercurij Vigesima secunda Januarij. . . . Nachdeme hiebeuohr auch dauon geredt worden, das herr Wilhelm Itziger dhombrediger sehr vnfleissig Ine auch das volck nitt gern mehr höre [2], So ist In Capitel abgeredt vnnd beschlossen, das mitt fleiss nach einer gelerten person getracht werden solte, ob man derselbigen schon zwaj oder dej [a] [?] hundert gulden, zu besoldung geben muste, Dieweil man aber zu diesemmal also In eyl keinen furzuschlagen gewist, so soll damitt verzogen werden, biss vff negstkunfftige fasten da dann der Herr Canisius widerumb herkhommen wurde mit deme mitt fleiss gehandlet werden soll, ein ehr: dhomb: [3] mitt einer thuglichen vnd gelerten person zuuersehen.

773 sive **herb. (8).** 20. Februarii 1567.

Ex Codice herbipolensi „Liber Recessuum" etc., de quo supra mon. 772, f. 33[b]. Codice usus est *Wegele* l. c. I 116. Maximam recessus partem posuit *C. Braun*, Heranbildung etc. I 152 [1].

a) *Sic; corrigendum esse videtur:* drej; *cf. infra mon. 775.*

---

[1] Unum tantum scriptum his litteris adiunctum esse videtur; de quo v. supra p. 393 et infra mon. 777.

[2] Vide supra p. 506 692. [3] I. e. venerabile capitulum cathedrale.

Fridericus a Wirsberg episcopus herbipolensis capitulum cathedrale per decanum ita monet: Cum Canisius per Quadragesimam sacris diebus et praeterea binis hebdomadae diebus in ecclesia cathedrali contionaturus sit, canonici et vicarii eum diligenter audire iubeantur; deligantur etiam aliqui ex vicariorum numero ad contiones scripto excipiendas; qui si diligenter id praestiterint, episcopus opimiora beneficia ecclesiastica et parochias in eos conferet aliisque rationibus eos iuvabit. In capituli comitiis constituitur, ut canonici et vicarii congregentur et episcopi praeceptis oboedire iubeantur.

In Actis cathedralis capituli herbipolensis haec referuntur de „capitulo" sive comitiis canonicorum 20. Februarii 1567 habitis: Recessus habiti Capitulj die Iouis vigesima Februarij. Der Herr dhombdechant [1] hatt eine schrifft verlesen lassenn, das der hochwirdig Furst vnser gnediger herr von Wirtzburgk [2] etc. gnedig begert, Dieweil der herr Canisius dhombprediger zu Augspurgk Itz kunfftige vasten allhie Im dhombstifft die wochen zwene tage, vnd die feiertag predigen werde, Die verordnung zuthun das dhombherrn vnd vicarier fleissig darein gehen vnd zuhoren, vnd ettliche vnter den vicariern ausschiessen, das sie die Predigen nachschreibenn, Denselben, so sie also vben vnd befleissen, erbeuth sich Ir Furstliche gnaden mitt gebung besserer Pfrunden, Pfarren vnd In andere wege, gnedige befurderung zuthun etc. Darauff ist beschlossen, Das solchem vnsers gnedigen herrn begeren, pillich nachgesetzt, Die Herrn vnd Vicarier zusamen beschaiden, vnd Inen also furgehalten werden solte.

Quadragesima anno 1567 inceperat d. 12. Februarii, quae fuerat „feria IV. cinerum". Ex actis autem, quae modo posui, intellegitur, Canisium ante d. 20. Februarii non coepisse contionari; atque equidem, cum acta, quae proxime ponam (monum. 774 775), considero, in id inclino, ut eum 23. Februarii, quae erat Dominica II. Quadragesimae, primum dixisse existimem. Fortasse Dilingae detentus est bellicis motibus et rumoribus, quibus mense Ianuario Franconia turbabatur, et exspectatione nuntii, quem cardinalis Otto rei cognoscendae causa Herbipolim miserat (v. supra p. 383). Quodsi quaesieris, quinam fuerint duo illi dies operosi, quibus (praeter dies sacros) per singulas hebdomadas contionari statuerat, respondeo: Sabbatis contionatores non solebant suggestum conscendere; diebus Lunae et Mercurii Canisius — id quod paulo infra (mon. 774) ostendetur — in templo Minorum Conventualium sermonem catecheticum habebat; quare eum dixisse censeo diebus Martis et Veneris; die enim Veneris eum dixisse ex ipsa sacri illius tempore ratione colligitur; neque verisimile est, eum, nullo die interposito, etiam die Iovis contionem habuisse.

Contionatus est igitur diebus 23. Februarii, 2., 9., 16. Martii, quae erant Dominicae II., III., IV. Quadragesimae et Dominica Passionis, et hebdomadarum illarum binis diebus operosis, quos fuisse puto 25. et 28. Februarii, 4., 7., 11., 14., 18., 21. Martii; fortasse tamen pro 25. Februarii ponendus est d. 24; hic enim S. Matthiae apostolo sacer est atque illo tempore ex diebus „festis de praecepto", quos vocant, erat. Maioris quoque hebdomadis diebus minimum tribus eum dixisse censeo: Dominica Palmarum et die Parasceves sive 23. et 28. Martii, ac praeterea die Martis sive 25. Martii, et fortasse etiam feria V. „in Coena Domini" sive 27. Martii et Sabbato sancto sive 29. Martii; probabile enim est, sabbatum illud delectum esse virgini illi iudaeae sollemniter per Canisium baptizandae (supra p. 430). Nec dubium, quin diebus 30. et 31. Martii et 1. Aprilis sive Dominica, feria II., feria III. Paschatis

---

[1] Erasmus Neustetter, quem „Stürmer" appellabant (*Gropp* l. c. 704).

[2] Fridericus a Wirsberg.

contionem habuerit; hi enim dies ea aetate „de praecepto“ sacri erant. Ante diem autem 6. Aprilis sive „Dominicam in Albis“ Herbipoli discessisse videtur.

Herbipoli has Canisii contiones audivisse et per eas, ut ad catholicam ecclesiam magis magisque accederet, permotus esse videtur Laurentius Albertus sive Albrecht. Is, sub a. 1540 Neapoli in Franconia (Neustadt a. d. Aisch) ex parentibus protestantibus ortus et a. 1557 Vitembergae in album universitatis relatus, exeunte a. 1567 vel ineunte a. 1568 Herbipoli in ecclesiam catholicam receptus est. Postea, Friderico a Wirsberg episcopo herbipolensi et Ioanne Egolpho a Knöringen, qui primum canonicus herbipolensis, deinde episcopus augustanus fuit, vitae subsidia ministrantibus, libros aliquot historicos et apologeticos conscripsit, maximum autem laudem eo sibi comparavit, quod omnium primus linguae germanicae praecepta libro tradidit („Teutsch Grammatick oder Sprach-Kunst“), Augustae Vindelicorum a. 1573 in lucem emisso (*Nic. Paulus*, Lorenz Albrecht, in „Historisch-politische Blätter CXIX 549—560 625—637. *Seb. Merkle*, Eine Klageschrift etc., in „Archiv des Historischen Vereins von Unterfranken“ XLI 266—276. *K. Schellhass*, Nuntiaturberichte aus Deutschland 1572—1585 IV, Berlin 1903, 424—425. *Hermann Paul*, Grundriss der germanischen Philologie I², Strassburg 1901, 22—23). Exstant sane „Propositiones aliquot, in quibus breuiter, clare et perspicue demonstratur, cur *Laurentius Albertus* abiecta Lutheranorum causa, omnes haereticos errores, quos olim fouebat et defendebat, reuocarit, ac in gremium Catholicae Ecclesiae sese receperit. Ab ipso scriptae cum Ingolstadij uersaretur“ (Ingolstadii: Excudebat Alexander Weissenhorn. Anno M.D.LXX). Huius libri litteras dedicatorias, Ingolstadio 28. Februarii 1570 ad Ernestum Bavariae ducem et episcopum frisingensem datas, Albertus ita exorditur: „Annus iam quintus agitur, Illustrissime Princeps, et Praesul dignissime, ab eo tempore, quo de Lutherano dogmate, sub quo natus eram, primum dubitare, et paulatim Catholicorum scripta legere, eorumque conciones Vuirtzeburgi in Franconia audire coepi“. Multum quidem animo suo insedisse opiniones lutheranas; sed continua patrum aliquot lectione et frequenti contionum catholicarum auditione paulatim se meliora esse edoctum.

774 sive **herb. (9).** 22. Februarii 1567.

Ex exemplo archetypo (2°; 1 p.), quod (in pag. 2) ita inscriptum est: „Dem hern Pfarhern zu S. Petter zuuberandttwortten.“ Exstat Herbipoli in archivo curiae episcopalis, fasc. „Würzburg A. N° 14“. Litterae excusae sunt primum in „*Würzburger* Diöcesanblatt“ Jahrg. 1859, Würzburg 1859, 290, deinde (ex apographo antiquo, quod Herbipoli in monasterio franciscano servabatur) in libro P. *Conradi Eubel* O. Min. Conv. „Die Franziskanerkirche in Würzburg“, Würzburg 1882, 18—19, et in libello periodico „*Hausschatz*“ 30. Jahrg., Würzburg 1897, 613—614.

Mandatu Friderici episcopi fiscalis ipsius omnes urbis herbipolensis parochos et contionatores certiores facit: Fore, ut Canisius pro singulari sua pietate per Quadragesimam singulis diebus Lunae et Mercurii in gratiam puerorum et famulorum catechismum explicet; ideo die dominica, quae postridie futura sit, fideles monendos esse, ut diebus illis ad catechismum audiendum in ecclesiam Franciscanorum pueros famulosque mittant atque etiam ipsi, si vacaverit, veniant.

Demnach der Erwyrdig vnd hochgelertt her Doctor Petrus Canisius Dhomb Prediger alhie, zu dieser Jnstehenden heiligen Zeytt, den Catechismum der Jugent, kindern vnd gesindt zu guttem, damit sie jn den fürnembsten stucken vnsers Christlichen glaubens, recht vnd Catholisch vntterrichtt, auch in pietate woll instituirt wurden, jn der wochen zween tag, Nemblich Montag vnd Mittwochen, auß sonderm Christlichem Gottseeligem eyffer und zuneygung, zulehren vnd zupredigen furgenommen, So sollen auß befelch deß hochwyrdigen Fursten

Meines Gnedigen hern von Wyrtzburgk, die Pfarhern vnd Prediger alhie, auff morgen Sontag, jrem befohlnen Pfarvolck vnd zuhörern anzeigen, vnd sie mit vleiß vermanen, Daß sie furtterhin jr kinder vnd gesindt, auff bemelde zween tag, nach Mittag vmb zwey vhr, jn die kirchen deß Closters zu den Barfuessern[1] alhie (jn welcher solch Predig gehörtter massen verricht, vnd auff itzt könfftigen Montag etc. angefangen werden soll) zu solchen nutzlichen vnd nottwendigen institutionibus vnd Predigen kommen, vnd dieselbige mit vleiß anhören lassen wöllen, auch fur sich selbst, do sie nichts zuschaffen, besuchen, domitt solchs nicht vergebens vnd vmb sonst geleert vnd gepredigt werde. Ex commissione Reuerendissimi

Fiscalis.

Tempus huic mandato ascriptum non est; hoc tamen ex ipsis eius verbis cognoscitur: Anno 1567 pridie alicuius Dominicae quadragesimalis datum est; datum esse pridie Dominicae secundae sive die 22. Februarii colligitur ex actis capituli cathedralis positis supra p. 701 et ponendis infra mon. 775.

Videtur igitur Canisius catecheticas hasce contiones habuisse diebus 24. et 26. Februarii, 3., 5., 10., 12., 17., 19., 24., 26. Martii.

Minus recte hae Canisii contiones catechesesque quadragesimales reiciuntur in annum 1566 in *„Hausschatz“* l. c. 614*, in annum 1565 a *M. Feder*, Geschichte des Katechismuswesens im Wirzburger Bissthume, Heilbronn u. Rothenburg a. d. Tauber 1794 (sine nomine auctoris), 16** atque ab *Ant. Ruland*, Serapeum XXVIII, Leipzig 1867, 9.

775 sive **herb. (10).** 22. Februarii 1567.

Ex Cod. herbipolensi „Liber Recessuum“ etc., de quo supra p. 700, f. 36b—37a. Codice usus est *Wegele* l. c. I 116—117.

Cathedrali capitulo herbipolensi decanus mandatu episcopi haec proponit: Episcopus a Canisio petivit, ut aut ipse cathedralis ecclesiae contionatorem ageret aut doctum aliquem virum sacro illi suggestui provideret. Cum Canisius ad eiusmodi virum quaerendum operam suam promiserit, episcopus novo illi contionatori 300 florenos annuos a capitulo dandos esse censet. Capitulum statuit pecuniam illam, cum episcopus doctum aliquem virum obtulerit, solvere; cuius rei gratia contionatori, si beneficia ecclesiastica admittere poterit, ad salarium usitatum vicariam addent; sin „Iesuita“ erit, fortasse vicariam aliquam vacare iubebunt; sin autem contionator 300 florenis non erit contentus, episcopi erit, aliquid adiungere ex monasteriorum bonis; quae sat multa ipse ademit. Deinde episcopus per decanum petit, ut, quoniam super suggestum ecclesiae cathedralis operculum nimis esse elatum eaque re contionandi laborem satis molestum effici et Canisius et alii querantur, operculum demittatur et fornicatim pandatur, atque ut etiam vulgaris aliquis inornatusque suggestus, qui ex uno loco in alium portari queat, conficiatur. Capitulum statim iubet utrumque per aedilem curari.

In Actis cathedralis capituli herbipolensis haec referuntur de eiusdem comitiis generalibus sive „peremptoriis“ Herbipoli 22. Februarii 1567 habitis: Recessus habitj Capitulj Peremptorij in Festo D. Petrj[2] die Saturnj Vigesima secunda Februarij: . . . Deßgleichen hatt der herr dhombdechant[3] auch ahngezaigt, welcher massen offt

[1] In ecclesiam, quae Minorum Conventualium a saeculo XIII erat et nunc quoque est.

[2] „Cathedrae S. Petri Antiochiae“. [3] Erasmus Neustetter.

hochermelter vnser gnediger Furst vnd herr von wirtzburg mitt Iren gnaden der predicatur halben Im dhombstifft reden vnd dero anzaigen lassen, Dieweil die gemelte Predicatur biß hero versehen worden wie es gemöcht, So hetten Ire Furstliche gnaden mitt dem Herrn Canisio gehandlet, das er soliche Predicatur entweder selbst versehen, oder aber sonsten einen stattlichen gelerten mann, dar zu bestellen vnd Promouiren wolte, Darauff sich dann der Herr Canisius erbotten, nach einem gelerten mann zu trachten, Vnd weren Ire furstliche gnaden der mainung, da man einen stattlichen mann bekhommen mochte, ein ehr: dhomb: wurde sich nitt beschweren denselben ahnzunehmen, vnd ob sie Ime In die zwaj oder dreihundert gulden geben solten, Darauff ist beschlossen vnd abgeredt worden, Dieweil ein ehr: dhomb: schuldig die predicatur zuuersehen vnd zubestellen, vnd gleichwol hiebeuohr mehrmals dauon geredt vnd vff die 300 florin auch geschlossen worden, So ist ein ehr: dhomb. nochmals deß gemuths vnd erbiettens, Da Ire furstliche gnaden einen furtrefflichen tuglichen mann der bestendig were, darstellen wurde, das Ime die 300 florin geben werden solten, vnd da dieselbig person habilis ad acceptanda benefitia, so mochte man derselbigen, zu der alten besoldung ettwa eine gutte Vicarej vnd damitt der 300 florin vergnuegen, damitt die ampter mitt mehrerem außgeben nitt beschweret wurden, Da es aber ein Iesuiter vnd also nitt habilis, muste man sonsten darauff bedacht sein, wie man solche 300 florin, erfullet vnd erstattet, vnd ettwa ein solch beneficium vaciren liesse, Jm fall sich aber einer, mitt 300 florin nitt benuegen lassen wolte, soll mitt vnserm gnedigen Fursten vnd herrn von Wirtzburgk ferrer gehandlet werden, Das Ire furstliche gnaden die vbermaß ettwa von Closters einkhommen, deren Ire furstliche gnaden viel eingezogen, ersetzenn wolte, dann ein ehr: dhomb: vber die 300 florin sich nitt einzulassen wiste. Es haben auch Ire furstliche gnaden begert nachdeme der Deckel ahn dem Predigstuel sehr hoch, vnd also den Ihenigen so predigten, das predigen sehr sauer wurde, wie sich dann der Herr Canisius auch andere dessen beclage[1], ein ehr: dhomb: wolle denselbigen ettwas nidericher vnd gewelbt machen lassen, Deßgleichen wolte auch ein ehr: dhomb: einen schlechten[2] predigstuel, den mann hien vnd wider wie man wolte, tragen mochte, machen lassenn, Welches also mitt dem deckel zuuersuchen, auch einen schlechten predigstuel machen zulassen von einem ehr: dhomb: bewilliget vnd dem Baumaister alßbalden beuolhen worden.

Vulgari illo inornatoque suggestu, qui ex uno loco in alium facile portari posset, Canisius, puto, uti volebat in ecclesia Franciscanorum, cum catechismum explicaret; v. supra p. 703.

Ex hoc et superioribus monumentis intellegitur, Canisium aut 22. Februarii, aut paulo ante Herbipolim advenisse.

776 sive **herb. (11).** 2. Aprilis 1567.

Ex exemplo (2°; 3 pp.), quod eodem fere tempore Herbipoli ex ipso libro Actorum Consilii Ecclesiastici herbipolensis exscriptum esse videtur (A). Exstat Herbipoli in archivo curiae episcopalis, Fasc. „Würzburg. A. N. 14“ n. 5. Ex eodem exemplo (?) haec primum vulgata sunt a *Reininger* l. c. [v. supra p. 410] XVIII 190—192 (R).

Herbipoli consilii ecclesiastici conventus habetur, cui episcopus praeest, Canisius interest. Decernitur, ut communis aliqua forma absolvendi ab excommunicatione statuatur. Forma a Canisio proposita non placet. Institutio quaedam confessariorum, „Agendae“ adiuncta, seorsum excudetur cum indiculo casuum reservatorum, in confessarios distribuenda. Parochi monebuntur, ut Polanci, Soti etc. libros de sacramentis scriptos diligenter legant. Ab episcopo summus „Poenitentiarius“ constituetur.

[1] Canisius a. 1566 sub initium m. Decembris in ecclesia cathedrali contionatus erat; v. supra p. 365.

[2] Schlecht = „einfach, gewöhnlich, gering“ (*Grimm* l. c. [supra p. 242²] IX 524).

Capitibus visitationis antea propositis theologi etiamnunc stant. Theses Canisii ab iis serio expendentur.

Anno 1567.

In Consilio Ecclesiastico, Die Mercurij .2. Aprilis in Curia Reuerendissimj Dominj Episcopj Herbipolensis[1], praesidente[a] eodem Reuerendissimo, et in praesentia Reuerendj ac Celeberrimj virj Dominj D. Petrj Canisij, celebrato, jnfrascripta sunt tractata negotia.

De forma absoluendj a Sententijs Maioris et minoris Excommunicationis[2] propositum fuit, Cum constet hisce temporibus permultos in Diocesj[b] Herbipolensi, jmperitos sacerdotes praeesse parochijs, et alias[c] curam gerere animarum, Timendum maxime sit, quod in obseruandis casibus reseruatis Papalibus et Episcopalibus minime sint sollicitj, nullumque omnino[d] in absoluendo discrimen habeant, et circa absolutionis negotium in Maiorj et Minorj excommunicatione plurimum Confessarii errent[e].

Circa hoc ergo negotium salutj animarum summe necessarium consultum visum fuit,

Jmprimis, vt vnica et communis forma absoluendj tam in Maiorj quam etiam Minorj Excommunicatione juxta sacrosanctae Catholicae et Apostolicae Ecclesiae ritum ac ordinem, per totam Diocesim Herbipolensem[f] obseruetur. Et licet[g] Dominus D. Canisius certam quandam[h] formam perscripserat, quam in medium producebat, Cum tamen eadem solummodo quadraret ad absolutiones a[i] Sententia Minoris Excommunicationis, Dominj Consiliarij legerunt formulas ex quadam Appendice in Agenda Herbipolensi comprehensas. Considerato ergo, quod ibj habeantur distinctj modj absoluendj tam a Maiore quam etiam Minore[k] Excommunicatione, simul etiam ab Jrregularitate, vna cum informatione succincta[l], qualiter sese confessarij circa Confessiones audiendas, et in Casibus reseruatis necnon absoluendj vsu, gerere debeant, Quod clarius et expeditius praescribi vix posset, vt ergo vniformitas in hoc negotio a Parochis et alijs Confessiones auditturis, seruetur, Aestimarunt Dominj theologj, haud inutile fore, vt Materia illa de Appendice extrahatur, et vna cum articulis casuum reseruatorum prelo excudenda detur, omnibus et singulis Confessarijs in

a) Herbipolen., Praeside *R.* b) Dioecesi *R.* c) *R haud recte:* alios. d) omino *A.* e) *Ita in A a scriptore ipso correctum est ex* confundantur. f) Dioecesim herbipolen. *R.* g) hinc *R.* h) quandam certam *R.* i) in *R.* k) absolvendi a maiore atque etiam minore *R.* l) succenta *R.*

[1] Friderici a Wirsberg.

[2] Quoniam in ipso hoc consiliariorum ecclesiasticorum conventu P. *Ioannis Polanci* S. J. „Directorium“ commendatum est (cf. infra p. 706), haec ex eo libro exscribo: „Excommunicatio duplex est: minor, et maior. Minor exclusio est a participatione sacramentorum, et ab electione passiua, quia inhabilem facit ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum, etc. Excommunicatio maior, separatio est a communione Ecclesiae quo ad fructum, id est, sacramenta, suffragia generalia, et participationem spiritualium“ (Breve Directorium, Lovanii 1576, f. EII[b]).

Ciuitate et diocesi Herbipolensi[a] distribuenda et communicanda[b] [1]. Et cum etiam de Sacramentis exstent sincera, jntegra et Catholica scripta D. Petrj a Soto, Polancj[c] et aliorum[2], exhortentur quoque Parochj, vt quilibet exemplar sibj emat, et fideliter ac diligenter legat, perlegat ac relegat, Et sic fierj non posse, quin etiam rudes et jmperitiores jnstruantur[d], quid negotij qualitas exigat[e], et quomodo sese in opere tam pio et sancto gerere debeant.

Et sj forte essent, quj vel rem ipsam non intelligerent jdeoque latiorj[f] [?] jnformatione jndigerent, prout nonnulli casus satis[g] [?] difficiles, et Consilio sano jndigent, vt ergo sciant sacerdotes Confessarij, ad quem pro consilio et jnformatione recurrendum sit, operepretium etiam visum fuit, vt Reuerendissimus Dominus Episcopus Herbipolensis[h] deputet Poenitentiarium summum quj in hoc negotio parochis Consilio jndigentibus praesto sit et succurrat[3]. Et sic sperandum, huic rej satis breui[i] prospectum esse, et [eam][k] [?] foeliciter institutam.

Circa Theses a Reuerendo Domino .D. Canisio pro reformatione Ecclesiasticarum personarum, compositas[l], et Reuerendissimo Domino Episcopo Herbipolensj exhibitas[m] [4], atque a Consiliarijs Ecclesiasticis perlectas[n], deliberatum fuit, Cum antehac Dominj theologj de modo jnstituendae visitationis consultarint[o] aliquoties, et etiam certos articulos visitationis composuerint, Reuerendissimoque Domino Episcopo, debita reuerentia praesentarj fecerint, et res[p] ab executione nunc pendeat[q], in hocipso[r] ipsj adhuc quiescant[s] [?].

Cum vero nunc Theses juditio optimo Domini dr: Canisij circa hoc negotium visitationis sint compositae, ex quibus conspicitur quae videantur necessaria, in juuandis morbis collapsae fere Ecclesiae, cum

a) et Dioecesi herbipolen. *R.* b) *In A sequuntur vv.:* ex quibus etiam rudes et jmperitiores jnstruantur, quid negotij qualitas exigat, et quomodo sese in futurum gerere debeant; *haec tamen postea a scriptore, linea transmissa, deleta sunt.* c) *R perperam:* Polami. d) *R non recte:* insinuantur; *cf. supra adn. b.* e) exiget *R.* f) *Nescio, utrum in A scriptum sit* leviori *an aliter; certe obscurius scriptum est; R:* teneri. g) *Sic A; corrigere velim:* sunt. h) Herbipol. *R.* i) nunc *R.* k) *Ut hoc v. suppleatur, res ipsa videtur exigere.* l) compositae *A.* m) exhibitae *A.* n) perlectae *A.* o) *Correxi ex* consultarunt, *quod est in A; sequitur etiam in A:* composuerint. *R:* consultaverint. p) omnes *R.* q) *R haud recte:* pendunt. r) in scripto *R.* s) *An corrigendum:* quiescunt?

[1] Si nomine „formae absolutionis" etiam praecepta quaedam comprehendebantur, quibus confessarii ad peccata eorumque poenas cognoscendas et discernendas etc. instituebantur, certe, ea maxime aetate, forma illa maxime necessaria erat. Quod autem ad verba absolutionis attinet, poterat sane episcopus confessariis mandare, ut certa quaedam verba omnes adhiberent; atque hodie quoque, licet ea verborum aequalitas haud ita urgeatur, eiusmodi „formulae" in „Agendis" vel „Ritualibus" comparent.

[2] De Polanci Directorio cf. supra p. 637. Petrus a Soto O. Pr. (praeter „Methodum Confessionis" primum Dilingae a. 1553 editum et alia scripta) composuit „Tractatum de institutione sacerdotum, qui sub episcopis animarum curam gerunt, seu Manuale Clericorum"; quod excusum est a. 1558 Dilingae, a. 1566 Lovanii, a. 1567 Lugduni et Venetiis, deinde quoque compluries (*Quétif-Echard*, Scriptores etc. II 184).

[3] Hoc ipsum Canisius commendaverat; v. supra p. 415.

[4] Has vide supra p. 413—417.

tamen negotium hoc requirat[a] maturam deliberationem consultum fuit visum, vt cuilibet theologo concedatur copiam earundem thesium conscribere, vt cum juditio legere perlegere et relegere, et quid faciendum sit sententiam suam super ijs declarare possint.

Sunt quidem adhuc Herbipoli in archivo curiae sive „ordinariatus" episcopalis multa volumina in 2°, in quibus „consilii ecclesiastici" acta exstant; ex quibus aliqua ad saeculum XVI. pertinent; at acta anni 1567, id quod a. 1888 Herbipoli in eodem archivo accepi, sublata sunt.

Boero (Can. 310) affirmat Canisium Herbipoli tempore Quadragesimae selectis sacerdotibus exercitia S. Ignatii tradidisse eosque probe institutos auctoritate episcopi per dioecesim misisse, ut singulas parochias obirent et in iis cleri populique mores reformarent, pravas consuetudines auferrent, superstitiones et errores exstirparent, divinum cultum christianamque pietatem instaurarent. Ex Boerii libro haec exscripserunt [1] *Séguin* (l. c. 196) et *Garcia* (l. c. 260). Neque vero id vel in fontibus historicis, qui adhuc exstant, testatum, vel ab antiquioribus Canisii biographis, ut Radero, Sacchino, Dorignio, Pythone, Oddio, commemoratum invenio. Et si clerus herbipolensis talis erat, qualem eum esse Canisius scribit (v. supra p. 128 354 402 441), difficile Canisio fuerit, homines ex eo nancisci, qui tam brevi tempore ad tanta officia institui possent; ac Canisio dicendum erat in templis quinquies singulis hebdomadis, excipiendae confessiones, consilia cum episcopo conferenda, eaque omnia, cum ipse infirma uteretur valetudine.

777 sive **herb. (12). SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA,** praepositus generalis Societatis Iesu, FRIDERICO A WIRSBERG, episcopo principi herbipolensi. Roma 5. Aprilis 1567.

Ex apographo eiusdem temp.; in margine, eadem manu: „Vescouo d' Herbipoli". Cod. „Germ. 67" f. 6[a].

Gaudet, quod PP. Natalis et Canisii opera episcopo grata fuit. De fundatione collegii herbipolensis ad Canisium scribit, qui cum episcopo aget; paulatim collegium est constituendum.

Illustrissime ac Reuerendissime Princeps in christo obseruandissime.

Serius ad me perlatae sunt litterae D. V. Illustrissimae 14. Januarij datae simul cum instrumento quodam ad Herbipolensis Collegij fundationem ac dotationem pertinente[2], et in primis quod gratum fuerit D. V. Illustrissimae P. Natalis ac P. Canisij obsequium, tam in predicto negocio tractando quam in concionibus proximo quadragesimali ieiunio habendis, mihi non mediocrem animi laetitiam attulit, ut adferet etiam inposterum quaeuis occasio de Franconia benemerendi et gratificandi eidem D. V. Illustrissimae. Verum quod attinet ad noui Collegij principia ac progressum, quia scribo fusius D. Petro Canisio Societatis nostrae per superiorem Germaniam Prouinciali[3], ille ipse certiorem faciet D. V. Illustrissimam, quid nos experientia aliorum Collegiorum edocti, quam maxime expedire ad inchoationem et promotionem Herbipolensis Collegij sentiamus, et interim Societati nostrae

a) requiret *R.*

[1] *Séguin* ipse planis verbis affirmat, se Boerii vitam canisianam et ab ipso auctore accepisse, et ad librum suum componendum copiose adhibuisse (l. c. 7[1]).

[2] Vide supra p. 364—370 699—700. [3] Has litteras v. supra p. 420.

minus erit difficile paulatim operarios in Domini uineam extrudere[1], quam si omnes simul in hac praesertim qua laboramus penuria[a], mittere oporteret, precamur autem Dei bonitatem ut sanctum hoc opus[b] ac D. V. Illustrissimae maxime pios conatus prosperare, eandemque D. V. donis gratiae suae[c] ornare dignetur quam cumulatissime ad Herbipolensis et ecclesiae uniuersalis utilitatem. Romae 5. Aprilis .1567.

778 sive **herb. (13). SANCTUS FRANCISCUS DE BORGIA,** praepositus generalis Societatis Iesu, FRIDERICO A WIRSBERG, episcopo principi herbipolensi. Roma 20. Maii 1567.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „Vescouo de Herbipoli". Cod. „Germ. 67" f. 23. Prior epistulae pars ex eodem apographo transcripta est in Epp. *Nadal* III 795.

Litteris, quae de collegii herbipolensis fundatione sunt, acceptis gaudet episcopum religionis studiosissimum et PP. Natalem et Canisium ad eum iuvandum promptos esse. Antequam autem fundationem confirmet, aliqua per Canisium proponet.

Illustrissime ac Reuerendissime Domine Princeps in christo obseruandissime

Redditae mihi fuerunt litterae D. V. Illustrissimae simul cum instrumento ad fundationem Collegij pertinente[2], et gratias ago Deo, a quo omnia bona procedunt, quod talem animum et de Religione catholica ac subditorum suorum salute promouenda, tam sollicitum D. V. Reuerendissimae dederit, pergrata etiam mihi fuit Patrum Natalis et Canisij, alacritas et promptitudo qua Societatis operam ad huiusmodi pium negotium obtulerunt; quia tamen in huiusmodi Collegijs, instituendis multa nos rerum usus et experientia docuit etiam in ipsa Germania, re saepius cogitata ac Deo commendata, ac discussa, uisum mihi fuit conuenire, ut ante confirmationem huiusmodi contractus, quaedam de principijs Collegij Herbipolensis D. V. Illustrissimae representarentur, de quibus P. Canisium Prouincialem, ut fusius ipse explicet, admoneo[3], ac precor D. V. Reuerendissimam, ut quae a sincero animo meo et ad obsequium D. V. Illustrissimae et Franconiae utilitatem propenso, proficiscuntur boni consulat[d], oramus interim Dei bonitatem, ut in hoc, et alijs omnibus Spiritu Suo Sancto nos dirigat, et D. V. Jllustrissimam diu conseruet incolumem[e], et gratiae suae donis in dies magis exornet, ad Franconiae et uniuersalis ecclesiae utilitatem. Romae 20. Maij .1567.

779 sive **herb. (14).** A d. 22. ad 30. Iunii 1567.

Ex autographo; „G. Ep. VIII" f. 134[a].

Canisius Dilinga proficiscitur Herbipolim; ubi praepositum provincialem Rheni convenit et cum eo de P. Gerardo Lapidano agit.

a) *In ap. sequitur* extru, *oblitteratum.* b) *Sequitur* in, *oblitt.* c) *Sequuntur vv.* quam ma, *oblitt.* d) *In ap. sequitur* Ago *vel aliud v., oblitteratum.* e) *Sequitur* ad, *oblitt.*

---

[1] Cf. Mt 9, 37 38; 20, 2; Lc 10, 2 etc.
[2] Vide supra p. 365 430 699. [3] Has Borgiae litteras v. supra p. 466—468.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii et universitatis dilinganae rector, Dilinga 25. Iunii 1567 Sancto Francisco Borgiae Societatis praeposito generali scripsit: Viuimus hoc loco 27 numero, sani vtcumque omnes, excepto Patre Gerardo Lapidano, Rhetorices et graecarum literarum professore, qui valetudinarius esse pergit, et loci mutatione iuuandus putatur, praesertim si in prouinciam Rheni transeat, quamuis ab eo, Melancholia et legendi taedio pene iam oppresso, pauca expectanda deinceps videantur, vt qui ad legendum dumtaxat, talentum habere visus est. Aget de eo pater prouincialis noster cum p. prouinciali Rheni[1], vbi Herbipoli conuenerint. Conuenient autem, ni fallor, hodie, nam ante triduum hinc recta Herbipolim profectus est p. Canisius, vbi expectatur, vt puto, a Patre Vinck, qui ad D. Joannis Baptistae festum[2] eo se venturum receperat.

Lapidanus autumno a. 1567 in collegium herbipolense missus est.

780 sive herb. (15). A d. 25. ad 30. Iunii 1567.

Ex autographo. „G. Ep. X" f. 181[b]—182[a].

PP. Canisius et Vinck Friderico episcopo herbipolensi persuadere student, ut ex litteris fundationis collegii caput illud auferat, quo Societas obligetur, ut contionatorem et theologiae professorem episcopo praebeat. Lainii et Borgiae praepositorum generalium praecepta servantes episcopo, Canisio „ducem verbi" agente, affirmant, Societatem id non petere eo, quod contionatorem et theologum dare recuset, sed quod novo debito in eos dandos astringi nolit. Vinck Constitutionum locos recitat, quibus Socii gratis et sine singulari obligatione eiusmodi officia praestare iubentur. Episcopus iratus et, quod id antea secum communicatum non esset, conquestus abit, sigilliferum relinquens vel paulo post remittens. Ostendunt etiam Canisius et Vinck, Societatem ex ipso suo instituto contionari et theologiam tradere. Canisius pro eloquentia sua episcopi animum placat et, ut litterae fundationis immutentur, efficit. Spirae Canisius et Vinck idem efficere conantur, minus tamen prospero successu. Herbipoli cancellarius episcopi aegre fert, et litteras ita immutatas et alumnos ex collegio in aliam domum translatos esse. Episcopo quoque nonnihil displicere videtur, quod de contionatore non sit quidquam planis verbis constitutum; quare vellet Socios capitulo in contiones catholice habendas sacramento se astringere.

P. Antonius Vinck S. J. provinciae rhenanae praepositus, Treveris 12. Ianuarii 1569 S. Francisco Borgiae Societatis praeposito generali scripsit: Jl Reuerendo P. nadal domanda che io li scriuesse come[a] passò il negocio della fundatione del collegio Herbipolense, cioè come si contento il Reuerendissimo[3] in leuar del instrumento quello del predicatore et theologo[4], io non so si ben mi raccordaro, diro pur quello che penso di[b] raccordarmi, et quello piu arditamente per che li è presente il Reuerendo P. canisio[5] qui fuit dux verbi[6], in primis quanto alla cosa essensiale mi pare che dissimo come la compagnia non

a) *In autogr. sequitur* ci, *a V. oblitteratum.* b) *In aut. ita correctum est ex* mi.

[1] Antonio Vinck. [2] Ad d. 24. Iunii.
[3] Fridericus a Wirsberg. [4] Vide supra p. 366—367 466—468.
[5] Canisius a. 1568 a m. Iunio ad m. Decembrem Romae moratus est.
[6] Act 14, 11.

trattaua di leuar queste clausule del instrumento della fundatione, per che non volesse far quel effetto del predicatore et di qualche theologo, ma che non potria pigliar nuoua obligatione per far quello, et in tal modo mi pare parlauano le lettere di V. R. P. sopra questo negocio mandate al R. P. nadal cui copie non ho adesso appresso di me[a] — Sono queste lettere scritte alli 20 di maggio 1567 si ben mi racordo[1] —, et cosi anchora il prohemio della formula acceptandorum collegiorum del quondam Reuerendo .P. nostro Laynez, parla, dicendo, Societas non ex noua obligatione etc.[2] poi monstrai come quelli ministerij nelli quali si exercita la compagnia lj doueua gratis ministrare[3], legendo quello che è ca . 1º examinis numero .3º circa finem, partis .6. cap. 2. numero 7, jtem Par. 10ª numero 5. et particularius P. 4 ca. 7. numero 3. vbi expresse dicitur non debere fundationem collegij acceptari cum huiusmodi obligatione[4], quando il vescouo intendeua questo si leuo in colera et commenzo a lamentarsi dal R. P. nadal et Padre Canisio, come tal cosa non l' haueuano detto etc.[5] et si ben mi raccordo sen' ando et lasso con noi il sigillifero ó vero lo remando poco di poi, per la parte contraria, che la compagnia ratione instituti si exercitaua in questi et simili ministerij[b] dicemo come quello si vedeua per esperienza doue haueua collegij ó case, piu oltra lessi quel luoco della bolla confirmationis Julij .3. secundo il mio exemplare stampato, folio 47 linea 20 et sequentibus[6]

a) *Quae sequuntur, usque ad* racordo *incl., a V. in margine addita sunt.* b) *Tria vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] Vinckium memoria non fefellit; litterae exstant in Epp. *Nadal* III 475—480; cf etiam litteras eadem de re ad Canisium datas, supra p. 466—468.

[2] *Iacobus Lainius* praepositus generalis sub a. 1564 „consideratis operibus et ministeriis, quibus ad Dei gloriam et animarum profectum Societas nostra occupatur, et considerata etiam obligatione charitatis, qua ex Instituto tenemur in illis perseverare", sic constituit: „Qui Divino instinctu et Dei obsequio, quod praestatur in Societate, ac utilitate, qua Dei gratia proximi juvantur, commotus Collegium aliquod fundare voluerit: pure et libere, absque conditione vel modo donationem faciat dotationis, quam Domino Deo nostro offerre vult. Societas vero non ex nova obligatione, sed ex sua illa antiqua, quam, ut diximus habet, curet, ut secundum numerum eorum, qui ex tali fundatione sustentari poterunt, in tali Collegio numerus operariorum constituatur, qui quidem in illo juxta nostrum Institutum se exerceant in vinea Domini" etc. (*Pachtler* l. c. I 334—335).

[3] Cf. *Can.* II 150[2]. [4] Hunc locum posui supra p. 394[2].

[5] *Antonius Maria Gratianus,* qui sub initium a. 1562 cum Ioanne Francisco Commendono nuntio apostolico Herbipoli fuerat, in „Ephemeridibus" de Friderico episcopo notavit: „É persona molto Catholica et buona, ma molto vecchio, e molto colerico": De scriptis invita Minerva (v. supra p. 576) II, 97[1].

[6] In hac *Iulii III.* Bulla, Romae 21. Iulii 1550 data, dicitur, Societatem Iesu esse „ad hoc potissimum institutam, vt ad fidei defensionem et propagationem, et profectum animarum in vita et doctrina Christiana per publicas praedicationes, lectiones, et aliud quodcumque verbi Dei ministerium, ac spiritualia exercitia, puerorum ac rudium in Christianismo institutionem, Christi fidelium in confessionibus audiendis ac ceteris Sacramentis administrandis, spiritualem consolationem, praecipue intendat: et . . . gratis omnino, et nullo, pro suo in praedictis omnibus labore, sti-

et altri simili luochi[a] delle bolle Pauli jtem constit. par. 7. ca. 4 cuius titulus est Quibus in rebus domus et collegia Societatis proximum adiuuent numero 6.[1], non mi ricordo si piu, in fine questo era l' intento di monstrar come la compagnia non doueua far obligatione noua, in riceuere fundatione di collegij cum obligatione di predicar ó legere theologia, et che la compagnia faceua questi exercitij, da se stesso ratione instituti etc. et come questo il Reuerendo P. canisio proponeua et trattaua con la sua eloquentia[b], pregamo che lassasse la compagnia far li ministerij suoi iuxta instituti sui rationem et che seruando quello che piu si trouaria seruito di essa che quando l' instituto si mutasse etc., il Reuerendissimo Herbipolense fu contento et muto l' instrumento etc. Jn spira tentamo far il simile pur non ha hauuto tal successo per le cause le quale per altre piu volte ho scritto et penso etiam adesso in settembre passato allj di[c] 23 et 30, et forze piu chiaro nelle lettere delli .30 d' aprile 1568[2] . ho per certo si il Cancellario del Reuerendissimo Herbipolense[3] hauesse stato presente non haueria permesso accio che hauessimo leuato quelle clausule come piu volte ha significato, ne a luoi ha piacuto che la casa delli alunni si habbia transferita, iudicando che quando fusse stata tra li muri del collegio come haueua stata, che la compagnia haueria hauuto piu cura delli alunni et conuittori[d] che non hauera stando di fuora[4], et questo è quanto mi recordo di questo caso. Pare che il vescouo di Herbipoli non sta sempre in tutto contento per non hauer obligatione alchuna espressa della predica, et per tanto ho hauuto pensieri che per tal causa vorebbe che li nostri fecessero[e] iuramento al capitolo di predicar catolicamente iuxta patrum sententias et explicationem et similia, il che non hauemo fatto, et ho prohibito accio che non si faccia cosa nessuna col Reuerendissimo in capitulo, senza primo consultar cum la P. V. Reuerenda, di questa materia, Jl Reuerendo P. canisio spero si piu V. R. P. desidera d' intendere di questo negocio lo potra esplicare, et corrigere vbi errauerim.

781 sive **herb. (16).** **Exeunte m. Iunio 1567.**

Ex autographo. „G. Ep. IX" f. 194[a].

Canisius Herbipoli in aula episcopi Hermannum Fabrum scriptorem suum relinquit. Is ibi puerorum nobilium praeceptorem agens, impetrare per provincialem rhenanum conatur, ut in collègium germanicum vel etiam denuo in Societatem admittatur.

a) *Tria vv. sqq. supra versum scripta sunt.* b) *Quae sequuntur, usque ad* mutasse etc. *incl., a V. in margine addita sunt.* c) *Hoc v. supra versum scriptum est.* d) *Sex vv. sqq. supra versum scripta sunt.* e) fecesserj *aut.*

pendio accepto, se vtilem exhibeat". Similia sunt in Bullis *Pauli III.* Romae 27. Septembris 1540 et 14. Martii 1544 datis (*Litterae* Apostolicae etc. 9 18 61).

[1] „Proponatur verbum Dei populo assidue in ecclesia, in concionibus, lectionibus, et in christiana doctrina, per eos quos Superior probaverit" etc.

[2] De spirensi hoc negotio v. infra mon. 910. [3] Balthasar ab Hellu.

[4] Collocati sunt in domo „zum Fresser"; quae prope collegium quidem. sed trans plateam sita erat (*Braun,* Heranbildung etc. I 142—147).

P. Antonius Vinck, provinciae rhenanae Societatis Iesu praepositus, Herbipoli 8. Ianuarii 1568 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit de Hermanno Fabro, quem Canisius ex Societate dimissum aliquamdiu scriptorem secum duxerat (v. supra p. 633): Jl R. P. Canisio ha lassato nella corte del Reuerendissimo Herbipolense [1] vno per nome Hermanno Fabro nouesiano, lo quale è pedagogo delli nobili giouani del vescouo, ha grand desiderio di studiar, et la vita aulica come dice li fa fastidio, desidera et prega per amor del Signor nostro che fusse riceuuto nel collegio germanico, promette grand diligentia, Pare che sarra habile per far qualche adgiuto alla chiesa, è giouane gia grande vltra li 24 anni al mio parere, et di singular buona presentia, credo che sia assai cognosiuto in Roma. Prego si si puo adgiutar che si faccia, pare giouane buono et si io non sapesse che ha stato alchuno tempo nella compagnia et fatto li voti etc. credo volendo esser riceuuto alla probatione che io lo riceuueria, Monstra di hauer animo di tornar alla compagnia se li fusse concesso, Spero si adgiutara nel collegio germanico si fusse gli.

Borgias Vinckio Tusculo 28. Februarii 1568 *respondit: „Quanto a Hermano Fabro neouesiano, essendo lui stato della Compagnia et hauendo lui uoti di quella, non pare spediente, che sia accettato nel Collegio germanico, se meritassi lui esser riaccettato nella Compagnia V. Reuerenza potrebbe riacettarlo, consultando prima la cosa con quel Prouinciale in cui Prouintia stete, et con suoi Consultori, et se ci fossi difficoltà mi si potra dar auiso“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67“ f. 114b).

782 sive herb. (17). 26. Iulii 1567.

Ex litterarum commentario; quod a P. Ioanne de Polanco Societatis secretario scriptum, exstat in „Germ. 67“ f. 51b.

Borgias praepositus generalis Friderico episcopo herbipolensi gratias agit, quod, auditis PP. Canisio et Vinck in fundatione collegii liberalem se praestiterit et instituti Societatis rationem habuerit.

S. Franciscus Borgias Societatis Iesu praepositus generalis, cum P. Antonii Vinck praepositi provinciae rhenanae litteras suo et Canisii nomine Herbipoli 28. Iunii 1567 datas (quas vide supra p. 504—508) accepisset, Roma 26. Iulii 1567 Friderico a Wirsberg episcopo herbipolensi sripsit: Ex litteris patris antonii prouincialis nostri Rhenensis, intellexi quae d. v. Jllustrissima cum patre Canisio per superiorem germaniam prouinciali, et cum ipso circa negocium herbipolensis collegii transegit. Et tum liberalitas d. v. Reuerendissimae, tum ratio quam habuit in fundatione et instructione illius nostri instituti conseruandi me plurimum in domino deuinxerunt et de vtrisque gratias ago ex animo . . . collegium herbipolense libentissime admitto . . . cum ad manus nostras nouum instrumentum venerit, illud ipsum confirmabo, et interim prius illud, prout accepi velle d. v. Jllustrissimam, remitto.

Fridericus episcopus in his fundationis litteris, Herbipoli 27. Iunii 1567 datis, Societatis „probatos mores, notam pietatem et spectatam eruditionem“ laudat et „societatis patres multis abhinc annis notos“ sibi „familiariter veluti fidos et probatos operarios“ esse affirmat. Consentit, ut monasterium S. Agnetis eiusque bona et redditus omnes „semel ac simul applicentur et incorporentur“ collegio Societatis, ut a sede apostolica iam sit constitutum; praeterea, si necesse fuerit, suis se impensis curaturum, ut Romae „suppleatur et impetretur, si quid solemnitatis fortasse in

---

[1] Friderici a Wirsberg episcopi herbipolensis.

applicatione, quae iam obtenta est, desideretur" (cf. supra p. 207). „Ne per nos violetur sed ut potius confirmetur formula et consuetudo in fundandis huiusmodi collegiis approbata, . . . offerimus et gratiose libereque velut in elemosinam donamus . . . collegium hoc . . . societati Jesu" et P. Franciscum a Borgia praepositum generalem „rogamus, ut iuxta societatis suae morem et institutum" collegium eiusque dotationem et applicationem „recipiat, admittat atque confirmet". „At vero, quoniam quidem optime confidimus, societatem ipsam . . . instituto suo et expectationi nostrae minime defuturam suamque sedulam et debitam operam huic collegio (uti convenit et par est) abunde praestituram esse, idcirco amanter petimus et rogamus dictum dominum praepositum generalem, ut quemadmodum pro sua prudentia ac pietate haud dubie facturus est, animum serio adiiciat ad collegium hoc nostrum et suum Herbipolense illudque rite et digne instruendum curet, ad quod mitti quidem cupimus professores non solum trium in grammatica classium verum etiam humanioris literaturae atque rhetoricae, tum Graecam et Hebraicam lectionem desideramus . . . maiorem in modum cupimus, ut anno praesenti professores adsint" (*Wegele* l. c. II 57—58).

P. *Antonius Vinck* provinciae rhenanae praepositus ad Borgiam Moguntia 19. Septembris 1567 de Friderico episcopo *rettulit: „Jl Reuerendissimo hauendo lette le lettere di V. R. della admissione del suo collegio, also le mani in cielo ringratiando al signore et a tutta la corte celeste et alla R. P. V. et a tutta la compagnia, che vedeua gia l' admissione del suo collegio etc." (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 326[a]).

783 sive **herb. (18).** 26. Iulii 1567.

Ex apographo eiusdem temporis; „Germ. 67" f. 53.

S. Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis P. Vinck provinciali rhenano scribit: Vinck et Canisius negotium fundationis collegii herbipolensis cum episcopo optime tractarunt. Episcopo non solum boni magistri, sed etiam contionator et rector iique idonei mittendi sunt. De P. Badero rectore constituendo inter Canisium et Vinckium conveniet; Canisio fortasse P. Edmundus Tanner mittetur. Canisius et Vinck episcopo sapienter persuasisse videntur, ut a litterarum et humanitatis studiis scholas inciperet.

S. Franciscus Borgias Societatis Iesu praepositus generalis Roma 26. Iulii 1567 P. Antonio Vinck praeposito provinciae rhenanae S. J. scripsit: Si è riceuuta quella di V. R. di .17. et 28. del passato [1] insieme con un summario del Contratto che si è fatto con l' Jllustrissimo et Reuerendissimo Vescouo Herbipolense [2] . . . et me pare che il Padre Canisio et V. R. hanno negociato molto bene con lui, et ho particolar deuotione che sia sodisfatto molto compitamente detto Reuerendissimo Vescouo, et tanto più per hauersi fidato di noi senza altre obligationi, et però non solamente uorrei li fossi fatta bona prouisione delli mastri che desidera d' humanità greco et hebreo, mà ancora di predicatore et di Rettore conueniente. . . . Quanto al Rettore credo che V. R. sarà di acordo col Padre Canisio, si debbia essere il Padre Georgio [3], il quale etiam potrebbe far officio di Theologo, per essere persona dotta, et acciò non patisca la Prouincia del Padre Canisio, se li mandara forsa di quá il Padre Emundo [4] Hiberno Theologo,

[1] Alteras has litteras vide supra p. 504—508. [2] Friderico a Wirsberg.
[3] Bader. [4] Tanner; vide supra p. 502.

benche come ne V. R. ne il Padre Canisio non fanno mentione di lettione alcuna di Philosophia, ó Theologia, crediamo habbino persuaso al Reuerendissimo Vescouo che sia meglio per adesso cominciare con questi studij di lettere humane come quà ci pareua conueniente.

Canisium in hac peregrinatione Friderico episcopo herbipolensi, acceptis mandatis S. Pii V., commendasse atque etiam persuasisse, ut mature, adiungendo sibi coadiutorem, viam catholici episcopi sibi, cum vita cessisset, sufficiendi prospiceret, affirmat *Sacchinus,* Can. 243; quem deinde secuti sunt *Dorigny* (l. c. 288—289), *Python* (l. c. 243—244), *Oddi* (l. c. 188—189), *Riess* (l. c. 363), *Boero* (Can. 311—312), *Séguin* (l. c. 197), *Garcia* (l. c. 262—263), *Alet* (l. c. 219). At pontifex de episcopo argentoratensi haec mandavit, non de herbipolensi; vide supra p. 421 513. Ac si Canisius vel in eo itinere, vel alio quolibet anni 1567 tempore cum episcopo herbipolensi ea de re egisset, certe in epistulis ab ipso et a PP. Vinck et Natale Romam missis aliqua facti mentio facta esset.

Ad herbipolensia haec monumenta aliqua ratione spectant etiam mon. 732 760 762 819 891 910.

E.

MONUMENTA INGOLSTADIENSIA CANISII.

784 sive ing. (1). Exeunte m. Februario 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 74.

Canisius Ingolstadii collegio de famulis providet; duos fratres scholasticos Romam mittit; consilium probat rectoris, qui apud ducem effici cupit, ut Societati pro schola litterarum graecarum schola physicae in universitate tradatur; congregationem provincialem habet.

P. Theodoricus Canisius S. J., rector collegii ingolstadiensis, 25. Februarii 1565 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia Societatis vicarium generalem scripsit: Hercules Ditrevensis frater laicus (vide Can. IV 794) discessit a nobis . . . et insalutatis quidem omnibus. . . . Post hunc Conradus coquus, qui a votis iamdudum absolutus fuerat, et probandus denuo huc missus erat[1], ad amicos redeundi facultatem petijt et impetrauit, non enim diutius tolerandam putauit Reuerendus pater prouincialis[2], saecularem eius viuendi rationem. Jn horum duorum locum [substituit][a] [?] Reuerendus p. prouincialis, duos bonos pueros, qui praedictorum locum vtcunque in externis laboribus [explent][a] [?], non sunt illi adhuc Societatis, sed pij tamen sunt et ad omnia prompti, Alterum suo tempore [in][a] Societatem forte admittemus. De altero dubium est propter infirmitatem ex parte contagiosam, qua laborare putatur. Sumus ergo cum hisce duobus pueris nunc viginti, Nam duos alios Reuerendus pater prouincialis ex Medici et patrum huius Collegij iudicio nudiustertius in Vrbem ablegauit, nimirum charissimos

a) *Autogr. laceratum est; quare, quodnam v. hic scriptum sit, cognosci non potest.*

[1] „Conradus Germanus" significari videtur, qui a. 1562 Roma ad Canisium missus, Oeniponte coquum egisse videtur (*Can.* III 398 416[5]).

[2] Petrus Canisius, provinciae Germaniae superioris praepositus.

fratres nostros Bartholomeum[1] Siculum et Joannem[2] Treuirensem. Jllum quidem quod ante aliquot dies in horrificum quendam morbum incidisset, qui nusquam rectius quam in aëre natiuo curari posse a Medicis iudicaretur, Adhibitae enim hic Medicinae nihil proficere visae sunt. Morbus autem hic est, quod horrendos quosdam clamores saepissime aedit, qui ad magnum spacium audiuntur, et audientes grauiter percellunt, nec sine periculo suffocationis temperare sibi ab illis potest, Originem habere putantur ex abundantia melancholici humoris qui in illo praedominatur. Non fert vllam ad spiritualia seriam applicationem, vnde nec orare, nec sacris interesse, nec communicare cum alijs potest, fortis alioqui corpore est, et optimae conscientiae frater, boni etiam ingenij et concionandi talento praeditus, logicam hic audire coeperat, et prae caeteris proficiebat. Joannem vero Treuirensem adiungendum putarunt primum, vt socium haberet infirmus frater, deinde vt maiorem in Jtalia pacem et animi quietem consequeretur, Hic enim in tribus Collegijs, in quibus diuturno tempore vixit, difficultates semper magnas passus est in obedientia, habet enim naturam satis difficilem, et nimium forte sibi blandientem, plus satis etiam studijs deditam et in proprio sensu, vt videtur, abundantem. Logicam hic audire coeperat. propensus est ad humaniores literas tradendas. Speramus autem quod horum missio Reuerendae P. T., propter dictas iam causas, non ingrata sit futura. . . . M. Joannes Dominicus . . . logicam et graecam lectionem in vniuersitate hactenus cum laude sustinet. . . . Non abs re tamen esset fortassis si graeca ista lectio in philosophicam aliam consensu principis[3] mutaretur, sic enim cursus paulatim introduci posset, quem hactenus impetrare a Germanis[a] non possumus, minus etiam nos grauari videremur, quod facilius sit nobis dare bonum philosophum, quam doctum graecum, qualem lectio graeca nobis demandata requirit. Duo enim sunt in Academia professores graeci[b], quorum alter grammaticam cum authore faciliori tradit, et hic externus est: alter grauiores docet authores, et hic ex nostris est. Puto autem non difficulter hanc commutationem impetrari posse: qua impetrata penes nostros erit totius logicae et physicae interpretatio, atque ita tam domesticis quam externis auditoribus rectius consuletur, nunc enim propter confusam docendi rationem, quam nos mutare non possumus, exiguus est discipulorum profectus. Pater Prouincialis ab hac re non abhorret, si Reuerendae P. T. cum Dominis patronis tractanda videatur. Est aliquod periculum in mora, propter occasionem quandam, quae hoc tempore se nobis offert[4]. . . . Est nobiscum hoc tempore Reuerendus p. prouincialis

a) *In aut. sequitur alterum* impetrare. b) *In aut. sequitur* in Academia, *a C. oblitt.*

[1] Vallonum. [2] Gutschalcum. De his duobus vide supra p. 32—33 58.

[3] Alberti V. Bavariae ducis.

[4] Sebastianus Reisacher philosophiae professor officio se abdicaverat: v. *Can.* IV 542[9] 585.

noster, qui prouincialem hic celebrari curauit congregationem . quid in ea actum sit, ipse pater haud dubie ad R. P. T. perscribet.

Hoc tempore, puto, Canisius etiam coram cum P. Theodoro Peltano S. J., qui una cum P. Alphonso Pisano S. J. et cum Martino Eisengrein et Georgio Theandro in universitate ingolstadiensi theologiae professor erat, negotium illud composuit, de quo P. *Theodoricus Canisius*, collegii rector, Ingolstadio 20. Decembris 1564 Romam ad Lainium praepositum generalem haec *scripserat: „Doctor Peltanus videtur sibi pene restitutus, redibit noui anni initio ad publicam lectionem suam, Conqueritur tamen de hora pomeridiana, qua illi docendum est, et de quotidiana lectione, cum alij alternis tantum doceant. Ego ad R. P. Prouincialem rem hanc perscribam. Certum est D. Peltanum D. Pisano robustiorem esse, et necessarium videtur vt alter ante prandium alter post prandium doceat, Lectio matutina habet alternantes professores, non item pomeridiana, propter continuas occupationes illius qui alternare posset et alioqui deberet [1]. Hactenus vnus ex nostris quotidie docuit, nescio an propter D. Peltanum haec abroganda sit consuetudo; Allegat ille praeter alia raritatem et ineptiam auditorum, augeri tamen potius quam imminui numerum existimo, Jntermissa est lectio Theologiae pomeridiana menses quinque continuos propter aduersam D. Peltani valetudinem" (ex autographo; „G. Ep. V." f. 194[a]).

785 sive **ing. (2).** **M. Februario et Martio 1565.**

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 101.

Canisio vel mandante vel probante Ingolstadio PP. Theodoricus Canisius et Alphonsus Pinedanus et Bertramus frater laicus Augustam veniunt, alius laicus dimittitur. Canisius Ingolstadium coquum mittit.

P. Theodoricus Canisius S. J., ex collegii ingolstadiensis rectoratu ad rectoratum dilinganum per Petrum fratrem, Germaniae superioris praepositum provincialem, auctoritate S. Francisci Borgiae vicarii generalis translatus (vide supra p. 2 46), Dilinga 30. Martii 1565 Romam ad eundem Borgiam scripsit: Jngolstadiensibus valedixi 22 huius mensis, Augustam scilicet a R. P. Prouinciali paulo ante euocatus. . . . Abduxi . . . ego mecum Augustam P. Alphonsum Pinedanum [2] ex consilio Medicorum, et consensu P. Prouincialis, vt inde Oenipontum et forte vlterius in Jtaliam proficiscatur, si forte haec coeli mutatio afflictae eius ex parte aliqua conferat valetudini. . . . Jngolstadij . . . adest coquus externus, quem paulo ante discessum meum misit Augusta R. P. prouincialis. Conradus enim coquus, de quo scripsi alias [3], propter praesentia pericula et scandala, quae verisimiliter timebantur, dimissus a nobis fuit, consensu P. Prouincialis. Corruperat autem is socium culinae Bertramum [4] Coloniensem, quem deinde habuit successorem, vt in illo quoque eadem pericula et scandala timerentur: Cum autem Bertramus iste pertinacius in malo persisteret proposito et de Aegypto repetenda [5] plane cogitaret, Augustam missus est, et inde huc, vbi nunc probandus erit ad tempus.

Quid Canisius m. Aprili 1565 de novo „ministro" collegio ingolstadiensi providendo egisse videatur, vide infra mon. 830.

786 sive **ing. (3).** **Initio anni 1566.**

Ex archetypis, quae sunt in Codd. „EN" n. 106 128 129 et „EB" n. 173 181. Etiam (ex archetypis) in Epp. *Nadal* III 36 68 133 135 136 160.

Canisius Societatis operam offert ad copiosiorem philosophiae „cursum" in universitate ingolstadiensi tradendum. Id Eckio cancellario probatur; sed cum postea

[1] Eisengreinii? [2] Vide supra p. 48. [3] Vide supra p. 714.

[4] Hach (Sack); v. supra p. 39 45.

[5] Cf. Ex 16, 1—3; Nm 11, 1—20; Os 9, 3 etc. Sicut baptismum suscipientes, ita etiam, qui vitam religiosam suscipiunt, similes esse censentur Israelitarum ex Aegypto in terram sanctam ingredientium.

Ingolstadii difficultates occurrant, Natalis visitator, ne quid novi instituatur, praecipit. Borgias praepositus generalis edoceri cupit, num eiusmodi cursum tradere Sociorum officium sit, et num, ut tradatur, conveniat. Dein Natalis arbitrio rem permittit.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Augusta 23. Martii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: Hay necessidad Padre en Jnglestat de vn Artista bueno, porque Maestro Canisio ha offrescido que nosotros leeremos cursos como hazemos in Dilinga.

In universitate dilingana cursus artium sive philosophicus $2^1/_2$—3 annos complectebatur; in ingolstadiensi brevius eum absolvere consueverant; v. supra p. 84.

Borgias Natali Roma 20. Aprilis 1566 respondit: Del proueer de un Artista bueno en Jngolstadio, presupuesto que aya de auer cursos, me parece bien, pero no se que tengamos tal obligacion; auise V. Reuerencia si la ay, y lo que le parece de tener alli estos cursos, teniendo respecto al bien dela Compañia y en lo que se puede ala satisfacion del señor Duque[1] como lo deuemos. *Natalis Borgiae Augusta respondit 19. Maii 1566:* Jn Jngolstadio non habbiamo obligatione de legger' cursi, tamen ci pare à noi sarebbe utile che ci fusino, per il che la Compagnia non pigliarebbe maggior' obligatione di quella che adesso hà pigliato gia di dar' doi Artisti, si come è in Dilinga. Saria ben possibile che fusi de bisogno il Terzo[a], o perche il curso pensiamo non si puotra finir' in doi annj ò uero per substituto. *Huiusmodi cursus haud ita gravate concedendi videntur.* Tutta via parlando noi co' l Dottor' Eckio nella quadragesima, hauendo acordato che non offerisimo li cursi, tamen non so come si dise, et fù contento il Cancellario, niente di manco dipoi uolendo essequir' ci scrissero alchune difficoltà da Jngolstadio per le quali mi parse dar' ordine che non si facese mutation' nissuna per questo anno. *Et alteris litteris eodem die datis, Canisium praepositum provincialem quasi excusans:* El que dixo delos cursos al Doctor Ekio fue el padre Canisio y pienso lo dixo por descuydo, et tamen como en la otra se dize, no haze al caso auerlo dicho.

Natalis et Canisius Augustae inter 16. et 23. Martii 1566 Simonem Thaddaeum Eckium, Alberti V. Bavariae ducis cancellarium et unum ex universitatis ingolstadiensis „patronis", adierant; vide supra p. 579.

Borgias Natali rescripsit Roma 18. Iunii 1566: Mi rimetto à V. Reuerenza quanto alli Corsi de Jngolstadio, pur che non ui siano piu che duoi lettori et un substituto.

Natalis, nisi fallor, hanc difficultatem a Canisio paratam spectabat, cum aestate vel autumno a. 1566 in collegio ingolstadiensi praeciperet: „Nullus, ne prouincialis quidem, nouam obligationem aliquam absque Consensu generalis praepositi expresso[b] suscipiat in Collegijs, praeter eam, quam habent, ex dotatione: et caueant, ne ex consuetudine[c] aliqua oriri possit, aut praetendi ab externis noua obligatio" (ex prae-

a) *Sequitur* per, *oblitteratum.* b) expressa *archet.* c) *Ita in arch. correctum est ex* ne consuetudo.

[1] Alberti V.

ceptorum Natalis ingolstadiensium catalogo eodem fere tempore a P. Martino Leubenstain S. J. Ingolstadii scripto et ab ipso Natale emendato, qui exstat in „NIG“ f. 48[a]; etiam apud *Gomez Rodeles* l. c. 787).

787 sive **ing. (4).** **Inter m. Maium et Augustum 1566.**

Ex litteris archetypis. „G. Ep. VII“ f. 66.

Canisii opera Societatis sacellum ingolstadiense muneribus ab archiducissis donatur.

P. Martinus Leubenstain S. J., collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 26. Augusti 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec, praeter alia, de rebus collegii sui rettulit: Data sunt etiam preciosa quaedam munera templo nostro, de quibus forte R. P. Prouincialis, ipse enim accepit.

Canisius „preciosa munera“, quae per eum „templo“ Sociorum ingolstadiensi (sacellum academicum S. Catharinae Alexandrinae significari videtur; cf. supra p. 338) data sunt, accepisse videtur a Magdalena, Margarita, Helena archiducissis (cum m. Iunio a. 1566 Oeniponte cum ipsis ageret? Cf. supra p. 274). Nam in collegii ingolstadiensis **Litteris annuis* Ingolstadio mense Iulio 1566 datis narratur: „Plures hoc anno personae piae et nobiles, inter quas imprimis Reginas Caesareae Maiestatis sorores recensebimus, pro sua in nos beneuolentia et liberalitate templum nostrum preciosis muneribus exornarunt“ (ex exemplo archetypo; „G. Ep. VII“ f. 231).

788 sive **ing. (5).** **Medio fere et exeunte m. Augusto 1566.**

Ex litteris archetypis. „G. Ep. VII“ f. 66.

Iussu Canisii praepositi provincialis collegium ingolstadiense visitantis collegii rector Borgiam praepositum generalem certiorem facit de dispensationibus cum Sociis aliquot factis in rebus ad somnum, cubiculum, victum, orationem etc. pertinentibus. Canisius in locum professoris alicuius animo et corpore aegrotantis alium substitui debere censet.

P. Martinus Leubenstain S. J., collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 26. Augusti 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec, praeter alia, rettulit de Canisio praeposito provinciali, a d. 9. ad 26. Augusti 1566 Ingolstadii versato: Jussit R. P. prouincialis vt R. P. V. certiorem facerem de quibusdam regularum dispensationibus cum nonnullis factis. Dispensatum est autem cum D. Pisano[1] de tempore surgendi et eundi cubitum, de sternendo lecto, et cubiculo purgando, ac faciendo exercicium corporale, vtque faciat largiora ientacula, et collationes vespertinas diebus ieiunij[2]. Quae licet non videantur aedificare, tamen necessitati non videtur praescribenda lex. Cum Marquezio[3] circa orationes praeter horas Canonicas, dicit enim se nimium in capite debilitari etiam istis alijs exercitijs, quae habet, nempe duabus lectionibus, circa nonnullos etiam cibos etc.: Jpse, vt nuper significaui, in vtroque[4] in dies deficere videtur, jmo ita corporis viribus est exhaustus,

[1] P. Alphonsus Pisanus theologiam in universitate ingolstadiensi tradebat atque, P. Natalis visitatoris mandatu, domi erat „praefectus studiorum utriusque facultatis, theologicae et philosophicae“, „admonitor“ rectoris, „confessarius omnium, nisi quos sibi reseruasset superior“ (Epp. *Nadal* IV 250 252); erat etiam, puto, unus ex rectoris „consultoribus“ (*Can.* IV 455[4]. Epp. *Nadal* IV 252).

[2] De his dispensationibus ac de iis, quae a Leubenstainio proxime recensentur, vide, quae sub ipsas hasce litteras dicentur.

[3] Ioannes Marquez in universitate duas scholas philosophiae curabat; vide supra p. 296.

[4] In utroque homine, sive et in anima et in corpore.

vt vix ossibus haereat, timendumque ne illum, (sicut et .M. Arboreum [1]) initium veris omnino deijciat: deinde nescio quid sibi meloncoliae acquesierit [a], in qua periculosas admodum de alijs suspiciones [animo] [b] [?] imprimere solet, quae nullo modo videntur posse euelli. Est valde liber in obseruatione regularum. Sua Conuersatio alijs nocet . etc. Quare non inconsultum fore visum est Reuerendo P. Prouinciali, vt aliquando alijs substitutis, (quos omnino expectamus sicut nuper petiuimus) in Jtaliam reuocaretur, vbi absque dubio facilius iuuaretur. Cum Wolffgango [2] circa orationes etiam, et surgendum, atque suas fabricas, propter debilitatem sui capitis. Reliqui fere omnes iuxta normam regularum uiuunt [3].

S. Ignatius constituerat: „Statuatur tempus, quoad eius fieri potest, edendi, cubandi, surgendi, quod communiter omnes observent. . . . Si tamen peculiares ob causas alicui aliud conveniret, videat Superior, num dispensatione cum eo sit utendum, necne. . . . Tempus somno tribuendum, in genere loquendo, intra sextae et septimae horae spatium debere esse videtur; . . . sed, quia, in tanta varietate personarum ac habitudinum, certa regula praescribi nequit; ut detrahatur vel addatur huic tempori, Praepositi prudentiae relinquetur, qui curabit, ut quisque, quod necessitas naturalis exigit, retineat. . . . Ad omnia conferet temporis ordo in studiis, . . . somno et in reliquis servatus: et signum constitutis horis detur, quo audito, omnes statim, . . . ad id, ad quod vocantur, se conferant. . . . Signum dabitur per campanam, quae pulsabitur, ut se recipiant ad somnum, et ad mensam, etc. (Constitutiones S. J., P. 3, c. 2, n. 2 B E; P. 4, c. 10, n. 9 I). Atque *„Regulae communes“* olim quidem ita habuerant: „Singuli tum sacerdotes, tum Laici cum primum surgunt, lectum suum operiant, atque ante, aut post Sacrificium, prout diuersis temporibus praescriptum fuerit, recte componant, et scopis cubiculum uerrant, nonnullis exceptis qui ob occupationes maioris momenti, aut ualitudinis infirmitatem id praestare non possunt, quibus Minister aliquem alium assignabit, cuius opera subleuentur“ (ex *„Regulis omnibus iis communibus, qui domi agunt“, quae exstant in Codice praeceptorum et institutionum a P. Natale visitatore datarum, „NIG“ f. 85b. *Natalis* sua manu his

a) *Sic; pro* melancholiae acquisiverit. b) *Hoc vel simile v. videtur esse supplendum.*

---

[1] P. Henricus Arboreus in universitate philosophiam tradebat; v. supra p. 296.

[2] „Wolfgangus“ hic a *Polanco* (Chronicon VI 345) „Faber“, in *Catalogis* ingolstadiensibus 31. Augusti 1563, 2. Ianuarii 1564, 1. Ianuarii 1565 scriptis (cf. *Can.* IV 353 [5]) „Arcularius“, in **Catalogis* ingolstadiensibus exeunte a. 1566 et ineunte m. Octobri 1567 scriptis „Vietor“ vocatur („GSC 66“ f. 392 393 408a 388—389). Monacensis is erat; Vindobonae a. 1556 et Societatem ingressus erat et „simplicia vota“ nuncupaverat; ibidem a. 1559 „coadiutor uel minister noui collegii“ fuerat et „docuerat pueros cum in domo tum in scholis scribere“; Ingolstadii a. 1563 „infimae classis“, a. 1564 „duarum ultimarum classium“ praeceptor fuerat (*Polancus* l. c. *Catalogus* vindobonensis a. 1559 in „Austr. Fund. III“ f. 160b. Catalogi añ. 1563 1564 1565 l. c.). In **Catalogo* exeuntis a. 1566 de eo notatur: Fere 30 annos natus est. „Hactenus semper docuit paruulos, sicut et modo Ingolstadij“; ubi etiam logicam audivit et nunc theologiam audit. „Foeliciter concionari posset et non sine fructu simplicibus, cum quibus etiam singularem conuersandi gratiam habet.“ P. Natalis a. 1566 in visitatione collegii mandaverat: „Permittantur illi suae fabricae, dummodo non afferant impensas Collegio alicuius momenti. Et si quid fabricetur, curetur, vt illud possit esse vsui Collegio“ (ex praeceptorum Natalis ingolstadiensium catalogo, eodem fere tempore a P. Martino Leubenstain S. J. Ingolstadii scripto, qui est in „NIG“ f. 32a; etiam in Epp. *Nadal* IV 252). Wolfgangus igitur et artis lignariorum sive arculariorum peritus erat, et ea delectabatur, atque hanc ob causam, puto, „Faber“ et „Arcularius“ vocabatur.

[3] In **Litteris annuis* collegii ingolstadiensis, m. Iulio a. 1566 datis, refertur: In collegio 24 esse Socios, e quibus 7 sacerdotes sint (ex archetypo; „G. Ep. VII“ f. 231—232).

„Regulis communibus" adnotavit: „Hae fuerunt accommodatae Collegijs portugallie"). Hoc vero tempore eadem regula ita erat contracta: „Singuli, etiam (etiamsj) sacerdotes, cum primum surgunt, lectum operiant, eumque et reliqua componant hora consueta, et scopis cubiculum uerrant tertio saltem quoque die, exceptis ijs, qui ob occupationes maioris momenti, aut valetudinis [causa,] iudicio Superioris subleuari debent (et ualetudinis causa subleuantur): Ita (n. 38) indiculus *„Regularum communium"*, ante a. 1568 scriptus, quo Canisius utebatur; quae autem uncis rotundis includuntur, correctiones sunt quas Canisius sua manu huic regulae adhibuit. Ceterum eadem regula fere iisdem verbis expressa nunc quoque (sub n. 18) viget (*Institutum* Societatis Iesu III 11). Item in ipsis Constitutionibus *S. Ignatius* edixerat: „Ut non expedit tanto labore corporali quemquam onerari, ut spiritus obruatur et corpus detrimentum patiatur; ita aliqua corporalis exercitatio, quae utrumque iuvet, omnibus communiter convenit, etiam illis, qui mentalibus exercitiis debent insistere" (P. 3, c. 2, n. 4). Quae verba hoc tempore etiam in „*Summarium* Constitutionum" (reg. 47) iam erant recepta (*Institutum* III 9). Itaque in collegio ingolstadiensi P. *Natalis* visitator a. 1563 statuerat: „A corporali exercitio nemo excipiatur, ne doctores quidem; sed dentur qui eorum cubicula curent; tametsi non sit opus eorum lectos sternere" [1] (*Gomez Rodeles* l. c. 776). Ientaculum multis Sociis fere cotidie, reliquis saltem aliquando dabatur (Epp. *Nadal* IV 273 327 500. *Can.* III 221); ac de ingolstadiensibus Sociis *Natalis* visitator a. 1563 decreverat: „Omnes ientare possunt" (*Gomez Rodeles* l. c. 779). Accedit, quod novo *„*Officio* Rectoris", Roma a. 1566 in Germaniam superiorem misso, praescribitur (cap. 2, n. 2): „Si quis egebit mane ientaculo, non eidem negetur" (ex exemplo archetypo. Cod. „Can. X Sa" f. 113^{b}). „Ientaculum autem", inquit *Natalis,* „communiter est modicum panis et vini" (Epp. *Nadal* IV 500). Id quod certe in regionibus meridionalibus observabatur; de septentrionalibus equidem dubitarim. De „collatione" sive cenula, quae diebus ieiuniorum vesperi dabatur, *Natalis* in „Instructione" quadam praecepit: „Collatio fiat ex pane solo, tantumque $4.^{a}$ pars eius panis apponatur, qui ordinarie vno pastu comeditur, vel etiam 5^{a}." Idem *Natalis* in numero „traditionum Societatis" hanc recenset: „Ne quid detur ad collationem preter panem in diebus ieiuniorum" (l. c. IV 605 621; cf. ibidem 245 543). Quod denique ad orandi leges in Societate latas attinet, v. supra p. 296—297. De P. Alphonso Pisano *Natalis* m. Iunio a. 1566, cum collegium ingolstadiense visitaret, mandavit: „Verratur cubiculum, et sternatur lectus Pisani; in aliis obseruet regulas, vt alii" (l. c. 253, n. 47). Postea, ut ex Leubenstainii litteris intellegitur, cum Pisano in aliis quoque rebus dispensatum est, sive dispensavit Canisius, sive ipse Leubenstain pro ea, quam rectores habere solent facultate (*Constitutiones* S. J., P. 4, c. 10 B). *Natalis* paulo ante in visitatione collegii ingolstadiensis mandaverat: „Si Rectori videretur cum aliquo ad tempus in aliqua regula dispensandum, faciat ea de re certiorem Provincialem statim" (*Gomez Rodeles* l. c. 787).

789 sive **ing. (6).** **Sub medium et exeuntem m. Augustum 1566.**

Ex praeceptorum P. Natalis ingolstadiensium catalogis eodem fere tempore scriptis. „NIG" f. 6^{b} 31^{b} 33^{a} 49^{a}. Eadem praecepta typis iam sunt exscripta (ex iisdem catalogis) alia in Epp. *Nadal* IV 248—250 253, alia apud *Gomez Rodeles* l. c. 774—775 788.

Canisius in collegio ingolstadiensi cubicula et libros inspicit, de cursu philosophiae agit, alia a P. Natale visitatore constituta exsequitur.

Canisius, officium praepositi provincialis Germaniae superioris denuo administrare a P. Natale visitatore iussus (vide supra p. 288), Dilinga 25. Iulii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit:

[1] De domesticis hisce laboribus sive „exercitiis" v. *Duhr,* Jes. I 569.

Se mox in collegia ingolstadiense et monacense profecturum esse „ad confirmandum et exequendum ea, quae Pater Visitator illhic ordinauit" (vide supra p. 288). Ex iis autem, quae Natalis a. 1566 in visitatione collegii ingolstadiensis constituit, Canisium proxime haec spectabant: Visitet P. Prouintialis quum primum venerit cubicula, scrinia, et libros. *Et de P. Theodoro Peltano, theologiae in universitate professore:* Quando extra ordinem vellet aliquid dictare Peltanus in schola, consulat[a] ea de re prouincialem. *Et de Alberto V. Bavariae duce etc.:* Saltem haec conditio est a Duce vel ab Vniuersitate exigenda[b] si cursus philosophiae nostri instituantur, vt qui in artibus sint promouendi, obligentur ad[c] audiendum cursum vnum, nec aliter promoueri possint. Alias difficultates vel conditiones necessarias intelliget Prouincialis ex nostris Jngolstadiensibus. *Vide etiam supra p. 717. Natalis etiam praecepta quaedam dederat, quae Ingolstadii essent observanda a Societatis „Doctoribus"; quo nomine, opinor, non tantum PP. Pisanum et Peltanum theologiae professores, sed etiam eos comprehendebat, qui philosophiam in universitate tradebant; ex quibus praeceptis alia ad officia divina et ad disputationes et similia spectabant, alia ad convivia academicorum* (Non adesse conuiuijs nuptialibus *etc.* ad Conuiuia tardius [et] rarius ire cum excusare non possumus, primos surgere et abire), *alia ad professores externos et ad haereticos* (non obuiam ire, nec deducere haereticum, ut nuper principem Saxoniae[1] . . . non adesse promotionibus haereticorum. Non eligere in rectorem nec Decanum, aliquem Fautorem et promotorem manifestum haereticorum, si modo alius aliquis eligi possit sine scandalo). *Horum praeceptorum exemplo ab ipso Natale recognito Canisius (rebus, puto, Dilingae vel Ingolstadii cum ipso Natale collatis; v. supra p. 330 617) haec inscripsit:* Jngolstadij. De his paulatim introducendis, saltem quae sunt leuiora: coram agatur et consultetur ut inquit P. N.

Natalis etiam sub m. Novembrem 1566 collegium ingolstadiense invisit in eoque aliqua constituit et scripto mandavit (v. infra mon. 791); praecepta tamen, quae modo posui, m. Iunio ab eo data esse videntur.

790 sive **ing. (7).** **Ab 18. ad 26. Augusti 1566.**

Ex archetypo. „G. Ep. VII" f. 66.

Canisius Ingolstadii iubilaeum a S. Pio V. ad rempublicam christianam iuvandam indictum Sociis promulgat eiusque gratia cum iisdem supplicationes, ieiunia, flagellationes, pia opera instituit. Dilingam proficiscitur.

P. Martinus Leubenstain S. J., collegii ingolstadiensis rector, Ingolstadio 26. Augusti 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Canisio praeposito provinciali, P. Natale visitatore, cardinali Ottone Truchsess etc.: Hodie summo mane iterum

a) *Ita in arch. correctum est ex* consultat *vel* consultet. b) *In arch. sequitur* vt. *oblitteratum.* c) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] Augustum Saxoniae electorem dicere videtur (*Goetz*, Beitr. 357).

discessit R. P. Prouincialis, cum magna festinatione, a Reuerendissimo Augustano Dilingam vocatus, Cuius praesentia, sicut et Reuerendi P. Visitatoris, non parum in domino recreati sumus. Accessit quod cum recepisset hisce diebus Jubilaeum, et timuisset, ne, sicut alterum quoddam tempore quadragesimali supprimeretur, voluit praeterita hebdomada vna cum patribus et fratribus, eius particeps fieri. Publicauit igitur nostris, et tribus statis ieiunij diebus, instituat pias ac deuotas supplicationes, in quibus recetabantur quidam psalmi, et letaniae[1], ordinauit etiam, vt ijsdem diebus, praeter letanias, quas singulis diebus pro felici Jmperatoris victoria recitamus[2], precarentur septem poenitentiales psalmi, et vt fierent corporis flagellationes, et alia pia opera, ad quae omnia ipse nos suo exemplo, et exhortationibus multum incitauit. Vnde factum vt non pauci generaliter de tota vita praeterita confiterentur . Jdem Jubilaeum Deo fauente sequenti dominica[3] in vtraque parochia publicabitur, idque procurante D. Eysengrinio.

S. Pius V., cum iam 8. Martii 1566 „iubilaeum" indixisset (v. supra p. 568), litteris Roma 20. Iulii 1566 datis ad pericula, quae christianae reipublicae, maxime a Turcis, imminebant, repellenda singulis episcopis mandavit, ut singulis dioecesis locis per parochos „supplicationes ac processiones publicas et solemnes" indicerent die Dominica ac proximis feriis quarta et sexta habendas; praeterea Pius omnes fideles, plena indulgentia aliisque gratiis oblatis, hortabatur, ut preces illas ieiunio feriis 4. et 6. ac sabbato eiusdem hebdomadae servando et stipe „pro cuiusque arbitrio" danda condirent ac peccata confessi proxima Dominica eucharistiam sumerent. Eius litterae exstant apud *Laderchium* l. c. in a. 1566 n. 290. Huius igitur iubilaei Canisius cum Sociis ingolstadiensibus particeps effici voluit a d. 18. ad 25. Augusti sive a „Dominica XI. post Pentecosten" ad XII. Idem iubilaeum Socii sperabant in utraque urbis ingolstadiensis parochia, mariana et mauritiana, Kalendis Septembribus promulgatum iri curante Martino Eisengrein, theologiae professore et parocho ad S. Mauritii; parochia autem Beatae Mariae Virginis hoc tempore vacasse videtur; sic enim invenio de ea notatum[4]: „1565. Pastoris munus subijt. . . . Magister Augustinus Neser Fürstenfeldensis, reliquit idipsum Anno 1566. sexto Non. Julij a Caesarea Maiestate in Vngariam militibus concionatum euocatus" (Cod. „*ΣΥΛΛΑΒΟΣ* Omnium qui hactenus fuerunt Parochiae B. M. Virginis Parochorum" f. 5ª, n. 17. Ingolstadii in archivo parochiae B. M. V.). De eodem iubilaeo *Fr. Leonardus Boschius* S. J. in *Litteris annuis collegii ingolstadiensis, Ingolstadio 1. Septembris 1567 „ex commissione R. P. Rectoris" datis refert: „Veriti nostri ne longiores trahentes moras, tantis opibus frustrarentur, promulgante has indulgentias admodum R. P. Prouinciali qui tum praesens erat, instructa per Collegii ambitum supplicatione caeterisque adhibitis quae exigebantur, eo tempore[a] soli in hac ciuitate earum fructum (vt pie credendum) adepti sunt. Verum non multo post R. D. Eysengrimius vir magnae apud omnes authoritatis qui nostris familiariter vtitur, multaque nostrorum consilio tentat ac perficit, memor pastoralis curae quam hic gerit ad D. Mauritii id impetrauit a Reuerendissimo Aichstetensi Episcopo[5] vt id[b] [?] Jubilaeum in praecipuis duobus templis ac tertio Obseruantium S. Francisci toti ciuitati

a) *Haec 2 vv. supra versum scripta sunt.* b) *Aut (puto) ita corrigendum est ex* is, *quod cernitur in apogr., aut paulo infra pro* denuntiaretur *ponendum* denuntiari iuberet *vel aliquid simile.*

[1] Litaniae „Omnium Sanctorum" e vetere memoria in eiusmodi supplicationibus recitari solent. [2] Vide supra p. 279 320. [3] 1. Septembris.

[4] Cf. etiam *Ios. Greving,* Johann Eçks Pfarrbuch, Münster i. W. 1908, 191.

[5] Martino a Schaumberg, in cuius dioecesi Ingolstadium erat.

publice denuntiaretur. Estque instituta trina eaque solennis admodum processio cum triduano ieiunio aliisque in Bulla requisitis. Et quidem praeter multorum expectationem aspirante singulari Dei clementia res cessit feliciter (ex apogr. eiusd. temp.; „G. Ep. VIII" f. 204).

791 sive ing. (8). Exeunte m. Octobri et ineunte Novembri 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez scripto et a P. Hieronymo Natale subscripto. Cod. „EN" n. 158. Epistula (ex eodem archetypo) primum edita est in Epp. *Nadal* III 290—302.

PP. Natalis visitator et Canisius praepositus provincialis collegium ingolstadiense invisunt. „Cursibus" philosophicis instituendis supersedere statuunt; duas tantum scholas philosophiae haberi iubent. Natalis Canisium videre iubet, ut ingolstadiense adulescentium studiosorum contubernium, cum fieri potuerit, eadem ratione regatur ac reliqua: ut pueri cibum sumant domi; ut regentem, subregentem, cubiculorum praefectos, qui denis praesint, alant; ut homo laicus et externus, qui tamen Societati pareat, rem nummariam administret. Natalis et Canisius PP. Peltanum et Pisanum inter se conciliant et pro Pisano Dilingam amandando inde P. Torrensem Ingolstadium arcessere statuunt. Episcopi passaviensis cancellarius cum iis conqueritur, quod Conradum Swagerium ab episcopo abstractum Alberti V. ducis famulatui addicere velint: Natalis, quid de Swagerio desertore sit, cancellarium docet; theologum, qui de Societate non sit, episcopo promittunt. Canisius, dum Natalis in Austria versatur, 500 florenos, qui ex itinere rhenano ipsi supersunt, duabus domunculis Ingolstadii emendis destinat, quibus dirutis universitati nova porta aperiatur et, vetere clausa, Sociorum sacellum amplius commodiusque efficiatur; eidem rei stipem quandam magnam adhibere cogitat. A Natale haec improbantur et impediuntur.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Dilinga 14. Novembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de se ac de Canisio Germaniae superioris praeposito provinciali, qui cum ipso Monachio 29. Octobris (ut videtur) 1566 in collegium Societatis ingolstadiense profectus erat[1] *(cf. supra p. 330):* Jn Jngolstadio la prima cosa trattamo delle lettioni nostre in philosophia et corsi, et una omnium sententia fuit, che non ci conueneua instituire corsi[2], et[a] mia[b] specialmente, perche secondo l' ordine della Vniuersità et libertà delli scholari, non uedemo esser' possibile che perseuerino nelli corsi, perche tutti quasi odono grammatica, humanita[c], logica, philosophia et Theologia insieme. Oltre a questo trouauamo fortissima difficoltà da parte dell' uniuersità et facoltà artistica, oltre che senza dubio haueuano à metter qualche lettione de philosophia et logica oltra li corsi, et cosi disturbar li et noi etiam augmentaresimo cosi

a) *Sequitur* à, *oblitteratum.* b) *Ita in arch. correctum est ex* me. c) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] Natalis statuerat Monachio Ingolstadium d. 29. Octobris post prandium proficisci; d. 6. Novembris Augustae erat (Epp. *Nadal* III 286 288).

[2] Ad eiusmodi „cursus" absolvendos in Societate $2^1/_2$—$3^1/_2$ anni exigebantur; singulis fere annis novus cursus incohabatur; certo ordine (binis cotidie horis) tractabantur disciplinae philosophicae, ut logica, physica, doctrina „de anima", metaphysica (*Constitutiones* S. J., P. 4, c. 15, n. 2; Praecepta a *Natale* a. 1566 in collegio vindobonensi data, in Epp. *Nadal* IV 284; „Docenda in scholis philosophiae", apud *Gomez Rodeles* l. c. 500—516).

quell' opera, senza augmentar' loro la fundatione, et etiam non douemo esser' larghi con persone, che non ci hanno aiutato insino adesso alla conseruatione della disciplina, anzi hanno aiutato àl contrario[1] etc., et anchora hauendosi de guardar' noi d', introdur' noue cose et obligationi etiam uoluntarie, molto piu in quello stato, doue c' è tanto imperio del Principe. La 2ª cosa che determinamo è che non si legano se non due lettioni de philosophia, vna de logica, et altra de physica, perche realmente non si può pretender' da noi altro, perche la 3ª lettione che noi pigliamo de philosophia nell' uniuersità, benche fù con consenso del Padre Maestro Laynez . (come questi padri dicano[a] [?][2]) fu spressamente pigliata hauendo da leger' corsi et non altrimente, et la lettione di greco per uolontà delli signori s' è mutata in logica perche nel greco non si faceua frutto, affettandosi pochi à quella lingua, et nella logica et philosophia, s' è augmentato grandemente il numero secondo che era, perche passano sesanta nell' una et nell' altra lettione, che pare un miracolo in Jngolstadio. Questo ordine habbiamo lasciato che si essequischi in ogni modo, dando raggione dipoi àl Cancellario[3]; benche quelli buoni padri, dipoi de esser'[b] partito io, hanno aduertito àl Cancellario, et diceuano aspettar' risposta, ma non importa che ogni modo lo faremo con la gratia de Christo, come io gli scriuerò auanti che parta di quà. Consequenter à questo non essendo di bisognio Maestro Marquez, et dando cosi buona expettatione Maestro Carlo Vrsino, l' habbiamo lasciato in Jngolstadio, per succeder' à Maestro Marquez, il quale habbiamo mandato d' Augusta à Roma, ben accomodato de cauallo viatico etc.[4] . . . La casa de conuictori d' Jngolstadio, non sta insino adesso àl modo che si desidera, ne s' ha potuto dal tutto aiutare[5], mà si è dato ordine a Maestro Canisio che non lasci la intentione di questo negotio, accioche possi quel Collegio ordinarsi secondo li altri, hoc est che[c] li conuictori mangino in casa et alant regentem[d] et subregentem et vno de nostri per diece conuittori che sia prefetto de camera etc., et che la cura de danari et spessa, sia d' un secolare non della Compagnia, sotto ordine tamen de questa. Jn questo mezzo s' è aiutato come s' è potuto, come uederà la P. V. per le copie delli ordini dati etc.[6] Trouai una contentione frà li doi P.[e] et cì fù assai da

a) *Sic; corrigendum esse videtur* dicono. b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) d) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* e) *P. Ioannes de Polanco Societatis secretarius Romae supra hoc P. scripsit:* peltano et pisa.

[1] Alberti V. Bavariae ducis aulici et consiliarii Socios aliquos inoboedientes et disciplinae parum amantes, ut Martinum Stevordianum, Georgium Schorichium, Conradum Swagerium foverant et adiuverant: vide supra p. 323—324 349 493.

[2] Cf. *Can.* IV 542.

[3] Simoni Thaddaeo Eckio, ducis cancellario monacensi et uni ex universitatis patronis.

[4] Ioannes Marquez (cf. supra p. 718) multum murmuraverat et fratres perturbaverat (Epp. *Nadal* IV 297).

[5] Cf. supra p. 113 147 166. [6] Haec vide apud *Gomez Rodeles* 784—785.

fare àd accordarli[1], et far' dimandare perdonanza l' uno all' altro, et fecimo la risolutione che in nisuna maniera conuiene che stiano piu insieme, et cosi pensamo tradur' là, al Padre Torres, et venir' qua il Padre Pisa, mà non puotrà esser' insino che sia stampata l' Augustiniana, nella cui editione stà tutto applicato il Padre Torres[2]; Gia di questo parlasimo al Cancellario[3], et li piaceua etiam che in loco de Pisa uenesi Jl Padre Gaspar' Anglo[4], mà bisognia che sia una persona fundata in Theologia et sicura in Jngolstadio.

Venne a parlarmi là, il Cancellario del Vescouo di Passao[5], il quale haueua fatto accordo con Conrado[6] di darli accio stasi con lui per Theologo, 200, fiorini, tauola et seruitore etc. con conditione tamen che hauese solution[a] della Compagnia. Si lamento questo Cancellario con me et co' l Padre Canisio pensando che noi l' hauesimo fatto venir' à seruire àl Duca de Bauiera, leuando dal suo Vescouo[7]. Jo li rispose chiaramente che Conrado era uero Apostata[8]; et con maggior difficoltà per la bolla del Papa contra Apostatas, et per li nostri priuilegij[9], et che contra uolontà della Compagnia s' era uscito, et andato àl Vescouo di Passao, et staua adesso in Bauera, et nullo

a) *Ita in arch. correctum est ex* absolution.

[1] PP. Theodorum Peltanum et Alphonsum Pisanum, theologiae in universitate professores. P. *Martinus Leubenstain* collegii rector sub hoc tempus (ad Natalem, ut videtur) *rettulit de Peltano: „Taxat et perstringit nimium patres et fratres. . . . Videtur libenter sequi opiniones periculosas, et aliquando data opera contrarias docere, quam suus aliquando collega docuerat. Perstringit omnes, externos, praecipue ante paucos dies magnificum rectorem Theandrum". Et de Pisano: „Jn disputationibus dicitur nimis vehemens, et semper loqui in secunda persona, per quam per contemptum intelliguntur Germani, quod non est parum odiosum" (ex autogr.; „G. C. 67" f. 465[a]—468[a]).

[2] P. Hieronymus Torrensis, theologiae in universitate dilingana professor, Dilingae suam „Confessionem Augustinianam" excudendam curabat; vide supra p. 327.

[3] Natalem et Canisium paulo ante Monachii cum Simone Thaddaeo Eckio, qui praecipuus universitatis patronus erat, egisse puto; cf. supra p. 350.

[4] Haivodus; vide supra p. 630 633—635. [5] Urbani a Trennbach.

[6] Cum P. Conrado Swagerio, qui ex Societate, neglectis votis simplicibus scholasticorum, quibus ei se astrinxerat, egressus erat; vide supra p. 615—617.

[7] Ferebant, Conradum mox ab Alberto V. duce „ad maiora promotum iri"; vide supra p. 338.

[8] Apostata a religione sive ab ordine religioso; v. supra p. 313.

[9] *S. Pius V.* bulla Roma 17. Ianuarii 1566 data non solum confirmavit Societatis „generali et aliis inferioribus praepositis" potestatem a Paulo III. 18. Octobris 1549 de apostatis concessam (v. supra p. 616[4]), sed etiam — id quod iam Pius IV. statuerat, sed morte impeditus litteris non consignaverat — decrevit: Ut si quis sive professus, sive scholasticus sive coadiutor votis emissis, „etiam praetextu cuiusuis indulti" a pontifice vel ab aliquo nuntio vel legato impetrati, „absque expressa Superioris sui licentia ad id ab eo specialiter obtenta" ex Societate, etiam ad alium ordinem religiosum (exceptis Cartusianis), exiret, ipso facto excommunicationis poena teneretur, a qua tantum per pontificem vel per „superiorem Societatis" solvi posset (*Litterae* apostolicae etc. 41 96—100).

consenso nostro haueua per questo, et che da noi non aspettase remission nisuna prima che ritornasi alla obedienza plena et libera della Compagnia, et che questa causa era tutta del Generale, et io nisuna cosa uoleua intender' piu in quella, ne ueder' ne parlare à Conrado. Fù satisfatto della suspitione del suo Vescouo, et dimando che almanco lo aiutasemo d' alchun Theologo, li disemo che de nostri in nisuna maniera possiamo, per la tanta multiplicità de Collegij; de secolari, che occorrendo seruiriamo à Sua Signoria Reuerendissima[1]....

Gia V. P. si ricordara de li 500 fiorini che restorono al Padre Canisio del Viatico del Papa et d' altri[a], et che questi haueua applicato Maestro Canisio, senza saper' io ne che li haue[se][b][?] ne che li hauese applicato, à quel Principio de Collegio de Augusta[2]; in Jngolstadio tam[en] mi accorse che lui uoleua applicar' quelli 500 fiorini per comprar' due case picole che stanno d' auanti l' università, perche ruinandosi queste case, offeriuano da parte del Duca di [far'] vna porta noua per la vniuersità dà quella banda, et haueuasi da cerrare la chiese[tta] nostra[3] uerso l' uniuersità, perche non passasino piu li scholari per quella come ad[esso] fanno, et cosi la chiesa nostra non è frequentata, ne libera. A me parse impedire ques[ta] applicatione, come l' ho impedita, dicendo che noi della nostra lemosina, non haueuamo di spender' in edificij publici del Duca, se non che haueuamo da far' instanza che ci attendessero à la promessa che m' hanno fatto da parte del Duca, che uoleuano serrar[c] la nostra chiesa; et che loro faciano l' introito all' uniuersità per doue si u[o]lesero; et in tanto che siamo contenti di quel poco frutto che se fà nella chiesa, ne manco hauemo predicatore per metter' là, et m' è parso una cosa misera che questi Signori del Duca, uenghino a queste strettezze con noi, pagate uoi le case et ui serrarem[o] la chiesa; et son stato mal contento che Maestro Canisio habbi introdotto questo negocio il quale haueua gia essendo io in Austria[4], trattato, che uolendo dar' una signora deuota Della Compagnia una lemosina[d] grande come de 400, o, 500 fiorini la uoleua applicar' al medesimo, mà quello non s' effettuò; et quest' altro ho impedito. La Paternita V. vedera se hò fatto bene ò, no.

S. Franciscus Borgias, quaecunque Natalis de his negotiis ingolstadiensibus statuerat, probasse videtur.

Conatus, quos Canisius praepositus provincialis Natalis mandatu ad studiosorum contubernium rectius constituendum habuit, haud ita prospere successerunt: ita enim P. *Paulus Hoffaeus* viceprovincialis Monachio 20. Februarii 1568 S. Francisco Borgiae praeposito generali *scripsit: „Est Jngolstadij noua et inutilis tum etiam

a) *Sequitur* que, *oblitt.* b) *Vel* haueua. c) *Ita in arch. correctum est ex* cerrarsi. d) *Ita in arch. correctum est ex* elemosina.

[1] Urbano postea per Societatem ex collegio germanico aliquot insignes viri missi sunt: vide *Steinhuber* I[2] 316—319.

[2] Vide supra p. 546—547. [3] Sacellum S. Catharinae: v. *Can.* IV 127 584.

[4] Mensibus Augusto et Septembri (Epp. *Nadal* III 206 238).

molestissima ratio conuictorum. Jn domo quadam nostra interdiu student ac nocte dormiunt, sed omnes in diuersis Ciuitatis locis cibum capiunt ac reportant domum mores minime bonos. Jam eorum pars maxima (omnes tamen simul vix faciunt 24) repudiati fuere a quodam Doctore apud quem cibum sumebant, difficile fuit alium inuenire, tandem vnus est hospes inuentus qui exules susciperet vix diu forte apud ipsum mansuros, Jtaque si non esset contra P. V. et si pace Dominorum [1] fierj posset, vtilius videretur et P. Canisio et mihi hoc infructuoso et molesto labore societatem liberare aliquando Jngolstadij" (ex autographo: „G. Ep. IX" f. 167[a]). *Franciscus Borgias* Roma 30. Martii 1568 *respondit: „Quella sorte nuoua de casa de conuittori, d' Jngolstadio, non ci pare anche quì conueniente, auisi pur V. R. del parer suo et insieme del P. Canisio, et del suo fratello [2], insieme col P. Lanoy, sopra il modo che si potrebbe tener, di lasciarli; senza scandalo, ò tenerli d' altra miglior sorte." Idem *Borgias* Roma 26. Iunii 1568, audita Canisii 20. Iunii Romam advecti sententia, Hoffaeo *scripsit: „Li conuittori d' Jngolstadio, saria bono poco à poco et suauemente licentiarli, accio che se riducano sotto altrui guardia, perche nel modo che adesso stanno, poco possono aiutarsi delli nostri, et li danno assai disturbo" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67" f. 126[b] 155[a]).

P. *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius mandatu Borgiae P. Martino Leubenstain rectori ingolstadiensi Roma 22. Februarii 1567 ad ipsius litteras quasdam *respondens: „Ci marauigliamo", inquit, „di quel che soggionge che di 1500 fiorini non ponno sostentarsi 20 essendo che sono piu di mille Scudi, et che qui in Jtalia con mille si ponno mantener più di 20, et sino a 30. et non pensiamo gia che sia piu caro il uiuer costì che quì" (ex apogr. eiusd. temp.: „Germ. 65" f. 225[b]).

792 sive ing. (9). 26. Novembris 1566.

Ex praeceptorum Natalis indiculo, eodem fere tempore scripto, de quo supra p. 697. Cod. „NIG" f. 69[a]. Etiam (ex eodem indiculo) in Epp. *Nadal* IV 324—325.

Canisius a Natale visitatore iubetur aliqua de convictu ingolstadiensi cognoscere.

Herbipoli 26. Novembris 1566 P. Hieronymus Natalis provinciarum Societatis Iesu germanicarum visitator Canisio Germaniae superioris provinciali haec de P. Martino Leubenstain collegii ingolstadiensis rectore mandavit: Jngolstadij quaerendum ex Rectore, quod non satis meminimus; quare accipiant vnum florenum pro famulo conuictorum, et tamen non alant eum. Jtem cur quinque floreni sunt pro eodem destinati, et tamen illi non dantur. De quibus responsum acceptum scribi poterit ad P. Visitatorem.

793 sive ing. (10). Mense Iunio (ineunte, ut videtur) 1567.

Ex autographo. „G. Ep. VIII" f. 211[a].

Canisius Socios ingolstadienses breviter invisit. Iuvenem in Societatem admittit.

P. Martinus Leubenstain collegii ingolstadiensis rector Ingolstadio 1. Julii 1567 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec de Canisio rettulit: R. p. Prouincialis superiori mense per transitum quasi nos uisitauit, atque modo expectabamus aduentum eius auide admodum, sed, vt intelligimus eum iussu V. R. P. alio missum, intra mensem non adhuc expectamus. Confessiones generales, et renouatio uotorum in eius aduentum translata[a] [?] sunt. Recepit ipse quendam nouicium, qui statim Monachium ad alios tyrones missus est, quamuis non sine perturbatione eorum, quibus commissus erat.

a) *Sic;* translatae?

---

[1] Consiliariorum Alberti V. ducis.

[2] P. Theodorici Canisii rectoris dilingani.

Canisius 21. Maii Monachii, 12. Iunii Dilingae fuit; inde, cum 15.—20. Iunii synodo interfuisset (v. supra p. 493 495 635), die 22. vel uno ex proximis diebus ad episcopos herbipolensem et argentoratensem profectus est: quare verisimile est, eum ineunte m. Iunio Ingolstadii fuisse.

Ad ingolstadiensia haec monumenta spectant etiam aliqua ratione mon. 799 824 868.

F.

MONUMENTA ITALICA CANISII.

794 sive **it. (1).** 16. Februarii 1565.

Ex archetypo, ab ipso cardinali subscripto. „Epp. Cardd. I" (1562—1596) 14. Epistulae partem maiorem (ab initio usque ad „Per la qual cosa" etc. excl.) latine versam posuit *Sacchinus*, Can. 218—219. Ex Sacchino partes eius transcriptae exstant in libello „*R. P. Petrvs Canisivs* . . . elogiis Magnorum virorum mirifice illustratus" (Friburgi Helv. 1656) f. A 5ª—A 6ª, et apud *Dorigny* (gallice), *Fuligatti* et *Boero* (italice), *Riess* (germanice). Maiorem epistulae partem posuit (gallice) *Michel* l. c. 291—292. Eadem usus sum in „*Stimmen*" l. c. 60; usus est etiam *Garcia* l. c. 238—239. Integra denique epistula ex archetypo vulgata est in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III, Matriti 1908, 748—750.

Otto cardinalis Augustanus S. Franciscum Borgiam monet: In Germania principibus catholicis pauci praesto sunt theologi, in quibus et doctrina et religionis studium sint. Eiusmodi tamen theologum Canisius se praestitit, maxime in imperii comitiis. Cum autem timendum sit, ne in proximis comitiis cum protestantibus aliqui etiam catholici ad leges ecclesiae convellendas se iungant, Canisius pro auctoritate summa, qua apud principes valet, utilissimam in comitiis operam praestabit. Quare eum Romam ad praepositi electionem proficisci non expedit.

Mense Februario a. 1565 fama erat, proximo m. Maio Augustae comitia imperii habitum iri (vide supra p. 17); eodem mense Canisio traditae sunt litterae Sancti Francisci de Borgia, vicarii generalis Societatis Iesu, quibus Societatis congregatio generalis novi praepositi generalis eligendi gratia Romae habenda eaque sub exitum m. Iunii incohanda indicebatur (vide Can. IV 787—789). Qua re cognita Otto Truchsess cardinalis et episcopus albanensis et augustanus Dilinga 16. Februarii 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam scripsit: Il Padre Canisio mi ha fatto sapere d' esser' stato chiamato con alcuni altri Padri alla Elettione del nouo Generale : il che se ben' si deue stimare esser' stato concluso con maturo giuditio et prudente resolutione sicondo il costume, non di meno in tal caso, non mi par' lassare di auuertire V. P. Reuerenda che li Principi Catholici di qua si trouono apresso pochi Theologi che con la dottrina habbino congiunto il buon spirito et feruente zelo uerso la Religione in modo che alle occorrenze graui et importanti sieno atti et disposti ad' animar' detti Principi et a porre innanzi quel che è uero seruitio et honore della santa Chiesa. come si sa che fa il Padre Canisio: Et io ho prouato in me et conosciuto in molti altri Principi con quanto ardore, charita et dottrina christiana esso Canisio habbi speso il suo talento massime nelle

Diete Imperiali[1], Et se mai fu utile l' opera sua, come è stata sempre alla dieta prossima si puo stimare che habbi da esser' utilissima et necessaria. Essendo che in essa non solo li Protestanti ma ancora alcuni di Catholici[2] par che si disponghino, et si unischino con essi Protestanti[a] à praticare di uoler' in essa Dieta determinare che molti articoli di Religione et precetti della chiesa li quali loro giudicano de Jure positiuo si osseruino secondo che à ciascun' piacera, et che sara inspirato. Et perche in tali determinationi haranno da passar' cose[b] di molta importantia V. Paternita creda che il Padre Canisio e in tal concetto et stima appresso li Principi di Germania che trouandosi presente, con auuertimenti, con uehementi exhortationi, con la sua dottrina, con prediche et ecempio di sincera santimonia sara per giouare inestimabilmente massime apresso l' Arciuescouo Elettor' di Mogunza l' Arciuescouo Elettor' di Treuere il Vescouo[c] di Herbipoli[3], et altri Principi che tribuiscono incredibilmente ad esso Padre Canisio. Per la qual cosa non mi parrebbe che fusse da rimouerlo di qua in questo bisogno della Dieta, per cio che se pur sara risoluto che uenga non douera partirsi di qua prima che uerso Aprile, et conuerra poi che stia tutta la state costi in Roma, onde in tanto la Dieta sara finita et conclusa. Non dimeno io me ne riportaro sempre al retto giuditio di V. Paternita Reuerenda et alla prudente et sauia resolutione che fara la Compagnia.

Polancus Societatis secretarius his litteris ascripsit: „Venghi pur, che fatto il generale si vedera si douera tornare, che si puo far innanti l' estate finita".

795 sive it. (2). 23. Februarii 1565.

Ex archetypo, ab ipso cardinali subscripto. „Epp. Cardd. I" 16. Integra epistula ex eodem archetypo edita est in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 760—761.

Cardinalis Augustanus, cum imperii comitia differantur, Canisium Romam ire probat.

Otto cardinalis Augustanus Dilinga 23. Februarii 1565 Sancto Francisco de Borgia, Societatis vicario generali, ad litteras Roma 3. Februarii 1565 sibi missas haec, praeter alia, rescripsit: Scrissi con altra mia di 18.[d] [?][4] quelche sentiuo sopra il Padre Canisio per esser' stato chiamato costa alla Elettione del nouo Preposto: ma considerato poi che tutta uia si ua differendo il uoler' dar' principio alla Dieta, et che uenendo à Roma detto Padre Canisio oltre à satisfar' al debito di trouarsi alla elettione, potrà far' ancora di buoni offitij, ho mutato proposito et rimetto total-

a) Protestati *archet.* b) cosa *arch.* c) Vesco *arch.* d) *Sic; scribendum, puto, fuit:* 16.; *v. infra adn. 4.*

[1] Canisius interfuerat, per aliquod saltem tempus, comitiis imperii habitis Vormatiae a. 1545, Augustae a. 1555 et 1559, Ratisbonae a. 1556—1557 (*Can.* I 49—50 158—159 235 553—557 595; II 37—82 372—379 447 502 787—789).

[2] Timebant haec, puto, de Maximiliano II. imperatore, Guilielmo Cliviae duce etc. Vide supra p. 19[6] 170 236.

[3] Danielem Brendel, Ioannem von der Leyen, Fridericum de Wirsberg.

[4] Epistulae, quam Otto significat, d. 16. Februarii ascriptus est (vide supra p. 728); fortasse 18. Februarii epistula tabellario tradita est.

mente à V. P. Reuerenda la sua uenuta, sperando che possi in ogni modo ritornar' qua à tempo à far' di quelle opere, allequali ho scritto che egli è tanto dedito et disposto in ogni occasione per seruitio della santa Chiesa et sua Religione.

796 sive **it. (3).** 17. Martii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. „Germ. 61" f. 274[a]. Integra epistula ex eodem apographo edita est in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 770.

S. Franciscus Borgias cardinali Augustano gratias agit, quod permittat Canisium Romam ire. Hunc ibi etiam res Germaniae esse adiuturum.

S. Franciscus Borgias, Societatis Iesu vicarius generalis, Roma 17. Martii 1565 Ottoni Truchsess cardinali et episcopo augustano, praeter alia, haec de romana Canisii profectione ab Ottone permissa (vide supra p. 729) scripsit: Circa la uenuta del Padre Canisio ci ha fatto grande gratia V. S. Illustrissima de darli bona licentia et é dasperare che oltre de sodisfar al debito suo, trouandosi alla elettione del preposito et al trattar de altri negocij uniuersali, aiutara anche le cose de la Germania con quelli mezzi che il suo bon zelo et nostre debole forze potranno ritrouare.

797 sive **it. (4).** 14. Aprilis 1565.

Ex archetypo, ab ipso cardinali subscripto. „Epp. Cardd. I" 22. Integra epistula ex eodem archetypo edita est in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 788—789.

Cardinalis Augustanus Canisium pro sua diligentia Romae religioni utilitatem allaturum sperat.

Otto cardinalis et episcopus Augustanus Dilinga 14. Aprilis 1565 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis Iesu vicarium generalem, scripsit: Ho riceuuto . . . in un' medesimo tempo dui lettere di V. Paternita di 17. et 24. del passato, che mi danno conto et dell' arriuo del Barone mio Parente [1], et del particulare sopra la uenuta desiderata costa del Padre Canisio. . . . Quanto al Padre Canisio à suo tempo si mouerà à cotesta uolta cosi instrutto delle cose di qua, che aggiunto poi il naturale gran' zelo uerso le cose della Religione che S. Paternita ha, è da credere che sia per portar' qualche utile la sua uenuta, cosi Dio li presti il potere, come ho conosciuto sempre la sua prontezza.

Borgias Ottoni respondit 2. Iunii 1565: vide infra mon. 805.

798 sive **it. (5).** OTTO CARDINALIS TRUCHSESS DE WALDBURG, episcopus albanensis et augustanus, imperii princeps, **SANCTO FRANCISCO DE BORGIA,** Societatis Iesu vicario generali.

Dilinga 21. Aprilis 1565.

Ex litteris archetypis (2°; 1 p.; in p. 4 inscr. et particulae sigilli), quas Otto ipse subscripsit. „Epp. Cardd. I" 23. Litterae ex archetypo primum excusae sunt in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 793. Epistulae mentionem fecit *Riess* l. c. 347. Eadem usus est *Sacchinus*, Can. 219—220.

Cardinalis Augustanus Canisio Romam ad Societatis congregationem generalem proficiscenti litteras dat Sancto Francisco Borgiae destinatas, quibus totam Societatem

[1] Gervici a Schwarzenberg, in collegium germanicum missi (v. supra p. 3—6). Altera haec Borgiae epistula edita est in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 772. Ibidem 736—737 789—790 binae sunt litterae, quibus cardinalis Gervicum Borgiae et Polanco commendabat.

salutat et, ut Canisius negotiis Societatis Romae expeditis statim inde remittatur, instat; eum enim Germaniae maximam utilitatem adferre et a Deo nationi illi datum esse.

Molto Reuerendo in Christo Fratello. Partendo di qua il Padre Canisio per inuiarsi à cotesta uolta, et far' l' obedientia che se li conuiene, non ho uoluto lassarlo uenire senza questa mia, prima per salutar' con tutto l' affetto mio la Paternita V. Reuerenda et insieme tutta cotesta deuotissima Compagnia, come anco S. Paternita medesima farà à bocca per parte mia, Et poi per ritornare à ricordare che quanto prima sarà finito costi quelche auuenirà di trattare, et per l'elettione del nouo Generale, et per altre occorrenze della Compagnia tutta uia sarà utile che detto Padre Canisio sia spedito per il suo ritorno. Percioche ogni uolta che la Germania sia senza esso, rendasi certa V. Paternita Reuerenda et ogn' altro, che la si troua manco tanto aiuto per le cose della Religione, che è incredibile, essendo tanto il frutto che à salute di questa Natione esce dalle opere che continuamente si ingegna fare con ogni zelo et poter' suo, che possiamo dire la sua propria uocatione diuina essere ueramente qua in Alemagna. Nelche non occorrendo ch' io mi stenda con V. Paternita Reuerenda farò fine à questo, rimettendomi totalmente alla relatione di queste cose di qua che farà il detto Padre Canisio: pregando il Signor Dio che in questa loro elettione habbino quella satisfattione d' animo, che riguardi àl seruitio et honor' di Dio. Di Dilinga li XXJ. di Aprile .M.D.LXV.

Di V. Paternita Reuerenda

Affettionatissimo in Christo Fratello.

Jl Cardinal d' Augusta.

Al Molto Reuerendo in Christo Fratello . il Padre Francesco Borgia Vicario Generale della Compagnia del Jesu .etc. In Roma.

Recte *Sacchinus* (Can. 220) ad has litteras adnotat: „Verebatur videlicet" cardinalis, „ne quam partem administrandae societatis, vnde Romae teneretur, Patres ad eum [i. e. Canisium] deferrent. Quo ipsos crediderim Patres respectu motos vt in grauissimis demandandis muneribus praesertim Assistentium, eum praeterirent."

Borgias Ottoni respondit 2. Iunii 1565; v. infra mon. 805.

799 sive **it. (6).** Sub exitum m. Aprilis 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI" f. 86 b.

Canisius Romam secum affert scriptum, quo, quae difficultates Sociis ingolstadiensibus ex eius universitatis legibus moribusque oriantur, exponitur.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae superioris viceprovincialis et collegii dilingani rector, Dilinga 23. Novembris 1565 Romam ad Sanctum Franciscum de Borgia, Societatis praepositum generalem, scripsit: Grauamina nostrorum Jngolstadij propter leges et consuetudines Academiae circa Conuiuia, promotiones, Concilia etc. exhibuit, ni fallor, Reuerendus p. prouincialis noster, qui ad electionem proficiscens, in scriptis ea secum hinc abstulit. Respondebitur ad ea suo tempore, vt spero, a Reuerenda P. T.

His verbis P. *Polancus*, Societatis secretarius, in margine adnotavit: „non so doue siano".

Quae „gravamina" vel difficultates a Sociis ingolstadiensibus propositae sint, facile colligitur ex iis, quae dicta sunt *Can.* IV 146 569 584 759 934—936.

800 sive **it. (7).** Inter 25. et 27. Aprilis 1565.

Ex apographo, de quo supra p. 599, et ex Epp. *Nadal* III 255 765 et ex iis, quae posui supra p. 286.

Canisius Augusta Romam ad Societatis congregationem generalem discedens socium sibi adiungit Iacobum Seclerum fratrem laicum.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae superioris viceprovincialis, in huius provinciae „litteris semestribus" Dilinga 1. Iulii 1565 datis: Dicam nunc quae ad Augustanam domum Christi benignitas conferre dignata est. . . . Abiit in urbem unus e fratribus cum Reverendo Patre Provinciali". *Et Dilinga 25. Iulii 1566 ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem de P. Hieronymo Natale visitatore scripsit Petrus Canisius:* Si partì di qua . . ., et insieme con lui il D. Pietro Hungaro, . . . P. Paes, . . . et il nostro fratello Giacomo, che l' anno passato fù meco in Roma, et l' ultimo fù Sigismondo. *Ac Theodoricus Canisius:* Discessit . . . hinc in Austriam 22. Julii, abductis secum hinc quatuor ex fratribus, nimirum D. Petro hungaro, P. Henrico Payz, lusitano, Sigismundo bohemo et Jacobo Seclero, coadiutore temporali. *Similiter Natalis ipse in litteris Oeniponte 19. Octobris 1566 Borgiae missis.*

De Seclero vide *Can.* III 133 et supra p. 543. Is, ut omnino videtur, Romae die S. Matthaei apostoli sive 21. Septembris 1565 — 29. Septembris Canisius Roma discessit — vota ultima coadiutorum temporalium nuncupavit. Nam in „*Instructione* de personis . . . collegii viennensis usque ad annum 1566 inclusiue", quae ex „apographo coaevo" evulgata est in Epp. *Nadal* IV 306—311, inter „Coadiutores temporales formatos" comparet: „Jacobus Seckler, oenipontanus tyrolensis . . . fecit autem professionem Romae in festo sancti Mathiae apostoli anno 1565". „Mathiae" autem lapsu aliquo memoriae vel calami hic positum esse existimo pro „Matthaei"; nam die S. Mathiae, qui erat 24. Februarii, Sekler Augustae fuisse omnino videtur. Neque ita raro hoc contingit, ut Mathias pro Matthaeo et hic pro illo ponatur; rei exemplum habes *Can.* I 39. Praeter Seclerum cum Canisio Augusta in Italiam profectus est Dionysius de Nicotaro medicus; v. supra p. 604.

801 sive **it. (8).** Ab 8. ad 14. vel 15. Maii 1565.

Ex epistula autographa Crucii et ex epistula archetypa Palmii, ab ipso subscripta („Epp. Ital. 1565 II" f. 508 556), et ex Fuggeri Diario autographo (Cod. „7447" bibliothecae palatinae vindobonensis, f. 27^{a}), ex quo tum ea quae proxime, tum ea quae infra mon. 804 828 ponentur, a. 1909 mihi exscripsit R. P. *Guilielmus Peitz* S. J.

Canisius cum Hoffaeo etc. per Mantuam advectus Bononiam, ibi aliquantulum subsistit, Ernesti Bavariae ducis filios inde secum Romam abducturus.

P. Lucius „Croce" S. J. Venetiis 12. Maii 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia scripsit: Habbiamo inteso da vn nostro conosciutj che l padre Canisio quattro giorni sono era passato per Mantoa [1]. alla volta di Roma. *Eodem die P. Franciscus Palmius S. J. collegii bononiensis rector Bononia ad Borgiam scripsit de PP. Petro Canisio et Paulo Hoffaeo cum duobus Societatis fratribus, quorum alter erat Iacobus Sekler (v. supra m. 800), Bononiam advectis:* Per questa V. Reuerenza intenderà come hoggi il P. Canisio è arriuato col P. Paolo et doi altri fratelli, et

[1] Mantuae collegium Societatis nondum exstabat.

starà qui doi ò tre giorni, parte perche il suo cauallo è alquanto zoppo, parte anco perche seco hauranno d' andare quelli giouani del Duca di Bauiera [1], quali di quà non si spediranno fral detto termine. . . . Tutti stiamo bene et ne raccomandiamo all' orationi di V. Reuerenza, il P. Canisio insieme, et de tutti gl' altri Reuerendi Padri et Carissimi Fratelli. *Item Romae Philippus Eduardus Fugger, collegii germanici convictor, de magistro Andrea Schillen, qui superioribus annis Bononiae ipsius et Octaviani fratris paedagogus vel praeceptor fuisse videtur (Can. IV 225 527 616), in „Diario" notavit:* MDLXV . . . Maggio . . . 15 scripsit ad me Andreas schillen se Bononiae expectasse P. Canisium, ob ea quae de illo male relata essent.

Polancus Roma 19. Maii 1565 Neapolim ad P. Alphonsum Salmeronem *scripsit: „Il Padre Canisio à 12. del presente era gia in Bologna et altri di Alemagna debbono anco seguirlo" (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1564 1565" f. non sign. int. f. 371 et 372).

802 sive it. (9). 16. et 17. Maii 1565.

Ex autographo. „Epp. It. 1565 I" f. 285[a].

Canisius cum socio in collegio S. J. foroliviensi pernoctat.

„Hortensius Androtij" S. J., collegii foroliviensis (Forlì) S. J., ut videtur, rector, Foro Livii 16. Maii 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam scripsit: Questa sera sono arriuati in questo collegio il Reuerendo P. Canisio co' lsuo compagno et domanj si partiranno per Loreto, doue starranno la domenica [2] proxima et forsi anche il lunidi et martedi.

803 sive it. (10). Fere ab 18. ad 23. Maii 1565.

Ex archetypo ab ipso Clavonio subscripto. „Epp. It. 1565 I" f. 447[a].

Canisius Hoffaeum ad breve tempus Fani reliquit. Aliquot dies Laureti manet.

P. „Leonettus" Clavonius S. J., collegii lauretani rector, Laureto 19. Maii 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam de Canisio Lauretum advecto et de P. Paulo Hoffaeo Fani (Fano) ad tempus relicto haec scripsit: Jl Reuerendo Padre canisio questa sera è gionto qui sano et saluo per gratia di nostro signore, ma il compagno è restato in fano per hauer il cauallo amalato. S. R. si riposara qui qualche giorno et aspettara il compagno et poi sene uera uerso Roma, non scriue adesso per esser tardi et per esser lui stracco, ma molto si racomanda all' orationi di V. P.

Fano Canisium per Senogallium (Sinigaglia) et Anconam transisse conicio: per has enim urbes eos, qui Bononia Lauretum peregrinabuntur, transire consuevisse ex *Ioannis de Herba* cursorum magistri libro „Itinerario delle poste" Romae a. 1563 excuso intellegitur (*Jos. Rübsam,* Ein internationales Postkursbuch aus dem Jahre 1563, in „L' Union postale" XIV, Berne 1889, 84 98). Cf. etiam *Sacchinum,* Hist. S. J. II, l. 8, n. 1.

804 sive it. (11). 28. et 31. Maii 1565.

Ex epistularum apographis eod. temp. scriptis („It. Ep. 64" f. 374[b]; „Germ. 61" f. 292[b] 294[a]) et ex Fuggeri Diario autographo (l. c. [v. supra p. 732] f. 27[a]). Aliqua ex iis, quae sequuntur, edita sunt in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 817 et a *Piccolomini* l. c. (supra p. 637) 5.

---

[1] Iustinus et Iustinianus, Ernesti Bavariae ducis et comitis glacensis filii non legitimi, in collegio germanico convictores futuri; v. supra p. 64. Epistula Roma 2. Iunii 1565 data, qua *Borgias* Albertum V. Bavariae ducem certiorem facit, duos adulescentes ab ipso sibi commendatos iam per Hoffaeum ad collegium germanicum esse adductos, exstat in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 816—817.

[2] Ea futura erat 20. Maii.

Canisius Romam advenit et Philippum Fugger convenit.

Polancus Roma 26. Maii 1565 ad collegii lauretani rectorem scripsit: Il Padre Canisio si espetta quì presto. *Et S. Franciscus Borgias Roma 2. Iunii 1565 ad Ottonem cardinalem Augustanum:* Il P. Canisio... arriuò con sanita dio laudato.

Philippus Eduardus Fugger, Georgii II. Fugger et Ursulae de Lichtenstein filius, qui Romae in collegio germanico convictor erat, in „Diario" notavit: MDLXV... Maggio... 28 Venne a Roma il Reuerendo Padre Canisio ... 31 Esso mi diede lettere dal signor Padre, et della Signora madre.

Cum Canisio etiam Hoffaeus Romam advenisse videtur; nam Polancus, Roma 12. Iunii 1565 ad P. Theodoricum Canisium viceprovincialem scribens, de illis duobus, nullo discrimine facto, affirmavit: Inter Socios praepositi eligendi gratia Romam advectos quelli della Superior Germania ... furno de primi.

Haud recte igitur *Boero* de Canisio scribit: „Verso la metà di Giugno giunse felicemente in Roma" (Can. 281).

805 sive **it. (12).** 2. Iunii 1565.

Ex apographo eiusd. temporis. „Germ. 61" f. 292[b]. Integra epistula ex eodem apogr. edita est in „Sanctus Franciscus *Borgias*" III 817—818.

S. Franciscus Borgias Ottoni cardinali Augustano scribit: Cum in congregatione Societatis praepositus generalis electus et alia tractata erunt, generalis monebitur, ut Canisium remittat ad cardinalem, singularem Societatis patronum.

Sanctus Franciscus de Borgia Societatis vicarius generalis Roma 2. Iunii 1565 Ottoni Truchsess cardinali et episcopo augustano ad epistulas Dilinga 14. et 21. Aprilis 1565 ad se datas (vide supra p. 730) haec, praeter alia, respondit: Riceuemmo le lettere de V. S. I. de 14. di aprile et altre del fine di detto mese, con lequali li piaque accompagnare il P. Canisio, ilquale arriuò con sanita dio laudato, et come sia fatto il Generale et trattato altre cose de importanza peril diuino seruitio, nella congregatione, non mancharemo di far ricordo al Preposito che Dio N. S. ci dara de rimandar detto Padre doue possa spendersi[a] [?] inpiegare le fatiche sue in seruitio d' Jddio N. Signore et di V. S. Illustrissima, che come tutti la teniamo per tanto amoreuole patrone . nessuno potra essere eletto che non habbia particular affettion al seruitio di V. S. Jllustrissima et che non desideri ogni sua satisfattione à gloria d' Jddio N. Signore.

Borgias addit, Gervicum baronem de Schwarzenberg cardinalis nepotem in collegio germanico vivere contentum atque „modestia et virtute" animos sibi conciliare. Exstant adhuc litterae Roma 5. Septembris 1565 ab eodem *Gervico* datae, in quibus hic affirmat: „Studia apud nos florent ad summum" (*B. Duhr* S. J. in „Historisches Jahrbuch" XXVIII 61—62).

a) *Sic ap.; vel* spendersi *oblitterandum vel* in *addendum fuisse puto.*

806 sive **it. (13).** **Inter m. Maium et Augustum 1565.**

Ex autographo. „Epp. It. 1565 I" f. 486.

Canisius Romam petens per Perusium transit (?). Cilicia, quae in Germaniam secum portet, Perusii confici iubet.

Fortasse Canisius Laureto Romam petens per Perusium (Perugia), ubi collegium Societatis erat, transiit (cf. Can. II 86—87). Certe P. Curtius Amodaeus (Amodei) S. J. Perusio 27. Iulii 1565 Romam ad S. Franciscum de Borgia scripsit: Il P. Canisio me disse che uoleua non so quanti cilitij, me sono informato, costeranno mezo scudo l' uno, et se li uuole bisognerà che sua Reuerentia l' auisi perche ci uuol del tempo per farli.

De ciliciis haec in collegii dilingani litteris historicis, Dilinga 22. Ianuarii 1565 a Fr. *Erasmo Völcker* S. J. datis, *narrantur: „Nonnulli ex fratribus . . . a R. P. Rectore [1] ieiunia aliasque corporis per disciplinas, quas vocant, afflictiones expetunt, vt de cilicijs interim taceam, quae suppliciter etiam desiderantur. Accensi sunt partim Reuerendi P. Prouincialis [2] (qui nos crebro visitando non pauca prudenter constituit) pijs exhortationibus, partim Reuerendi P. Rectoris domesticis atque hebdomadalibus admonitionibus" (ex archetypo; „G. Ep. VI" f. 113 a).

807 sive **it. (14).** **Inter m. Maium et Augustum 1565.**

Ex autographis. „G. Ep. VI" f. 85 a 103 a.

Canisius, dum Romae versatur, iuvenem lutheranum, consiliarii wurttembergensis filium, ad fidem catholicam instituit. Qui deinde Romae per Socios plenius institui et in ecclesiam catholicam recipi cupit.

P. Guilielmus Elderen S. J., unus ex Canisii sociis augustanis, Augusta Vindelicorum 25. Septembris 1565 Romam ad P. Joannem de Polanco, Societatis secretarium, scripsit: Reuertitur isthuc Sebastianus Germanus praesentium lator, qui me impense rogauit, ut ipsi commendatitias ad P. Canisium (quem iam in itinere esse certo credimus) daremus. Cum itaque praedictus pater absit, uisum fuit R. P. T. praedictum commendare, ut scilicet in catholica fide, quemadmodum a R. P. Canisio isthic factum est, plenius instituatur ac tempore oportuno ab haeresi absoluatur. Parentes quidem omnes, ut audio, lutheranos habet, et a Consilijs Ducj Wirtenbergensi [3]. Putant nonnulli per hunc filium prius Catholicum, iuuandum parentem, et per parentem iuuari Ducem aliquando posse . quod faxit Christus . Mensam habebit extra Collegium [4], lectiones tamen Collegij cum exteris frequentare et cum nostris et bonis omnibus conuersari, et de suis rebus conferre ualde cuperet. *De eodem iuvene P. Theodoricus Canisius S. J. Germaniae superioris viceprovincialis Dilinga 29. Novembris 1565 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem rettulit: Corpus quoddam epistularum S. Ignatii Martyris ei traditum esse (v. supra p. 123—125), ut Romam perferretur;* Roma nuper venerat et isthuc se redire velle

[1] P. Henrico Dionysio. [2] P. Petri Canisii.
[3] Christophoro. [4] Germanicum.

dicebat; filius hic erat cuiusdam Consiliarij Ducis Vuirtembergensis, in pharmacopolia antea exercitatus, et in fide Catholica necdum a nostris Augustae plene instructus.

Nescio num huic iuveni nomen gentilicium „Geizkofler" fuerit. *Refert P. *Hier. Nappi* S. J. (cf. *Can.* IV 316), „Sebastiano Getitzofer Todesco" ab 28. Iunii 1568 ad 28. Augusti 1569 collegii germanici convictorem fuisse („Annali del Seminario I" p. 64); facile autem fieri poterat, ut nomen Geizkofler vel Geitzkofler pro Italorum more in „Getitzofer" verteretur; neque anni, quos Nappius ponit, ita certi sunt. Sebastianus 3. Novembris 1565 Romae a Sociis nondum erat conspectus; vide supra p. 123.

808 sive **it. (15).** **M. Iunio vel Iulio a. 1565.**

Ex Cod. colon. „L. Qu." f. 76[b].

Exstant aliqua, quae Coloniae in Societatis collegio ipso a. 1565 vel paulo post sunt „excerpta ex literis D. Francisci" Costeri S. J. Roma, cum ibi congregatio generalis Societatis haberetur, (mense, puto, Iunio vel Iulio) missis; ubi haec, praeter alia, nuntiantur: Pius IV. pontifex (cf. supra p. 96 639) agit interim serio de reducenda germania et R. P. Canisius ea de re cum cardinalibus et cum principibus[a] [?] tractat.

809 sive **it. (16).** **Sub medium vel exeuntem m. Iunium 1565.**

Ex autographo.

Canisius et Hoffaeus cum cardinali Gislerio de Germanis in Inquisitione inclusis conferunt.

Sub medium m. Iunium a. 1565 Canisius — id quod paulo infra (monum. 813 814) patebit — Romae Philippum, Ioachimi Camerarii filium, qui una cum altero quodam iuvene germano, litterarum studioso, in aedibus sacrae Inquisitionis custodiebatur, invisit, ab erroribus protestantium deducere conatus est, libris instruxit. Cuius negotii causa etiam Michaelem cardinalem Gislerium O. Pr. adiit, qui tunc ex summis inquisitoribus erat, aliquot autem mensibus post (cum nomine Pii V.) summus pontifex esse coepit. Ita enim de eodem pontifice P. Paulus Hoffaeus S. J. Monachio 23. Iulii 1567 ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem rettulit: Exemplo me nouit S. Sanctitas si meminit P. Canisium ac me semel, cum adhuc in Cardinalatu esset, cum S. Sanctitate in intimo eius cubiculo consedisse solos, et de quibusdam germanis in Romana Jnquisitione conclusis contulisse etc.

810 sive **it. (17).** **21. Iunii ad 3. Iulii 1565.**

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. „Epp. It. 1565 I" f. 4.

Societatis congregatio generalis incohata. Preces ante praepositi electionem per omnem Societatem factae. Dies Visitationis B. M. V. electioni designatus. Electorum communio; supplicatio sollemnis; contio. Franciscus Borgias renuntiatus praepositus generalis, magna cum electorum, reliquorum Sociorum, urbis laetitia. Borgias regis

a) *Sic; legendumne* patribus *vel* praelatis?

Lusitaniae legato comitante cum electoribus Pium IV. adit; qui et Borgiam et reliquos valde laudat. Postridie „congregatio post electionem“ incipit.

P. Ioannes de Polanco Societatis secretarius (vel alius ex Sociis, qui Romae congregationi generali Societatis intererant et praepositum generalem elegerant) ad Socios quosdam extra Romam versantes Roma 5. Iulii 1565 scripsit: Cum appulissent quotquot singulis e prouincijs expectabantur (exceptis unis Beticis[1], de quorum aduentu jam nulla spes reliqua erat) cumque ad 21 Diem Superioris Junij ex permissu ac benedictione summi Pontif.[2] generalis congregatio coepta esset, ad ea scilicet statuenda, quae ad deligendum Praep. facerent, ipso D. Petri profesto[3] id quatriduum ingressi sumus, quo Jejunijs, aliisque id genus adminiculis se quisque ad futurum delectum comparaturus erat[4], nempe quo is in ipsum uirgineae uisitationi sacrum diem incideret, non secus videlicet atque olim usu uenit, cum P. Magister Laynez piae memoriae in Praepo. cooptatus est[5]. Et eo quidem tempore, quotquot ex instituto nostro Romae erant, Jmo etiam qui in plerisque Collegijs, praesertim italicis, diligenter precibus atque orationi uacarunt, ac denique sacra omnia ad hunc scopum relata sunt. Jtaque ipso uisitationis festo, quod jn diem lunae, eumque huius mensis 2dum incidit, mane electores omnes, jn aedem nostram ordine conuenerunt, ubi Pater Franciscus[6] (qui tum vicarij munere fungebatur) facto sacro singulis sanctam euchar. porrexit, idque non sine copiosis lachrimis et ingenti omnium deuotione ac religione, qua re confecta sese ordine contulerunt ad praestitutum habendo delectuj locum, sequentes interim longam collegarum nostrorum supplicationem, qui post crucis insigne Spiritui sancto dicatum hymnum decantabant[7], quo quidem in loco cum soli electores restitissent, post satis longam exhortationem, quam Longobardiae Prouincialis[8] latine habuit, tota hora precibus uacatum est, quo tempore unicuique de extrema deliberatione statuendum erat, et describendum obsignandumque suffragium[9]. Ac denique (ut in summa dicam) statim primo (quod uocant) scrutinio ipse Pater Franciscus de Borgia (qui antea Vicarium egerat) generalis Prepos. euasit, congruentibus legitima frequentia suffragijs,

---

[1] Sociis provinciae baeticae, quae partem Hispaniae comprehendebat.

[2] Pii IV. [3] 28. Iunii.

[4] „Quatriduum“, quo singuli electores, quis maxime idoneus esset, considerarent, a *S. Ignatio* praescriptum erat (Constitutiones S. J., P. 8, c. 6, n. 1); atque ut eo tempore etiam orationibus, ieiuniis, aliis „corporis afflictionibus“ vacarent, a. 1558 prima Societatis congregatio generalis statuerat (Decr. 19 ante elect. *Institutum* S. J. II, 159). Borgias vicarius generalis initio „quatridui“ ad patres congregatos orationem habuit; de qua vide *Sacchinum,* Hist. S. J. III, l. 1, n. 23—30.

[5] Is 2. Iulii 1558 praepositus generalis erat electus (*Can.* II 286).

[6] De Borgia. [7] „Veni, Creator Spiritus“, etc. (*Constitutiones* l. c. n. 4).

[8] P. Benedictus Palmius.

[9] De communione quoque, contione, precibus illis cautum erat in *Constitutionibus* l. c. n. 3 4 6. Cf. Congreg. I Decr. 13 ante elect. (*Institutum* l. c. II 156).

utpote in quem plusquam tres totius conuentus quartae partes consenserunt[1] quam in rem cum et coeteri lubenter assensi essent, tandem vniuersi pro constit. nostrarum praescripto singulari quadam animi consolatione atque alacritate illi manum deosculati sunt[2]. His ex rebus non minus laetitiae[a] ac hyllaritatis reportarunt quotquot uel ex ipsis nostris Aedibus uel ex Collegijs aderant[3], qui una cum exteris plerisque totas pene[b] Aedes occupabant uel ad eum usque[c] locum in quo electio celebrata est: ita ut id in causa fuerit, quo paulo serius Patres ex eo loco prodierint ad habendam supplicationem et gratias de more Domino Deo agendas. Et in vniuersum siue quo tempore Patres Templum petierunt, decantantes hymnum Benedictus[4], siue quo in templo Te Deum laudamus cecinerunt, siue denique quo sese inde domum receperunt (ad quam nostri omnes et vniuersa ex seminario et germanico Collegio juuentus ad salutandum P. Generalem conuenerant) passim omnes ingenti gaudio ac hyllaritate perfusi sunt: Jmo (prout est nobis relatum) toti Ciuitati Romanae Haec Patrum electio mirifice accepta probataque est. Eo ipso die a prandio Cum Pater Generalis una cum ijs, qui congregationi interfuerant, summum Pontif. salutandj gratia aditurus esset, Jnteruenit Regis Lusitaniae Legatus[5], qui eum una comitaretur. Jtaque simul omnes Aram Coelj petijmus, quo Pontifex eo ipso die ex sancto Petro migrarat[6]. Et primus quidem Pater generalis cum aliquot alijs ingressus, Pontificis pedes osculatus est (sese interim illj totamque societatem officiose deuouens ac uicissim sibi simul et societati sacram eius benedictionem supplex efflagitans). Hunc uero Pontifex pari beneuolentia et rerum omnium summa approbatione excepit, dicens interim multa coram Lusitano Legato, quibus, quid de Patre nostro spei concepisset, haud obscure testabatur: sed inter alia haec praecipue: Non potuisse quemquam sibi gratiorem ad eam praefecturam cooptari, aut ex quo diuino cultui et (illius ut uerbis utar) exaltationi societatis plus momenti accessurum speraret. Post deinde ingressi caeteri Patres eius item pedes religiose osculati sunt, quibus ille benedictionem jmpartitus non mediocrem hyllaritatem prae se tulit. Certe inter alia ad Lusitaniae Legatum conuersus, hj (inquit) viri boni sunt, hi nostri Milites etc.

a) *Sequitur* quam h, *a libr. oblitt.* b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) husque *ap.*

[1] „Qui plus quam mediam partem suffragiorum habuerit, sit Praepositus Generalis“: *Constitutiones* P. 8, c. 6, n. 6.

[2] „Omnes . . . flexo utroque genu, manum eius osculentur . . . Deinde simul omnes dicant ‚Te, Deum, laudamus‘“: *Constitutiones* l. c. n. 6.

[3] Ex domo professa, collegiis romano et germanico, seminario romano.

[4] Cf. Lc 1, 68—79.

[5] Alvarus Castrius, puto. Hunc certe eo anno Sebastiani Lusitaniae regis legationem Romae obisse compertum est; vide *Sacchinum*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 129.

[6] Ex Vaticano in aedes illas Franciscanorum venerat ibique pranderat (*Sacchinus* l. c. n. 31 32).

Porro quantumuis multi primarij ordinis homines Patrem[1] certatim inuiserent, nihilominus tamen postridie eius diei, hoc est ad 3. Julij, ne quod tempus inaniter tereretur, generalis congregatio post electionem inita est.[2] . . .

Has litteras significari existimo, cum in antiquo illo *Indiculo (vide supra p. 34[3]) refertur: „A di 6. di Luglio 65 . si mandò la commune sopra la elettione di N. P. Generale Francesco Borgia à Genoua, Milano, Mondeui, Parma, Como, Bologna, Ferrara, Padoua, Venetia, Napoli, Nola, Catanzaro, Sicilia, Sardegna, Spagna, Aquitania, Francia et Alemagna (Cod. „Def.", Diuersi ordini, in a. 1565).

Adiungo aliqua, quae excerpsi ex *litteris annuis Sociorum Romae degentium Roma 1. Ianuarii 1566 a *Polanco* datis: „Al primo scrutinio che si fece, uscì Preposito Generale il medesimo Padre Francisco de Borgia; . . . haueuano ripiena la casa per insino alla porta del Conclaue, di sorte che fù di mestiero aspettar non poco per poter uscire alla Chiesa in processione." Ad pontificem primum praepositus generalis cum aliquot sociis ingressus est. „Dipoi entrammo tutti noi altri à basciarle i piedi, et à ciascuno in particolare diede la benedittione" etc. (ex exemplo manu ipsius Polanci subscripto et Sociis in Lombardia et Toscana degentibus destinato. Cod. „Epp. It. 1565 I" f. 10^b—11^a).

811 sive **it. (18).** 2. Iulii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis, eoque in Societatis collegio coloniensi valde diligenter et nitide scripto. Cod. colon. „L. Qu." f. 75—76. Epistulae brevem summam posuit *Hansen* l. c. p. 515.

Quo loco Canisius in electione praepositi generalis sederit. De Palmii contione. Quot suffragiis Borgias designatus sit praepositus generalis; quot suffragiis alii quidam.

P. Franciscus Costerus S. J., coloniensis collegii sodalis, qui ex Societatis provincia rhenana cum P. Antonio Vinck praeposito provinciali Romam ad Societatis congregationem generalem venerat, Roma 6. Iulii 1565 ad Socios colonienses de praepositi generalis electione 2. Iulii 1565 habita rettulit: Aderant 39 „patres electores". Qui in electione hoc ordine sedebant. Primus erat Franciscus Borgias vicarius generalis; secundus P. Polancus secretarius electionis; tertius P. Alphonsus Salmeron „assistens electionis"[3]*, quartus P. Nicolaus Bobadilla; sequebantur praepositi provinciales „iuxta ordinem professionis suae"; denique reliqui professi „iuxta antiquitatem professionis suae"; ita Canisius sexto loco, inter P. Iacobum Mironem (Miron) Lusitaniae provincialem et P. Nicolaum Lanoium Austriae provincialem, sedebat. Ante electionem P. Benedictus Palmius, Longobardiae provincialis, per horam vel etiam diutius ad electores dixerat. (In prima suffragiorum latione)* suffragijs 31 electus est in praepositum generalem R. P. Franciscus de Borgia, vir sanctus et omni virtutum genere clarus,

[1] Praepositum generalem.

[2] Congregationis „decreta ante electionem" (praepositi generalis) solas res ad eandem electionem pertinentes spectabant (Decr. 7 ante elect.; *Institutum* l. c. II 189).

[3] Ex ipsis publicis congregationis actis constat, Salmeronem, non Polancum, „decretum electionis" tulisse et omnium nomine primo loco subscripsisse (Decr. 27 ante elect.; *Institutum* II 193).

octo suffragia alij habuerunt, nempe P. Salmeron 1, P. Polancus 2., P. Natalis 2., P. Jacobus miron prouincialis portugalliae 1, P. Torres[1] 1, P. Araos[a] 1 absens[2].

In Borgiam ipsa prima suffragiorum latione ex 39 suffragiis 31 convenisse, narratur etiam a *Sacchino* (Hist. S. J. III, l. 1, n. 30 31), *Daniele Bartoli* S. J. (Dell' Istoria della Compagnia di Gesù. L' Italia l. 4, c. 17 [Opere VI, p. 2, Torino 1825, 253]), *Alv. Cienfuegos* S. J. (La heroyca Vida, Virtudes, y Milagros, del grande S. Francisco de Borja l. 5, § 3, Madrid 1702, 399). Cf. etiam *Astrain* l. c. II 217. „Comitiorum euentum non tam praesagiens, quam formidans ante Franciscus, diu secum luctatus, an praeueniret deprecando Patres, Salmerone, et Ribadeneira[b], quos consuluerat[c], Auctoribus, ne forte rei, quae nulli in mentem venisset, cogitationem excitare videretur velle; ipsum opperiens exitum, tumque si opus foret, contra iturus, aegre quieuerat": Ita narrat *Sacchinus* l. c. n. 31. Eadem italice et aliquanto copiosius referuntur a *Bartolo* l. c. c. 17, p. 256—257. Qui Salmeronem et Ribadeneiram haec, praeter alia, Borgiae dixisse scribit: „D' onde aver egli sicurezza che basti a presumere ne gli Elettori un tal pensiero, d' antipor lui a Girolamo Natale, a Giovan Polanco, ad Everardo Mercuriano, a Pietro Canisio, a Benedetto Palmia[d] [?], e a più altri, qual più, e qual meno, ma tutti bastevolmente pratichi nel governo, allievi del P. Ignazio, d' ugual prudenza, e virtù; e quanto si è ad età, e a gagliardia di forze, pur bisognevoli alle fatiche d' un Generale, fornitine meglio di lui?" Apud Sacchinum haec non sunt; neque certo affirmare ausim, Bartolum (qui librum illum Romae a. 1673 primum vulgavit) ex antiquo fonte haec hausisse. Ea sane aetate historici veterum more, quae ipsi composuerant, alios loquentes faciebant; et compertum est, Bartolum, tametsi ad fidem historiae res describere solet, interdum tamen eas aliquantulum augere vel ornare; cf. *Astrain* l. c. I 526, et *Pietro Tacchi-Ventari* S. J., La vocazione del ven. Roberto Bellarmino alla Compagnia di Gesù, in „Römische Quartalschrift für christliche Altertumskunde und für Kirchengeschichte" XVIII, Rom 1904, 190—200. Certe Bartoli verba ostendunt, Canisium ab ipso in gravissimorum illius congregationis patrum numero habitum esse.

812 sive **it. (19).** 4. Iulii 1565.

Ex apographo, quod a. 1908 a R. P. *Ludovico Schmitt* S. J. exscriptum est ex exemplo archetypo, quod exstat Romae in bibliotheca vaticana, Cod. „Vat. 6436" f. 4. Particula prior (usque ad „Polancho" incl.) ex eodem exemplo primum typis exscripta est in *„Analectis Bollandianis"* XVII, Bruxelles 1898, 384.

Canisium Societatis praepositum generalem electum iri Romae coniectant. In eum, cum Borgias eligeretur, 2 suffragia convenisse ferunt. Borgias cum electoribus, oratore regis Lusitaniae comitante, Pium IV. adit ab eoque valde comiter excipitur.

In scriptis commentariisque, qui olim Ioannis cardinalis Moroni fuerunt, exstant „Avisi" quidam sive litterae rerum novarum significandarum gratia scriptae, eaeque Roma 4. Iulii 1565 datae, in quibus haec narrantur de S. Francisco de Borgia (qui dux Gandiae fuerat) et de Canisio etc.: La compagnia del Iesù ha eletto per suo preposito

a) Araes *ap.; v. infra, adn. 2.* b) *Correxi ex* Ribadeneria. c) *Corr. ex* consulerat. d) *Sic; corrigendumne* Palmio?

[1] P. Michael de Torres (Turrianus); quem congregationi interfuisse ex eiusdem actis constat (Decr. 26 post elect.; *Institutum* II 201).

[2] P. Antonius Araoz; qui usque ad Lainii mortem „commissarius" Hispaniae fuerat (*Sacchinus,* Hist. S. J. II, l. 6, n. 65; III, l. 1, n. 4); electioni non interfuit (*Sacchinus* l. c. III, l. 1, n. 34. *Astrain* l. c. II 216—217).

generale, il Duca di Candia, non hauendo alcuni del altri nominati hauto uoti eccetto doi, il Salmerone, : doi Canisio, : et uno Polancho. Fu hieri l' altro [1], con tutti quelli che intervenero alla sua elettione, à basciar' li piedi al papa [2], et à chieder' la confirmattione [3] accompagnato dal' Ambasciatore di Portugallo [4], et S. Santità mostrò uederlo, molto, uolentieri.

Canisius in ea electione nullum tulit punctum; id certum, nisi fallor, efficitur ex Costeri epistula, quam supra p. 739 posui. Neque plane vera sunt, quae de Salmerone et de Polanco fama nuntiabat; vide supra p. 740. Hoc tamen ex vaticanis illis litteris intellegitur: Erant Romae eo tempore, qui Canisium praepositum generalem electum iri coniectarent.

813 sive **it. (20).** **A medio fere m. Iunio ad medium fere m. Augustum 1565.**

Canisius Philippum, clarissimi illius Ioachimi Camerarii filium, cum altero quodam Germano litterarum studioso Romae in aedibus Inquisitionis inclusum, adit, humaniter solatur, ab erroribus protestantium abstrahere conatur, libris instruit, per Societatis homines germanos nonnunquam invisendum curat. Camerarius Canisii beneficia conviciis rependit et calumniis.

Prooemium editoris: Inter praeceptores hominesque litteratos, quos Germania saeculo XVI. habebat, nominatur Joachim Kammermeister sive Camerarius († 1574) bambergensis, unus ex Philippi Melanchthonis discipulis familiaribusque amicis. Qui primum Norimbergae in novo protestantium gymnasio docuit; deinde in universitate tubingana professor graecarum et latinarum litterarum fuit; a. 1541—1574 idem officium in universitate lipsiensi tenuit; libellos in usum scholarum composuit; veterum Graecorum libros tum castigate edidit tum commentariis illustravit; „Notationes" in Novum Testamentum aliosque libros theologicos conscripsit (*Horawitz,* Camerarius, Joachim, in „Allgemeine Deutsche Biographie" III 720—724. *Janssen* l. c. VII [13-14] 68 70 232 235 463. *Conr. Bursian,* Geschichte der classischen Philologie in Deutschland I, München und Leipzig 1883, 184—188).

Ex hoc viro natus est Tubingae a. 1537 Philippus Camerarius. Qui primum in protestantium scholis pfortensibus et misnensibus institutus est; deinde usque ad 1562 Lipsiae, Tubingae, Argentorati iuri studuit; a. 1563—1565 variis Italiae locis versatus est. Anno 1569 Basileae iuris utriusque doctor creatus, ab a. 1581 usque ad mortem († 1624) Altorfii (Altorf) universitatis, quam Norimbergenses paulo ante instituerant, primus vicecancellarius fuit. Eius „Opera horarum subcisivarum sive Meditationes historicae" ab anno 1591 compluries in lucem emissa sunt (*Steffenhagen,* Camerarius, Philipp, in „Allgemeine Deutsche Biographie" III 726. *Christ. Gottl. Jöcher,* Allgemeines Gelehrten-Lexicon I, Leipzig 1750, 1595—1596).

Philippus Camerarius relationem quandam autobiographicam sua manu conscripsit sicque inscripsit: „Warhaffte und gründliche Relation von der gefänglichen Einziehung zu Rom Philippi Camerarii und Petri Rieteri, zu dem Endt zusammengeschrieben, damit sowohl jedermann zu jeziger Zeit, als auch die Nachkommen eine ewige Lehr und Beispiel haben, wie Gott die seinigen, wann Menschen Hülff aus ist, durch unverhoffte mittel, aus der Feind Händen frisch und gesundt zu reissen und bewahren, auch sie von schmähworten und falschen Anklagen zu erledigen pflege." Ita quidem codicis titulum proposuit *Kanne* in libro (p. 4), de quo paulo infra dicetur.

---

[1] Die 2. Iulii; vide supra p. 737. [2] Pio IV.

[3] Scribendum potius fuit „benedittione"; nam electus ille erat non solum Societatis, sed etiam sedis apostolicae auctoritate (Congreg. gen. II, decr. 27 ante elect.); neque opus erat eam electionem singulariter confirmari.

[4] Alvaro Castrio, puto; vide supra p. 738[5].

Camerarii relatio primum typis vulgata est in altera parte libri, qui sic inscribitur: *„Jo. Georgii Schelhornii* De Vita, fatis ac meritis Philippi Camerarii Jcti, Historici ac Philologi pereximii et primi Academiae Altorfinae Procancellarii, Commentarius. Accedit praeter selecta ex epistolis virorum cel. ad ipsum scriptis eius Relatio de Captivitate sua Romana et liberatione fere miraculosa nunc primum e MS. edita. Noribergae, 1740." Latinam hanc editionem secuta est alia editio, eaque germanica: „Zwei Beiträge zur Geschichte der Finsterniß in der Reformationszeit oder Ph. Camerarius Schicksale in Italien, nach dessen eigener Handschrift und Adolph Clarenbachs Martyrthum nach einer sehr selten gewordenen Druckschrift von *Johann Arnold Kanne.* Frankfurt am Main 1822."

Codicem Camerarii (membrana tectum, pp. 244, in 8°) Francofurti ad Moenum sub a. 1732 in bibliothecam parochialem ecclesiae Germanorum „reformatae" („teutsch = reformirte Gemeinde") illatum esse et ibidem etiam anno 1822 exstitisse intellegitur ex libro *Kannii* (l. c. 4—7); postea aut perisse aut alio asportatum esse videtur; anno certe 1907 accepi, eum neque in illa bibliotheca, neque in bibliotheca urbis, neque in archivo urbis esse. Ideo me ea quae de Canisio Camerarius rettulit, non ex huius autographo, sed ex editionibus illis haurire necesse est; quibus Camerarii relationem ad verbum non exprimi satis certum est; Schelhornius relationem latine vertit et aliqua (puto, quia ei nimis insulsa vel odiosa esse videbantur) ex ea resecuit; Kanne ipse fatetur: Se relationis retractationem („Bearbeitung") proponere; alia a se omissa esse, alia in brevem summam contracta, alia aliter immutata (l. c. 7—8); idem omnia paene Camerarii verba ad sermonis genus saeculo XIX. in Germania usitatum accommodavit; quare mirum non est, Schelhornium et Kannium multis rationibus inter se discrepare.

Ego Schelhornium sequar, ita tamen, ut, ubi visum erit opportunum, etiam ex Kannio aliqua proferam. Ille enim Ioannes Georgius Schelhorn „senior", quem vocant (1694—1773), historiae valde peritus et in monumentis historicis colligendis (more suo) sedulus atque diligens erat; qui etsi Memmingae protestantium ministrum et superintendentem agebat, etiam cum doctis aliquot viris catholicis commercium habebat; ut cum cardinali Angelo Maria Quirino O. S. B. (*Allgemeine Deutsche Biographie* XXX 756—759. *Ioh. Bapt. Sägmüller,* Die kirchliche Aufklärung am Hofe des Herzogs Karl Eugen von Württemberg, Freiburg i. Br. 1906, 138[1]). Longe autem obscurioris nominis est Ioannes Arnoldus Kanne (1773—1824), homo inquietus et catholicis infensus. Qui quam non fuerit peritus historiae ecclesiasticae, ex adnotationibus, quibus Camerarii relationem conatur illustrare, cognoscitur; ita (l. c. 72* 81**) S. Pium V. (1504—1572) auctorem facit „famosae" („der berüchtigten") illius Bullae Coenae (quae iam saeculo XIV. exstabat) et nuntiaturas apostolicas coloniensem et lucernensem anno 1565 iam exstitisse affirmat (quas eo tempore non exstitisse planum est). Atque equidem suspicor, Camerarii verba ab eo haud semel corrupta esse; nam, ut nihil dicam de duobus cardinalis Hosii libris, quos ipse in unum confundit (vide infra p. 746[2]), vix credi potest, ab ipso Camerario Albertum V. Bavariae ducem habitum esse principem electorem imperii (*Kanne* l. c. 25), pro notissimo illo templo romano „Ara Coeli" semel atque iterum „Aja Caeli" positum (l. c. 30 42), apostolicum apud imperatorem nuntium „Delphicum" pro Delphino, praeclarum illum Bartolum (Bartolo) iurisperitum perusinum „Bartholet" vocatum (l. c. 67 75), Maximiliano II. sororem nomine „Austriacam" (pro Ioanna) tributam esse (l. c. 70). Certe, si a Camerario ipso ita erratum est, Kanne errata notare debuit. Sed de his rebus satis dixi. Iam, quae ad rem meam spectant, ex *Schelhornio* (l. c. II 1—76) pono.

Narrat Camerarius: Se, cum in Italiae universitatibus iuri operam dare statuisset, 20. Septembris 1563 iter ingressum esse, ac primum quidem Patavii consedisse, post aliquod autem tempus ob rixas inter Germanos, Polonos, Italos ortas inde profectum, per annum Ferrariae

et per menses aliquot Bononiae iuri studuisse; postea per parentes revocatum aliquot alias Italiae partes in reditu cognoscere voluisse. „Perveni Romam, 20. die Aprilis, Anno 1565." Quarto post die Neapolim petiit, inde „20. die Maii" Romam revertit; ubi „totus in eo erat, ut visu digna in urbe et in vicinis locis . . . adiret et perlustraret, et ea, quae cognitioni historicae multum lucis afferunt, cognosceret". Erant cum eo iuvenes duo, quos et amicitia et generis propinquitas ipsi iunxerant: „Petrus Rieterus" et Christophorus „Schweinfurterus Bambergensis". Hic sub initium m. Iunii Roma discessit; duo vero reliqui 6. Iunii ex urbe abire volebant. „Propter classem Turcicam, quae usque ad Ostiam excursiones fecerat, tota urbs in armis erat". Initio autem m. Iunii[1]*, dum sarcinas colligunt, comprehenduntur et primum in custodiam quandam publicam dantur, deinde sub vesperum „in aedes Inquisitioni fidei destinatas", quae „sunt trans Tiberim, prope campum, quem sanctum appellant [„Campo Santo"], ad portam Turrionis" (postea porta „Posterula", nisi fallor, vocabatur) conducuntur. Ibi „propter confessionem, vel etiam tantum suspicionem veritatis Evangelicae . . . plures pii homines, in separatis cubiculis, singuli, bini, et trini quoque simul, absque tamen vinculis (quantum ego vidi) inclusi" erant*[2]*. Camerarius socius additus est „Pompeio de Montibus Baroni Neapolitano", qui et duos milites occiderat et incendii cuiusdam auctor fuisse tradebatur et „haereseos nomine delatus" erat*[3]*. Tertio post die Camerarius a Fr. Angelo, ordinis Praedicatorum, qui inquisitorem agebat, auditus est. Cur comprehensus esset, intellexit. „Falso delatus" erat de rixa aliqua Ferrariae orta, in qua Germani litterarum studiosi probum quendam hominem verberibus affecissent atque ipsi summo pontifici male dixissent. Mox tamen ea quaestione destiterunt atque deinceps de una religione locuti sunt. Postridie eius diei iterum cum eo egerunt*[4]*. Altero die inquisitor solus eum convenit et, ut religionem catholicam amplecteretur, vehementer adhortatus est.*

Plusculos post dies, cum Petrus Canisius, novae illius sectae, qui socii JESU appellari malunt, caput de nostra detentione nescio a quibus cognovisset, fortasse etiam propter notitiam nominis, impetrata

[1] Camerarius diem 5. Iunii ponit; ex litteris autem oratoris caesarei, quas infra (mon. 814) ponam, diem 7. Iunii ponendum fuisse coniectaveris; quamquam hae non ita perspicuae sunt, ut certo dici possit, eas hac in re cum Camerarii verbis pugnare. [2] Ita etiam apud *Kanne* l. c. 18.

[3] De hoc „pio homine" Camerarius notat: Eum — ita se accepisse — 27. Iunii 1566 „securi percussum" esse (l. c. 7—8). Pompeius de Monti, marchionis Cortilianensis (Cortigliano) frater, cardinali Colonnae propinqua cognatione coniunctus, „relapsus" noxius iudicatus, iudicibus civilibus traditus, ab his supplicio affectus est (*César Cantù*, Les Hérétiques d'Italie, Discours historiques, traduits par *Anicet Digard* et *Edmond Martin*, Traduct. corrigée par l'Auteur III, Paris 1870, 62).

[4] Donatus Stampa iudex et Fr. Angelus O. Pr. inquisitor proposuerunt ei „Fragen voll teuflischer Arglist und Verfänglichkeit", und „fiengen an mich mit ihren Krokodillenthränen zu ermahnen": Ita quidem Camerarius apud *Kanne* l. c. 27.

prius licentia a Cardinale de Ara Coeli[1], qui Protector Nationis Germanicae nominabatur, in domum illam, Inquisitioni et custodiis destinatam, venit. Ad quem cum accersitus essem in peculiare cubiculum, prolixo exordio, Latino sermone usus, ajebat, se ob conjunctionem Germanicae nationis, ex qua et ipse oriundus esset, magno labore et summis precibus, a Cardinalibus Inquisitioni praefectis, vix impetrasse, ut aditus ad nos permissus sibi esset[2], posthabitis negotiis gravioribus, me visitatum venisse, ut suam operam et studium omne in tantis periculis nobis deferret. Aliaque plura mellita verba adjiciebat, (erat enim volubili ad garriendum lingua praeditus) quae ut mihi molesta auditu tunc erant: ita scribere veluti nugatoria et futilia necessarium non duco. Tandem admiranti similis, sciscitabatur, quomodo in hunc calamitosum locum devenissemus? qualis tractatio esset in victu? ecquid aliqua[a] re opus haberem?

Ego sane etsi ex vestitu, cujus sectae esset, facile colligere poteram, tamen libere illi omnia, quomodo gesta essent, recensui, petens ut re ipsa ostenderet id, quod modo humanissimis verbis sponte promiserat. Me enim esse jam apud exteros, et omni praesidio humano destitutum, nomenque ipsius inquisivi; ut hujus suae benevolentiae memoriam conservare possem perpetuam. Nominant me, paululum subridens, inquit, Petrum, et mox ad alia orationem deflexit, admonereque me coepit, ut in animum meum diligenter inducerem, quo in loco versarer, seque mirari satis non posse, quo proposito tam horrendos et jam pridem explosos errores, confessus essem.

Ad summam eandem ille cantilenam, quam reliqui; licet alio praetextu, et politiore ornatioreque sermone[3], occinebat. Respondi autem illi eodem modo, sicut et antea exposui[4], Verum cum iterum blandissimis verbis, suam operam deferret, licet illi non fiderem, et dicis gratia omnia ab illo fieri non obscure intelligerem (coepi enim recordari me eum in colloquio Wormaciensi Anno 1557. saepius vidisse,

a) aliaqua *typographus.*

---

[1] Clemente Dolera, O. Min. Obs., presbytero cardinali tituli S. Mariae de Aracoeli, inquisitore generali in Urbe etc. (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 860. *Waddingus* l. c. [supra p. 96[4]] 63). Is, cum cardinalis Truchsess, germanicae nationis apud sedem apostolicam „protector", urbe abesset, eius loco „protectionem" illam administrare solebat (*Schwarz,* Briefe u. Acten I 56).

[2] Vide, quae sub ipsam hanc narrationem dicentur.

[3] „Mit zierlichern und gleissnerischern Worten": *Kanne* l. c. 31.

[4] Haec praecipue dixerat: Nolle se cum theologis disputare; se, quae in scriptis propheticis et apostolicis essent, ita ut a. 1530 in „Confessione Augustana" essent proposita, credere. Nihil mali a se esse perpetratum; itaque posse se privilegiis, quae universitatibus a pontificibus et imperatoribus concessa essent, uti; ita in Germaniae universitatibus Italos, dummodo „absque noxa et scandalo" se gererent, minime vexari; se in ecclesia protestantium et natum et baptizatum esse (*Schelhornius* l. c. 10—11. *Kanne* l. c. 26—27).

et in templo cathedrali concionantem[1] audivisse), tamen volui periculum facere in exigua re, quae mihi plus prodesse quam obesse posset. Petii itaque ab eo, ut curaret mihi afferri psalmos Davidis, ut ex iis consolationes in his meis calamitatibus petere possem. Se hoc, et alia quae vellem effecturum promisit, me tamen rectius facturum, si libellum, quem Officium beatae Virginis vocant, diligenter legerem[2], commendabatque miram efficaciam precum, quae ex illo depromerentur. Verum cum in petendo psalterio instarem, mihique ignota esse, quae in isto libello continerentur, affirmarem, simulata magna benevolentia discessit.

Mittebantur autem mihi ab eo, paulo post, Julii Caesaris commentaria Italice[3], et alius liber nugarum et fabularum refertus, in quo cujusdam Amadasii de Gaule, res gestae continentur[4]. Jussu praeterea Canisii afferebatur post aliquot dies mihi liber Hosii Episcopi Poloni, de doctrina christiana etc.[5] fortissimi propugnatoris pontificiae doctrinae, ubi inter alia docet. Non oportere legis et scripturae peritum esse, sed a DEO doctum. Vanum esse laborem, qui scripturis impenditur. Scripturam enim creaturam esse, et egenum quoddam elementum. Caeterum cum ego et Neapolitanus aliquot paginas legeremus, facile deprehendimus, ob quam rem missus erat a Canisio. Quare illius lectione repudiata, eum in angulum cubiculi abjicimus, ubi a me relictus inter pulveres, et cum a Canisio post meam liberationem a me per internuncios suos repeteretur, eos remisi

---

[1] Canisius in eo templo contionatus est 29. Augusti 1557 (*Can.* II 126 793). *Kanne* ponit „Pfarrkirche" (l. c. 31).

[2] Huius „Officii" maxima pars ex sacra Scriptura deprompta est; psalmi in eo exstant minimum 30.

[3] Horum commentariorum italice versorum editiones 17 ante a. 1565 factae recensentur ab *I. G. Th. Graesse,* Trésor de livres rares II, Dresde 1861, 9.

[4] Librum illum vel potius unum ex libris illis fabulosis seu rerum ab equitibus gestarum historiis fictis significat, quae saeculis XIII. et XIV. in Lusitania, ut multi quidem censent, ab auctore incerto (eoque gallicis libris quibusdam uso) conscriptae, proximis saeculis, hispanice etiam ac gallice et italice versae, cum nomine „Amadisii de Gaula" saepe excudebantur et multum circumferebantur, aliis, ut Torquato Tasso, eas laudantibus, aliis improbantibus, ut *Antonio Possevino* S. J.; qui: „Sparserat", inquit, „in eo libro, quisquis fuit auctor, amores foedos, inauditos congressus equestres, Magicas artes" (Bibliotheca selecta I, Romae 1593, 113). *Michael Cervantes,* poeta ille clarissimus, Amadisium de Gaula in bibliotheca equitis „Don Quijote" ponit et parochum, ubi cum tonsore et duabus feminis bibliothecam illam scrutatur compluresque libros fabulosos igni tradit comburendos, huic Amadisio parcentem facit (El ingenioso Hidalgo Don Quijote de la Mancha, P. I, c. 6). Plura de Amadisio proferuntur ab *I. G. Th. Grässe,* Lehrbuch einer allgemeinen Literärgeschichte II, Abtlg 3, Dresden u. Leipzig 1842, 397—405.

[5] Libri „Confessio fidei Catholicae christiana", a Stanislao cardinali Hosio conscripti, qui a. 1553—1564 minimum quater decies excusus est, a. 1565 Romae „apud Paulum Manutium, Aldi filium" nova facta est editio (*Hosii* Epistolae II 1007—1008).

in illum locum, ut ibi eum quaererent[1]. Utrum autem hoc factum sit, nec ne, ignoro. Neque enim hac de re amplius solicitus fui. Hosius ille de expresso DEI verbo sub finem ausus est scribere, sacram scripturam, nisi juxta sensum Ecclesiae Romanae exponatur, non esse DEI expressum Verbum, sed expressum Diaboli; Sathanae verba esse per membra sua loquentis[2].

Unde manifeste apparuit, quorsum sermones et ficta ista benevolentia Canisiana spectarent. Etsi autem spes mea de psalterio a Canisio impetrando, vana esset, tamen Neapolitanus meus concaptivus, habebat Biblia integra Latina, quae ipsi, curante suo ministro, clam in lecto suo involuta, allata erant; ex quibus me consolari potui[3].

Eodem modo cum ego postea liber in hospitio adhuc decumberem, forte fortuna in Campo Florae id venale in foro scrutario Rieterus meus mihi emit, quem . . . libellum adhuc penes me habeo. Est autem editus Magdeburgi cum hymnis et piis precibus in officina Michaëlis Lotheri[4]. . . . Paucis interjectis diebus, Canisius ille mittebat ad me interdum binos ex suo grege Jesuitas, interdum tres, inter quos erant Germani aliquot, et unus ex illis patria Stutgartiensis, ditionis Wirtenbergicae, Christophorus Rosenbusch[5].

Universi autem et singuli, miram humilitatem et humanitatem prae se ferebant, quamvis non ignorarem eos fraude et arte Pelasga instructos accedere, sua impia facundia et dolosis artibus conantes mihi persuadere, ut relicto recto tramite, et via veritatis, ad ipsorum devios, et perniciosos errores, me converterem. . . . Hoc quidem omittere non possum, unum ex illis, moribus admodum insolentem, facie

---

[1] Hosii librum a Camerario obiter tantum inspectum esse, ea etiam ostendunt, quae in eodem libro affirmari ille scribit. Vide, quae hac de re sub ipsam hanc Camerarii relationem postremo loco dicentur.

[2] Hosii liber „De expresso Dei verbo" si non a. 1558, certe a. 1560 Dilingae typis exscriptus, paulo post etiam Romae excusus est. Exstat etiam in editionibus „Operum" Hosii a. 1562 Parisiis et a. 1564 Lugduni vulgatis etc. (*Can.* II 484^3 898. *Fr. Hipler,* Hosius in „Kirchenlexikon" VI 298. *A. Eichhorn,* Hosius I 293—295. *Hosii* Epistolae II 1007—1008). Ceterum vide, quae sub ipsam hanc Camerarii relationem extremo loco dicentur. Apud *Kanne* (l. c. 32) Hosii „Confessio" et „De expresso Dei verbo liber" in unum confunduntur.

[3] Facile intellegitur, Montium sibi procurasse Biblia ab haereticis vel hominibus suspectis edita, non Biblia a catholicis vulgata, cuiusmodi erant „Biblia ad vetustissima exemplaria recens castigata" per Ioannem Hentenium universitatis lovaniensis theologum, quae a. 1547 Lovanii apud Bartholomaeum Gravium, a. 1563, 1564, 1565 Antverpiae apud Christophorum Plantinum in lucem prodierant et Romae quoque hoc tempore, cum nova Bibliorum ibi pararetur editio, adhibebantur (*Graesse,* Trésor I 394 395. *Fr. Kaulen,* Geschichte der Vulgata, Mainz 1868, 430—442).

[4] „Geistliche lieder vnd Psalmen, durch J. M. Luth. Vnd vieler fromen Christen zusamen gelesen. Ordnung der deudschen Mess." In fine libri: „Gedruckt zu Magdeburg durch Michel Lotther M. D. XL", 8^0 min.; 14 7 ff (*Graesse* l. c. III 63).

[5] Gregorius Roseffius; de quo vide, quae sub ipsam hanc relationem notabuntur.

et rictu lupino, semper mihi visum fuisse, neque in illo faciem humanam, sicut in caeteris apparuisse. Is tormenta et ignem mihi saepius minabatur, si in haeresi confessa persisterem. Nomen autem huius resciscere non potui.

Iis diebus Camerarius, ut ipse ait, animi recreandi et confirmandi causa pias aliquot sententias in calendario suo scripsit; ut — exscribo haec ex Kannio (l. c. 36), quia a Schelhornio omissa sunt — am 13ten [Iunius] nach der Anfechtung durch Canisius: „Reiße aus der Hand des Hundes meine Seele". Am 17ten: „Viele Hunde haben mich umgeben."[1]

Haec de Canisii factis relatio a Camerario amplificatur litteris, in quibus ipse narrat, a „Cynico illo" Augustum Saxoniae principem electorem, Ioachimum Camerarium, alios conviciis affectos esse. Nomine enim „Cynici" Melanchthon, Ioachimo Camerario amicissimus, Canisium denotabat; quem ea in re imitatus est Martinus Chemnitius (Can. I 769; III 811). Ita igitur Philippus Camerarius Ferraria 3. Decembris 1565 uni ex fratribus scripsit (Schelhornius l. c. II 102). Cynicus ille Belga multa convitia in nostrum principem aliosque pios viros, nec non et in patrem nostrum effudit, et multa ad perniciem nostram machinatus est, sed filius DEI sua consilia evertit et irrita esse jussit.

Antequam autem, quam fidem Camerarius mereatur, dicam, ex ipsius Relatione proferam, quem exitum hanc captivitatem romanam habuisse ipse affirmet. Ineunte m. Iulio cardinales inquisitores pro vetere more comitia habuerunt, ac cardinalis Michael Gislerius O. Pr., qui postea Sanctus Pius V. pontifex fuit: „Questo", inquit, „è uno de i Todeschi", atque benigne Camerarium monuit, ut catholicis se adiungeret (a Iudaeo quodam baptizato nomen suum ad Gislerium delatum esse Camerarius affirmat); reliqui quoque cardinales (quorum nomina vide supra p. 101) comiter eum tractaverunt. Multum deinde operae hispanus quidam episcopus in eo collocavit. Dominicani autem, si Camerario credas (credere vero vix, immo ne vix quidem potes), Iesuitas ad ipsum non admittebant nisi aegris animis, atque, ubi illi venerunt, Camerarium urgere desierunt; immo „humanissime" erga eum se gerebant. Exeunte m. Iulio Camerarius et Rieterus iterum a cardinalibus auditi et moniti sunt; deinde Rosenbuschius et „Lykanthropus" ille denuo Camerarium inviserunt et se pro eo Deum precaturos esse promiserunt; postridie eius diei ad eum redierunt et denuo, ut haeresim abiceret, instRFiterunt. Paulo autem post Camerarius et Rieterus ex custodia admodum humaniter emissi sunt; pecunia quoque, quam secum attulerunt, catenula aliqua aurea, libri, praeter unum, iis sunt redditi. Ac cum Camerarius deinde in deversorio aliquo aegrotaret, iudex inquisitionis eum invisit et amice cum eo egit. Rosenbuschius quoque et alter quidam de Societate ad eum venere; sed ipse ab eorum congressu abhorrebat, et Prosperi ab Arcu[2] caesarei apud pontificem oratoris opera effectum est, ut denuo venire illi vetarentur. Ita *Camerarius* ipse (l. c. II 25—36). Ex aliis autem eiusdem temporis monumentis, quae Schelhornius posuit, hoc intellegitur: Duo illi studiosi, cum duos menses et unum diem in custodia fuissent, Maximiliano II. caesare (per Arcum) et aliis Germaniae principibus, ut Alberto V. Bavariae duce, cardinalibus quoque aliquot pro ipsis deprecatis libertatem acceperunt (*Schelhornius* l. c. II 81—82 98. *Kanne* l. c. 46—85).

[1] „Circumdederunt me canes multi. . . . Erue a framea Deus animam meam. et de manu canis unicam meam" (Ps 21, 17 21). Sugillat Camerarius Canisii nomen gentilicium. [2] „Prosper de Archa" vocatur apud *Kanne* (l. c. 55).

Camerarius hanc relationem non statim, sed minimum 35 annis post conscripsit; nam et libri cuiusdam anno 1586 excusi (de quo plura infra dicentur) et actionis cuiusdam anno 1600 a camera imperiali adversus se institutae mentionem facit (*Kanne* l. c. 34. *Schelhornius* l. c. II 17); videtur tamen aliqua prae manibus habuisse, quae in ipsa Italia atque etiam in ipsa custodia romana notaverat. Quodsi narrat, se protestantismi nomine in vinculis fuisse, et Canisium sibi ad ecclesiam catholicam reducendo operam dedisse: id confirmatur litteris ab *Ioanne Antonio de Taxis* Roma, ubi is caesareum postarum magistrum agebat, aestate a. 1565 ad Andream Masium datis: Ante octo dies, ait ille, ab inquisitione in custodiam dati sunt duo iuvenes confessionis augustanae, unus saxo, alter norimbergensis, qui Romam urbis spectandae causa venerant. Iis liberandis orator caesaris usque adhuc frustra operam navavit; quem pontifex ad cardinalem Borromaeum remisit. „Mi pare intendere che in secreto qualchuno gli conseglia che si abiurano[a] [?]; mi pare anche intendere che stà qui il Canisio giesuita, che ne converti[b] assai in Alemagna, come V. S. deve sapere" (*Lossen,* Masius [cf. supra p. 675] 366). Et Canisium aestate a. 1565 Romae cum cardinali Michaele Gislerio O. Pr. de Germanis aliquot, qui in aedibus inquisitionis custodiebantur, contulisse intellegitur etiam ex P. Hoffaei litteris, quas posui supra p. 736.

Dicit Camerarius, a Canisio alios quoque Iesuitas et nominatim Christophorum Rosenbusch ad se missos esse. Huic assertioni suffragatur testimonium P. *Gregorii Roseffii* S. J. viri gravissimi, qui Augustae Vindelicorum primus collegii rector fuit, ibidem in ecclesia cathedrali per plus quam 30 annos munus contionatoris administravit, a. 1600 Germaniae superioris praepositus provincialis constitutus est. Is in „Replica", quam cum nomine Christophori Rosenbusch a. 1586 adversus Lucam Osiandrum Lutheranorum ministrum edidit[1], affirmat: Romae, si qui haeretici ex Germania vel Gallia orti comprehendantur, clementia eos magna tractari. „Ich wil dir aber Exempel sagen, vnd wil mich referiert haben zů der Prob, wohin vnd wann du wilt: vnd sey dir hiemit der Trutz gebotten. Anno 64. oder 65. wils ein Wahl haben, waren zů Rom zwen Teutsche Studiosi einkommen, einer mit Namen Philippus Camerarius Joachimi Camerarij Sohn, der ander Petrus N. Norinbergensis, so von fern dahin die Stadt zubesehen, gezogen waren, zů denen war ich, als ein Teutscher, etlich mal, auß Begeren summi Inquisitoris Cardinalis Pacieci[2], vnd der Prediger Münch, so die Jnquisition in Bewahrung, geschickt worden, hab mit jhnen mehr als ein mal vnderschidlich geredt, da laß sie reden, was jhnen widerfahren, was ich vnd andere mit jhnen gehandelt? Da wurd sich alßdann finden, vnd sie werdens gern bekennen, daß jhnen nichts vnbillichs geschehen: Dann da sie in der Opinion gebliben, darinn sie geboren, vnnd aber versprachen, den Sachen vleissig nachzudencken, kündten sich aber jetzt diser Zeit je nicht resoluieren, seind sie durch Jntercession auff freyen Fůß gesetzt, vnd ledig gelassen worden, vnd achte, sie seyen beyde noch bey Leben, vnd zweifelt mir nicht, wann ich zů jhnen kåme, vnnd mich zukennen gåbe, sie wurden mir alle Lieb, Ehr, vnd Freundtschafft erzeigen" (*Christophori Rosenbuschs* Replica. Auff deß Calumnianten Lucae Osiandri Verantwortung wider die Jesuiter, Ingolstadt 1586, 129—130).

Ceterum Roseffius (Wolfschedl, Rossefeg) Romae non vocabatur Christophorus Rosenbusch, sed „Gregorius Germanus" (* *Catalogus* Rom.—Tusciac. 1559—1572 f. 35v 36a. *Can.* IV 591 601) vel etiam „Gregorius Roseffius" (*Can.* IV 841).

a) *Sic;* abiurino? b) *Sic certe corrigendum est ex* conversi, *quod est apud Lossen.*

---

[1] Cf. *Sommervogel,* Bibl. VIII 135—138; IX 821. *Janssen* l. c. V 15–16 472 572 578. *Duhr,* Jes. I 829[1].

[2] Fortasse Roseffius lapsu memoriae Pacecchum pro Gislerio vel pro Dolera posuit. Pacecchus enim a S. Pio V. supremis inquisitoribus adlectus esse traditur (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 938); neque eius nomen in binis Pii IV. litteris ad a. 1564 et 1565 pertinentibus, in quibus cardinales inquisitores nominatim recensentur, comparet (*Bullarium* Romanum VII 298—299 301).

Camerarius igitur „Rosenbuschii“ nomen non Romae audivisse, sed ex „Replica“ illa accepisse videtur; neque Stutgartia, ut Camerarius ait, ortus erat Roseffius, sed Landishuto (*Can.* II 559; III 37[7]); fortasse autem Camerarium invisit Vitus Ziegler (Zeller) S. J. stutgartiensis, Fr. Christophori Ziegleri S. J. (cf. Epp. *Nadal* II 546) frater et Iacobi Ionae vicecancellarii caesarei nepos; quem collegio germanico destinatum Romam venisse, ibi Societatem petisse, 29. Maii 1561 in eam receptum esse P. *Ioannes Polancus* Societatis secretarius P. Theodorico Canisio Roma 31. Maii 1561 *scripsit (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 61“ f. 9[b]).

Quod vero Camerarius significat: Canisium eiusque sodales negotiis illis se inseruisse invitis cardinalibus et Dominicanis: Roseffius contra dicit, affirmans se rogatu alicuius ex cardinalibus inquisitoribus et fratrum Dominicanorum ad Camerarium missum esse. A fide certe abhorret, Socios germanos aditum ad populares vi quadam sibi comparare debuisse. Nam qui et inter cardinales inquisitores et inter Dominicanos praecipuum locum tenebat, cardinalis Michael Gislerius, Societatem Iesu amabat, Canisium magni faciebat, Sociis germanis a. 1564 singulares quasdam facultates ad protestantes ecclesiae reconciliandos concesserat (*Can.* IV 492 601 et supra p. 343). Neque dubitari potest, quin apud ceteros quoque cardinales inquisitores, maxime apud S. Carolum Borromaeum pontificis nepotem, Canisius auctoritate valuerit (cf. *Can.* IV 974 978). Accedit, immo praecipuum in hac re et gravissimum est testimonium Prosperi ab Arcu caesarei apud Pium IV. oratoris; qui Maximiliano II. imperatori scribit, Canisium ab inquisitoribus ad duos illos iuvenes, ut eos a protestantismo ad catholicam fidem reduceret, missum esse; Arci verba ponentur infra mon. 814. Societatis homines, quamquam sacrum Inquisitionis officium valde reverebantur, hoc tamen ab ipso S. Ignatio sibi traditum habebant, ut ab inquisitorum muneribus refugerent potius, quam temere iis se admiscerent (*Can.* IV 255). Eo denique dicendi genere Camerarius, ubi de Iesuitis loquitur, utitur, ut facile videas, hos ipsi valde exosos fuisse; neque in religionis colloquio illo vormatiensi, cui Philippus Camerarius se interfuisse testatur, quisquam vehementius protestantes, inprimis Melanchthonem, oppugnarat, quam Canisius; cuius opera iidem potissimum effectum esse censebant, ut spe, quam in colloquio illo collocaverant, egregie fraudarentur (*Can.* II 175 177 181 794—799 801—803 894). Atque hoc odio fit, ut Camerarius ubique Iesuitas videat, ubique ab iis insidias sibi parari coniectet: In reditu per Lauretum non transit; divinitus id consilii ei inspiratum est; in ea enim idolorum urbe („Götzen-Stadt“) facile fuisset Iesuitis, sua in ipsum scelera („ihre Bubenstücke“) committere (*Kanne* l. c. 65—66). Nocte aliqua, cum in aedibus inquisitionis dysenteria et febribus ureretur (l. c. 40), somnium vidit horrendum; species ei venerunt horribiles; in illis homo niger, nigerrimo insidens equo flammasque evomens; Iesuitas haec simulacra sibi obiecisse suspicatur; sunt enim in eiusmodi praestigiis versatissimi (l. c. 48 52*). Horum similes sunt inquisitores ipsi; aliquando ei adiunxerunt hominem, qui specie quidem et ipse captivus, re autem perpetuus eius observator et delator esset; huiusmodi homines — culices („Mücken“) hi vocari solent — ab inquisitoribus parvo pretio conduci solent; eorum calumniis plena fides habetur (l. c. 45); ipse etiam pontifex — Camerarius eum aliquo relationis loco „romanam bestiam“ vocat (l. c. 14) — in rebus omnibus ad haeresim spectantibus octo illis cardinalibus, qui de inquisitione sunt, parere debet (l. c. 71).

Singulari iniuria *Camerarius* afficit doctissimum illum cardinalem Stanislaum Hosium episcopum varmiensem, qui unus ex concilii tridentini praesidibus fuit; hunc enim sic facit in „Confessione“ docentem[1]: „Non oportere legis et scripturae

---

[1] Hosium etiam in libro „De expresso Dei verbo“ adversus sacram Scripturam audacius scripsisse affirmat Camerarius. Ecce ipsa cardinalis *Hosii* verba: „Dicit Lutherus, quod ego doceo, Dei verbum est, purum Euangelium: statim adorant, et incuruantur coram idolo. Dicunt idem Zuinglius et Caluinus: dicunt Anabaptistae, Picardi, Suenckfeldius, Seruetus, Campanus, et alij nonnulli haeretici: proferunt

peritum esse, sed a Deo doctum. Vanum esse laborem, qui scripturis impenditur. Scripturam enim creaturam esse, et egenum quoddam elementum.“ At aliter *Hosius*. Qui in „Confessionis“ prima parte, quae „de fide et symbolo“ est (c. 17 18): „Firmiter habuit persuasum“, inquit, „semper Ecclesia, nihil scriptura neque verius esse, neque certius. . . . Spiritus veritatis . . . non suggerit, vt reiectis Patrum interpretationibus, innitamur prudentiae nostrae, neque vt sepositis sacris literis, solis hominum commentariis inhaereamus: sed suggerit, vt intellectum scripturarum et e scripturis apertioribus, et e sacris interpretibus, et ex antiquis Ecclesiae traditionibus addiscere studeamus“ (Opera D. Stanislai Hosii, Parisiis 1562, f. 8).

Canisium, Roseffium, Dominicanos, cardinales fraudulenter egisse narrat Camerarius; alii vero ipsum Camerarium dixerint perfide se gessisse; hic enim, ut *Prosper ab Arcu* caesareus apud pontificem orator refert, inquisitoribus spem aliquam fecerat protestantismi abiurandi; postea autem abiurare noluerat; ferebatur etiam, ut idem orator narrat, aegriorem se simulare, quam esset; v. infra mon. 814 (*Schelhornius* l. c. II 100—101). Ceterum Societas Iesu honestius cum Camerario, quam hic cum illa egit. Camerarius enim anno 1600, ut ipse fatetur, apud iudices camerae imperialis in suspicionem vocatus est, quod Romae ob facinora aliqua in custodia fuisset; Iesuitas testes citavit; qui testati sunt, iudicium de sola religione fuisse; Camerarium „absque omni ignominia vel mulcta dimissum fuisse“ (*Schelhornius* l. c. II 17. *Kanne* l. c. 34).

814 sive **it. (21).** A d. 7. Iunii ad 23. Septembris 1565.

Ex epistulis autographis, quae exstant Vindobonae in archivo aulae caesareae (k. u. k. Haus-, Hof- und Staats-Archiv), Codd. „Rom. Corresp. 24. 1565 I—VII“ f. 238a—239a 249a 297b 338b et „Rom. Corresp. 25. 1565, VIII—XII“ f. 3b—4a 100a. Litterarum 4. Augusti 1565 ab Arco datarum summam posuit *Schelhornius* l. c. II 100—101.

Romae Philippus Ioachimi Camerarii filius et Petrus Rieter, iuvenes lutherani et iuris studiosi, in aedes Inquisitionis includuntur. Prosper ab Arcu orator caesareus Pium IV. monet fore, ut in ea re catholici iacturam faciant. Remittitur ad cardinales Inquisitores, qui ei ad iuvenes liberandos operam promittunt dicentes, cardinalem Gislerium inclusionis esse auctorem. Deinde Canisium ad iuvenes mittunt, ut eos ad protestantismum abiurandum adducat. Orator caesareus, etsi nihil dubitat quin in Canisium inclusionis causa conferri non possit, timet tamen, ne conferatur cum Societatis detrimento. Camerarius inquisitoribus protestantismi abiurandi spem praebet. Qui iuvenibus libertatem dare parati sunt ea lege, ut orator spondeat, eos certo quodam tempore coram apostolico apud imperatorem nuntio comparituros esse; orator ita se sponsurum dicit ea condicione, ut, cum illi liberati fuerint, sponsio sibi relaxetur; neque enim imperatorem id permissurum esse. Camerarius aegriorem se, quam sit, simulare fertur. Tandem illi liberantur et in patriam abeunt.

---

examina scripturarum in prauum sensum detortarum, ac mox hominum, vel diaboli potius, per homines loquentis, verbum, pro Dei verbo, proque Christi Euangelio, miseri mortales amplectuntur et adorant. . . . Iam ne vides, . . . quo consilio, per varia membra sua subinde iactet Sathanas expressum Dei verbum. . . . Iam demonstrasse nobis videmur, quod nunc imperitae multitudini tanquam Dei verbum ab haereticis venditatur, id non Dei, sed diaboli verbum esse. . . . Et hoc est quod superius diximus, unam et eandem scripturam si duo proferant, euenire nonnunquam, ut unius Deus, alterius os, diabolus aperiat. Nam qui profert in Ecclesia iuxta sensum Ecclesiae, Deus os eius aperit, et est Dei uerbum. Qui uero profert separatus ab Ecclesia, suo, non Ecclesiae, non omnium sensu (quoniam de suo loquitur, etiamsi scripturam loquitur, mendacium tamen loquitur) diabolus os eius aperit, et est verbum diaboli“: De expresso Dei verbo . Reverendiss . D. *Stanislai Hosii*, Dilingae 1560, f. 100 105b 114.

Prosper comes ab Arcu (Arco) caesareus apud sedem apostolicam orator Maximiliano II. imperatori scripsit Roma 9. Iunii 1565: Nudiustertius fu liberato quel figlio del conte d' Aran scozese fatto prigione per conto dell' inquisitione [1], Et nel medesimo tempo furono presi doj Thedeschj [2] vno di Norinberga, Et l' altro figlio d' un certo Camerario che serue al Signor Duca di Sassonia Elettore [3], jo jntesa la cosa andaj à sua santita [4], Et le dissi che questi erano modi male jntesi, Et che si perderebbe piu tosto ch' altro, Che la germania non era come l' jsola di Scotia, Et ch' a questi di qua si leuerebbe di questo modo il commercio et pratica di tutta quella prouintia, perche non ui protrebbono andar sicuri, Et perche intendeno ch' uno de giesuiti haueua fatto la spia [5], pregai sua santita uolesse admonire questi talj, ch' attendessino solamente ad insegnare jl viuere cristiano, Et non s' impedissero d' altro, Et la pregai medesimamente à far liberar j pregionj, Mi rispose che queste cose le dispiaceuano, Et che ne parlassi con j Cardinalj dell' jnquisitione, allj qualj hauendo parlato tutti mostrorno che gli dispiaceua Et dissero questo essere stato fatto solamente dal cardinale Alessandrino [6], Et promisero di liberargli, il che penso seguira, perche non hanno ne jnsegnato, ne disputato, ne portato libri, ne hanno uiuuto jn Roma sino catolicamente.

Idem eidem Roma 16. Iunii 1565: Ho procurato, che quej doj Thedeschj che per uia dell' inquisitione erano stati presi, fussino liberati, jl che non solo non ho ancora ottenuto, ma intendo che cercano di fargli secretamente abiurare, Ho mostro loro che questi non sono modi da tenere, Et che per questo non metteranno alle manj j Thedeschj protestanti con gl' altri, Ma gl' iriteranno contra quellj del stato Eclesiastico, Et principalmente contra j preti di qua, Ho mostro ancora loro un' altro errore, qual è ch' hanno mandato à detti giouanj Thedeschj per leuargli della loro oppinione jl Canisio [7], jl quale ancora ch' io sia certo che della captura di questi giouanj non ha colpa alcuna, Non dimeno crederan il contrario, Et questo potrebbe far mal arriuare Et esso Et altri di quella compagnia [8], Questi adesso mi danno buone parole, ma non so quello faranno, jo

[1] Significari videtur filius illius comitis de Arran ducisque de Chatelherault, qui, cum aliquamdiu Scotiam rexisset, ad castra protestantium sedicionem facientium transierat (*Bellesheim* l. c. [supra p. 268[1]] I 414 427; II 149 162—163).

[2] Petrus Rieter et Philippus Camerarius iuris studiosi; vide supra p. 743.

[3] Ioachim Camerarius, Philippi pater, in universitate lipsiensi (Leipzig), quae Augusti Saxoniae electoris imperio subiecta erat, graecas latinasque litteras docebat; vide supra p. 741. [4] Ad Pium IV.

[5] Rumor hic falsus fuisse videtur; nam ipse Camerarius, nullam Iesuitarum mentionem faciens, rei rationem longe aliter narrat (*Schelhornius* l. c. II 1—8).

[6] Octo illorum cardinalium, qui m. Septembri a. 1565 „inquisitores generales“ erant, nomina vide supra p. 101. Ex eorum numero erat Michael Ghislieri O. Pr. „cardinalis Alexandrinus“, qui paulo post futurus erat (Sanctus) Pius V. papa.

[7] Cf. supra p. 743—745. [8] Cf. supra p. 746—747.

non manchero di fare tutto quello che potrò, accio questi giouenj sieno liberati senza fargli altra ingiuria.

Idem eidem Roma 7. Iulii 1565: Degli duoj giouanj Thedeschj tenuti pregionj dall' inquisitione s' intende chel figlio del Camerario[1] uuol abiurare, Adesso sono appresso all' altro accio faccj il medesimo.

Idem eidem Roma 28. Iulii 1565: Questi dell' inquisitione uorrebbono liberare j duo giouanj Tedeschj tenuti prigionj, ma dicono che per loro dignita et dell' offitio, uorrebbono ch' io promettessi che tra sej mesi essi si presentaranno innansi al Nuntio che è appresso à v. Maiesta[2], Ho risposto che se uogliono poi ch' hauro promesso, Et che saranno fuori di pregione, liberarmj da tal promessa, io promettero, perche so che vostra Maiesta non patirebbe che nella sua corte si erigesse un Tribunale d' inquisitione contra quellj che sono della Confessione Augustana.

Idem eidem Roma 4. Augusti 1565: J duoi giouanj Thudeschj furono liberati, Costoro uoleuano ch' io m' obligassi jnnanzi al Notaro[3], che tra tanto tempo Essi sarebbono innansi al Nontio ch' è appresso alla Maiesta vostra, jo ho detto loro che non uoglio ch' appari scrittura alcuna, Ch' hauerej promesso[a] jn parole ma come erano usciti, non uoleuo, per gli rispetti gia scritti, esser tenuto à cosa alcuna, cosi sono stati liberatj, vno d' essi è ammalato, Et dicono che si faceua piu ammalato di quello ch' era, perchè haueua dato qualchè speransa di uoler abiurare, poi non l' ha uoluto fare, Et questo è jl camerario.

Idem eidem Roma 22. Septembris 1565: J duoj giouanj Tedeschj partiranno domattina di Roma, perche jl figlio del Camerario è gia guarito.

Ioachim Camerarius de Philippo filio 4. Octobris 1565 ad Hieronymum Baumgartner senatorem norimbergensem scripsit: „Putabatur ille iam venisse Bononiam. Mihi consultissimum videtur, vt in Germaniam sese recipiat" (*Ioachimi* Camerarii Epistolarum familiarium libri VI, Francofurti 1583, 320).

815 sive **it. (22).** **Ab 21. Iunii ad 3. Septembris 1565.**

Canisius secundae congregationi generali Societatis Iesu interest. Singularum sessionum dies et argumenta. Praecipua quaedam capita in ea excussa et constituta: De procuratoribus, assistentibus, provincialibus; de congregationibus; de personarum mutationibus, cantu, tempore orationis, vita aulica, litibus, regulis. Constitutiones de litteris scribendis immutantur. Collegia roborari, nova haud facile admitti, seminaria scholasticorum et domus probationis institui iubentur. Assistentes et admonitor eliguntur. Canisius, ut congregatio finiatur, instat.

a) *Duo vv. sqq. ab Arco in margine addita sunt.*

[1] Philippus Camerarius.

[2] Melchior comes Biliae id officium tenebat.

[3] Exeunte m. Septembri 1565 Claudius de Valle inquisitionis notarius erat; vide supra p. 101.

Societatis congregatio generalis secunda a d. 21. Iunii ad 3. Septembris 1565 habita est. Eius decreta primum Romae a. 1568, deinde, cum congregationes generales VII., a. 1615—1616 habita, (decr. 6) et VIII., a. 1645—1646 habita, (decr. 14) decreta congregationum generalium typis exscribi iussissent, compluries excusa sunt (*Sommervogel*, Bibliothèque etc. V 81—86 95—96), omissis tamen decretis illis, quae privata tantum negotia spectabant. Cum autem Canisius secundae illi congregationi interfuerit atque etiam multum in ea valuerit, aliqua ex eius decretis excerpsi, eorum editione usus novissima, quae exstat in „*Instituto* Societatis Iesu" II (Florentiae 1893) 193—215; decretis autem eum numerum ascribo, quo in exemplis excusis, non eum, quo in Actis manu scriptis signata sunt. Quoniam autem in illis haud ita plane, quibus diebus singula sint decreta, significatur, id ex *Actis* manu scriptis (de quibus plura infra mon. 816) addo; etiam alia quaedam ex iisdem adiungo.

Ante d. 2. Iulii, quo S. Franciscus Borgias electus est praepositus generalis, de rebus ad electionem praepositi pertinentibus, Borgia vicario generali praesidente, actum et statutum est[1]. Die 3. Iulii admissi sunt in congregationem procuratores[2] (id ex **Actis* mss. p. 54 patet; cf. etiam decr. 9 ante elect.); eodem die de praepositi generalis „assistentibus", qui munere iam decesserant, actum (decr. 1). Die 4. Iulii de iisdem actum; praeterea „diu multumque disputatum" est de „procuratoribus" in posterum ex singulis Societatis provinciis ad congregationes generales mittendis (decr. 2 et 3). Die 5. Iulii de procuratoribus est constitutum (decr. 2). Eodem die et proximo de „Assistentibus" praepositi generalis varia tractata sunt (decr. 3). Postea (a 5. ad 9. Iulii, puto) aliqui ad „postulata" consideranda et secernenda designati; aliqui Societatis constitutiones cum concilii tridentini decretis conferre iussi; tum ex horum tum ex illorum numero Canisius erat (plura vide infra mon. 816 817); ad alia negotia 3 „deputationes" institutae (decr. 4 et 5). Die 9. Iulii statutum, quot suffragia ad res definiendas requirerentur (decr. 7). D. 12. Iulii, „cum res per triduum disputata esset", „plurimis maximique momenti rationibus in medium adductis, rogaverunt R. P. Generalem Praepositum, et serio commendaverunt, ut potius applicaret animum ad roboranda et ad perfectionem adducenda Collegia iam admissa, quam ad nova admittenda; et, si quae admittenda existimaret ex iis, quae offerrentur, eiusmodi essent, et eis in locis, et cum talibus circumstantiis, ut ad commune bonum Ecclesiae DEI magnum momentum habitura videantur; et, quoad eius fieri possit, ita dotata vel eam rerum vitae necessariarum commoditatem habentia, ut non tantum Operarii sustentari possint, sed et is etiam numerus Scholasticorum, qui pro Seminario sit eidem Collegio futurus, ut ex eo Operarii prodire possint ad id conservandum: nec admittatur, licet haec omnia suppeterent, si non haberet Societas Rectores, ac Magistros, ac demum Operarios in vita et doctrina idoneos, ut huic muneri posse satisfacere, auditis Assistentium sententiis, iudicaret, et quidem sine aliorum Collegiorum detrimento" (decr. 8). D. 13. et 14. Iulii, re discussa, statuitur, ut in singulis Societatis provinciis „saltem

[1] De „ordine sedendi" haec referuntur in **Actis* mss. (p. 46—47): A dextra P. Vicarii sedebant duo, qui aderant, ex primis Societatis Patribus — ii erant P. Alphonsus Salmeron et P. Nicolaus Bobadilla — et post ipsos praepositi provinciales „ordine antiquitatis inter ipsos seruato"; reliqui professi a sinistra P. Vicarii sedebant „ordine suae professionis". Ita a dextra sedebant Salmeron, Bobadilla, Iacobus Miron provincialis Portugalliae, Canisius, Nicolaus Lanoius provincialis Austriae, deinde 9 alii provinciales et viceprovinciales. Sessiones habebantur „Romae domi nostrae" (l. c. p. 46) sive in domo professa Societatis.

[2] Ex admissorum numero, ut ex **Actis* l. c. cognoscitur, erat „P. D. Jgnatius, Procurator Jndiae, et Brasiliae". Sanctissimus vir Ignatius de Acevedo, ex Lusitaniae nobilitate ortus et a Borgia hoc ipso anno in Brasiliam missus, a. 1570 una cum 39 sociis apud insulas canarias a Calvinistis in odium fidei necatus est. Beatorum honores 40 martyribus illis iam olim tributos Pius IX. confirmavit.

unum seminarium", in quo fratres scholastici ad litteras et humanitatem, philosophiam, theologiam instituantur, condatur (decr. 9). Deinde (eodem d. 14. Iulii, ut ex **Actis* manu scriptis p. 58 intellegitur) praepositorum provincialium potestas magis definiri et „commissarii" vel potius „visitatores" interdum tantum et ad tempus creari iubentur (decr. 10 et 11). D. 18. Iulii, re „aliquot diebus tractata", pronuntiatur: Personarum mutationes saepe utiles vel etiam necessarias esse; ideo hanc potestatem praepositis Societatis constare debere; prudenter tamen agendum et „Principum habendam esse rationem" (decr. 12). Atque (eodem die, ut ex iisdem **Actis* mss. p. 58—61 cognoscitur) alia quaedam (decr. 13 et 15) constituta sunt; maxime autem, cum esset „consideratum aliquot diebus: an expediret in quavis Provincia Domum aliquam Probationis institui", expedire affirmatum est (decr. 14). Deinde (20. Iulii, ut ex **Actis* mss. p. 60 patet) congregationi visa est „aliqua immutatio Constitutionum in ea parte", quae de litteris scribendis esset (P. 8, c. 1, decl. L, M, N), fieri debere; quare aliqui ad novam „formulam scribendi" componendam a praeposito generali delecti sunt (decr. 16; cf. supra p. 126). Postea (d. 23. Iulii, ut in **Actis* mss. p. 60—61 refertur) tria sunt constituta: 1. Praeposito generali facultas tributa, „cantum Missae et vesperarum" in aliqua loca „inducendi"; 2. seminaria clericorum tridentina, si quae episcopi Societati committere vellent, admitti, „re satis agitata" certis tantum cum condicionibus placuit; 3. cum Borgias „septimo quoque anno" congregationem generalem haberi vellet, quaestione multum agitata, tandem sententia illorum valuit, qui congregationi generali habendae nullum certum tempus assignari, sed tertio quoque anno in „congregatione procuratorum", num habenda esset, deliberari volebant (decr. 17—19). D. 24. Iulii incohatum est quatriduum, quo de novis „assistentibus" praepositi generalis eligendis „informationes" capi oportebat (decr. 3 et 20). Aliqua etiam (iisdem diebus 24., 26., 27. Iulii, ut ex **Actis* mss. p. 61—62 intellegitur) de „Assistentium" et „Admonitoris" electione ac de universitate valentina sunt decreta (decr. 20—22). Die 28. Iulii electi sunt (mane) quattuor assistentes, atque in iis P. Everardus Mercurianus pro Galliae et Germaniae provinciis; electus etiam (a prandio) praepositi generalis admonitor P. Ioannes de Polanco (decr. 22). De distributione autem bonorum ex sodalium patrimoniis provenientium decretum est (decr. 23) in proxima actione (eam 3. Augusti habitam et in eadem de collegio herbipolensi actum esse patet ex **Actis* mss. p. 62—63; ibidem refertur, 6. Augusti de dilingano aliisque collegiis tractatum esse; plura vide infra mon. 819). Postea (decr. 26) sex „definitores" electi sunt „ad res determinandas, quas eis Congregatio commisisset" (id 8. Augusti factum, eodemque die singulares aliquot causas definitas esse patet ex **Actis* mss. p. 63—64). Deinde (11. Augusti, ut ex **Actis* mss. p. 64 intellegitur) de sodalium in collegiis alendorum numero statutum, et definitoribus varia de regulis, admonitionibus P. Natalis, casibus reservatis commissa (decr. 27 et 28). Cum autem „per aliquot dies disputatum" esset „de augendo tempore orationis" in Constitutionibus (P. 4, c. 4, n. 3 4 et B, C) praescripto, ea facultas (decr. 29) praeposito generali tributa est; atque (eodem die 13. Augusti, ut ex **Actis* mss. p. 65 patet) definitoribus aliqua sunt commissa et aliquos in patriam redire permissum (decr. 30). Alia quoque (die 16. Augusti, ut ex **Actis* mss. p. 65 eruitur) tractata (decr. 31 et, ut ex iisdem **Actis* l. c. patet, alia quaedam), et definitores vel omnia vel partem eorum decidere iussi sunt. „19 die Augusti, cum urgeretur tractatio dissolutionis Congregationis propter varias causas ad commune Societatis bonum pertinentes, tandem placuit: ne dissolveretur usque ad finem mensis huius"; eodem decreto (32) permissum est, ut a decretis definitorum „intercessio" fieret, et, qua ratione intercessiones terminandae essent, ac similia constituta (eodem die, ut ex **Actis* mss. p. 65—66 patet, de aliis quibusdam causis duobus decretis statutum est). Bona autem immobilia in domibus professis possidendi iure quocumque congregatio (decr. 33) nomine Societatis cessit (id 21. Augusti factum; eodem die de singulari aliquo negotio decretum est; proximo quoque die aliqua tractata nec tamen definita sunt; quae omnia ex **Actis* mss. p. 66—67 intelleguntur). Varia deinde de defini-

torum potestate, assistentium et admonitoris officiis, provinciarum novarum institutione (decr. 34—36) sunt sancita (et, ut ex **Actis* mss. p. 67 patet, eodem illo die 28. Augusti alia quoque causa decisa). Proxima actione (quam 30. Augusti fuisse ex **Actis* mss. p. 67 liquet) et litterae quadrimestres in „annuas" conversae (decr. 37), et alia quaedam statuta (decr. 38), et urgente Canisio congregationis dissolutionem (plura v. infra mon. 821), decretum est (decr. 39), ut congregatio 3. Septembris absolveretur. Proposita petitione cardinalis Augustani (quam Canisius ad Borgiam rettulerat; vide infra mon. 822), sancitum est (1. Septembris, ut **Acta* mss. p. 68 habent), ne Socii „aulas sequerentur", nisi ad breve tempus (decr. 40); de qua re plura dicentur infra mon. 822. Postea de bonis (decr. 41), et de scholiis P. Natalis (42) est statutum (et, ut ex **Actis* mss. p. 68 liquet, eodem illo d. 2. Septembris de alio negotio decretum). Tandem 3. Septembris „visum est, quod" ipso illo die „simul Congregatio et Definitorum potestas deberet exspirare" (decr. 45). Eodem die (id ex **Actis* mss. p. 68—78 colligitur) congregatio multa alia vel ipsa definivit (decr. 43—53), vel a „definitoribus" constituta probavit. Ita, ut „catalogi" singulis annis Romam mitterentur (decr. 48); ut Socii „lites forenses fugerent" (decr. 55); ut regulae, praeter „Summarium Constitutionum", „examinarentur et, quoad eius fieri posset, breviores fierent" (decr. 57); ut Socii in doctrinae christianae explicatione diligentes essent (decr. 58 et 65); ut congregationes provinciales tertio quoque anno haberentur (decr. 67); ne „breves cursus Artium vel Theologiae" instituerentur; sed ut iis, qui Societatis „coadiutores spirituales" futuri essent, „compendium Dialectices" et „casus conscientiae" traderentur (decr. 69).

816 sive **it. (23).** Inter 6. et 9. Iulii 1565.

Ex Actorum exemplo, saeculo XVI. exeunte vel priore parte saeculi XVII. scripto. „Act. Gen. T. P.us" p. 53 55. Decretum prius, ascripto numero 4., exstat in „Decretis secundae Congregationis post electionem" typis vulgatis (*Institutum* II 194).

A Societatis congregatione 5 praepositi provinciales, in iisque Canisius, deliguntur, qui, quae congregationi proponenda sint, quae non sint, cum praeposito generali discernant.

In secunda Congregatione generali Societatis Iesu inter 6. et 9. Iulii 1565 (sub 7. Iulii, ut videtur) factum est:

5. Decretum. Propositum fuerat, an aliqui essent deputandi, ad quos singuli ea referrent (quod ad negotia Prouinciarum attinet) quae Congregationi proponenda uiderentur, et cum qua auctoritate, constitutum est autem, ut quinque eligerentur ex Prouincialium numero, qui uarijs nationibus praesunt, cum ea facultate, ut unum contextum ex uarijs quae suggeruntur, facerent, ordine conuenienti, et si quid uideretur non pertinere ad Congregationem, sed potius ad generalem Praepositum, admonerent proponentem, cui si persuasum non esset, ut desisteret, liceret ei, Congregationi proponere, quod uellet: ipsa uero uel reijceret ad Praepositum Generalem, uel de eo decerneret.

6m Decretum. Quinque deputati dicti, in decreto praecedenti, per Scrutinium scriptis suffragijs electi fuerunt, scilicet Pater Alfonsus Salmeron Prouincialis Neapolitanus. P. Jacobus Miron, Prouincialis Portugalliae. P. Petrus Canisius Prouincialis Germaniae Superioris. P. Joannes Xuarez Prouincialis Castellae. P. Edmundus Augerius Prouincialis Aquitaniae, ut simul cum Praeposito Generali id agerent, quod praecedenti decreto continetur.

Ad hos „deputatos" sive definitores pertinet etiam, quod inter eadem „Decreta" excusa 34. est: „Actum fuit: an aliqua ex iis, quae sunt a quibusdam proposita, non Provinciarum aut Collegiorum, sed suo privato nomine, reiici possent a Definitoribus, si viderentur reiicienda potius, quam tractanda. Et responsum est: audito proponente, reiici posse; de iis loquendo, quae ad hanc Congregationem pertinerent" (*Institutum* l. c. 202—203).

817 sive **it. (24).** **Inter 6. et 9. Iulii 1565.**

Ex Actis manu scriptis (cf. supra p. 755). „Act. Gen. T. P.[u3]" p. 56. Exstat etiam, ascripto n. 5, in Decretis excusis (cf. supra p. 753). *Institutum* II 195.

Canisius a S. Francisco Borgia in „deputationem" decreta tridentina expendere a Societatis congregatione iussam ascitur.

In secunda congregatione generali Societatis Romae inter 6. et 9. Iulii 1565 decreto post electionem praepositi generalis 8º hoc, praeter alia, statutum est: Quia in Concilio Tridentino sunt quaedam quae uidentur nostris Constitutionib. aliquo modo aduersari, petitum fuit, ut designarentur etiam aliqui, qui adnotarent, et expenderent, ac Congregationi proponerent ea, ut considerarent, num remedio, uel declaratione aliqua opus esset. Placuit etiam Congregationi *eorum* deputatio, et commissa est Patri Generali, qui . . . ad expendenda acta Concilij, designauit . . . P. Alfonsum Salmeronem. P. Petrum Canisium. P. Hieronymum Natalem. P. Michaelem Gouiernum[a]. P. Bartholomeum Hernandez. P. Ludouicum a Caudreto[b]. P. Marcum Georgium, et . . . in eadem Congregatione publicati fuerunt.

Hi quid praestiterint, intellegitur ex *congregationis* generalis tertiae, a. 1573 habitae, cui Canisius interfuit, decreto illo, quod in eiusdem congregationis decretis excusis „8. post electionem" est: „Propositum etiam fuit: de alia deputatione facienda, ad examinandum, si quid in Concilio Tridentino reperiretur, quod nostris Constitutionibus adversari videretur, et de quo declaratio, aut etiam dispensatio a Summo Pontifice peti deberet. Et placuit: ut iidem, quibus in secunda generali Congregatione decreto 8[1] hoc munus commendatum fuerat, id etiam nunc expedirent, et quae tunc annotata fuerant, nec tamen ad Congregationem relata, ea diligenter inspicerent (adiungendo illis, si quos P. Generalis adiungendos esse iudicaret in eorum, qui deerant, locum, aliquos alios) et quae perfecissent Congregationi proponerent." Itaque illi iussa praestiterunt eorumque commentarii sive indiculi cum tertiae congregationis decretis excusi sunt (*Institutum* II 220 244—246).

In congregatione secunda haec sola de rebus ad concilium tridentinum spectantibus definita sunt: Cum concilium religiosis omnibus, praeter Minores de Observantia et Capuccinos, „etiam quibus ex constitutionibus suis erat prohibitum", concessisset, „ut deinceps bona immobilia eis possidere liceret" (Sess. XXV cap. 3 de regul.), „placuit magno consensu Patribus: ut cederemus cuicumque iuri ex Concilio nobis provenienti; et iuxta nostras Constitutiones et vota, quae post professionem emittuntur, paupertatem in Professis ac ipsorum Domibus retineremus" (decr. 33 [*Institutum* II 202]); atque ita Constitutionibus Societatis, quibus efficitur, ut in „domibus professis" „reditus nulli, ne sacristiae quidem aut fabricae applicati, haberi possint" (P. 6, c. 2, n. 2), steterunt.

818 sive **it. (25).** **Initio m. Augusti 1565.**

Ex apographo eiusdem fere temporis. Cod. colon. „L. Qu." f. 79[b]. Aliqua ex hac epistula excerpsit *Hansen* l. c. p. 515[3].

Canisius aliique instant, ut sibi ex Societatis congregatione domum redire liceat.

a) Gobiernum *Inst.* b) *Inst. rectius:* Coudreto.

[1] Significatur secundae congregationis post electionem decretum illud, quod in decretis quidem manu scriptis octavo loco positum erat, inter excusa autem quintum est; vide supra p. 753.

P. Franciscus Costerus S. J., collegii coloniensis sodalis, qui ex provincia Societatis rhenana cum P. Antonio Vinck praeposito provinciali Romam ad Societatis congregationem generalem venerat, Roma 4. Augusti 1565 „ex commissione R. P. Prouincialis" Sociis coloniensibus scripsit: Negotia Congregationis Dei gratia recte succedunt, sollicitant porro Prouinciales Germaniae et Galliae, vt quanto fieri citius potest ad suas prouincias remittantur. Cupit idem P. P. N. Generalis quamobrem speramus citius nos redituros.

Costerus praeter Vinckium hos praepositos provinciales significare videtur: Canisium, qui Germaniae superiori, Nicolaum Lanoium, qui Austriae, Edmundum Augerium, qui Aquitaniae praeerat. Nam Oliverius Manareus, Franciae provincialis, Romam venire non potuerat (*Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 1, n. 31). Everardo Mercuriano, Germaniae inferioris provinciali, redeundi spes eo quidem tempore vix ulla erat; nam 28. Iulii praepositi generalis assistens electus erat (v. supra p. 754). Augerio, ut ante finem congregationis abiret, permissum est (*Sacchinus* l. c. n. 49).

Canisius 27. Augusti cardinali Augustano cum capitulo acturo adesse cupiebat; vide supra p. 73.

819 sive **it. (26).** **3. et 6. Augusti 1565.**

Ex Actis manu scriptis; „Act. Gen. T. P.us" p. 62—63.

A Societatis congregatione generali collegii herbipolensis admissio praepositi generalis arbitrio permittitur et eidem facultas tribuitur collegii dilingani, nisi melius dotetur, dimittendi.

Secunda Societatis Iesu congregatio generalis a. 1565 Romae habita haec constituit 3. Augusti in actione 12., decreto 29. (non excuso): Cum Herbipolensis Episcopus Collegium ad se mitti peteret, cui domum et Ecclesiam percommodam ac redditus et supellectilia, abunde suffectura, dare uellet. Visum est maiori parti patrum rem totam R. P. Praepositi iudicio esse committendam.

Et 6. Augusti, actione 13., decreto 32. (non excuso): Cum intellexisset Congregatio Collegium Dilingense, ac Vniuersitatem, Societati nostrae ab Jllustrissimo et Reuerendissimo D. Cardinali Augustano commissam, non adhuc habere redditus illos, et dotationem, quam in suo contractu idem Jllustrissimus Cardinalis promisisset, sed nec probabiliter tam cito habituram, quamuis uoluntatem optime de Societate nostra meriti praesulis agnosceret, et ei plurimum se debere fateretur. Visum tamen fuit Congregationi R. P. Praepositi Generalis iudicio rem totam committere, facultatem ei relinquendo, ut si intra certum aliquod tempus (eiusdem arbitrio praefigendum) non esset stabilitum Collegium, et Vniuersitas praedicta, ac promissis redditibus dotatum, ea posset dimittere, et nostros alio transferre.

Congregatio 12. Iulii constituerat, ne nova collegia admitterentur, nisi certis cum condicionibus (vide supra p. 753); cui decreto cum (puto) ratio collegii, quod Herbipoli Fridericus a Wirsberg episcopus instituere multis ab annis vehementer cupiebat, plane congruere visa non esset, ea de difficultate singulariter in congregatione actum est. Neque dubitari potest, quin Canisius magna pars (ut dicimus) fuerit tum huius actionis, tum eius, qua de collegio dilingano a cardinali Ottone Truchsess incohato deliberabatur.

820 sive **it. (27). Inter m. Iunium et Septembrem 1565.**

Ex *Sacchino,* Can. 220, et *Boero,* Can. 282.

Romae tempore congregationis generalis varii Socii, inprimis lusitani, Canisium sibi expetunt provincialem.

Franciscus Sacchinus coniectat a. 1565 Romae in Societatis congregatione generali Patres Ottonis cardinalis Augustani Canisium sibi Germaniaeque universae vindicantis reposcentisque (v. supra p. 536 731) „respectu motos“ esse, ut „in grauissimis demandandis muneribus praesertim Assistentium, eum praeterirent“. Addit autem: Quanquam nec aliarum Prouinciarum Patres, ac nominatim Lusitani defuere, qui sibi Prouincialem eum expeterent.

De iisdem Sociis lusitanis Boero: Trovo che fecero formale domanda di averlo per provinciale.

Dubitari non potest, quin Sacchinus, magnae fidei diligentiaeque historicus (*Can.* III 661—662), ex monumentis romanis ad id tempus pertinentibus haec hauserit. Iisdem vel similibus usus esse videtur Boero. Ea igitur anno 1908 et ego et alii tum in Actis secundae congregationis generalis, quae in Codicibus aliquot asservantur, tum in aliis tabulis quaesivimus; neque vero quidquam repertum est neque in Italia, neque in Lusitania, neque alibi.

P. Iacobus Miron, Lusitaniae praepositus provincialis, 28. Iulii 1565 praepositi generalis „assistens“ pro Lusitaniae, Indiae, Brasiliae provinciis electus erat (*Institutum* S. J. II 200). Post praepositi generalis electionem admissus est ad congregationem cum aliis procuratoribus etiam P. Franciscus Enriquez, Lusitaniae procurator (*Astrain* l. c. II 218[2]).

Equidem crediderim fuisse etiam, qui Canisium substitui vellent in locum P. Everardi Mercuriani, praepositi provincialis Germaniae inferioris; qui eodem illo die 28. Iulii „assistens“ pro Germania et Gallia electus erat.

821 sive **it. (28). 30. Augusti 1565.**

Ex congregationis Actis manu scriptis; „Act. Gen. T. P.us“ p. 68. Decretum, ascripto n. 39, exstat in „Decretis secundae Congregationis post electionem“ typis vulgatis (*Institutum* II 203).

Canisio urgente constituitur, ut Societatis congregatio 3. Septembris finiatur, reliquis rebus ad definitores reiectis.

In secunda congregatione generali Societatis Romae 30. Augusti 1565, „actione 21.“, decreto 56. statutum est: Cum urgeret Superioris Germaniae Prouincialis suo et complurium Prouincialium nomine, ut hoc mense Congregatio generalis dissolueretur, iuxta decretum 46.m [1] Visum est Congregationi, ut ad 3.um diem Septembris finiretur, et sine alio decreto ea de re faciendo dissoluta Congregatio censeretur; et si quae nondum absoluta remanerent, dummodo ad Constitutionum innouationem, uel abrogationem non pertinerent, uel ad magnorum Collegiorum dissolutionem, ab ipsis diffinitoribus intra octo dies consequentes post dissolutionem Congregationis absoluerentur, apud quos liceret intercedere.

---

[1] In decretis excusis hoc n. 52 signatum est; de eo cf. supra p. 755.

Die 3. Septembris 1565, actione 23., decreto 63 (in excusis 45) huic decreto haec moderatio adhibita est: „Jntercessit aliquis ex Patribus circa decretum 56.[m] de dissolutione Congregationis, et uisum est, quod hodie, scilicet tertia die Septembris simul Congregatio, et diffinitorum potestas deberet expirare, unde si quid expediendum esset hoc ipso die expediri oportere, uel ad generalem Praepositum, aut aliam Congregationem reijci" (Cod. „Act. Gen." etc. p. 69. *Institutum* II 204).

822 sive **it. (29).** 1. Septembris 1565.

Ex congregationis Actis manu scriptis; „Act. Gen. T. P.[us]" p. 68. Decretum, ascripto n. 40, exstat in „Decretis secundae Congregationis post electionem" excusis (*Institutum* II 203).

Petitione cardinalis Augustani (qui, ut theologus de Societate secum esset, a Borgia per Canisium petierat) proposita, congregatio generalis Socios „aulas sequi" vetat.

In secunda congregatione generali Societatis Romae 1. Septembris 1565, „actione 22.", decreto 57. statutum est: Cum propositum esset an Jllustrissimo Cardinali Augustano, Theologus nostrae Societatis dari posset, qui eius Confessiones audiret, et aulam sequeretur. Visum est Congregationi, nec Principibus, nec Dominis alijs secularibus, aut Ecclesiasticis assignari debere aliquem ex nostris religiosis, qui aulas eorum sequeretur, et in eis habitaret, ut Confessarij, uel Theologi, aut alio quouis munere fungeretur, nisi forte ad perbreue tempus unius uel duorum mensium.

In cardinali Ottone Truchsess iam diu hoc desiderium vigebat. *Polancus* Roma 20. Ianuarii 1561 ad P. Hieronymum Natalem in Hispania versantem scripsit: „El cardenal de Augusta haze mucha instantia para tener consigo uno de la Compañía, tornando en Alemagna, como pretende tornar, con quien se querría confessar, y ayudarse en las cosas spirituales en su persona, y casa, y obispado; y quanto á la nación, holgaría fuesse spañol. Acá no le tenemos . V. R. puede uer por allá si avría alguno al proposito, y si no de la Compañía, de fuera della." Die tamen 18. Aprilis 1561 *Polancus* Roma ad Natalem scripsit: „No se cure V. R. mucho de hallar theólogo para el cardenal de Agusta, que á Maestro Fuentes emos puesto con él, y está contento el cardenal." Quem „magistrum Fuentes" de Societate fuisse censet editor epistularum P. Natalis (Epp. *Nadal* I 376—377 439 839). Certe a. 1562 cardinalis Otto Romae a S. Francisco Borgia Societatis commissario, Lainio praeposito generali absente et rei inscio, impetravit, ut P. Ludovicus (Aloysius) de Mendoza S. J. sibi in Hispaniam et Germaniam profecturo confessarius et comes adiungeretur; qui Dilinga m. Septembri a. 1564 Romam rediit (*Can.* IV 313 690). Dilinga autem 18. Maii 1565 P. *Theodoricus Canisius,* viceprovincialis Germaniae superioris et rector collegii universitatisque dilinganae, Romam ad Borgiam Societatis vicarium generalem de eodem cardinali *scripsit: „Saepe mentionem facit apud nos Reuerendissimus cuiusdam desiderij singularis quo fertur ad habendum aliquem ex societate virum grauem qui S. C. esset a Confessionibus et comes indiuiduus, vrgetque hanc rem apud multos ex nostris importune. Excusamus vt possumus, et ad superiores nos remittimus, explicantes simul personarum eiusmodi raritatem magnam, in tanta Domini messe" (ex autogr. Cod. „G. Ep. VI" f. 99[a]). Idem Ottonis desiderium Petrus Canisius ipsius mandatu Borgiae verbis exposuit (vide infra mon. 823). *Polancus* autem nomine Borgiae Roma 12. Iunii 1565 Theodorico Canisio *scribens: „Si cognosce", inquit, „l' ingegno del Cardinale ilquale con difficulta lascia ogni suo parere, et inclinatione" (ex apogr. eiusd. temp.; Cod. „Germ. 61" f. 294[a]). Ideo ipse Borgias congregationi generali rem proposuit definiendam; vide infra mon. 823.

823 sive **it. (30).** **A m. Iunio ineunte ad 5. Septembris 1565.**

Ex apographo eiusd. temp. „Germ. 65" f. 1[b]—2[a].

Canisius S. Franciscum Borgiam certiorem reddit, cardinalem Augustanum optare, ut aliquis de Societate in familia sua degens theologum suum agat aliaque officia sibi praestet. Borgias congregationi Societatis generali id proponit; cardinali decretum, quo res recusatur, mittit; eruditum tamen quendam ac valde probum collegii germanici alumnum ei offert, qui ad multa ei utilis esse possit; ceterum Socios, licet in cardinalis aedibus non morentur, omnia officia ei praestaturos esse affirmat.

S. Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis Roma 5. Septembris 1565 Dilingam ad Ottonem cardinalem Truchsess episcopum augustanum scripsit: Hauendomi parlato il P. D. Canisio de parte di V. S. Illustrissima che à lei saria grato li dessimo una persona dela Compagnia nostra, laquale stando nela sua fameglia potessi seruire nel' officio di Theologo, et in quel di piu uolessi adoperarlo V. S. Illustrissima mi parse douerlo proponere in congregatione gia che quella si trouaua in essere, et la cosa per esser noua lo ricercaua, et parse à detta congregatione quel che V. S. Illustrissima uedera per il decreto che qùi ua incluso[1]. dopoi considerando in qual modo potriamo dar qualche satisfattione à V. S. Illustrissima in cosa tanto honesta et pia, benche à noi impropria . ci è occorso che nel collegio germanico ci era un bon sugetto tedesco, chiamato Mastro christoforo[2], che ha studiato il corso dele arti et alcuni anni d' Theologia nel collegio nostro, con bonissimo frutto, et cosi fu graduato di Maestro nela detta philosophia, et fermandosi più tempo si[a] [?] haueria anco riceuuto il grado in Theologia, è di eta de .29. anni, et de uita uirtuosa et esemplare, . . . et questo collegiale pensamo sarebbe ben impieghato in seruicio de V. S. Illustrissima che potra quando li piacera promouerlo al sacerdotio, et anche poco à poco in Dilinga si potra promouere al dottorato in Theologia . et in questo mezo et tanto piú dopo il sacerdotio et dottorato, si potra seruire V. S. Jllustrissima dela opera di esso in molte cose . perche anche si habilitara al predicare. V. S. Jllustrissima adunque se degnara accettar questo frutto del suo collegio germanico et hauerlo raccomandato . et si presupone che per li nostri di Dilinga et Augusta si potra seruire V. S. Illustrissima etiam che non stiano in[b] palazo suo, poiche tutti in ogni luogho siamo cosa de V. S. Illustrissima et affetionatissimi al seruitio di quella.

824 sive **it. (31).** **3. Septembris 1565.**

Ex congregationis Actis manu scriptis; „Act. Gen. T. P.[us]" p. 76.

Congregatio Societatis de collegiis ingolstadiensi, straubingensi, landishutano constituit.

a) *Sic; sed hoc v. oblitterandum fuisse videtur; sequitur* poteua, *a libr. oblitt.*
b) *Sequuntur vv.* sua famiglia, *a libr. oblitterata.*

[1] Hoc decretum vide supra p. 759.
[2] Significari puto Christophorum Vischerum austriacum, ineunte m. Octobri 1560 in collegium germanicum admissum; de quo *Can.* II 736[5].

In decretis a. 1565 a Patribus „diffinitoribus" (cf. supra p. 754) secundae Congregationis generalis factis et a congregatione die 3. Septembris 1565 approbatis hoc cernitur: Non uidetur esse conueniens, ut Jngolstadiense Collegium nostrum diuidatur, et illius pars transferatur Straubingam[a] uel Landtzutum, sed si cum bona Principis gratia obtineri posset, ut non demus inferiorum classium praeceptores, id esset optandum maxime atque curandum.

Albertus V. Bavariae dux iam a compluribus annis volebat collegia Societatis Straubingae et Landishuti condere (*Can.* II 185 192 564; III 364 etc.), et Simon Thaddaeus Eck ipsius cancellarius aestate a. 1566 P. Natalem visitatorem iterum rogavit, ut Landishutensibus dimidium collegium a Borgia impetraret (Epp. *Nadal* III 189). Ingolstadii autem in scholis inferioribus habendis Societas varias patiebatur difficultates (v. supra p. 89 113); quas a Canisio et Hoffaeo congregationi explicatas esse cognoscitur ex decreto, quod modo posui.

825 sive **it. (32).** 3. Septembris 1565.

Ex congregationis Actis manu scriptis; „Act. Gen. T. P.us" p. 70. Actis usus esse videtur *Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 1, n. 50.

Congregatio generalis Societatis magna cum pietate terminatur.

Secundae congregationis generalis acta haec de Sancto Francisco Borgia habent in actione ultima, quae fuit die 3. Septembris: Ultimo loco R. P. Praepositus Generalis breuem concionem latinam habuit, qua ad humilitatem, obedientiam (praecipue intellectus) et demum ad omnem perfectionem omnes est adhortatus, et cum Te Deum laudamus et alias orationes simul cum omnibus dixisset, in ultimo omnium pedes est osculatus, et eosdem genibus flexis est amplexus, et mutuis etiam reliqui Patres inter se charitatis et unionis amplexib., Congregationi finem imposuerunt, praedicta tertia die Septembris .1565.

Similiter *Polancus,* qui toti congregationi interfuerat, Roma 17. Septembris 1565 Lugdunum ad P. Edmundum Augerium S. J. provinciae Aquitaniae praepositum *referens de Borgia: „Bascio", inquit, „li piedi á tutti, abbracciandoli con grande commotione de tutti" etc. (ex apogr. eiusdem fere temp., „Germ. 65" f. 7b—8a).

826 sive **it. (33).** A m. Iunio ad Septembrem 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VII" f. 8b.

Canisius et Hoffaeus Germanorum in collegio romano versantium praecipuos sibi impetrant.

P. Nicolaus Lanoius, Societatis provinciae austriacae praepositus, S. Francisco Borgiae praeposito generali litteris, quae Vindobona sub 15. Ianuarii 1566 datae esse videntur, scripsit de Sociis pro Germania superiore per Canisium et Hoffaeum (Romam ad congregationem generalem advectos) ex collegio Societatis romano (ubi tunc multi Germani instituebantur) impetratis: L' anno passato jl P. Canisio aiutato con la Santa astutia del D. Paulo elegit et obtinuit meliorem et maiorem

a) *Ita corrigendum esse ex* Straunburgum, *quod librarius romanus scripsit, intellegitur ex Can. IV 27 36 etc.*

partem Germanorum per la sua Prouintia . et ancho voleua leuarcj Mastro Gregorio bauaro, et Mastro Philippo Widmanstadio alleuati in questo Collegio . li quali tamen restorno in Roma. *Hos duos omnino Austriae dari oportere; P. Gregorium Roseffium (de quo v. Can. II 559; IV 683 841) — hunc enim significabat — egregium esse contionatorem.*

827 sive **it. (34).** **Sub 8. Septembris 1565.**

Ex apographo eiusd. temp. „Epp. It. (Praepp. Genn.) 1565—1567" f. 16[b].

Canisius scripta quaedam Roma in Germaniam mittit.

Polancus secretarius S. J. Roma 8. Septembris 1565 ad P. Caesarem Helmi S. J. collegii veneti rectorem scripsit: Tre fagotti mediocri si mandano per uia del Tramezino con certi scrittj per Germania, sarà bene se riceuano, et se paghi quello che bisognerà per il porto, e di là bisognarà drizzarli in Augusta; il porto lo faremo buono frà il Padre Canisio et noj.

Polancus Augustam misisse videtur scripta illa (regulas officiorum variorum Societatis, instructiones P. Hieronymi Natalis etc.), quae Natalis a. 1564 et 1565 Romae in usum Sociorum provinciae Germaniae superioris transcribenda curarat; v. *Can.* IV 653 683 700. De Michaele Tramezzino typographo et bibliopola veneto v. *Can.* III 230[1] 488; IV 515 1007 etc.

828 sive **it. (35).** **29. vel 30. Septembris 1565.**

Ex apographis eiusd. temp. („Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567" f. 21[b] 35[a]) et ex Fuggeri Diario autographo (l. c. [v. supra p. 732] f. 27[a]). Epistula altera edita est (ex eodem apogr.) in „Epistolis *Salmeronis*" (v. supra p. 573) II 32—35; eadem usus sum in „*Stimmen*" etc. LXXI 65—66.

Canisium Pius IV. Romae usque ad 29. vel 30. Septembris 1565 retinet.

Polancus Societatis secretarius Roma 22. Septembris 1565 collegii S. J. veneti rectori: Jl Padre D. Canisio sta ancor quì ma presto partira. *Idem Polancus Roma 30. Septembris 1565 P. Alphonso Salmeroni, provinciae neapolitanae S. J. praeposito:* Hieri si parti il Padre Canisio che il Papa l' ha fatto trattenere insin' adesso per certe commissioni che li ha dato. *Verumtamen Philippus Eduardus Fugger, collegii germanici convictor, in „Diario" notavit:* MDLXV . . . Settembre 30 Si parti il Reuerendo P. Canisio per Augusta.

829 sive **it. (36).** **13. vel 14. Octobris 1565.**

Ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 32[b]—33[a].

Canisius cum P. Sunier Venetiis Oenipontem versus proficiscitur.

Polancus Societatis secretarius Roma 3. Nov. 1565 P. Laur. Magio S. J., rectori collegii vindobonensis, de P. Francisco Sunier S. J. scripsit, epistulam d. 13. Octobris 1565 datam significans: Di quel di habbiamo lettera del Padre Francesco Sunier de Venetia, che gia staua in procinctu de partirsi col Padre Canisio la uolta de Jspruch, per andar di là, la uolta di Vienna.

Sunier (de quo *Can.* III 333[4]) congregationi generali procurator provinciae austriacae S. J. interfuerat (*Astrain* l. c. II 218[2]).

Ad italica haec monumenta pertinet etiam aliqua ratione mon. 899.

G.

MONUMENTA MONACENSIA CANISII.

830 sive **mon. (1).** Inter 25. et 28. Aprilis 1565.

Ex autographo. „G. Ep. VI“ f. 101.

Canisius Monachii cum P. Hoffaeo rectore agit; deinde cum eodem Romam petit.

Dilinga 30. Martii 1565 P. Theodoricus Canisius S. J., paulo ante ex rectore collegii ingolstadiensis rector collegii dilingani effectus, Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis vicarium generalem scripsit: P. Michael Marius Minister, aegre videtur Jngolstadij posse relinqui.... Spero Monacenses alium eius loco Ministrum daturos esse, Aget cum eis R. P. Prouincialis ante suum in Vrbem discessum.

Canisius videtur hac de re cum Sociis monacensibus coram egisse, Augusta Monachium profectus, ut inde Romam peteret. Nam etiam P. Paulo Hoffaeo, collegii monacensis rectori, Romam ad Societatis congregationem generalem eundum erat; atque hos duos saltem partem itineris una egisse ex litteris supra p. 732—734 positis cognoscitur. Cum autem ex una parte Canisius Augusta 20. Aprilis Hosio scribat, se „propediem Romanum iter ingressurum esse“, et Ursula Fuggera Augusta 25. Aprilis Romam ad Borgiam scribens Canisii Romam „proficiscentis“ mentionem faciat (supra p. 55 533), ex altera autem parte Canisium itineri se commisisse cardinalis Truchsess Dilinga 27. Aprilis 1565 ad Commendonum scribat (supra p. 604) et eundem Canisium, si non paulo ante, certe 30. Aprilis mane Oenipontem advenisse constet (vide infra mon. 835), eum Monachium vel 25. Aprilis vel proximis diebus venisse conicio. Neque Hoffaeum ante d. 28. Aprilis Monachio abisse puto; exstant enim litterae ab *Alberto V.* Bavariae duce Monachio 28. Aprilis 1565 ad Socios romanos datae, quibus ille „pueros“, quos Hoffaeus Romam in eorum collegium „secum adducturus sit“ [1], commendat (*Theiner,* Schweden II 170). Fortasse Canisius aliquot diebus ante Hoffaeum Oenipontem venit; ibi enim per paucos dies subsistere ad confessiones Sociorum excipiendas et alia curanda in animum induxerat; vide infra mon. 835.

831 sive **mon. (2).** Inter 9. et 16. Martii 1566.

Ex archetypis. „EN“ n. 103 104. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 24—25 28—29.

P. Paulus Hoffaeus S. J., collegii monacensis rector, officio levari vehementer cupit, idque eo maxime, quod cum Petro Canisio provinciali et Theodorico Canisio viceprovinciali ei parum convenit.

---

[1] Iustinum et Iustinianum significari puto (v. supra p. 733). Nisi forte significetur Otto Eisenreich cum aliquo alio. Nam Eisenreich ille monacensis (qui postea Societatem Iesu ingressus rector monacensis et augustanus atque praepositus provincialis Germaniae superioris fuit) a. 1565 inter collegii germanici convictores ascitus est (*Steinhuber* l. c. I² 54 72—73). Quocum fortasse Georgius de Stockhammer (filius Georgii Stockhameri [† 1555], consiliarii bavari et curatoris universitatis ingolstadiensis) vel Evander Schweicker (Henrici Schweickeri [† 1559], secretarii Alberti V., filius vel nepos?) venit (*Steinhuber* l. c. I² 73—74), vel etiam Virgilius Prandstetter (illius Prandstetteri, qui Alberti V. secretarium hoc tempore agebat [*Goetz,* Beiträge etc. 294 330² 360] filius?); hic certe a *Nappio* (cf. supra p. 736) cum Eisenreichio et Stockhamero inter convictores, qui a. 1565 advenerint, memoratur; Schweickerus vero in a. 1566 ponitur („Annali del Seminario I“ 51 53 54 56). Neque tamen hac in re Nappii testimonium prorsus certum est.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, in una ex duabus epistulis, quas Augusta 16. Martii 1566 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem dedit, de P. Paulo Hoffaeo S. J., collegii monacensis rectore, eum monuit: È uenuto qui il Padre Paulo Rettor' di Monacchio, et hò parlato con lui et intesso il stato de quel suo Collegio; et s'e partito. *Et in altera:* Maestro Paulo con grand' instantia m' hà dimandato che lo liberasi dell' officio suo. . . . Non si può senza grand' importanza . . . cauar' Maestro Paulo de quel loco[a], cuia offensione principal, pare che sia con la[b] gubernatione delli Canisij, et desidera viuer' priuato.

Hoffaeo iam ineunte a. 1565 aliqua in Petro Canisio praeposito provinciali displicuerant; v. *Can.* IV 1050; Theodorico autem Canisio viceprovinciali postea ita non se praestiterat obsequentem, ut ab ipso Borgia vituperaretur; vide supra p. 147; ceterum memineris oportet, cuius indolis optimus ille vir Hoffaeus fuerit; cf. *Can.* IV 1050—1051.

832 sive **mon. (3).** **A d. 26. Septembris ad 2. Octobris 1566.**

Ex Mengini epistula autographa („G. Ep. VII" f. 228[a]—229[b]) et ex praeceptorum monacensium Natalis catalogo ab eodem Mengino scripto („NIG" f. 36[a]). Praeceptum illud Natalis exstat etiam in Epp. *Nadal* IV 239.

Canisius Monachii, quae P. Natalis visitator de collegio constituit, exsequitur. Cum ducissis de ministeriis sacris apud moniales exercendis agit.

P. Dominicus Menginus S. J., collegii monacensis rector, Monachio 1. Octobris 1566 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem de PP. Natale visitatore et Canisio praeposito provinciali scripsit: Citius meas ad tuam R: P: misissem, nisi aduentum R. P. uisitatoris, quem intelligo breuj iterum nonnihil in collegio nostro moraturum expectassemus. Ceterum ipso absente cum praesens nobis P. Prouincialis me huius mei in scribendo officij monuisset *etc.*

Canisius Monachium venerat „ad confirmandum et exequendum ea, quae Pater Visitator illhic ordinauit" (v. supra p. 288). Natalis autem, cum a. 1566 primis duabus mensis Iunii hebdomadis collegium visitaret, multa ibi constituerat, alia universim, alia singillatim; quae una cum interpretationibus et additionibus Dilingae m. Iulio 1566 factis et inde per P. Paulum Hoffaeum Monachium missis exstant in Epp. Nadal IV 233—243 (cf. tamen, quae dixi supra p. 618). Inter praecepta illa Monachii data unum erat, quod Canisium praepositum provincialem fere nominatim spectabat; ita enim Natalis: Dicatur nunc Guardiano nos non posse alloquj moniales, nisi singulis uicibus explicet suum consensum. Cum vero venerit Pater Prouincialis is agat cum Ducissis, ut citra Guardianj consensum non occupemur in Monasteriis monialium.

Dubitari igitur vix potest, quin Canisius inter d. 26. Septembris et 2. Octobris 1566 — hoc enim tempore Monachii erat (v. supra p. 322 328) — „ducissas" (si illae Monachii tunc versabantur) eius rei gratia adierit; significari autem existimo

a) *Sequuntur vv.* questo dico accio Vostra Paternità, *oblitterata.* b) *Sequitur* off, *oblitt.*

religiosissimas feminas Iacobam Badensem Guilielmi IV. Bavariae ducis viduam Albertique V. ducis matrem atque Annam Ferdinandi I. imperatoris filiam eiusdemque Alberti V. coniugem. Monachii praeter Eremitas S. Augustini, qui ab „prioribus“ regebantur, erant Franciscani de Observantia, quibus nescio an hoc tempore praefuerit „guardianus“ P. Wolfgangus Schmilkofer sive Schmidlkofer, hoc ipso anno ministri provincialis officio perfunctus; is certe 30 fere annos Monachii guardianus fuisse traditur (*Parth. Minges* O. F. M., Geschichte der Franziskaner in Bayern, München 1896, 86 94). Monialium monasteria in eadem urbe exstabant tria: Unum Clarissarum (S. Jakob am Anger) et duo Sororum tertii Ordinis S. Francisci („Regelhaus S. Christophori“ sive „Bittricher Kloster“ et „Regelhaus auf der Stiegen“ sive „Ridler Kloster“). Quae monasteria in rebus sacris a Franciscanis regebantur (*Ern. Geiss*, Die Reihenfolgen der Pfarr- und Ordensvorstände Münchens etc., in „Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte“ XXI, München 1859—1861, 13—15 30—32. *Minges* l. c. 49—50 115). „*Reynerus Fabricius* Leodiensis“ S. J. in *Annuis collegii monacensis litteris Monachio 1. Septembris 1566 datis refert: In collegio degere 6 sacerdotes, 8 fratres, 11 novicios; in collegii scholis esse 350 vel plures adulescentes (ex archetypo. „G. Ep. VII“ f. 224—227). Idem *Fabricius* in *Annuis litteris Monachio 1. Septembris 1567 datis: „Extat pium piorum sodalitium (fraternitatem appellant rosarij) quae religio apud multos intermissa, e tenebris uelut in lucem per nostros reuocari coepta est, ut iam multi se huic pio adiungant instituto“ (ex archet. „G. Ep. VIII“ f. 218b).

833 sive **mon. (4).** **Inter 24. et 29. Octobris 1566.**

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hieronymo Natale S. J. subscripto. Cod. „EN“ n. 158. Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 292—295.

Natalis et Canisius Monachii Eckium ducis cancellarium adeunt eique dicunt: P. Martinum Stevordianum proxima aestate a duce, ut sibi animi ad pietatem excitandi gratia Coloniam abire liceret, frustra petisse; iam rem eo devenisse, ut Stevordianus pecunias ab aulicis acceptas rectori dare recusaret etc.; ita disciplinam religiosam labefactari et Societatem, quominus in Germania Deo famuletur, impediri. De eadem re postea aliquotiens Canisius cum Eckio agit. Is in posterum se oboedientiae in Societate servandae diligenter consulturum promittit. Canisius et Natalis Eckium de facultatibus Societati a papa adversus apostatas tributis certiorem faciunt et P. Conradum Swagerium Societatis apostatam esse monent. Eckius id ducis officialibus ignotum fuisse, neque ducem in posterum Swagerii opera usurum esse respondet. Eadem de Swagerio dicuntur Martino Eisengrein. Et hic et Eckius et Canisius timent, ne Swagerius, ope destitutus, ad protestantes transeat. Natalis suadet, ut eiusmodi homines, votis non solutis, ad tempus licentia extra domos Societatis vivendi donentur vel episcopi principisve alicuius famulatui addicantur. Idem Stevordiano minatur, ipsum Bavariae duci ita addictum iri, idque, si Stevordianus in morum emendatione modo incohata non perseverarit, per Canisium fieri iubet.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Dilinga 14. Novembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem de rebus a 24. ad 29. Octobris Monachii per se et Canisium gestis referens, haec scripsit de P. Martino Stevordiano, qui contiones in templo Beatae Mariae virginis habebat et liberius vivendo religiosamque disciplinam aegre ferendo Societati incommodabat (v. supra p. 290 324), ac de P. Conrado Swagerio ex Societate invitis praepositis egresso, quem mox ab Alberto V. Bavariae duce „ad maiora promotum iri“ putabant (vide supra p. 338): L' altro negocio di Monachio fù co' l Cancellario Ekio, per conto del Padre Martino, il quale trouai pegio che mai, solicitato

dal Arciuescouo di Salistburgo, per mezzo di quel Padre Feliciano, che staua appresso quel Reuerendissimo[1]. Dall' altra parte quelli Signori della corte li haueuano dato danari consentiente Ekio, credo da 20, ò Trenta Fiorini che luj teneua, et non uoleu[a] dare àl Rettore, et spendeua etc., et lui di molto mala dispositione etc. Parlamo io et Maestro Canisio molto dà uero, mà con molta moderatione al Ekio, pigliando principio, di quello che àl Giugno si negociò, cioè che il Ducca fusi contento di dar'[a] Maestro Martino che desideraua aiutarsi, et per tal effetto andar' à Colonia[2], et che si sua Excellentia[3] non lo concedeua, non saria colpa nostra, et non l' hauendo dato licenza il Ducca, si uedebba in che stato stauano le cose di detto padre, le quali sapeua il Ekio tutte; eshortandolo che non uolesero far' cosi con li nostri, il che non saria altro, se non destruer' la disciplina della Compagnia, et farli grandissimo danno[b], et far' che non puotesimo seruir' à Dio in Alamagnia, il che da loro è tanto desiderato et sperato. Fù molto capace et dise[c] che gia haueua ordinato che non li fusero dati piu quatrini, et offerse di[d] far' di modo che li nostri non habbino recurs[o] ne àl Ducca, ne alli Signori, anzi aiutare che la disciplina si conserui, et la obedienza nel[la] Compagnia. Del medesimo negotio tratto con lui per ordine mio il Padre Canisio doi o tre altre uolte, et confermò sempre il medesimo, et hà mostrato sempre, conoscer'[e] che non haueuano fatto bene con quel padre, mostrando che di qui auanti non haueremo che desiderare in questa parte. Li parlasimo anchora del Conrado, dicendo come era uero Apostata[4], dicendoli etiam delle bolle del Papa[f] contra Apostatas et facoltà nostre[5], rispose che non sapeuano tal cosa loro, et che il Ducca non lo fauoriria, ne si seruiria piu de luj, il medesimo tratasimo del istesso Conrado con Ezingrenio[6], il quale dise la medesima escusatione, et al' uno et all' altro dise io, che lui[g] non haueua altro

a) *Sequitur* a, *oblitteratum.* b) *Sequuntur vv.* ò torto, *oblitt.* c) *In arch. correctum ex* disi. d) *Sequitur* non, *oblitt.* e) *Sequitur* quan, *oblitteratum.* f) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.* g) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

---

[1] Ioannis Iacobi Khuen a Belasy archiepiscopi salisburgensis mandatu P. Felicianus Ninguarda O. Pr. ipsius theologus P. Martinum Stevordianum per litteras invitaverat, ut Salisburgi (in ecclesia metropolitana, puto) contionatoris officium susciperet; vide supra p. 323. [2] Cf. supra p. 193.

[3] Albertus V. Bavariae dux significatur; cf. *Can.* IV 938 940.

[4] P. Conradus Swagerius a Societate, neglectis votis simplicibus scholasticorum, quibus ei se astrinxerat, defecerat; ideo „apostata a religione“ merito habebatur; vide supra p. 313 616.

[5] Significatur potissimum bulla Roma 17. Ianuarii 1566 a S. Pio V. data; hac enim potestas et facultates, quibus Paulus III. in bulla 18. Octobris 1549 data Societatem adversus apostatas instruxerat, confirmabantur et amplificabantur; plura vide supra p. 465 616[4].

[6] Martinus Eisengrein, parochus ingolstadiensis et universitatis ingolstadiensis professor, fortasse his diebus Monachii morabatur; vel Natalis et Canisius proximis diebus, cum Ingolstadii versarentur, eum adierunt.

remedio in noi, se non ritornando prima alla obedienza della Compagnia simpliciter . Questo negocio padre di conseruar' la libertà et disciplina nella compagnia si è incominciato, et messo auanti in questo modo, spero che Maestro Canisio lo promouera auanti. . . . Resta in questo negocio una difficoltà che m' hanno rapresentato Ekio et Zingrenio[1], et teme il Maestro Canisio specialmente de Conrado, che ritrouandosi senza remedio nostro et senza refugio de Principi, ne transeat ad aduersarios[2]; in questo uedera V. P. quel che s' hà da fare; quello che à me m' occorre rapresentarò alla P. V. con ogni suggettione. Prima noi seruando il nostro instituto et disciplina, non damo occasione à nisuno di far' male, anzi[a] ocasione et causa di far' bene, et se alchuno pigliasi occasione di male, illi imputaretur plane; Tutta via si aliquis desertor alioqui non fusi idoneo alla Compagnia se li puotriano sciogliere li uoti come dicono le constitutioni[3], et tamen ò fusi idoneo, ò no, un tale, mi occorre à me un rimedio che puotriamo esperimentare cioè, che leuata la speranza della absolutione delli uoti, li desimo licenza di star' alchun tempo fuora, con obligatione di ritornare, ò, che lo dasimo ad alchun Vescouo o Principe in seruigio spirituale, secondo il nostro modo[4]. . . . Co' l Padre M.[5] ci fù assai dà fare, finalmente pigliai questo conseglio, et determinatione, et li disi chiaramente, che non emendandosi totalmente io non lo uoleua ritenere in casa piu in nisuna manera, se non che lo daria in seruigio del Duca nelli notri ministerij et non li scioglierei li uoti, ne sarei di parere che se li scioglesino. *Stevordianus autem, cum omnium admiratione quasi repente mutatus, nummos [P. Dominico Mengino] rectori dedit et se neque ad convivia aditurum neque extra domum potaturum promisit etc. Idem magna cum diligentia et animi demissione exercitia sacra Societatis facere coepit; pro quo multa missarum sacrificia Deo oblata, alia promissa sunt.* Et tamen in omnem euentum, si gratiam Dei abijceret[6] et ritornase alle sue cose, hò lasciato ordine che subito chiamino àl padre Canisio et che realmente lo diano àl Ducca àl modo che hò detto[7].

Puto Natalem et Canisium Monachii his diebus cum Eckio cancellario etiam egisse de P. Alphonso Pisano Ingolstadio Dilingam mittendo et alio aliquo ad theologiam eius loco in universitate tradendam arcessendo; de qua re vide supra p. 725.

a) *Sequitur* de *vel* di, *oblitt.*

---

[1] Simon Thaddaeus Eck et Martinus Eisengrein. [2] Ad protestantes.

[3] P. 2, c. 2, n. 2—4.

[4] Hoc consilium S. *Francisco Borgiae* non placuit; quia, ut ipse Roma 3. Decembris 1566 Natali scripsit, „facendo [simili persone] qualche cosa che non stia bene sarebbe sopra le conscientie nostre, et pare manco inconueniente sarebbe quando simili persone si applicassino al seruicio di qualche Prelato, licenciarli dela Compagnia accio fussi al suo conto, et non al nostro il bene o male che facessino" (ex archetypo, ab ipso Borgia recognito et subscripto, quod exstat in „EB" n. 190; etiam in Epp. *Nadal* III 324). Cf. etiam supra p. 10 51.

[5] P. Martino Stevordiano. [6] Gal 2, 21. [7] Vide infra mon. 903.

Iisdem diebus *Natalis,* ut in iisdem illis litteris dicit, in collegio monacensi animadvertit, nondum ex eodem Romam missum esse — id quod Natalis ibidem m. Iunio praeceperat — Fr. Reinerium Fabricium leodiensem, qui Monachii iam complures annos (ab a. 1561, ut videtur; v. *Can.* III 212) rhetoricen tradiderat ac tum a Lainio praeposito generali, tum ab ipso Natale ante 3 annos potestate Romam eundi instructus erat. Natali ea retardatio valde displicuit. „Hò detto", inquit, „à Maestro Canisio, et al Rettore de Monachio, dinanzi à lui, che per nisuna cosa et necessità lascino di mandarlo l' anno che viene. Dico questo a V. P. sperando che confermara il medesimo et penso esser' necessario per molte cause etc."

Natalis, quae de Stevordiano a se constituta esse Borgiae 14. Novembris 1566 scripsit, 26. Novembris 1566 denuo praecepit, cum Canisium Herbipoli secum agentem ita moneret: „Si N.[a] in eam veniat difficultatem, in qua prius erat, euocetur Prouincialis a Rectore Monachium, et is agat primum cum N. deinde cum Cancellario, et efficiat illud quod institueramus facere, ut donetur . P. Duci[b]." Huius tamen praecepti exemplo illi, quod a Natale Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem missum est, Borgiae auctoritate P. *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius haec ascripsit: „Consulatur in tali casu generalis, ante dimissionem" (ex eodem exemplo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Natale recognito, quod exstat in Cod. „NIG" f. 67[b]; etiam in Epp. *Nadal* IV 322).

834 sive **mon. (5).** 26. Novembris 1566.

Ex praeceptorum Natalis indiculo eodem fere tempore a P. Didaco Jimenez S. J. scripto, de quo supra p. 630. „NIG" f. 68[a]. Etiam (ex eodem indiculo) in Epp. *Nadal* IV 323.

Natalis visitator Canisio aliqua praecipit de convictorum cura Monachii suscipienda.

Herbipoli 26. Novembris 1566 P. Hieronymus Natalis provinciarum germanicarum Societatis visitator Canisio Germaniae superioris praeposito provinciali haec, praeter alia, praecepit: Si Monachij domus conuictorum nostris offerretur nomine Principis, ut curam eius susciperemus, respondeatur; rem prius ad Generalem referendam esse, et scribatur ei, an sit aliquis idoneus e nostris, qui praefici possit, ipso consentiente . Difficiles alioqui nos praebere debemus in hoc nouo onere suscipiendo.

H.

MONUMENTA OENIPONTANA CANISII.

835 sive **oen. (1).** Inter 30. Aprilis et 5. Maii 1565.

Ex litterarum Theodorici Canisii apographo, quod sub a. 1860 curante Boero exscriptum est ex exemplo antiquo, et ex epistularum Borgiae et Polanci apographis eodem tempore scriptis et in Cod. „Germ. 61" f. 257[a]—258[a] positis. Theodorici litteris usus est *Kröss* l. c. 173.

Canisius Oeniponte Sociorum confessiones et vota religiosa excipit, de Magdalenae reginae et sororum eius confessario etc. agit.

P. Theodoricus Canisius S. J., provinciae Germaniae superioris „viceprovincialis", in eiusdem provinciae „litteris semestribus" Dilinga 1. Iulii 1565 datis mentionem facit votorum religiosorum 1. Maii 1565

a) *Postea (manu ipsius Natalis, ut videtur) supra hanc litteram scriptum est:* Martinus. b) *Hoc v. ab ipso Nat. additum est.*

Oeniponte coram Petro Canisio praeposito provinciali renovatorum etc. Sic enim ille: Ad res AEnipontani Collegii accedo : ac primum quidem fratres hi, qui cum consueta Societatis nostrae munera per pestem nuper graviter saevientem exercere non liceret ad diversa huius Provinciae Collegia dimissi fuerant : nunc paulatim redeunt et congregantur; et jam sunt in eo Collegio sexdecim, quorum quinque sacerdotes, reliqui praeceptores, et disciputi, et qui rem domesticam administrant . Quisque suae vocationis memor suo officio diligentissime fungitur. Cum nuper transiret illac Reverendus Pater Provincialis, etsi ad congregationem properaret, tamen per paucos dies ibi commorari voluit, quibus praeter alia generales singulorum confessiones audivit, et die Sanctorum Philippi et Iacobi [1] etiam vota excepit magna cum laetitia et consolatione omnium.

Dubitari non potest, quin Canisius Oeniponte hoc tempore etiam de „reginarum" negotio egerit, sive illae Merano iam redierant, sive non redierant. Nam S. Franciscus Borgias Societatis vicarius generalis 3. Februarii 1565 Canisio per P. Ioannem Polancum Societatis secretarium scripserat, optandum esse, ut illae uno Societatis sacerdote, qui ipsarum confessiones exciperet, contentae essent, et ut senatus sive „regimen" oenipontanum ad id efficiendum operam conferret; vide supra p. 2.

Magdalenae archiducissae ipsi eiusque sororibus Borgias Roma 20. Februarii 1565 litteras latinas misit, quibus de Iacobi Lainii praepositi generalis morte eas certiores faciebat, operam suam iis offerebat, Societatem iis commendabat; deinde haec addidit: Alijs de rebus coram aget P. Canisius . referet etiam P. Ioannes Dirsius, uel Pater Hermes, si quid speciatim intelligere volent.

Eodem die P. Ioannes de Polanco nomine Borgiae ad P. Ioannem Dyrsium collegii oenipontani rectorem haec de P. Hermete Halbpaur reginarum confessario (cf. supra p. 2[1] 45) scripsit: Rector ille Societatis de quo scribit R. V. cui aliquid exhibet negocij, sacerdos subditus[a], suauiter ut uidetur, agere deberet cum illo, ut humanitate et charitate eum in officio continere studeat . eum admonendo diligenter, et cum dexteritate, et etiam cum Prouincialis uenerit, quomodo res sese habeat ei explicet, ut ille hominem serio moneat[b] etc.

Canisium 8. Maii Mantuae fuisse constat (vide supra p. 732). Quare eum, si non ante, certe 5. Maii Oeniponte discessisse puto.

836 sive **oen. (2).** **Ab 21. ad 29. Octobris 1565.**

Ex Theodorici Canisii litteris autographis atque ex epistularum Polanci apographis eodem tempore scriptis. „G. Ep. VI" f. 88[b] 89[b] et „Germ. 65" f. 27[b] 32[a].

Canisium Oeniponte febris detinet et collegii rector exercet. Qui cum Canisio vel agit vel certe agere debet de rectoris officio a se auferendo, de „Indice", de viaticis collegio oenipontano restituendis.

a) subditur *ap.* b) monet *ap.*

[1] De hoc confessionem generalem faciendi, rationem conscientiae reddendi, vota renovandi more vide *Can.* IV 435[1] 710[1].

P. Theodoricus Canisius, Germaniae superioris viceprovincialis et universitatis collegiique dilingani rector, Dilinga 8. Novembris 1565 S. Francisco Borgiae praeposito generali sic scripsit de Petro Canisio fratre, qui paulo ante Roma redierat, et de P. Ioanne Dyrsio collegii oenipontani rectore, qui, ut eo officio levaretur, non semel petierat: Reuerendus p. prouincialis 21. octob. Oenipontum venit, febri grauatus, quae octiduum totum ibidem eum remorata est . vltimo octobris Augustam appulit. et 2º Nouembris huc venit sanus sic satis. Discessit hinc 4to Nouembris. . . . Rector oenipontanus . . . iuuandus esset ipse potius in spiritu et vocatione, vt ait P. Prouincialis, quam quod alios iuuet. Audio quod patientiam p. prouincialis bene exercuerit, neque cum illo agere voluerit multis diebus de rebus Collegij, velut illum non agnosceret superiorem Collegij.

Quid autem cum Canisio praeposito provinciali Dyrsius tractare vel debuerit vel saltem potuerit, intellegitur ex iis, quae Polancus Societatis secretarius nomine Borgiae praepositi generalis Dyrsium monuit Roma 14. Octobris 1565: De subsidijs operariorum mittendis in Germaniam soliciti fuimus, inter quos suam partem injpontum habebit, et in posterum similis solicitudo non deerit; De .R. V. etiam liberanda hoc onere, a quo toties petijt liberari, cogitatum est, sed quia spero Patrem Prouincialem Canisium coram acturum, uel iam egisse de talibus; non amplius in his immorabor. *Et Roma 3. Novembris 1565:* Quomodo se gerere debent[a] [?] nostri cum catalogo librorum haereticorum[b] [?] apud externos, idem Pater Prouincialis Canisius explicare poterit, et forte iam explicauit. . . . Responsum ad illa multa quaesita tulit Pater Canisius. . . . Jntelleximus quod Lauretum peruenerunt P. Pinedanus, et Dominicus[1]. quod ad uiaticum attinet, [R. V.] iam egit, uerisimile est, cum Patre Canisio cum isthac transijt, aequum plane est ut 50. illos duos florenos Jngolstadiense collegium soluat, et inposterum multo pauciores Aenyponto transibunt ex nostris, et illi ipsi licet hospicio excipiantur, curabitur ut ne grauent uiatico Aenypontanum collegium. Scribetur etiam Prouinciali ne ualetudinarios aut infirmos isthuc mittere faciat, aliquando tamen exercere charitatem cum huiusmodi fratribus detrectari non debet, cum praesertim necessitas id exigit.

837 sive **oen. (3).** 29. Maii 1566.

Ex Natalis epistula archetypa, quae exstat in „EN" n. 133, et ex litterarum Polanci apographo eodem tempore scripto, quod est in „Germ. 65" f. 138b—139a. Epistula Natalis primum typis exscripta est in Epp. *Nadal* III 152—154. Partem litterarum Polanci germanice versam posuit *Kröss* l. c. 177; particulam earundem, et ipsam germanice versam, posuit *Duhr*, Jes. an Fürstenhöfen 74.

Canisius iussu P. Natalis visitatoris Augusta Oenipontem proficiscitur, ut cum archiducissis agat et hoc, praeter alia, eas moneat: Societatem, si ipsae monasterium sacrarum virginum instituerint et intraverint, rerum sacrarum in eo curam suscipere non posse.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Augusta Vindelicorum, ubi ipse ac PP. Canisius et Ledesma iussu S. Pii V. in comitiis imperii cardinalis Ioannis Francisci Commendoni legati pontificii theologos egerant (v. supra p. 575), 29. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem hoc rettulit: Accepta facultate ab Jllustrissimo Legato P. Canisius discessit hodie OEnipontum ad negotium illud expediendum de quo scripsi .P. V. praeteritis litteris.

a) *Sic; corrigendum esse videtur:* debeant. b) *Libr. primum scripserat:* catalogo haereticorum librorum haereticorum; *deinde verbum* librorum *oblitteravit; fortasse autem scribere vel voluit vel saltem debuit:* catalogo librorum prohibitorum.

[1] De P. Alphonso Pinedano et de Fr. Ioanne Dominico Facciardo vide supra p. 48 88.

Agendum erat potissimum cum Magdalena, Margarita, Helena archiducissis, ut ipsae communem aliquem de Societate confessarium admitterent, et ut P. Nicolaum Lanoium, provinciae Societatis austriacae praepositum, pro P. Ioanne Dyrsio (Tirsio) rectorem collegii oenipontani constitui paterentur. Praeterea iis dissuadendum erat, ne collegium novum Sanctae Crucis a Ferdinando I. imperatore ipsarumque patre et conditum et sub a. 1563 fratribus ordinis Minorum italis traditum (Can. II 661—664; III 167[1]) in monasterium virginum, quod ipsae quidem ingressurae, Socii autem contionibus habendis et confessionibus excipiendis etc. adiuturi essent, immutandum curarent (v. supra p. 229 484). Ad hoc pertinent litterae, quas P. Ioannes Polancus Societatis secretarius Roma 18. Iunii 1566 mandatu S. Francisci Borgiae praepositi generalis ad P. Ioannem Dyrsium S. J., collegii oenipontani rectorem et Magdalenae archiducissae confessarium, dedit; ubi Polancus: R. V. litteras .7. Maij datas[a] P. N. Praepositus accepit . et quod attinet ad nobiles illas personas, iam alias scriptum est, et cum uobis adfuerit his diebus P. Canisius Prouincialis, ad earum negocia componenda, a Patre Natali missus, spero quod aliquid boni ex eius aduentu sit consecutum, uidimus decretum excelsi Regiminis, et quamuis eorum deuotionem[b] ac in nos beneuolentiam[c] agnoscamus, et de ea gratias agamus, eorum discursus parum subsistunt, nec mirum, cum nostri instituti cognitionem exactam non habeant . hoc autem prohibet, ne cura monialium suscipiatur, aut eis sacramenta confessionis aut communionis ordinarie a nostris ministrentur[1], obligari etiam ad missas non possumus, quamuis ex nostra consuetudine eas dicamus, nec ad praedicationes[2].

Exstat adhuc illud *„*Decretum* excelsi Regiminis" (summi collegii quod Austriam superiorem administrabat), idque a P. Ioanne Dyrsio transcriptum et a Socio aliquo romano eodem fere tempore vivente inscriptum: „1566. Germ. Sup. Consilium Dominorum de excelso Regimine OEnipontano etc." spectans ad reginas earumque „Jnstitutum vitae". Consilii brevis summa haec est: „Domini" illi „simul cum supremo Curiae Magistro Domino Simone Botsch Equite aurato" omnia diligenter expenderunt. Deinde reginae ita pronuntiarunt: Ipsae semper confessarios et contionatores, qui de Societate Iesu sint, secum habere cupiunt; iidem apud ipsas sacrum facere atque etiam missam cantare poterunt. Huius rei gratia ex summi pontificis venia itali illi „Franciscani de obseruantia", qui collegium novum S. Crucis tenent, removendi ipsumque collegium reginis dandum est, ut in eo cum virginibus sacris religiosam vitam agant et septem horas canonicas cantent atque ita Ferdinandi I. imperatoris voluntati satisfaciant; Societatis autem sacerdotes in templo S. Crucis contionabuntur et populi confessiones excipient etc. Ideo Societatis collegio oenipontano, in quo nunc 20 homines sustentantur, et Patres et reditus tanti

a) *Sequitur* accepimus, *a libr. oblitteratum.* b) deuotioni *apogr.* c) beneuolentiae *ap.*

[1] Vide supra p. 353[4].

[2] „Nec obligationes ad Missas celebrandas, neque aliae huiusmodi admittantur. . . . Missarum obligationes, vel huiusmodi, quae assignato reditui commensuratae videantur, assumi nequeunt. . . . Non convenit ullam Collegii dotationem admittere, per quam ad dandum Concionatorem, aut Confessarium. . . . Societas obligetur": *Constitutiones* S. J. P. 4, c. 2, n. 4; c. 7, n. 3.

addentur, quantos nova illa officia exigent. Itaque melius id, quod Ferdinandus I. voluerat, efficietur, quam per Franciscanos, „qui linguae huius imperitj, neque munere confessionum audiendarum, neque concionandj onere fungj queunt" („Germ. Sup. Fund. II" f. 1a—3b).

Augustae Socii speraverant, Canisium 9. Iunii ad se rediturum esse; neque vero is rediit ante 16. Iunii (vide supra p. 267). P. *Natalis* Augusta 28. Iunii 1566 Borgiae scripsit: „El rector [de ingostad] y maestro canisio vernan comigo a dilinga hoy" (ex autographo, quod est in „EN" n. 140; etiam in Epp. *Nadal* III 168).

838 sive oen. (4). Ab ineunte ad medium vel exeuntem m. Iunium 1566.

Ex archetypis, ab ipso P. Hier. Natale subscriptis. Cod. „EN" n. 143 144. Etiam (ex archetypis) in Epp. *Nadal* III 189 196.

Canisius, Oenipontem a P. Natale missus, ab archiducissis, tractatione haud ita facili, impetrat, ut uno confessario a Societate designando contentae sint; neque tamen efficere potest, ut P. Dyrsius Oeniponte per Societatem avocari possit.

Quid Canisius Augusta Oenipontem ad Magdalenam, Margaritam, Helenam archiducissas, ut de P. Nicolao Lanoio collegii rectore constituendo, de uno confessario deligendo, de PP. Ioanne Dyrsio et Hermete Halbpaur cum iis ageret, a P. Natale visitatore missus (v. supra p. 229 261), effecerit, id magis singillatim, quam ex Polanci verbis supra p. 771 positis, intellegitur ex Natalis epistula Dilinga 19. Iulii 1566 Romam ad Borgiam missa; ubi ille ita scribit: Dire el proposito que tengo como ya V. P. sabe y aprueua de embiar[a] o lleuar comigo alla al Padre Lanoy para rector y confesor delas .3. personas y buscar vn predicador bueno y ver si podre sacar con esto el tirsio para otra parte, aunque como me dize el M. canisio que a estado alla sera esto muy difficil, estan tamen de acuerdo las .3. personas de tomar vn confessor qual les dara la compañia y pareçe que no conuiene tornar alla Hermes principalmente quedando tirsio que esta es breuemente la resolucion que truxo el padre canisio de ispruch. *De contionatore quid Canisius Oeniponte cognoverit et promiserit, conicias licet ex ipsius verbis; v. supra p. 276 278.*

Neque facilis tractatio illa Canisio fuerat; ita enim Natalis Dilinga 20. Iulii 1566 Borgiae scripsit: Es cosa grande padre lo que se a entendido que estas tres personas an dado que hazer etc.[b] y dan.

Natalis, quae 19. Iulii scripserat, confirmavit 12. Augusti 1566, Vindobona Borgiae scribens: „El P. Dirsio no lo podemos sacar, según dize el P. Canisio, aunque aya de yr allá el P. Lanoy por rector. . . . Recebí antes de ayer vna carta del mayordomo de las reynas de Inspruch[1], cuya copia será con esta, y sospecho que la aya procurado el buen D.[2] imo forsan escrita. Ellas quedaron con Maestro Canisio del acuerdo que V. P. aurá visto; y esta carta me anima más de lo que estaua antes; y ansí no me paresce en ninguna manera mudar el deseño del P. Lanoy. Juntarnos hemos allá el P. Canisio, el P. Lanoy y yo" (Epp. *Nadal* III 219—220).

a) *Ita Natalis ipse correxit ex* y prueua embiar. b) *Duo vv. sqq. ab ipso Natale addita sunt*

[1] Simonis Botsch; vide supra p. 771. [2] Dyrsius.

839 sive **oen. (5).** **Ab ineunte ad medium vel exeuntem m. Iunium 1566.**

Ex autographo, quod est in „G. Ep. VIII" f. 167.

Canisius Oeniponte archiducissis graviter dissuadet, ne dispensationem a pontifice petant, qua monasterium Franciscanorum oenipontanum in monasterium virginum, quod ipsae ingressurae sint, immutari liceat.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii oenipontani rector, Oeniponte 4. Ianuarii 1567 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec refert de monasterio Franciscanorum sive „novo collegio S. Crucis" oenipontano ex dispensatione Pii V. per Maximilianum II. impetrata in monasterium virginum, quod Magdalena, Margarita, Helena archiducissae ingressurae sint, immutando (cf. supra p. 771): Senti auant' hieri come in secreto, che l' imperatore a ottenuto di .S.S. che questo nouo edificio (doue adesso stanno li Franciscani di l' osseruantia fondato da Ferdinando Jmperatore) si possa accommodare per stare queste regine, come religiose et che di questo ha scritto seriosamente alli Signori del Regimento. Ma jo intendo che le sorelle hanno di questo scropolo et non vogliono niente rispondere ni concludere insin a tanto che sia presente il fratello l'arciduca Ferdinando [1]. Si ricordano delle raggioni del P. Canisio che li propose l' estade passata contra questa dispensatione et ne fu ripreso dal P. Natale in presentia nostra dipoi che qua arriuaj.

P. *Georgius Crispus* S. J. in collegii oenipontani *Litteris quadrimestribus Oeniponte 1. Septembris 1564 datis: „Patres Franciscani", inquit, „quos Caesar huc ad recens extructum Monasterium uocauit nobis sunt amicissimi et libenter res suas cum patribus nostris communicant" (ex archetypo. „G. Ep. V" f. 159).

840 sive **oen. (6).** **4. et 5. Octobris 1566.**

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN" n. 147. Integra epistula ex archetypo primum vulgata est in Epp. *Nadal* III 236—240.

Dum P. Natalis visitator Oeniponte iter monacense ingressurus est, Canisius Monachio advectus ante urbem 10 Socios Roma missos offendit, Oenipontem secum reducit, cum P. Natale per Germaniae superioris domos distribuit.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Oeniponte 5. Octobris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem rettulit: Son gionto a Jnspruch alli .3. d' ottobre, la sera, et trouai qui li XJ nostri che V. P. manda da Roma, perche il Treuerense come V. P. sapra è restato in Padua[a]; haueuano arriuato .8 giornj auanti. Jl giorno sequente arriuo la matina il padre Canisio, a tempo ch' io uoleuo partire a cercarlo la volta di Monachio et haueuo gia mandato inanzi questi nostri lasciando qui Jacobo Spirense, per la classe d'humanità . mà scontrando fuora de questa città al Padre Canisio che

a) *Quinque vv. sqq. in margine addita sunt.*

[1] Ferdinandus II. archidux, cui Austria superior sive Tirolis cum Austria antica morte Ferdinandi I. imperatoris obvenerat, a. 1567 Oeniponte, quod caput est Tirolis, assidue habitare coepit; cf. *Can.* IV 580[4] et supra p. 386.

veneua se ne ritornorono tuttj; et hoggi che siamo alli .5. li hauemo distribuito et mandato via.

Die 20. Octobris Natalis et Canisius statuerunt Fr. Ioannem Viennensem (de quo supra p. 425 460) ex collegio oenipontano Lauretum et Romam quasi peregrinatum mittere, ut in tyrocinio romano experimento cognosceretur, utrum iuvari posset an dimitti deberet; qui neque in Germania superiore, neque in Austria praepositis satisfecerat; et Canisius Natali rettulerat, eum votis solvi cupere et inquieto animo esse (Epp. *Nadal* III 277). Ceterum vide supra p. 329—330.

841 sive **oen. (7).** Medio fere m. Octobri 1566.

Ex archetypo, a Fr. Jacobo de Levanto (Genuensi) S. J. scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN" n. 155 (f. 169[b]). Etiam (ex archetypo) in Epp. *Nadal* III 271.

Natalis et Canisius in collegio oenipontano pecuniam superesse experti plures in posterum Societatis scholasticos in eodem sustentari atque ita bonam humanitatis et rhetoricae scholam institui iubent.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Oeniponte 19. Octobris 1566 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de P. Ioanne Dyrsio, quem ipsis hisce diebus officio rectoris collegii oenipontani levaverat (cf. supra p. 345): Dando conto della sua amministratione il P. Tyrsio, si sono truouati piu di 500 fiorini auanzati, essendo gia un mese fà caduta l' Angaria della prouigione ordinaria[a] et non rescevuta, et questo non sapeua il P. Canisio . di doue habbiamo colletto, che si possono nutrir qui più, che fino adesso . et cosi habbiamo ordinato, che uengano alcuni scolari piu[b] di quelli che ci sono al presente, et che cosi si faccia un buon studio di humanità et Rhetorica.

Praeterea constitutum est (a Natale), ut 100 floreni impenderentur in hortum collegii tabulis ligneis circumsaepiendum, et ut hortus cum domo emeretur, in quem Socii animorum relaxandorum gratia ire possent (l. c. 271—272).

Anno 1564 Dyrsius rector a Canisio laudatus erat, quod bonum patremfamilias se praestaret (*Can.* IV 582).

Fr. „*Robertus Girulius* Leodiensis" in *Litteris annuis collegii oenipontani Oeniponte 1. Iulii 1566 datis refert, in collegio 18 Socios degere, e quibus sint 4 sacerdotes, 5 magistri, 5 scholastici, 4 fratres laici; scholas a 130 pueris frequentari (ex archetypo Romam misso. „G. Ep. VII" f. 234[a]). Collegio a Ferdinando I. 1500 floreni rhenenses (praeter ligna et salem) ad 20 Socios alendos assignati erant (*Can.* IV 126—127 580[5]).

842 sive **oen. (8).** Medio fere m. Octobri 1566.

Ex autographo. Cod. „EN" n. 152. Epistula integra primum ex autographo vulgata est in Epp. *Nadal* III 274—277.

Natalis et Canisius Oeniponte, cum Magdalenam archiducissam, mutato consilio, P. Dyrsium sibi, P. Hetzcovaeum sororibus confessarium petere animadvertant, in P. Lanoium, quem tribus archiducissis confessarium assignare statuerant, solum rectoris officium conferunt.

a) *Tria vv. sqq. ab ipso Natale in margine addita sunt.* b) *Ita Nat. correxit ex* uengano più 4 scolari.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Oeniponte 20. Octobris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Magdalena, Margarita, Helena archiducissis, a quibus Canisius, ut uno confessario a Societate designando contentae essent, m. Iunio a. 1566 impetraverat, et de P. Nicolao Lanoio, quem ipse et Canisius iis confessarium pro PP. Ioanne Dyrsio et Paulo Hetzcovaeo dare volebant (v. supra p. 337 772): Volent io executar lo que hauia concertat con las .3. personas maestro canisio trobi el que sçabia ia que la primera era mudada y hauia feta gran pratica[a] para que no perdes dyrsio, y axi que restas tambe paulo alas .2. entenguerem clarament que si voliem posar al .p. Lanoy contra Voluntad delas .3. y dels principals Señors desta cort que seria estada[b] cosa molt violenta y que per ara nons reisciria y axi prenguerem acort de dissimular, y posar solamente per rector[c] el .p. Lanoy.

De PP. Dyrsio et Hetzcovaeo *Lanoius* rector Oeniponte 13. Aprilis 1567 ad Borgiam *rettulit: „Nelli confessori della Corte non si vedeno effetti di aemulatione o dissensione, ogni uno procede secondo le sue regole che li diede jl P. Natale" (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 179b).

843 sive **oen. (9).** **A d. 12. ad 16. Maii 1567.**

Ex autographo. „G. Ep. VIII" f. 181a—182a. Litteris usus est *Kröss* l. c. 177 178.

Lanoius rector oenipontanus praeposito generali refert: Canisius Oenipontem ex insperato advectus Fr. Vicum, qui collegium perturbabat, secum adduxit. Socios quoque aliquos dimisit. Frater laicus in rebus dispensandis tenacior facultatem transeundi ad Cartusiam ab eo petiit. Canisius archiducem adiit, sed collegii aedificationem ei commendare oblitus est. Si archidux de cubiculis scholarum Franciscanis tradendis agere volet, Socii, ut sibi proximum Canisii adventum exspectare liceat, petent.

P. Nicolaus Lanoius S. J., rector collegii oenipontani, Oeniponte 18. Maii 1567 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec de Canisio a d. 12. ad 16. Maii Oeniponte morato (v. supra p. 459) rettulit: Alli 12 di questo venne qua il P. Prouinciale senza che nessuno l' aspettasse per adesso, ma solamente alla rinouatione delli votj o almanco mo dopo la Pentecoste[1]. Si a menato seco M. Joanne Anglese[2], essendo superfluo nella Classe di retorica con M. Roberto[3]. Jl quale legge adesso solo alli suoi discepoli le lettione di .M. Anglo cioe la dialectica et la greca . et cosi si fa fin alla aemulatione et a molti inconuenientj che per la sua presentia nasceuano, ogni di in questo Collegio, tanto pronto a riceuere male impressionj. Jl P. Prouinciale dice che Mastro Alessandro saxone sarà espedito fuora della Compagnia[4]. . . . Gia mandò fuora Joanne viennense dello quale come

a) *Sequitur* que, *oblitteratum.* b) *Hoc v. a Nat. in margine additum est.* c) *A Nat. correctum ex* retor.

[1] Renovatio haec sub m. Iulium vel Augustum, sacra dies Pentecostes 18. Maii futura erat.

[2] Ioannem Wick sive Vicum; v. supra p. 314 469.

[3] Girulio; v. supra p. 260 433. [4] Vide supra p. 460.

de Joanne augustano si lamentaua il .P. Osualdo per li trauagli che li haueuano dato per la strada[1]. Restano anchora fra noi Reuerendo Padre, molte male radiche, et si puo veramente dire A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas[2]. Pietro aretino[3] copre le sue tentationj con pretexto di voler farsi chartusino et ha adesso dimandato licentia al P. Prouinciale per fare lo tale transito, La quale tentatione come jo intendo non e nuoua mà rinouata per raggione della sua tenacità in dispensare le cose di casa . et onde con molti ha di contendere et sentire quel che non vorrebbe. Tornara il P. Prouinciale incerca la festa di Santo Giouanne Baptista[4] come anche ha significato al nostro Principe[5], col quale alhora si ha di trattare del modo di hauer' maggior' numero di scolarj in questa scuola nostra, ricchi e pouerj. Hauendo il .P. Prouinciale dismenticatosi a riccommandare la fabrica noua di questo Collegio (laquale dorme) a S. Altezza jo hieri per supplir tal mancamento mene andai altra uolta à proponerli la tal cosa. . . . Venendo donque la S. Altezza et volendo forsi trattare con noi delle scuole che o tutte o parte di quelle, sia data alli Franciscanj[6] et che altre s' accommodino in questo nouo edificio[7] a basso . noi domandaremo inducie a respondere et concludere il negotio, fin a tanto che venga il P. Prouinciale a visitare questo Collegio che sara incirca della festa di S. Ioanne baptista.

844 sive **oen. (10).** A d. 12. ad 16. Maii 1567.

Ex autographo. „G. Ep. VIII" f. 183. Epistula usus est *Kröss* l. c. 178.

Canisius Oeniponte Ferdinandum II. archiducem monet de numero discipulorum collegii amplificando, m. Iunio acturus de seminario instituendo. A P. Crispi Oeniponte auferendi proposito desistit eo consilio, ut, qui pauperum confessiones excipiat et infirmos invisat, praesto sit in collegio.

P. Nicolaus Lanoius S. J. collegii oenipontani rector Oeniponte 11. Iunii 1567 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Canisio a d. 12. ad 16. Maii Oeniponte morato et de Ferdinando II. archiduce Tirolisque principe: Jl P. Prouinciale parlando obiter a sua Altezza fece mentione di augmentare il numero delli scolari di questa scuola . non descendendo pure alli modi particolarj, et fu la cosa rimessa, (affrettandosi per la Synodo[8] augustana) alla sua

---

[1] Ioannes Viennensis et Joannes Lucius augustanus m. Aprili 1567 Roma cum P. Oswaldo Redlingen in Germaniam remissi erant; v. supra p. 424 460.

[2] Is 1, 6.

[3] Frater hic laicus dispensatorem sive credentiarium domus agebat; vide supra p. 470[2]. [4] Sub d. 24. Iunii. [5] Ferdinando II. archiduci.

[6] In monasterio S. Crucis, quod Societatis collegio vicinum et Franciscanis a Ferdinando I. caesare traditum erat, complures collegii scholae collocatae erant; v. supra p. 773. [7] Cf. *J. Braun,* Kirchenbauten II 11—12.

[8] Synodum dioecesis augustanae dicit, quae Dilingae habenda erat; v. supra p. 451 635.

tornata chè douea essere come diceua in circa de la festa di .S. Joanne Baptista[1] et alhora restara a vedere come si potranno tratenere scolari in vn' seminario archiducale.

*In iisdem litteris Lanoius ita de P. Georgio Crispo, quem Oeniponte confessarii et contionatoris officio functum esse cognoscitur ex *Catalogo oenipontano exeunte a. 1566 dato („GSC 66" f. 413—414):* Jl P. Prouinciale dopo di pascha hauesse leuato di questo Collegio jl P. crispo, senon hauesse impedito, lo tal proposito, il P. Dyrsio et altri dicendo chè non si poteua leuare di qua senza singulare detrimento di molti li quali nelle confessionj ricorono a luj . forse era questo vero, supponendo che li altri sacerdotj Dyrsio Hetzcoueo et Saxone[2] non vogliano sentire confessionj seno di persone di tal o tale conditione et non di poueri, amallati . appresso delli quali pare jl P. Crispo di hauere credito et gratia. Jn absentia sua si ritroua difficolta in questa parte, non essendo li altri sacerdoti molto pronti di visitare infermj nella o fuor di questa terra o di sentire confessioni de chi non soliogno sentire.

845 sive **oen. (11).** **Inter 12. et 16. Maii 1567.**

Ex apographo eiusd. temporis. „Germ. 67" f. 3b.

Oeniponte Canisius et Lanoius collegii rector inter se constituunt, quid Ferdinando II. archiduci de haereticis in Austria superiore compescendis secreto consulendum sit.

Sanctus Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis P. Nicolao Lanoio collegii oenipontani rectori ad epistulas 7., 17., 19. Februarii 1567 datas Roma 24. Martii 1567 respondens eum haec, praeter alia, monuit: Ci siamo molto consolati in Domino del santo zelo del Serenissimo Archiduca in procedere contra li heretici, et mi pare bene che V. R. li dia li ricordi che li pareranno conuenienti per tal conto conferendoli però prima col Padre Prouinciale Canisio, per ragion dell' officio et esperientia sua, et procurando anche non s' intenda d' altro che sua A. che detti ricordi procedano da noi.

Dubitari non potest, quin Lanoius, praeposito generali oboediens, m. Maio cum Canisio Oenipontem advecto ea de re consilia contulerit. Fortasse Canisius etiam ipsum archiducem monuit.

Ferdinandus II. ab anno 1566 plurima mandata, quae ad religionem catholicam in Austria superiore conservandam, ad anabaptistas et protestantes pellendos arcendosque, ad libros prohibitos auferendos, bonos disseminandos, ad leges ieiunii et abstinentiae servandas, ad officia divina frequentanda, ad magistros, officiales, clericos visitandos et in officio continendos spectabant, vel suo nomine, vel per „regimen" oenipontanum edidit et serio exsecutus est; qua de re v. *Hirn* l. c. I 166—233.

846 sive **oen. (12).** **A d. 12. Maii ad 29. Iunii 1567.**

Ex autographo. „G. Ep. VIII" f. 184a. Epistula usus est *Kröss* l. c. 177—178.

Canisius Fr. Vicum Oeniponte secum abducit. Canisio auctore Ferdinandus II. archidux Oeniponte seminarium condere statuit, plura ea de re cum Canisio tracta-

[1] Sub d. 24. Iunii. [2] P. Ioannes Merquitius.

turus exeunte m. Iunio. At Canisius, quominus eo tempore Oenipontem redeat, negotiis aliis impeditur.

P. Nicolaus Lanoius S. J., collegii oenipontani rector, Oeniponte 29. Iunii 1567 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Canisio a d. 12. ad 16. Maii Oeniponte commorato: Nel mese passato il P. Prouinciale fece vn escurso di Dilinga a Jnsprug et menò seco Maestro Joanne Jnglese come non necessario per questa prima Classe potendo Maestro Roberto[1] et coniungendosi la prima et seconda Classe cioe li rhetoricj et li humanisti, in certe lettioni communj ogni giorno, et leggendole anchora Maestro Christophoro Ziegliero Precettore della humanita. . . .

Jl P. Prouinciale quando fece il sudetto escorso parlo con S. Alteza[2] stimolando ad augmentar il numero di scolari di questa scuola nostra per il mezzo di qualche buon seminario, et li piacque la tale propositione, rimettendo pure il negotio alla tornata del detto Padre. la quale secondo che alhora li diceua sarebbe statta alla festa gia passata di .S. Joanne Baptista[3]. Ma essendo mandato di V. P. a Herbipoli et oltra[4] non ha potuto alhora ritrouarsi in questa terra. Et forsi è stato meglio che non sia lui venuto, imperoche la S. Alte. si parti auanthieri per Bauiera doue si fermara duoi o tre o piu settimane come si pensa et dice.

847 sive **oen. (13).** A medio m. Maio ad exeuntem m. Octobrem 1567.

Ex autographo. „G. Ep. VIII" f. 194ª.

P. Natale auctore, in collegio oenipontano per Lanoium rectorem „colloquium spirituale" instituitur, quod ter singulis hebdomadis vesperi habeatur. Aliquo tempore post sodales aliquot colloquium illud palam improbant, solis noviciis id congruere neque Romae in usu esse dictitantes. Quare Canisius m. Maio 1567 Oeniponte significat, rei saltem moderationem aliquam adhibendam esse. Deinde Lanoius constituit, ut singuli sacerdotes, sua quisque hebdomade, colloquio praesint.

P. Nicolaus Lanoius S. J. collegii oenipontani rector Oeniponte 20. Octobris 1567 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: L' anno passato auanti che jo passassi di Austria in Tirol nella visita sua ordino jl P. Natale vn Colloquio spirituale et partendosi de Vienna per Praga col nuouo Prouinciale[5] mi fece essecutore di quello, et hebbe buon progresso in Domino, et si faceua tre giornj alla sera ogni settimana. Similmente si comincio a pratticare in questo Collegio senza difficulta veruna[6], insin a tanto che Alessandro Sassone

---

[1] Ioannem Vicum et Robertum Girulium dicit; v. supra p. 775.

[2] Cum Ferdinando II. archiduce et Tirolis principe. *Lanoius* Borgiae* scripsit Oeniponte 13. Aprilis 1567: „A .2. di questo intro l' Archiduca nostro in tutte le scuole et sentj vn pezzo di tempo tutti li lettorj" (autogr.; „G. Ep. VIII" f. 179ª).

[3] Die 24. Iunii. [4] Vide supra p. 497 513.

[5] P. Natalis visitator cum P. Laurentio Magio Vindobona m. Augusto a. 1566 Pragam versus profectus est (Epp. *Nadal* III 213).

[6] Lanoius Oenipontem ad collegium regendum advenit initio m. Octobris 1566; quo tempore etiam Natalis visitator ibidem degebat (l. c. III 240).

venendo di Dilinga col suo paesante il P. Merquitio, comincio a contradire a tale instituto etiamdio publicamente in esso Colloquio in presentia di tuttj et hebbe per Compagno senza grande difficolta Joanne Jnglese[1] et alchunj altri ben che non cosi aperti contradictori. Et diceuano loro che era cosa di nouitij et non per li altri gia prouetti nella Compagnia nostra . et Alchunj venendo di costa et passando per quà confirmauano la detta opinione, dicendo che in Roma non si facea tal Colloquio . seno forse tra li nouitij . Onde il P. Prouinciale venendo nel mese di Maggio quà, mosso di queste querele, diede ad intendere che almanco si moderassi . senza fare qualche altra dubitatione sopra di questo et per questo di poi la sua partita (la quale presto seguito alhora la sua venuta) senza hauer altremente ordine di questa annihilatione ouer moderatione, ordinassimo che li sacerdoti ogniuno per la sua settimana fossero presidenti di questo Colloquio et anchora la cosa fin qui va in tal modo inanzi. Onde si domanda se la cosa ha di procedere in tal modo, o nó.

Colloquium ex eo tempore semel singulis hebdomadis, ut videtur, habebatur. Quem morem *S. Franciscus Borgias* et confirmavit et aliis quoque collegiis commendavit; ita enim hic Roma 27. Aprilis 1568 P. Paulo Hoffaeo Germaniae superioris viceprovinciali *scripsit: „Le conferentie che si fanno in Jspruch, quando V. R. andara là, li dia pur fauore, perche quel Collegio ha bisogno di aiuti spirituali, et per una uolta la settimana non pare saranno troppo grauatj se ui si trouaranno, piu presto mi pare che douerian introdursi in altri Collegij, doue non fosse introdotto, che leuarle de Jspruch“ (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 67“ f. 135[b]).

Ad oenipontana haec monumenta aliqua ratione pertinet etiam mon. 897.

I.

MONUMENTA WISENSTEIGENSIA CANISII.

848 sive **wis. (1).** **Sub 9. Septembris 1566.**

Ex autographo. „G. Ep. VII“ f. 222[a].

Canisius ad comitem Helfensteinium, ut de ipsius conversione agat, proficiscitur.

P. Theodoricus Canisius S. J., collegii dilingani rector, Dilinga 19. Septembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Petro Canisio fratre, Wisensteigam (Wiesensteig) ad Udalricum IV. comitem ab Helfenstein, ipsius comitis rogatu et Ottonis cardinalis Augustani opera, profecto (vide supra p. 317): Reuerendus P. Prouincialis ante dies decem hac profectus est ad Comitem quendam praepotentem et apprime nobilem, qui nostri patris opera in sua ad Catholicam fidem a Lutheranismo conuersione vti vehementer optauit, et vt pater ad se veniret, per Reuerendissimum nostrum effecit. Speramus eundem patrem, re omni bene confecta, breui huc rediturum, vt visitationem Collegiorum, quam coeperat, prosequatur . in horas eum expectamus.

---

[1] Ioannem Vicum.

Die 29. Augusti 1566 Canisius Borgiae Dilinga scripsit: „Vix ultra triduum hoc loco uersabor, abiturus deinde Monachium" (vide supra p. 302). Monachium non abiit; sed fortasse Augustam profectus est indeque sub 9. Septembris Dilingam rediit; id quod verbo illo „hac" (= hac via), quo Theodoricus Canisius utitur, aliqua ratione verisimile efficitur.

849 sive **wis. (2).** Ab aestate a. 1566 ad aestatem a. 1567.

Ex Epp. *Nadal* IV 779—780; in quem librum epistula integra transcripta est ex eiusdem commentario, quod Romae in archivo regni italici asservatur.

Udalrico comiti ab Helfenstein lutherano strigae, quas cepit, fatentur, se, ubi aqua benedicta papistarum exstet, nocere non posse. Ex quo responso comes catholicam religionem esse veram colligit. Sororem per litteras rogat, ut virum doctum, per quem fidem doceatur, sibi mittat. Pia mulier Canisium arcessendum curat; neque enim unius animae salutem agi sed omnium quotquot fratris imperio subiectae sint. A Canisio institutus comes, nulla principum vicinorum ratione habita, protestantium ministros terra pellit et a cardinali Augustano sacerdotes, per quos religio catholica instauretur, impetrat.

P. Hieronymus Natalis S. J. Roma 7. Octobris 1568 ad Socium aliquem (hispanum, ut videtur) de provinciarum Societatis germanicarum etc. visitatione a. 1566—1568 a se habita referens, postquam de collegio dilingano a. 1566 visitato scripsit, haec narrat de Udalrico IV. comite ab Helfenstein, terrae wisensteigensis domino (v. supra p. 321): Cerca de ally auía vn conde de Helffenstan, en cuyo señorío se hallaua gran número de brujas[1] (así como en toda Alemania, después que son hereges, le ay, no sólo de estas, mas de otros géneros de hechizeros y muchos endemoniados, muy mucho enhechizados, otros abobados, que más parecen troncos que hombres; de manera que se toca casi con la mano reynar en ellos el demonio). Queriendo este conde poner remedio á muchos males que se hazían, hizo prender muchas de aquellas brujas, y procurando sacar dellas por todas las vías qué remedio podría auer para euitar que no pudiesen hazer mal, conuenían en este : que donde auía agua bendita de que usan los papistas (que así llaman á los cathólicos) no podían hazer daño. Esta respuesta metió vna espina al conde, el qual entre sí discurría desta manera: „Estas son ayudadas del demonio á hazer lo que hazen, y el agua que bendizen los papistas impide al demonio; luego en aquella agua está la virtud de Dios; luego con los papistas está Dios."[2]

Ayudóle nuestro Señor en breue tiempo de tal manera, que, escriuiendo la historia á vna señora viuda hermana suya[3]; le pidio llamase alguna persona docta, que le instruyese en las cosas de la

[1] Cf. supra p. 321. Ceterum vide, quae sub ipsas has Natalis litteras dicentur.

[2] Vide, quae sub ipsam hanc Natalis epistulam dicentur.

[3] Udalrico tres erant sorores: Elisabetha, Catharina, Margarita; vivebant hoc tempore Henricus comes a Castell, maritus Elisabethae (*Rittershusius* l. c. [supra p. 44[5]], gen. Comitt. a Castell), et Conradus a Bemelberg, maritus Catharinae (vide supra p. 453); vidua autem erat Margarita, quae Georgio Philippo comiti a Lichtenstein († 1561) nupserat (*Kerler* l. c. [supra p. 318[1]] 151).

santa fee cathólica . Esta señora, siendo muy buena christiana y muy deuota, embió á rogar al P. Canisio que fuese á ganar, no vn alma, mas todas las del señorío de su hermano. El Padre fué y le habló, y fué su conuersión con tanto arrepentimiento del error en que auía viuido, y zelo de la verdad, que, sin tener respeto á los príncipes hereges sus vezinos[1], hizo hechar de todo su estado los predicadores hereges, y alcançó del cardenal de Augusta clérigos de missa, para que en su estado huuiese yglesias y fuesen sus vassallos cathólicos.

Scribit igitur Natalis, in Germania multas comparere strigas (Hexen), multos magos, multos a daemonibus obsessos, plurimos veneficio et magia contactos, alios mente captos, qui trunci potius, quam homines esse videantur. Quod autem ad strigas, magos, obsessos attinet, eam sententiam illo tempore in Germania protestantes non minus, quam catholici tenebant; immo certum est, Martinum Lutherum eam maxime amplificasse et disseminasse; v. *Can.* IV 400—402 880—882. Ceterum de strigis ab Udalrico comite de Helfenstein captis et occisis v. supra p. 321. Licet vero plerasque ex mulieribus illis innocentes fuisse dixeris, fieri tamen poterat, ut aliquae daemonum auxilio implorato revera hominibus nocere studerent (*Can.* IV 400). Adversus daemonum autem malitiam eos, qui aqua per ecclesiam sacrata pie utantur, singulariter a Deo protegi antiqua ecclesiae traditio est; v. Can. IV 872[2] 879[4].

Natalem Canisius ipse paucis diebus, postquam Wisensteiga ex comitis aula rediit, Oeniponte rem omnem edocuit (v. supra p. 773); at quia ille non statim, sed duobus annis post de ea ad amicum scripsit, fieri poterat, ut aliquibus in rebus memoria eum falleret. Certe Udalrico comiti responsum illud sagarum neque unica neque praecipua redeundi ad ecclesiam causa fuit; id tum ex Canisii verbis (vide supra p. 318), tum ex publicis litteris, quibus Udalricus conversionem suam sollemniter testatam esse voluit (vide supra p. 454), tum ex 17 „Causis“ ab eo prolatis intellegitur, quae ipso illo anno 1567 typis vulgatae sunt in libello[2]: „DE | PIA ET SA- | LVTARI RESIPISCEN- | TIA D. VLDERICI COMI- | tis in Helffenstain à Lutheri secta, | cum abiuratione Augustanę Con- | fessionis, & reliquarum omnium | hæreseon, quæ temporibus nostris | extiterunt, Collectaneum. | ANTVERPIÆ, | Apud Sebastianum le Galois. | 1567“ (f. BIII^b—C^b). Offendebant comitis animum contemptus veterum conciliorum et patrum, sedicio in magistratus, doctrinae inconstantia et discrepantia; offendebant vitia quoque et rei publicae privataeque detrimenta, quae ex nova illa religione oriebantur. Vide etiam relationem de ea conversione „Antverpiae, Calend. Septemb. 1567“ ab „amplissimo quodam viro“ (Marco Welsero?) scriptam ex litteris „nuper ex Germania“ a „*Friderico Helmstenio* familiari suo“ amico ad ipsum datis; quae in eodem Collectaneo f. A II^a—B^b exstant[3]. *Swicardus*

---

[1] Udalricum in protestantismo retinere conabantur inprimis Carolus marchio badensis et Christophorus dux wurttembergensis (*Veesenmeyer* l. c. [supra p. 317[7]] 21—34).

[2] Usus sum rarissimi huius libelli (16°; 10 ff non sign., addito tit.) exemplo illo, quod exstat Argentorati in bibliotheca maioris seminarii episcopalis, sign. „J 138“.

[3] Et haec relatio, et „causae“ illae ex „Collectaneo“ germanice versae sunt ab *Andrea Räss,* Die Convertiten seit der Reformation II, Freiburg i. Br. 1866, 516—525. Ipso anno 1567 haec etiam per Galliam vulgata sunt; exstat enim: „Recveil de l' abivration de la secte Lvtherienne, Confession d' Ausbourg, et toutes autres heresies de nostre temps, faite par treshaut et trespuissant Seigneur, Vlderich, Comte de Helfenstain en Sueue, auec les causes et raisons qui l' ont esmeu à ce faire. Mis en Francois du Latin du Notaire qui a receu ladite Abiuration. . . . A Lyon par Michel love . M. D. LXVII. Auec permission“ (8°; 23 pp. „Datum Antverpiae 16. Septembris 1567“): Bibliographie Lyonnaise. Par le

comes ab *Helfenstein*, ex Georgio Udalrici fratre ortus, qui Societatis tirocinium landsbergense condidit, in operum Basilii Magni germanice versorum praefatione Landsberga 30. Novembris 1589 data affirmat, sibi eius editionis causam hoc, praeter alia, praebuisse factum, quod comes Udalricus „nachdem er etlich Jar von den newen Ketzermeistern, vnder dem Schein deß heiligen Euangelij sich bößlich betrogen, vnd verführt befunden, mehr Theils auß Ablesung diser Bücher Basilij, welche er zum Theil in seinen Lebzeiten verteutschen lassen, Zweyfels frey, auß gnädiger Schickung Gottes, zu dem Alten, Catholischen, Apostolischen, Römischen, vnd Alleinseligmachenden Glauben bekehrt vnd gebracht worden“: Opera deß H. hocherleuchten Vatters Basilij Magni . . . an jetzo durch den wolgebornen Herrn, H. *Schweickhart, Grafen zu Helffenstein* . . . inn Truck verfertiget. Jngolstatt Anno M. D. XCI, f. 11[b].

850 sive **wis. (3).** Ab aestate a. 1566 ad aestatem a. 1567.

Ex exemplo eiusdem fere temporis. „G. Ep. VIII“ f. 246[a]—247[b].

Udalricum comitem ab Helfenstein Canisius Wisensteigae invisit eique demonstrat, protestantes catholicis „inferiores esse“. Comes primum a parocho vicino, deinde sollemniter a P. Rabenstein Dilinga misso in ecclesiam recipitur, magno cum gaudio uxoris, fratris, liberorum catholicorum; rem catholicam in terra sua instaurat; palam se flagellare paratus est; filios Sociis dilinganis instituendos tradere statuit. Christophoro Wurttembergae duci et per litteras et per Iacobum Andreae a proposito se avertere conanti fortiter luculenterque respondet. Eius exemplo Gablerus universitatis tubinganae professor ad ecclesiam redit et filios Dilingam mittit.

„Antonius [Balduinus] Flander“ S. J. Dilinga 1. Octobris 1567 in collegii dilingani „Litteris annuis“ scribit: Reductus est ad sanctam matrem Ecclesiam Catholicam, nobilis et illustris Comes ab Helffenstein Vdalricus, vir inter Germaniae Principes, auctoritate, prudentia[a], opibus et nobilitate, modo etiam Christiana pietate, maxime pollens. Duodecim annos Augustanae confessionis haeresim secutus, oppida, arces, et Wisenstaig subditam ciuitatem, in eandem perfidiam induxerat, templa prophanarat: Canonicorum Collegium cum sacerdotibus abegerat[1], eorum[b] loco Praedicantes et Ministros verbi, vt vocant, instituerat[2]. Jtaque ante omnia necesse fuit, vt de bonorum Ecclesiasticorum restitutione, de Capitularibus atque sacerdotibus reuocandis, de concionatoribus haereticis, domjnio atque ditione pellendis admoneretur: quae omnia dicto citius non modo sunt impetrata, sed et in totam[c] circumiacentem regionem, continuo euulgata: Concionatoribus haereticis ad colligendas sarcinas, paucorum dierum spatium concessum, ita tamen vt neque sermonem vllum amplius ad populum habere,

a) *Sequitur* et, *oblitteratum.* b) *Sequitur* in, *oblitt.* c) *Correxi ex* totum.

---

président *Baudrier* II, Lyon—Paris 1896, 110—111. Sicut dubitari vix potest, quin ea, quae „Collectaneo“ continentur, collegerint Societatis homines in Germania degentes, ita valde verisimile est, Socios aliquot gallos libellum „Recveil“ edendum curasse.

[1] Capitulum wisensteigense, ut ipse comes fassus est, plus quam 6000—7000 florenum annuorum habuerat (*Veesenmeyer* l. c. 24—25).

[2] Vide supra p. 317[7] 452[4].

neque templa ingredi permitterentur[1]. Mirum est quod de filio Comitis huius[2] narrant, cum ante decennium circiter, templum in ditione Comitis esset, ad quod ingens piorum hominum multitudo propter miracula, quae inibi fiebant, certis anni temporibus, peregrinationis ergo conflueret[3], zelum habens[4] Comes, sed non secundum scientiam[5], consilium capit templum illud a fundamentis euertendi. Euertit igitur. Tum filius nondum quadriennis, tam horrendum spectaculum detestatus, Pater, inquit, meus euertit templa, at ego post mortem patris euersa reaedificabo. Habebat idem puer pro more, in omni angulo domus, altaria construere, Patri in faciem respondere, Papistam esse se (ita enim et Catholicum vulgus in hisce regionibus loquitur) nec cuiusquam Lutherani fidem sectari velle. Aliquoties virgis et verberibus, cum eiusdem propositi sorore[6] propter Communionem sub vna specie, a patre caesus, nunquam tamen[a] a concepta religione, etsi tenellus animus potuit absterreri. Js puer modo .14. annos natus, vna cum iuniore fratre suo, nihil magis exoptat, quam ad nos Dilingam venire, et literarijs artibus, sub nostrorum disciplina dare operam[7]. Aderit propediem vt arbitramur, iampridem enim domus ipsi et familiae eius est conducta . Sed vt ad Patrem redeam : Decumbebat is grauissima corporis aegritudine, cum ecce serio illi in mentem venit, credo equidem, ex praesentis periculi contemplatione, non modo suam ipsius animam, sed et subditorum omnium, quibus auctor erroris exstiterat, ab aeterna quoad posset[b] perditione vindicare. Parochum ergo proximae ciuitatis Catholicae[8], ad se accersendum curat, qui ad Comitem profectus, post auditam eius confessionem[c], excommunicationis et peccatorum vinculis, ob praesens vitae periculum, eundem soluit, hortaturque vt perseueret .etc. Non

a) *Correxi ex* tanem. b) *Hoc v. supra versum scriptum est.* c) *Sequitur* ex, *oblitt.*

[1] Die 25. Aprilis iis praeceptum abeundi, nisi ad catholicam ecclesiam se adiungere vellent, datum esse affirmant *Veesenmeyer* (l. c. 19) et *Kerler* (l. c. 147). Ad abeundum tamen tempus est statutum satis amplum, usque ad exitum m. Iunii: vide infra mon. 851. [2] Udalrico (V. sive XVIII.); de quo plura infra.

[3] Post medium saeculum XV. Deggingae (Deggingen) in comitatu wisensteigensi aedes Beatae Mariae Virgini sacra, quae „Ave Maria" vocabatur, exstructa est; apud quam Fridericus IV. comes ab Helfenstein sacerdotium quoddam sive „capellaniam" fundavit (*Kerler* l. c. 123). Erat etiam prope oppidum wisensteigense templum „Maria Dozburg" in quo simulacrum Beatae Mariae Virginis, si non ante, certe iam a. 1389 colebatur; hoc quoque templum hominum eodem peregrinantium frequentia erat clarum (*F. J. Lipowsky,* Geschichte der Jesuiten in Schwaben I, München 1819, 60. *P. Keppler,* Württemberg's kirchliche Kunstalterthümer, Rottenburg a. N. 1888, 119).

[4] 1 Mach 2, 27. Iac 3, 14. Cf. Rom 10, 2. [5] Rom 10, 2.

[6] Barbara; quae a. 1552 nata, a. 1578 [1587?] Antonio Fuggero libero baroni in Kirchberg et Weissenhorn matrimonio iuncta esse traditur (*Kerler* l. c. 151).

[7] Udalricus (V.) et Rudolphus (VI.) 18. Novembris 1567 matriculae dilinganae inscripti sunt (*Th. Specht,* Die Matrikel der Universität Dillingen, in „Archiv für die Geschichte des Hochstifts Augsburg" II, Dillingen 1909, 59).

[8] Michaëlem Zeckher, parochum in Drachenstein; vide supra p. 453—454.

potuit res latere subditos: spargitur rumor, mutatam a Comite religionem, et cum melior auctor non existeret, per vicinas vndique ciuitates fama diuulgatur, JESVITAS eius mutationis auctores. Nec vero temere in hanc suspicionem ventum est: siquidem R. P. Canisius apud eundem Comitem, aliquoties[a] [?] ante diuersatus, atque honorifice habitus, quantum Caluiniani, Lutherani, Schwenckfeldiani (quae hominum monstra Comes domi suae alebat) vt in moribus, ita et doctrina, Catholicis inferiores essent, clarissimis argumentis demonstrarat, et ita multis egerat, cum ipso Comite, vt is iam tum conuersionis suae quaedam initia, et quasi praenuncia signa dare visus sit. Jtaque non multo post, quam religioni Catholicae se reddidisset, Dilingam ad Reuerendissimum Cardinalem, inde ad Collegij nostri Rectorem[1] missus ab eo nuncius, facile ab eodem impetrauit, vt ad Comitem proficisceretur vnus ex nostris[2], qui Apostolica auctoritate instructus, poenitentem et ex animo iam conuersum, solempniter et Canonice fidelium communioni restitueret, atque Ecclesiae Catholicae reconciliaret[3]. Ipse Comes vt synceri animi expressa daret argumenta, paratum se non semel obtulit, immo rogauit, vt sanitate recuperata, indutus sacco in publicum prodire, et denudatis humeris, quod Germanis maxime inuisum est, ac pene inauditum, se ipsum flagellis caedere, professionemque fidei coram omnibus subditis publica concione renouare permitteretur[4]: Conuocatis igitur praecipuis Officialibus suis, vxore[5] item, liberis[6], fratre[7], sorore[8], alijsque lectum decumbentis circumstare solitis, posteaquam graui oratione priorem coecitatem suam deplorasset, rationes mutatae religionis aperuisset, filiosque ad perseuerandum in

a) *Sic; corrigendum esse puto:* aliquanto; *nam Canisius semel tantum comitem adisse videtur; v. supra p. 317 781.*

---

[1] Ottonem Truchsess et P. Theodoricum Canisium dicit.

[2] P. Ioannes a Rabenstein; vide supra p. 452. Eum (cum Georgio a Rinderbach et Christophoro Frey, de quibus supra p. 454) 22. Aprilis Wisensteigam advenisse affirmat *Veesenmeyer* l. c. 19.

[3] De hac absolutione vide supra p. 452—454.

[4] Et haec, et quae sequuntur, a comite non in prima illa absolutione, qua Udalricus gravissime aegrotans a parocho drachensteinensi donatus est, acciderunt, sed cum is a P. Rabenstein sollemniter in ecclesiam catholicam reciperetur; ac facile ex ipsa hac relatione intellegitur, Rabensteinium eius auctori res Wisensteigae gestas accurate narrasse. [5] Catharina comitissa a Montfort; vide supra p. 318[1].

[6] Barbaram, Udalricum, Rudolfum, quos supra dixi, significari puto; praeterea comiti duae erant filiae: Maria Magdalena, nata a. 1562, et Catharina, nata a. 1563 (*Kerler* l. c. 153).

[7] Ex eius fratribus superstes non erat nisi natu maximus, Georgius ab Helfenstein (1518—1573); qui et compluries cohortibus militum adversus Turcas pugnantium praefuit, et graves aliquot pro imperatore legationes obiit, et a. 1557—1570 Oeniponte „regimini“ Austriae superioris (Tirolis cum Austria antica) cum praefecti („Statthalter“) nomine praefuit (*Kerler* l. c. 137—138. *Hirn* l. c. I 461—462).

[8] Catharinam a Bemelberg dici existimo; cuius rogatu P. Rabenstein Wisensteigam missus est; vide supra p. 454. De reliquis duabus Udalrici sororibus vide supra p. 780[3].

Ecclesiae Romanae obedientia sedulo hortatus esset, professionem fidej iuxta formulam Pij IIIJ.[1] coram omnibus fecit, et absolutionis beneficium summa animi submissione atque deuotione promeruit. Cogitare possumus, quanta circumstantium laetitia, qualis omnium congratulatio fuerit, cum frater, vxor, liberi, Catholicae religionis obseruantissimi cultores, ruerent in decumbentis amplexus: frater iam vere se, qualem post[a] reiectam Catholicam fidem non nouisset, fratrem dicebat agnoscere: vxor gaudio plena iam demum maritum se habere, qualem summis votis semper optasset, affirmabat. Jlle autem contra, protestari, nunquam se quamdiu in haeresi fuit, cum affectu orare potuisse, nunquam laetam aut timore liberam gessisse conscientiam. Accessit autem, quae laetitiam cumularet, consecuta corporis sanitas: Siquidem ipse postea medicus[2] certa et indubitata fide nobis retulit, proxime secuta nocte, ita ab omni vitae discrimine, quod paulo ante praesentissimum iudicabatur, Comitem plane liberum factum, vt medicus nihil arte sua amplius opus esse videns, postero mane discesserit. Renouatus igitur, qui ante sparsus erat rumor, dici non potest, quantam haereticis indignationem, Catholicis vero consolationem attulit. Augustae et alibi populum haeretici Concionatores hortabantur orare, pro nobili et potenti viro, qui in animo haberet, abnegata in quam cum alijs Principibus iurarat, Augustana confessione, ad nouum Papismum, ita namque Societatis doctrinam vocant, declinare. Dux certe inter Germaniae potentissimos duces, nescio an vlli armorum potentia secundus[3], acerrimis minis eum a proposito deterrere aggressus: Concionatorem inprimis misit, hominem multis rerumpub. turbis atque seditionibus nobilem et exercitatum: qui recens conscriptum a se librum Comiti offerre volens[4], primo non est admissus. Deinde cum pro familiaritate, quam habuerat cum Comite prius, nihilominus instandum ratus esset, abactus grauissimis verbis, ad ducem a quo

a) *Sequitur* rem, *oblitt.*

---

[1] Fidei professionem tridentinam; de qua *Can.* IV 654.

[2] Venerandus Gabler, medicinae in universitate tubingana professor; v. supra p. 454, et cf. *Räss* l. c. II 522.

[3] Christophorus Wurttembergae dux m. Maio Iacobum Andreae (Schmidelinum) praepositum tubinganum ad Udalricum misit (*Kerler* l. c. 148).

[4] „Christliche, nothwendige vnd ernstliche Erinnerung, Nach dem Lauff der jrdischen Planeten gestelt, Darauß ein jeder einfeltiger Christ zusehen, was für glück oder vnglück, Teutschland diser zeit zu gewarten. Auß der vermanung Christi Luc. 21. in fünff Predigen verfasset. Dardurch hoch vnnd nider standt, Päpstische vnd Lutherische, vom Fressen, Sauffen, Geitz, Abgötterei, lösterung des Namens Gottes, Vnzucht, Sicherheit, verachtung Gottes Worts, vnd andren Sünden zur warh. buß vnd ernstl. Gebett vermanet werden. Gestelt durch J. Andree D. Probst zu Tübingen. Matth. 3. Es ist schon die Axt etc. Tübingen 1567." Liber Udalrico comiti dedicatus est: Ita *Riess* l. c. 360[1]. Udalricus a. 1555 a Christophoro Wurttembergae duce impetraverat, ut Andreae Wisensteigam ad cives a fide catholica abducendos veniret (*Chr. Fr. Sattler,* Geschichte des Herzogthums Würtenberg unter der Regierung der Herzogen IV, Tübingen 1771, 85—86).

missus fuerat, mala spe frustratus redijt[1]. Sed et post dies aliquot, cum literis ipsius ducis insidiarum aeque et minarum plenis, quasi legati titulo iter ad Comitem remensus, auditus tantum, non etiam, vt solebat, receptus, tale ab ipso Comite, vt est maximi ingenij, plurimae lectionis, ac singularis prudentiae vir, responsum accepit. Nullam fidem, nullam religionem esse[a] posse, vbi nulla constantia sit, nulla partium concordia : Lutheranam fidem nusquam sine sanguine et rebellione subditorum, nusquam sine maxima omnium scelerum licentia in templa publica[b] introductam. Omnes patres, omnia Concilia, ita perdite et insolenter lacerari atque contumelijs proscindi a Lutheranis, vt si de coelo lapsi soli ipsi religionis essent iudices. Nihil ab eis fere moueri, quod non ipsum superioribus saeculis anathemate percussum, nuper etiam in Graecorum Moschouitarumque Synodis, quas Ecclesias suis illi partibus fauere antea iactitabant, explosum sit atque damnatum. Eorum libros impudentissimis calumnijs, sykophantijs atque mendacijs refertos, nihil habere, nec quidem sobrium. Contra vero in Ecclesiae Romanae, cuius ille se filium profiteretur, obedientia, summam esse religionis constantiam, indissolubilem vnitatem atque concordiam, maximam reuerentiam subditorum erga dominos : Jn hac Ecclesia nihil vnquam noui, antiqua et Apostolica esse atque fuisse semper omnia, ab tot praecedentibus Concilijs Oecumenicis confirmata, consensione recepta, vsu cognita, legibus roborata : denique non esse alio deinceps sibi argumento opus, Ecclesiam firmamentum et columnam esse veritatis[2]: Lutherum eiusque asseclas atque sectatores ad Concilium Oecumenicum semper appellasse, qui vltra tergiuersentur tantae totius orbis auctoritati velle cedere atque parere? Opes atque fortunas omnes, vitam ipsam se malle amittere, quam a Catholica religione in posterum deuiare. Haec ego prolixitatis vitandae gratia, multis intercisis, vti ab ipso Comite instrumentis publicis consignata sunt, ita de Germanico in Latinum pene ad verbum transtuli[3].

Amplexus est inter alios multos cum eodem Comite Catholicam fidem, tota Germania celeberrimus medicus, atque eiusdem artis, in Tubingensi, maxime haeretica Vniuersitate Professor, re et nomine Venerandus[4]: Comitis facto, cum multos antea annos, de reditu ad

a) *Sequitur* potest, *oblitt.* b) *Correxi ex* in templa in templa publica.

---

[1] Andreae Christophori ducis iussu de hac legatione relationem (eius summa exstat apud *Veesenmeyer* l. c. 22—30) conscripsit; quam si obiter inspexeris, cum dilinganis, quas hic pono, litteris pugnare putaris; sin autem accuratius legeris, in plerisque rebus cum iisdem congruere dixeris. [2] 1 Tim 3, 15.

[3] Haec ex 17 rationibus excerpta et contracta sunt, de quibus supra p. 781.

[4] Venerandus Gabler, natus Stugartiae a. 1521, mortuus a. 1579 (*Crusius-Moser* l. c. II 196 258). Eum in *„*Historia* manu scripta collegii dilingani" „Venerandum Braitfeld" vocari intellegitur ex iis, quae P. *Ioannes Gamans* S. J. (1606 ad 1684) ex eadem transtulit in Cod. „G. 67" (f. 148^{b}), qui exstat Tongerloae (Tongerloo in Belgio) in bibliotheca abbatiae O. Praem.

Catholicam fidem meditatus fuisset, erectus atque confirmatus. Jtaque et is non multo post Dilingam veniens, facta fidei iuxta formulam a Pio IIII. Pont. Max. praescriptam, professione : generali insuper peccatorum confessione, ab excommunicationis laqueo meruit explicari, et Catholicae communioni restituj. Abdicauit quoque se professione medica, atque posthabitis omnibus commodis suis, statuit, inposterum se totum Christo consecrare. Filios mittit Dilingam ad Collegium nostrorum Conuictorum[1], in quo ex propriis bonis, vt est homo locuples, stipendium se vni et alteri alumno fundaturum recepit.

Ex hac relatione intellegitur *Andream Räss* lapsum esse, cum scriberet: Cum Udalrico IV. comite ab Helfenstein Udalricum V. et Rudolphum filios ex Lutheranismo ad ecclesiam catholicam redisse (l. c. II 516); hi duo semper catholici erant.

Labitur etiam longe magis *Martinus Crusius* universitatis tubingensis professor et eorum temporum aequalis († 1607), cum in „Annalibus Suebicis" primum a. 1593 excusis affirmat, Udalricum ad ecclesiam catholicam eo transisse, quod metueret Philippum II. Hispaniae regem et diram concilii tridentini exsecutionem, quam instare putarit (*Crusius-Moser* l. c. [supra p. 318] II 314). Idem iisdem fere verbis affirmat *Jo. Ulr. Pregizerus*, Suevia et Wirtenbergia sacra, Tubingae 1717, 146. *Kerler:* „Der Graf", inquit, „wurde, woran nicht zu zweifeln, durch die Jesuiten, so derselbe zu sich gelassen, hintergangen, und das Pabstthum ihm in einer mildern Gestalt vorgestellt" (l. c. 146). Ex monumentis modo propositis facile cognoscitur, quam non recte tum haec affirmentur, tum ea, quae de Udalrici et Wisensteigensium ad ecclesiam catholicam reductorum rationibus scripsit *Rich. Dipper;* vide supra p. 322.

851 sive **wis. (4).** A m. Aprili ad Iunium 1567.

Ex apographo eiusdem fere temporis (A), quod exstat Cracoviae in museo principis Czartoryski, Cod. 1615, f. non sign. (in codicis parte altera, post medium); manu antiqua in summa folii parte notatum est „1567 . . . Iunii". Litterae typis exscriptae sunt (B) ipso anno 1567 Antverpiae in „Collectaneo", quod supra p. 781 dixi, f. C[b]—C 11[b]; ubi ita sunt inscriptae: „Cuiusdam Dilingensis Doctoris de Comitis ab Helffenstain resipiscentia Epistola". Ex „Collectaneo" litteras germanice vertit *Raess* l. c. II 525—529. Iisdem, vel potius „Collectaneo" modo memorato, usus est et complura ex eo ad verbum expressit *Laur. Surius* O. Cart., Commentarius brevis rerum in orbe gestarum, Coloniae 1568, 547.

Comes ab Helfenstein, magnae auctoritatis vir, in ecclesiam per Socios receptus et Dilingae cum cardinali versatus, alumnos Basilea Dilingam transire iussit, sacerdotes librosque Dilinga secum abstulit, ecclesiae bona restituit, religionem in terra sua instaurandum curat, magno populi assensu. Protestantium ministri id aegerrime ferunt. Comiti, confirmandi ipsius animi caussa, liber missus est, quem Canisius vehementer laudat. Gablerus professor tubinganus comitis exemplo motus ad ecclesiam rediit et convictui dilingano reditus promisit. Vergerius misere exstinctus est. Ludimagister quidam ad ecclesiam rediit.

Abiurauit haeresim ante non multos hosce dies multis et grauibus praesentibus uiris, uno e nostris[2] ad hoc euocato, Comes ab Helfen-

[1] Ad contubernium S. Hieronymi.

[2] P. Ioanne de Rabenstein. De quo P. *Thomas Gallus* S. J. Dilinga 1. Nov. 1567 ad S. Franciscum Borgiam *rettulit: „Bis iussu Reuerendissimi ad Comitem [Udalricum IV.] hoc anno conuersum missus" est (ex autogr.; „G. Ep. VIII" f. 144[b]).

stein sueuus qui apud Wirtembergensem[1] primas fuit, uir summae potenciae et apud Germaniae principes, non exiguae authoritatis, magna animi sui, affiniumque suorum omnium consolacione Lutheranismum omnem, et Augustanam Confessionem, cui inter primos, et nescio an plane principum omnium primus subscripserat, anathematizauit, a nostris in Augustinianam[a] — id est Catholicam confessionem[2] et Communionem Catholice[b] receptus. Is commoratus est apud Cardinalem Dilingae, una cum fratre suo altero Comite[3] ultra tres hebdomadas. Synodo cum inchoaretur[4], interfuit. Discedens alumnos aliquot Basilaea, euocatos[5] haeresin similiter abiurare, et in numerum conuictorum nostrorum transire iussit, stipendia perpetua in usum, suorum nostro conuictorum Collegio pollicitus[6]. Accepit secum Catholicos sacerdotes quinque[7] praeter eos quos adhuc superstites ab exilio uiginti quinque[c] circiter annorum ad antiquas possessiones suas redire iussit. Decem millia florenorum Canonicis Augustanis ante aliquot annos per uim erepta, in pios et Ecclesiae idoneos usus arbitrio Illustrissimi Cardinalis[8] dispensanda restituit. Habebat in sua ditione Collegiatas Ecclesias duas[9]: has etiam antiquis possessoribus[d] suis Canonicis renuntiauit[e] [10]. Haereticos et vxoratos cum Parrochos[f] tum Concionatores,

a) *Ita recte B. In A* Augustianiam *correctum est ex* Augustanam. *Vide infra adn. 2.* b) Catholicae *AB.* c) *Hoc v. deest in B.* d) possesoribus *A.* e) renunctiauit *A.* f) Parochos *B.*

[1] Christophorum Wurttembergae ducem et Lutheranismi praecipuum patronum.

[2] P. Hieronymus Torrensis S. J., theologiae in universitate dilingana professor, paulo ante adversus Lutheranorum „Confessionem Augustanam" Dilingae librum „Confessio Augustiniana" ediderat, quo Sancti Augustini doctrinam eandem esse ac doctrinam ecclesiae catholicae demonstrabat; v. infra monum. 872.

[3] Georgio Helfensteinio, regimini Austriae superioris praefecto (supra p. 784[7]).

[4] Haec synodus dioecesana incohata est die 15. Iunii 1567; v. supra p. 635.

[5] Hi in ea universitate theologiae protestantium operam dedisse videntur.

[6] Rudolphus VI., Udalrici IV. nepos, a. 1627 6000 florenum 3 alumnis Dilingae et Ingolstadii sustentandis, 1000 florenos „pro thesibus" dilinganis excudendis, 5000 pro universitatis dilinganae bibliotheca, 24 000 pro Sociis Dilingae alendis, 1000 pro ecclesia academica legavit (*Specht* l. c. 212[3] 402[2] 480).

[7] „Missi hinc ad eum postea sunt 4 Magistri et Theologi, qui cultum Dei in Comitatu illo restituerent": Ita **Acta* universitatis dilinganae in a. 1567 (Cod. diling. „Acta ac. Dil." p. 75). Iidem „magistri Theologi, nostrique discipuli" vocantur in **Historia* collegii Dilingani (Cod. tongerl. „Germ. 67" f. 148[b]) Nescio an in horum numero fuerit Ioseph Edlinger ille, qui a. 1559 brevissimo tempore Romae in collegio germanico versatus, a. 1564 in universitate dilingana iuventutis „censor" et gubernatoris adiutor constitutus est (*Can.* II 457 462 478; IV 920 926). Certe a. 1571 vel 1572 ex episcopali *Curia constantiensi* M. Josepho Edlinger, collegialis ecclesiae wisensteigensis canonico, *scriptum est, permitti ipsi, ut Catharinae comitissae in Helffenstain confessiones — id quod ipsa per litteras petisset — exciperet eique alia ministeria sacra praestaret (ex „*Libro* conceptorum" dioecesis constantiensis, qui exstat Friburgi Brisgoviae in archivo curiae archiepiscopalis).

[8] Ottonis Truchsess.

[9] Praeter ecclesiam S. Cyriaci wisensteigensem significari puto ecclesiam „Maria Dozburg" (v. supra p. 783[3]); haec enim illius appendix quaedam sive filia erat.

[10] Udalricus, monitus a cardinali Augustano ac fortasse etiam a Canisio, canonicis wisensteigensibus has *condiciones, praeter alias, proponi iussit: 1) Ut in

ante terminum mensis Junij, abesse suae regionis finibus praecepit. Concionatores Catholici[a] euocati magna ui apud populum incumbunt, altaria reformant, imagines collocant pronissimis ad omnia et auribus et uulgi manibus[1]. Vicinis etiam ciuitatibus periculum creatur, ita undique, populus rei nouitate stupidus, ad Catholicam [ecclesiam][b] [?] redit. Ne dubites haereticos furere circumquaque[c]: nam et Augustam[d] usque rumor delatus, usque adeo ministros uerbi commouit, ut serio suaderent orandum populo, pro Apostata tanto uiro. Schmidel noster, non ita pridem uolumen magnum suarum[e] concionum, recens in lucem editum, eidem Comiti inscripsit[2], Verum alius alium e Noriberga tacito nomine authoris, et ipse recens [conuersus][f][?] ut Comitem in Catholica [fide][g] [?] confirmaret, librum Germanice conscriptum transmisit, ut Reuerendus Pater Canisius non dubitauerit affirmare nihil se neque ualidius contra haereticos editum hactenus neque eleganciori[h] stilo conscriptum legisse. Comes iste uir prudens et constans ab omnibus habetur . Auexit Dilinga magnam Catholicorum librorum uim. Concionatorem e nostris nondum potuit obtinere. Redijt ad Catholicismum eiusdem Comitis exemplo Medicinae[i] famosissimus quidam professor Tubingensis . D. Venerandus[3]. Is Petro Paulo Vergerio in extremis adfuit, de cuius obitu mira quaedam ualde simpliciter narrabat, quae illi uidebantur animum perfregisse, ut non modo catholicus, sed pientissimus Catholicus fieret[4]. Statuit et ipse uno atque altero stipendio conuictorum collegium[5] ditare si quidem in nostro Illustrissimus Cardinalis nullum sibi patitur fieri consortem. Alius praeterea ueniens aliunde Magister Scholarum in Elvangen[k] postmodum acceptatus

a) Catholicae *B.* b) *Hoc vel simile verbum (*fidem*?) supplendum esse facile coniectari potest.* c) circunquaque *B.* d) Augustani *A.* e) suorum *A.* f) *Hoc v. vel aliquid simile (*in fide*?) fortasse supplendum est.* g) *Vel* religione? h) elegantiori *B.* i) *Hoc v. deest in A.* k) Elioangen *B.*

posterum Wisensteigae non 6 menses tantum, sed annum totum „residerent"; 2) ut, ipsi se reformantes, in posterum officia divina diligenter et reverenter facerent atque ecclesiarum, altarium, ornamentorum sacrorum munditiem sero curarent; 3) ut et ipsi et parochi pravos mores, quibus antea hominum animos offendissent, emendarent, temperantes sibi a concubinatu, luxuria, crapula, rixis, tumultibus (ex apographo vel commentario eiusdem fere temporis. Cod. „Rel.-Acta des Röm. Reichs. Tom. IX." f. 51. Monachii, in archivo regni bavarici). Capitulum wisensteigense (posterioribus saltem temporibus) praepositum, 9 canonicos, 10 vicarios habebat ac multa bona possidebat; a. 1803 suppressum est (*M. Erzberger,* Die Säkularisation in Württemberg, Stuttgart 1902, 312).

[1] Cardinalis Marcus Sitticus ab Hohenems, episcopus constantiensis, 4. Iulii 1567 Michaeli Dornvogel suffraganeo episcopo augustano facultatem dedit templa et altaria etc. in comitatu wisensteigensi profanata denuo consecrandi et catholicorum sacris restituendi (*Freiburger* Diöcesan-Archiv IX, Freiburg i. Br. 1875, 6).

[2] De hoc Iacobi Andreae, quem etiam Schmidelinum vocabant, libro vide supra p. 785.

[3] Gabler; v. supra p. 786—787.

[4] Vide, quae sub ipsas has litteras de Vergerio dicentur.

[5] Contubernium S. Hieronymi.

haeresin et ipse in sacello nostro Dilingano abiurauit[1]. Datum Augustae 12. Calend: Julij Anni 1.5.6.7.

Ex ipsis hisce litteris intellegitur, eas ab aliquo ex Sociis dilinganis conscriptas esse; et cum in „Collectaneo" dicatur, „quendam Doctorem Dilingensem" earum auctorem esse, eas aut a P. Alphonso Pisano, aut a P. Thoma Gallo, aut a P. Theodorico Canisio datas esse censeo; neque enim alii erant.

Notatu digna sunt, quae in his litteris referuntur de morte Petri Pauli Vergerii, Tubingae 4. Octobris 1565 exstincti. Quae cum in *Surii* Commentario anno 1568 excuso (l. c.) iisdem fere verbis narrentur, in eodem Commentario opera *Michaelis ab Isselt* „recens ab anno M. D. LXX. aucto, et ad annum M. D. LXXXVI. perducto" (Coloniae 1586, p. 733) non solum repetuntur, sed his verbis amplificantur: „Sane aiunt viri graues, hunc apostatam Vergerium sub mortem teterrimos exhalasse foetores, ac bouis instar horrendos edidisse boatus: et alia quaedam, quae spero quandoque certius prodituros eos, qui morienti adfuere. Mihi necdum licuit omnia exacte cognoscere." Eiusmodi quidem res singillatim credi debere vel credi posse (nisi forte certissime probentur) negarim, idque ex rationibus, quas iam protuli alio loco (*Can.* IV 605). Sed Vergerium ex episcopo et apostolico nuntio hostem capitalem et calumniatorem saevum ecclesiae catholicae effectum, quem illiberali mente fuisse nunc etiam protestantes fatentur (v. *Can.* III 809), tristi miseraque morte perisse: hoc facile credi potest, cum Gablerus vir doctus et probus id se coram vidisse et audisse testetur.

Tum ipse Udalricus IV. († 17. Ianuarii 1570) tum eius filii et nepotes in catholicae religionis studio perseverarunt; cum autem ea familia a. 1627 in Rudolfo VI. exstincta esset, maiorem comitatus partem comites Fürstenbergii, reliquam principes Bavariae nacti sunt, atque ita regio wisensteigensis inter medios protestantes usque adhuc insula quaedam mansit catholica (*Kerler* l. c. 153—156. *Matth. Raderus* S. J., Bavaria pia, Monachii 1628, 138—140. *Baumann* l. c. [supra p. 454] 115[1] 124).

Wisensteigenses beneficii a Canisio accepti gratam memoriam declararunt exeunte a. 1897, trecentesimum diem mortis eius sollemniter celebrantes. Annis 1903 et 1904 Deggingae in sacra aede „Ave Maria" (v. supra p. 783[3]) Canisii memoria et altari, in quo grandis eius statua apparet, et pictura duobus inusta vitris honorata est; quae monumenta piorum quorundam liberalitate Canisio sunt posita.

K.

MONUMENTA LITTERARIA CANISII.

852 sive **litt. (1).** 1562—1566.

Ex Cod. „XV. A" f. 192b—193b.

P. Natalis visitator Socios monet, ut in Germania Canisii catechismos et in scholis, et in ecclesiis explicent.

P. *Hieronymus Natalis* institutionem quandam „de exercitiis literariis" in scholis Societatis faciendis dedit, cum in Germania superiore Societatis visitatorem vel secundo (1562—1563) vel tertio (1566) ageret; exstat enim huius institutionis exemplum in Germania superiore scriptum, quod P. Theodoricus Canisius emendavit: ac Natalis ipse in eius margine aliqua notavit. Postea (1567—1577) Natalis eandem institutionem sive instructionem recognovit et emendavit (Epp. *Nadal* IV x—xi); quam ita emendatam typis exscripserunt *Pachtler*

---

[1] Fridericus Helmstein? Vide supra p. 781 et cf. *Räss* l. c. II 516—521.

l. c. I 252—255 et *Gomez-Rodeles* l. c. 110—114. Instructionis caput illud, quod de Canisii catechismo est, hic propono, ut a Natale primum compositum est (A); quae autem postea ab eo mutata sunt (B), ex libro P. *Gomez-Rodeles* exscripta in „lectionibus variantibus" pono; hoc tamen praeloquor: Qui „Catechismus P. Canisii minor" a Natale vocatur, est „Parvus Catechismus Catholicorum"; qui „maior", est „Summa doctrinae Christianae". Ita igitur *Natalis:* „Catechismus P. Canisij[a] minor quidem inferioribus Classibus maior uero[b] superioribus exponetur die veneris hora vltima lectionum[c] antemeridiana et curabitur ut omnes teneant memoriter saltem paruum et instituentur[d] de his disputationes siue interrogationes puerorum[e] aut etiam praeceptorum[f] die sabbathi, fiet autem[g] in Ecclesia lectio Cathechismi diebus dominicis et festis, Ad vnam harum[h] lectionum[i] conuenient Grammatici, quae erit simplex et ad eorum captum et vtilitatem accommodata, ad aliam uero Humanistae et Rhetores et alij si qui fuerint auditores, quae erit lectio grauior[k]. Ad has lectiones deligentur uel ex praeceptoribus uel ex alijs[l] qui uidebuntur aptissimi[m].

853 sive **litt. (2).** **Anno 1565 (inter m. Ianuarium et Aprilem?).**

Epistularum S. Hieronymi a Canisio selectarum et editarum altera Dilingae in lucem prodit editio eaque multis locis emendata.

Canisius Dilinga 10. Februarii 1565 Romam ad Societatis vicarium generalem haec rettulit de epistulis (aliisque opusculis) S. Hieronymi in usum scholarum a se selectis et Dilingae exeunte a. 1561 primum a se editis (cf. *Can.* III 784): „Recudunt Dilingae opus Epistolare D. Hieronimi, quod spero nunc magis quam antea lectoribus placiturum ob illam quae accessit recognitionem" (vide supra p. 9). Prodierunt igitur „EPISTOLÆ | B. HIERO- | NYMI STRIDO- | NENSIS, ELOQVEN- | TISSIMI ET PRÆSTANTIS- | simi Ecclesiæ Doctoris, in libros treis | distributę, & ad collationem veterum | exemplarium permultis in locis | restitutæ, vt hæc secunda | editio priorem longè | antecellat. | *DE CVIVS OPERIS NOVA RA- | tione, ordine & vtilitate singulari iudicabit,* | *qui sequentem D. PETRI CA- | NISII legerit Præ- | fationem.* | Cum gratia et Priuilegio Cęs. Maiest. | DILINGÆ EXCVDEBAT | SEBALDVS MAYER. | *Anno Domini M.D.LXV.*"

8° min.; ff. sign. 294; praeterea ff. non sign. in initio 8 (addito tit.) et in fine 2. In pagina altera folii titularis figura S. Hieronymi ligno incisa eadem, quae in editione prima; in 7 foliis proximis epistula dedicatoria (v. supra p. 26—30); in tribus postremis libri paginis index epistularum. Ceterum de hoc Canisii opere v. *Can.* III 274—285 289—290 783—784.

a) *In B sequuntur vv.:* in Germania. b) *Hoc v. non est in B.* c) *Verbum sequens a Theod. Can. supra versum scriptum est.* d) minorem. Instituentur *B.* e) *In B sequuntur vv.* inter se. f) aut etiam praeceptores pueros interrogent *B.* g) etiam *B.* h) earum *B.* i) *In B sequuntur vv.:* Catechismi, quae in scholis habebuntur. k) *In B addita sunt vv.:* vel plures erunt lectiones pro vario captu auditorum. l) *In B sequitur* nostris. m) *In B, brevi sententia interiecta, sequuntur vv.:* Ad lectionem catechismi diei dominicae et festi conuenient omnes auditores.

Etiam nunc „Institutum Societatis Iesu" habet „Regulas praefecti lectorum ad mensam", in quibus (reg. 9.) inter „libros, qui post lectionem Scripturae legi possunt", comparent „Selectae Epistolae D. Hieronymi" (*Institutum* III 144).

Editionem hanc vidi Treveris in bibliotheca urbis. Eadem exstat Monachii et in bibliotheca regia (P. lat. 782) et in bibliotheca universitatis.

854 sive **litt. (3).** 1565.

Verisimile est, Conradi Bruni adversus Centurias Magdeburgenses „Admonitionem catholicam" Canisio curante Dilingae in lucem emissam, et commentarium de Bruni vita et scriptis, qui „Admonitioni" praepositus est, a Canisio conscriptum esse.

Primis „Centuriarum Magdeburgensium" voluminibus a. 1559 et 1560 vulgatis (*Can.* III 29) Otto cardinalis Truchsess, episcopus augustanus, ex doctissimo viro Conrado Bruno (Braun) cathedralis ecclesiae augustanae canonico (*Can.* III 38 [1]), quid de iis sentiendum esset, quaesivit. Is igitur a. 1561 vel 1562 sententiam, cum ob oculorum valetudinem ipse scribere non posset, librario dictavit (*N. Paulus,* Dr. Konrad Braun, in „Historisches Jahrbuch" XIV 544—545). Quae, Bruno 20. Iunii 1563 vita functo, a. 1565 typis exscripta est:

„ADVERSVS | NOVAM HISTO- | RIAM ECCLESIASTI- | CAM, QVAM MATHIAS ILLY- | ricus & eius collegæ Magdeburgici | per centurias nuper ediderunt, ne | quisq̃; illis malæ fidei historicis | nouis fidat, admonitio | Catholica. | *AVTHORE CONRADO BRVNO* | *celeberrimo Iurisperito & Canonico Augustano,* | *de cuius vita & scriptis libris quædam* | *initiò adijciuntur.* | APOSTOLI PAVLI | vaticinium. | Mali homines & seductores proficient in pe- | ius, errantes & in errorem mittentes. | *Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.* | M.D.LXV." In extremo libro: „DILINGÆ APVD | SEBALDVM MAYER."

16°; ff. non sign. 167 (addito titulari); f. *2ᵃ—A 8ᵇ: „De vita et scriptis clarissimi viri D. Conradi Bruni Iurisconsulti"; f. Bᵃ—V 5ᵃ: „admonitio catholica"; f. V 5ᵇ—V 7ᵃ: „Ad Christianum Lectorem" (proferuntur aliqua ex praefatione Centuriae VII. exscripta).

Brunus a Centuriatoribus „methodum" historicam neglegi, veritatem autem historicam adulterari et ad protestantium doctrinam illustrandam detorqueri affirmat; inprimis ostendit, quam non sit solidum „fundamentum generale", quod illi in epistula dedicatoria toti operi praemissa posuerint, et quam falsa sit „Idaea Ecclesiae" ab ipsis picta. Ita demum concludit: „Perniciosissimum hunc librum" „per vniuersum Christianum orbem" publice prohibendum esse.

Quis hunc librum evulgavit? *Ernestus Salomon Cyprianus,* theologiae protestantium doctor et „protosynedrii Gothani praeses vicarius" anno 1743: „Primus", inquit, „contra centurias scripsit Conradus Brunus. . . . Nisi omnia me fallunt, ipse Canisius is est, qui post obitum autoris Dilingae anno 1565. in lucem protulit admonitionem catholicam adversus novam historiam ecclesiasticam, quam Matthias Illyricus" etc. (l. c. 217).

Canisius iam a. 1560 cardinalem Truchsess, a. 1562 cardinalem Hosium per litteras monuerat, curarent, ut Centuriae per catholicos refutarentur (*Can.* III 30—31 372). Aestate autem anni 1565, cum Canisius Romae versaretur, in curia pontificia de eadem re serio agebatur. P. *Ioannes de Polanco,* Societatis secretarius, in *litteris Roma 16. Septembris 1565 Neapolim ad P. Alphonsum Salmeronem missis: „Si tratta", inquit, „caldamente delle centurie diuidendo la fatica frà molti, et la parte delli dogmi pare hanno dato al Padre Ledesma." Et in *litteris Roma 17. Septembris

1565 Messanam ad P. Hieronymum Domenech provinciae siculae praepositum missis: „Volendo S. Santita se scriua un' opera contra quelle Centurie delli heretici che fanno tanto danno alla Religione Catholica, frà alcuni altri è stato eletto il Padre Salmerone per parte del Papa" (ex apographis eiusd. temp. Cod. „Epp. It. [Praepp. Genn.] 1565—1567" f. 19. Cf. etiam, quae posuit *Jos. Schmid* in „Historisches Jahrbuch" XVII 79—87).

Canisio novum non erat, scripta auctorum sui temporis aequalium excudenda curare: Hannibalis Codretti S. J. „Principia Grammatices" ad Germanorum usum a se accommodata Ingolstadii a. 1556 vulgavit; Stanislai Hosii „Verae . . . doctrinae solidam Propugnationem" Coloniae ex officina Materni Cholini a. 1558 in lucem emisit, opere in libros etc. distributo, rerum summis in marginibus ascriptis etc.; Dilingae in officina Sebaldi Mayer annis 1557—1565 non solum opera a se conscripta vel collecta (ut Catechismum, Librum precationum, Epistulas S. Hieronymi, Martyrologium), sed aliorum etiam libros typis exscribendos curavit; ut priorem partem „Confessionis" hosianae (cuius plagulas ipse emendavit), Hosii „Dialogum" (a se recognitum), „Supplication der Catholischen", „Epistolas Indicas", „Hortulum Animae" (*Can.* I 592[2]; II 887—889 895 898; III 780; IV 983—995). Ibidem duos Hosii libellos germanice a se versos a. 1559 vulgavit (*N. Paulus,* Die Briefsammlung des seligen Canisius, in „Historisch-politische Blätter" CXXI 765). Neque tamen ulli ex his Hosii editionibus Canisius nomen suum ascripsit. Comparent etiam in editionibus librorum Hosii, quas modo dixi, complures praefationes et Hosii laudationes anonymae, quas a Canisio compositas esse valde verisimile est (*Can.* II 889 895—896. *Paulus* l. c.).

Quaeritur, num Canisius etiam Bruni „Admonitionem" excudendam curarit et copiosam illam de Bruni vita et scriptis praefationem conscripserit. Facile certe fieri poterat, ut cardinalis Truchsess „Admonitionem" a Bruno sibi traditam Canisio daret evulgandam; ita Truchsess etiam „Propugnationem" illam Hosii Canisio tradiderat recognoscendam et prelo subiciendam (*Can.* II 202—203). Brunus Canisio amicitia, toti Societati Iesu „communione bonorum spiritualium" iunctus erat; Sociis dilinganis domum legaverat (*Can.* III 38 82; IV 183 318. *Specht* l. c. 14[3]).

Item ille de vita et scriptis Bruni commentarius — 16 paginarum est — qui Admonitioni est praepositus, certe, si res ipsas spectes, Canisio dignus est; dicendi quoque genus mihi quidem omnino canisianum esse videtur; atque inprimis in parte illa, qua de Centuriatoribus disseritur, singulares quaedam occurrunt locutiones, eaeque haud ita paucae, quas Canisio usitatas fuisse constat; exempla pono:

„De vita et scriptis Bruni" f. A 4[a]: „Isti Centuriatores et Stoici."	*Canisius* Hosio 29. Oct. 1563: „Centuriatores . . . stoicum rigorem" obtinere volunt (*Can.* IV 368). *Canisius* de „novatoribus": „Fatum vna cum Stoicis" astruunt (De Verbi Dei corruptelis I, Ingolstadii 1583, Praemon. f. a 6[b]).
„De vita" etc. f. A 3[b]: Brunus „indignum putabat, [per Centuriatores] ad nouae sectae deprauatas et pestilentes opiniones contorqueri, magnaque vi abripi, quae sanctissimi patres longe alio sensu scripsissent".	*Canisius* Truchsessio Augusta 7. Dec. 1560: „Indignum facinus Ecclesiasticam historiam tot modis a Sectarijs deprauari" (*Can.* III 30). *Canisius* Hosio Augusta 3. Oct. 1562, de Centuriatoribus: „Diligentes illi quidem in historijs omnium temporum deprauandis et ad suum institutum detorquendis" (l. c. 491).
„De vita" etc. f. A 7[a]: „Ipsi velut ex tripode pronunciant."	*Canisius* in dedicatione „Epistolarum B. Hieronymi" Dilingae a. 1562 editarum de Erasmianis: „Licet illis quod libet . . . velut ex tripode pronuntiare" (*Can.* III 281).

„*De vita*" etc. f. A 4 de Centuriatoribus: Iis „ludus propemodum videtur, . . . ridere Pontifices, sacramenta integra suo loco mouere, sacra profanare, . . . in vulgi ludibrium ea vertere, quae olim aut Patres instituissent, aut pie obseruassent. . . . Improbabat [Brunus] omnis pietatis aduersarios turpiter inficiari et insectari, quae bona fide nobis veneranda reliquit antiquitas . . . de sacrorum reuerentia" etc.

„*De vita*" etc. f. A 6: Centuriatores „leges omnibus dare, et a nullis accipere volunt, qui praeterea quod summis viris adimunt, id licenter arrogant sibi, qui demum . . . neque cum vllis siue domesticis siue extraneis in vna doctrina diu consentire posse videntur".

„*De vita*" etc. f. A 6^a: Centuriatores „damnatis etiam iam olim opinionibus" patrocinantur.

„*De vita*" etc. f. A 6^b: Centuriatores „contentionibus atque dissidijs in vtraque republica gliscentibus, perinde ac Nero flammis Patriae ardentibus pascebatur, ita plurimum delectantur".

„*De vita*" etc. f. A 3^b de Bruno: „Dolebat illi nouos prodire Aristarchos, qui arrepta veluti virgula censoria in veteribus nihil non carperent, morderent, lacerarent."

Canisius in dedicatione „Epistolarum B. Hieronymi" Dilingae a. 1565 editarum, de novatoribus: „Iam quae sacrorum reuerentia? Ridetur antiqua pietas, sacramenta integra nobis reijciuntur, maiorum instituta religiosa non secus ac traditiones quaedam Pharisaicae flocci penduntur, cultus diuinus passim aboletur, arae et templa prophanantur" etc. (supra p. 27 ad 28).

Canisius Hosio Oeniponte 8. Maii 1563, de novatoribus: „Se et sua Jdola tantum non coli uolunt ab omnib: Quod autem arrogant sibi, nulli ne Concilio quidem tribuj a nobis patiuntur" (*Can.* IV 187).

Canisius Lectori: „Expendamus . . . quantum istius modi Doctores et Magistri noui in adamato verbo profecerint, et quo insuper iure, quantum aliis detrahunt, tantum in eo ipso verbo sibi arrogent authoritatis" (De Verbi Dei corruptelis l. c. f. a 6^a).

Canisius Hosio Augusta 6. Nov. 1563, de novatoribus: „Neque cum catholicis, neque inter se unquam possunt conuenire" (*Can.* IV 380).

Canisius Ioanni Nopelio Colonia 10. Sept. 1546, in dedicatione Operum S. Leonis Magni, de novatoribus: „Damnatas prius opiniones" innovant (*Can.* I 220).

Canisius Lectori: Centuriatores eorumque similes „scriptores huius aetatis . . . ego Neroni haud prorsus dissimiles esse dixerim. Sicut enim ille . . . Romam incendit, et ardentem patriam laetis est oculis contemplatus: ita isti" etc. (De Verbi Dei corruptelis etc. l. c. f. a 5^b).

Canisius Lectori: Centuriatores „Momos et Aristarchos omnes superare videntur. . . . Censoriam velut virgulam arrogant sibi, ac nulli fere Patrum ac veterum parcunt, qui" etc. (De Maria Virgine etc., Ingolstadii 1577, Praef. f. a 5^a, b 2^a).

Canisius in dedicatione „Epistolarum B. Hieronymi" Dilingae a. 1562 editarum: „Erasmus . . . seuerum se praebuit Aristarchum . . . qui arrepta velut virgula censoria, de praesentibus et superiorum aetatum Theologis liberrime censet" (*Can.* III 280—281).

Canisius Nopelio (ut supra) de novatoribus: „Nihil sane mirum, si virgam in Leonis opera censoriam arrogent sibi" etc. (*Can.* I 219).

Haec mihi consideranti, non certum quidem, sed probabile — dixerim etiam: valde probabile — est, Conradi Bruni adversus Centurias Magdeburgenses „Admonitionem" Canisio curante in lucem emissam, et commentarium de Bruni vita et scriptis, qui „Admonitioni" praepositus est, a Canisio conscriptum esse.

Matthias Flacius Illyricus Centuriarum praecipuus architectus m. Iunio a. 1566 Basileae edidit librum: „Refutatio Invectivae Bruni contra Centurias Historiae Ecclesiasticae"; ex quo libro intellegitur, Flacium, quis Bruni scriptum in lucem edidisset, ignorasse. Flacius hominis vesani instar non solum in scripti auctorem et editorem, sed in catholicos omnes saevit; exemplum pono: „Historicae lucis conatum cernentes Papistae suis Aegyptijs tenebris obesse, conduxerunt caecum ac delirum quendam Brunum, qui non propria impellente conscientia, aut ueritatis studio: sed tantum (ut Praefatio habet) oratus ab illis, ut ipsorum uotis morem gereret, non certe ut mandato Dei contraria praecipienti obediret, aliquid contra blaterauit. . . . Eandem prorsus calumniandi uiam etiam iste lucifuga praelocutor caelati nominis ingressus est. . . . En habes candide Lector, totam summam, ipsissimamque ideam, totius huius atrocis et plane rabiosae inuectiuae quae infinita impurissimorum conuiciorum plaustra continet. Si ergo uis permoueri solis maledici oris impurissimis sputis, uenenatisque uomitibus" etc. (p. 10—11).

Librum Bruni vidi Luxemburgi in bibliotheca publica (n. 1027).

855 sive **litt. (4).** 1565.

Flacius Illyricus in libro „De sectis Pontificiorum" Basileae a. 1565 edito asserit: In catechismo Canisii apud catholicos laudatissimo et vulgatissimo „ipsissimus ethnicismus" docetur; catechismus ille de iustitia Christiana non novit plus quam Turcae, Iudaei, idololatrae; in expiandorum peccatorum modis Christi sanguinem vel crucem non memorat; Christum abolet; Iesuitae Mahometismo viam parare volunt. Canisius stuprum fecit. At Flacius et Canisium et eius librum calumniatur; mancam mutilatamque proponit catechismi doctrinam. Canisius in nova Summae editione christianam peccatorum expiandorum rationem etiam luculentius explicat.

Matthias Flacius Illyricus, „Centuriatorum magdeburgensium" princeps, cum a. 1564 adversus Canisii „Summam" librum de „Ethnica Iesvitarum doctrina" edidisset (*Can.* IV 1026—1028), a. 1565 Basileae edidit librum: „De sectis, dissensionibvs, contradictionibvs et confvsionibvs doctrinae, religionis, scriptorum, et doctorum Pontificiorum Liber. Authore Matthia Flacio Illyrico." In quo ita scribit: „Si quis uult manifestariam falsitatem impietatemque Papisticae doctrinae deprehendere, uel solum Iesuitarum (qui nunc flos ipse Pontificiorum Theologorum sunt) Catechismum legat, qui primum anno 54 Viennae prodijt [1], et postea etiam saepius recusus est ac in compendium quoque non ita dudum a Canisio illorum patriarcha primario est redactus, ac denique etiam amplissimis monarcharum bullis exornatus [2], collaudatusque, quod uere germaneque doctrinam Romanae ecclesiae contineat: et insuper omnibus, ut secundum eum credant, seuerissime est iniunctum. In eo sane authentico ac sacrosancto istorum libro, aut Euangelio potius, manifeste ipsissimum Ethnicismum

---

[1] Canisii Summam dicit; quae primum vulgata est Vindobonae a. 1555, non a. 1554; v. *Can.* I 521—522 537.

[2] Edicta significat a Ferdinando I. a. 1554 et 1560 et a Philippo II. a. 1557 constituta; v. *Can.* I 752—754; IV 1006.

reperies. Nam in descriptione iusticiae Christianae, qua coram Deo iustificemur ac saluemur, fol. 117. primae editionis, et aliquot paginis sequentibus, totam Christianam iusticiam collocat in sola nostra omissione malorum operum, et operatione bonorum. Christi uero iustitiae aut obedientiae meritorum, passionis aut sanguinis, quod ea coram Deo iustificari debeamus, nulla prorsus ibi fit mentio. Quam autem obsecro aliam doctrinam de iusticia proponeret aliquis Ethnicus sapiens, Aristoteles, Plato, Auerroes, Mahometus, aut aliquis Iudaicus Rabinus uel Pharisaeus, uel etiam quiuis non prorsus furiosus Turcus aut Tartarus, quam istam ipsam. Omitte mala opera aut facta, et fac bona. Si haec est propria peccatoris coram Deo iusticia, tum libere uereque cum Paulo dicere possumus, Christum frustra mortuum passumque esse. Ita iste flos Theologorum Papae nihil plus nouit de primario Christianae Religionis capite, nempe de iusticia Christiana, qua sola omnes miseros peccatores in illo seuerissimo Dei iudicio iustificari seruarique oporteat, quam aliquis Turcus, Ethnicus, Iudaeus, aut quiuis alius trux et barbarus idololatra, et ab omni doctrina religioneque Christi alienus. Sic idem ille authenticissimus liber Papisticae doctrinae, cum de peccatorum expiatione, propitiatione, et Dei placatione, fol. 145. et sequentibus, disserit, . . . disertissime affirmat, multos esse modos (sunt eius uerba) media aut rationes expiandi peccata. Ex quibus ille ibi sex enumerat, inter quos nullum prorsus locum dat sanguini aut passioni Christi. Quod quid aliud tandem est, quam unicum illum agnum Dei . . . una cum sua passione prorsus ac funditus abolere? . . . Videntur igitur omnino isti Iesuitici seductores id agere, ut Mahometanismo, armorum uiolentia in nos irruenti, aditum aperiant, et hominum mentes ueluti initiali alphabetariaque quadam institutione praeparent. Cum enim iuuentus et alij quoque Turcicam iusticiae et iustificationis ac salutis aeternae rationem uiamque, et peccatorum expiationem, quae sunt praecipua Religionis capita, imbiberint, ueramque ac Christianam esse persuasi fuerint: facile postea, regnante Turco, porro in Mahometismum prorsus degenerabunt. Nam ista duo religionis capita prorsus primaria sunt, et in maxima totius religionis praxi uersantur. Quarto, ex praedicto Papistarum summae authoritatis libro liquidissime demonstratur, ipsos extreme impiam, Pharisaicam, Turcicam, et plane Antichristianam, aut Christi officio ex diametro repugnantem doctrinam Religionemque proponere, et aperte profiteri, pusillisque Christi fraude et sanguinaria uiolentia obtrudere conari. Dolendum profecto et deplorandum est, monarchas tam impium genus doctrinae suis seuerissimis edictis, miseris subditis ui ac uiolentia obtrudere conari." Ita *Flacius* in libri „Praefatione", quae inscribitur: „Christiana adhortatio M. Fl. Illyrici, ad Serenissimvm Principem et inclytum Senatum Venetiarum, ad scrutandam inquirendamque ex coelestibus sacrarum literarum oraculis ueritatem, in praesentibus Religionis controuersijs, et Antichristi reuelatione" (p. 34—36). Similiter in ipso libri corpore loquitur; ut cum scribit: „Videatur uel Iesuitarum Catechismus, anno 1554 Viennae cum eximio priuilegio, aut potius seuero mandato editus, ubi tota iusticia Christiani hominis in solis operibus collocatur: nempe in omissione malorum, et in operatione bonorum operum: ut prorsus perinde disserat de Iusticia, sicut aliquis Pharisaeus, Turcus, Ethnicus aut Iudaeus. Ignorat uero, aut certe saltem negligit penitus Christi iusticiam obedientiae ac passionis, et quomodo sanguine Christi iustificemur. Cum porro ad expiationem peccatorum uenit, multas rationes ea expiandi, Deumque placandi per bona opera monstrat: inter quas nusquam reperies, quod sanguis Christi nos mundet aut abluat ab omnibus peccatis. Recitabo autem amplioris fidei gratia, ipsorum propria uerba. Quibus uero modis (inquit Iesuiticus Catechismus) peccata expiantur? Multos certe huiusmodi. . . . His alijsque modis et officijs uerae pietatis, comparamus, etc." (l. c. p. 58).

In eodem libro (p. 77) Flacius non ueretur, foedam illam calumniam repetere, immo etiam certius clariusque proferre, quam a. 1559 libello germanice scripto effuderat: Canisium anno 1557 Moguntiae cum abbatissa quadam stuprum fecisse.

Calumniae verba non pono, quia iam posui *Can.* II 800—801. Ibidem ea fabula refutatur. Ad catechismum Canisii transeo. Quem quam male tractasset Flacius, iam ostendi *Can.* IV 1027, cum de altero illo libro Flacii dissererem. Hic pauca

tantum repeto: *Canisius* iam in altera illa „Summae“ editione, quae Vindobonae a. 1556 in lucem prodiit, variis peccatorum expiandorum modis (ut stipis largitione, paenitentiae sacramento, iniuriarum condonatione etc.) recensitis ita sententiam conclusit: „His alijsque modis et officijs verae pietatis comparamus atque praestamus in Christo Jesu, quod Apostolus aequissime admonet“ etc. (Summa Doctrinae Christianae, Viennae Austriae 1556, f. 146[b]). Verba autem „in Christo Jesu“ a Flacio omittuntur. Neglexit etiam Flacius, quae *Canisius* in „Summa“ iam inde ab ipsa eius editione prima sive principe docuerat de „remissione peccatorum“: „Virtute Dominicae passionis confertur“ (Summa Doctrinae Christianae, Viennae Austriae [1555], f. 11), et de Christo: Eum esse auctorem atque consummatorem sapientiae iustitiaeque nostrae (l. c. in pag. aversa folii tit.); eius passione, sanguine, cruce, vulneribus, morte peccatoribus consolationem, sanitatem, virtutem, vitam continuo exhiberi, dummodo pareant et compatiantur Christo capiti, ut ita simul cum eo glorificentur (l. c. f. 6); absque Christo neque sapientem quemquam esse posse, neque intelligentem, neque fortem, neque pium etc. (l. c. f. 174).

Canisius in nova illa „Summae“ recognitione Coloniae a. 1566 primum evulgata doctrinam quidem de iustitia christiana peccatorumque remissione antea a se prolatam retinuit, perspicuis verbis significans, etiam priores editiones catholicas esse et in posterum quoque usurpari posse (v. supra p. 161); verum permotus, ut equidem censeo, his similibusque Flacii criminationibus, ad quaestionem „Quibus modis peccata expiantur?“ longe etiam copiosius et clarius quam antea respondit. Ita igitur ille: „Hic in primis est extra controuersiam Christum nobis esse [1] propitiatorem, et illum Dei [2] agnum, qui tollit peccata mundi, quique solus remissionem peccatorum nobis potuerit promereri, et purgationem eorum facere. Deinde certum est, Deum fide purificare corda, vt Petrus [3] inquit, quod citra fidem (humanae salutis ostium ac fundamentum) nullus peccatorum remissionem aut expiationem consequi aut sperare possit. Fide vero destituuntur, qui cum Ecclesiae fide non consentientes, vana quadam fiducia peccati remissionem et iustificationis gratiam propter Christum sibi alijsque pollicentur. Qui vero in Ecclesiae fide et eius vnitate persistentes, a peccatis cupiunt liberari, multos illi modos [4] ad peccatorum suorum expiationem in Scriptura propositos habent, inter quos principem tenet locum Poenitentiae Sacramentum“; deinde hos modos recenset et ex sacra Scriptura illustrat: „Eleemosynam“, condonationem offensarum, fraternam correctionem, „abundantiam syncerae charitatis“, „contriti cordis sacrificium“. „Sic demum scriptura teste discimus, his alijsque modis et officijs verae pietatis Christi gratia editis, hoc effici, vt credentium et poenitentium in Ecclesia, sicut diximus, peccata expientur“ etc.: Summa Doctrinae Christianae, recognita et locupletata, Coloniae 1566, f. 151[a]—153[a].

856 sive **litt. (5).** 1565.

Canisii Summa latine Parisiis vulgatur, atque ibidem et latine et gallice cum fructu explicatur.

---

[1] „Roman. 3. d“ [Rom 3, 24—28]. Quae in hac et proximis adnotationibus inclusa sunt signis „ “, in ipsius „Summae“ marginibus posita sunt.

[2] „Ioan. 1. d; 1. Corint. 1 d; Hebraeor. 1 a“ [Io 1, 29 36; 1 Cor 1, 30 31; Hebr 1, 3].

[3] „Actor. 15 b; Hebraeor. 11. a. b“ [Act 15, 7—9; Hebr 11, 1 6].

[4] „Cyrill. lib. 2. in Leuitic.; August. lib. 2. contra Cresc. cap. 12; Chrysost. concione 4. de Lazaro in fine“ [*Origenis* in Leviticum homilia 2. (quae olim Cyrilli Alex. esse dicebatur) n. 4., in latina editione Operum Cyrilli a Canisio curata T. I, Coloniae 1546, f. 44[b], et apud *Migne,* P. gr. XII 417—419; *S. Augustini* contra Cresconium l. 2, c. 12, n. 15, apud *Migne,* P. lat. XLIII 475; *S. Ioannis Chrysostomi* De Lazaro concio 4, n. 7, apud *Migne,* P. gr. XLVIII 1016].

„Summa" Canisii a. 1565 evulgata est etiam Parisiis:

„*SVMMA* | DOCTRI- | NÆ CHRI- | STIANÆ, | *Per Quæstiones conscripta à Reue- | rend. D. Petro Canisio Theologo | societatis Iesu, & nunc recens | ab eodem recognita, & aucta.* | PARISIIS, | Apud Thomam Brumennium, in | clauso Brunello, sub signo Oliuę. | 1565."

32°; ff 142 (addito titulari) et praeterea in fine ff 10 non sign., in quibus est index rerum alphabeticus; f. 2ª—3ᵇ praefatio ad „Reverendos Episcopos, Parochos, et Gymnasiarchas", non subscripta, „Lugduni Kal. Aprilis . M. D. LXII." data; incipit: „Nemo est, qui Christianam religionem"; terminatur: „sit impositurus . Valete in Domino" (videtur omnino eadem esse atque illa, quam Michael Jovius bibliopola lugdunensis Summae Canisianae a. 1562 et a. 1564 Lugduni editae praeposuit; vide *Can.* III 790; IV 1023); f. 4ª—5ª „praefatio" typographi; f. 5ª—5ᵇ: „Index totius libelli ordinem, et summam complectens."

P. *Edmundus Haius* S. J. collegii „claramontani", quod Societas Parisiis habebat, rector 4. Decembris 1565 P. Lamberto Auer S. J. rectori collegii moguntini *scripsit: „Praelegimus toto hoc anno Summam Doctrinae Christianae R. P. Canisij diebus festis et dominicis, gallice junioribus, prouectioribus vero latine, quae lectiones frequentes et constantes habuerunt auditores. Probaturque in eo plurimum optimis quibusque opera nostrorum" (ex apogr. eodem fere tempore scripto. Cod. colon. „L. Qu." I, in a. 1566 p. 17—18). Ceterum cf. Haii litteras Parisiis 13. Februarii 1565 (?) datas, *Can.* IV 1023.

Eodem anno 1565 P. Antonius Possevinus S. J. a Carolo cardinale Borbonio archiepiscopo rotomagensi (Rouen), ut in eam civitatem veniret, rogatus, magnum numerum catechismorum Canisii et P. Edmundi Augerii Parisiis secum advexit, diebus Martis, Iovis, Sabbati doctrinam christianam explicavit, ludimagistros et parochos ad idem in posterum faciendum instituit (*Sacchinus,* Hist. S. J. III, l. 1, n. 84 85).

Editionem vidi Parisiis in bibliotheca Sanctae Genovevae (Bibliothèque Sainte Geneviève), D. 3997 (1).

Eandem posuit *Sommervogel,* Bibl. II 622.

857 sive **litt. (6).** 1565.

Canisii „Summa" latine denuo (P. Dionysio Vasquez S. J. curante?) editur Antverpiae.

Canisii „Summa", quae Antverpiae ex taberna libraria Ioannis Belleri iam in lucem prodierat gallice minimum semel, latine quater (*Can.* IV 1022), a. 1565 ex eadem denuo latine prodisse traditur. Librum non vidi. Ex *Sommervogel* (Bibl. II 622) autem colligo eum ita esse inscriptum: „Summa Doctrinæ Christianæ. In vsum Christianæ pueritiæ per Quæstiones recens conscripta, à D. Petro Canisio Doctore Theologo Societatis Jesu. Jussu et Authoritate Sacratissimæ Cæsareæ Majestatis et invictiss. ac Sereniss. D. Philippi, Hispaniarum, Neapolis, etc. Regis, Ducis Brabantiæ, Comitis Flandriæ etc. in lucem ædita. Antverpiæ, apud Joannem Bellerum, sub Aquila aurea . MDLXV" (12° min., ff. 122, et praeterea fol. tit. etc.).

Nescio utrum hunc libellum an illum, de quo infra mon. 866, Canisii mandatu Antverpiae excudendum curaverit P. *Dionysius Vasquez* S. J., qui hisce annis (cum P. Petro Paez S. J.) ibi mercatorum hispanorum et lusitanorum animas curabat (*Astrain* l. c. II 372). Haec enim Vasquez Antverpia 17. Februarii 1566 Romam ad Borgiam *rettulit: „Yo embie [vnas letras] los dias passados con vn librito del padre Canisio que yo hize aqui por su orden imprimir" (ex apogr. recenti, exscripto ex archetypo, quod est in „G. Ep. VII" f. 225. Cf. *Braunsberger* l. c. [supra p. 159[2]] 153[4]). Ex proximis autem huius epistulae verbis verisimile efficitur, librum illum medio m. Decembri 1565 Romam missum esse.

858 sive **litt. (7).** 1565.

Canisii „Summa" latine editur Novariae, Venetiis, Parmae. Eandem Novariae ipsis parochis explicari episcopus iubet.

1. Canisii „Summa" anno 1565 edita est etiam Novariae (Novara in Pedemontio) apud Franciscum Sesallum:

„*SVMMA* | DOCTRINÆ | *CHRISTIANÆ PER* | QVESTIONES CONSCRIPTA | A R. D. PETRO CANISIO THEOLOGO | SOCIETATIS IESV, | *Et nunc recens ab eodem recognita & aucta.* | Iussu & auctoritate Sacratissimæ Rom. | Hung. Boem. &c. Regiæ Maiest. | Archiducis Austriæ, &c. | *Accessere Præces horariæ de æterna Dei Sapientia* | IESV CHRISTO *domino nostro, cum quibusdam* | *pijs & Christianis exercitationibus.* | NOVARIAE APVD FRANCISCVM | SESALLVM, MDLXV." Cum Sesalli signo typographico.

8° min.; ff. 115 (addito titulari); f. 2 litterae dedicatoriae, f. 3 praefatio ad lectorem, sine loco et anno („Non est ignotus hic liber, ut qui ante quadriennium Viennae primum aeditus" etc.); f. 4ᵃ—6ᵃ Ferdinandi I. edictum a. 1554 datum; f. 91ᵃ—102ᵃ Preces horariae de aeterna Dei sapientia, Meditationes cotidianae de virtutibus Christi, S. Thomae Aquinatis oratio „Creator ineffabilis" (cf. *Can.* IV 1005), preces vespertinae; f. 115 conspectus rerum.

Litterae dedicatoriae a Sesallo typographo, nec loco, nec tempore ascriptis, datae sunt ad Antonium cardinalem Serbellonum, episcopum novariensem, qui etiam Perusiae et Umbriae legationes aliquamdiu rexit et a Pio IV. ad gravia ecclesiae negotia adhibitus est (*Ciaconius-Oldoinus* l. c. III 889). *Sesallus* autem haec fere refert: „Superioribus annis" Novariae diebus „sacris" doctrina christiana pueris in publico explicari coepta est. Unde pii omnes plurimum solacii ceperunt, nisi quod dolebant non omnes pueros ad eam institutionem accedere. Cui rei cum remedium quaereretur, Canisii Summa in paucorum quorundam manus venit iisque valde placuit. Ideo illi statim Panetium Pandortium, cardinalis vices Novariae agentem, adierunt; et eidem brevi post traditae sunt litterae, quibus cardinalis de toto hoc negotio constituebat ac, praeter alia, ei mandabat: Primum omnium curaret id, ut „Summa" ipsis parochis proponeretur et explicaretur, unde et ipsi et ipsorum parochiani utilitatem caperent. Hac igitur de causa Summa canisiana in ipsa modo civitate novariensi typis exscripta est.

Sommervogel hanc editionem brevissime commemorat, Bibl. II 635.

Librum vidi Mediolani in bibliotheca ambrosiana, X II 58.

2. Michael Tramezinus, typographus et bibliopola venetus, Canisii Summam denuo (cf. *Can.* IV 1004) edidit a. 1565; quam editionem pono ex eiusdem descriptione, a. 1891 a R. P. *Antonio Minasi* S. J. Neapoli ad me missa:

„SUMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANAE | PER QUAESTIONES | conscripta a Rever. D. Petro | Canisio Theologo Societatis Je-|su, et nunc recens ab eodem reco-|gnita, et aucta | *Iussu, et auctoritate sacratissimae* | *Rom. Hung. Boem. etc. Regiae* | *Maiest. Archiducis Au-|striae etc.* | ACCESSERE | *Preces Horariae de aeterna Dei Sa-|pientia Iesu Christo* | *domino nostro, cum piis* | *quibusdam et Chri-|stianis exercita-|tionibus.* | Cum privilegio Senatus Veneti | ad annos decem." In extremo libro: „Venetiis apud Michae-|lem Tramezinum, | 1565."

24°; ff. sign. 1—156. Praeterea in initio: In compluribus ff. non sign. litterae dedicatoriae „Roberto de Nobilibus Cardinali amplissimo Michael Tramezinus" (cf. *Can.* IV 1004—1005), praefatiuncula „Lectori" inscripta, privilegium typographicum „1558 . die 23. Novemb. in Rogatis" Tramezino concessum (sign.: „Io. Antonius Cont. Duc. Notarius"), Ferdinandi I. de Summa hac „edictum regium", Viennae 14. Augusti 1554 datum. Ceterum confer, quae de editione Tramezini a. 1563 facta scripsi *Can.* IV 1004—1005.

Editio (non posita a Sommervogel) exstat, ut ex P. Minasi accepi, Neapoli in bibliotheca Oratorii (Bibl. Gerolom.), 12 23 1 80 R.

3. Anno 1565 Canisii „Summa“ Parmae a Seth Viotto excusa est. Editionem pono ex descriptione, anno 1891 Neapoli a R. P. *Antonio Minasi* S. J. ad me missa:

„SUMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANAE | PER QUAESTIONES | conscripta a Reverend. D. Pe-|tro Canisio Theologo Societatis | Iesu, et nunc recens ab eo-| dem recognita et aucta. | ACCESSERE | Preces Horariae de aeterna Dei sapientia | IESU CHRISTO domino | nostro, cum piis quibusdam et | Christianis exercitationi-| bus. Nec non et Index | copiosissimus | PARMAE | Apud Seth Viottum | M. D. LXV.“ Cum Viotti signo typographico. In extremo libro: „FINIS | PARMAE | apud Seth Viottum | M. D. LXV.“

24⁰; ff. sign. 1—200; praeterea in initio 12 ff. non sign. (addito tit.), ex quibus ff. 2 et 3 litteras dedicatorias, sequentia indiculum alphabeticum exhibent; f. 174ª et f. 200ª parvae figurae ligno incisae (f. 174 Christus cruci affixus, quem duo angeli adorant); in altera libri parte, praeter alias preces, meditationes breves de Christo, per singulos hebdomadis dies dispositae, exstant.

Libri „praefatio“ sive litterae dedicatoriae Parma 15. Martii 1565 a Viotto datae sunt ad „Matthaeum Rinuccinum civem et Canonicum Florentinum I. V. peritiss. Jllustrissimique et Reverendiss. Alexandri Card. Sfortiae Parmaeque Pontificis Vicarium“.

Sommervogel non posuit hanc editionem. Quae, ut ex P. Minasi cognovi, exstat Neapoli in bibliotheca nationali, VI A 59; exstat etiam Parmae in bibliotheca palatina et Genuae in bibliotheca universitatis regiae.

859 sive **litt. (8).** 1565.

Canisii „Summa“, per Nicolaum Zegerum O. Fr. Min. a. 1557 vlamice versa, denuo excuditur Antverpiae per Nicolaum van den Wouvere.

„Summae“ canisianae a Nicolao Tacito Zegero (Zegers), Ordinis Fratrum Minorum, vlamice versae et compluries Antverpiae et Lovanii excusae (*Can.* IV 1006—1007) editio nova facta est a. 1565: „Catechismus Dat is Die Somme des Heylighen Christen geloofs, int corte met vraghen ende andtwoorden den Christen ionghers leerende alle het ghene dat sy behooren de wetene, te gheloouen, ende te doene om salich te worden: Eerst wtghegheuen in Latynscher ende ouerlantscher spraecken, door dbevel des Keys. Maiest. Ferdinandi. Coninck van Roomen, Hungarien, etc. Ende nv ghetranslateert in onse nederlantsche spraecke beuolen wort wt te gheuen, ende ouer al te leeren door tghebodt ons Coninck. Maiest. van Spaengnien, etc. Gheprint Thantwerpen opte Lombaerde Veste teghen ouer die gulden handt, By Niclaes vanden Wouwere. M. D. LXV. Met Conincklijcke Priuilegie.“ 8⁰; ff. sign. 120, et ff. non sign. 5. In extremo libro: „In eremo Botentalica vertebat ad Dei laudem et proximorum salutem, anno Domini M. D. LVIJ Nicolaus Zegerus Bruxellanus minorita, qui et extremam tandem his manum admolitus est die diui Thome apostoli martyris sacro. Christo Jesu sit gloria.“

Ponitur etiam approbatio catechismo data a Ruardo Tappero (cf. *Can.* IV 1023) et Philippi II. Hispaniae regis edictum 16. Decembris 1557 datum et privilegium typographicum Bruxellis 7. Ianuarii 1557 „stylo Brabantiae“ datum (cf. *Can.* IV 1006). Ita *M. A. H. Willemsen,* De Werken van Wilhelmus Lindanus II, Roermond 1902, 721—722 (Limburg's Jaarboek II, vᵉ Aflev.).

Libri exemplum, ut ex Willemsen intellegitur, exstat Hagae Comitis ('s Gravenhage) in bibliotheca regia.

Sommervogel hanc editionem non posuit.

860 sive **litt. (9).** 1565.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum“ Cracoviae denuo evulgatur latine.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum“, Cracoviae excusus a. 1560 et, ut videtur, etiam a. 1561 (*Can.* II 830[4]; III 778), ibidem denuo vulgatus est a. 1565. Editionem pono ex *Theod. Wierzbowski,* Bibliographia Polonica XV ac XVI ss. III,

Varsoviae 1894, 103: „Parvvs | Catechi | smvs Catho | licorvm, Nvnc | Primvm Integritati | suæ restitutus, et singulari au | thoritate Sacræ Cæs: Mai: | editus. | Autore D. Petro Canisio Do | ctore Theologo Societatis | Iesv ... Cracoviæ | Apud Matthaeum Siebeneycher Anno Do | mini 1565." 8°; ff. 40.

Editionem posuit etiam *Sommervogel*, Bibl. VIII 1976.

Libri exempla exstant Varsoviae in bibliothecis universitatis et K. Świdziński; cf. *K. Estreicher*, Polnische Bibliographie des XV.—XVI. Jahrhunderts, Krakau 1875, 129.

861 sive litt. (10). Sub m. Maium 1565.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" gallice versus Parisiis excuditur et a facultate theologica approbatur.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum", Parisiis a. 1564 gallice versus, ibidem a. 1565 in lucem emissus est:

„PETIT | CATECHISME | DES CATHOLIQVES, | Fait premierement en Latin par | Pierre de Canis, soubs l' auctorité | & commandement de la Maiesté | Imperiale, & maintenant mis en | François, pour le profit & | vtilité de la ieunesse. | A PARIS, | Chez Thomas Brumen, à l' enseigne | de l' Oliuier, pres S. Hilaire. | M. D. LXV. | AVEC PERMISSION."

32°; ff. sign. 48 (addito titulari). In pagina altera folii titularis „Approbation des Docteurs", data 7. Maii 1565, et subscripta: „I. Benoist. Dalencon"; qui erant „Docteurs, et regents en la faculte de Theologie de Paris"; f. 2ᵃ—4ᵇ summa brevis litterarum Ferdinandi I. 10. Decembris 1560 datarum; f. 5 praefatio „Au Lectevr Chrestien", „De Paris ceste veille de Pasques [= 1. Aprilis] 1564 I. D. H"; f. 42ᵃ—46ᵃ testimonia sacrae Scripturae; f. 46ᵇ—48ᵃ precationes.

Approbatio illa a theologis sorbonnicis data denuo excusa est in „Petit Catechisme des Catholiqves latin et françois. Composé par Maistre Pierre Canisius Docteur en Theologie, de la compagnie du nom de Jesvs. Approuué par la faculté de Theologie de Paris. Av Pont-a-Movsson, Par Melchior Bernard, Imprimeur de Monseigneur le Duc de Lorraine 1601" (liber exstat Friburgi Brisgoviae in bibliotheca universitatis 35, 366); eam ex hoc ipso libro exscribo:

„Nous soubsignez Docteurs, Regens en la faculté de Theologie de Paris, certifions auoir veu et leu diligemment ce present liure intitulé, Petit Catechisme des Catholiques, faict premierement en Latin, par M. Pierre Canisius, etc. auquel nous n' auons trouué chose qui ne soit bonne et Catholique, pleine de toute erudition, tres-vtile et necessaire à tous fideles Chrestiens,

Faict ce 7. May 1565. J. Benois d' Alençon."

Ioannes Benoit († 1573), theologiae professor, hoc tempore decanum facultatis theologicae egisse videtur (*P. Feret*, La Faculté de Théologie de Paris et ses Docteurs les plus célèbres. Époque moderne II, Paris 1901, 197). Eius verba tanto magis memoratu digna sunt, quia Canisius a. 1563 Gallicanismo, quem in concilio tridentino aliqui episcopi galli theologique parisienses propugnabant, fortiter obstiterat, et quia academici parisienses ipsis hisce annis Societati Iesu valde inimici erant neque in universitatem eam admittebant; atque ipse Benoit a. 1564 „sectam" Jesuitarum acriter reprehendisse traditur (*Can.* IV 50³ 65³ 86—88 183 246. *Feret* l. c. II 67—77. *J. M. Prat* S. J., Maldonat et l' Université de Paris au XVIᵉ siècle, Paris 1856, 84—159).

Hanc, puto, catechismi canisiani editionem Sacchinus potissimum significat, cum refert, P. Antonium Possevinum S. J. a. 1565 Baionam (Bayonne) profectum, cum ibi plurimos libros haereticos Geneva comportatos et tanquam ad nundinas expositos vidisset, datis ad Georgium cardinalem Armeniacum (d' Armagnac) archiepiscopum tolosanum litteris institisse, „vt ab Tolosa celerrime quotquot liceret Gallica lingua aduersus haereses scriptos libros, et quamplurimum Catechismorum mitteret, praesens veneno remedium. Quod cum factum ab Cardinali liberaliter esset,

ingenti missa Sarcina, illico Posseuinus per aulas Principum, totamque viciniam sparsit": Historia S. J. III, l. 1, n. 83.

Librum vidi Parisiis in bibliotheca Sanctae Genovevae, D. 3997 (³).

Eundem posuit *Sommervogel,* Bibl. II 650.

862 sive **litt. (11).** 1565.

Romae Societatis homines Canisii „Parvum Catechismum Catholicorum" italice vulgandum curant. Idem Catechismus in scholis collegii romani S. J. adhibetur.

P. *Ioannes de Polanco* S. J. in litteris „annuis" romanis, Roma 1. Ianuarii 1566 datis, *narrat: „Si sono fatti stampare tre mila catechismi del Padre Canisio, et due di dottrine christiane": Ita quidem exemplum praepositis Societatis in Lombardia et Tuscia degentibus destinatum (ex archet., a Polanco subscripto. „Epp. It. 1565 I" f. 16ᵇ). In latino autem exemplo, quod in provinciam Societatis rhenanam missum est, *Polancus:* „Cathechismos", inquit, „P. Canisii 3000, doctrinas christianas 2000 imprimendas curauimus" (ex apogr. eiusd. fere temp.; Cod. colon. „L. Qu." I 16).

Eodem pertinet, quod Perusio 19. Ianuarii 1565 P. *Curtius Amodei* S. J. Romam ad Lainium Societatis praepositum generalem *scripsit: „Desidero . . . si mandassero da cinquanta di quelle dottrinelle del P. Canisio uulgare" (ex autogr.; „Epp. It. 1565 I" f. 32ᵃ).

In libro „Iesviticvm Ieivnivm, Das ist: NOhtwendige, vnnd zuvor vnerhörte Erzehlung, deß vnchristlichen Fastens der verdechtigen Jesuiter", latine a *M. Elia Hasenmüller* conscripto et a Dr. *Polycarpo Leyser* aulae dresdensis contionatore protestante vulgato, germanice autem a *Melch. Leporino* protestantium brunsvicensium contionatore verso et Francofurti ad Moenum a. 1596 in lucem emisso haec (p. 64), anno „1565." in margine apposito, dicuntur: „Canisius in seinem Tractat von der Christlichen Lehre, zu Rom gedruckt, setzet diese Wort: Osseruarai i digiuni in cierti giemi *[sic]* et tempi comandati."

In „Constitutione" quadam „seu ordine septem classium" collegii Societatis romani, a PP. Petro Ioanne Perpiniano, Fulvio Cardulo, Iacobo de Ledesma, Sebastiano Romeo Romae „ex consensu communi" aestate a. 1565 [1] facto edicitur, ut in 7. sive infima classe „doctrina christiana parva cotidie semel memoriter" discatur, in 6. „Doctrina christiana parua ter in hebdomada; et qui eam sciunt, discant catechismum Canisii paruum"; de 5. idem paene, ac de 6., statuitur; de 4.: „Catechismus Canisii paruus bis, aut semel in hebdomada, die sabbathi; at qui nesciunt, doctrina christiana paruula"; de 3.: „Catechismus Canisii semel in hebdomada, die sabbathi. Discunt omnia memoriter"; in secunda sive „humanitatis" classe: „Catechismum Canisii fortasse semel in hebdomada recitarent"; in prima sive „Rhetoricae" classe catechismi nulla fit mentio (*Gomez-Rodeles,* Monum. paed. 184—190; cf. ibidem 169 170 171 175 176 181).

Haec igitur pro certis duco: Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" Romae anno 1565 et italice vulgatus, et in scholis collegii Societatis usurpatus est. Atque in Litteris annuis romanis nomine „Catechismorum P. Canisii" hos „Parvos Catechismos", nomine autem „Doctrinarum christianarum" unum ex illis minoribus catechismis significari censeo, quos in Italia iam inde ab a. 1534 vel 1537 editos recenset *Tacchi Venturi,* Storia etc. (v. supra p. 425³) I 295—298. Nam P. *Franciscus Costerus* S. J. (qui a. 1565 Romae versatus erat; vide supra p. 757). Lovanio 29. Iunii 1566 S. Francisco Borgiae *scripsit: Se Lovanii „paruum Catechismum Romanum" vlamice vertisse eique aliqua ex Canisii catechismo exscripta ac professionem fidei tridentinam adiunxisse; opus enim sibi fuisse libello catechetico,

---

[1] „Ante discessum" Perpiniani. Is m. Augusto 1565 Roma in Galliam discessit ibique a. 1566 mortuus est (*Bern. Gaudeau* S. J., De Petri Ioannis Perpiniani vita et operibus, Parisiis 1891. 35 56).

quem, cum extra urbem contionaretur, populo distribueret, ut ad doctrinae christianae explicationem eum alliceret; minoris autem catechismi canisiani et volumen et pretium non esse tam modica, ut multa eius exempla colligere et secum circumferre posset (ex autographo).

Nescio an hanc catechismi canisiani editionem significaverit doctissimus vir *Ioannes Carolus Bovius* (Bovio; cf. *Can.* IV 370) archiepiscopus brundusinus (Canisium hic a. 1562 in concilio tridentino cognovisse videtur), cum Brundusio (Brindisi) 6. Martii 1566 Romam ad P. Ioannem de Polanco, Societatis secretarium, *scriberet: „Fui auisato dal Padre Bouadiglia, ch' era capitato in mano del Signor Arciuescouo di Bari un' piegho di lettere mandatomi da V. Reuerentia con due Catechismi dentro del buon' padre Canisio, il qual per errore fù aperto da S. S. credendosi, chè uenesse á lui, aggiungendo che così aperto mi lo manderà con la prima comodità." Se vero diu quidem exspectasse et compluries archiepiscopo bariensi (Antonio de Puteo) Romam profecto scripsisse; neque tamen fasciculum illum sibi esse allatum; attamen se Polanco pro pulcherrimo illo dono gratias agere maximas (ex archetypo, ab episcopo subscripto. „Epist. Episc. coll. I" f. 192[a]).

863 sive **litt. (12).** 1566.

Operum S. Leonis Magni editio, a Canisio primum a. 1546 Coloniae curata, anno 1566 denuo Lovanii apud Hieronymum Wellaeum, eaque duobus voluminibus in 16°, vulgata est. Volumina diligenter descripsi *Can.* I 222. Cf. etiam *Sommervogel,* Bibl. I 618; VIII 1974.

864 sive **litt. (13).** Initio m. Ianuarii 1566.

Ex epistulae commentario, ab ipso Kesselio scripto. Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 170. Particulam ex eodem posuit *Hansen* l. c. 526. Aliqua ex eodem commentario germanice versa posui in *„Stimmen"* etc. LXXI 317. Eodem usus sum in „Katechismen" etc. 80.

Canisius Coloniae „Summae doctrinae christianae" recognoscendae summam manum imponit.

P. *Leonardus Kessel* S. J., collegii coloniensis rector, Colonia a. 1566 „quinta feria post Pascha" sive d. 18. Aprilis amico cuidam ecclesiastico („Venerabilis Domine") haec, praeter alia, scripsit: „Mitto D. T. catechismum P. Canisij cui vltimam manum imposuit, quando iam in Ianuario nobis adfuit, quem vt ex [praefatione posita][a] [?] in principio libri patet, dicauit nostris senatoribus. Spero libellum iam tot annis elaboratum et iam tandem absolutum, fore bonis christianis gratissimum; alterum exemplum dabit D. T. Domino Praeposito, tertium vero D. Scholastico M. Stephano, quod illis pro munusculo paschali mitto."

Nescio an Kessel tres hasce „Summas" miserit Francofurtum ad Moenum; ibi certe Ioannes Latomus, decanus ecclesiae collegialis S. Bartholomaei, Henricus Phlegerus et Iacobus Sutoris canonici, Stephanus Weber, canonicus et contionator ad S. Bartholomaei, Sociis amici erant et Societatis collegium desiderabant. Iacobum Sutoris Kessel olim Coloniae „filium confessionis" habuerat; Weber (qui postea Moguntiae episcopus suffraganeus fuit) Sociorum discipulus fuerat et Kesselio amicitia iungebatur (*Hansen* l. c. 324[4] 373 466. *Can.* IV 742. *Duhr,* Jes. I 412 858).

P. *Ioannes Rethius* S. J., gymnasii sive „bursae" trium coronarum coloniensis regens, in ephemeridibus *notavit de m. Septembri 1565: „In Bursa Montana nunc legitur etiam maior catechismus Canisij" (Cod. colon. „Epp. ad Reth." f. 3 non

a) *Aut haec supplenda, aut v.* in, *quod sequitur, delendum esse censeo.*

sign. post f. 170). Et de d. 2. Augusti 1566: „Statutum fuit a facultate artium, ut in omnibus scholis parochialibus et collegialibus legeretur catechismus Canisii" (*Hansen* l. c. 629[3]).

865 sive **litt. (14).** Inter m. Ianuarium et Aprilem 1566.

Ex auctoritate Ferdinandi I. imperatoris Canisii „Summa" in lucem prodit Coloniae, ab auctore multum recognita et locupletata. Numerus testimoniorum Scripturae et Patrum in ea commemoratorum. Quae a Launoio in ea vituperentur.

Coloniae inter m. Ianuarium et Aprilem (v. supra mon. 864) a. 1566 in lucem prodiit:

„SVMMA | DOCTRI- | NÆ CHRISTIANÆ, PER | QVAESTIONES LVCVLENTER | conscripta, nunc demum recognita & | locupletata, authore D. Petro Canisio | Societatis IESV Theologo, vt | ex eius noua Prefatione | constabit. | *Accessit huic recognitioni authoritas, decretũ & pri- | uilegium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* | COLONIAE, | *Apud Maternum Cholinum, Anno* | M.D.LXVI. | Cum priuilegio Cæs. Maiest. ad decen." Cum Cholini signo typographico.

8⁰ min.; ff. sign. 209 (addito titulari), et praeterea in extremo libro 11 non sign.; f. 2a—4b „Praefatio" sive litterae dedicatoriae ad senatum populumque coloniensem; f. 5a—8a edicta Ferdinandi I. (10. Dec. 1560) et Philippi II. (16. Dec. 1557); f. 9a—196a catechismus; f. 196b—197a „Index totius libelli ordinem et summam complectens"; f. 197b—198a „Carmen de praecipuis huius Catechismi partibus, in gratiam studiosorum adiectum. Quis uere Christi censendus nomine dignus? Hic, cui iustitia est" etc.; f. 199a—209b „Appendix de hominis lapsu et iustificatione secundum sententiam et Doctrinam Concilij Tridentini"; in ultimis foliis (non signatis) „Index" rerum alphabeticus, „Errata", Cholini signum typographicum.

„Summae" editio prima, a. 1555 in lucem emissa, 211 quaestiones cum suis responsis habet, haec 222; praeterea in multis responsis vel definitiones meliores, vel explicationes planiores, vel probationes novae comparent; locorum sacrae Scripturae paene 2000 in marginibus libri non quidem ad verbum descripta, sed breviter tamen commemorata sunt; item Patrum ecclesiae testimonia fere 1200, cum primum 400—500 memorata essent. Dicendi quoque genus politius est, quam antea. In „Appendice" decreta dogmatica in concilii tridentini sessionibus V. et VI. edita fere ad verbum expressa sunt, ita tamen, ut tota haec doctrina 20 capita cum suis inscriptionibus habeat; sessionis VI. de iustificatione decretum a cardinali *Iosepho Hergenröther* vocatur „ein theologisches Meisterwerk" (Handbuch der allgemeinen Kirchengeschichte III, ed. 3, Freiburg i. Br. 1886, 239). Ceterum de huius recognitionis ratione Canisius scripsit in litteris dedicatoriis, quas posui supra p. 159—163. De eadem copiosius disserui in „Katechismen" etc. 80—90; ibidem ostendi, quam temere *Ioannes Launoius,* gallicanus ille theologus, et post eum Germani aliqui affirmassent: Canisium in priore quidem catechismi editione, cum „ecclesiam" definiret, traditionis antiquae simplicitatem retinuisse, in recognito vero catechismo „antiquam definitionem" illam „interpolasse, aut contra bonae definitionis, vel etiam descriptionis regulas auxisse", suprema papae potestate inserta (*Joannis Launoii* Opera omnia V, P. 2, Coloniae Allobrogum 1731, 684—686. *Mich. Ign. Schmidt,* Katechist, Bamberg u. Wirzburg 1785, 586. *Feder* l. c. [supra p. 703] 17 A*. *Jo. Christ. Harenberg,* Pragmatische Geschichte des Ordens der Jesuiten II, Halle u. Helmstädt 1760, 2147).

Labitur *I. G. Th. Graesse* (Trésor II 35—36), cum affirmat, in hac Summae canisianae editione primum comparere nomen auctoris; vide Can. III 790; IV 1005 1023, et supra p. 798—800.

Editio haec coloniensis „Summam“ canisianam exhibet perfectam, ut ita dicam, atque absolutam; quae enim Canisius postea in ea immutavit, fere nullius momenti sunt. In hanc igitur „Summam“ summae illae laudes conveniunt, quas a viris sapientibus atque etiam ab ipsis adversariis catechismo Canisii tributas protuli vel commemoravi *Can.* I XVII—XIX. Hoc autem loco haec sola addo: *C. A. Witz*, unus ex primariis protestantium austriacorum ministris, de Canisii catechismis ita sentit: „Die ganze Anlage ist höchst geschickt, die Ausführung, Klarheit und Bestimmtheit des Ausdruckes musterhaft und auf katholischer Seite unerreicht. Ausserdem nirgends ein beissendes Wort, nirgends eine Schmähung. Diese Katechismen haben — wie Professor Dr Kawerau treffend bemerkt[1] — für die Kirche der Gegenreformation sicher eine ebenso grosse Bedeutung, wie die Luther's für die Kirche der Reformation. Sie machten Canisius zum wirksamen Lehrer des katholischen Deutschlands“: Petrus Canisius der erste deutsche Jesuit und die evangelische Kirche, Wien 1897, 12. Item *Gustavus Krüger*, theologiae protestantium in universitate giessensi (Giessen) professor: „Die Katechismen des Canisius sind das Hauptdenkmal der deutschen Gegenreformation: ein bewusstes Gegenstück zu Luthers Arbeit“: Petrus Canisius in Geschichte und Legende, Giessen 1898, 11. Et *Gustavus Droysen*, historicus catholicis parum amicus: „Der unermeßlichen Wirkung des lutherischen Katechismus begegnete Canisius dadurch, daß er die römische Glaubenslehre katechismusartig zusammenstellte, und damit dem Religionsunterricht ihrer Bekenner eine Grundlage und Stütze gab, die sich bis auf den heutigen Tag nicht weniger wie das Werk Luthers bewährt hat“: Geschichte der Gegenreformation, Berlin 1893, 241. Et *Henricus Boehmer*, historicus acatholicus: „Dies Büchlein erlangte in seinen verschiedenen Formen dank der Gunst der katholischen Obrigkeiten bald eine ähnliche Verbreitung wie die Katechismen Luthers. Aber es verdiente diesen Erfolg auch wegen seines inneren Wertes. Es ist volkstümlich und klar geschrieben, ansprechend disponiert und gemäß dem Bedürfnis der Zeit stark biblisch gehalten. Aber sein Hauptvorzug ist, daß es alle ‚direkte Polemik‘ beiseite läßt. Eben darum wirkte es in diesem polemischen Zeitalter mehr als alle gelehrten polemischen Werke der katholischen Partei“: Die Jesuiten, ed. 2, Leipzig 1907, 67—68.

Franciscus Sylvius sive Silvius (1581—1649) theologiae in academia duacensi professor primus, quod equidem norim, Canisium in „praemotionis physicae“, quam dicunt, patronis numerandum esse asseruit idque ex eius „Summa“ intellegi affirmavit; neque tamen aliud ex eadem protulit, quam verba illa, quae sunt in capite „de iustitia christiana“, responso I: „Ea [i. e. gratia Dei] praeeunte et adjuvante perficitur quod Joannes affirmat. Qui facit justitiam justus est“[2]: De motione primi motoris, P. 2, art. 26 (Operum Tomus quintus, Antverpiae 1698, 37). Simili ratione P. *Antonius (Antoninus) Reginaldus* O. Pr. († 1676), qui theologiam diu magnaque cum laude in academia tolosana docuit et ex praecipuis doctrinae thomisticae propugnatoribus fuit, in opere posthumo, cura famosi illius Paschasii Quesnel edito, „De mente S. Concilii Tridentini circa gratiam se ipsa efficacem“ (Antverpiae 1706) col. 1600—1604, ut Canisium „sententiam de gratia per seipsam efficaci amplexatum esse“ et „eam existimasse mentem esse Concilii“ tridentini probet, praecipua argumenta ex Canisii „Summa“ petit. Alii vero de Canisio contraria senserunt; ut P. Petrus Possinus (Poussines) S. J. († 1686) Canisium a praemotione illa physica admittenda alienum fuisse affirmavit (*Ger. Schneemann* S. J., Controversiarum de divinae gratiae liberique arbitrii concordia initia et progressus, Friburgi Brisgoviae 1881, 161—162). Ne omnibus quidem gratiae per se ipsam efficacis defensoribus

[1] Vide *Can.* I XVIII[3].

[2] Ita sane *Canisius* dixerat primum (ut in „Summa“ Coloniae a. 1560 excusa, p. 164); in recognita vero Summae editione, quam supra descripsi, ea verba sic immutavit: „Ea vero praeeunte atque cooperante, efficitur id in nobis, quod“ etc. (f. 123). Ita etiam in posterioribus editionibus, ut in „Summa“ Coloniae a. 1573 excusa (p. 237).

ea, quae Reginaldus de Canisio affirmavit, multum placuisse videntur; certe doctissimus vir *F. A. M. Dummermuth* O. Pr., ubi theologos illius aetatis, qui sententiam illam tenuerint, recenset, Canisii mentionem non facit (S. Thomas et Doctrina Praemotionis Physicae, Parisiis 1886, 559—753).

Editionem posuit (brevius) *Sommervogel*, Bibl. II 623.

Libri exemplum vidi Francofurti ad Moenum in bibliotheca urbana. Alia exempla, ut ex amicis accepi, exstant Berolini in bibliotheca regia (Ep. 3724), Lugduni in bibliotheca publica (4377 [104]), Upsalae in bibliotheca universitatis.

866 sive litt. (15). 1566.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum“ denuo exceditur (latine) Antverpiae (cum Calendario etc.), Coloniae, Parisiis.

1. Christophorus Plantinus, ex cuius officina typographica Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum“ iam a. 1561 prodierat (*Can.* III 787), eundem a. 1566 iterum excudit, ita inscriptum:

„INSTITVTIONES | CHRISTIANÆ | PIETATIS. | Autore D. PETRO Canisio | Societatis IESV Theologo. | ANTVERPIÆ, | Ex officina Christophori | Plantini. 1566. | CVM PRIVILEGIO.“ Cum Plantini signo typographico. Versus 1, 2, 3 et numerus „1566“ rubri sunt. Integer titulus figuris ligno incisis velut ora quadam includitur: supra titulum fruges cernuntur, in lateribus duae mulieres symbolicae, quarum una crucem, altera coronam habet spineam.

16°; pp. 63; praeterea in initio ff. 8 (addito titulari) non sign., et in fine 1 pag. non sign. In primis illis foliis, a pagina altera folii titularis usque ad paginam alteram folii 8., Calendarium positum est; in quo alia nigris, alia rubris litteris descripta sunt. In p. 56—63 testimonia sacrae Scripturae contra haereticos adhibenda et tres sententiae S. Augustini exstant; cf. *Can.* III 775; IV 1007 1024.

De figuris, quibus Plantinus catechismos canisianos aliosque libros ornabat, *A. F. Butsch* scribit: Sie sind „nicht von hoher künstlerischer Bedeutung“, sind jedoch „die fast einzigen im gefälligen Geschmack der französischen Hochrenaissance, die wir in den Niederlanden finden“: Die Bücherornamentik der Hoch- und Spätrenaissance. 2. Teil der Bücherornamentik der Renaissance, Leipzig u. München 1881, 17.

Librum vidi Monachii in bibliotheca regia, Catech. 79[a].

Editionem posuit etiam *Sommervogel*, Bibl. II 635.

2. Eodem anno in lucem prodiit

„Parvvs Catechismvs Catholicorvm. Secunda editio priori et emendatior et locupletior. Coloniae Agrippinae, Ad Intersignium Monocerotis. Anno M. D. LVI.“

12°; 23 ff. non sign. (addito titulari). In pagina altera folii titularis carmen „Ad pveros novi Coronarvm Gymnasij“ (cf. *Can.* II 891); f. 2ª „Ad eosdem Novi Coronarvm Gymnasij pueros“ praefatio, „Coloniae VI. Calend. Decemb. M.D.LX“ (cf. *Can.* II 891). Catechismus excusus est in typographia Gymnici (Gymenich); haec enim signum monocerotis (Einhorn) habebat; ibidem iam a. 1559 excusus erat (*Can.* II 890).

Librum vidi Dusseldorpii in bibliotheca publica (Landesbibliothek).

Editionem posuit *Sommervogel*, Bibl. II 635.

3. Parisiis quoque idem liber denuo excusus est a. 1566:

„PARVVS | CATECHIS- | MVS CATHO- | LICORVM, NVNC | primum integritati suæ restitu- | tus, & singulari auctoritate Sac. | Cæs. Maiest. editus. | *Auctore Petro Canisio.* | PARISIIS, | Apud Thomam Brumennium, in | clauso Brunello sub signo Oliuæ. | 1566“.

32°; ff. 32 (addito titulari); f. 2 praefatio Canisii Augusta Vindelicorum m. Maio a. 1561 data; f. 3ª—5ᵇ edictum Ferdinandi I. 10. Decembris 1560 datum; f. 30ª—32ᵇ testimonia sacrae Scripturae.

Librum vidi Parisiis in bibliotheca Sanctae Genovevae, D 3997 (2).

Eundem posuit *Sommervogel,* Bibl. II 635.

Eodem hoc anno P. Oliverius Manareus S. J. praepositus provincialis Franciae „Summam“ Canisii gallice versam excudendam curavit; v. supra p. 476.

867 sive **litt. (16).** A m. Martio ad Iulium 1566.

Ex archetypis, quae sunt in „EN“ n. 111 129 131 134 144. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 43 138 144 154 192 198. Aliqua iam antea posuerat *Sommervogel,* Bibl. V 294.

Epistularum Indicarum versionem latinam a Rutilio Lovanii a. 1566 vulgatam Natalis et Canisius supprimere student, quod „valde corrupta“ sit et cum veritatis Societatisque detrimento avidissime per Germaniam ematur. Iidem impedire statuunt, quominus Rutilius nova Epistularum Indicarum volumina edat. Apud Borgiam praepositum generalem vehementer instant, ut Ioannes Petrus Maffaeus Societatis novicius latine scribendi peritissimus Epistulas Indicas ad exempla archetypa exprimere iubeatur. Gaudent Borgiam Maffaeo id mandasse et Maffaeum opus aggressum esse, ac versionem urgent, curaturi, ut Dilingae eadem excudatur. Maffaeum amicissime salutant.

P. *Hieronymus Natalis* Societatis visitator Augusta 27. Martii 1566 Romam ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit: „Vn tomo delas cartas delas Jndias en latin se ha imprimido en Louania, y segun me ha dicho el Padre Canisio y yo en parte he uisto, es todo muy corrupto, y prometese en este tomo que haran hasta seys; y el auctor o Jnterprete es un pedagogo delos sobrinos del Cardenal de Augusta, y parecenos a Maestro canisio y a mi que nos esforcemos, ut supprimatur haec editio, y que dende luego se ocupase el hermano Juanpietro[1] el nouitio que es buen latino a hazerlas todas de un estilo y muy bien emendadas con el original; y auiendose deletto que no se estampen las que no son tan edificatiuas, y luego que sean algunas hechas latinas las embien aca que luego las haremos imprimir de muy buena estampa en Dilinga en nombre de alguno de los nuestros[a] o del mismo Juanpietro y desta manera si paresce a V. P. se puede remediar el mal que de esta corrupta impression puede succeder, y paresce que la presteza en esto importa porque no se publiquen y no se multipliquen las estampas, porque segun dize el Padre Canisio se dessean tanto que es facil cosa que esto sea; Nosotros bien procuraremos que no vaya adelante este interprete, mas la mayor seguridad paresce la que he dicho.“

P. *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius mandatu Borgiae Roma 20. Aprilis 1566 Natali respondit: „E stata buona diligentia supprimere quella editione delle lettere dell' India, poichè non staua bene : et nostro Padre si contenta di adoperar il fratello Giouan Pietro nella uersione, et presto attenderà a quella“ (Epp. *Nadal* III 66—67).

Natalis Borgiae Augusta 19. Maii 1566: „Molto si è rallegrato il Padre Canisio ch' il fratello gioan Pietro attenda alla uersione de

a) *Quattuor vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] De Ioanne Petro Maffei vide, quae sub ipsas has Natalis epistulas postremo loco dicentur.

tutte le lettere d' Jndia, et tanto piu uedemo esser' necessario, quanto che quel tomo con tanti errorj[a], è sparso gia per tutta Alamagna con gran detrimento della verità et della estimation della Compagnia." Et Augusta 25. Maii 1566: „Jl Padre Canisio et io altra uolta dimandiamo instantemente dalla P. V., per amor' de Dio che subito Gioan Pietro mettà mano alle lettere d' Jndia per quello ch' importa à tutta la Compagnia specialmente in Germania." Et Augusta 29. Maii 1566: „Mando alla Paternità V. per Monsignor Lancilloto[1], un essempio delle lettere d' Jndia che sono state tradotte et stampate come per altre ho scritto, le quali molto despiaceno àl Padre Canisio, et con grand' auidità secondo intendiamo sono ricercate, qui le vendono per tre Julij[2] cosi in carta[3] doue sono comunemente buon mercato[4]; Per amor de Dio V. P. facci che la uersion che spero hauera incominciato il Fratello Gioanpietro uadi inanzi et con diligentia etc." Et Dilinga 20. Iulii 1566: „Mucho plaze al padre canisio y a mj que el hermano Joan pietro aya comencado la traduction delas cartas del jappon . supplicamos a V. P. que vaya adelante. . . . Nominatim querriamos el padre canisio y yo ser encomendados al fratello juan pietro el qual es coadjutor nuestro in Domino por germania[5] pues haze latinas las cartas de la Jndia para ella[b]."

Exstat liber: „*EPISTOLÆ INDICÆ* | DE STVPENDIS | ET PRÆCLARIS REBVS, | quas diuina bonitas in India & variis | Insulis, per Societatē nominis IESV, | operari dignata est, in tam copio- | sa Gentium ad fidem | conuersione. | LOVANII, | Apud Rutgerum Velpium, Bibliopol. Iurat. | Sub Castro Angelico. | *Cum Priuileg. Reg. ad 4. annos.* | 1566." 8° min.; pp. numeris sign. 496; praeterea in initio 12 (addito tit.) et in fine 16 folia non sign.; illa folia libri dedicationem et praefationem, haec Pii IV. „Brevia" exeunte a. 1564 in Societatis gratiam ad varios principes data (v. supra p. 11) et duos continent „Indices", unum „locorum", alterum „rerum et verborum"; in pagina altera folii titularis summa privilegiorum Velpio Bruxellis 9. Augusti et 10. Octobris 1565 de hoc libello datorum.

Litterae dedicatoriae Lovanio 4. Iulii 1565 a „Ioanne Rutilio Sombergio" ad Ottonem Truchsess cardinalem Augustanum datae sunt: *Rutilius* se „in Societatis Collegiis" cum Truchsessii „nepotibus" versatum esse significat et „Sanctiss. nominis Iesu Societatem" multis laudibus extollit. „Petiui a viro quodam probo, naturae, diuinisque muneribus non mediocriter ornato, haberetne de rebus Indicis nonnullas epistolas quas communicare posset? Is pro agnata sibi beneuolentia deque omnibus bene merendi studio omnium earum quas habuit, haud grauatim participem fecit." Amicorum „aliorumque clarorum virorum" „hortatu, aut potius imperio laborem hunc suscipere placuit; . . . sumpsi mihi has epistolas, vt in emendatiorem paulo dictionem quoquo modo traducerem, ac quia nonnunquam aliquid deerat, multisque in locis vastis hiatibus non cohaerebat sententia, supplendas, continuandasque suscepi, vt multis in locis restitutae paulo emendatiores prodirent." In praefatione autem ad lectorem data *Rutilius*: „His interea", inquit, „fruere, dum aliud tibi volumen

a) *In archet. ita correctum est ex* errore. b) *Ita Natalis ipse correxit ex* germania.

[1] De hoc v. supra p. 238.

[2] Quarta parte ducati sive $^{3}/_{8}$ floreni rhenensis = 22—23 crucigeris? Cf. *Can.* II 94[2] et supra p. 107—108. [3] Non conglutinatas.

[4] I. e. Augustae res parvo pretio vendere solent.

[5] Cf. 2 Cor 8, 23; Phil 4, 3; Col 4, 11 etc.

magis elaboratum in quinque vel sex libros distributum paramus : in quorum primo tibi sumus daturi B. P. Francisci Xauieri, si fieri potest, epistolas omnes : in secundo Goenses : Iapanenses et Sinenses in tertio : Aethiopicas in quarto si ita videbitur : in quinto Brasilienses, siue Americas [*sic*], sextus eas forte continebit quae non ita commode in ordinem secundum narrationem historicam digeri potuerunt. Quem laborem eo lubentius in tuam gratiam suscipimus, quod non alium fere ordinem seruatum esse, quam quo ex India receptae sunt in quatuor illis admodum prolixis, idiomate Italico conscriptis tomis, non sine tedio aduertimus."

Ioannes ille Rutilius (Ruttilius), brabantinus, sub a. 1563 Dilingae in universitate a cardinali Truchsessio condita grammaticam docuit; postea Augustae in schola latina ecclesiae cathedralis magister fuit et a. 1587 vita functus est (*Can.* III 283. *Specht* l. c. 45[1] 46[2]). Qui 17 fere ponit epistulas (vel integras vel ex parte) easque inter annos 1544 et 1560 a variis Societatis hominibus, ut S. Francisco Xaverio, Gasparo Berse (Barzaeo), Ioanne de Beyra, Aerio Brandão, Henrico Enriques (Henriquez), Ludovico Frois, Melchiore Nuñez, Antonio de Quadros, Armuzia (Ormucio, Ormus), Cocino (Cochim), Goa, Punicale ad S. Ignatium, Socios lusitanos, Socios alios datas. Rutilius autem ipse, ut mihi quidem videtur, significat, se potissimum aliqua ex illis epistularum indicarum voluminibus adhibuisse, quae italice scripta Venetiis a. 1551, 1552, 1558, 1559, 1562, 1565 in lucem prodierant („Diversi avisi particolari dall' Indie" etc., „Nuovi Avisi" etc.; cf. *Can.* I 119[2]; II 206[2] 691[2]; IV 983); usus est is etiam „Epistolis Indicis" Dilingae a. 1563 excusis et praeter alias Barzaei epistulas eas quoque, quae in dilingano volumine exstant, una cum „Paraenesi Doctoris Ioannis Agricolae Ammonij" eidem volumini addita iterum excudit (cf. *Can.* IV 984—986); fortasse alias quoque editiones vel exempla aliquot manu scripta habebat.

Rutilius, qui illorum temporum mos erat, in vertendis hisce epistulis multam sibi sumebat libertatem, atque etiam nimiam. Exempla ponam.

Primo loco ponit litteras a S. Francisco Xaverio Cochino 15. Ianuarii 1544 ad Socios Romae degentes datas; quas datas esse affirmat ad Ignatium praepositum generalem „et Fratres Romae, Patauij, Parisiis, Coloniae, Valentiae, et in Lusitania literis operam dantes"; id quod ipsum litterarum exordium legentibus mirum videri debet.

Ponam idem exordium, ut a *Xaverio* hispanice scriptum est (*Monumenta* Xaveriana ex autographis vel ex antiquioribus exemplis collecta I, Matriti 1899—1900, 278—279), et ut a Rutilio latine est redditum (Epistolae Indicae p. 1—2):

„La gracia y amor de Christo nuestro Señor sea siempre en nuestra ayuda y fauor. Amén. Ha dos años y nueue meses que partí de Portugal, y después acá os e escrito tres vezes con esta : solas unas cartas uestras tengo recebidas después que acá estoy en la India, las quales fueron escritas a 18 [*alia lectio:* 13] de Henero de 1542, y con ellas la consolación que recebí Dios nuestro Señor sabe. Estas cartas me dieron aurá dos meses; y llegaron tan tarde á la India, porque la naue en que venían inuernó en Moçambique. Micer Paulo, Francísco de Mansillas y yo estamos con mucha salud."

„Gratia et pax Iesu Christi Saluatoris nostri sit semper vobiscum, etc. Cum elapsi duo sint anni, eoque amplius nouem menses, quod a Lusitania petiturus Indiam soluerim, ac ternas, dum in India sum, ad vos literas dederim; a vobis vero vnas duntaxat receperim, quae Idibus Ianuar . datae, anni 1542. mihi nunc primum duobus ab hinc mensibus sunt redditae : diutius mihi silendum non putaui; quin de propagatione fidei, cuius hic magna incrementa , largitur Deus Opt. Max. ac ratione instruendi rudiores in fide, pauca ad vos describerem. Scribam autem ingenue ad vos Fratres in Christo Iesu dilectissimi, quae Christus Dominus hisce nouissimis temporibus per nostrae Societatis Patres dignatus est in salutem humani generis operari apud

Indos. Polliceor autem mihi de vestra aequitate, quod non in vanae gloriae aucupationem sitis interpretaturi; quemadmodum qui nullius sibi virtutis conscij omnes esse sui similes optant, aut saltem opera Dei magnifica per alios gesta obscurant, aut etiam eleuant maleuole : sed potius quod ex grata (vt spero) lectione materiam sitis arrepturi gratias misericordi Deo agendi. Igitur Dominus Paulus, Franciscus Mancilla, et ego bene in Domino valemus."

Quicquid Rutilius posuit, incipiendo a „diutius mihi silendum" usque ad „gratias misericordi Deo agendi", id nullus ex antiquis codicibus habet. Cf. etiam „Francisci Xaverii Epistolarum libros quatuor ab *Horatio Tursellino* e Societate Iesu in Latinum conversos ex Hispano", Moguntiae 1600, 31.

Alterum exemplum depromo ex litteris Malaca 3. Decembris 1554 ad S. Ignatium datis, quibus *Melchior Nunnius* (Nuñez) S. J. de S. Francisci Xaverii profectione sinensi et de eiusdem beata morte refert. Ex una parte autographum pono (Selectae Indiarum Epistolae, Florentiae 1887, 171—172), ex altera versionem *Rutilii* (l. c. 199—201).

„El Padre [Maestro Francisco] . . . se partió solo para las islas, que confinan con la China, en una nave de mercaderes, esperando que allí Dios nuestro Señor le abriese la puerta para tener entrada en la tierra firme, y así el demonio quedase burlado y la bandera de Cristo arbolada en la China. Era tan fuerte el deseo del Padre, que de limosnas alcanzó trescientos ducados, por los cuales se contrató con un mercader china, que una noche lo habia de poner en una plaza de una gran ciudad que se llama Canton. Empero la divina bondad quiso deshacer sus contratos con le dar la corona de sus merecimientos y las palmas, que, quien tan buen curso corrió, merecido habia. Falleció en las islas de Canton el fiel siervo, con antes saber su muerte y con sospiros, que, de dentro de las entrañas, de amor le procedian, llamando siempre el nombre de Jesus. No tenía consigo ningun hermano de la Compañía, y solo, con solo Dios se consolando, en solas las manos de Dios entreguó su espíritu el bienaventurado Padre."

„Cum igitur [M. Franciscus] esset in portu quodam, cui nomen San Choam, conuenit cum quodam nauta Chinensi, vt nauigio in ciuitatem Canthanam veheretur, qui [*sic*] trecentorum aureorum piper, quod eleemosynae nomine acceperat, pro naulo erat numeraturus. Fecit id quidem libenter, atque mercatori vniuersum piper transcripsit, ob praesentissimum in quo ambo versabantur, cuique sese obiiciebant, vitae discrimen. Lege enim apud illos cautum est, vt hominum quisquis inuexisset externum, mulctaretur morte. Verum tanta erat huius Patris charitas, ac pius animarum zelus; vt tametsi compertissimum haberet sibi subeundos esse vel perpetuos carceres, aerumnas, captiuitates, vel exquisita demum mortis supplicia : tamen haec ipsa pro nihilo duceret, modo destinato sibi frui posset fine, et ex amplissimo Chinensi regno nonnullos ex tyrannide diaboli Christianae posset adserere libertati. Neque diuina illi defuit bonitas. Nam pro ingenti quem gerebat spiritu, per mille pericula, et labores progressum dedit Deus Opt. Max. vt vel nonnulla frumenti grana Chinae solo commissa tandem aliquando, qui ipsum essent secuturi, patribus fructum darent centesimum et millesimum; neque minus ipsius mors fuit clara, gloriaeque plena, quam fuit ipsius vita propter raram

pietatem suspicienda. Etenim in portu adhuc, et naui existens, cum intelligeret resolutionis iam suae instare tempus : in cubiculum secedens, tota se ibi die, ac nocte precibus duntaxat intentus continuit. Crebra erant suspiria, vocalesque (quas vocant) orationes assiduae ab iis, qui ante fores praestolabantur, auditae. Totum hunc in modum, solus cum Deo solo diem, noctemque consumens. Postero die affectum se admodum valetudine esse declarauit, et nec tum quicquam sumere volebat cibi aut potus. Tertio a morbo die, cum et admodum ingrauesceret, nihil praeter pia ad Deum colloquia, et vota licebat audire : sub mediam noctem ipso Diuae Bibianae festo, quod 2. Decembris inciderat, post legitimum vsque ad finem certamen beatum creatori suo reddidit spiritum."

En veram Nunnii epistulam verbis multis iisque cotidianis et vulgaribus amplificatam! Praeterea in eam inserta sunt multa, quae ex ipsius Francisci Xaverii vel ex aliorum Sociorum epistulis excerpta sunt; aliqua etiam a veritate deflectunt vel saltem eam non reddunt perspicuam; cf. *Monumenta* Xaveriana 798; *I.-M. Cros* S. J., Saint François Xavier. Sa vie et ses lettres II, Toulouse-Paris 1900, 331 355—363. Ceterum coniecto huius culpae partem aliquam a Rutilio in editores illos venetos transferendam esse.

Desiderabatur etiam a Natale et Canisio in versione Rutilii emendatum illud et fusum orationis latinae genus, quod Germani illa aetate maximi aestimabant. Nihil igitur mirum est, Natalem et Canisium vehementer optasse, ut epistulas indicas vertere iuberetur Ioannes Petrus Maffei sive Maffaeus († 1603) bergomas, vir latine scribendi peritissimus, qui, cum Genuae artem oratoriam docuisset simulque scriba consilii publici fuisset, his officiis dimissis, m. Augusto a. 1565 Romae tirocinium Societatis erat ingressus.

Lovaniensis quidem illa epistularum indicarum editio suppressa non est; immo a. 1566 iterum, nonnullis rebus additis, in lucem emissa est; et a 1570 tertium prodiit „castigatior et auctior" (*British Museum.* Catalogue of Printed Books, Iesaias-Ilium, London 1889, col. 31). Attamen a. 1571 Dilingae Maffaei opera prodiit in lucem „Rerum a Societate Iesu in Oriente gestarum . . . commentarius Emanuelis Acostae Lusitani, recognitus, et latinitate donatus. Accessere de Iaponicis rebus Epistolarum libri IIII." Qui liber postea saepe excusus est. Saepe quoque editi sunt „Selectarum Epistolarum ex India libri quatuor. Ioanne Petro Maffeio interprete" (*Sommervogel* l. c. V 293—299; IX 627—628).

Pulchre *Iacobus Fuligatti* S. J. de Canisio scripsit: „Procurò, che si voltassero in latino le lettere dell' India, accioch' il fuoco di quella nouella Chiesa distruggesse il ghiaccio del Settentrione" (l. c. 113).

868 sive **litt. (17).** Vere et aestate a. 1566.

Ex P. Natalis epistulis archetypis, a P. Didaco Jimenez S. J. scriptis et ab ipso Natale subscriptis, quae exstant in Cod. „EN" n. 122 120 144 (ff. 82^b 80^a 130^a), et ex S. Francisci Borgiae epistula archetypa, a P. Io. Fernandez S. J. scripta et ab ipso Borgia subscripta, quae est in Cod. „EB" n. 178 (f. 178). Epistulae ex iisdem archetypis primum typis exscriptae sunt in Epp. *Nadal* III 80—85 72—77 125—129 190—198. Natalis litteris usus est *Sacchinus*, Can. 235 et Hist. S. J. III, l. 2, n. 27.

Fridericus III. elector Palatinus Augustae in imperii comitiis principibus offert libellum, quo exstinctio papatus postulatur et Iesuitae foedis conviciis proscinduntur. Cardinalis Truchsess libellum non admittit nisi eo pacto, ut Palatinus spondeat se lecturum esse responsionem. Quam cardinali urgente conscribit Canisius, opem petens a Sociis dilinganis et ingolstadiensibus et maxime a P. Ledesma. Huic ut aliarum quoque controversiarum Canisio iuvante conscribendarum gratia in Germania manere liceat, P. Natalis a S. Francisco Borgia praeposito generali petit. Socii, ut cardinali Commendono legato pontificio obsequantur, instant, ne libelli palatini refutatio excudatur; quod consilium Borgiae ac tandem etiam Truchsessio probatur. Attamen catholicus libellus eo de argumento sine auctoris (Canisii?) nomine eodem, ut videtur, anno typis vulgatur.

P. *Hieronymus Natalis* S. J. Augusta Vindelicorum ex comitiis imperii, in quibus ipse et PP. Canisius et Ledesma (cum Lancelloto et Sandero clericis saecularibus) cardinalis Ioannis Francisci Commendoni legati pontificii theologos agebant (v. supra p. 577—594), ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem de Friderico III. Palatino imperii principe electore et Calvinianorum patrono singulari scripsit 27. Aprilis 1566: Il P. Canisio „sta occupato in risponder' a un libro Thedesco ch' il conte Palatino elettore in un banchete che fece questi giorni dopo pascha à tutti li Principi et catholici et protestanti, offeri à tutti loro, Jl Reuerendissimo d'Augusta [1] non lo uoleua pigliare, dicendo che non legeua questi libri, mà facendo instantia Jl Conte lo piglio prometendo che haueua di rispondere, et che lui promettese di leggere la risposta, et cosi fù contento il Conte, et il Cardinale fà grand' instantia che si risponda, Jl che nel nome del signore si è Jncominciato à fare, con la diligentia possibile[a] . et è un libro il piu pestilente et infernale che s' è fatto insino adesso." [2]

Et in alteris litteris eodem die datis: „Padre, tenemos una difficultad en responder al libro del Palatino que el legado no quiere que se responda, y el Cardenal de Augusta insta grandemente, al qual dezimos que auemos començado, a attender a el, como es uerdad, y al legado dezimos que hable con Augusta, para hazerle dexar la impressa, porque nosotros no podemos dexar de obedescer al legado . creo que se concordaran en esto, que no se haga cosa que se pueda dar fuera en tiempo de la legacion suya, y que restara libre a que despues se pueda responder, segun ha prometido el Cardenal . y ansi

a) *Quae sequuntur, a Jimenez postea ascripta sunt.*

[1] Cardinalis Otto Truchsess episcopus augustanus.

[2] *Andreas Erstenberger* imperii secretarius aulicus postea testatus est, a. 1566 esse excusum, Augustae tempore comitiorum ordinibus imperii dedicatum, per deversoria distributum, venalem propositum, in alia loca missum hunc libellum: „Christlich bedencken, wie im Römischen Reich, vnd inn der gantzen Kirchen mit Gottes hülff Jrrthumb inn der Religion abgeschafft, vnnd ainigkeit erhalten werden möchte." In hoc libello, inquit *Erstenberger*, „wird in Summa dahin geschlossen, daß kein ruhe noch ainigkeit im Reich zuhoffen, es werde dann zuuor daß Bapsthumb außgerottet." Ita ille in libro (primum Monachii 1586 edito): „De Autonomia. Das ist von Freystellung mehrerley Religionen. . . . Durch weiland . . . Herrn Franciscum Burgkardum", ed. 2, München 1593, f. 118.

se han mandado ya puntos a Jnglestat, y a Dilinga, y el Padre Canisio se ha desocupado para ello . y el Padre Ledesma oy, o mañana acabara una controuersia y se dara todo á esto[a], espero que se hara cosa de gran seruicio de dios nuestro señor[1] . mas ha se de mirar muy bien y ha de ser cosa muy exacta, porque este Principe haze grandissimo daño en Alemania con su Caluinisimo, y lo menos que concluye en el libro es, que no ay remedio ninguno en la religion, ni en la defension contra los Turcos si primero no es desarraygado todo el papado, y dize atrocissimas cosas contra los Jesuitas, y especialmente que ellos son causa de todos los males que ay en Alemania y dissensiones, y que son ladrones homicidas y no hay vicio enorme que no tengan etc." Iterum deinde *Natalis* Borgiam rogat, permittat, ut P. Ledesma in Germania maneat; „porque realmente como he escrito otra uez, este padre seria utilissimo por aca, y ya que no para[b] otra cosa a lo menos, para ayudar a este libro[c] en que se ha de responder al Palatino, que es cosa muy importante"; praeterea eum controversias quasdam, quas paene iam paratas habeat, in Germania paucis mensibus absolvere posse, „ayudandole el Padre Canisio".

Borgias Natali Roma 16. Maii 1566 respondit: „S'è inteso come il Padre D. Canisio attende à far risposta à quel libro, che dete il Conte Palatino, et come non pareua all' Illustrissimo Legato, se li respondesse . per il che sara bene, che non si publichi detta risposta, quantunque il padre Canisio passi innanzi in quella; et in questo mezzo ci si potranno scriuere li motiui del Legato, et forse anche quà se intendera qualche cosa della mente di sua Santità."

Natalis autem Dilinga 20. Iulii 1566 Borgiae rescripsit: „Al libro del conde palatino no se responde aunque se auian aparejado hartas cosas para ello, y ansi a parecido, y al cardenal de augusta que hazia instantia . y a nosotros . ser indigno el libro de respuesta."

Dixeris igitur, *Franciscum Sacchinum* non libellum excusum, sed disputationem calamo scriptam significare, cum narrat in vita Canisii: „Cum probrosum commentarium, valdeque perniciosum Haeretici proposuissent Catholicis, graui id, solidaque disputatione de ceterorum Patrum sententia refutauit Canisius" (Can. 235). Et postea magis singillatim in Historia Societatis: „Cum probrosum Commentarium, valdeque perniciosum Haeretici per Comitem Palatinum proposuissent Catholicis, cuius summa eo redigebatur, nullam pacandae Germaniae viam relictam, nisi vt penitus inde Papae potestas, et Iesuitarum natio tolleretur: quandiu enim haec manerent, nunquam fore tranquillitatem; graui id, solidaque disputatione, de ceterorum Patrum sententia, idem refutauit Canisius, eo facilius, quo promptius erat demonstrare, non religionem Catholicam, sed haereses fontem turbarum esse: nec posse pacem melius reuocari, quam si id, quod expulerat eam, expelleretur" (Hist. S. J. III, l. 2, n. 27).

Verum, etsi aestate a. 1566 cardinalis Truchsess (ut Natalis testatur) apologiae adversus libellum illum Palatini typis vulgandae consilium abiecerat, fieri

a) *In archet. sequuntur vv.:* solo me espanto, *oblitterata.* b) c) *Hoc v. supra versum scriptum est.*

[1] De his Ledesmae scriptis vide supra p. 615.

tamen poterat, ut haud multo post ad idem consilium rediret et Canisii scriptum sine suo auctorisque nomine vel integrum vel ex parte vulgaret. Exstat certe libellus typis excusus, qui eo de argumento a viro catholico adversus protestantes conscriptus est; cui cum nec locus nec tempus ascripta sint, ex ipsis tamen rebus, quae dicuntur, colligas licet, eum a. 1566 et scriptum et excusum esse; inscriptus est ita: „Tractat über die rechte und einig christliche Schlichtung der Streithändel in Sachen christlichen Glaubens und Confession." Ita titulum ponit *Ioannes Janssen*; qui etiam aliquot libri sententias profert (l. c. IV [15—16] 226—227). Ego librum tum Francofurti, tum in multis aliis bibliothecis frustra quaesivi.

869 sive **litt. (18).** Sub medium a. 1566.

Christophorus Plantinus „Summam" Canisii latinam Antverpiae sibi et Materno Cholino coloniensi excudit et Philippo II. Hispaniae regi dedicat.

Canisii „Summam" Antverpiae ab aliis iam ante excusam ibidem Christophorus Plantinus insignis ille typographus primum excudit anno 1566:

„SVMMA | DOCTRINÆ | CHRISTIANÆ PER | QVÆSTIONES LVCVLEN- | TER CONSCRIPTA, | Nunc demum recognita & locupletata, auctore | D. Petro Canisio Societatis IESV Theologo, | vt ex eius noua Præfatione constabit. | *Accessit huic recognitioni auctoritas, decretum & priuilegium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* | Excudebat sibi, & Materno Cholino Ciui | Coloniensi Christophorus Plantinus. | M. D. LXVI. | CVM PRIVILEGIO." Cum Plantini signo typographico.

16°; pp. 330 (quarum postrema perperam signata est „230"); praeterea in initio fol. titulare et 10 aliae pp. non signatae, et in fine libri 11 pp. non sign.

In pagina altera folii titularis comparet brevis summa privilegii a Philippo II. Hispaniae rege Bruxellis 2. Maii 1566 Plantino in 4 annos per omnes terras Philippi imperio subiectas concessi ad Summam Canisii excudendam eiusque exempla, etiam si alibi excusa sint, vendenda. Sequuntur litterae Antverpia 12. Iunii 1566 a *Plantino* ad Philippum II. datae: affirmat ille, se saepe multumque cogitasse, qua opportunitate ars sua typographica in regis tutelam patrociniumque venire posset; iam igitur eidem „Regi catholico" dedicat „optimum omnium eorum quae habui, fundamentum Catholicae fidei"; denique regi precatur, „vt sicut Rex Catholicus diceris: ita Rex sis totius hominum vniuersitatis" (f. A 2^a — A 5^a); sequuntur (f. A 5^b—A 7^b) ipsius Canisii litterae dedicatoriae ad Colonienses datae, quas posui supra p. 159—163, et (f. A 8^a—B 3^a) Ferdinandi I. imperatoris et Philippi II. regis edicta a. 1560 et 1557 de catechismo Canisii lata. Catechismo addita est „Appendix" de iustificatione, quam dixi supra p. 804. Postrema libri folia non signata indicem rerum alphabeticum habent. Catechismi responsa typis cursivis, quos vocamus, descripta sunt. Tota editio nitida est et elegans.

Gabrieli de Zayas sive Çayas, Philippi II. secretario, qui ex studiosissimis Plantini patronis erat, idem Plantinus exeunte a. 1566 aliquot huius editionis exempla dono misit: id intellegitur ex *Plantini* litteris Antverpia 19. Decembris 1566 ad eum datis, quae exstant in „Correspondance de Christophe Plantin, publiée par *Max Rooses*" I, Antwerpen-Gent 1883, 52—53.

Maximilianum Rooses hanc editionem significare existimo, cum scribit, Plantinum a. 1565 suis et Cholini expensis Canisii Summam edidisse (Christophe Plantin imprimeur Anversois, Anvers 1882, 101).

Librum vidi Monachii in bibliotheca regia (Catech. 93). Idem exstat Antverpiae in Museo Plantiniano.

Editionem posuit etiam *Sommervogel*, Bibl. II 622—623.

870 sive **litt. (19).** **Anno 1566, post m. Iulium.**

„Institutiones et Exercitamenta christianae pietatis", a Canisio ex „Parvo Catechismo Catholicorum" atque „Lectionibus et Precationibus ecclesiasticis" Romae emendatis compositae, primum in lucem prodeunt Antverpiae, a Plantino excusae et privilegiis Philippi II. munitae.

Canisius iussu P. Hieronymi Natalis visitatoris (*Can.* IV 991), in usum potissimum iuventutis litterarum studiosae, primum a. 1556 Ingolstadii (sine suo nomine) vulgaverat librum „Lectiones et Precationes Ecclesiasticae"; in quo „Epistolas" et „Evangelia", quae diebus sacris in ecclesia recitantur, cum brevibus summariis (quo melius illa intellegerentur) atque orationes, hymnos, antiphonas, similia ex liturgicis libris exscripta cum aliis precibus proponebat (*Can.* I 592[2]). Anno 1557 idem liber „auctus et recognitus" Ingolstadii in lucem prodiit (*Can.* II 889). Qui cum ineunte a. 1564 Romae a PP. Hieronymo Natale et Emmanuele Saa, S. J., emendatus esset (*Can.* IV 457 470 481), Canisius eum a. 1565 cum suo „Parvo Catechismo Catholicorum" in unum confudit librum; itaque novus hic liber a. 1566 primum in lucem prodiit:

„INSTITVTIONES, | ET | EXERCITAMENTA | CHRISTIANAE | PIETATIS; | Autore D. PETRO Canisio | Societatis IESV Theologo. | *Quæ hoc opere contineantur, sta- | tim à præfatione cognosces.* | ANTVERPIAE, | Ex officina Christoph. Plantini. | ANNO M.DLXVI. | CVM PRIVILEGIO." Versus 1, 6, 7, 10, 12, 13 rubri sunt; integer titulus figuris ligno incisis includitur perinde ac titulus „Institutionum" eodem anno sine „Exercitamentis" a Plantino vulgatarum; v. supra p. 806.

16°; pp. 511, addito folio titulari; praeterea 6 ff non signata, eaque inter p. 9 et p. 12 interposita, et 1 p. non sign. in extremo libro. In p. 2 „Svmma Privilegiorum" a Philippo II Hispaniae rege Christophoro Plantino in 6 annos concessorum ad librum excudendum eiusque exempla (etiam si quae sint alibi excusa) per omnes terras regis imperio subiectas vendenda (eorundem „Svmma" in postrema quoque libri pagina, non signata, posita est; privilegia data sunt Bruxellis „in Priuato Consilio" 7. Iulii 1566 et ibidem „in Consilio Brabantiae" 23. Iulii 1566). Sequitur p. 3—4 „Autoris" praefatio, „Augustae, M. D. LXV." data: „Recognoui", inquit *Canisius*, „et auxi, quae superioribus annis maiore ex parte, nec vno quidem tempore, conscripseram: eaque sparsa in vnum veluti fascem comportaui, colligata vero simul nunc in medium fero. Etenim haud abs re fore ducebam, si liber vnus coniuncta teneret, quae argumenti similitudo, nisi plane fallar, eodem veluti colore imbuit. Tum optabam haec prodesse pluribus, nec studiosis tantum inseruire volebam: etsi primum quidem in vsum scholarum atque studiosorum conatus noster destinabatur. Etenim si ante hac vnquam, nunc est imprimis operaepretium, vt pro sua quisque virili consulat Ecclesiae labascenti, eaque in medium adferat omnia, quae aduersus Ecclesiae hostes Catholicam pietatem aliqua ex parte confirmant ac promouent" etc. P. 5 conspectus sive index totius libri. P. 6—9 praefatio sive praemonitio in Calendarium; sequitur in 6 foliis non signatis, quae supra dixi, ipsum Calendarium; singuli dies non solum recenti numerandi more, sed etiam vetere illo notantur: ut „Septimo id. Dec." P. 12—60 Parvus Catechismus Catholicorum; p. 61—69 testimonia sacrae Scripturae contra haereticos adhibenda; p. 69—71 „B. Augustini sententiae tres notatu dignissimae". P. 72—80 praefatio in Lectiones et Precationes ecclesiasticas; sequuntur ipsae Lectiones etc.

Librum vidi Tridenti in bibliotheca urbis et Monachii in bibliotheca regia (Catech. 79[d]). Idem exstat Vindobonae in bibliotheca palatina (18. Z. 74) et Parisiis in bibliotheca nationali (D 27 754). Exemplum, quod olim erat collegii S. J. braunsbergensis, nunc est Upsalae in bibliotheca universitatis.

Editionem posuit etiam *Sommervogel* l. c. II 667.

871 sive **litt. (20). P. IOANNES DE POLANCO**, secretarius Societatis Iesu, mandatu S. FRANCISCI BORGIAE, praepositi generalis, P. PAULO HOFFAEO S. J., collegii monacensis contionatori.

Roma 3. Septembris 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; in margine, eadem manu: „P. Paulo Offeo". „Germ. 65" f. 179.

Çatechismum Romanum latine iam excusum pontifex ipse, ne libri doctrina adulteretur, in linguas externas vertendum curat. Germanice eum reddere Romae coepit P. Roseffius. Sed quia hic in Germaniam proficiscitur, et quia germanicas aures delicatas esse et Hoffaeum germanici sermonis elegantia pollere nuntiatum est, Pius V. ea de re monitus, Catechismum Hoffaeo mitti voluit, qui eum quamprimum, salvis tamen contionibus suis, verteret. Canisius eum iuvabit ita, ut censorem agat. Versio ad pontificem mittetur, qui eam vel Romae vel alibi excudendam curabit, ut sine additionibus et mutationibus, quas haeretici facere solent, in lucem prodeat.

pax christi.

Molto Reuerendo in christo Padre.

Ha uoluto Sua Santità ch' il catechismo che il sacro Concilio di Trento, ha rimesso al Papa, et gia sta stampato in latino in Roma per Paulo manutio[1]. fossi tradotto in lingue forestiere et anche stampato, acciò non fossi cosi facile[a] uoltandosi et stampandosi in Germania adulterare la uerita, della dottrina catholica iui contenuta, et hauendo cominciato il Padre Gregorio[2] quì la translatione, per andar à germania, ha lasciato l' opera cominciata . ci haueua anche auisato il P. Georgio Scoriccio[3], che per essere delicate le orechie de todeschi nella sua lingua, et grande la difficultà di quella, sarebbe più al proposito, che V. R. facessi detta translatione, o almeno finisca la gia cominciata, et essendo anche N. P.[4] informato per altre uie il[b] [?] dono che Iddio N. Signore ha concesso nel scriuere[c] todesco, con quella elegantia che chiedono[d] [?] li tempi[5], lo ha fatto intendere al Papa, et li ha piaciutto che si mandassi il detto catechismo à V. R., acciò quanto prima potra, senza lasciar pero le sue prediche, faccia

a) *Sequuntur 1 vel 2 vv., a libr. oblitterata ita, ut iam legi non possint.* b) *Sic ap.; corrigendum esse videtur* dil *vel* del. c) *Sequitur* itali, *a libr. oblitteratum.* d) *Hoc vel* esigono *vel simile v. ponendum est pro* scriuono, *quod, calami vitio manifesto, in apogr. exstat.*

[1] Catechismus in usum parochorum a S. Pio V. a. 1566 editus, quem „Catechismum Romanum" vel „Tridentinum" vocant; plura v. supra p. 307[2].

[2] Roseffius; v. supra p. 307.

[3] P. Georgius Schorichius, paulo ante in Italiam advectus Monachio, ubi P. Paulus Hoffaeus contiones habebat et fere a m. Maio 1564 ad Iunium 1566 collegii rector fuerat (*Can.* IV 518, et supra p. 206).

[4] S. Franciscus Borgias praepositus generalis.

[5] Hoffaei „Gründtlicher, Wahrer Bericht von Catholischer Communion" etc. Monachii a. 1565 bis excusus erat; v. *Can.* IV 487 782 794.

la translatione, et perche se intende che sempre sara necessaria qualche aggionta, come censore, aiutara il P. Canisio, et come l' opera sia limata, si ha di rimandar à Roma, doue forsa la fara stampare il Papa, almeno come qui l' habbia uista, la mandara altroue, acciò sia stampata, et esca la dottrina pura et fidele senza suspetto dele[a] gionte o mutationi, che sogliono far li heretici . quando adunche sara consignata questa opera à V. R. attenda à quella con la charita et diligentia sua solita, il che hora potra tanto meglio fare, essendo liberato secondo il suo desiderio dela fatica del gouerno, ne altro occorre dir per questa, se non che N. P. Generale, et tutti ci raccomandiamo nelle orationi et sacrificij de V. R. etc. De Roma li .3. di settembre 1566.

Gallicam quoque Catechismi Romani versionem a S. Pio V. Sociorum curae commissam esse scribit *Sacchinus*, Hist. S. J. III, l. 2, n. 6.

872 sive **litt. (21).** **A m. Martio 1566 ad m. Martium 1567.**

Ex litteris Theodorici Canisii autographis et Antonii Flandri archetypis; „G. Ep. VII" f. 218[a] et „G. Ep. VIII" f. 246[a].

Canisio auctore et adiutore P. Hier. Torrensis Dilingae edit „Confessionem Augustinianam", qua doctrinae catholicae ex ipsis S. Augustini verbis adversus protestantes confirmantur.

P. *Theodoricus Canisius* S. J. collegii et universitatis dilinganae rector Dilinga 19. Maii 1566 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Petro Canisio praeposito provinciali et de Sociis, qui in universitate theologiae operam dabant, et maxime de P. Hieronymo Torrensi eiusdem theologiae professore praecipuo (v. supra p. 13): „Theologi nostri praeter ordinarias occupationes, onus etiam susceperunt ex consilio R. P. Prouincialis, approbante P. Natali[1], concinnandi ex libris D. Augustini quandam Confessionem Augustinianam, in qua per Capita et titulos omnia pene tractentur dogmata Catholica, quae ab haereticis hodie oppugnantur, idque nudis et solis D. Augustini verbis, asscripto semper tomo, libro et capite vbi ea verba apud D. Augustinum habentur. Laboriosum hoc opus experimur, sed vtile inprimis censetur a multis, Pauca colligenda adhuc supersunt, euulgare paulo post licebit, adhibitis prius superiorum nostrorum censuris."

Opus, si non ante, certe m. Martio 1566 parari coeptum est; nam *Petrus Canisius* Augusta 29. Martii 1566 P. Leonardo Kessel scripsit: „Paramus Confessionem Augustinianam, id est ex augustini sententijs contextam, aduersus augustanam" (v. supra p. 216). Idem *Canisius* Dilinga 6. Februarii 1567 Borgiae scripsit: „La Confessione

a) *A libr. correctum ex* di le.

[1] P. Hieronymus Natalis eo tempore Societatis in provincia Germaniae superioris visitatorem agebat; v. supra p. 183—184 196. Qui quid senserit de hoc libro, vide in Epp. *Nadal* III 21.

Augustiniana hoggi se finisse di stampare non senza gran fatica delli nostri" (v. supra p. 390). In lucem autem liber prodiit vel eodem m. Februario, vel Martio a. 1567; ita enim Fr. *Ant. Balduinus* sive *Flander* S. J. in collegii dilingani Litteris annuis, Dilinga 1. Octobris 1567 datis: „Quadragesima in lucem prodijt Confessio Augustiniana R. P. D. Hieronymi Torrensis, in hoc Gymnasio nostro, tunc ordinarij Professoris [1], quae mirum quantopere a viris doctis hactenus approbata, et cum esset ad mille exemplaria, tanquam aliorum praenuncia, typis mandata, quam praeter aliorum librorum conuetudinem celeriter distracta. Videtur hoc opere Catholicis demonstratum, qua doctrinae methodo, haereticorum fraudes, ex D. Augustino, in apertum producendae sint, atque denudandae: quanta diligentia aliorum quoque Patrum volumina perscrutanda atque elucubranda, ijs, qui aduersum Ecclesiae hostes, seriam operam nauare volunt, aut laborem vtilem impendere. Eadem Augustiniana, multo quam ante elaboratior, auctiorque mox altera vice typis excudenda, habetur in manibus."

Libri editio princeps haec est: „CONFESSIO | AVGVSTINIANA | IN LIBROS QVATVOR | DISTRIBVTA, ET CERTIS CA-|PITIBVS LOCORVM THEOLOGICORVM, | qui sunt hodie scitu dignissimi, comprehensa: nunc | primùm ex omnibus B. AVRELII AVGVSTINI li-|bris in vnum opus bona fide ac studio singulari reda-|cta per D. HIERONYMVM TORRENSEM, So-|cietatis IESV Theologum, & ACADE-|MIÆ DILINGANÆ | Professorem. | *Habes hìc Christiane Lector eius fidei, doctrinæ ac Religionis confessionem,* | *quam Catholici supra mille & ducentos annos, id est, inde ab ætate* | *D. Augustini vbiq; gentium sequuntur, vnum idemq;* | *cum Augustino sentientes & profitentes.* | ACCESSIT GEMINVS ET COPIOSVS | Index: prior Capitum & Argumentorum, quæ in hisce | libris ordine tractantur: posterior earum rerum, | quæ in opere toto præcipuè sunt | obseruandæ. | *Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.* | DILINGÆ apud SEBALDVM MAYER. | M. D. LXVII." 4°; ff. 330 et praeterea in initio 31 (addito titulari) et in fine 24 ff. non sign. Titulum sequuntur: Litterae dedicatoriae ad cardinalem Ottonem Truchsess de Waldburg, episcopum albanensem et augustanum, praepositum elvangensem, „Germaniae Protectorem", a Torrensi Dilinga 1. Februarii 1567 datae (f. a 2^a—c^b); „testimonia veterum Patrum" de S. Augustino (f. c 2^a—d^a); „testimonia sectariorum aliquot nostri temporis, qui Augustini scriptis multum tribuunt, eoque magis illorum errores Augustini authoritate conuincuntur et proteruntur" (f. d^a—d 2^a); proferuntur autem testimonia Lutheri et Melanchthonis; index librorum, capitum, „Propositionum siue Titulorum" (f. d 2^b—f 4^a); praefatio ad lectorem (f. f 4^b—h 2^b); in fine copiosus index rerum; errata; signum typographicum Mayeri.

In litteris dedicatoriis *Torrensis,* Iacobum Andreae universitatis tubinganae cancellarium lutheranum significans: „Confinxit", inquit, „quidam, cuius iam nomini parcimus, et libro edito confirmauit, Zuinglianismo et Caluinismo nos fauere et patrocinari: nec aliam eius rei potest reddere rationem, nisi quod nouam aeque ac impiam de Vbiquitate opinionem respuimus, et Maiestatem Christi Domini ad Patris dexteram in supremo coelo collocati cum veteri et Catholica Ecclesia secus intelligimus, quam Lutherus et Brentius vna cum paucis alijs non ita pridem natis Theologis interpretantur." [2] Paulo infra *Torrensis:* „Simile commentum est, ac proinde

[1] Paulo post Ingolstadium ad theologiam in universitate tradendam missus est; v. supra p. 437 et Epp. *Nadal* IV 261.

[2] Vide supra p. 131—132 et Epp. *Nadal* IV 324.

nulla confutatione dignum, negari a nostris Christum esse mediatorem[1] . . . Non repetam de puero apud Monachienses castrato, vt sermo celebri rumore iactatus, a sectarijs vero confictus scriptoque publico comprobatus affirmabat: nimirum ad foedissimam summae turpitudinis notam nobis perpetuo inurendam. Quae fama, imo vanissima fabula, multis fidem faceret adhuc, vt plane arbitror, nisi Principis illustrissimi vereque Catholici Bauariae Ducis Alberti grauissimum testimonium intercessisset: nisi et constans chyrurgorum iudicium . . . . nos omni suspicione nefandi criminis prorsus liberassent" [2] (l. c. f. b). . . . „Cum anno superiore in hac Academia Dilingana priorem Apostoli ad Timotheum epistolam exposuissem, visum fuit quaedam ex his quae tractata fuerant, praesertim ad controuersias huius temporis pertinentia, in Theses quasdam redigere, et disputandi gratia (vt fit) publice proponere. Nihil sane minus eo tempore cogitabam, quam aduersarios hoc noto et probato exercitationis genere lacessere: quod si cogitassem, non breues eas Theses, sed iustum edidissem fortasse librum, qui eis plus etiam negotij exhibuisset. Nunc ex insperato Tubingae Theologi duo Lutherani, nisi forte titulus mentiatur, librum integrum composuerunt et in lucem ediderunt, in quo paucas assertiones nostras prolixe admodum et inuidiose non tam refellunt, quam exagitant, calumniantur, inuertunt, et saepe in sensus alios a se maligne confictos, aperte detorquent[3]. Nam videtur sane, horum propositum non fuisse Theses nostras refellere, sed accepta potius ex Thesibus occasione virus omne acerbitatis suae, quod diu collectum et animis inclusum ferre nequibant, in omnes Ecclesiae ordines euomere. Atque interim, vt artem et fraudem tegant, subdoli homines quod scripsi vnus ego, id in totum Iesuitarum (vt vocant) ordinem, referunt contumeliose: et hos ipsos pro sua scilicet modestia non hypocritas tantum, quod eis est in ore frequentissimum, nec solum imperitos: sed impios, sed falsarios, praedones, sacrilegos, haereticos, Iudaeos, Turcas et Ethnicos esse palam vociferantur. . . . Totam Germaniam furibunda et vesana oratione concitant et inflammant in nos perniciemque nostram" etc. (f. b^{b}—b 2^{a}). Laudantur dein a *Torrensi* in cardinali Truchsess cum alia, tum „ingenita quaedam in omnes comitas atque mansuetudo, rara vitae morumque integritas, in rebus aduersis explorata fortitudo, moderata in secundis animi submissio, constans Catholicae Religionis defensio, demum in summis honoribus et honestissimis pro Ecclesia Imperioque susceptis functionibus excelsi animi generositas cum pietate et sapientia singulari coniuncta." Summis laudibus extollitur cardinalis, quod universitatem dilinganam et instituerit et diligentissime foveat. „Agnoscit parens Sueuia suam Dilingam, obscurum quidem et incultum prius oppidum: nunc vero selectam Musarum sedem veraeque pietatis et doctrinae salutaris domicilium admiratur" (f. b 4^{b}—c^{a}).

In „Praefatione ad Lectorem" scripta *Torrensis* affirmat, se ad eum librum edendum „excitatum esse" per adversariorum quosdam, qui ex libris Patrum, maxime Augustini, „multos locos congestos, et in compendia vel epitomas relatos" in lucem emiserint, ita tamen, ut eos „in peiorem partem contra Patrum mentem interpretarentur, alios vel non integre recitarent, vel aperte deprauarent", alios, „qui in medium allati, hos ipsorum errores infirmarent atque conuellerent", prorsus omitterent. Praeterea non solum Catholicos complures „Confessiones" praeclare pieque conscripsisse, sed etiam eorum adversarios „summa contentione vrgere Confessiones suas, vt Tigurinam, Augustanam, Saxonicam, Vvirtembergensem" easque multis rationibus inter se pugnantes. Operae igitur pretium esse, ut exstet „Confessio" illius, cuius doctrina iam „inde ante annos mille proposita, recepta simul et comprobata" in tota ecclesia sit; „accedit quod sectarij" ex Patribus „vnum fere Augustinum honorant maxime, et tanquam piae doctrinae fidelem magistrum colunt in primis, obseruantque" (f. 4^{b}—g 2^{a}). Fatetur deinde *Torrensis*, se non iis tantum libris, qui

[1] Cf. *Can.* I 767—769; II 685 904—905 916; IV 998—1000.
[2] Vide supra p. 90—93.
[3] De hoc Guilielmi Bidenbachii et Lucae Osiandri libro v. supra p. 301—304.

certe Augustini sint, uti, sed aliis etiam, qui aliquibus, inprimis Erasmo Roterodamo, Augustini nomine perperam inscribi videantur. Neque tamen ad Erasmi censuram omnia exigenda esse; eum enim linguarum quidem peritia, varia lectione, eloquentia insignem fuisse, sed „praeposteram iudicandi audaciam atque temeritatem, praesertim in sacris“ aperte in eo notari. Quodsi adversarii incertorum librorum auctoritate urgeri nolint, certis tamen credant oportere. „Est interim moderati prudentisque viri, si quosdam libros tanquam Augustini proprios non recipit, certe illos tanquam authoris alicuius pij et plerumque veteris non damnare atque contemnere, sed potius vt veteris Ecclesiae testes ac nuncios, a multis etiam eruditis probatos, candide admittere ac retinere“ (f. g 2^b—g 4^b).

Hoc vix dubium esse potest: Canisius, qua erat in sanctos Patres pietate et quo flagrabat catholicae veritatis vindicandae studio, tum consilio tum opera P. Hieronymum Torrensem in hoc libro edendo iuvabat.

Confessio Augustiniana denuo excusa est Dilingae a. 1569, Parisiis 1569, 1570, 1571, Coloniae 1610, 1675, Vindobonae 1717—1720. Torrensis exemplum secuti alii ediderunt Confessiones cyprianam, hieronymianam, ambrosianam; v. *Sommervogel*, Bibl. VIII 127—128; IX 877; *H. Hurter* S. J., Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae I, ed. 2, Oeniponte 1892, 152—153.

Editionis principis exemplum vidi Luxemburgi in bibliotheca publica (n. 2331).

873 sive **litt. (22).** A m. Aprili 1566 ad m. Aprilem 1567.

Ex archetypis, quae exstant in Codd. „EN“ n. 126 167 178 et „EB“ n. 194. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 123 356—357 400 435.

Natalis visitator instante archiepiscopo cameracensi et consultis PP. Canisio et Ledesma P. Alphonso Pisano mandat, ut adversus Martini Chemnitii „Examen decretorum Concilii Tridentini“, dum Didacus Payva copiosam refutationem paret, ipse statim brevem „Prodromum“ componat. Pisani libellus placet Natali; quare hic Canisium eundem libellum recognoscere ad eumque excudendum operam conferre iubet. Sed Canisius libellum improbat neque excudendum curat. Quare Natalis eum Romam ad Borgiam mittit rogans, videat, ut libellus per P. Franciscum Turrianum (vel alios) recognitus vel ad se vel ad Canisium remittatur; ipsos curaturos esse, ut cum externi alicuius nomine typis exscribatur.

Cum *Didacus Payva de Andrada* theologus lusitanus adversus *Martini Chemnitii* lutherani „Theologiae Iesvvitarum praecipua capita“ (v. *Can.* III 809—814) a. 1564 Venetiis et Coloniae „Orthodoxarum Explicationum Libros decem“ edidisset (v. *Can.* IV 1012—1014), *Chemnitius* ei respondit duabus partibus operis, quod „Examen decretorum Concilii Tridentini“ inscripserat, a. 1565/66 Francofurti ad Moenum vulgatis (reliquas duas a. 1573 vulgavit). Qui liber cum ex librorum nundinis francofurtensibus Augustam ad P. *Hieronymum Natalem*, in comitiis imperii una cum PP. Petro Canisio et Iacobo Ledesma versantem, 26. Aprilis 1566 perlatus esset, Natalis efficere statuit, ut liber statim Antverpia in Lusitaniam ad Henricum cardinalem Infantem Portugalliae, supremum in eo regno inquisitorem, mitteretur, ut is, si ipsi visum esset, illum Payvae traderet refutandum (Epp. *Nadal* III 83—84). Deinde d. 11. Maii 1566 *Natalis* Augusta de Maximiliano a Bergis archiepiscopo cameracensi, qui et ipse comitiis intererat, Borgiae scripsit: „Jl Reuerendissimo Cameracense ci hà fatto instanza che per questo interim che Paiua risponde ad longum facciamo qualche breue risposta pigliando alchunj buonj punti, et non puotendo gli lo negar', habbiamo determinato di mandarlo al Padre Pisa che pigli l' assumpto.“ Dubitari autem vix potest, quin Natalis P. Alphonso Pisano theologiae in universitate ingolstadiensi professori hunc laborem commiserit Canisio praeposito provinciali ea de re consulto et Natalis consilium probante. Postea tamen Canisius a Natale dissentire coepit. Ita enim *Natalis* Spira 16. Decembris 1566 Borgiae scripsit: „Mi è occorso padre vn negotio co' l dottor' Paiua[a] àl quale so per lettera del fattore del

a) Pauia *archet.*

Rè de Portugallo in Anuersa, che furono mandati li libri de Kemnisio perla posta. hoc est àl Cardinale Jnfante, accio gli li dase, et perche quelli fano grandissimo male in Germania, come intendo, et intese all' hora quando li mandai: Jo dete ordine àl D. Pisa che facese vna cosa breue et presto, quale si puotese stampare, quasi vn[a] prodomon[b], ò precursore del libro grande che fara Payua; questo fece Il D. Pisa auanti che io andasi in Austria[1], et mi piacque assai; Lasciai ordine à Maestro Canisio che con ogni diligenza lo vedese et aiutase accio che quel libreto si puotese stampare; per occupationi ò per la natura sua che in queste cose è[c] tarda et molto considerata non lo fece; et dipoi che ritornai hò trouato che non hà animo di quello, Di modo che non hauemo rimedio d' acconciare questo libreto et a Maestro Canisio non piace, et non hauendo rimedio, et uolendo aiutar' à questa necessità pensai mandare questo libreto, senza dire l' autore, àl D. Payua exhortandolo che luj pigliasi questo libretto et se ne seruisi di quello che li parerebbe, et facesi un prodomon[d] breue, in tanto che la sua opera grande uscira fuora, si come fece staphilo respondendo a vn' heretico[2]: Pensando questo, per li tumulti di Fiandra non hò uoluto scriuer' ne mandare questo libretto per quella via, lo mando alla P. V.: prima sperando che puotra esser' che il D. Torres[3], ò alchun altro secolare pigli là questo trauaglio, et che si facese questo libretto, che sarebbe utilissimo, piu che si puo pensare: Ben ueddo che saria bisognio hauere il libro de Kemnisio in Roma per far questo, mà io non hò hauutto ardire di mandarlo, et puotria esser' che il Cardinale Syrleto, o Amulio l' hauese, si come hanno le Centurie; puotria esser' etiam che alchuno delli nostri conferret operas con alchun' delli forastieri, et facesero qualche buon libretto, Se questo disegno non pare alla P. V. si puotrà mandare se li pare àl D. Payua, essortandolo la P. V. à questo."

Borgias Roma 26. Februarii 1567 respondit: „Jl precursor dela risposta del Payua se è riceuuto, et il Dottor Torres come secular non potrà gia far' in suo nome questo libreto essendo intrato nella Compagnia." Ad quae *Natalis* Treveris 11. Aprilis 1567 Borgiae ita rescripsit: „Quanto al prodromo ò praecursore della risposta del Payua contra Kemnicio io mi rallegro che la P. V. non faccia altra difficoltà in[e] che il D. Torres metta[f] mano à questa opereta, se non che non la può fare in suo nome; La P. V. per amor del Signore facci fare questo prodromo, ò come lo vorrà dire il D. Torres et me lo mandi à me ò prima àl Padre Canisio et per luj à me, che noi daremo ordine con la gratia del Signore come si stampi in nome d' alchun' altro forastiero, et non si sappi il vero authore, dandoselo che sia suo proprio, et ch' in suo nome lo possi metter fuora, come gia habbiamo fatto in' altrj. Jntendiamo padre che quelli doi tomi de Kemnicio contra il Concilio[g] et Payua há fatto et fà grandissimo male, et sarebbe gran seruigio del Signore conculcare illum nebulonem et aiutare alli Catholici."

Nescio quid de Pisani libello postea actum sit; qui neque cum ipsius, neque cum Turriani nomine in lucem emissus esse videtur (*Sommervogel*, Bibl. VI 864—866; VIII 113—126; IX 774). Payva copiosam conscripsit „Defensionem Tridentinae Fidei Catholicae, adversus Haereticorum calumnias, et praesertim Martini Kemnicii", quae auctore vita functo vulgata est Ulissipone 1578, Coloniae Agrippinae 1580,

a) *Hoc v. supra versum scriptum est.* b) *Scribendum fuit* prodromo *vel* prodromon. c) *Sequitur* molto, *oblitteratum.* d) *Sic; v. supra adnot. b.* e) *Hoc v. supra versum scriptum est.* f) *Ita in arch. correctum est ex* metti. g) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] Natalis in Societatis provinciam austriacam ex provincia Germaniae superioris profectus sub exitum m. Iulii, in Germaniam superiorem rediit sub initium m. Octobris (Epp. *Nadal* III 199 206 238).

[2] Fridericus Staphylus adversus Iacobum Andreae (Schmidelinum) lutheranum a. 1561 ediderat: „Vortrab zur Rettung des Gegenberichts" etc.; quem librum Laurentius Surius O. Cart. eodem anno vulgavit latine a se versum et sic inscriptum: „Prodromus D. Friderici Staphyli, in defensionem Apologiae suae" etc.; v. *Can.* IV 217[5].

[3] Franciscus Turrianus; de quo *Can.* III 573[3].

Ingolstadii 1592. Scripserunt contra Chemnitii librum etiam Iodocus Ravesteyn Tiletanus (Lovanii 1568 etc.), Guilielmus Lindanus, Martinus Cromerus; scripsit inprimis Robertus Bellarminus S. J. in Disputationibus „de Controversiis", quae primum Ingolstadii a. 1586 edi coeptae sunt. Fortasse unus ex illis Pisani commentario usus est.

874 sive **litt. (23).** 1566 et 1567.

Ex autographo. Cod. „1566—1569 Libraires" f. 97ª 213; qui exstat Antverpiae in Museo Plantiniano. Codice usus sum in „Katechismen" etc. 167—168.

Quibus pretiis Christophorus Plantinus typographus et bibliopola antverpiensis varios Canisii catechismos vendiderit.

Praeclarus ille *Christophorus Plantinus* typographus et bibliopola antverpiensis in codice quodam venditionum suarum haec, praeter alia, notavit:

1. Maternum Cholinum typographum et bibliopolam coloniensem a se 12. Maii 1566 accepisse 1242 „parvos Catechismos Canisii cum precibus" in 16° editos eoque nomine sibi debere 30 florenos „a rayson de 3 ff. la rame" (das Ries); nam catechismos illos esse singulos 4 chartarum (foliorum); universos igitur efficere 10 „rames" (200 scapos sive 200 Buch Papier, quos vocamus).

Nescio, num a Plantino significentur „Parvi Catechismi Catholicorum" illi, qui ab ipso a. 1561 excusi, a. 1562 Antverpiae „apud Gulielmum Syluium Typographum Regium" editi sunt; v. *Can.* III 787. „Institutionibus Christianae Pietatis", quas a. 1566 a Plantino Antverpiae editas esse ostendi supra p. 806, preces additae non sunt; ac Plantinus in eo codice „Institutiones" a „Parvis Catechismis", etsi hi solo nomine ab illis differunt, distinguere videtur. Dixeris quidem significari „Institutiones et exercitamenta christianae pietatis", quae ipso hoc anno 1566 a Plantino excusa sunt; at obstat, quod hic liber ante m. Iulium a. 1566 absolutus esse non videtur; v. supra p. 815.

Florenus brabanticus (hic Antverpiae eo tempore in usu erat) fere 1,44 marcas germanicas sive 1,80 francos gallicos aequabat; habebat 20 stuveros (styver, Stüber) sive 120 nummulos (deniers, Pfennige); singuli igitur catechismi illi a Plantino dabantur Cholino fere $4^1/_3$ centesimis (Centimes) vel $3^2/_5$ nummulis germanicis (Pfennige); quos libellos conglutinatos non fuisse intellegitur ex ipsis Plantini verbis.

2. Ioanni Bellero bibliopolae antverpiensi idem Plantinus vendidit:

24. Ianuarii	1567	12	Catechismos gallicos [Canisii?]	6 stuveris
2. Februarii	„	12	„Paruos Catechismos Canisii" in 16°	6 „
28. „	„	1	„Summam doctrinae christianae" [Canisii] in 16°	$2^1/_2$ „
30. Aprilis	„	6	Catechismos gallicos [Canisii?] in 12°, conglutinatos	15 „
27. Maii	„	2	„Institutiones Canisii" in 16° [conglutinatas?] .	7 „
27. „	„	2	„Catechismos paruos Canisii cum precibus" [conglutinatos?]	2 „

Quod ad „Catechismos gallicos" attinet, nescio utrum significentur „Summae" et „Parvi Catechismi" canisiani versiones Parisiis excusae (v. supra p. 801 807) an catechismi vel canisiani vel alii Antverpiae a Plantino editi. Canisii „Summam" latinam et eiusdem „Institutiones" latinas Plantinus tum a. 1566 tum a. 1567 excudit; v. supra p. 806 814 815 et infra p. 823 825.

875 sive **litt. (24).** 1567.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" latine denuo editur Antverpiae (et a Plantino et a Bellero) et Cracoviae.

1. Ex Christophori Plantini typographi antverpiensis officina Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" tertium (prodierat a. 1561 et 1566; v. supra p. 806) prodiit anno 1567: „INSTITVTIONES | CHRISTIANAE | PIETATIS. | SEV | PARVVS

CATECHISMVS | CATHOLICORVM. | Auctore D. PETRO Canisio, So- | cietatis IESV Theologo. | ACCESSERE PRECES HORA- | riæ de æterna DEI sapientia, IESV | CHRISTO Domino nostro, cum piis | quibusdam & Christianis exercitationibus. | ANTVERPIÆ, | Excudebat sibi & Materno Cholino ciui Co- | loniensi Christoph. Plantinus. | M. D. LXVII. | CVM PRIVILEGIO." Tituli versus 1, 2, 3, 14, 17 rubri sunt.

16°; pp. numeris signatae 51; praeterea ff. non sign. in initio 8 (addito titulari) et in fine 29; in pagina altera folii titularis Calendarium (praefatio) incipit (cf. supra p. 806); sequitur p. 1—51 Parvus Catechismus Catholicorum cum „Testimoniis Scripturae Sacrae, contra haereticos in promptu semper habendis"; deinde in ff. 29: Preces horariae de aeterna Sapientia, „meditationes quotidianae" de virtutibus Christi; preces mane, vesperi recitandae; examen conscientiae; S. Thomae Aquinatis oratio, ante litterarum tractationem recitanda; 7 precationes ante scholam recitandae (singulis hebdomadis diebus, etiam dominicae, sua est oratio assignata); de quibus pietatis exercitationibus cf. *Braunsberger,* Katechismen 124—126 171, et *Can.* III 775 777.

Editionem vidi Monachii in bibliotheca regia (Catech. 80).

Eandem posuit *Sommervogel,* Bibl. II 636.

2. Eodem anno eundem Catechismum Antverpiae Ioannes quoque Bellerus excudit; qui eum iam annis 1559 et 1561 cum nomine „Catechismi Catholici" vulgaverat (*Can.* II 681[1]; III 777): „INSTITVTIONES. [*sic*] | CHRISTIANAE | PIETATIS. | SEV | PARVVS CATECHISMVS | CATHOLICORVM | Auctore D. PETRO Canisio, | Societatis IESV Theologo. | ACCESSERE PRECES HORA | riae de aeterna DEI sapientia, IESV | CHRISTO Domino nostro, cum | pijs quibusdam & Christianis exer- | citationibus. | ANTVERPIAE. | *Apud Ioannem Bellerum sub* | *Aquila aurea.* | M. D. LXVII."

12°; pp. numeris signatae 48; praeterea ff. non signata in initio 12 (addito titulari) et in fine 35. In pagina altera folii titularis versus: „Vis cognoscere" etc. et „Frustra Christicolae" etc. (cf. *Can.* III 777); f. A 2 praefatio Canisii, Augusta m. Maio 1561 data (cf. *Can.* III 777); f. A 3—A 5 Ferdinandi I. edictum 10. Decembris 1560 datum; sequitur Calendarium; p. 1—46 Catechismus; sequuntur testimonia S. Scripturae, preces horariae de aeterna Sapientia, meditationes de virtutibus Christi, precationes mane, vesperi, ante litterarum studia, ante scholam recitandae, quas modo (n. 1.) dixi. Quaestiones (non responsa) litteris cursivis, quas dicimus, sive italicis excusae sunt.

Editionem vidi Vindobonae in bibliotheca palatina (16. K. 69).

Eandem (brevissime tamen) posuit *Sommervogel,* Bibl. II 636.

3. Idem Catechismus anno 1567 etiam Cracoviae a Matthaeo Siebeneycher excusus est, qui eum iam ediderat a. 1565 (v. supra p. 801): „*PARVVS* | CATECHISMVS CATHOLI- | CORVM, | NVNC PRI- | MVM INTEGRITATI SVÆ RE- | *stitutus, & singulari authorita-* | *te Sacrae Cæsar. Ma-* | *iest. editus.* | Authore D. Petro Canisio, Docto- | re Theologo Societatis | IESV. | *Accessere Preces Horariæ, de æterna Dei Sapientia* | IESV CHRISTO *Domino nostro, cum pijs* | *quibusdam & Christianis exercitationibus.* | CRACOVIAE, | *In Officina Matthæi Siebeneycher,* | *Anno Salutis Humanæ :* | 1567."

8° min.; nec folia nec paginae numeris signata sunt; ff. 60 (addito titulari): in initio praefatio Canisii Augusta m. Maio 1561 data (v. supra n. 2) et Ferdinandi I. edictum 10. Decembris 1560 latum. Catechismo addita sunt testimonia S. Scripturae, Preces horariae de aeterna Sapientia, Meditationes cotidianae de virtutibus Christi, quas supra (n. 1.) dixi.

Editionem vidi Vratislaviae (Breslau) in bibliotheca universitatis (Theol. pract. III. Oct. 147).

Eandem posuit *Sommervogel,* Bibl. VIII 1976; brevem eius mentionem fecit *Estreicher* l. c. [v. supra p. 801] 56.

876 sive **litt. (25).** 1567.

Canisii „Parvus Catechismus Catholicorum" germanice versus cum calendario, precationibus, institutione sive ratione sacramenta paenitentiae et eucharistiae pie suscipiendi Coloniae a Materno Cholino excuditur.

Maternus Cholinus typographus coloniensis, qui a. 1563 Canisii „Summam" germanice versam typis exscripserat (*Can.* IV 1005), a. 1567 eiusdem „Parvum Catechismum Catholicorum" germanice excudit. Libri descriptionem pono, quae a. 1907 ab amico in Suecia degente humanissime mecum communicata est: „Der kurtzer | Catechismus, oder Summa | des waren Christlichen vnnd Ca- | tholischen Glaubens, sampt notwen- | digen und nützlichen Ge- | betten zum täglichem | gebrauch. | Auch kurzer vnderricht von der | Beicht, vnd wie man sich in empfahungen | des Hoch- würdign Sakramēts des | Altars, Christlich halten soll. | Jetz mit sonderlichem Fleiß vom | newē gemehret vñ sehr gebessert, durch | den Authorem, Herrn Petrum Ca- | nisium, der Heiligen geschrifft | Doctorn, vñ Thompre- | digern zu Aug- | spurg. | Gedruckt zu Cölln, | Durch Maternum Cholinū | Anno M.D.LXVII. | Mit Röm. Keys. Mai. Freyheit vñ privil."

Versus 1, 12, 19, 21 et praeterea verba „Catechismus" „Christlichen", „Gebetten", „Auch kurzer", „Beicht", „Hochwürdigen Sakraments", „Petrum Canisium" rubra sunt; 12°; ff. 143 non signata (addito titulari); f. A 2 praefatio; sequitur calendarium et institutio quaedam ad rationem temporum spectans, ut: „Wie viel tag im Jar seind. Wann tag und nacht gleich etc. Von den vier theilen des Jars. Von den vier Quatertemper. Von dem Aduent. Folgt eine tafel mit Jargezal, Achterwinter, die überentzige tage zwischen Kerstmisse und Großfastabend; Sonntagsbuchstab, Schalt Jar, Gülden gezall, Römer gezal vnd Sonnen Cirkel"; de diebus festis et diebus ieiuniorum; deinde catechismus (132 pp.); „Folgen kurtze Gebett, Wie ein Christ sich alle tag Gott seinem Herrn befelhen soll" etc. (61 pp.); „Ein kurtzer Christenlicher underricht von den heiligen Sakramenten der Büß vnd des zarten Fronleychnams unsers Herren Jesu Christi" (65 pp.).

Est haec, nisi fallor, libri „Der Klain Catechismus, oder kurtze Summa" etc. Ingolstadii a. 1563 excusi (*Can.* IV 1008—1009) altera quaedam editio.

Libri exemplum exstat Upsalae in bibliotheca universitatis (65 192).

Editionem posuit (minus tamen accurate) *Sommervogel*, Bibl. II 644.

877 sive **litt. (26).** M. Aprili 1567.

Sociis parisiensibus curantibus Canisii „Summa" latina ex nova editione coloniensi Lutetiae Parisiorum typis exscripta, per Brumennium vulgatur.

P. Oliverius Manareus S. J. praepositus provincialis Franciae Parisiis 24. Maii 1567 Canisio scripsit: Socios parisienses ipsis illis diebus Canisii „Summam" ex nova editione (Coloniae a. 1566 in lucem emissa) typis exscribendam curasse; librum Canisio a se mitti (v. supra p. 476). Editionem pono, ut ab amico quodam lugdunensi accurate mihi descripta est:

„SVMMA | DOCTRINÆ | CHRISTIANÆ PER | QVÆSTIONES LVCV- | lenter conscripta, | Nunc demvm recognita & locvpletata, av- | ctore D. Petro Canisio Societatis IESV | Theologo, vt ex eivs nova Præfatione | constabit. | *Accessit huic recognitioni auctoritas, decretum et* | *privilegium Ferdinandi Imp.* | PARISIIS, | Ex officina Thomæ Brvmennij, in clavso | Brvnello, svb signo Olivæ. | M. D. LXVII." Signum quoque typographicum Brumennii in hoc titulo comparet. In extremo libro: „LVTETIÆ | Cudebat, typisque mandabat Ioan- | nes Charron Typographus, impensis Thomæ Brvmennij bibliopolæ, | anno Domini millesimo quingen- | tesimo sexagesimo septimo, pridie | idvs Aprilis."

12°; ff. numeris signata 245; quae continent catechismum (f. 1ᵃ—225ᵃ), „Carmen de praecipuis huius catechismi partibus" (f. 225ᵃ—226ᵇ), appendicem „de hominis lapsu" etc. (f. 227ᵃ—245ᵃ). Praeterea in initio libri: Canisii praefatio ad senatum

populumque coloniensem feriis Epiphaniae a. 1566 data ($8^1/_3$ pp. non sign.); edictum Ferdinandi I., Vindobona 10. Decembris 1560 datum ($8^1/_3$ pp. non sign.); index totius libelli ordinem et summam complectens (3 pp. non sign.); in fine libri: Index rerum alphabeticus (24 pp. non sign.).

Liber exstat Lugduni in bibliotheca reipublicae (n. 802, 604).

Editionem posuit *Sommervogel,* Bibl. II 623.

878 sive **litt. (27).** Mense Iunio a. 1567.

Canisii „Summa" Antverpiae per Plantinum denuo latine editur.

Christophorus Plantinus, cum Canisii „Summam" primum excudisset a. 1566, eandem denuo typis exscripsit anno proximo:

„SVMMA | DOCTRINAE | CHRISTIANÆ PFR | QVÆSTIONES LVCVLENTER CONSCRIPTA, | Nunc demum recognita & locupletata, auctore | D. Petro Canisio, Societatis IESV Theologo, | vt ex eius noua Præfatione constabit. | *Accessit huic recognitioni auctoritas, decretum & priui-legium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* | *[Sequitur nominis Iesu radiis circumfusi imago ligno incisa]* | ANTVERPIÆ, | Ex officina Christophori Plantini. | M. D. LXVII. | CUM PRIUILEGIO."

24⁰; pp. 330; praeterea in initio folium titulare et 6 ff. non signata, et in extremo libro 10 ff. non sign. In pagina altera folii titularis brevis summa privilegii a Philippo II. Hispaniae rege in 4 annos concessi, ut in editione superiore (vide supra p. 814); sequuntur Plantini litterae dedicatoriae ad Philippum II. eaedem, quae in editione superiore positae erant, Canisii ad Colonienses litterae dedicatoriae, Ferdinandi I. et Philippi II. edicta eadem, quae ibidem (v. supra p. 814); p. 303—304 brevis summa libelli; p. 305—306 „Carmen de praecipuis huius Catechismi partibus"; p. 307—330 „Appendix de hominis lapsu et iustificatione" etc. (ut supra p. 804); in 10 foliis postremis cernitur index rerum; in pagina ultima: „Antverpiae excudebat Christophorus Plantinus, An. M. D. LXVII., postrid. Cal. Iun."

Plantinus Antverpia 15. Februarii 1568 Gabriëli de Zayas (Çayas) Philippi II. regis secretario scripsit, mox se ad ipsum huius libelli exempla 6 eaque conglutinata missurum esse (Correspondance etc. [v. supra p. 814] 239).

Parvae huius atque elegantissimae editionis exempla vidi Londini in Museo Britannico et Luxemburgi in bibliotheca publica (sign. „7723"; deest. fol. postr.).

Editionem vidi Herbipoli quoque in bibliotheca monasterii Fratrum Minorum Conventualium; in quo tamen exemplo folium titulare non habet nomen Jesu; sed huius loco positum est signum typographicum Plantini.

Editionem posuit *Sommervogel,* Bibl. II 623.

879 sive **litt. (28).** Mense Iunio a. 1567.

Ex libro „*Decreta* synodalia Dioecesis Augustanae, Dilingae mense Iunii anno M. D. LXVII. promulgata" (Dilingae s. a. [1567]) f. 18ª. Etiam apud *Hartzheim,* Concilia Germaniae VII 160, et *Steiner,* Synodi (cf. supra p. 636) II 412.

Canisii catechismi cum aliis Dilingae in synodo dioecesis augustanae commendantur.

Cardinalis Otto Truchsess episcopus augustanus Dilingae mense Iunio 1567 synodum dioecesanam habuit; in cuius decretis eodem anno Dilingae excusis haec dicuntur (P. I, c. 9): „De . . . praecipuis . . . Catechismi partibus, multi multa praeclare et copiose scripserunt, vt Cardinalis VVarmiensis, Viennensis et Merspurgensis Episcopi, Sotus, Canisius, Dietenbergius, Concilium Moguntinum et Coloniense, sed inter caeteros Catechismos non possumus parochis et concionatoribus nostris non commendare postremum illum, qui nuper in lucem prodijt. . . . Catechismum nempe Romanum in Concilio Tridentino promissum."

Significantur his verbis praeter notissimam illam „Confessionem fidei catholicae christianam" a cardinali Stanislao Hosio episcopo varmiensi editam et catechismos Canisii: *Friderici Nauseae* episcopi vindobonensis „Catechismus Catholicus" (Coloniae 1543); *Michaelis Helding* episcopi merseburgensis Catechismi maior et minor (Moguntiae 1549 etc.; cf. *Can.* IV 851); *Petri a Soto* O. Pr. „Compendium Doctrinae Catholicae" (Dilingae 1553 [?], 1560 etc.; v. *Can.* IV 1024); *Ioannis Dietenberger* O. Pr. Catechismus (Moguntiae 1537 etc.); „*Institutio* ad pietatem Christianam secundum doctrinam Catholicam", „Constitutionibus" concilii provincialis a. 1549 Moguntiae habiti adiuncta (Moguntiae 1549; cf. *S. Widmann,* Eine Mainzer Presse der Reformationszeit, Paderborn 1889, 84); „Encheridion Christianae institutionis" ab *Ioanne Groppero* a. 1537 Coloniae cum decretis concilii provincialis Coloniae a. 1536 habiti vulgatum et *eiusdem* „Institutio compendiaria doctrinae christianae, in concilio provinciali pollicita" et a. 1538 Coloniae edita (*Can.* I 205[1]). Mireris Canisii catechismos, qui omnium usitatissimi erant, in hac synodo a cardinali Truchsess Canisio amicissimo non esse magis commendatos. Sed Canisius ipse tunc Truchsessii adiutor praecipuus et totius synodi magna quaedam pars erat; Canisius autem malebat alios laudare, quam se ipsum.

Cardinalis Truchsess iam 20. Iunii 1566 parochos hortatus erat, ne omitterent singulis diebus dominicis et festis coram populo precationem „communem" recitare (quam a Canisio in usitatam illam formam redactam esse valde probabile est; vide *Can.* II 695—699). Ita *Jos. Ant. Steiner,* Acta selecta Ecclesiae Augustanae, Augustae Vind. 1785, 250.

880 sive **litt. (29).** Aestate a. 1567.

Ex autographis Hoffaei. „G. Ep. VIII" f. 229[a]—230[b].

Canisius P. Hoffaeum Catechismum Romanum integrum germanice vertere iubet; versionem ipse recogniturus est.

P. *Paulus Hoffaeus* collegii monacensis contionator de „Catechismo Romano" (quem cum primum P. Gregorius Roseffius Romae germanice vertere coepisset, deinde S. Pii V. iussu ipse Hoffaeus vertendum suscepit; v. supra p. 307) ita refert ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem Monachio ineunte m. Iulio 1567: „Catechismus Pontificis . . . iam versus esset, nisi P. Canisius non procul a fine ad initium quod P. Gregorius vertit, redire me voluisset: Jtaque versor in correctione et excriptione, neque in me mora erit quin proximo autumno totus imprimatur." Et Monachio 23. Iulii 1567 de versionis suae recognitione, quae Canisio praeposito provinciali a pontifice commissa erat (v. supra p. 307 522): „Cum mihi R. P. Rector[1] nunc duos scriptores offerat, Christo auxiliante finiam et versionem et castigationem ante Septembrem, quam ego quidem finire possum; superest enim castigatio R. P. Prouincialis quae tamen, si ipse volet, nil impediet Typographum."

Versio illa anno 1567 absolvi non potuit; liber in lucem emissus est a. 1568.

L.

MONUMENTA VARIA CANISII.

881 sive **var. (1).** 1561—1565.

Ex *Bruni* „Admonitione catholica", Dilingae 1565, f. E 7[b]—E 8[b].

Conradus Brunus Canisium in numero ponit virorum doctorum, qui nova haereses scriptis diligenter refellant atque etiam Centuriatores solide refutaturi sint.

Doctissimus vir Conradus Brunus (Braun), iuris utriusque doctor et cathedralis ecclesiae augustanae canonicus, in „Admonitione catholica" de Centuriis Magdebur-

[1] Dominicus Menginus.

gensibus a. 1561 vel 1562 composita et a. 1565 (auctore vita functo) Dilingae excusa (vide supra p. 792): Magna, inquit, gratia et diligentia in enarrandis et confutandis haeresibus . . . vsi sunt . . . nostro hoc saeculo complures doctissimi, et sacrarum literarum peritissimi viri, B. martyr Iohannes Fischerus S. R. E. Cardinalis Episcopus Roffensis in Anglia, Episcopi Viennenses, Iohannes Faber et Fridericus Nausea, Iohannes Eccius Theologus, et duo Alberti, Pius Carporum princeps, et Pighius Praepositus Traiectensis, Iacobus Latomus, Roardus Tapper, Alphonsus[1] minorita, Ioh. Gropperus, Stanislaus Hosius S. R. E. Cardinalis, Martinus Cromerus Polonus, Fridericus Staphylus, Petrus Canisius, multique alij, qui intra 40. annos insigni fide, diligentia et opera, et maximo zelo, non solum veteres haereses, sed etiam nouarum huius temporis sectarum errores et falsas doctrinas in scriptis suis distincte enumerarunt, sed etiam diuinarum scripturarum testimonijs et sanctorum patrum, sacrorumque conciliorum authoritate confutarunt. Qui et adhuc indefessam et nunquam intermissam dant operam, vt in quo hactenus versati sunt confutandarum haeresum labore, eum quoque deinceps non intermittant. Horum procul dubio diligenti opera fiet, vt nouae huius historiae scriptorum falsa doctrina, quam in hac noua sua et corrupta, omniumque aliarum verarum historiarum falsatrice historia intermiscent, in apertum prodatur, et validissimis catholicae Ecclesiae machinis concutiatur, et demum funditus Christo fauente aliquando euertatur.

Bruni librum excudendum curasse videtur Canisius; vide supra p. 792—795. Ipsene nomen suum in postremum huius indiculi locum reiecit? Ceterum ex omnibus viris doctis, quos Brunus memoravit, uni Canisio contigit, ut exspectationi, ex parte saltem, satisfaceret a Bruno significatae: Fore, ut per eos Centuriatorum doctrina „in apertum proderetur" et solide confutaretur. Canisius enim grande illud „Commentariorum de Verbi Dei corruptelis" opus adversus eos editurus erat.

882 sive **var. (2).** 1. Maii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. Cod. „Germ. 61" f. 287ᵇ.

P. Theodoricus Canisius rector dilinganus, dum Petrus Canisius praepositus provincialis Germaniae superioris abest, „viceprovincialis" munere fungitur.

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, Roma 1. Maii 1565 nomine S. Francisci Borgiae vicarii generalis Societatis Iesu P. Theodorico Canisio de Petro, ipsius fratre et provinciae Germaniae superioris praeposito, qui Romam ad Societatis congregationem generalem profectus erat (cf. supra p. 731), scripsit: Pregaremo la diuina bontà dia sua gratia, e, spirito à V. Reuerenza per gouernare l' Vniuersità et collegio di Dilinga, et anche tutta la Prouincia in assentia del Padre Prouinciale, como conuiene per maggior suo seruitio, e ben comune.

S. Ignatius constituerat, ut praepositi provinciales ad congregationem generalem proficiscerentur „relictis in suis Provinciis Vicariis" (Constitutiones S. J. P. 8, c. 5, n. 3).

883 sive **var. (3).** 21. Maii 1565.

Ex apographo eiusdem temporis, quod exstat Romae in archivo vaticano, Cod. „Var. Politic. 115" f. 293ᵇ.

Marinus et Guicciardinus a Pio IV. de coniugio sacerdotum ad Maximilianum II. legati, hominum proborum et piorum, ut Canisii et Cythardi, opera uti a pontifice iubentur.

---

[1] De Castro († 1557); cf. Admonitionem f. Kᵇ.

Cum Maximilianus II. imperator coniugium sacerdotum petere non cessaret, Pius IV. Leonardum Marinum (Marini) O. Pr. archiepiscopum lancianensem (Lanciano) et Petrum Guicciardinum (Guicciardini) auditorem Rotae ad eum legavit (Raynaldus l. c. in a. 1565 n. 3; Turba l. c. III 295 299). Atque exstat adhuc „Jnstruttione alli Reuerendi Nuntij Lanciano et Guicciardin", data a S. Carolo Borromaeo cardinali et Pii IV. nepote d. 21. Maii 1565. Quae sic incipit: L' jmperatore richiede il conubio deli sacerdoti nele prouintie sue patrimoniali, *etc. Deinde nuntiis mandatur, ut imperatori eiusque consiliariis demonstrent eiusmodi coniugia concedi non posse. Quod cum iis persuaserint,* hauete da proceder à li rimedii detti di sopra, per cercar se di la si possa trouar qualche numero di ministri et sacerdoti idonei, et potrete ualerui in cio dell' aiuto e fauore del proprio imperatore, il quale etiam in questo potrà esser utile in molti modi, e seruirui del' opera e consiglio deli buoni e pij catholici che trouarete di la, come il patre Canisio, il patre Citardo[1], et simili, et à noi pur scriuerete poi subbito quel che dala banda nostra haueremo à fare per tal effetto.

884 sive **var. (4).** 24. Maii 1565.

Ex autographo. „Epp. It. 1565 II" f. 503[a].

P. Cuvillonius Borgiae vicario generali Societatis commendat: Ut Germaniae superioris praepositus provincialis contionandi officio liberetur, quo melius collegiis consulere possit; ut collegiis germanicis hispani tribuantur „superintendentes", quorum cura et pietas amplificetur, et, victu meliore proviso, Socii, etiam exteri, melius valeant; ut Canisius provincialis munere levatus, Germaniae Austriaeque „commissarius" constituatur.

P. Ioannes Cuvillonius S. J. (cf. supra p. 283) Patavio 24. Maii 1565 S. Francisco Borgiae Societatis vicario generali scripsit: Alli quindici di questo mi son partito d' ispruck auendo lo cosi V. R. scritto al Padre Dyrsio Rettore, et anche al R. p. prouinciale le cui lettere[2] aperse il Padre Theodorico Canisio viceprouinciale, scriuendo a Ispruck il contenuto diquelle quanto a me toccaua. ... Quanto a tutta la prouincia pare esser necessario che il prouinciale sia disoccupato delle prediche perche predicando non puo attendere alla visitatione et bisogni de i collegij essendo[a] i collegij[b] d' allemagna piu bisognosi di consolatione et cura che nisuni quasi di tutta la compagnia, anche mi pare saria molto a proposito mandar alcuni padri Spagnuoli maturi per superintendenti de i collegij[3] i quali con la mansuetudine, prudenza, suauita di spirito indrizzassero le cose meglio, non ostante che i Todeschi non hanno volontieri Spagnuoli, per che in questo non si pare douer curarsi della inclinatione di loro. Questi farebbono che le cose spirituali et temporali andassero meglio: che li cibi fussero piu conuenienti et accommodati tanto a paesani come a forastieri, et altre cose simile, per falta delle quali forse si sonno amalati et rimandati ad Jtalia

a) *Sequitur* questi, *a Cuv. oblitt.* b) *Duo vv. sqq. supra versum scripta sunt.*

[1] P. Matthiae Cythardi O. Pr. contionatoris caesarei.

[2] Has litteras, mandatu Borgiae a Polanco secretario ad Petrum Canisium Germaniae superioris provincialem datas, vide supra p. 62—64.

[3] Officium hoc (vide *Can.* III 260[1]) ipso hoc anno a Societatis congregatione generali II fere sublatum est (decr. 86. *Institutum* S. J. II 210).

tanti con tante spese et inconuenienti, et altri che rimangono nella prouincia fatti quasi del tutto inutili . per ventura non saria malo se si mutasse il gouerno della prouincia, cioe che restando il Padre Canisio commissario[1] di quella prouincia et de Austria et bohemia et Hungaria, si facesse altro prouinciale, o verò doi prouinciali de i quali l' vno fusse prouinciale di bauiera, l' altro di Sueuia et Tirol.

885 sive **var. (5).** Mense Maio (Iunio) 1565.

Ex libro, qui inscriptus est: „M. Jacobi Rabi Vlmensis, Neophyti professio Catholica. Ezech: XVIII. Si impius etc. Ingolstadij excudebant Alexander et Samuel Vueissenhornij fratres. Anno M. D. LXVII" f. 6^b 7^b—9^a. Libri exemplum vidi Londini in Museo Britannico. Librum germanice versum posuit *Räss* l. c. I, 502—524.

Jacobus Rabus, Ludovici Rabi Ulmensium lutheranorum superintendentis filius, catechismo Canisii aliisque libris catholicis lectis, fidem catholicam profiteri statuit. Ad quam ut plene instituatur, Ulma Augustam ad Canisium proficiscitur. Quo non reperto Dilingam petit.

Ioannes Iacobus Rabus (Rabe), Argentorati, ubi Ludovicus Rabus pater contionatorem protestantium agebat, sub a. 1544 natus et in universitatibus vitembergensi et tubingensi ad theologiam protestantium institutus, Dilingae exeunte a. 1565 in ecclesiam catholicam, Romae haud multo post in collegium germanicum receptus est (v. supra p. 294). Idem „Romae ex Collegio Germanico, Septemb: die 14. Anno 1566" libri, quem supra dixi, litteras dedicatorias ad Albertum V. Bavariae ducem dedit, in quibus ait: Sparserunt adversarii, „me per patres Iesuitas Dilingenses seductum, et nescio quibus pollicitationibus persuasionibusque inescatum . . . ab haeresi deflexisse". Eam sibi libri scribendi causam fuisse. In quo refert: Se, cum professores protestantes catholicis continenter male dicere et inter se valde dissidere animadvertisset, ac cum et veterum scriptorum, maxime Tertulliani et S. Cypriani, et recentium, ut Eckii, Staphyli, Petri a Soto, libros legisset, de protestantium doctrinis vehementer dubitare coepisse. Neque vel patrem suum — is a. 1553 Ulmae parochus et superintendens constitutus erat —, vel professores tubingenses sibi difficultates illas proponenti satisfacere potuisse. Ita factum esse, ut catholicae religionis veritatem cognosceret. Qua cognita, a patre, qui Tybingam me reversurum opinabatur, amica accepta venia, discedo, pergoque conscientiae meae stimulis ita jubentibus Augustam Vindelicorum, hoc omnino consilio, quod, quandoquidem voluntas mea ad Ecclesiam redeundi paterni favoris jacturam mihi minitaretur, sperabam fore, me apud clarissimum sanioris Theologiae Doctorem, D. Petrum Canisium, cujus Catechismum aliquando legeram, non tam subsidium, quam instructionem etiam ad omnia et de omnibus habiturum sufficientissimam. Verum aberat iste, Romam, ut dicebatur, paulo ante profectus[2]. *Ideo sibi „a Sacerdote quodam Augustae"*

---

[1] Quale hoc fuerit officium et qua ratione a Canisio a. 1563 recusatum sit, vide *Can.* IV 1040—1042. Hoc quoque officium, similiter ac „superintendentia", paene sublatum est a. 1565 (Congr. gen. II decr. 11 post. el. *Institutum* S. J. II 196).

[2] Exeunte m. Aprili Romam ad Societatis congregationem generalem profectus erat; vide supra p. 731.

suasum esse, ut Dilingam peteret. Ibi Societatis homines, quod se ab adversariis missum esse suspicarentur, „primo statim congressu admodum difficiles“ fuisse, atque longam sibi factam esse moram quoad tandem in ecclesiae catholicae communionem a Sociis reciperetur.

De hac receptione **Acta* universitatis dilinganae haec habent: „Tricesimo eiusd. mensis [Novembris a. 1565], ipsis ferijs D: Andreae abiurauit haeresin Luteranam in Vniuersitate coram professoribus et multis studiosis Jacobus Rabus, filius Rabi superintendentis Luterani Vlmae, et Ecclesiae solenniter est reconciliatus“ (Cod. dil. „Acta ac. Dil.“ p. 74). Addo, quae de Rabo a *Christophoro Ziglero* S. J. in collegii dilingani *Litteris annuis, Dilinga 31. Augusti 1566 datis, narrantur; haec enim magnam partem, nisi fallor, usque adhuc ignota erant: „Tres fuere qui solemniter et publice hoc loco haereses, in quibus a cunabulis instituti fuerant, abiurarunt. ... De vno eorum hoc addere libet, quod filius sit nobilis cuiusdam Lutherani Concionatoris, qui in ciuitate Imperiali praecipua, Episcopi siue Superintendentis (vt ipsi uocant) munus usurpat et nomen. Diligenter autem hunc filium in Haebraicis, Graecis, Latinis, Mathematicis, Theologicis instituendum curarat et concionandi muneri eum plane destinauerat, iamque idoneum censebat qui et verbo et scripto Catholicam fidem oppugnare ac Lutheranismum propagare posset. Verum benignissima Dei prouidentia accidit vt hic adolescens in Catholici cuiusdam librum contra haereticos scriptum incideret et pugnantia simul inter se lutheranorum dogmata consideraret, qua re id consecutus est vt in paterna haeresi acquiescere nullo modo posset, et varijs cogitationibus eius animus distraheretur. Venit tandem Dilingam, et in nostram se insinuauit familiaritatem. Nos post seriam hominis initio nobis suspecti, probationem, tandem eum catechizandum suscepimus, et paucos post dies, cum ille cibum, ante impetratam cum Ecclesia reconciliationem sumere nullum vellet, absoluendum eum ab haeresi, Apostolica autoritate curauimus. A peccatis etiam post diligentem totius vitae confessionem absolutus est, et sacramentis alijs donatus. Pater summae authoritatis apud haereticos, conuersione filij intellecta, ad insaniam pene redactus est. Misit huc concionatores et viros alios magni nominis, qui filium quaererent, et peruerterent, sed infecta re abire coacti sunt. Audimus etiam publica eis proposita fuisse praemia qui filium hunc Patri reddere possent. Sed frustra laborauit hactenus Sathan. Abscessit enim in Italiam, vt audimus, noster hic Neophytus, vt plenius illic et securius catholica dogmata percipere queat“ (ex apographo paulo post Coloniae scripto. Cod. colon. „L. Qu.“ f. 183[b]).

Rabus postea contionator aulicus Alberti V. Bavariae ducis, canonicus mosburgensis (Moosburg), parochus canonicusque straubingensis creatus est; libris quoque latine et germanice scriptis catholicam fidem illustravit et defendit. Protestantes complures adversus eum scripserunt; et versificator ille Ioannes Fischart a. 1570 libellum famosum „Nachtrab oder Nebelkräh“ edidit, quo atrocissimorum facinorum eum insimulabat (*Steinhuber* l. c. I[2] 79—80. *Janssen* l. c. V [15—6] 389—399 552—553). Indiculum librorum a Rabo editorum posuit *Albrecht Weyermann*, Neue historisch-biographisch-artistische Nachrichten von Gelehrten und Künstlern ... aus der vormaligen Reichsstadt Ulm. Fortsetzung, Ulm 1829, 397.

886 sive **var. (6).** Medio fere m. Septembri 1565.

Ex apographo eiusdem temporis. „Germ. 65“ f. 10[b]—11[a].

Canisius Walterum Haium Sociis parisiensibus cedit et a collegii parisiensis rectore pecunias reposcit.

P. Ioannes de Polanco, Societatis secretarius, Roma (ubi Canisius tunc morabatur) 17. Septembris 1565 ad P. Edmundum Haium S. J., qui sub autumnum a. 1564 ex collegio oenipontano in parisiense missus huiusque rector constitutus erat (v. Can. IV 692), haec scripsit de Waltero ipsius fratre, qui in Germania superiore

novicius Societatis erat (Can. IV 778), etc.: Vualterus noster Lutetiam mittetur, recepit enim se id facturum Pater Canisius superioris Germaniae Prouincialis . qui non semel de uiatico quod Reuerentiae Vestrae datum est, dum Aenyponto proficisceretur uerba fecit, et iuxta decretum de uiaticis factum, ut illud Collegium soluat cui bono, Parisiense haud dubie soluere debet . dixit quoque decem et octo aureos suae prouinciae restituendos esse, quos R. V. curabit Romam mitti.

Ceterum vide, quae P. *Oliverius Manareus* S. J. praepositus provincialis Franciae 24. Maii 1567 de his pecuniis Canisio respondit, supra p. 476—479.

In secundae congregationis generalis Societatis, 3. Septembris 1565 absolutae, „decretis post electionem" typis exscriptis (v. supra p. 753) decr. 82 haec habet: „Provinciales, Commissarios, Generalem etiam ipsum alet ea Domus vel Collegium, ubi erunt; quibus, quando in itinere sunt, expensas facient ii, quibus erit bono illud iter" (*Institutum* S. J. II 210). Eadem autem ratio erat de rectoribus etc. Exstat etiam *„Instructio" sub id tempus „De Viaticis" (a P. *Natale,* ut videtur) conscripta, in qua dicitur: Viaticum ab eo collegio illave provincia solvendum esse, „cui missio utilis est" (Cod. „XV. A." f. 171b). Cf. Epp. *Nadal* IV 557—558.

887 sive var. (7). Autumno a. 1565.

Guilielmus Eisengrein in „Catalogo testium veritatis" Canisium laudat.

Prooemium editoris: Matthias Flacius Illyricus, ut ostenderet, protestantium doctrinam non recentem, sed ab ipsis apostolis traditam esse, atque iam inde ab eorum tempore semper fuisse, qui „non incurvarent genua imagini Baal" (3 Rg 19, 18. Rom 11, 4), anno 1556 et iterum a. 1562 in lucem emiserat „Catalogum testium veritatis, qui ante nostram aetatem reclamarunt Papae" (*Preger* l. c. II 463—467 555). Adversus hunc librum Guilielmus Eisengrein (de quo supra p. 90[8]), iuvenis quidem, sed historiae amantissimus et catholicae fidei valde studiosus, a. 1565 vulgavit librum: „CATALOGVS | TESTIVM VERITATIS | LOCVPLETISSIMVS, OMNIVM | ORTHODOXÆ MATRIS ECCLESIÆ DO-|ctorum, extantium et non extantium, publicatorum | & in Bibliothecis latentium, qui adulterina Ecclesiæ | dogmata, impuram, impudentem & impiam hæresum | vaniloquentiam, in hunc vsque diem firmissimis | demonstrationum rationibus impugnarunt, | variáq; scriptorum monumenta reli- querunt, seriem com-|plectens. | GVILIELMO EY-|SENGREIN DE NEMETO SPI-|RENSI AVTHORE. | *Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest.* | DILINGÆ | EXCVDEBAT SEBALDVS | MAYER. | Anno Dñi M. D. LXV"; 4° min.; ff. 211 et praeterea in initio 4 et in fine 12 ff. non sign.

In „Catalogo" Eisengrein, Ioannis Trithemii O. S. B. († 1516) scriptis multum usus, fere 1500 testes protulit (Pfleger, Wilhelm Eisengrein [cf. supra p. 91[8]] p. 782). In quibus Canisius ita commemoratur (f. 208b—209a): PETRVS Canisius, sacrae paginae Doctor, Societatis IESV, vir cum eloquentia tum multarum rerum peritia et mirabili ingenij flumine praestantissimus, Philosophus clarus, Orator facundus, Theologus sacrarum legum exercitatissimus, Catechismum Christianum perfecit. Sacra quatuor Euangelia et Epistolas Pauli Commentarijs illustrauit doctissimis. Martyrologium, siue, de sanctis Ecclesiae scripsit.

Mirum est, Eisengreinium non memorasse nisi catechismum, „Lectiones et Precationes Ecclesiasticas" (cf. *Can.* I 592[2]; II 889), Martyrologium (cf. *Can.* III 791), praetermissis editionibus Leonis Magni, Cyrilli Alexandrini, Hieronymi et aliis Canisii scriptis. Neque tamen malevolo animo ita egit. Nam in „Catalogi" litteris dedicatoriis Ingolstadio 19. Septembris 1565 ad Danielem Brendel archiepiscopum et electorem moguntinum datis, postquam Ottonem cardinalem Truchsessium

ac complures Germaniae episcopos et abbates Truchsessio Brendelioque aequales laudavit: „Quis", inquit, „Iesuitas viros sanctos? Quis Iesuitas Orthodoxae fidei cultores magnificos? Quis Iesuitas pugiles pro CHRISTI religione inuictos, non miraretur?" (f. A 4[a].)

888 sive **var. (8).** **Sub ineuntem a. 1566.**

Ex autographo. „GSC 66" f. non sign. post 405.

P. Hoffaeus rector monacensis P. Theodoricum Canisium rectorem dilinganum a Petro Canisio praeposito provinciali pluris, quam ceteros rectores, fieri queritur, neque sua cum Petro Canisio communicare vult. Quare Theodoricus, licet animi conscientia non terreatur, alium (loco Petri fratris) sibi praeponi cupit. Hoffaei „Apologiam" Petrus Canisius alieno nomine vulgandam esse censet.

P. Theodoricus Canisius, Germaniae superioris viceprovincialis et collegii dilingani rector, Dilinga exeunte m. Decembri 1565 vel ineunte a. 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec, praeter alia, rettulit de P. Paulo Hoffaeo, rectore collegii monacensis: Audiui . . querelas eius aliquas contra modum procedendi p. prouincialis veluti ille quibusdam (de me dictum intelligo) multum indulgeret, et per omnia satisfacere studeret, non item alijs Rectoribus. Cum ex vrbe nuper redijsset [1], dixit mihi se isthic impetrasse vt mecum tantum et non cum patre prouinciali sua communicaret. . . . Apologiam [2] iam absolutam ad me misit, addens, vt illam retinerem, etc. mitto, inquit, ac dono nec recipere cupio scriptum de communione. Legit eam P. Thomas Gallus et probat, Dabitur et P. Prouinciali vbi redierit, et D. Peltano examinanda [3]. P. Prouincialis putauit ad proximas (quae in quadragesima erunt) nundinas Francfordienses excudendum esse hoc opusculum, sed alieno nomine. . . . Fateor molestum aliquando mihi fuisse, quod audierim in faciem mihi dici, quod pater prouincialis me fratrem suum nimis tenere diligeret, et quod tam apud illum quam apud Romanos Patres meis literis quiduis impetrarem, maiorque mihi quam alijs fides daretur. Haec autem non malo animo dicta esse puto a quibusdam, Occasionem tamen aliquam mihi dederunt aliquando vt alium potius quam fratrem Germanum optarem mihi superiorem, ne carnali affectu nos duci suspicari quispiam possit, Nescio pater si P. Prouincialem tanquam fratrem secundum carnem vnquam in Societate aspexerim [4], vel hoc nomine mihi aliquando blanditus sim, vel arrogauerim aliquid. Vtcunque sit, fiat in omnibus Dei et superiorum meorum voluntas [5].

889 sive **var. (9).** **Initio a. 1566.**

Ex autographo. „Ep. G. VII" f. 149[a].

Cardinalis Hosius optat, ut Canisius Elbingae et in aliis Borussiae civitatibus contionetur.

P. Franciscus Sunyer, Societatis per Poloniam viceprovincialis, Braunsberga 5. Februarii 1566 ad S. Franciscum de Borgia praepositum generalem haec rettulit de cardinali Stanislao Hosio, episcopo varmiensi: Il Cardinale molte volte mi fa mentione del Padre Canisio et grandemente si consolarebbe se a tempo lo potesse hauere pensando di poter agiutare alcune citta heretice come helbinga et altre di prussia.

---

[1] Hoffaeus cum Petro Canisio Germaniae superioris praeposito provinciali Romae secundae congregationi generali Societatis interfuerat; cf. supra p. 44 89.

[2] De hoc Hoffaei libro v. supra p. 147—148.

[3] P. Gallus in universitate dilingana, P. Theodorus Peltanus in ingolstadiensi theologiam docebant.

[4] Cf. Rom 9, 3; 2 Cor 5, 16 etc. [5] Cf. Mt 6, 10; Act 21, 14 etc.

In urbe Elbinga (Elbing), quae in rebus sacris episcopi varmiensis, in civilibus regis Poloniae imperio subiecta erat, ecclesiae omnes ministros habebant protestantes, et catholici pastore carebant (*Eichhorn*, Hosius I 142; II 193—200).

P. *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius mandatu Borgiae Roma 18. Maii 1566 Sunerio *respondit: „Quanto al desiderio dell' Illustrissimo Cardinal di hauer seco il Padre Canisio, non so quanto sia possibile adimpirlo, benche lascia la cura dela Prouincia al suo Fratello[1], scriuendoli potra forsa intendersi questo meglio" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 114[a]).

890 sive var. (10). Initio a. 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 92.

Quo liberius Petrus Canisius, Germaniae superioris praepositus provincialis, scribere, contionari, cum proceribus agere queat, ipsi, provincialis nomen et officium retinere iusso, adiungitur Theodoricus frater, qui cum viceprovincialis nomine praecipuam provinciae curam sustineat.

P. Ioannes de Polanco, Societatis Iesu secretarius et S. Francisci Borgiae praepositi generalis „admonitor", Roma 1. Aprilis 1566 Lugdunum ad P. Edmundum Augerium Societatis per Aquitaniam praepositum provincialem litteras misit, quibus eum hoc, praeter alia, monebat: Il bisogno che si uede in Francia de persone che attendano al ben della Religione scriuendo contra li heretici et predicando, et trattando etiam con persone primarie, et d' altra parte, uedendo il bon talento che Dio ha dato à V. R. per questi effetti, ci ha fatto quà pensare et anche trattare con N. Padre se sarebbe spediente far con V. R. quel che si è fatto col Padre D. Canisio, il quale per simili effetti alli tre che ho detti de sopra, et acciò potessi in quelli più liberamente seruire al ben commune seli è dato per aiuto suo fratello il Padre Theodorico Canisio con titulo de Viceprouinciale, sopra cui spalle si lascia la principal fatica del gouerno, acciò che il Padre Canisio, ritenendo il nome et officio de Prouinciale, possa attendere alle tre cose già dette, non mancando alla sua Prouincia chi die ricapito alli negotij del gouerno.

891 sive var. (11). Sub d. 7. Februarii 1566.

Ex archetypo (A) Romae (a P. Ioanne Fernandez S. J.?) scripto (2° min.; 2¼ pp.) et (eadem manu) sic inscripto: „Jhesus . Ricordi per il Padre maestro Natale delle cose appertenenti alla Compagnia nostra in Germania"; S. Franciscus Borgias archetypo sua manu nomen („Francisco") subscripsit; est in Cod. „EB" n. 297. Exstat praeterea commentarium (B), quod Romae a P. Ioanne de Polanco Societatis secretario recognitum et emendatum est, in Cod. „Decreta et Instructi. 1540—1573" f. 250[a]—251[a]. Integra haec institutio primum (ex commentario, quod dixi) in lucem emissa est in Epp. *Nadal* III 5—9.

Borgias praepositus generalis P. Natalem, cum „visitatoris" potestate in Germaniam abiturum, haec, praeter alia, monet: Socios omnes, etiam provinciales, in sua potestate habebit. Loci et redituum collegio Societatis augustano providendorum negotium urgebit; efficiet, ut Canisius non debeat in ecclesia cathedrali, capitulo

[1] P. Theodorico Canisio.

salarium dante, contionari. Consilia cum Canisio conferendo, videbit, num quis Socius episcopo herbipolensi mitti debeat, et de collegio herbipolensi aliquid certi constituet. PP. Peltano, Gallo, Canisio auditis videbit, num scripta quaedam P. Hoffaei vulganda sint. Vel ipse vel per provinciales Romam Socios mittet instituendos, qui professores, rectores, magistri noviciorum futuri vel exercitia sacra tradituri sint. Provinciales in rectorum, magistrorum etc. delectu iuvabit.

S. Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis, cum P. Hieronymum Natalem ineunte m. Februario 1566 Roma in Germaniam mitteret, praeter institutionem, qua eum de rebus in imperii comitiis gerendis edocebat (v. supra p. 185), alteram eidem dedit „instructionem", qua eum ad „visitatoris" officium apud Socios Germaniae administrandum instituebat; ex qua hic aliqua pono: Primieramente hauera il Padre Natale[a] facoltà di uisitare le quattro Prouintie della Superior et Inferior Germania, Austria, et Rheno, et sara superiore, etiam alli Rettori et Prouintiali di dette Prouintie, et potra scriuere . et far risposta á loro lettere, risoluendo li dubbij che hanno et ordinandoli quello che li parera conueniente, il che specialmente douera fare quando uisitara, ò già hauera uisitati alcuni luoghi. . . .

Veda di stringere il negotio del Collegio d' Augusta quanto al luogo, et dotatione[1], et che sia leuato l' obligo del predicare il Padre Canisio[b] per salario, ó prouisione che da il capitolo, benche per il nostro instituto et sodisfattione[c] del Cardinale ui predichi alcuno nel Domo[2]. Et auanti che si discosti sara ben procurar la risolutione di questo negotio. . . .

Veda se sara conueniente dar alcuna sodisfattione al Vescouo de Herbipoli[3] con fatti, mandandoli qualche aiuto, (massime se si fanno alcune missioni) et se pigli anche risolutione del Collegio suo, presuposto che già quì teniamo in mano, l' unione di quel monasterio[4], cui frutti si mettono in mille et ducento floreni[d] . trattisi pur col Padre Canisio informato di[e] fresco. . . .

Il Dottor Paulo[f] Offeo scrisse certi trattati ad instancia del Duca di Bauiera[5], li quali fú scritto si mostrassino[g] al Dottor Theodoro[6], et Dottor Thomas Gallo col Padre Prouincial Canisio, potrà il Padre Natale[h] inteso il parer loro, risoluere se si debbiano publicare. . . .

Veda di mandare[i], ó far che li Prouintiali mandino à Roma alcuni buoni suggetti[k] di quelle nationi, quali siano seminario in questo Collegio[7], per poterli poi rimandar più utili, ò nelle lettere, ò nel

a) Natal *B.* b) *In B vv.* il P. Canisio *ab ipso Polanco scripta sunt.* c) so dis fattion *B.* d) *In B sententia sequens ab ipso Pol. scripta est.* e) de *B.* f) Paolo *B.* g) mostrasino *B.* h) Natal *B.* i) mandar *B.* k) soggetti *B.*

[1] Cf. supra p. 166 378 389. [2] Cf. supra p. 179 194.

[3] Friderico a Wirsberg.

[4] Monasterii S. Agnetis, ordinis S. Clarae; v. supra p. 121 145 182.

[5] De his P. Pauli Hoffaei scriptis v. supra p. 144—145.

[6] Peltano S. J. [7] Romano.

gouerno[a], et specialmente per mastri de nouicij et dar essercitij spirituali . et pare si doueriano mandare solamente quelli, che mostrano buon talento per alcune delle cose[b] dette, et quanto più prouetti nelle lettere tanto meglio. Potrebbono anche alcuni nouitij, mandarsi quà[c], ò quelli che uogliono intrare, se la indole loro lo meritassi. . . .

Veda d' aiutar li Prouintiali nelli dubbij che haueranno circa la prouisione[d] di quelli che hanno à gouernare, et leggere, et specialmente della mutatione di soggetti. . . .

892 sive **var. (12).** 9. Martii 1566.

Ex Epp. *Nadal* III 22; cuius libri editor litteris archetypis usus est.

S. Franciscus Borgias iubet P. Natalem Augustae cum Canisio consilia conferre de collegio Spirae incohando, contionibus in cathedrali illa ecclesia suscipiendis, P. Roseffio eodem mittendo.

P. Polancus nomine S. Francisci Borgiae praepositi generalis Roma 9. Martii 1566 Augustam ad P. Hier. Natalem visitatorem de P. Lamberto Auer, collegii moguntini rectore, qui ab aliquo tempore Spirae in ecclesia cathedrali contiones habebat, et de collegio Societatis, quod Spirae capitulum cathedrale condere volebat (v. supra p. 188), haec scripsit: Il Padre Lamberto in Espira, . . . ha cominciato a trattar di trattener in quella città otto persone della Compagnia, deputandoli 300 fiorini quelli del clero, oltra la casa et mobili. Et dice bisognarebbe promettere di pigliar in se la cura di predicar nel domo alcune uolte la settimana et se si uolessi leggere una lettione di theologia, li sarebbe grata : et questo in tanto che si fa la fundatione del collegio intiero con mille fiorini de intrata, etc. V. R. auisi a nostro Padre quel che gliene pare di questo, et anche al detto P. Lamberto, specialmente sopra il pigliar la cura del predicare, che pare dà qualche scropolo de pigliar per tal conto prouisione alcuna. V. R. intenderà meglio forse il fatto, come sta dal P. Canisio, che hauerà passato di là et uisto il tutto, et a quest' hora già crediamo sia in Augus[ta]. *Et, aliquibus rebus interpositis, de P. Gregorio Roseffio, qui in Societatis collegio romano theologiae studebat (cf. supra p. 261):* Domanda il P. Lamberto prestato per qualche tempo al P. Gregorio per Espira. V. R. tratti questo col P. Canisio, et ueda se sarà spediente.

Polancus eodem illo d. 9. Martii 1566 mandatu Borgiae Spiram ad P. Lambertum Auer *scripsit: „Del mastro Gregorio il Padre Natal trattara la cosa di appresso col Padre Canisio" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 82b). De his litteris Auero, et de aliis P. Vinckio destinatis *Polancus* Roma 9. Martii 1566 Natali scripsit: „L' incluse per il P. Antonio et Lamberto farà V. R. encaminar per uia del P. Canisio, se sarà uenuto, o del P. Vandelino, et il P. Ximenez pigliarà la cura" (Epp. *Nadal* III 23). Atque eidem P. Antonio Vinck (provinciae rhenanae S. J. praeposito) *Borgias* Roma 30. Martii 1566 *scripsit: „Quanto al Padre Gregorio che si ricercaua à predicare, ho scritto si trattassi col Padre Natal che lo conferira col Padre Canisio, il che si dice perche in tal modo si desidera sodisfar alli uni che non si manchi alli altri" (ex apogr. eiusd. temp.; „Germ. 65" f. 87b).

a) *Sex vv. sqq. in B ab ipso Pol. scripta sunt.* b) *A Pol. in B correctum ex* per una delle due, *quae scripserat librarius.* c) *Quinque vv. sqq. in B ab ipso Pol. scripta sunt.* d) prouision *B.*

893 sive **var. (13).** Inter m. Novembrem 1565 et Aprilem 1566.

Ex autographo. „G. Ep. VII" f. 218[b].

Opera Canisii Gerardus Lapidanus ad Societatem, quam ante sex annos deseruit, redit.

P. Theodoricus Canisius S. J., Germaniae superioris viceprovincialis et collegii dilingani rector, Dilinga 19. Maii 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam Societatis praepositum generalem haec rettulit de Fr. Gerardo Lapidano [Steens?] clivensi (Cleve), qui a. 1552 Societatem ingressus erat, a. 1553 „vota scholasticorum" nuncupaverat, m. Aprili a. 1559 aegritudine quadam animi laborans, in patriam discesserat (Can. II 100² 390 466): Gerardus quidam Lapidanus, qui ante annos multos panormi graeca docuit, Romae deinde studuit, ibidemque in Dyaconum promotus Ingolstadium cum primis fratribus missus fuit, atque inde tentatione victus, anno 59° sine obedientia in Flandriam, quae ipsi patria est, discessit: hic post tot annos extra obedientiam consumptos, opera R. P. Canisij quasi postliminio ad societatem redijt, simplicitate potius quam malitia, vt videtur deceptus. Vnde R. P. Natalis re diligenter examinata recipiendum eum iudicauit, et Dilingam secum adduxit, vbi docendis pueris operam vtilem et diligentem nunc nauat.

Fortasse Canisius, cum exeunte m. Novembri vel initio m. Decembris a. 1565 per Cliviam transiret (v. supra p. 675), Lapidanum vidit. Certe P. *Antonius Vinck* provincialis rhenanus aliquando *notavit: Audivisse se, „che il Padre canisio lo ha menato di cliua". Quem Natalis, cum 16. Aprilis 1566 Augusta Dilingam proficisceretur (Epp. *Nad.* III 63), secum adduxit. Lapidanus, paulo post m. Iunium a. 1566 sacerdotio initiatus (Epp. *Nad.* IV 243 260), postea in collegiis dilingano et fuldensi atque etiam (a. 1582) in ducatu brunsvicensi ecclesiae et Societati utilem operam praestitit (*Can.* II 390⁷. *Hansen* l. c. 757. *Duhr*, Jes. I 431—432). Theodoricus autem Canisius memoria lapsus esse videtur, cum eum Ingolstadium cum primis fratribus missum esse scriberet; cum his enim ex Italia m. Iunio 1556 missus est Gerardus Werdenus sive Wertenus (Cartas de *San Ignacio de Loyola* VI, Madrid 1889, 497); quem a. 1557 ante m. Aprilem in collegium pragense missum, ibidem etiam m. Augusto 1559 fuisse constat; postea Treveris fuit (*Can.* II 80 314 501; III 130). Neque Lapidanus ante m. Augustum a. 1557 ex Italia in Germaniam redisse videtur (*Hansen* l. c. 289). De Werdeno cf. *Polanci* Chronicon VI 405 406.

894 sive **var. (14).** 23. Martii et 20. Aprilis 1566.

Ex archetypis, quae sunt in Codd. „EN" n. 106 et „EB" n. 173. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 36 68.

P. Natalis visitator S. Francisco Borgiae praeposito generali commendat, ut P. Theodoricus Canisius Germaniae superioris viceprovincialis, quippe qui solus provinciam regat, eiusdem constituatur provincialis, Petrus autem Canisius aliis rebus, ut collegio aliquo instituendo vel contionibus Augustae in templo cathedrali habendis, occupetur et interdum Societatis, saltem provinciarum germanicarum, visitator creetur. Borgias Natalis arbitrio permittit, ut Theodoricus constituatur provincialis.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator litteris Augusta 23. Martii 1566 Romam missis S. Franciscum de Borgia praepositum generalem de Petro Canisio Germaniae superioris praeposito provinciali et Theodorico Canisio Petri fratre eiusdemque Germaniae viceprovinciali (v. supra p. 183 189) monuit: Yo hasta aora no entiendo otra cosa sino que Maestro Canisio es Prouincial, o este aqui, o no, y su hermano Viceprouincial, aunque como he escrito por otra (segun que[a] me dixo el Padre Theoderico tener orden de V. P.) gouierna el solo, hasta que quiera Maestro Canisio, Yo pensaria ser util que como en las otras Prouincias se haze, assi en

a) *Sequuntur vv.* me dixo tener orden *oblitterata; sed vv.* me dixo *restituta sunt.*

esta se hiziese, y[a] se declarase Prouincial el Padre Theoderico, y no faltarian cosas de mucha importancia en que ocuparse el padre Canisio, ès a saber en fundacion de algun colegio, si no ha de estar en esta cathedra, y de tanto a tanto quando paresciese a V. P. le podria hazer uisitador, a lo menos desta Prouincia y de las del Rin y Flandes, represento esto a V. P.

Borgias Roma 20. Aprilis 1566 Natali respondit: Del hazer Prouincial al Doctor Theodorico Canisio, descargando al Padre D. Pedro Canisio, me remito a lo que a V. Reuerencia pareciere, y asi lo podra poner en execucion.

895 sive var. (15). Inter 8. Aprilis et 27. Iulii 1566.

Ex archetypis, quae sunt in Codd. „EB" n. 172 178 184 et „EN" n. 122, et ex autographo, quod est in „EN" n. 117. Etiam (ex iisdem archetypis et autographo) in Epp. *Nadal* III 58—59 82 126 175 204.

Quod Canisius petit: Ut Theodoricus frater ipsius provinciam Germaniae superioris, quam regere coepit, per tres annos regere iubeatur, id et Borgiae et Natali placet, quo liberius ille possit contionari et scribere etc. Quod tamen et Natalis et Canisius censent non esse promulgandum, antequam Natalis omnia provinciae collegia visitaverit. Borgias promulgationis tempus Natalis arbitrio permittit, ac tandem Natali permittit, ut statuat, uter ex Canisiis provincialis sit futurus.

S. Franciscus Borgias praepositus generalis S. J. P. Natali visitatori Roma 9. Aprilis 1566 scripsit de P. Petro Canisio ac de P. Theodorico Canisio, qui iam inde a m. Aprili a. 1565 pro Petro fratre provinciam Germaniae superioris cum „viceprovincialis" nomine administrabat (v. supra p. 33 320): El padre Canisio Prouintial escriue sobre la Continuacion del gouierno del Dottor Theodorico por un triennio; y aca parece bien porque el pueda segun su inclinacion y particular talento que tiene ser mas libre, y tener mas tiempo para predicar, screuir, y conuersar .etc.

Ad haec Natalis Augusta 27. Aprilis 1566 Borgiae respondit: Quanto alla continuatione del Triennio del Padre Theoderico, al Padre Canisio et à me pare ch' insino a che io habbi passato per questi collegij, et parlato con tutti non si publichi, dapoi si fara con la Diuina gratia; in questo mezzo si gouernara la Prouincia come insino a qui. Et spero nel Signore ch' il Padre Canisio puotrà molto ben seruire in altre cose.

Cum autem Natalis infirma valetudine afflictaretur et ad aquas spadanas (Spa) proficisci cogitaret, Borgias Roma 16. Maii 1566 ei respondit: La publicatione del triennio del Padre Theodorico si faccia quando parera à .V. Reuerenza.

Natalis vero Dilinga 6. Iulii 1566, cum iam Vindobonam esset petiturus, ad Borgiam sua manu litteras dedit, in quibus eo de negotio ita disserit: Jo sto en dubio et[b] mi inclinarei[c] a far prouincial il .p. theodorico . ma[d] non trouo chi sia rector di dilinga . che importa sia sufficiente, . . . v. p. mi dica la volunta sua, io non mutaro niente fin alla tornata dj praga.

Respondit Borgias Roma 27. Iulii 1566: Del far Prouinciale il P. Pietro Canisio, ò suo fratello, . . . io mi rimetto al parer di V. R.

896 sive var. (16). A medio m. Maio ad ineuntem m. Decembrem 1566.

Ex archetypis, quae sunt in „EN" n. 129 144 et „EB" n. 186 190, et ex autographo, quod est in „EN" n. 161. Etiam (ex iisdem archetypis et autographo) in Epp. *Nadal* III 135 195—197 229—230 309 326.

P. Natalis visitator id, quod sibi proposuit de P. Theodorico Canisio rectore dilingano loco Petri Canisii provinciali Germaniae superioris creando, exsequi non audet, cum rectorem totum in suo officio, provincialem totum in suo esse oporteat. De re

a) *Sequitur* fu, *oblitt.* b) *Ita Nat. correxit ex* che. c) *A N. correctum ex* inclino. d) *A N. correctum ex* et.

constituet, cum provinciam visitaverit. Tandem statuit, ut Petrus Canisius in provincialis officio maneat; quod ab eo pro provinciae necessitate singulari diligenter administratum iri sperat. Postea tamen, si collegio dilingano rectorem invenerit, Theodoricum Canisium constituet provincialem. Petrum Canisium, si res provinciae melius non successerint, provincialis munere levandum esse censet. Id Borgiae probatur.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Augusta 19. Maii 1566 ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de P. Petro Canisio, Germaniae superioris praeposito provinciali, ac de P. Theodorico Canisio, universitatis collegiique dilingani rectore, qui hoc tempore cum „viceprovincialis" nomine provinciam regebat (v. supra p. 836): De scaricar' al Padre Canisio et far' Prouinciale al suo fratello, venendo al particolar', et alla essequution' della cosa, trouo gran difficoltà essendo che giudico esser' necessario che il Rettor' de Dilinga non habbia altra occupation' di quella, ne il Prouinciale della sua, et essendo questa Prouincia in tanta necessita penso finir' la visita senza mutation' nissuna, et al fine determinarmi con la gratia del signore. *Tandem Natalis Dilinga 20. Iulii 1566, cum provincia visitata in Austriam abiturus esset, Borgiae scripsit:* El Padre M. pedro canisio queda tandem [a] prouincial descargado dela predica de augusta ... no dexo yo de pensar como antes si fuese possible hallar vn rector para dilinga hazer prouincial al padre theodorico. mas por agora no me pareçe que se aya de mudar en ninguna manera: ... del [Padre M. pedro canisio] e tomado esperança que se applicara ala gobernation desta prouincia la qual tiene harta necessidad de especial superintendentia y goujerno. *Ad quae Borgias Roma 3. Septembris 1566 respondit:* Jl padre Canisio resti in buon hora confirmato Prouintiale, et libero della predica d' Augusta per poter attendere a sua Prouintia. *Die autem 14. Novembris 1566 Natalis Dilinga, cum iam ex provincia Germaniae superioris in rhenanam abiturus esset, de illa litteris sua manu scriptis Borgiam monuit:* Si esta prouincia de aqui adelante terna dificultat o etc. se podra pensar de mudar prouincial. *Quod consilium Borgias probavit, Roma 3. Decembris 1566 respondens:* Se col tempo si uedera conuenghi mutatione di Prouinciale, si potrà fare.

897 sive **var. (17).** Sub medium m. Iulium 1566.

Ex archetypo. Cod. „EN" n. 144 (f. 131). Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 196—199.

Natalis visitator, antequam in Austriam proficiscatur, Sociorum Germaniae superioris, maxime Canisii, res ita constituit, ac si autummo non sit eodem rediturus. Canisio mandat, ut novicios Romam mittat et Socios, qui ex Italia venerint, per collegia distribuat. Eundem sub finem m. Septembris Oenipontem venire iubet.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, cum Germania superiore visitata, in Austriam profecturus esset, S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit Dilinga 20. Iulii 1566: Yo he ordenado en esta prouincia y especialmente al padre M. canisio todas las cosas ni mas ni menos [b] como si no vuiese de boluer al autummo y dudo harto dello por partir tanto tarde de aquj, ... y ansi [c] e cometido [d] al p. canisio que mande de los nouitios algunos a roma y tambien le he dicho que los que vernan al setiembre los distribuya segun terna orden de vuestra paternidad . yo bien me esforcare quanto sea possible de ser en ispruch . al fin de setiembre y si no soy yo alli estara el padre M. canisio.

898 sive **var. (18).** Medio fere m. Iulio 1566.

Ex autographo. „G. Ep. VII" f. 220[a]—221[a]. Sententia prior huius capitis ex eodem autogr. posita est in Epp. *Nad.* III 765.

P. Natalis visitator Canisium et re et nomine provincialem, sublato viceprovincialis officio, esse iubet.

a) *Hoc v. ab ipso Nat. supra versum scriptum est.* b) *Sequitur* sino, *oblitteratum.* c) *Sequitur* lo, *oblitt.* d) *Sequitur* que, *oblitt.; 4 vv. sqq. ab ipso Natale in margine addita sunt.*

P. Theodoricus Canisius S. J., universitatis et collegii dilingani rector, Dilinga 25. Iulii 1566 S. Francisco Borgiae praeposito generali scripsit: P. Natalis . . . Patrem Petrum Canisium et nomine et officio prouincialem declarauit, sublato viceprouincialis nomine. . . . Gratias ago Deo meo, qui me graui onere Viceprouincialis, cui plane impar eram, misericorditer liberauit.

899 sive **var. (19).** 6. Iulii et 6. Octobris 1566.

Ex archetypis, quae sunt in „EB" n. 182 et „EN" n. 148. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 177 241—243.

Quaerenti Borgiae praeposito generali, cur Germania superior multo minus, quam reliquae provinciae germanicae, prosperet (compluribus Societatem deserentibus, paucis noviciis bene proficientibus etc.), Natalis visitator respondet: Inter varias causas (quarum aliae in proceribus, aliae in ipsis Sociis positae sint) praecipuam esse eam, quod Canisius provincialis propter alias occupationes collegia non visitarit et diu provincia abfuerit; id tamen incommodum iam esse sublatum.

Sanctus Franciscus de Borgia praepositus generalis Societatis Iesu Roma 6. Iulii 1566 ad P. Hieronymum Natalem, provinciarum S. J. Austriae, Germaniae Inferioris, Germaniae Superioris, Rheni „visitatorem", scripsit: No dexare de demandar, y holgare ser auisado alo menos despues dela uisita dela superior Germania qual piensa V. Reuerencia sea la causa, por la qual essa Prouincia es tan trauajosa, conseruandose tan difficilmente en ella los subiectos, y estragandose tantos, y saliendo tan pocos a luz delos que en ella se reciuen que parece entretener solos essos pocos collegios, cuesta mas que las otras tres Prouincias juntas, y tiene mas difficultades que todas ellas quasi sin comparacion.

Natalis Oeniponte 6. Octobris 1566 Borgiae respondet: Varias illarum difficultatum esse causas: Societati suam libertatem a principibus eorumque consiliariis atque Ingolstadii etiam ab universitate circumcidi; a proceribus nonnumquam etiam Socios parum oboedientes foveri et protegi. Augustae aedes esse eas, in quibus religiosa disciplina servari non possit. Collegiis rectores praefuisse haud ita idoneos; Monachii P. Hoffaeum rectoris munus aegre sustinuisse. Magistros saepe mutatos esse. In provinciam missos esse homines parum probatos, ad precandum haud satis exercitatos, variis animorum infirmitatibus laborantes. Et sono altre cause, mà quella non lasciaro di dire, che mi pare à me principale che in sino quà il Prouinciale non ha visitato essendo occupato in altro etc., et specialmente, hauendo fatta tanta absentia, prima per la congregatione, dipoi per la missione, che quasi in quel tempo declinorono molto le cose di questa Prouincia. . . . Adesso con la gratia del Signore essendosi assettate le cose et prouisto àl tutto, et visitando il Prouinciale, et attendendo àl gouerno, le cose andarano meglio, et non so se dica padre che il Demonio perseguita questa Prouincia padre per star' nel mezzo d' Alamagnia, et sperarsi tanto frutto come si spera etc.

Etiam ipse Canisius Germaniae superioris praepositus provincialis litteris 6. Iulii 1566 ad Borgiam datis fassus est, provinciae detrimento fuisse, quod neque ipse provincialis, neque (cum a m. Maio 1565 ad Februarium 1566 ipse primum ob Societatis congregationem generalem, deinde ob pontificiam ad episcopos et proceres legationem provincia abesse deberet) P. Theodoricus Canisius viceprovincialis collegia satis frequenter visitare potuissent; se enim contionum Augustae in ecclesia cathedrali habendarum officio, fratrem universitatis collegiique dilingani administrandi munere distentos esse; v. supra p. 276.

900 sive **var. (20).** 20. Iulii 1566.

Ex litterarum fundationis apographo (A) eodem tempore scripto, ab ipso cardinali Truchsess recognito, Dilinga Romam ad S. Franciscum de Borgia Societatis praepositum generalem misso; „Germ. Sup. Fund. I" f. 333[b]—333[4]. Eadem exstant in posterioribus illis litteris fundationis, quas idem cardinalis Roma 25. Aprilis 1569 dedit; earum apographum (B) vidi Dilingae in bibliotheca regia, M S Stempfl. III (2°) n. 15.[1]. Litterarum partem (R), quam infra ponam, paene totam „excerptam ex literis fundationis . . Anno CIↃ. IↃ. LXIX" datis vulgavit *Raderus*, Can. 124—126. Particulas posuerunt: *Sacchinus*, Can. 205; *Specht*, Gesch. d. Un. Dillingen 56[1]; *Dorigny*, *Riess* etc.

Cardinalis Truchsess in litteris fundationis collegii dilingani pronuntiat: Se ad eam fundationem adductum esse consilio P. Petri de Soto O. Pr. et frequenti sua cum Societatis hominibus, maxime cum PP. Iaio et Canisio, consuetudine. Canisium de dioecesi augustana insigniter meritum esse. Societatem ubique ecclesiae plurimum utilitatis afferre.

Cardinalis Otto Truchsess de Waldburg, episcopus albanensis et augustanus, in litteris fundationis et dotationis collegii Societatis dilingani, Dilinga 20. Iulii 1566 datis, cum collegium S. Hieronymi et universitatem Dilingae a se condita esse narrasset, haec addidit: Usus consilio prudentum uirorum, et singulis exacte consideratis, Deo quidem inspirante, et suadente etiam hoc praedicto Patre Petro de Soto[2] (sine quo nunquam potuissem[a] tantum opus inchoare[b], et eousque per ducere[c]) veni tandem in hanc sententiam, nulla stabiliori, atque utiliori uia, . . . prospici posse, quam si nouum[d] aliud Collegium pro Patribus[e] societatis Iesu Delingae[f], cum necessarijs redditibus erigeretur, dotaretur, atque ijsdem[g] patribus, tanquam his nostris calamitosis[h] temporibus ad munus docendi, et mores pios atque Christianos instituendi singulariter a Deo dotatis tota cura superintendentia gubernium[i] institutio atque regimen alumnorum[k], et conuictorum Collegij sancti Hieronymi, et totius uniuersitatis libere, et integre committeretur. Ad hoc etiam faciendum plurimum animum meum mouerunt diuturna cognitio ac[l] consuetudo, et experientia, quam habui cum multis Patribus

a) potuisset *R.* b) inchoari *R.* c) produci *R.* d) *Hoc v. non est apud Sp.* e) quod Patrum *R.* f) Dilingae *R Sp.* g) h) i) *Hoc v. non est apud R.* k) regimen aliud nouum *R.* l) et *B.*

[1] Alia apographa recensentur a *Specht* l. c. 61[1]. Et priorum et posteriorum litterarum archetypa perisse videntur.

[2] Doctissimus vir Petrus de Soto O. Pr. († 1563) ex primis universitatis dilinganae professoribus summisque eiusdem ornamentis fuerat; vide *Specht* l. c. 10—45 49.

eiusdem societatis, uidelicet hic Delingae[a] ante et post erectionem[b] huius collegij cum Reuerendo Docto, atque nunquam satis laudando[c] viro Claudio Iaio, qui mecum plures annos habitauit[1], nec non cum eximiae pietatis, et[d] doctrinae uiro Domino[e] Petro Canisio, qui in Ciuitate, et Diocesi mea Augustana incredibilem fructum in conuertendis Hereticis[f], stabiliendis Catholicis, et alijs nunquam satis admirandis, et probandis operibus continue, indefesse et[g] laudabiliter longo iam[h] tempore peregit. Similiter non solum in Germania sed etiam in Italia, et ubique locorum ubi Domicilium, habitationem Collegia seu auctoritatem dicti Patres Societatis Iesu habuerunt, uidi innumeros incredibiles bonos fructus, ita quod[i] sine controuersia cognoui, nullam his nostris[k] temporibus existere congregationem, quae excellentia in uita, moribus, doctrina, disciplina, et charitate iam labenti Catholicae ecclesiae utilior, fructuosior, ac magis necessaria esse posset, pro ut facile boni, ex salutaribus eorum, et[l] uere christianis operibus clare, et aperte deprehendunt.

901 sive **var. (21).** M. Octobri et initio Novembris 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez scripto et a P. Hier. Natale subscripto. Cod. „EN“ n. 158 (f. 110[b]—111[a]). Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 298.

P. Natalis visitator Ioannem Lucium augustanum duos annos Pragae in noviciatu versatum, sed ob mores parum bonos inde amandatum in Germania superiore collocare vult; sed Canisius praepositus provincialis eum admittere abnuit; quare Natalis eum, ne ad protestantes transeat, Romam mittit.

P. Hieronymus Natalis, Societatis visitator, Dilinga 14. Novembris 1566 Romam ad S. Franciscum Borgiam praepositum generalem, praeter alia, haec rettulit de Ioanne Lucio (Lutz?) augustano (v. Epp. Nadal III 298[1]), quem Octobri 1566 Praga Ingolstadium ire ibique adventum suum exspectare iusserat (v. supra p. 298): Lucio è un nouicio de Doi anni tamen, de Praga; Augustano, il quale e stato in Praga doi annj in probatione, et un buon tempo fù buono[m] quieto, et deuoto, dipoi si muto di modo che in Praga in nisuna manera lo uuoleuano piu hauere, et io uedebba, non conuenir' che ci stesse, et cosi pensauo, accomodarlo in questa prouincia[2], ma trouando gran repugnanza in Maestro Canisio che in nisuna maniera lo uuoleua pigliar'[n] et hauerne cura, non uuolendo io far' violenza alla buona intentione del Padre Canisio ero sforzato, ò, mandarlo via con summo pericolo che subito si facese heretico, ò mandarlo a Roma alla P. V. per il nouitiato, doue si se aiuta, si guadagniarà assai con la gratia de Christo, se non si aiuta se puotrà metter' in seruiggio d'alchuna persona honesta che lo possi aiutar' nel secolo etc.

Natalis Lucium Romam misit cum P. Ioanne Marquez S. J., qui in universitate ingolstadiensi philosophiam tradiderat; in *Natalis* litteris Augusta 6. Novembris 1566 datis, quas Marquez secum ferebat, de Lucio scribitur: „Paresce tiene ingenio“;

a) videlicet Dilingae *B R.* b) errectionem *A.* c) laudato *B R.* d) ac *R Sa.* e) Doctore *Sa.* f) *Apud Sa. sequitur* et. g) *Sic R Sa.;* continue, et indefesse laudabiliter *A.* h) *Hoc v. non est apud R Sa.* i) fructus. Itaque *B.* k) *Hoc v. deest in B.* l) *Hoc v. non est in B.* m) *Sequitur* tempo, *oblitteratum.* n) *Sequitur* non, *oblitt.*

[1] P. Claudius Jaius S. J. († 1552) multum cum Ottone versatus est Dilingae, Vormatiae, Augustae; cf. *Duhr*, Jes. I 19—24. Annis 1545—1547 in concilio tridentino Truchsessii procuratorem egit (*Pastor* l. c. [supra p. 510] 424—426).

[2] In Germania superiore, cui Canisius praeerat provincialis.

dicitur etiam, fortasse eum Romae, si ad Societatem idoneus non sit, in alium ordinem religiosum mitti posse (Epp. *Nadal* III 288). Lucius Natalis exspectationi haud multum satisfecit; nam *Borgias* Roma 22. Martii 1567 Natali scripsit: „Jntorno al mandar quà simili à Lucio, o Gio: Viennense, li dico, che giuouani di poco natural come questi, et tanto difficili à ridursi, non accade inuiarli, perche non si lasciano aiutar, et di più guastano il Nouitiato" (ex archetypo manu Borgiae subscripto, quod est in „EB" n. 200; etiam in Epp. *Nadal* III 419).

902 sive var. (22). Inter medium et exeuntem m. Novembrem 1566.

Ex exemplo archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J. scripto, quod exstat in Cod. „NIG" f. 50 58. Institutio ex eodem exemplo primum typis exscripta est in Epp. *Nadal* III 782—783.

P. Natalis visitator, quot Socios singula Germaniae superioris collegia alere et quid eadem ad totius provinciae novicios in collegio monacensi sustentandos conferre debeant, constituit, ita tamen, ut Canisium provincialem singula cognoscere et definire iubeat.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator collegiis Germaniae superioris recognitis de Sociorum, et maxime noviciorum, ibidem sustentandorum ratione ac de rebus per Canisium praepositum provincialem ea de causa constituendis hanc m. Novembri 1566 dedit institutionem:

Jhesus. De ratione et modo alendi Novicios Monachij.

Collegium Monachiense alet 24 Patres et fratres.

Eundem numerum Jngolstadiense, et OEnipontanum collegium.

Collegium Dilingense alet 28.

Collegium Augustanum quandiu habet 700 florenos, alet 10.

Censebit tamen Prouincialis ubi Rectorum rationes videbit, an plures possint alere[1].

Hic numerus est constitutus, coniunctis omnibus expensis singulorum collegiorum, et quae ad victum, uestitum, viatica, et alias res pertinent.

Collegium Monachiense nullum habebit scholasticum Societatis, sed numerum suum implebit ex nouitijs : nec poterit subsidium ab alijs collegijs petere, nisi completo suo numero.

Vbi numerus collegii Monachiensis erit impletus, et aliorum non erit, sola ea collegia, quorum numerus non erit impletus, contribuent ad nouitios, qui alentur praeter numerum Monachij, aequaliter quidem, si aequaliter sua[a] proportione distent a completo numero: inaequaliter uero, si inaequaliter. . . . Haec uero inaequalitas, uel aequalitas, censebitur a Prouinciale.

Quod si haec ratio videatur difficilis, alia ineatur simplex, vt aequaliter contribuant omnia collegia quae deficiunt a Completo numero.

Judicet uero non tam scrupulose Prouincialis, si aliquod collegium quod longius distat a completo numero, plus sit contributurum[b], quod uero parum distet, minus.

a) *Sequitur* Collegia, *oblitteratum.* b) contributurus *archet.*

[1] Cf. infra monum. 903.

Non videtur necessum, ut tantum contribuatur pro alendo vno nouitio Monachij in re praesenti, quantum pro vno scholastico alendo solet expendi in collegio [1].

Jdem Prouincialis censebit particularia.

Si esset numerus in omnibus Collegijs completus, alentur nouitij Monachij ex contributione omnium Collegiorum. Et in eo rerum euentu iuxta rationem contributionis, pauciores alent collegia quam solebant ex ijs, qui non erunt necessarij in collegio; Ad quem numerum necessariorum si venirent, nihil soluent.

Definiat Prouincialis cum primum venerit Monachium, numerum nouiciorum, qui possint habitare in illo Collegio, et cum ad eum numerum peruentum erit mittentur alii nouitij Romam ad Patrem Generalem [2].

Jdem obseruabitur de illis, quibus leuabuntur collegia pro sustentatione nouitiorum, Nam hi [a] Romam etiam mittentur [b]; nullus tamen Romam mittetur nisi prius consensus P. Generalis habeatur, quem curabit Prouincialis habere, antequam in eum euentum veniatur [3].

Exstat (Cod. „G. Ep. VII" f. 238) Instructionis „De ratione et modo alendi Nouitios Monachij" exemplum archetypum ex Germania superiore Romam ad Borgiam missum, quod exemplo modo posito aliquanto brevius est, et minus, quod ad singula praecepta attinet, explicatum; in secunda eius sententia post verbum „oenipontanum" haec sequuntur: „tametsi de Oenipontano constituet certius P. Natalis cum veniet ad illud collegium"; venit autem m. Octobri 1566; v. supra p. 773. Brevius hoc exemplum m. Iulio 1566 a Natale Dilinga Romam missum esse intellegitur ex Borgiae litteris 10. Augusti 1566 ad Natalem datis (Epp. *Nadal* III 209). Explicatiorem autem instructionem Natalis, Herbipoli m. Novembri 1566 compositam, vel Spira m. Decembri 1566 vel Moguntia m. Februario 1567 vel ex utroque loco Borgiae misit; qui eam, quod ad praecipua capita attinet, probavit (l. c. III 332 348—349 363 375).

Polancus Societatis secretarius institutioni haec verba *subscripsit: „il primo modo e bono, nel 2º s' hano tutto il numero, vedasi quello ch' auanza, et secondo quello si facia contributione". Et in institutionis tergo (pag. 4) notavit: „a questo si è prouisto".

903 sive **var. (23).** 26. Novembris 1566.

Ex exemplo archetypo, a P. Didaco Jimenez S. J., P. Hieronymi Natalis secretario scripto, a Natale ex Germania Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam praepositum generalem misso, a P. Ioanne de Polanco Societatis secretario Romae adnotationibus et emendationibus quibusdam illustrato. Cod. „NIG" f. 67ᵃ—69ᵇ. Etiam (ex eodem exemplo) in Epp. *Nadal* IV 320—325.

P. Natalis provincia Germaniae superioris visitata Canisio praeposito provinciali varia dat praecepta ad eandem provinciam regendam spectantia: De absolutione hominum in haeresim relapsorum. De lectione constitutionum Societatis. De P. Swagerio Societatis desertore. De Sociis recreandorum animorum vel corporum causa in alia

a) *Hic a P. Jimenez supra versum scriptum est* etiam; *quod tamen verbum postea oblitteratum est.*
b) *Quattuor vv. sqq. a Jim. in margine addita sunt.*

[1] Hanc sententiam Natalis postea mutasse videtur; v. infra p. 846.
[2] P. *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius hic in margine notavit: „non mandino senon boni subgetti". [3] Cf. infra p. 847.

collegia mittendis. De numero Sociorum in collegiis alendorum. De litteris annuis cum iis, qui latine non sciant, communicandis. De muneribus, quae ad visitationem monasteriorum etc. singulariter spectant, per Socios non administrandis. De pecunia pro noviciorum sustentatione pendenda. De vestibus Sociorum Roma missorum Herbipolimque mittendorum harumque pretio. De officio Beatae Virginis a Societatis fratribus recitando eorumque meditationibus sacris. De simoniacis absolvendis. De casibus conscientiae. De Sociis Romam mittendis. De libris tubingensibus in „Confessione Augustiniana" breviter refellendis. De vacationibus. De ratione adeundi ad convivia.

P. Hieronymus Natalis provinciarum Societatis germanicarum et gallicarum visitator, cum provincia Germaniae superioris visitata Herbipolim sub exeuntem m. Novembrem a. 1566 una cum Canisio Germaniae superioris praeposito provinciali venisset (v. supra p. 694), ibidem 26. Novembris 1566 Canisio, antequam ab eo ad Socios provinciae rhenanae transmigraret, varia praecepta (rebus, puto, in itinere cum eo expensis) dedit ad provinciam ipsius spectantia; ex quibus illa, quae ad rem litterariam vel ad singularia collegia pertinent, in illorum „Actis" posui (locis infra notandis); hoc autem loco ea pono, quae vel totam provinciam, vel saltem simul plura eius collegia spectant:

† Jhesus. Quae dixit Pater Natalis Herbipoli Patri Prouincialj 26 Nouembris 1566.

Postquam ex Vrbe scriptum est, summum Pontificem restrinxisse nostram facultatem absoluendi relapsos in haeresim, monendi erunt confessarij ne absoluant[1]: sed tamen nullo pacto relapsis significent, eos propterea quod relapsi sunt, non absolui, Jnterea scribetur Romam diligenter[2].

Non debent legi singulis mensibus constitutiones, nec id colligitur ex fine constitutionum[3], sed legendae sunt illae singulis mensibus quae ad omnes attinent, quae incipiunt summa sapientia[4]. Quae uero ad singulos particulariter attinent, satis erit si eas singuli singulis mensibus legant. De his quae ad collegia attinent constituitur clare vlti.º[a] §. 10. cap. 4.ae par. Decla. [L][5].

a) *Sic; scribendum fuit* vlti.ª

---

[1] Monuit eos Canisius; v. supra p. 361.

[2] Et cardinalis Truchsess, et Natalis, et Canisius scripserunt; vide supra p. 343—344 361 397.

[3] In *Constitutionum* Societatis parte postrema, numero ultimo praecipitur, „ut demum omnes observationi Constitutionum studeant: ad quam, easdem scire, saltem quae ad quemlibet pertinent, necesse est. Quare legere vel audire easdem singulis mensibus oportebit": P. X. n. 13.

[4] Corpus illud sive brevem summam Constitutionum, quae inscripta est: „Summarium Constitutionum, quae ad spiritualem nostrorum institutionem pertinent, et ab omnibus observandae sunt", excusum est saepe; ut in *Instituto* S. J. III 3—9.

[5] „Constitutiones, quae ad Collegia pertinent, seorsum teneri, et publice bis aut ter singulis annis legi possent": *Constitutiones* S. J. P. 4, c. 10, L. Anno autem 1565 secunda Societatis *Congregatio* generalis pronuntiaverat, hoc loco „illas intelligi Constitutiones esse legendas, quae sunt propriae Scholasticorum nostrorum: illae vero cum contineantur in regulis Scholasticorum, fit ut illae regulae sint legendae publice bis aut ter singulis annis; eas autem curabit P. Generalis, si opus fuerit, emendandas": Decr. 66 (*Institutum* S. J. II 208).

De Doctore Conrado[1] nihil constituat Prouincialis, nec enim aliquam in illum potestatem habet, nisi ita mutaretur illius animus, ut uellet ad plenam obedientiam Societatis redire; Quod si faceret, mittendus esset ad domum probationis ad tempus, et suauissime, summaque cum charitate tractandus, Si hoc non fiat, poterit illum ad Patrem Generalem mittere, et conformiter ad hoc responderi poterit ijs, qui pro ipso intercedent[2].

De caetero non detur facultas ut nostri ab vno collegio ad aliud veniant recreationis causa, quod nullibi fit in tota Societate, neque successit in hac Prouincia. Poterunt interim usurpari aliae rationes recreationis. De Valetudinarijs, seruentur constitutiones[3], hi enim[a] ex consilio medici aliquando mutari possunt[b 4].

De numero fratrum qui ali possunt in collegijs dictum est in alijs instructionibus[5]; quod tamen ita est intelligendum, ut Prouincialis aduertat, an plures ali possint, et id constituat etiam meo nomine.

Non videtur necessarium ut literae annuae[c] scribantur germanice, nisi P. Generalis de hoc moneat in sua instructione circa modum scribendi, et tamen omnino curetur, ut ijs qui nesciunt latine exponantur literae annuae[d 6], uel aliae si quae ad aedificationem spectabunt[7].

Jn domo Augustana [*etc., ut supra p. 548*].

Nullo pacto det Prouincialis aliquem e nostris, nec eat ipse ad visitationem aliquam Monasteriorum, ecclesiarum, uel quarumcumque personarum, in qua visitatione aliud faciat, quam quae sunt ex instituto, ut concionari, confessiones audire etc. Reliqua quae ad

a) *Ita in archetypo (a Polanco, ut videtur) correctum est ex* constitutiones, qui. b) *Vide infra adn. 4.* c) *Hoc v. ab ipso Natale supra versum scriptum est.* d) *Vide infra adn. 6.*

---

[1] P. Conradus Swagerius theologiae professor dilinganus Societatem sine licentia deseruerat; v. supra p. 615—617 725.

[2] Urbano a Trennbach episcopo passaviensi eiusque cancellario? Simoni Thaddaeo Eckio cancellario Alberti V. Bavariae ducis? Vide supra p. 493 725 766.

[3] „Si experimento comperiretur aliquis ferre non posse alicuius regionis coelum, et male habere continenter cerneretur, Superiori considerandum relinquitur, num ille migrare alio debeat, ubi, melius habens corpore, impensius divino servitio vacare possit.“ . . . „Intelligitur contra Constitutionem non esse, quod in aliquo horto Collegii aliquid recreationis infirmi vel sani, qui sunt in Domibus, sumant; dum tamen expensis Collegii, quamdiu sunt in Domibus, non alantur“: *Constitutiones* S. J., P. 3, c. 2, G; P. 6, c. 2, D.

[4] P. *Ioannes de Polanco* Societatis secretarius huic praecepto haec in margine ascripsit: „aduertatur plurimum cui detur facultas eundi ad alia collegia recreationis gratia, non enim passim dari debet, quamuis in aliquo particulari et cum delectu potest Prouincialis ad id facultatem dare“. Dubium non est, quin Polancus his verbis ipsius Borgiae sententiam significaverit.

[5] Vide supra p. 842.

[6] Hic *Polancus*, ut supra (v. adn. 4), Borgiae auctoritate notavit: „Romam non mittentur sed quoduis collegium suas faciat germanicas pro sua, et eiusdem linguae prouinciis.“

[7] Ut litterae „indicae“.

propriam visitationis rationem attinent, aliena sunt a ratione instituti[1].

Pater Gasparus [*etc., ut supra p. 630*].

Si N. [*etc., ut supra p. 768*].

Quantum sit pro singulis nouitijs supputandum in domo probationis, difficile dictu est[a], nisi re prius tractata cum Rectore Monachiensi, et alijs Rectoribus, videtur inconueniens, ut minus pro illorum vno, quam pro scolastico alendo numeretur[2].

Quod ad uestes nouas illis fratribus recens factas, qui ex Vrbe uenerunt[3], et Herbipolim postea mittentur, attinet; non est cur Rectoribus, qui vestes dederunt, sumptus illarum refundatur, praesertim pro illis, qui seruierunt interim collegijs; satis autem erit si fratres ijdem postea mittantur Herbipolim cum vestibus quas ex Vrbe tulerunt, uel mediocribus alijs, in quibus si esset grauatum collegium, refundet aliquid pro illis sumptibus collegium Herbipolense.

Agere potest Prouincialis cum confessarijs, ut ne temere dispensent cum nostris fratribus, qui cupiunt liberari, a recitando officio .B. Virginis. Quodsi iudicant eos qui petunt, utilius in meditatione spirituali hoc tempus recitandi officij ponere, poterunt quidem dispensare, sed consultum esset etiam, ut alternis diebus orarent officium dictum vocaliter, et alijs meditarentur, ut ita non omnino desuescant vocali oratione uti. Qua in re habenda erit ratio diligens personarum, cum quibus dispensatur[4].

Si Monachij [*etc., ut supra p. 768*].

Absoluere nostri possunt simoniacos ab excomunicatione, sed quod ad restitutionem attinet, monendi sunt illi, ut satisfaciant bullae Pontificis, etiamsi opus esset cedere benefitio[b] [5].

Non opus erit praesentes, qui iam noti sunt, confessarios et concionatores de nouo examinare, sed curetur, ut sacerdotes qui possunt, quotidie horam vnam legant de casibus conscientiae, utque de illis etiam ubi commode fieri potest, lectionem audiant, et inter se conferant, aut disputent commode.

Augustae videat [*ut supra p. 549*].

a) *Hoc v. ab ipso Nat. supra versum scriptum est.* b) *Vide infra adn. 5.*

---

[1] Ut sacerdotum doctrinam experiri, monachorum mores explorare, aedificia, rationes, libros, vasa sacra inspicere etc. Germaniae superioris Socii haec a. 1564 et 1565 nonnumquam praestiterant; v. *Can.* IV 672—673 724—730; cf. supra p. 87.

[2] Hac igitur in re Natalem sententiam (cf. supra p. 843) mutasse dicendum est; nisi vitio scriptoris ante „videtur" verbum „non" omissum esse dixeris.

[3] Vide supra p. 329 773.

[4] De hac re v. supra p. 296 306 316.

[5] *Polancus* in margine quidem notavit: „videtur posse proponi pontifici . fiat"; in ipso autem corpore scripti huic capiti vel praecepto haec addidit: „adde quod debent parati esse ad faciendum quod debent". Ceterum de simoniacis v. supra p. 191 215.

Scribatur Romam ad P.[1] primo quoque tempore, an liceat Romam mittere, qui mittendi dicuntur ex ratione illius contributionis ad alendos nouitios, quae Romam missa est[2].

Jtem scribatur [*etc., ut supra p. 697*].

Jtem de docto [*etc., ut supra p. 697*].

Interea dum profitentur P. Torres Epistolam ad Timo. 1., et Pater Pisa materiam de sacramento Eucharistiae et Vbiqueitate, posset attingi in praefatione Augustiniana breuis tractatio contra librum Tubingensem, et Smidelini[3], non solum in genere, sed[a], si fieri posset, respondendum esset, ad Duo uel tria argumenta difficiliora, et[b] nunc satis esse per Augustinum respondere, et hoc breui compendio, huiusmodi importunitatem calumniantium, et stultitiam istorum potius contemnendam esse, sicut pius peregrinus non curat latratus canum insultantium.

Consultet Prouincialis cum delectis quibusdam de ratione vacationum in Collegijs Germaniae vniformiter obseruanda, 2º de conuiuijs, an, et quo pacto illa debeant adire[4], uel in illis se gerere nostri[c] [5].

Sic corrigatur [*etc., ut supra p. 630*].

Jngolstadij [*etc., ut supra p. 727*].

Borgiae hanc institutionem, paucis parvisque rebus exceptis, probatam esse cognoscitur ex ipsis verbis, quae a Polanco in margine ascripta esse iam notavi. Cf. etiam Epp. *Nadal* III 364.

904 sive **var. (24).** 2. Decembris 1566.

Ex apographo eiusd. temp.; „Germ. 65“ f. 198[b].

Socii romani provinciali Austriae commendant iuvenem Vindobonam petentem, qui a Canisio commendatus inter alumnos collegii germanici receptus erat, sed se ecclesiasticam vitam sequi velle negavit.

S. Franciscus Borgias Societatis praepositus generalis vel P. Ioannes de Polanco eiusdem secretarius et collegii germanici superintendens Roma 2. Decembris 1566 P. Laurentio Magio provinciae austriacae S. J. praeposito scripsit: Jl portator dela presente sara Eustachio Todesco, il quale fu raccomandato dal Padre Canisio, acciò lo accetassimo quì nel Collegio germanico come si accettò in effetto, ma perche non si troua disposto per essere ecclesiastico, secondo che dice (benche in Germania

a) b) *Hoc v. ab ipso Nat. supra versum scriptum est.* c) *Vide infra adn. 5.*

[1] Ad Patrem, i. e. praepositum generalem; v. supra p. 843.

[2] Vide supra p. 842. [3] De his libris v. supra p. 131—132 301—304 818.

[4] Socii Monachii a proceribus atque ab ipsis etiam, puto, ducissis (Anna et Iacoba), Augustae a canonicis ecclesiae cathedralis aliisque convivio adhibebantur; et in universitatibus (ut Dilingae et Ingolstadii) mos erat, ut, qui ad gradus academicos promoti essent, professoribus et amicis convivium appararent. In conviviis autem solebant alii aliis, atque etiam mulieres viris, „praescindere“ et „praebibere“ atque praebibentibus „respondere“ bibendo (*Can.* III 136; IV 149 709 et supra p. 112 721 767. Epp. *Nadal* IV 240 245. *Prantl* l. c. [supra p. 464[7]] I 303. *Specht* l. c. 223 226 234—235).

[5] *Polancus* in margine, ut supra, notavit: „videamus quid illi sentiant.“

forsa habbia sentito perli tali solamente esser questo Collegio) e necessario che pigli altro partito, et uolendo sene andar in Vienna, ha ricercato essere raccomandato à V. R. come glielo raccomando. Lui è stato scholare nostro ala lungha in Jngolstadio, et penso che il fauor che V. R. li fara, in trouar qualche condicione, o partito, sara ben collocato[a].

Magius Vindobona 27. Februarii 1567 Borgiae de Eustachio *scripsit: „Dedimus operam statim vt honestam aliquam haberet conditionem" (ex archetypo; „G. Ep. VIII" f. 4b).

905 sive var. (25). 12. Decembris 1566.

Ex archetypo, a P. Didaco Jimenez scripto et a P. Hieronymo Natale subscripto, quod exstat in „EN" n. 166. Etiam (ex eodem archetypo) in Epp. *Nadal* III 343–345.

P. Hieronymus Natalis S. Franciscum Borgiam monet: Cum in Germania episcopis saepe non suppetant nisi suspecti parochi vel concubinarii, ac parochiani, nisi huiusmodi homines iis concedantur, haereticos arcessant, sibi et Canisio utilissimum fore videri, si, donec plures sacerdotes boni praesto sint, binae vel plures parochiae uni parocho probo tradantur et in singulis clericus coniugatus iusto salario constituatur, qui doctrinam christianam et evangelium explicando et, cum necesse fuerit, baptizando parochum iuvet populumque in officio contineat.

P. Hieronymus Natalis S. J., provincia superioris Germaniae visitata, die 12. Decembris 1566 Spira ad Sanctum Franciscum Borgiam praepositum generalem epistulam dedit, in qua cum alias Germaniae in rebus religionis iuvandae rationes, tum hanc profert: C' è vn altra cosa che m' è parsa à me, et etiam al Padre Canisio, di summa importanza et efficacia per aiutar' Germania, et è, che ordinariamente li Vescouj stano in extrema necessità de parochi, et non trouano se non o persone suspette comunmente; o persone che vogliono esser' maritati, o hauere la concubina, o, uero la cuoca, et quando questo non si concede alli oppidani, loro medesimi pigliano vn' heretico, et confondeno ogni cosa: Questo è vn grandissimo male Padre in Alamagna. Jo diceuo cosi padre ricordandomj di quello che fanno li nostri nell' Jndia, se ben mi ricordo, Vt coniungerentur duae uel tres, uel plures etiam parrochiae, et la cura de tutte quelle fusi data à vn' buon sacerdote, et probato, et in fide, et in moribus, et questo andasi continuamente per queste parrochie, dicendo messa et predicando hora nell' una hora nell' altra, sentendo etiam confessioni et ministrando il Santissimo Sacramento; Et che in ogni parrochia fusi instituito vn' huomo clerico congiugato senza ordine nisuno, uel in minoribus[1], probatae vitae, dummodo non bigamus[2], qui tonsuram et habitum clericalem in ecclesia

a) collocata *ap.*

[1] Qui vel sola tonsura clericali, vel etiam ordinibus minoribus initiatus sit; quibuscum caelibatus officium coniunctum non est.

[2] Bigamiam dicit, puto, ea ratione, qua a canonum peritis dicitur homines efficere „irregulares" atque ita ad ministeria sacra exercenda ineptos; haec autem bigamia non tantum veram bigamiam sive „simultaneam", sive „successivam", sed etiam bigamias „interpretativam" et „similitudinariam", quas canonistae vocant, complectitur. Quae hic longius persequi non vacat. *Concilium tridentinum* decreverat: „Si ministeriis quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici caelibes praesto

gestaret, il quale fusi idoneo per, in casu necessitatis, battezare, et insegnassj[a] la dottrina Christiana, dechiarare[b] [?] etiam l' euangelio currente, et fussi[c] instructo un poco in controuersie, il quale fusi come coadiutore o ministro del parrocho, et nella absentia sua posset continere plebem in officio fidei, obedientiae, et vnionis Catholicae, et à questo fusi assignato vn buon' stipendio accioche si puotesero trouare persone sufficienti. . . . Questo che hò detto pare puotrebbe sua santita conceder' ad tempus, donec copia esset aliorum ministrorum.

Natalis, cur et quomodo haec praestari possint, pluribus verbis demonstrat; quae hic non pono, quia ad Canisium haud ita prope accedunt; exstant l. c. 344—345. Haec tantum adnoto: Canisius ineunte a. 1563 etiam Ferdinandum I. imperatorem monuerat, a concilio tridentino recte ipsum petere posse, „ut Parochus vnus duab: praeficj Parochijs queat, quoad alius Ecclesiae minister idoneus reperiatur“ (*Can.* IV 94).

Borgias 8. Ianuarii 1567 promisit se de „pluralitate parochiarum“, dum catholici parochi non suppeterent singulis parochiis, concedenda cum pontifice acturum esse et Roma 26. Februarii 1567 Natali scripsit, rem scripto eidem commendatam esse (Epp. *Nadal* III 364 401—402).

906 sive var. (26). Exeunte anno 1566.

Ex archetypis, a P. Didaco Jimenez scriptis et a P. Hieronymo Natale subscriptis. Cod. „EN“ n. 171 172 (f. 522ᵃ 525). Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 378 388—389.

PP. Magius et Canisius, Austriae et Germaniae superioris praepositi provinciales, P. Natali visitatori persuadent, ut dimidiam horam, quam singulis diebus vesperi in orationem impendi S. Franciscus Borgias praepositus generalis iusserat, ita dividi patiatur, ut uno quadrante ante cenam, altero ante decubitum oretur; si enim post cenam dimidia hora orandum sit, omnes fere fratres dormire; id quod ita se habere Natalis experitur. Borgias divisionem probat. Quam Natalis etiam in collegio moguntino permittit.

P. Hieronymus Natalis Societatis visitator Moguntia 20. Februarii 1567 Sancto Francisco de Borgia praeposito generali scripsit: Quello che tocca la P. V. del mancamento d' oratione in Alamagnia consideraua io assai nella Congregatione, gia per tutto si fà l' ordine di quella, et s' è aggionta mezz' hora[1], et ordinato che tutti quelli che non hanno fatto essercitij li faccino[2], et fattasi diligenza in aiutar' alla oratione non solo nelle eshortationj, ma etiam nella praxi, et ho dato alchuni punti per tutto[3] che so hanno aiutato la cui copia sara

a) *Ita in arch. correctum est ex* insegnare. b) *Sic arch.; corrigendum esse* dechiarassi *suadent et quae antecedunt, et quae sequuntur.* c) *Hoc v. manu Natalis supra versum scriptum est.*

non erunt; suffici possint etiam coniugati vitae probatae, dummodo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, et qui Tonsuram, et habitum clericalem in Ecclesia gestent“ (Sessio XXIII, c. 17 de ref.).

[1] Borgias, facultate a. 1565 a secunda Congregatione generali accepta, a. 1566 constituerat, ut singuli in posterum, praeter binos quadrantes, quibus meridie et vesperi „examen conscientiae“ fieret, cotidie mane per tres quadrantes, vespere per unum orarent; plura v. supra p. 296.

[2] Vide Epp. *Nadal* IV 329. [3] Vide Epp. *Nadal* IV 569—593.

con questa. *Et in alteris litteris eodem die ad eundem datis, praeter alia, haec de PP. Laurentio Magio et Petro Canisio, Austriae et Germaniae superioris provincialibus, notavit:* Quà non ho uoluto mutare senza consultare che la mezza hora d' oratione che fanno dopo cena, se diuida in vn quarto auanti cena, et in vn' altro dipoi per l' essame[a]. questa mutatione mi[b] disero li Prouinciali de l' altre due Prouincie, esser' necessaria, perche ordinariamente quasi tutti li fratelli si grauauano et dormiuano in far' quella[c] mezza hora d' oratione, et io posso dire che lo sò esser cosi . et uedo che la P. V. l' hà hauutto per bene, hauendomi confirmati gli ordinj che hó dati, gia per due lettere[1], qui non l' hó uoluto mutare per la causa detta.

907 sive **var. (27).** Anno 1566.

Henricus Pantaleon theologus zwinglianus medicusque basileensis in sua „Prosopographia" Canisium in virorum illustrium Germaniae numero recenset eiusque ingenium, facundiam, auctoritatem laudibus extollit. Simul S. Ignatii vitam narrat et Societatem cito propagatam, ac multas gentes ethnicas per eam ad fidem adductas esse refert.

In libro „Prosopographiae Heroum atque illustrium Virorum totius Germaniae, Pars tertia, eaque primaria. Authore Heinrico Pantaleone Physico Basiliensi . Basileae, in officina haeredum Nicolai Brylingeri, Anno 1566.", p. 501 haec sunt:

PETRVS CANISIVS IESVITA. Anno salutis 1563[d].

PEtrus Nouiomagi apud Belgas natus et educatus est, anno circiter 1524. Hic cum foelici ingenio esset praeditus, operam literis dedit, atque in primis Theologico studio incubuit. Id ut commodius praestaret, Iesuitarum collegium ingressus, eum ordinem suscepit. Ordo ille omnium aliorum ultimus fuit, atque ante paucos annos inchoatus, nunc ubique per Europam sese plurimum diffudit. Primus author erat Ignatius Loyola Cantaber baro, qui cum pro Caesare contra Gallum pugnaret, et grauiter pede uulneratus esset, militiam reliquit, et solitariam uitam sequi statuit, Anno circiter 1535. Postea quoque Lutetiae operam literis dedit, et Hierosolymis sepulchrum Domini inuisit . statuit etiam omnem uitam peregrinando et praedicando consumere. Cum autem deinde Romam petere statuisset, Venetijs substitit, et suae professionis socios acquisiuit. Erat tum Moronus Cardinalis, qui id genus uitae in quibusdam approbauit, atque apud Paulum Pontificem intercessit, ut eum ordinem sua authoritate confirmaret. Id quod pontifex fecit, atque eius Ignatium praepositum constituit, ea tamen lege, ne ultra sexaginta huic ordini se astringerent. Factum est id anno salutis humanae 1540.

a) *Sequitur* Di, *oblitteratum.* b) *Hoc v. in margine additum est.* c) *Sequitur* hora, *oblitt.* d) *Verba* Anno *etc. a Pantaleone in margine ascripta sunt.*

[1] Vide Epp. *Nadal* III 461 492.

Cum autem illi sese in studijs diligenter exercerent, atque passim homines praedicando instituerent[a], pontifex suum decretum de certo numero reuocauit, atque eorum infinitos ubique esse exoptauit. Itaque Moronus Romae collegium eorum instituit, atque ut iuuentus in[b] [?] ijs[b] [?] institueretur procurauit, quo postea apud diuersos populos maiori cum fructu concionari possent. Huius exemplo et reliqui reges et principes permoti, et ipsi passim huius ordinis (quos ob Christi praedicationem et paupertatis professionem Iesuitas dixere) collegia in sua ditione erexerunt, ut tandem ubique magnus eorum numerus fuerit exortus, quorum aliqui ad transmarinos et nouas insulas, ipsosque Antipodas profecti, multas gentes sua praedicatione ad Christianismum perduxerunt. Vtuntur plerunque ueste pulla, eaque frugali. Hinc factum ut tandem Tridentina synodus hunc ordinem sessione 9. can. 16 approbarit, et pontifici subscripserit.

Cum ergo Petrus in Iesuitarum ordine plurimum profecisset, primo Ingolstadij professor, postea ab Ottone Cardinale eius ordinis fautore Augustae Vindelicorum concionibus praefectus fuit. Eam uocationem Petrus suscepit, atque tanto zelo administrauit, ut passim omnibus innotesceret. Tanta enim facundia docet, ut Ferdinando Caesari et Pontifici Romano gratus, et aliquoties ab ijs uocatus fuerit. Ibi quoque etiamnum in authoritate existens, a Germanis et exteris agnoscitur. Laurent. Surius. et Anon.

Henricus Pantlin sive Pantaleon (1522—1595), Basilea ortus, Zwinglianus, Basileae magister artium et licentiatus theologiae, Valentiae (Valence) in Gallia doctor medicinae creatus est; Basileae per 7 annos protestantium „diaconum" in ecclesia S. Petri egit; in universitate basileensi per multos annos litteras et humanitatem, philosophiam, theologiam tradidit, facultati medicorum praefuit; anno 1566, cum librum, quem supra dixi, vulgaret, in eadem universitate „physices" professor erat et Aristotelis de rebus naturalibus libros explicabat. Praeterea, cum ingenii esset haud exigui et diligentiae maximae, multos libros latinos germanice reddidit, ut Ioannis Sleidani commentarios de statu religionis etc. et Martini Cromer historiam polonicam; ipse quoque multos libros conscripsit, tum philosophicos tum historicos; inter quos „Prosopographia" eminet, tribus tomis in folio Basileae a. 1565—1566 primum excusa, qua Pantaleon, praemissis vitis „Adami protoplasti", et „Nohe qui et Ianus dicitur", virorum illustrium Germaniae vitas a „Tuiscone Germanorum conditore" et illius Nohe „pro nepote" usque ad homines sui temporis aequales ita se proponere affirmat, ut „instar continuae Historiae Germanorum esse queat". Tertia pars a Maximiliano I. imperatore incipit; atque harum vitarum colligendarum gratia Pantaleon, ut ipse ait, non solum libros legit, sed etiam viros eruditos per litteras consuluit et initio a. 1565 per magnam Germaniae partem iter instituit; cum autem „primarium" hoc Prosopographiae volumen Maximiliano II. imperatori dedicasset, ab eo „poëta laureatus" et „comes palatinus" creatus est (Prosopographia l. c. 560—565. *J. Bolte*, Pantaleon, in „Allgemeine Deutsche Biographie" XXV 128—131. *Rud. Thommen*, Geschichte der Universität Basel 1532 bis 1632, Basel 1889, 271—277).

Quod ad commentarium hunc de Canisio scriptum attinet, *Pantaleon* in extremo commentario significat, se, quae scripserit, accepisse ex „Laurentio Surio" et ex „Anon.", sive ex „Anonymis pluribus per Germaniam fide dignissimis" (Pro-

a) *Hic in margine a Pantal. ascriptum est: „Iesuitarum origo et incrementum".* b) *Sic; sed ponendum fuit aut* in eo, *aut* ab ijs.

sopographia III, „Authores“ etc., in initio libri). Atque facile intellegitur, ea, quae de S. Ignatio et de Societate Iesu universa ab auctore dicuntur, ex „Commentario brevi rerum in orbe gestarum, ab anno Salutis millesimo quingentesimo, vsque ad annum LXVI. . . . per F. *Laurentium Surium* Carthusianum“ Coloniae a. 1566 edito (p. 402—412) excerpta esse, ita tamen, ut nonnulli irreperent errores; ut cum pro cardinali Contareno cardinalis Moronus ponitur, collegia romanum et germanicum inter se confunduntur etc. Canisium Surius non commemoravit nominatim; de illius tamen rebus Pantaleon facile certior fieri poterat sive in itinere illo, quo etiam per Bavariam, Suebiam, „Rhenensem tractum“ transibat, sive per amicorum litteras.

Notatu sane dignum est, Canisium Iesuitam a viro protestante illius temporis in libro apud protestantes excuso magnis laudibus elatum esse. Animi erat *Pantaleon* non plane recti quidem, sed certe moderatioris. Ipse in huius voluminis litteris dedicatoriis: „Sunt“, inquit, „qui dicent . . . me Lutheranos inter illustres Germaniae uiros recensuisse, cum tamen illi haereticis sint propinquiores. Alij clamabunt me pontificios inseruisse, qui ipsam ueritatem impugnent. Verum illi intelligant, me hoc loco neutrarum partium fuisse, sed boni Historici officio functum, qui omnibus affectibus semotis, cuique suas uirtutes assignarim, praesertim cum illi sacras scripturas suis lucubrationibus egregie explicarint, et in lucem publicarint: aut uitae innocentia, atque multis corporis et animi dotibus magna authoritate in parte quadam Germaniae extiterint, adeo ut uaria Dei dona in ijs nequaquam supprimenda aut extenuanda uiderentur“ (l. c. f. A 4[a]).

908 sive **var. (28).** 1566.

Antiquissima Canisii imago, anno 1566 ab Henrico Pantaleone basileensi in „Prosopographia Heroum Germaniae“ posita. Quae tamen vera non est.

Henricus Pantaleon (1522—1595) medicus et historicus basileensis (v. supra p. 851) vitae Canisii, quam in suae „Prosopographiae Heroum atque illustrium Virorum totius Germaniae Parte tertia“ Basileae a. 1566 primum excusa ponebat, eiusdem Canisii imagunculam (mm 58 × 42) in ligno incisam (viri vultus et pectus adumbrantur) addidit.

Haec sane imago, si vera esset, multum valeret; omnium enim imaginum canisianarum longe est antiquissima, eaque plus quam 30 annis ante Canisii mortem expressa. Neque vero vera est. Nam multum differt a reliquis imaginibus, etiam ab iis, quas Canisio vel inter vivos agente vel paulo ante mortuo, eo ipso, quo vixit, loco factas esse constat. Et omnino, quod ad imagines quidem attinet, Pantaleoni diffidendum est; nam multas is heroum centurias producit atque heroes singulos sua imagine illustrat, etiam antiquissimos, ut „Tuisconem Germanorum conditorem“, „Magogum Gothorum conditorem“, „Biarconem Athletam“ etc.; patriarcham illum Nohe bicipitem vel potius in uno capite duos vultus habentem facit (Prosopographiae Pars prima, Basileae 1565, 14 18 19 48). Quae prorsus ficta esse nemo non videt. Deinde eadem imagine, qua Canisius, minimum 12 variorum temporum homines a Pantaleone illustrantur: „S. Wilibrordus Frisiorum Apostolus, anno salutis 700“ (l. c. I 242), „Nicolaus de Susato“, „anno 1417“ (l. c. II 372), „Henricus de Gauda, Anno salutis 1429“ (l. c. II 380), „Ioannes de Vesalia Erdfordiensis Professor, 1461“ (l. c. II 436), „Iacobus Wimphelingus Selestadianus, Anno salutis 1505“ (l. c. III 20), „Thomas Wittenbach theologus“ protestantium, „1502“ (l. c. III 43), „Christopherus Longolius Belga, 1516“ (l. c. III 54), „Mathias Zellius Ecclesiastes Argentinensis. 1530“, sacerdos apostata (l. c. III 141), „Leo Iudae Theologus Tigurinus. 1536“, Udalrici Zwinglii amicus et unus ex praecipuis Zwinglianismi propagatoribus (l. c. III 197), „Casparus Bruschius poeta laureatus, Anno salutis 1541“, lutheranus (l. c. III 255), „Simon Lemnius Rhetus, 1543“ (l. c. III 299), „Tilmannus Heshu[s]ius Theologus, Anno salutis 1560“, unus ex Lutheranorum coryphaeis (l. c. III 446), „Adamus Siberus poeta, 1565“ (l. c. III 548).

909 sive **var. (29).** 20. Maii et 13. Iulii 1567.

Ex archetypis, quae exstant in Codd. „EB" n. 203 et „EN" n. 187. Etiam (ex iisdem archetypis) in Epp. *Nadal* III 479 494.

S. Franciscus Borgias praepositus generalis P. Natali visitatori scribit: Canisium officio praepositi provincialis multum gravari; ideo se quaerere, num Natalis eum officio levandum esse censeat, et quis in eius locum substitui queat. Natalis negat Canisium levandum esse; ignorare se, quis in eius locum substitui possit.

Sanctus Franciscus de Borgia Societatis praepositus generalis Roma 20. Maii 1567 P. Hieronymo Natali Societatis per Germaniam et Galliam visitatori de Canisio provinciae Germaniae superioris praeposito scripsit: Perche pare si senta assai grauato del peso della Prouintia il padre Canisio, auisi .V. Reuerenza se li pareria bene aligerirlo, et in tal caso, chi reputa sarebbe al proposito per succederli. *Natalis ex „Spa" (cf. supra p. 522) 13. Iulii 1567 respondit:* Quanto àl Padre Canisio, che scriue V. P. sentirse grauato del peso della sua Prouincia, et pare si muoue per questo ad alligerirlo, et far' altro Prouinciale. Se non ci e altra causa di alligerirlo, se non grauarsi luj, non mi pare che s' habbi a alligerire : essendo altra causa (il che io non so) non m' occorre certo chi puotese esser' Prouinciale . La P. V. vedde chi sono nella Prouincia et gli conosce.

910 sive **var. (30).** A d. 30. Iunii ad 7. Iulii 1567.

Ex autographo; „G. Ep. VIII" f. 295.

PP. Petrus Canisius et Antonius Vinck, provinciarum Germaniae superioris et Rheni praepositi, 30. Iunii Herbipoli profecti et fere diem Francofurti morati, die Iulii 3. Moguntiam veniunt, 5. inde discedunt, 6. Spiram adveniunt. Obersteinium scholasticum monent, ex litteris fundationis collegii spirensis auferendum esse caput, quo Societas in contionatorem et theologiae professorem capitulo dandos se astringat. Ille aegre fert, litteras ex Sociorum praescripto et datas et iam mutatas denuo mutari debere: Ita fieri posse, ut aliquando Societas nullum quidem det contionatorem, a capitulo tamen reditus exigat; multas in Germania congregationes ex vita sanctissima in pravam mutatas et hominibus destitutas reditibus percipiendis non desistere, etiamsi iam non praestent, quae praestare debeant; difficulter igitur capitulo persuaderi, ut Societati in perpetuum fidant; quamquam ipse eam amet eique fidat; negotium igitur in capitulum generale sub m. Octobrem habendum differri debere; interim Sociis videndum esse, ut de contionatore dando aliqua ratione capitulo caveant. Fundationes quoque aliquas petit, quae sine eiusmodi obligatione in Germania factae sint; datur ei herbipolensis. Canisio et Vinckio dilatio probatur. Rogatur Borgias, ut Vinckium iubeat curare, ut contionator semper praesto sit. Canisius cum nuntio archiepiscopi moguntini 7. Iulii Argentoratum petit.

P. Antonius Vinck provinciae rhenanae Societatis praepositus Spira 8. Iulii 1567 Romam ad Sanctum Franciscum Borgiam praepositum generalem haec rettulit de Canisii et suo („il R. P. Canisio et io") itinere spirensi: Alli .30 di Junio si partimo di herbipoli[1] per moguntia, doue venessimo alli .3. restassimo quasi per vn giorno in Francofordia, et intendendo in maguntia come il Reuerendo et nobile

[1] Vide supra p. 504—508.

Scholastico spirense[1] si trouaua in spira, si anchora per che il R. P. canisio desideraua d' andar ad argentorato, alli .5. si partimo di moguntia per spira doue alli .6. arriuassimo incirca delle hore .10. auanti metzo di, al di sequenti hauessimo commodita di raggionar cum il Reuerendo Signor Scholastico, et proponessimo la difficulta la quale si troua nella formula della fundatione del collegio, per causa della obligatione del predicatore et lettore in theologia[2], Molto si mostraua di sentirlo, che quella formula non piacesse alla P. V., essendo che come diceua a pena hauessino mutato vna dittione di quella la quale del R. P. nadale et noi altri a loro fu data, et anchora che dopoi l' haueuano altra volta mutata, secundo che voleuamo noi, Diceua come non li pareua che si potria persuadere al capitulo, di mutarla altra volta, et massimamente in tal articulo doue il capitulo tanto efficacimente si obliga a se et li Beni suoi, et che di parte della compagnia non si daria fermetza[a] alchuna di prouedere di predicatore et lettore di theologia, Molto gli moueua che il capitulo restaria obligato dal proprio suo di dar quello che promette, et che di parte della compagnia sarria libero di dar predicatore quando vorria et non piu, et interim riceuere l' intrada, dicendo che in tal caso, sarria impossibile al capitulo di prouedere d' altro predicatore, et dare interim alla compagnia quello che ha promesso, si non volesse estingere qualche prebenda canonicale etc. Diceua gia in germania essere tante congregationi di[b] santissima vita et obseruantia solita mutate in dissolutioni et mancate di persone, et nondimeno riceuere li renditi, et intrade benche non si curano del seruitio di dio ne del obligatione la quale hanno et pero sarria forte persuadere al capitulo che confidassino alla compagnia che sempre maij prouederia di quello che adesso non vuole promettere[c], pur quanto alla persona sua essere molto ben contento della compagnia et voluntiero[d] confideua che sempre mai fara bene l' officio suo.

a) femetza *aut.* b) *Hoc v. a V. supra versum scriptum est.* c) *A V. correctum ex* adesso si promette. d) *Sequitur* le *vel* li, *oblitteratum.*

[1] Andreas ab Oberstein, „al quale", inquit P. *Didacus Jimenez* S. J., Moguntia 20. Ianuarii 1567 Borgiae scribens, „comette il capitulo ordinariamente li negotii importanti"; qui nomine capituli cathedralis m. Decembri a. 1566 cum P. Hieronymo Natale Societatis visitatore de collegii spirensis fundatione egerat (Epp. *Nadal* III 352).

[2] M. Decembri inter Obersteinium et Natalem (quocum PP. Vinck et Lambertus Auer Spirae versabantur) convenerat, ut collegium libere et „sine conditione" dotaretur et Societati donaretur, deinde autem Societas in contionatorem (ecclesiae cathedralis) et theologiae professorem capitulo dandos ipsa se astringeret (l. c. 320 353), similiter atque in fundatione collegii herbipolensis factum erat. At *Borgias* Roma 22. Martii 1567 Natali scripsit: „Si potrà confermar quel contratto . . . non si obligando la Compagnia ad altro che alle lettioni che ricercano di lettere humane, per quello che s' appartiene alle prediche, et lettioni di Theologia è necessario si fidino della Compagnia nostra, già che lei non può, ne deue obligarsi, per ragion del suo Instituto" (ex archetypo, ab ipso S. Francisco subscripto, quod est in „EB" n. 199; etiam in Epp. *Nadal* III 417).

Judicaua in nulla maniera conuenir accio che adesso si trattasse com il capitulo, et che non si potria espedir sensa capitulo generale, il quale si haueria d' espettare, et interim si essortaua che vedessimo di qualche modo che il capitulo hauesse qualche satisfattione et securta del predicatore, luoi anchora vorria far il debito suo et disponere quanto sarria possibile le persone del capitulo intra questo tempo, penso che il capitulo generale si fara in ottobre o al fine di settembre, Desideraua anchora che gli mandassimo alchune fundationi fatte in almagnia senza obligatione, per che com essempio di altri simili molto si muoueriano quelli del capitulo, et cosi li ho lassato la copia di quella di herbipoli[1], vedero di poter hauer alchune altre, ho ben quella di monachio et ingolstadio, ma non est a proposito per mostrar a loro, per le obligationj di predicatore etc., le quali li si trouano, Questa dilatione e parso al Reuerendo P. canisio et a me buona, et cosi sta differito il negotio in altro tempo, et pensamo che sará anche conforme alla volunta della .P. V., Della quale spero interim riceuero quel instrumento ó modo[a] con lo quale V. P. vuole ordinare al Prouintiale del Rheno che habbia sempre vn predicatore[b] sufficiente nella chiesa cathedrale di spira[2], et anchora l' instrumento di detta fundatione di questo collegio spirense corretto in tal forma et modo come V. P. lo vuole accettare, condescendendo et consolando questi Canonici quanto sara possibile, il che strettamente prego la R. P. V. che faccia et cum la[c] prima commodita accio che si forze accadesse qualche difficulta habbiamo tempo di consultar cum la R P V[d] ó com il R P nadal.

Hieri poi pranso incirca le hore tre poi metzo giorno si parti il R. P. canisio alla volta di argentorato, et com esso vn nuncio di Monsignor Reuerendissimo moguntino[3] lo qual a me[e] ha accompagniato quando sono andato ad Herbipoli et adesso anchora com noi altri è[f] venuto di moguntia a spira.

Francofurti Canisius Ioannem Schwayger, collegialis ecclesiae B. M. V. canonicum, invisit et ei auctor fuit, ut S. Augustini „Confessiones" in compendium redigeret (Divi Aurelii Augustini Confessionum libri XIII. in Epitomen redacti, per D. *Ioannem Schvvaygerum*, Coloniae 1569, litt. dedic. in 3 ff. non sign.).

Collegium spirense m. Decembri 1566 incohatum erat, P. Hermete Halbpaur rectorem sive superiorem et contionatorem ecclesiae cathedralis agente (Epp. *Nadal* III 357). Fr. „*Andreas Mayningensis*" S. J. in primis collegii *Litteris annuis Spira 11. Augusti 1567 datis refert, domi degere 7 homines: 2 patres, 3 magistros,

a) *Sequitur* lo, *oblitt.* b) *Sequitur* nella, *oblitt.* c) *A V. correctum ex* et alla. d) *Sequitur* et, *oblitt.* e) *Sequitur* et, *oblitt.* f) *Sequuntur vv.* venuto é, *oblitt.*

[1] Vide supra p. 712—713.

[2] *Borgias* Roma 26. Februarii 1567 Natali scripserat: „Potriano forse contentarsi che senza contratto fussi dato quest' ordine al Rettore di Spira, ò uero al Prouincial del Rheno, de tenerui in Spira predicator et anche la lettione Theologica" (ex archetypo, ab ipso S. Francisco subscripto, quod est in „EB" n. 194; etiam in Epp. *Nadal* III 399—400).

[3] Danielis Brendel archiepiscopi.

1 fratrem laicum, 1 puerum; degebant autem in domo, quae primarii contionatoris fuerat (*Sacchinus*, Hist. S. J. III l. 3 n. 136). Deinde Andreas, de sacellis S. Laurentii et S. Nicolai, quae Sociorum usui assignata erant, scribens, Magdalenae, Margaritae, Helenae archiducissarum his verbis extollit munificentiam: „Splendorem his magnum adhibuerunt cum incolarum munera, tum serenissimarum Austriae reginarum regalis munificentia, quibus satis non erat R. P. Rectorem ipsarum in spiritualibus patrem ac Confessarium ornamentis uenustis in usum Ecclesiae directis discedentem onerare, calicem aureum, capsulae pulcherrimae omnia sacerdoti celebraturo necessaria in se habenti inclusum, opus miro artificio extructum et regio dignum dono dare. Sed paucis post diebus corporalia ut uocant[1] filo tenuissimo, pannos turcicae texturae lineos cum alijs permultis diuinis usibus addictis miserunt, nec sicdum dandi finis fuit, . . . sarcinam magnam . . . ad nos deferri curarunt, cui byssinam Casulam exceptis alijs donis colore caeruleo cernimus inclusam, crucem auro et argento intertextam, ornatu ac oblectamento mirifico habentem: Pyramis quoque preciosa, sanctorum reliquias bysso rubea uitrisque perlucidis ac teretibus insutas continens, diuidentibus uitra columnis argenteis, donata est. Mirum dictu quam exornet uarietas colorum grata opusque mira artificis manu caelatum. Declarant praeclarissimis donis suis reginae serenissimae quo in Societatem ferantur animo, ac simul uehementer obsecrant precum nostrarum participes fieri" (ex archetypo exemplo; „G. Ep. VIII" f. 282b).

[1] Cf. *Can.* IV 815[1].

IX.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

quibus Canisius scripsit.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

X.

INDEX ALPHABETICUS EORUM,

qui Canisio scripserunt.

Numeri sunt epistularum, non paginarum.

XI.

INDEX ALPHABETICUS NOMINUM ET RERUM HUIUS VOLUMINIS.

Numeris maioribus paginae, minoribus adnotationes significantur.
Litteris SJ etiam novicii Societatis Iesu, brevitatis gratia, significantur.
C. = Canisius.
581/2 = 581—582; 138/41 = 138—141; et ita semper.

Corrigenda p. 177:
Versu 2. 14 000 *pro* 50 000;
v. 8. 20 000 *pro* 71 500;
v. 9. 20 300 *pro* 72 500.

Persuasum nobis est imaginem quo veriorem, eo utiliorem ecclesiae fore; quare nec defendere quemquam nec reprehendere studemus, sed solam veritatem patefacere, eam defensione non carere firmissime freti. Quin concilium esse comparandum videtur arci desertae, in qua larvas volitare susurrat volgus, quam horrens noctu praeterit viator; at si ingressus eris, si fenestras aperueris, si ibi habitaveris, nihil senties daemonum, nisi quos ipse phantasia fabricatus eris.

Iudicia.

De tomo I.

«. . . Quanto al testo de' diarii qui pubblicati, non fa bisogno di spendere molte parole, poichè l'edizione è fatta da persona tanto egregia ed esperta. Nulla manca di ciò che si può desiderare per l'immediato riscontro de' passi. A piè di pagina si raccolgono le varianti de' manoscritti ed anche delle edizioni a stampa, se meritano menzione. Copiose note illustrative accompagnano di continuo il testo, e in fine un indice generale de' nomi e delle cose più importanti contenute nel volume agevolano le ricerche. Rimane che ad una opera di sì gran mole e di tanto merito, vero *monumentum aere perennius,* che gli scienziati della *Goerres-Gesellschaft* ed il benemerito tipografo ed editore di Friburgo erigono ad onore della Chiesa, si faccia buon viso in ogni parte della Cattolicità e si stimi doveroso il sacrificio della spesa, a fine di arricchirne le biblioteche ecclesiastiche, specie de' seminarii ed istituti teologici.»
(La Civiltà Cattolica, Roma.)

«. . . The thanks of the whole ecclesiastical world are due to the learned Würzburg professor, for the infinite pains that he has taken to give us a perfect edition of this most valuable work.

No theological library can afford to ignore this publication. It is one of the great works of the time. On the subject with which it proposes to deal, it will supersede all other works. Whoever wishes to ascertain the reasons and the arguments that swayed the Council in its most momentous decisions will find them in this collection.» (The Irish Ecclesiastical Record, Dublin.)

«On voit quel intérêt et quelle utilité peuvent offrir les *Diaria* que vient de publier l'éminent professeur Merkle. Des notes savantes accompagnent et éclairent les passages les plus difficiles, et une carte nous représente les principaux édifices de la vieille ville de Trente. Nous attendons avec impatience les *Acta* que nous donnera bientôt Monseigneur Ehses, et les *Epistulae* que publiera Godefroi Buschbell dans les volumes suivants. . . . Nous souhaitons que le XXe siècle fasse éclore au sein de l'Église beaucoup de monuments historiques aussi remarquables et aussi utiles que celui-ci.» (Revue des Sciences ecclésiastiques, Lille.)

De tomo IV.

«. . . L'édition nouvelle des actes du concile de Trente, entreprise vaillamment par la *Goerres-Gesellschaft* et exécutée avec une rare perfection par la maison Herder, constitue vraiment **une œuvre glorieuse et le plus précieux service que puisse rendre de longtemps la critique à la théologie.**» (Études, Paris.)

«. . . Á todos interesa la publicación de esta obra, que constituye un monumento grandioso de la historia de la Iglesia; pero de un modo singularísimo interesa á los españoles. Bien conocida es la parte muy principal que tuvieron en el Concilio de Trento nuestros Reyes, Obispos y teólogos. El siglo XVI fué también para España la edad de oro de la Teología. En ella han de encontrar abundantes y escogidos materiales para nuestra historia eclesiástica particular. Se la recomendamos muy encarecidamente á todos y de nuevo felicitamos á la Sociedad Goerresiana y al incansable editor pontificio Sr. Herder por su benemérita labor en bien de la Iglesia y de las letras.» (La Ciudad de Dios, Madrid.)

«. . . Wie Professor Merkle die Sammlung durch Veröffentlichung der Tagebücher des Konzils aus Pauls III. Zeit in allseitig anerkannter mustergültiger Weise einführte, so verdient auch diese Auszeichnung die vorliegende Fortsetzung (Bd IV), die Zeugnis ablegt von dem unermüdlichen Fleiße des Herausgebers, seiner die vielen Schwierigkeiten überwindenden Ausdauer, einer hier geforderten, aber auch geleisteten Sorgfalt, die noch im Kleinen genau ist, und seinem ernsten, durch nichts beirrten wissenschaftlichen Streben, in der Darstellung sowohl als auch durch die Veröffentlichung der Dokumente allein der Erforschung der geschichtlichen Wahrheit zu dienen.»
(Literar. Handweiser, Münster.)

